Jean Pech 1670
voir à la fin

Resp Fxvii-96

INSTITVTIONES IVRIS CANONICI,

QVIBVS IVS PONTIFICIVM

SINGVLARI METHODO

LIBRIS QVATVOR COMPREHENDITVR.

A IOANNE PAVLO LANCELOTTO PERVSINO conſcriptæ, Et in Aula Romana mandato Pij V. Pontificis maximi, ab Illuſtribus viris olim recognitæ.

Cum interpretationibus, quas gloſas vocant, quibus loca omnia, vnde contextus deſumptus eſt, Indicantur, plæraque declarantur, non nulla per Sacroſanctum Concilium hodie immutata adnotantur.

Et his acceſſerunt Caſuum, vt appellant, poſitiones, Adnotationeſque non nullæ, quæ ad huius Iuris ſcientiam expeditiorem ſtudioſis præbent aditum, IOANNIS BAPTISTÆ *Bartolini Peruſini I. C.*

Nec-non adnotationes paucæ, quibus non nulla ad ſenſum Theologorum exactius explicantur ANTONII TIMOTHEI Peruſini Sacr. Theologiæ Profeſſoris.

Item commentariolum, quo inſcripti Operis & ratio, & Hiſtoria quædam continetur.

Acceſſit etiam ipſius Lancelotti opuſculum de comparatione vtriuſque Iuris.

Nouæque Additiones, & adnotationes Reuerendiſſimi D. IOANNIS ALOYSII RICCII *patritij Neapolitani; & Viciequenſis Epiſcopi.*

Et tandem huic editioni ſupernenere notæ IOANNIS SOLIER, cauſarum patroni & Bancharii Toloſani aſteriſco inſignes, quibus mores Gallorum circa Ius Canonicum pro ſubjecta materia cum in textu tum in Scholiis indicantur aliâque ſcitu digniſſima antehac operi deſiderata ſupplentur.

Guillaumeries



TOLOSÆ,
Apud BERNARDVM DVPVY, Bibliopolam, in vico Portæ-Arietis.

M. DC. LXX.

Cum Priuilegio Regis & Approbatione.

J. Pech

IOAN. FRANCISCVS CARDINALIS DE GAMBARA

Io. Paulo Lancelotto I. C. S. D.

DE Institutionibus ad Ius Canonicum à te conscriptis, quas nuper ad me misisti, est quidem quòd tibi gratias agam, sunt enim huiusmodi, vt eas ego loco magni à te muneris, habere debeam. Sed omnino nimis diuturna libri huius expectatione nos torsisti, agitur enim annus sextus decimus quo ego Perusiæ, te præceptore: prima Iuris Ciuilis initia vrgebam, & tu iam tum opus huiusmodi sub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, vnde quòd tam diù illud continueris, erit fortasse qui te accuset. Quid dicam? quod ne nunc quidem, illis editis fidem tuam liberasti? etenim Commentarij, quod præteritis annis edidisti, libro secundo asseris à te quædam in contexendis Institutionibus, consultò, fuisse prætermissa, quòd ea notulis nescio quibus explicaueris, ac quasi cum fœnore reddideris, & tamen notulas nullas, quas viderim, editis à te nuper Institutionibus adscripsisti. Quod, licèt ego, cui tuum iam pridem perspectum est iudicium, non nisi optimo consilio factum rear, cùm tamen & tu id sponte tua promiseris, & ea sit hodie (vt omnium optimè nosti) conditio scriptorum canonicæ, ac ciuilis prudentiæ, vt in his quæ scripta sint fides adhibeatur nemini, qui non eadem veterum auctoritate confirmet: eas te quàm primum in vulgari necessarium duco, non modo vt ea quæ sunt à te prætermissa nobis reponas, & te promissis exoluas, verùm etiam vt eorum ipsorum, quæ scriptis mandasti fidem nobis ex veterum testimonio facias. Non possum pro summa mea in te beneuolentia quid sentiam liberè non præscribere, tu quidquid est boni consule. Vale, Romæ. Nonis Septembris. M. D. LXIII.

ILLVSTRISSIMO
ATQVE AMPLISSIMO
S. R. E. CARDINALI
IO. FRANCISCO DE GAMBARA,
Franciſcus Mancinus S. P. D.

SIquid vtilitatis ſtudioſis hominibus ſecunda hæc Inſtitutionum Iuris Canonici cum ſuis notulis editio (afferet autem doctorum omnium ſententia non modicum) id omne tibi, vir ampliſſime, nec non Illuſtriſſimis, atque doctiſſimis Cardinalibus Io. Bapt. Cicadæ, & Franciſco Alciato acceptum ferre debemus. Licet enim auctor multis auctor multis ante annis commentario ſuo notulas illas nobis eſſet pollicitus, ita tamen poſtea de illis non edendis animum obfirmauerat, vt de ea illum ſententia poſſe aliquando deduci interdum planè deſperarem: erant autem multa quæ (vt ego ex eo ſæpius audiui) à primo illo ſuo propoſito eum tetraxiſſe affirmaret. Primum quidem quod nuſquam videtur auditum, vt ejuſdem operis idem eſſet auctor & interpret, ſe autem cùm de notulis adſcribendis cogitaſſet, non exiſtimaſſe fore, vt his liber, quem & ipſe mandato & nomine Pontificio abſoluiſſet, & ſummi etiam viri caſtigaſſent, ac probaſſent, priuato nomine in publicum exire deberet: Quod ſi Pontifex ſuo nomine, vt non ſolum cenſorum, ſed etiam aliorum plurium teſtimonio, ac iudicio facere debuit, edidiſſet, tunc non futurum incongruum, vt non quaſi ab auctore ipſo, ſed alio quopiam operi notulæ adſcriberentur. Huc accedere quòd illas rudes eſſe affirmaret, atque inchoatas potius quàm abſolutas, vt autem perpoliret eadem ratione animum numquam inducere potuiſſe, demùm magno ſe quotidianarum concertationum tædio eſſe affectum, ſibique imperaſſe, vt quoad per ſe fieri poterit, anſam poſthac nouis moleſtiis non tribuat, ſeque id nulla ratione conſecuturum ſperare, quam ſi ab nouorum ſcriptorum editione prorſus abſtineat: ſed magnus flagitantium numerus, tuaque potiſſimum, atque illuſtriſſimorum Cicadæ & Alciati auctoritate perfectum eſt, non vt ille ederet, neque enim à ſua ſententia dimoueri potuit, ſed vt libri mihi & Roberto fratri poteſtatem faceret, quidquid de eo ſtatueremus animum non reuocaturus, itaque nos tam veſtro, quàm aliorum grauiſſimorum virorum iudicio atque auctoritati inhærentes, & plurimorum flagitationibus impulſi, ſecundam editionem adornauimus, notulaſque ipſas ſingulis verbis aparauimus, quibus quidem ex doctorum reſponſis, interpretationibus, ac tractantibus multa addere fuiſſet nobis his temporibus multo facillimum: ſed ſcribendi genus ſuapte natura conciſum reſpuere omninò id videbatur: ſimul etiam ne quid auctorem ipſum offenderemus, verendum nobis fuit, à quo vix ſumma veſtra auctoritate impetratum fuit vt edi rurſus per nos liber pateretur: in quo quidem, vt ego exiſtimo, nullam ſtudioſi iacturam fecerunt, in hac enim iuris tam canonici, quàm ciuilis facultate conſcripti libri alij alios fines habent: quidem enim vt artem ipſam doceant: quidam vt quæſtiones finiant, ac terminent, & licèt qui docet aliquid terminet; & qui terminat ac decidit aliquid etiam interim doceat, fuit tamen auctoribus ipſis in conſcribendis libris finis alius alio principalior: nam interpretationibus, & enarrationibus ad libros veterum Iuriſconſultorum docendi propoſitum eſt principalius, licet multa interim terminentur, & in reſponſis, & quos vocant tractatibus decidendi vnus propemodum eſt finis, licet interim multa etiam doceantur, hinc fit vt illorum diuerſa admodum ſit ſcribendi ratio, nam in docendo ratiocinandi modus magis neceſſarius eſt, quàm auctoritatum enumeratio: quippe quod artis fundamenta ſunt aperienda, & fontes atque origo rerum demonſtranda, atque in reſponſis reddendis differendi quidem ratio non obijcienda: ſed vbi de quæſtione conuentum eſt, hac facti ſpeciem magis pugnandum eſt auctoritatibus, cum id tamen verum habeatur quod eſt à pleriſque receptum. Vnde cùm hic Inſtitutionum liber ſit docendum potiſſimum conſcriptus, nil mirum ſi multiplicium in eo allegationum copia

non fuit affectanda. Huc accedit quod id quod noſtra opera notulis accedere potuiſſet, facilè vnuſquiſque ſuo marte conſequi poterit, cum enim notulis ipſis principales materiarum ſedes, & loca contineantur: ſi quis earum notularum ductu ea adierit ex magno interpretum tam antiquorum, quam modernorum numero, vnde copioſius haurire, & ſitim explere poſſit facile inueniet. Itaque poſthabita qualibet addendi cura, ſolum dedimus operam, vt ea quæ nuperrimè per ſacroſanctum Concilium Tridentinum immutata ſunt, notulis ipſis adiungeremus? nam vt contextui illa ipſa inſererentur impetrari ab auctore non potuit, quod dicere velle ſequi ſe Iuſtiniani exemplum, qui licèt poſt editas à ſe Inſtitutiones Iuris Ciuilis, multa Nouellis ſuis conſtitutionibus innouaſſet, non propterea aliquid dictis Inſtitutionibus adiecit, vel immutauit, ſed lectoribus ea perquirenda reliquit. Vnum enim fuiſſe ei in illa ſcriptione propoſitum, ſcilicet non vt omnia complecteretur, ſed vt breui libello prima Iuris Canonici rudimenta concluderet, & ius illud adhuc diſperſum quaſi in artem redigeret: id autem ſatis præſtari poſſe etiam ſi conſtitutiones Tridentini vel etiam aliorum Conciliorum decreta non contineat, ſatiſque eſſe ne quem fortè ius nouum circa pauciſſima lateat, ſi de ea re notulis ipſis admoneatur, nec propterea totum opus ſibi fuit retexendum, placuit etiam commentarium quod ab hinc ſex annis in lucem ipſe idem edidit, adjungere, tum quod magnam operi claritatem addit, explicat enim luculentiſſimè auctoris intentionem, quod non modicum auctoribus intelligendis exiſtimatur conducere, tum etiam vt quorundam non ſatis iuſtæ cupiditati occurratur, qui frigidis quibuſdam aſſertionibus ne dicam commentitiis teſtimonijs operis huius intentionem Lancelotto noſtro præripere conantur, apparet enim in eo meridie clarius, quamdiu (quod tu te omnium optime noſt) primam inſtitutionibus manum admouerit, & quam multis illarum copiam fecerit, demum quam facile omnibus fuerit inde exemplum ſumere, nomen autem tuum operi præfigendum ideo duximus, tum quod ea re non modicum operi ſplendorem acceſſurum exiſtimauimus, tum verò etiam, vt quemadmodum tua potiſſimum opera factum eſt, vt ampliter locupletatus liber in lucem prodat, ita & tibi, quiſquis ex eo vtilitatem aliquam ſentiet, id omne acceptum ferat. Vale Perufiæ, Nonis Aprilis M. D. LXVII.

CLARISSIMO VIRO
D. IO. PAVLO LANCELOTTO
IVRISCONSVLTO PERVSINO, FAVTORI
Et amico tamquam fratri cariſſimo.

CLariſsime domine Fautor & amice tanquam frater cariſſ. Libros Inſtitutionum Iuris Canonici à M. tua, auctoritate & mandato ſummi Pontificis antea conſcriptos (cuius etiam nomine prodiice oportuerat) nunc de manu M. tuæ ſumma animi lætitia (vt cæteri boni & docti omnes) accepi, ac ſtatim à capite ad calcem vſque percuri, & vt antea ab illuſtribus viris, ſuo merito, laudati, & recogniti, ita per me ſanè (& ſi iudicio parum valeo) tales reperti, vt planè ſentiam, hominum memoria pro illius Iuris firma ſolidaque habenda cognitione parem librum in lucem minimè prodiiſſe. liber iſte, M. tuam & Deo, & Eccleſiæ, & huic ætati poſteriſque omnibus gratum faciet, & nunquam intermoritura gloria donabit Non dubito quin eadem M. tua (vt etiam dudum ceperat) hunc primum fœtum: qui tam auidè ab omnibus eſt acceptus, auctiorem, locupletioremque reddat. Quod dum ſedulo conatur, meminiſſe fortè abs re non erit, ſi M. tua aut ſingulis titulis, aut paragraphis fontes, ex quibus præcipuè deſumpti ſunt, pauciſsimis annotare non grauaretur: id enim & doctiſsimos quoſque optima ſanè ratione deſiderare aduerto, tum quòd illinc ipſe liber maiorum cum auctoritate Pontificum loquatur, lectoreſque omnes publico imperio confirmet, res iſta dum reliqua elaborantur, haud vſque adeo multum attulerit incommodi, & publica tamen commoda ſtudioſorum omnium maximè iuuerit. Quidquid factu optimum fuerit M. tua pro ſumma ſua in omnibus rectè diiudicandis prudentia facilè ſtatuet. Deſideriis Cornelii Matii & ſi iuſtiſsimis ſatisfacere non vndequaque tam facilè erat, præſertim quod ipſe ſuique maiores Mercatoribus à quibus æs ſumendum fuerat, planè eſſent incogniti, & penè eo res deuenerant vt ſua opinione fructratus vacuus rediret, ni ego, interceſsione M. tuæ fretus, fidem meam, immo me ipſum tamquàm principalem debitorem interpoſuiſſem. Monebit itaque M. tua vt ille beneficii præſtiti memor quanto citius fidem datam per ſuos liberari curet, alioqui ſanè ſtatutis diebus elapſis, per me, quod acceptum eſt, ſine vlla ſpe exceptionis remunerandum erit. Vale vir clariſsime Iureconſultorum vnicum decus, raptim ex Vrbe die prima menſis Nouembris, anno reparatæ Salutis. M. D. LXIII.

M. Tuæ Deditis. amantiſsimuſque tamquam frater, Gaſpar Gropperus
Rotæ Romanæ auditor.

FRANCISCVS MVSCANTIVS IN PAVLO Lancelotto S. D.

PTaui iampridem Lancelotte doctissime literarum ad te aliquid dare, cum vt tuas vicissim eliecerem iucunditatis, leporis, doctrinæque plenas, atque intermissam diu inter nos scribendi consuetudinem aliquando reuocarem, tum etiam certè vt desiderium meum in his tibi exponerem, quod mihi iam ab eo tempore, quo Perusiæ morabar, tuarum Institutionum argumento iniecisti, nuperque demum edito tuo Commentario quasi earundem idea quadam ac specie auxisti, aut reficiasti potius. Sed nec integrum nobis fuit, cùm ab Vrbe complures menses variis negotiis distenti abfuerimus, ad istud scribendi officium vmquam reuerti, nec satis vrgens ratio videbatur esse, vt tantum tibi negotii meo priuato commodo exhiberem. Nunc verò cum iam dudum in patriam reuersus expeditior aliquando sim & ad causam quamplures adiunxerim, qui partim sua sponte, ac fama ducti, partim commentariolo tuo degustato allecti, partim etiam oratione nostra, aliorumque amicorum tuorum excitati, mirum in modum opus ipsum, cuius tu nobis imaginem repræsentasti, expectant, quasi conceptam sitim vberiore fonte sedaturi, statui non amplius expectandum, quin continuo te meis scriptis appellarem, atque adeò omnium studiosorum nomine flagitarem, ne tu nos longa expectatione suspensos diutius torquere velles. Non id ago nunc mi Lancelotte vt velim vllis apud te argumentis ostendere Institutiones tuas Pontificij Iuris dignissimas esse nouitate sua, splendore, pondere, quæ in apertum proferantur: nam neque hoc ad me attinet, & tibi persuasum esse scio, aut si pro tua modestia minus velles tuo iudicio esse contentus, non deesse tibi amplissimorum virorum testimonia, quæ acre tuum ingenium in huius editione operis (garriant inuidi quantumlibet) posteritati commendare queant, nec sanè dubito te egregium istum tuum librum in lucem tandem emissurum esse, quem pluribus ab hinc annis publicè priuatimque pollicitus sis: multa deinde die, multaque litura ad vnguem castigaueris, postremò etiam tuo commentario quasi chirographo fidem tuam actius obstrinxeris: quibus ex causis, vt maximè velis, ab instituto tamen discedere non possis. Verùm illuc meæ spectarunt literæ, vt currente te magis incitarent, cum intellexisses omnibus his, quæ enumerauimus, incredibilem bonorum omnium expectationem adiunctam esse. Quod si tu maleuolorum aculeos fortasse times, vide ne hoc tibi maiorem inuidiam excitet, quod cum nullo ferè negotio tantam expectationem explere possis, idem tamen cunctando tot desideria hominum superbè aspernari videaris. Atque scio obtrectatorum calumnias nihil motari, quandoquidem tibi in causam ingredienti facilè fuerit conjicere non defuturos huiusmodi garrientium cœtus, quorum quidem ineptias tantum abest, vt de laude tua quidquam delibare posse credam, vt ex his gloriam potius tuam augeri, illustrioremque reddi existimem, quod, & tu pulcherrimis exemplis in eo libello demonstrasti, sin verò ea retardandi fortè est causa, quod librum tuum summi Pontificis auctoritate impressum iri cupias, non negauerim (si res quidem ita est in promptu, vt breui conficiendi negotii spem habeas) aliquid etiam operæ te in eo ponere, quod & tibi perhonorificum, & rei, de qua agitur valde consentaneum fore videatur. Cæterum, si longiùs interuallum temporis interponendum sit, aut dubiùs etiam euentus expectetur, quoniam tu in ea re satis iam superque temporis laborisque impendisti, haud tandem magnoperè laborandum esse censuerim, publico ne his liber an priuato nomine deuulgetur, satis enim per se ille & dignitatis, & auctoritatis adfert, nec minus grauatus Pontif. iuris studiosis omnibus futurus est, quàm si amplissimo Principis diplomate fulciretur, quippe non tam speciosam inscriptionem spectantibus illis, quàm quid inde vtilitatis ac commodi percepturi sint. Hæc te, Lancelotte, facilè possunt ad laudem tuam studiosorum commodo coniunctam vel inuitum impellere, quem tamen satis iam tua sponte incitatum esse non dubito: quare nihil est quod in te hortando multum laborem, volui tamen leuiter hæc perstrinxisse, vt me cùm gloriæ decorisque tui, tum verò vtilitatis publicæ studiosum ac per cupidum esse scires. Tu si ad me scripseris quid hac de re sentias, aut quousque opus produxeris, rem facies gratissimam. Vale. Romæ, Idibus Maij, anno Sal. M. D. LXI.

Desideratur responsio in qua excusat auctor se quod serius respondeat: tum familiariter conqueritur, quòd licet mandato Pontificis suas Institutiones nomine pontificio feliciter eruditissimorum virorum iudicio absoluerit, non solùm negotium non confecerit, sed maximos etiam labores, & maximos sumptus sustinuerit, dum diutissimè Romæ difficillimis temporibus propriis negotiis posthabitis omnibus, vna ea causa detinetur: narrat item post mortem Pauli IV. Pium IV. instante Illustrissim. Cardinali Cicada, mandasse doctissimo & amplissimo viro Francisco Alciato, vt opus rursus percurreret, relaturo an huiusmodi sit, quod Pontificio nomine edi conueniat, se tamen, licet non vnius ab eo literis compertum habeat Alciatum optimè sentire de Institutionibus suis, Pontificiq; rem suasurum: certò tamen scire Pontificem id minimè curaturum, quippe qui iam pridem mores aulicos cognitos habeat, atque ideò se relationis huius exitum non expectaturum, sed primo quoque tempore opus ipsum priuata nomine editurum, provt fecit, vel ipso Alciato festinatam editionem non probante.

IO. PAVLO LANCELOTTO

CLARISSIMO IVRIS-CONSVLTO.

Iacobus Menochius S. D.

CVm hactenus vel publico docendi munere, vel de iure respondendo valde impeditus essem, non licuit ad te litteras dare, quibus significarem nihil mihi vel gratius vel iucundius potuisse contingere, quam de te aliqua in re benemererì, nunc tamen aliquantulum otii nactus me his literis expurgare volui, ne de mea egregia erga te voluntate aliquando suspicareris, ac vt etiam intelligeres gratissimam mihi fuisse oblatam illam à te occasionem, vt vna tecum de grauissima illa causa responderem, quod eò libentius feci, non quod res ipsa id postularet, cum tu iam tuo doctissimo responso omnem planè dubitationem sustuleras, sed ne ignorares meam qualemcumque operam tuæ, tuorumque causa promptam ac paratam semper esse. Nam tibi, hoc est viro clarissimo, atque inter consultissimos eloquentissimo placere qui possunt, se planè felices existimant: ea. n. est apud nos, & apud exteros omnes percelebris nominis tui fama; tot eruditissimis scriptis comparata, auctaque vt omnes te admirentur & summis laudibus persequantur: tum maximè quod primus iuris Pontificicii Institutiones tam studiosis necessarias veluti Tribunianus alter orationis copia, & splendore illustratas ederis. Quibus si (vt futurum spero) aliquando Pont. Max. accesserit authoritas, te vel nouum Tribunianum habebimus, vel vt Iuris Pontificii nouum auctorem obseruabimus. Interim te etiam atque etiam plurimum rogo, vt me quoque in tuorum numero habeas. Nam ad meam *laudem primum* referre existimes velim, me à Lancelotto eruditissimo iurisconsulto diligi, cuius consuetudine viri omnes delectari solent. Ego verò studio ac singulari quodam obseruantiæ genere te perpetuò colere numquam desinam. Vale ex vrbe Patauio, Idibus Martij M. D. LXXXI.

IO. PAVLO LANCELOTTO IVRIS CONS. PERVSINO,

Critonius Mellonus S. P. D.

INstitutiones tuas non percurri solùm, verùm etiam accuratissimè perlegi. Scin' tu bone Lancelotte quid nunc ego de eis sentiam? At inquis, quid tu sentias non est à me magnoperè curandum, quando per cuncta Gymnasia, ac cunctas regionis miris ac propemodum diuinis laudibus à viris doctissimis extolluntur. Sed, vt ita sit, est adhuc vlterius quòd ego præter cæteros omnes tu nunc sentire possis? Dicam & vtinam mentiar, nempe id quod poetarum Princeps de quibusdam à se compositis versiculis sensisse, vel verius questus esse legitur dum dixit:

Sic vos non vobis mellificatis apes

At vrges, quid istud (inquis) est tandem; scin quid. Ego mellifluas tuas esse Institutiones, atque omnibus numeris absolutas cunctisque laudibus dignissimas, vt eruditissimus quisque prædicat, semper existimaui. Sed futurum arbitror tantam tui laudem, quantam vix quisquam viuens meo iudicio assecutus fuit non fore diuturnam. Quid istud est, inquis, eloquar, venturum aliquando arbitror Romanum aliquem Pontificem qui gloriæ cupidine magis titilletur, quam fecerint hactenus hi à quibus de eis conscribendis mandatum accepisti, vel qui eis successerunt, eumque causaturum indignum esse, vt iuris canonici elementa de scriptis priuatorum hominum hauriantur: tum quod Institutionibus quæ circumferuntur, non pauca deesse, quæ necessario sint adjungenda, & propterea curasse, se vndique absolutæ institutiones huiusmodi quasi recudantur, & nomine Pontificio edantur, inde quibusdam immutatis, additis, vel demptis, vt nouum quoddam opus videri possit, suo nomine editurum, vetitumque ne deinceps aliæ iuris canonici Institutiones à quoquam legantur, sicque dum R. aliquis Pontifex gloriam aucupatur, laus, & memora Lancelotti suis Institutionibus remanentibus abolebitur. Vnde cum alij, qui temporibus felicioribus propria sponte aliquid ad iuuandos homines elucubrarunt sæpè à Principibus largè ssoleant donari: tu qui mandato ipso Pontificis tam luculenter scripsisti, non solùm aliarum rerum, sed nec laudis quidem præmium vllum feres. Vnum fortè potest non desperari, nempe quod veluti Iustinianus in proœmio suarum Institutionum eas ex Gaij Iurisconsulti Institutionibus desumpsisse se confitetur, sic ille quisquis Pontifex, si natura sit paulò humanior, tui nominis non renouet mentionem facere, cùm præsertim nullo pacto nunc possit occultari, quòd eas Institutiones tu iussu Pontificum, & curia Romana probante aliquando conscripseris; sed quantulum tandem istud est, quod tantis à te exantlatis laboribus, & incommodis acceptis tribuetur? Et ita ego futurum arbitor, & hac mea epistola aliud te, & omnes testatum esse volo, atque ita est aliquid quod ego præter cæteros de tuo laudatissimo libro sentiam. Vale.

PIO

PIO PONT. MAX.

IO. PAVLVS LANCELOTTVS

IVRIS CONSVLT. PERVSINVS S.

POntificij Iuris institutiones proximis annis superiorum Pontificum iussu, & nos conscripsimus, & summi viri castigarunt, quæ quidem optandum sanè erat, vijs in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato & scriptæ & recognitæ fuissent vel ea saltem ratione, quòd auctores ipsi munera nobis gratiora, ac precioſiora facere consueuerint, & sæpe non tam quid, quàm à quibus accipiant homines soleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcumque causa fieri non sinit, illud certè nulla ratione committi debet, vt Iuris scilicet Pontificij Institutiones sub alterius quàm ipsius Pontificis nomine appareant, à quo Pontificia omnia iura emanant: velut enim ab Oceano deducta flumina in ipsum tandem refluunt; ita hoc, quid est operis, quod totum de Romanorum Pontificum constitutionibus deriuatum est, ad ipsum Romanum Pontificem, quasi ad fontem proprium redibit. Ad te autem eò iustiùs, quòd magnis alijs animi dotibus quibus ad Pontificatum tibi aditum parasti, exactissimam adiunxisti Iuris huius cognitionem Vnde per belle hunc accidit, vt quæ facultas optimum te meliorem reddidit, & ad moderandam difficilimis temporibus Christianam rempub. instructiorem: eam nunc tu contra, cum canonum conditor euaseris, beneficium reponens meliorem sis redditurus. Cuius rei non dubia iam apparent indicia, cum ad restituendos antiquos Christianorum mores, atque hæreses extirpandas sanctissimas quotidie constitutiones edere non desistas: quæ dubio procul Christiano gregi non minus futuræ sunt salubres ijs ipsis, quæ Iuris Pontificij, quod nunc tenemus, libros implent. Ad illas autem Institutiones hæ nostræ gradum fortè rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo nam si ita contigere sensserimus ad alia promptiores reddemur, & alacriores. Deus Opt. Max. te nobis diu incolumem, felicemque seruet.

RVBRICÆ INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

PRIMI LIBRI.

DE iure Canonico Tit. I. 7
De iure diuino, consuetudine, & constitution. Tit. II. 9
De Ecclesiasticis constitutionibus Tit. III. 17
De iure personarum. Tit. IV. 23
De episcopis, & summo Pontifice. Tit. V. 26
De electione Tit. VI. 32
Qui eligere, eligive possunt. Tit. VII 41
De postulatione. Tit. VIII. 46
De confirmatione Tit. IX 48
De consecratione. Tit. X. 56
De receptione, & auctoritate pallij. Tit. XI. 59
De vita & honestate prælatorum Tit. XII. 61
De officio Archidiaconi. Tit. XIII 68
De officio Archipresbyteri. Tit. XIV. 70
De officio Vicarij. Tit. XV. 72
De coadiutore. Tit. XVI. 76
De corepiscoporum vsu sublato. Tit. XVII. 79
De translatione. tit. XVIII. 80
De renunciatione. tit. XIX. 87
De depositione, seu degradatione. Tit. XX. 94
De Sacerdotibus in inferiore gradu constitutis. Tit. XXI. 99
De ijs qui sunt in sacris constituti Tit. XII. 101
De ijs qui sunt in minor. ordin. constituti. Tit. XXIII. 105
Communia tam maiorum, quàm minorum ordinum. Tit. XXIV. 109
Qui promoueri non possint. Tit. XXV. 115
De præbendis & alijs beneficijs. Tit. XXVI. 130
De collationibus. Tit. XXVII. 134
De institutionibus & iure patronatus. Tit. XXIII 161
De clericis non residentibus Tit. XXIX. 178
De regulatibus ac monachis. Tit. XXX. 182

RVBRICÆ INSTITVTIONVM Libri Secundi.

DE rerum diuisione, tit. I. 197
De sacramentis. Tit II. 198
De Baptismo & eius effectu. Tit. III. 203
De sacramento Chrismatis. Tit. VI. 213
De pœnitentijs, & remissionibus. Tit. V. 206
De Eucharistia Tit. VI. 225
De Extrema-vnctione Tit. VII. 231
De Sacramento Ordinis. Tit. VIII. 233
De Sacramento Matrimonij. Tit. IX. 235
De sponsalibus. Tit. X. 258
De nupijs. Tit. XI. 254
Quæ matrimonium impedire possunt. Tit. XII. 261
De triplici cognatione. Tit. XIII. 270
De clandestina desponsatione. Tit. XIV. 282
Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. Tit. XV. 285
De diuortijs Tit. XVI. 290
De rebus sacris, sanctis, & religiosis. Tit. XVII. 303
De constituendis, consecrandis & reparandis ecclesijs & altaribus. Tit. XVIII. 304
De vnionibus ecclesiarum. Tit. XIX. 316
De immunitate ecclesiarum, & subiectione Tit. XX. 324
De censibus, exactionibus, & procurationibus. Tit. XXI. 337
De capellis monachorum. Tit. XXII. 344
De Religiosis domibus Tit. XXIII 348
De sepulturis. Tit XXIV. 352
De canonica portione. Tit. XXV. 362
De decimis. Tit. XXVI. 372
De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non. Tit. XXVII. 381
De peculio clericorum, relictis & successionibus eorum. Tit. XXVIII. 392

RVBRICÆ INSTITVTIONVM Libri Tertij.

De iudicijs, & illorum diuisione. Tit. I 398
De procuratoribus. Tit. II. 417
De pactis & transactionibus Tit. III. 431
De arbitris. Tit. IV. 435
De in ius vocando. Tit. V. 440
De dolo & contumacia & in possessionem missione Tit. VI. 447
De libelli conceptione, & oblatione. Tit. VII. 454
De exceptionibus & replicationibus. Tit. VIII 458
De mutuis petitionibus. Tit IX. 471
De restitutione spoliatorum. Tit. X. 476
De litis contestatione. Tit. XI. 484
De iuramento calumniæ. Tit. XII. 490
Vt lite pendente nil innovetur. Tit. XIII. 494
De probationibus. Tit. XIV. 497
De sententijs, & re iudicata Tit. XV. 526
De executione rei iudicatæ. Tit. XVI. 535
De appellationibus. Tit. XVII. 541
De restitutione in integrum. Tit. XVIII. 562

RVBRICÆ INSTITVTIONVM Libri Quarti.

De accusationibus, denunciationibus, & inquisitionibus. Tit. I. 560
De *duplici purgatione*. Tit. II. 576
De simonia. Tit. III. 579
De hereticis, schismaticis, & apostatis. Tit. IV. 589
De sortilegis, maledicis, & sacrilegis. Tit. V. 598
De furtis. Tit. VI. 605
De vsuris. Tit. VII. 608
de adulterijs, & alijs coniunctionibus illicitis. Tit. VIII. 616
De crimine falsi. Tit. IX. 623
De homicidio. Tit. X. 625
De iniurij & damno dato. Tit. XI. 630
De ecclesiasticis censuris. Tit. XII. 633
De sententia excommunicationis. Tit. XIII. 636
De ecclesiastico interdicto. Tit. XIV. 666
De suspensione. Tit. XV. 673

ERRATA.

PAgina 8 col. 2 in fine cincilia, lege concilia. p. 11 c. 1 omni, l. omnia, p. 25 c. 2 verant, l. vocant. p. 34 c. 1 conuol. dari, l. conualescere. p. 36 c. 1 des, l. de. p. 40 c. 2 se, l. re. ibidem incarnati, l. carnalis. p. 47 c. 1 complectiones, l. completiones. p. 50 c. 2 iustus, l. iustum. p. 51 c. 1 Cassander, l. Cassanda. p. 51 c. 1 aditum heredes, l. aditam hæreditatem. p. 63 c. 1 quæ, l. quam. p. 65 c. 2 vita, l. vitia. p. 70 c. 2 copulas, l. Capellas. p. 74 c. 1 officialis, l. officialium. p. 79 c. 2 Bengens, l. Bengeus. p. 85 c. 2 consumptus, lege consensus. p. ibid. c. 2 nullus, l. melchior. p. ibid. c. 2. eliciendum, l. eludendum. p. 94 c. 1 post, l. potest. ibid. relit, l. rebus. p. 97 c. 1 iundian, l. iamdiu. ibid. c. 1 Marnac, l. Mornac. p. 102 c. 2 presbyterum, l. presbyterorum. p. 106 c. 2 Energumens, l. energumenis. p. 119 c. 2 Pralato eorum l. Prælatorum. ibid. quam, l. quæ. p. 131 c. 1. locis, l. Laicis. ibid. c. 2 suo, l. seu. p. 132 c. 2 mobilia, l. immobilia. p. 135 c. 1. participales, l. parrochiales. p. 136 c. 1 completi, l. completus. ibid. habuit, l. habent. ibid. receptum, l. receptam & confirmatam p. 137 c. 2 solita, l. sola. p. 141 c. 2 beneficiis dele. ibid. mathistatus, l. Math. Pacus ibid. can. l. causa permutationis. p. 146 in textu motum, l. motu. p. 147 c. 1 contentione, l. intentione. ibid. l. 17 tenuerit Molin ad Reg. de infirm. resign. num. 4. ibid. ignorantem, l. ignoranter ibid. contentione, l. concessione. p. 149. c. 2 excriptis, l. exceptis. p. 153 c. 1 mentio possidenti, l. neutro possidente. ibid. aplior, l. apostolicus. p. 154 c. 2 libro, l. lex. p. 159 c. 1. poterit, l. perit. ibidem infra c. l. in forma. p. 163 c. 1 tunctale, l. tacere. ibid. c. 2 vacandi l. variandi. p. 165 c. 2 reuelatur, l. releuatur. p. 175 nec, l. nos. p. 178 c. 1 Beus, l. Bingeus. p. 179 c. 2. obtinentem, l. obtinente. ibid. tenentur ad omnes, l. tenetur ad omne. p. 191 c. 1 votus, l. votum. p. 192 c. 2 facta, l. facta. p. 199 c. 2 perfectum, l. profectum. p. 282 c. 2. pollicitur, l. pollaitur. p. 205 c. 1 Trinitatis, l. Trinitas. p. 226 c. 2 accidens, l. euidens. p. 234 col. 2 penult. prola, l. Zerola. p. 240 c. 2 Monac, l. Mornac. p. 250 in textu sponsum, l. sponsius. p. 259. c. 1 seruus, l. seruos. p. 271. c. 2 ventilabani, l. ventilabantur. p. 272 c. 1 cognitione, l. cognationem. p. 280 c. 1 veros, l. viros. ibid. præter, l. petet ibid. c. 1 vitia, l. intra. p. 282 in textu sprore, l. sororem. p. 282 in textu securam, l. sequutam p. 294 in textu aliquem p. 301 in textu communicato p. 327 in textu nomini, l. nemini. p. 331. c. 2 incentiuum, l. licentiam. p. 335 in textu ab, l. ad p. 361 c. 2 aurum, l. sepulchrum. p. 362 c. 1 pene, l. Presbyteri. p. 370 c. 2 lescio, l. lucio p. 371 c. 2 die, l. dic. p. 373 c. 1 subsistentat, l. sustentatione. p. 377 c. 2. dominum, l. dominium. p. 381 c. 1 saltem, l. falcem. p. 386 c. 1 finitur, l. finiri. pr 394 c. 2 remuneratione, l. remuneratio. p. 403 c. 1. circa, l. citra. p. 403 tot, l. quod. p. 404. c. 1. priuationum, lege priuatorum. ibidem maioribus, l. minoribus. p. 418 aduocata, l. adunato. ibidem licea, l. liceat. p. 420 c. 2 vt aget, l. quod agit. p. 423 c. 1 domibus, l. dominus. ibid. fit. l. sit. p. 430 c. 1 sit, l. si. ibi. c. 2 mandatus, l. mandatum. p. 434 c. 1 ligitimantium, l. litigantium. p. 435 distringe, l. distingue. p. 440. c. 2 actitatis, l. actis. p. 462 c. 1 morte, leg. marte. ibidem conciperetur, l. conciperentur. p. 481 c. 1 visi, l. nisi. p. 482 c. 1 tacere, l. tacente. p. 483 c. 1 deffendere l. deffendenter. ibidem spolians, l. spoliato. p. 484 c. 2 tradit, l. trahit. 502 c. 1 petitionem, l. perditionem. p. 526 rombum, l. rem p. 538 c. 2. procedere l. procedit. p. 556 c. 1 prodest l. potest. p. 571 c. 1 accusatione. l. accusatore. p. 602 c. 1 dei, l. rei. p. 606 c. 1 iuiusto, l. inuito p. 618 c. 2 adulterium, l. contra adulterium. ibi. pæmæ, l. pænæ. ibi. paruis, l. pannis. p. 625 c. 1 ratione, l. ratione possessionis. p. 626 c. 1 videar, l. videatur p. 655 c. 2 sententiam, l. sentientem. p. 558 c. 2 absoludi, l. absolui. p. 677 c. 2 constituitus, l. constitutus.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER PRIMVS.

Auctoris intẽtio.

IO. PAVLVS. In huius operis principio quædam sunt prænotanda, videlicet quæ sit auctoris intentio, quæ materia, cuæ vtilitas. cui parti philosophiæ supponatur, cuis modus agendi, & quis libri titulus. Intentio auctoris fuit scribere protyronibus librum ad faciliorem introductionem ad Iuris Canonici cognitionem, & ad similitudinem Iuris Ciuilis. Putabat id conuenire, vt scriberetur nomine pontificio, vt claret in proœmio, & in. li Cõmentarii, vbi de hoc latissimé dicit.

IO. PAVLVS [a] LANCELOTVS I. C. PERVSINVS, [b] IVRIS Pontificij candidatis. [c] S. [d]

Materia.

Materia sunt omnes libri iuris Canonici hactenus recepti, vnde hæ institutiones fuerũt desumptæ, & res indictis libris contentæ.

Vtilitas est, quia his institutionibus lectis, & intellectis, facilius peruenitur ad cognitionem iuris Canonici, & sic peruenitur ad scientiam discernendi inter æquum & iniquum, & redendi vnicuique quod suum est 12. q. 2. c. cum deuotissimam, & instit de iusti. & iure § iuris.

Cui parti Philosophiæ lib. supponatur

Supponitur Ethicæ, id est, morali scientiæ, sicut & alii libri iuris. vnde inquit Imperator hominum mores intendimus corrigere, l. 1. C. de secun, nup. & infra de vi & hon præla. per totum.

Modus agendi.

Modus agendi est talis, proœmio propositio ac præfixo dividit auctor opus suum in quatuor partes siue libros in prima parte postquam posuit originem, & ex quibus constat ius Canonicum, tractat de personis, & eorum officiis, & beneficiis. In secunda tractat de rebus, tam spiritualibus, quam temperalibus. In tertia de iudiciis ciuilibus. In quarta de iudiciis criminalibus, & de censuris ecclesiasticis, quas quis incurrit ob commissa crimina & sic terminat opus suum diuidens illud in quatuor partes, vnde versus.

Personas nos prima docet pars, Resque secunda:
Tertia dat Iudices, Crimina quarta premit.

Quaternarius numer⁹.

Est autem quaternarius numerus secundum Pytagorices, insignis, & nobilis. Hinc copula coniugalis est restricta vsque ad quartum gradum: hinc quatuor elementa, quatuer in corpore humores, quatuor cœli plagæ, quatuor anni tempora, quatuor venti cardinales, & substantia est quadripartita, cum alia sit corporalis tantum, alia vegetatiua, alia sensitiua, alia intellectiua: item nomen Dei tetragrammaton. i. e. quatuor literarum, & ex quaternario oritur Decas: nam vnum, duo, tria, & quatuor producunt decem: quæ decas est omnium rerum generalissima de qua per Tiraq. de præscript. §. 1. glos. 4. super verbo per decem annos, & per Rodig. lect. antiq. lib. 12. c. 9

Decas.

Titulus est, & operis inscriptio: Institutiones iuris Canonici: quia scilicet his iuuene ad perdiscendum ius Canonicum instituuntur, & ordinantur. Sunt enim institutiones, præceptiones, ac elementa quædam, siue disciplinæ cuiusllibet elementa: alias autem verbum institutio variè sumitur, vt nos inf. de instit. in rub.

Institutiones.

Perusiæ

b ¶ Perusinus.] Id est, de Perusia, quæ est antiquissima, & inter primarias Ethruriæ ciuitates, peritq; semper viros bellica laude, & vtriusque iuris scientia insignes, aliisque innumeris dotibus est conspicua. Ideo autem sic expone, quia non sequitur necessariò: Appellatur Perusinus, ergo est de Perusia: sola enim nominis similitudo non est satis ad confirmandam cuiusque originem, l. fin. § pen. ff. ad municip. de incol de quo latè per legistas in rub. ff. solut. matrim. qui ex hoc inferunt ad multas quæstiones. Et hoc ideo adiecit auctor ad designandam, suæ familiæ, & agnationis diuersitatem ab iis quæ eiusdem nominis Lanceloterum reperiuntur Romæ, Mediolani, Florentiæ, Spoleti & forsan etiam alibi.

Candidati.

c ¶ Candidatis] id est nouitiis scholaribus. Et sic not. quod hic liber non est scriptus doctoribus, prout liber Gregorianæ compilationis, & liber Sexti, & Clementinarum Sic, & Iustinianus institutiones suas cupidæ legum iuuentuti nuncupauit: non autem iure consultis consummatis, Appellat autem candidatos huiusmodi nouitios, sumpta translatione ab his, qui ad magistratum aliquem apud Romanos adsj irabant, qui per comitia induti toga candida, suffragatores regando, & obsecrando incedebant.

d ¶ Salutem.] Solet autem dubitari apud Rhetores

an salutatio sit pars epistolæ, vt not. in Præ. Sexti, lib. argumen. quod non. Clement, si summus § 1. de sentent. excom. Putat autem Plato, scribens ad Dionysium. Dum ad amicos scribimus, in inscriptione epistolæ non gaudere, sed bene agere ponendum esse, sed certe qui salutem precatur bene agere precatur. Sed quid operatur salutatio? Respon si fimus in priuato, operatur remissionem iniuriæ, Bald. in l. 1. ff. de lib. & posth. c. omni, 24. quæst. 2. sic contra, non salutans prius salutare solitus, inimicus præsumitur. not. in cap. cum Adrianus. dist. 73. & per Abb. in c. ad hoc 1. de appell. & in cap. cum super de offi. deleg. & in c. reppellantur de accus. Salutatio autem Papæ dicitur remittere peccata venialia, secundum Abb in proœ. Decret. in vlti. not. vbi de hoc late habetur. Conuenit autem salutandi actus tã maiori erga minorem, quam pari erga parem l. Publia §. Titus l. Quintus Mutius ff. depos. l Domitius ff. de test. quam etiam inferiori erga superiorem: excepto Principe, qui ab inferioribus non salutatur: exceptis paucis quibus id in priuilegium conceditur de quibus in l. 2. C. de proxi. sacr. lib. 12. & in l. 1. C. de silent. eod. lib.

Salutatio an pars epistolæ. Benè agere Salutatio quid operatur. Salutare solitus nõ salutãs præsumitur inimicus. Salutatio Papæ Regulariter, princeps ab inferioribus non salutatur.

mo bulla est breui viuens tempore, cum Pontifices Romani facile eas soleant reuocare, immutare, & medio tollere: liber autem decreti videtur iamdiu cæteris libris iuris canonici aggregatus, & adiunctus: licèt de eius auctoritate varia tradantur per Doct. variis locis, precipue in c. 2. de constit.

c ¶ Diligenter.] Exponitur hoc verbum secundum subiectam materiam, secundum Corset. in suo singulari super verbo diligenter, & iste intuitus refertur non magis ad Corporalem visum, quam ad oculũ intellect. & subtilem modũ inuestig. c. quam graui, & c licet decrim. fals. d ¶ Facile] Arg. quod diligentia inducit facilitatem, quod not. pro scholaribus, qui conqueruntur de difficultate scientiarum.

Diligentia indu cit facilitatem,

e ¶ Imperatoris.] in quem populus Romanus omnem suam potestatem transtulit. l. 1. ff. de constit. princip. l. 2. §. nouissime, ff. de orig. iur. §. sed quod principi insti. de iu. nat. gen. & ciuil. l. 1. §. cum enim antiqua. C. de iu. vet. enucl. hodie tamen potestas Imperat. non est à populo Romano, sed ab Eccl. vt traditur cõmuniter in c. nouit. de iudi & in ca licet de fo. comp. & not. inf. de iud. §. 1. in verb. reguntur.

Potestas Imperatoris ab Ecclesia

PROOEMIVM.

Ponit similitudines, quæ sunt inter libros Iuris. Ciuilis & Iuris Canonici, h. d. in summa.

LIbros [a] iuris Pontificii [b] diligenter [c] intuentibus facile [d] apparebit eos ad quandam imitationem illorum qui in iure Ciuili extant, fuisse conscriptos, atque digestos Nam vt illi Romani. Imperatoris, [e] sic hi Rom. Pontificis auctoritate [f] potissimum [g] nituntur: ac velut illi Romanorum Imperatorum constitutionibus, [h] Senatus, aliorumque magistratuum placitis, [i] & Iure consultorum responsis [k] constant; sic in hos Pontificum itidem Romanorũ sanctiones, [l] sacrorum conciliorũ decreta, [m] & sanctissimorum virorum haud dissimili ordine congestæ sententiæ [n] conspiciuntur. Quæ om-

PROOEMIVM.

Diuisio proœmij

a LIbros] Hoc Proœmium diuiditur in tres partes principales: in prima ponitur probabilis quædam admiratio auctoris super eo, quod nullæ antea extarent iuris Canonici institutiones, excusanturque veteres Romani Pontifices, quod illas non conscripserint, vel conscribi curauerint: in secunda ponitur initium, & progressus huius inchoati, & perfecti operis: in tertia librum ipsum iuris studiosis offert. Secunda incipit ibi, Sed hoc nos. Tertia ibi: Accipite igitur. Rursus prima pars subdiuiditur in tres: in prima ponitur magna similitudo librorum iuris Ciuilis, & iuris Canonici. In secunda admiratio auctoris. In tertia, excusatio Romanorum Pontificum. Secunda ibi. Non parua Tertia ibi Sed veteribus.

Quisint libri iuris canonici. Extrauagantes.

b ¶ Iuris Pontificij.] Sed quinam sunt hi libri? Resp. compilatio Gregoriana demandata Raymundo: item liber Sexti compilatus à Bonifacio Octauo, opera Ricardi Malumbri. Item liber Clementinarum. Sed an Extrauagantes? De his quæ sunt in corpore iuris insertæ, non est dubitandum, quia & hæ librum constituunt: ceteræ verò quamuis indubitatæ, & publicatæ licèt ius faciant adeo vt sententiæ contra illas latæ sint nullæ ipso iure, secundum Butri in c. 1. & c. inter. de re iudi. & per Bald. in l. 2. C. quan. prouo. non est nec & late per Pauin. in prælud. Extrauag. non possunt tamen dici de libris iuris Canonici: cum vagentur extra, nec sint certo volumine conclusæ: idem & multo magis dicendum est de regulis Cancellariæ, cum illæ nec sint incorporatæ, nec perpetuæ, prout esse debent natura legis. Sed quare istæ Extrauagantes appellantur bullæ? Resp. Forte quia sunt breuissimæ vitæ sicut bullæ, quæ fiunt in aquis, vade & dicimus, ho-

Regulæ Cancellariæ. Bullæ cursic appellãtur

f ¶ Auctoritate.) Id est, Iurisdictione, & potestate, alias autem auctoritas est opinio, qua quis imitatione vel imitari dignus reputatur: alias simplex aliquid asserentis testimonium.

Auctoritas quid

g ¶ Potissimum) Ideo potissimum, quia licet quædam sint in libris Iuris Pontificij, quæ parem auctoritatem habent, vt puta, quædã dicta sacræ paginæ, vt in c. 1. 2. & 3. de præsump. cum multis alijs: item quædam dicta sanctorum, vt in c. 2. de part. & c. 1. de donat. & alijs pluribus vel plurimum tamen constat ijs, quæ à Romanis Põtificibus profecta, responsa, & constituta fuerunt, inter quæ & statuta in conciliis sunt reponenda, nec enim ea habent auctoritatem, nisi quatenus à Papa reperiuntur approbata. ca. infra de Eccles. constit. per totum.

h ¶ Constitutionib.] De hoc verbo dic, vt not. infra de iur. diu. consuet. & constit, §. pen aliàs § constit.

i ¶ Placitis.] id est, ordinationibus, aliàs placita, litigia, siue iudicia dicũtur. c. placita. 15. q. 4. c. 1. de feriis c. 1. de immu. eccl. c. 2. de cre. pug. in duel Item placitũ dicitur pactum, siue conuentio c. 1. de aut. l. ex placito C. de re permut.

Placita

k ¶ Responsis.] § constat & § responsa instit. de iu. nat. gent. & ciuil.

l ¶ Sanctiones.] largè sumas hic verbum sanctiones pro qualibet ordinatione, vel decretali epist. proprie tamen sanctio dicitur quæ pœnam irrogat. l. sanctio. ff. de pœn. §. sanctæ inst. de re. diui & de hoc not. in proœ. ff. um. & per Archid. in c. statutum in prin de reser. in 6

Sanctio

m ¶ Decreta] Quę specialiori nomine Can. nũcupantur decreti enim verbũ latissimè patet, vt per Doct. in rubr. de cõstit & in l. nec quid quã § vbi decr. ff. de off. proc.

Decreta

n ¶ Sententiæ.] Quæ leguntur potissimum in libro

Gratiani, quem decretum appellamus.

Stylus. a ¶ Stylo.] ordine, & modo scribendi: aliàs stylus est frater consuetudinis, vt per doct. in l. de quibus, ff. de legib. in c. ex literis de constit.

b ¶ Hinc] id est stante in cæteris, tam magna inter vtrumque ius librorum similitudine.

c ¶ Certos libros] Qui sunt quatuor.

Elementa. d ¶ Elementa. Prima principia, sicut] enim prima principia rerum corporalium sublunarium scilicet, ignis aër aqua, & terra vocantur elementa: & ex his omnia componuntur, & in hæc omnia resoluuntur, sic & prima principia scientiarum elementa vocamus §. pen. in autho. vt præp. nomen Imperat.

e ¶ Propemodum.] Philosophicum temperamentum: quia pro aditu ad ius Canonicum antiquitus vtebatur summa. Goffr. vel Host. sed hæ ex pluribus causis non multum adiuuãt scholarium in Iure canonico nouorũ studia: vt latè edisserit idem auctor in suo commẽtario libro tertio, ante fi. vers. sed neque Hostiensis.

f ¶ Nemo.] Etiam illi ipsi qui de contemnenda gloria libros scripserunt, quod patet, quia suis libris nomen suum præscripserunt, vt testatur Cicero.

g ¶ Cupidine.] Iuxta illud;

Sola animum mentẽque peruris gloria.

Gloria. Et est gloria frequens de aliqua re fama cum laude secundum Tullium in Rhetoricis: vel clara cum laude notitia. An autem appetitus gloriæ inanis sit peccatum mortale habetur per S. Th. 2. 2. quæst. 132. art. 1.

h ¶ Laude] quæ est virtutis præmium.

i ¶ Veteribus.] Vt sunt Innoc. III. Alex. III. Clemens III. Hon. III. Greg. IX. Bonif. VIII. Clemens V. & alij plures; quorum hodie nomina leguntur in libris Iuris Canonici.

k ¶ Fundamentis.] Referas hoc potissimum ad iura positiua, & ad declarationes factas per Ro. Pontif. ad ius diuinum, & auctoritates sacræ paginæ: nam alias fundamenta istius iuris sunt in libris sacræ paginæ, & in iure diuino, vt infra, de iu diui. consuet & constit. l ¶ Defectu.] Quasi dicat; quemadmodum sculpere, & effingere volens statuam non potest id facere, nisi habeat marmor, vel aliam materiam in qua possit statuam effingere; sic veteres Romani Pont. non potuerunt ex iuris libris Canon. qui nulli extabant, elicere institutiones.

nia tam pari post modum studio posteritas amplexa est interpretata, & tam eodem stylo [a] vt inter bonas artes, nullæ: prorsus sint, quæ tanta similitudine sese in vicem contingant.

Mirum est, quod non fuerint hactenus compositæ institutiones Iuris Canonici, h. d.

Non parua hinc [b] nos interdum cepit admiratio, quanam ratione contigerit, vt veluti Imperatorio nomine Cæsarei Iuris in certos libros [c] redacta sunt elemẽta, [d] non ita etiam ad usum studiosæ iuuentutis ad Ius Canonicũ ab ipsis Pontificibus compositæ Institutiones reperiantur: cum id, si (vt quidem nunc est) contemplemur, ædificii cuiusdam referat speciem, ianuis, atque omni propemodum [e] aditu carentis, & vna hac tantum dissimilitudine à Iure Ciuili seiungatur. Accedit, quòd cum nemo [f] sit mortaliũ, qui glorię cupidine [g] non tangatur, hoc non sine magna sua laude [h] facturi videbantur.

Excusat Veteres, & recentiores Pontifices à non confectione institutionum, h. d.

Sed veteribus [i] quidem facile id ignoscí poterit; in iaciendis, & struendis huius Iuris fundamentis [k] videlicet occupatis, & quasi materiæ defectu [l] impeditis. At recentioribus eius facultatis tractatibus ad iustum corpus [m] excrescentibus. Institutiones inde elicere, & quasi de rudi marmore [n] statuæ cuiusdam effigiem ducere non difficile fuisset: & quæ nostrorum est felicitas temporum, non modò in ea re illustrium virorum [o] opera vti, verum etiam per se id præstare nonnulli [p] potuissent.

Excusat Veteres à non confectione institutionum, hoc dicit.

Sed & horũ quidam vitæ breuitate [q], quidam multiplicium hæresum, bellorumque, tam ciuilium, [r] quam externorum [s] procellis facilè excusari possunt. Quis enim in sacri Apostolatus fastigio [t] vniuersæ Ecclesiæ præsidens, atque orbem ipsum Principum [u] dis-

m ¶ Corpus.] Quod hodie apparet constitutum, & conflatum compilatione Gregor. libro Sexti, Clementinis, Extrauagantibus, & libro Decreti, vt ncr. supra in prin.

n ¶ Rudi marmore.] Comparat libros Iuris Canonici rudi marmori; quia non continent methodum, nam Romanis Pontificibus fuit in eis cõponendis propositum principaliter, non vt docerent, vel instituerẽt discere volentes: sed vt causas terminarent, & legales ferrent, quod prosequitur idem auctor in suo commentario. lib. 3 vbi latè videndum.

o ¶ Virorum] Qualis fuit Andr. Alciatus, & eius adoptiuus filius, & amplissimus Cardinalis Franciscus Alciatus.

p ¶ Nonnulli.] vt fortè Iulius III Pius IIII & Gregorius XIII. qui omnes fuerunt l. C. eximii.

q ¶ Breuiate.] vt fuit Pius III. & Marcellus IV. qui mensem in Pontificatu non compleuerunt.

r ¶ Ciuilium.] id est Christianorũ inter se, vt infra de iure diuino, vers. est igitur. Fideles enim sunt inter se ciues Christianæ reip.

s ¶ Externorum.] Puta Turcharum, & Barbarorũ infidelium.

t ¶ Fastigio.] id est, dignitatum, atque honorum culmine, iuxta no per Arch. inc ordinationes, dist. 59.

u ¶ Principum.] Qui veniant appellatione principum no. in cle. prim. de baptis. & eius effectu.

Principum appellatio

Otium. a ¶ Otium literarium. Quod animi tranquilitatem expoſcit, iuxta illud.

Carmina ſucceſſum ſcribentis, & otia quærunt.

Et Cic. in Rhetoricis, Negotiis familiaribus impediti vix ſatis otium ſtudiis ſuppeditare poſſumus. Opponitur, & otium bello Cic. in Verr. Cum bello fugitiuorum tota Italia arderet, Norbanus in ſummo otio fuit. Et appellatur huiuſmodi otium literarium, otium ignobile à Virg. in fine lib. 4. Georgicorum, ibi;

Otium ignobile *Me dulcis alebat Parthenope ſtudiis florentem ignobilis oti.*

Quod eſt fortè verum de ſtudio Poëticę artis: non autem iuris Pontificii: Alias autem otiũ vituperabile eſt, & dãnoſum. Vnde Seneca Otium, inquit, ſine literis mors eſt, & viui hominis ſepultura. Eidem; Non eſt viri timere ſudorem, & Generoſus labor nutrit.

cordiis fluctuantem, bellorumque incendiis æſtuantem circumſpiciens, ad otium literarium [a] variè agitatum animum facilè poſſit appellere?

Ponit de mandato Pontificis accepto, & feliciter conſummato, h. d.

Sed hoc nos [b] parum aliquando perpendiſſe videri poſſumus, nam cum in aula Romana difficillimis temporibus [c] degeremus inſtitutionibus Iuris Canonici Pontificio nomine conſcribendis, Iuſtiniani Imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus: & quamuis minus fortè opportunè: de iis tamen conſcribendis ab eodem mandatum accepimus, [d] & quantum in nobis fuit, etiam expleuimus. Si quidem intermiſſo ſuperioribus annis prælegendi, ac patrocinandi munere, impensè operam dedimus, vt per noshuiuſmodi Inſtitutiones componerentur: quæ vt Pontificio nomine exirent, non indignæ iudicarentur: quod quidem ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimum ſummorum virorum probauit teſtimonium, [e] vt illæ iamiam de manu Pontificis in manus veſtras venturæ crederentur.

Ponit quinque vel ſex cauſas, quibus factum eſt, vt liber non exierit nomine Pontificis, h. d.

Otium ignobile

Diligentes moroſa curioſitate excitare cõſueuerunt

Laus in ore proprio.

Diebus in vnum locum ſimul ſæpius conuenientes, rebuſque inuicem communicatis, ea quæ vel immutanda, vel addenda, vel reſecanda viſa fuerunt pro tenuitate iudicij noſtri immutauimus, addidimus, & reſecauimus, Auctoremque ipſum qui nobis ne contemnendo ingenio, & eruditione præditus viſus fuit, exactiſſimã operi abſoluendo diligentiam adhibuiſſe multis argumentis comperimus, Librum itaque iudicamus cum neceſſarium, cũm etiam bene ordinatum ac digeſtum: cum vniuerſa prope, quæ Pontificij iuris libris ſparſa conſpiciũtur, certa via & ratione, compendioſaque breuitate complectatur. Et verè niſi nos fallit opinio, ab omnibus commendandum erit propoſitũ, ac inſtitutum S. V. quaſi ſibi diuinitus inſpiratũ. Cum non minus gratum futurum ſit hoc opus iuris Pontificij ſtudioſis, quam ſint inſtitutiones, Iuſtiniani nomine compoſitæ, iura ciuilia profiteri volentibus: exiſtimauimus tamen, ne quæ omnino, quantum fieri poteſt, anſa detur, & occaſio nouis altercationibus, quas interdum nimis anxie diligentes moroſa curioſitate excitare cõſueuerunt forte non abs re ſi nonnulla inſerantur Proœmio, quod ipſi operi B. V. præfigendum duxerit, de quibus cum primum cõmodè fieri poterit, vt ſuo nos dignetur alloquio, plenius diſſeremus: omnia tamen ſapientiſſime iudicio B. V. relinquentes, cui quanto maiores poſſumus gratias agimus, quod nos qui tanti nos non ſaci-

cimus, dignos putauerit, quibus tam arduum negotium committeret. In quo ſi quid defecimus, id totum noſtræ imbecillitati adſcribere dignetur: non quod omni diligentia, & conatu ad exequenda mandata S. V. paratiſſimi, vt debemus, non fuerimus, quam Deus Op. Max. diu nobis incolumem felicemque ſupereſſe velit.

B. V. humiliſſ. ſeruuli Fabius Acorembonus, Rotæ Decanus, Iulius Ordinus Rotæ Aud. Antonius Maſſa. Sunt & aliorum magnorum in eandem ſententiam virorum teſtimonia, de quibus libro primo commentarii latè habetur: quamuis autem dici conſueuerit, laudem in ore proprio ſordere: vbi tamen laudes ſunt notoriæ, de eis meminiſſe non eſt vituperabile. Io. de Pla. in l. 1. C de profeſſ. qui in vib. Conſtant. lib. xii. vnde illud.

Sum Pius Aeneas fama ſuper æthera notus.

b ¶ Sed hoc nos] Hic incipit ſecunda principalis, pars huius Proœmij, quæ ſubdiuiditur in quinque alias particulas. Inprima recenſet initiũ, & progreſſum compoſitarum à ſe Pontificio nomine Inſtitutionum. In ſecunda quæ incipit ibi; ſed vſquo adeo. indicat, cur huiuſmodi inſtitutionibus non fuerit ſuprema manus impoſita, id eſt, non exierint nomine Pontificio. In tertia, quæ incipit ibi, Ergo ſi cui, excuſat ſe à temeritate, quod librum Pontifico nomine ſcribere fuerit adort[9]. In quarta, quæ incipit ibi. Sed hæc omnia conſolatur ſeipſum quod multos labores, vigilias, & obtrectationes quaſi fruſtra ſubierit. In quinta & vltima, quæ incipit ibi. Accipite igitur, quas inſtitutiones ſtudioſis Iuris Pontificij, quaſi de manu in manus exhibet.

c ¶ Temporibus.] Hoc ideo dicit, quia circa illa tẽpora exarſit bellum inter Roman. Pontificem Paulum IIII. in minoribus Io. Petrum Carafam nun cũpatum, & Regem Neapolitanũ, qui erat Philippus de Auſtria, filius Caroli V. Imperatoris, cui pater ipſe Carolus regnum illud viuens ceſſerat, quod bellum multa incommoda ſunt conſecuta.

Relatio facta Romano Pontifici cenſoribus.

d ¶ Accepimus.] de quo latè dicit auctor in ſuo Commentario, lib. 1.

e ¶ Teſtimonium] Quod de ſcripto ſummo Pontifici fecerunt, & eſt huiuſmodi:

Sed vsque adeo [a] postmodum, cùm Romæ ob eam vnam rem diu fuissemus, supremæ manus impositio differebatur, vt qui grauissimis, ac multiplicibus vndique ad sedem Apostolicam confluentibus negotiis [b] admodum senem [c] Pontificem, & natura ipsa, vt aiebant, valde cunctatorem [d] distentum fuisse, ignorauerit, magnam illo tempore in curia rerum harum incuriam fuisse facilè suspicari potuerit. Itaque diutius sustinere non valentes in patriam concessimus. Pontifex paulo mox in fata. [e] Sed hæc commentariolo [f] sufficiat nos aliquando fuisse complexos.

Non potest temerarius dici, qui obtemperat principi, & cuius acta approbantur à magnis viris, h. d.

Ergo si [g] cui fortè audentiores visi fuimus, qui tantam rem aggredi, tam imbecilli ausi fuerimus, maximis auctoribus, atque adeò mandato ipso Pentificio, hanc temeritatis culpam redimere possumus: vel certè id non impunè tulimus, qui ob eam rem magnos labores, & impensas, atque inuidorum obtrectationes, [h] nescio an dicam, frustra, subierimus, vtinam non amplius subituri.

a ¶ Vsque adeo] Hoc paragrapho breuissimè insinuat auctor causas, quibus factum est, vt liber non exierit Pontificio nomine, quæ sunt quinque, vel etiam sex, remittens se commentario super ea re à se compositio.

b ¶ Negotiis.] Primum impedimentum, multitudo negotiorum.

c ¶ Senem.] Secundum impedimentũ magnum Pontificis ipsius senium.

d ¶ Cunctatorem.] Tertium impedimentũ ex tarditate naturæ ipsius Pontificis.

e ¶ In fata.] Quia statim fere post auctoris discessum ab Vrbe, Pontifex, cuius mandato fuerat hic liber scriptus, mortuus est, quod potest pro sexta causa numerari, cum etiam, si postea aliæ quinque cessauissent, non propterea magis ad finem potuisset res perduci.

f ¶ Commentariolo] Scilicet, libro primo dicti momentarii, vbi habetur plena historia.

Ergo signum continuatiuũ

g ¶ Ergo.] Continuatiuum signum, non autem illatiuum hoc loco sicut & in lege ergo ff de seru. rusti. præd. & leg. ergo. ff de fideicommissar. lib. & not aliquando est inceptiuum, conueniens indignationi, vt in illo Augusti carmine.

Ergo ne supremis
potuit vox improba verbis.
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes, &c.

Regulariter tamen est illatiuum.

De inuidia late.

h ¶ Inuidorum obtrectationes.] De quibus latè commentarii libro primo: & libro tertio. Et quia morbus iste inuidiæ est quotidianus, & male cognitus, & pernicioſissimus, videamus quid sit inuidia, quomodo differat ab odio, quis sit eius affectus, vel natura, quo modo extinguatur, vel saltem minuatur. Igitur inuidia nihil aliud est, quam dolor ex proximi

Inuidia quid. Inuidia differt ab odio.

quomodo prouenies, secundum Basilium. Vel inuidia est tristitia de bonis alienis, secundum S. Th. Hæc autem licet adeo similis sit odio, vt eius soror, & germana videatur: in pluribus tamen differt, & nunc excedit odium: exceditur quia odium, non solum dirigitur erga homines, verum etiam erga animalia ratione carentia. Vnde odimus serpentes, mures, & alia animalia. Inuidia verò dumtaxat hominis est, & in hominem dirigitur, secundum Plutarchum. Item bruta se inuicem oderunt, vt Aquilæ & Dracones inter se, item Leo Gallum, Elephas Aprum dicitur odisse. Exceditur autẽ quia & iustè & iniustè aliquem odisse possumus: iustè autem inuidere nemo potest. Ex hoc manat & alia differentia, quod odisse se aliquem sæpe homines fatentur, at inuidere se omnes negant, & ad inuidiam tegendam mille excusationes adferunt; inuidiam in odium verbis vertere nitentes. Vnde in hac enim ægritudine hoc accidit inuidis molestissimum, quod inuidi dolorem suum nemini detegere possunt. Vnde sicut rubigo ferrum, ita inuidia animum hominis consumit. Item odium nascitur ex opinione, quam habemus, quod is quem odimus malus sit, vel in vniuersum, vel quantum ad nos actinet. Inuidetur autem ei potissimum, qui ad virtutem recto tramite fertur, vel ad honores, vel diuitias: inuidus enim aliena commoda suam facit calamitatẽ. Quo circo generosè dicitur ingemuisse Themistocles adhuc adolescens, quod nullum adhuc haberet inuidum, quasi nihil splendidum adhuc egisset. Vnde, & pulchrè auctor huius ipsius operis in sua nuncupatoria libelli. De comparatione iuris Pontificii & Cæsarei.

Tum inquit, *is ego sum, qui illorũ scriptis soleam admodũ inuidere qui plurimos habent inuidos, inuidiamque ipsam illis vehementer inuideo: atque vt in hominibus senectutem, ita in scriptoribus inuidiam optatissimum malum appellare cõsueui, nam etsi ea per se praua est, ac detestanda, est tamen testis virtutis.*

Inuidia quomodo extinguatur.

Hæc ille Inuidia igitur eos maximè tangit, & infectatur, qui boni sunt, quique ad virtutem gloriamque grassantur. Extinguitur autem inuidia magna felicitate tam eius, cui inuidetur, quem solemus dicere hoc casu inuidiam superasse, quam inuidentis. Nec enim felix, & cui nihil deest, potest facile alijs inuidere: at inimicorum magna potentia odium non extinguit, quod Alexandri Magni interitus declarauit. Extrema quoque calamitas inuidiam extinguit; nec enim miseris quis inuidet. Vnde creduntur inuidi homines libenter aliorum commiserari. Odium autem calamitas non tollit: nam inimicos, vel ad extremam calamitatem redactos oderunt homines. Interdum tamen ex illis causis, quibus odium cessat, crescit inuidia: nam si quos malos putaueramus, bonos esse comperiamus, aut a quibus iniura affecti fuerimus, beneficio fuerimus placati, odium dissoluitur, inuidia verò non cessat: nam bonis inuidetur, tamquam virtutem, cuæ bonitas est, consecutis. Quod si beneficia accipiat inuidus, multo magis inuidet, tum ob munificam voluntatem dantis, tum ob potentiam, plusque doloris accipit, ob potestatem benefacientis, quam ob collatum in se beneficium sentiat voluptatis, & beneficio ipso infensior redditur. Declarant hoc verba Basil. Mag. de Saluatore Nostro.

Beneficio acceptotolitur odium, sed non inuidia.

Basilij. verba.

Profecto, inquit, *contra Saluatorem eò Iudæorum insania progressa est. At quamobrem illi inuiderint? nempe ob miracula eius, quæ miracula erant indigentium salus, Nutriebantur esurientes, & nutrientem persequebantur: resurgebant mortui, & viuificanti inuidebant expellabantur Dæmones, & expulsori insidiabantur, mundabantur leprosi, claudi ambulabant, audiebant surdi, & cæci videbant, at benefícus ipse fugabatur, tandemque reum, qui vitam mortalibus gratificatus fuit neci tradiderunt, redemptorem hominum verberantes, & iudicem orbis peragentes reum.*

Hæc Basilius, sed & auctor noster, libro primo sui commentarij.

Habet, inquit, *inuidia inter vitia cætera illud præcipuũ, & quodammodo peculiare, quod adeo turpis est, vt nulla ratione se fatueri, & agnoscere velit: ideoque liuori suo magnifica semper verba, atque illustres sermones prætexit. Vnde qui se iracundum, intemperantem, & ad voluptates proclivem confiteatur facilè inuenias: at quod se quis inuidum esse, ac liuidum concedat, nec tormentis quidem extorqueas: quinimmo cum maxime virus euomunt se veritatis esse amatores inuidi prædicant, atque ea de causa nec amicis quidem parcere solere. Tanta est enim virtutum vitiorumque vicinia, vt maledicus pro libero se quis interdum venditare valeat. Ea autem inest vis pestilenti huic morbo: quòd si quem gratia, vel auctoritate pollentem occupet, præclaras quasque res euertit, ac destruit: sin verò, quod sæpius accidit humiliores arripiat, habet illud boni, quod quasi in propria viscera verso gladio maximum malum inuidis ipsis afferre consueuit.*

Cui sententiæ consonat illud Flacci.

Inuidia Siculi non inuenere Tyranni, maius Tormentum. Facit & illud.

Inuidus inuidia consumitur intus, & extra.

Inuidiæ autem domum, & formam pulcrè describit Ouid. lib. 2. Metamor.

Qui alios iuuat, patienter incommoda ferre debet, h. d.

Sed hæc omnia [a] æquissimo ferremus animo, si, quod vehementer semper optauimus, nostra hæc eiusmodi sit scriptio [b] quæ studiis uestris commoda videri possit: quod sanè, his temporibus futurum nõ desperamus, quibus, vt nonnullos fortè sacrosancti Pontificii Iuris ignorantione in errores aliquos, atque hæreses facilius prolabi potuisse: ita nunc expeditiore quadam eius tractatione non tam facilè iuuenũ hoc iure imbutos animos aberraturos, verisimiliter [c] existimare debemus. Vnde quamuis non ijsdem, quibus inchoatus fuit auspiciis, [d] liber hic noster in lucem prodeat, in communi saltem periculo [e] non fuisse nos otiosos: sed quoquo modo tulisse opem iuuabit.

Diuersitas dantis non inducit diuersitatem rei datæ, hoc dicit.

Accipite [f] igitur priuati quidẽ hominis, * Pontificio tamen mandato, ad Ius Canonicum, & scriptas, & castigatas Institutiones. Cumque eis nihil sit comprehensum, quod ni fallimur [g] sacris Canonibus penitus nõ consentiat: ita existimate, si de Pontificis manu eas accepissetis, fuisse id perinde futurum, ac si vobis vasis aureis, ac longe splendidissimis mensis, fuissent fercula subministrata, nunc, cum de manu nostra, [h] ac si fictilibus illa quidem, atque exoticis: [i] in sapore tamen nullam fore differentiam [k].

a ¶ Omnia.] Id est, labores, impensa, iacturam temporis, & inuidiam.

b ¶ Scriptio.] Id est institutiones huiusmodi.

c ¶ Verisimiliter.] Quia contraria contrariis curantur, secundum medicos.

d ¶ Auspiciis. Quia fuit inchoatus, quasi à Pontifice Romano scriptus ad similitudinem ciuilium institutionum.

e ¶ Periculo.] Hæresis enim morbus vagatur, quasi pestis, & flamma vnde. Hæresis.

Tua res agitur, paries cum proximus ardet.

f ¶ Accipite.] In fine huius Prœmii tribus rationibus, & vna cõparatione nititur auctor demonstrare, quod non multum interest, quod huiusmodi institutiones nõ fuerint nomine Pontificio in lucem editæ. Primo, quia fuerunt scriptæ mandato Pontificis. Secundo, quod eiusdem Pontificis mãdato fuerunt castigatæ. Tertio, quod in eis nihil est, quòd non consentiat canonibus, vnde concludit, quod quemadmodum fercula non accipiunt saporem ex vasis, quibus exhibentur: ita quod parum interest, de cuius manu studiosi accipiant librum hunc institutionum, dum tamen idem sit sapor.

* Priuati hominis) ideò istæ à priuato quamtũuis erudito homine cõcinnatæ institutiones aliam non habent nisi doctrinalem auctoritatem, nec faciunt *ius* sed declarant SOLIER

g ¶ Fallimur.] Certè sciebat auctor, se non falli: cum omnia ex ipsis libris Iuris Canonici desumpserit: vtitur tamen hoc verbo ad seruandam modestiam, sic & I.C. in leg. 1. ff de iusti & iu. Veram inquit, nisi fallor, & capit argument. quod testis; aliquid deponens certo modo factum, licet adiiciat illam clausulam, NISI FALLOR, quòd nihilominus probat, Paulus de Castro, in dicta lege prima.

h ¶ Nostra.] Id est, priuati hominis.

i ¶ Exoticis.] id est, vtilibus.

k ¶ Differentiam.] Vnde non curamus de modo, dummodo habeamus effectum, leg. cum seruus, ff. de verborum obligationibus.

DE IVRE CANONICO.

Continuatio. Cum secundum ordinem doctrinæ vniuersalia sint prius explicanda. l. 1. ff de iusti. l. 1. ff. si cert pet. Ideo auctor primo proposuit hanc rubri quemadmodum idem factum fuit in lib. institut. iuris Ciuil. in princ. Diuiditur totus iste titu. in tres partes prin. in prima habetur ethymologia, & origo istius iuris: in. 2. eiusdem definitio: in 3. in quibus ipsum constet adnotatur: secunda ibi, est igitur, tertia ibi, constat vero.

Ioan. Bapt.

a DE IVRE Canonico.

ID est, cur sic appelletur quod sit, & ex quibus constet ius canonicum. Et sic not. quod dictio, De; applicatur nõ solum ad quæstionem quid rei, sed etiam ad quæ. quid nominis: & designat causas non solum essendi, sed etiam fiendi. fac c. cum causam de electio l. sed & reprobari, vbi not ff de excus. tuto l. 1. §. nunc videamus, & §. emancipatus. ff. de coniunc. cum emãc. lib. Et de multiplici significatione huius monosyllabæ, per Pau. in tract. de off. & pot. capituli sede vacante in primo prælud.

* Generale est nomen] de multiplici specie iuris & vnde vnumquodque ius ortum habuerit vide Imol. ad rubricam de Constit. & Gratianum à 1. dist. vsque ad 7. & nota gloss. in c. principium in verb. superbiæ de pœnitent. dist. 2 dicentem ius cœpisse à ruina Angelorum SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS Dum Author hic exponit ethymologiam notandum est, quod Canon. Græcè idem est quod legitima regu. tex. in cap. Canon. dict. 3. gloss. & omnes scribentes ibidem atque ideo Canonicus Canonica Canonicum rem quamlibet significat regularem, qua propter cum quælibet lex sit regula addendum hic esset Canonica in dicta significatione sonaret quidem regulam regulatam quod dicere videretur inconueniens quamobrem dicendum est legem Canonicam idem significare quod legem Sacris Conciliorum Canonibus, aliisque Apostolicis constitutionibus altam quemadmodum horæ Cononicæ dicuntur quia à Sacris Canonibus, vel Iure Canonico præcipiuntur, vt patet per totum de consecrat dict. 5. & tradit Nicolaus Ploue in tract. de horis Canon. & latissimé Nauar. de hor. Canon. ad quos est recurrendum.

Io. Bap.

Iuri Canonico, CASVS non figuratur. not. tamen ius canonicum talem habere denominationem, quia perfectius regulat actiones humanas arg. §. sed ius quidem. in fin. instit. de iure naturali, gent. & ciuil. not. 2. regulam significare rectam viuendi normam, cap. reg. di. 3.

b ¶ Canonico.] Expone tripliciter. Primò discendo, cum absurdum sit ignoratis principiis adcætera transire arg. l. 1. ff. de ori. iur. Alber. in l. 1. ff. de ori. iu. Secundò docendo, nam vndique doctus indoctum docere debet. Authen. de sanctiss. episc. §. 1. & §. fin. infra de elect. & c. miseram dist. 61. & c. cum seq. dist. 48. Tertiò pertractãdo, puta allegando & iudicando; cum turpe sit patritio viro &c. l. 2. § post hos vbi etiã not. & in §. Seruius, ff de ori iur.

c ¶ Operam.] Non solum discendo sed etiam docendo, allegando, & iudicando, vt supra in proxima notula.

d ¶ Oportet] Id est decet, sic in l. 1. ff. de iust & iur. l. cum oportet in prin. C. de bo. quę lib. & l. 1. §. oportet enim. C. de cap. postli reuer. & sic importat conuenientiam: regulariter autem importat necessitatem, vt videtur not. in c. 1. de reser. in 6. fac. l. 1. ff. si cert. pet. & l. 1. ff. de acqu. possess. de quo vide per Abbatem in capite 1. de libel. oblat.

e ¶ Generale] Generalitas autem colligitur dupliciter. Primo quia, dictio Ius nõ magis adaptatur ad ius canonicum, quàm ad ius naturale, ius gentium & ius ciuile institutis de iur naturali gentium & ciuil per tot Secundo quod præter artem boni & æqui, etiam alia significat, vt in l. ius pluribus. ff de iust. & iu. & concor. c. omnes cum seq. dist. 1. vnde sumitur ANT. TIMO præter id quod dicitur hic, & ab auctore in textu de iure, vide quid sit Ius apud S. Th. 2. 2. q. 57. a. 1. & quantum ad quid nominis, & quantum ad quid rei proprié enim Ius dicit artem, qua cognoscitur quid sit iustum. Vide ibi in responsione ad primum.

f ¶ Regula] c. canon, & c. regula. dist. 3.

g ¶ Regulare.] Et triplici ratione forsan appellatur hoc nomine: & quia continet spiritualem viuendi normam, vt hic, & c. bene dist. 11. cap. multes, dist. 54. vnde etiam dicti sunt regulares, vt per Host. in sum. de reg. § 2. & per Arch. in ca regula distin. 3. & quia est commune omnibus fidelibus c. 1. & dist. 58 vbi regula dicitur ius commune & quia per compendium quæddam rerum vniuersarum amplectitur determinationem, arg. not. per Archi. in dicto c. regula.

h ¶ Patrum.] Ideo patrum dixit, & non pont. vt sub



Diuiditur in tres partes. In prima ponit Vnde dicatur Ius Canonicum, In secunda quid sit. In tertia ex quibus constet. Partes patent h. d.

IVri Canonico b daturum operam c nosse oportet d, vnde talis denominatio descendat, & quid illud sit, quod ea denominatione continetur.

Et quidem *Ius* generale e est nomen :* *Canonicum* verò dicitur à verbo Græco, κανων, quod Latinè idem significat quod regula f : vnde ius Canonicum ius regulare g non malè dixeris : quam denominationem ex eo accepit : quod ex regulis priscorum patrum h ad rectam viuendi normam institutis deductum fuerit.

Quid sit ius Canonicum, h. d.

vno verbo comprehenderet non solum statuta Rom. Pont. sed etiam Concilia, & dicta sanctorum, ex quibus omnibus constat ius canonicum, vt infra de eccles. constit. per totum.

Est igitur. CASVS non figuratur, sed not. ius canonicum principaliter dirigere homines ad finem beatitudinis, vt animaduertit hic gloss. fin.

Homo consideratur quadrupliciter.

a ¶ Est igitur] Pro intellectu istius descriptionis, siue definitionis sciendum est, quod homo considerari potest quadrupliciter: videlicet in genere, vt animal, in sua specie, id est vt homo, vt subditus Romano Imperio, & vt subiectus Ecclesiæ Romanæ. Si consideretur primo modo, vtitur iure naturali inst. de iur. nat. gent. & ciu. in prin. Si secundo, vtitur iure gentium, § 1 eod. ti. quod interdum appellatur naturale § singulorum instit. de re diui. cap. ius naturale, vbi de hoc prolixe not. dist. 1. Si tertio vtitur iure ciuili Romanorum. l. 1. C. de sum. Trinit. vbi traditur. Si quarto vtitur iure canonico. Potest considerari, & quinto modo, scilicet vt ciuis Perusinus, Bononiensis, &c. tunc vtitur statutis Perusinis. Bononiensibus, & cuiuscumque loci vnde originem ducit § 1. instit. de iur. nat. gent. & ciui. ANT. TIMO. Nota in hac definitione iuris Canonici quatuor causas, Materialem, Formalem, efficientem, & Finalem, constituentes perfectam definitionem rei. Materialis est homo operarius, vt habetur in gloss. in vrb. actiones, seu actiones christiani hominis. Formalis est regulatio, seu directio illarum secundum voluntatem Dei. Efficiens remota est Deus: proxima Summus Pont. Dei Vicarius Finalis proxima pars Ecclesiæ militantis, remota beatitudo æterna, ad quam dirigit. Vel dic. vt per Abb. in suo proœ. nu. 18. in fine. Vltra datam diuisionem in gl. hic, quæ sumitur ratione subiecti, in quo ius reperitur, nota & aliam in naturale & positiuum datam à S. Thom. 2. 2. q. 57 art. 2 & per Alex. de Ales. p. 3. q. 27 membr. 4. art. 1.

Papa quãdo habet iurisdictionem super infidelib.

b ¶ Ciuium] Id est, Christianorum, vel fidelium, nec n. regulariter infideles Papæ aut iuri canonico subijciuntur, cum de his quæ extra nos sunt, nihil ad nos in c. multi, 2 q. 1. faciunt. not. in c. de infidelibus, de consangu. & affi. c. gaudemus, & diuor. & per Abb. in cap. 1. de const. Habet tamen aliquibus ff in casibus Papa iurisdictionem etiam super infidelibus vt per Dom. in di c. multi. & per Inno. Io. And. & alios in c. quod super his de voto notatur etiam 27. quæst. 1. cap. sæpe & per Abb. in c. 1. & c. fin de const. & in c. nouit. de iud. & per Arch. in c. si quis suadente 17 q. 4. Sed an hæc appellatio Ciuium includat etiam Imperatorem? & non videtur, cum non ligetur legib. l. Princeps ff. de leg. l. ex imperfecto ff de leg. 3. *Tu dic.* quòd in concernentibus animam etiam Imperator iuri Cano. & Papæ subijcitur c. omnes de maio. & obe. dist. 96. ca. duo sunt, & c. imperator, & traditur in cap. 2. de constit. cap. nouit & in cap. clerici de iudi. & in c. per venerabilem qui fil. sint legi. Qui autem veniant appellatione ciuium, vel ciuitatis, habetur in c. Rodulphus. in primo de reser.

Imperator quãdo subijcitur iuri canonico.

Ciuis appellatio.

Ius Canonicũ est mixtum ex Theologia & iure ciuili.

c ¶ Actiones] Subiectum igitur huius scientiæ, vel artis, vel facultatis est homo operarius, docet. n. qualiter homo bene viuendo, & operando possit in æternum beatificari: quod cum non possit fieri, nisi adminiculante Theologia: sequitur quod hæc facultas non subijcitur simpliciter Echicæ, sed etiam Methaphysicæ: Vnde pro maiori parte tractatus huius scientiæ dirigit nos in Deum, vel remouet ea, quæ nos auertunt à Deo vt patet in Volumine Decreti, & in multis iuribus totius corporis, maximè in c. fin de præscripit. in cap. cum contingat de iureiur capite Secundò de pact. in 6. cap. licet. de iureiur. cap. primo in fin. de summ. Trinitat. Est ergo hæc scientia quoddam mixtum, partem capiens ex Theologia; in quantum scilicet tendit in finem æternæ beatitudinis, & spiritualia ex parte speculatur: partem à iure ciuili; in quãtum tractat de temporalibus, sine quibus, spiritualia diu esse non possunt 1. quæst. 3. cap. si quis obiecerit. Habet igitur se ius canonicum ad ius ciuile vt anima ad corpus, cum non sit merè practica, vt ius ciuile; sed partim etiam speculetur, vt apparet ex volumine Decreti, & de hoc per Summistas in suis præludijs, per Abba. in inscriptione proœm. Decretalium per eundem in cap. 1. in 6. not. de iurament. calum. & in cap. fi ne cle. vel mon. per Ioann. Andr. in reg. possess. in Mercurial. & per Abbat. in capit. qualiter, & quando 2. de accusat.

Est igitur [a] Ius Canonicum, quod ciuium [b] actiones [c] ad finẽ æternę beatitudinis [d] dirigit

Quibus constet Ius Canonicum. h. d.

Constat verò in primis id ius diuinæ legis præceptis, consuetudine, & constitutionibus, quæ singula, qualia sint, diligentibus dispiciamus.

Finis iuris ciuilis quo modo differet à fine iuris Canonici.

d ¶ Aeternæ beatitudinis.] Ex hoc patet differentia inter finem iuris ciuilis, & finem Iuris Canonici: quia licèt vtrumque ius intendat inducere homines ad bonum commune, differunt tamen in modo inducendi. Nam ius ciuile intendit hominem inducere in bonum commune secundum quod congruit humanæ societati ciuiliter ac temporaliter viuenti; secundum quem modum ad suum finem promoueri potest per legalem iustitiam, & ciuilem amicitiam. Ius verò canonicum intendit dirigere hominem ad bonum commune, secundum quod congruit humanæ societati, non solum ciuiliter: sed etiam Christianè viuenti, & vitam aliam æternam expectanti. Et hunc finem non possunt homines consequi. per solam legalem iustitiam, & ciuilem amititiam sed vlterius requiritur cœlestis amicitia, sine qua non potest homo in Deum tendere, sicut ergo potissima virtus, ad quam conatur ius ciuile, est legalis iustitia, & ciuilis amicitia: ita potissima virtus, ad quam conatur ius Canonicum, est ipsa cælestis amicitia, quam charitatem appellamus: & de hoc fusè per Abb. in locis in præcedenti notula allegatis, & licèt sint aliquæ Il. etiam de iure ciuili, quæ ad hoc videntur tendere, tamen plurima ab hoc scopo deuiant.

ALOYSIVS RICCIVS In §. est igitur. Author diffinit Ius Canonicum vnde pro intelligentia animaduertendum duplicem esse legem Canonicam; ideoque duplicem dari, vel inueniri deffinitionem, vel enim lex Canonica est vniuersalis, vel particularis, vniuersalis diffinitur sic, est ordinatio rationis ad bonum commune Ecclesiasticum totius orbis à Summo Pontifice promulgata, cuiusmodi sunt Sacra Cincilia generalia, Ius Canonicum, Bullæ generales, alique Sacræ constitutiones, ac motus proprij; dixi generaliter à Summis Pontificibus; nam fine Papæ Authoritate, & approbatione concilia non rectè promulgarentur, congregarentur, finirentur, nec publicarentur, vt optimè tradit Aluarus Pelagius de plantu Ecclesiæ 1. part. & Turrecremata in summa de Ecclesia, S. Th. Franciscus victoria in duabus relectionibus de Authoritat. Papæ, & Concil.

Lex Canonica particularis est ordinatio rationis ad bonum commune Ecclesiasticum particulare ab eo, qui habet Authoritatem promulgata, vt sunt concilia prouincialia, constitutiones Synodales, &c. vide textum in capite duæ 19. quæstio. Secundo cum glossa & doct. ibidem

ibid. S. Thom. & alios quos refert, & sequitur S. Anton. part. 1. titul. 17. cap. vnic. vbi multas ponit diuisiones legis Canonicæ Angel. Syl. Tab. & Summistas verbo lex. Astens. summa confess. & Host. in titul de constitut. Sotum lib. 1. de Iust. & Iure. Vel dic. quod lex Canonica est, quæ ordinatur ad bonum spirituale, siue ad pacificum conuictum Ecclesiasticum, vt late per Viguerium de lege Canon cap. 1.

Vel dicas, Ius Canonicum est quod Decretis Pontificum statutisque consiliorum tam generalium quam Prouincialium normam recte viuendi ostédit text.

De iure diuino, [a] consuetudine, & constitutionibus.

in cap. 3. distinct. 1. Analysis Canonica in princip. pag. 2. tex. in capite de libellis 20. dist.

Quam Authoritatem habent constitutiones, Bullæ, & motus proprij Summorum Pontificum facti extra concilia generalia respondit quod aut Papa circa aliqua scribit vt particularis Doctor vel tanquam Papa diffiniendo, Primo casu eius Authoritas allegatur vel citatur, vt quælibet alia alicuius Doctoris, sed maior illius dictis adhibetur fides ratione dignitatis; si verò Papa loquitur discernendo vt Papa, tunc indubitata ei præbetur fides, & eius Bullæ constitutiones, & motus proprij indubitanter, sunt seruandæ est communis omnium maximè Doctor. infra quia in illis, quæ Papa facit vt Papa circa fidem & regimen vniuersale Ecclesiæ errare non potest S. Anton. prima parte, titul. 17. cap. vn §. 15.

Quomodo autem, vel quibus signis cognoscatur quando Papa respondet vt Papa, aut Doctor tradit Nau. optimè in consil. fin. de constit.

ALOYSIVS RICCIVS in § constat, Author ostendit quibus constat ius Canonicum, & dicit ex tribus, ex præceptis, lege diuina ex consuetudine, & constitutionibus; vnde notandum, quod sub istis tribus continentur hæc, scilicet decretales epistolæ, Canones decreta, constitutiones, dogmata mandata, edicta, sanctiones, & pragmaticæ sanctiones, decretalis Epistola est Canon est quod in Concilio Generali, vel Prouinciali fit Decretum est vt supra dixi; constitutio est, quam Papa proprio motu statuit, vt scribit redegit sine Concilio fratrum, & nulla consultatione, facta, vt in cap antep. de election. & vlt. quæ constitutio est generalis ad differentiam illius, quæ fit per Episcopum, quæ est specialis: Dogma consisti in doctrina fidei cap. pen. de consecrat. distinct. 5. mandatum in doctrina de moribus cap. denique 4 dist. edictum est quando nulla pœna adjicitur cap. non oportet de consecrat. distinct. 4.

Sanctio est cum adjectione pœnæ c. si quis 17. q. 4. pragmatica sanctio dicitur illud, quod imperator, de consilio procerum sanxit, & statuit l. vltim. C. de diuers. re vide de hoc Hostiens. in proœm. §. quo nomine litera H. Tab. ver. constitut.

Aliam rursus tradunt differentiam inter decretale, epistolam, & Decretum, nam dicunt decretalem, epistol. & decretum respondit decretalem epistolam esse, quam Papa ex se vel cũ Cardinalium consilio statuit ad alicuius Ecclesiæ, Prouinciæ, Prælatine responsum Glosa in cap. omnes 3. distinct. text. in c. 1. de rescriptis, cap. bonæ de electione cap. in Canonicis 29. distinct. decretum verò est quod fit à Papa de concilio Cardinalium ad nullius petitionem; S. Anton. 1. p. titul. 27. cap. vnico §. 21. gloss. in summ. 4. distinct. quam refert, & sequitur Rodul. Cubers supra pag. 26. numer. 3. text. in cap. generali. 25. quæst. 1. Analysis Canonica in principio.

An autem sub illis tribus speciebus supra enumeratis contineatur etiam liber communiter nuncupatus Pontificale Romanum, & respondeas quod non verum esse, sed librum Authenticum, qui allegari potest, & solet, & cui fides adhibenda est, vt dicit, Pauin. de visitatione, & Paulus Fuscus de visit. libro primo, cap. 4 numer. 9 & libro 2 capit. 25 numer. 24 cuos refert & sequitur Cened. in 2 parte collect. ad Ius Canon. ad text. in capitul. A qua de consecrat. Ecclesiæ vel Altar. numero quarto, quæ omnia ego intelligerem etiam de Cerimonial. Romano.

Sed quæritur cuis fuit institutor, legis Canonicæ respond. Christum Saluatorem Nostrum authoritatem dedisse Petro condendi leges in illis Ioan. 21 verbis, Pasce oues meas & Matth. 10. præcipit eis obedire, dicens, si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus, & non tantum Petro, sed etiam aliis Apostolis, & Romanis Pontificibus Petri successoribus fuit talis collata potestas, vt probat Viguerius in titulo de lege humana, §. 1 pag. 662

Quæritur Secundo quando incipit lex canonica respond legem canonicam incepisse ab illo Sacro Apostolorum Hierosolym concilio celebrato 17 vel 18 Anno post christi Ascensionem, vt habetur in actibus Apostolorum cap 15 Ayala in lib de diuinis Apostolicisque traditionibus, 3. part titul de Authorit Sanctorum canonum Apostolorum couarr. lib 4 variarum resolutionum capitul. 15 Viguer. titul. de lege humana §. 1 vers. 1

DE IVRE DIVINO, CONSVETVDINE, & constitutionibus.

Supra titul. proximo § 1 in fin dictum est, ex quibus constet hoc ius nostrum, vnde opus erat de eius partibus pertractare, ideo proponitur præsens titul. qui diuiditur in 3 partes principales, quemadmodum tria quoque proponuntur in prima explicatur ius diuinum: in 2 consuetudo: in 3 constitution 2 ibi ius consuetudinis: 3 ibi constitutio.

DE IVRE DIVINO CONSVETVDINE, & constitutionibus

a DE Iure diuino. Intellige de iure diuino stricte sumpto hoc est, de eo quod immediatè descendit à lege veter, & Euangelio: alias aut large etiam ius canonicum appellatur ius diuinum: vt per Abbat. in cap nimis de iureiur. propriè autem statuta Papæ, & conciliorum dicuntur humana ea non debet: de consang. & affin. & late per Abbat. in capit. licet ex quadam de testis super text. Quod autem ius canonicum constet iure diuino probatur in c qualiter 2 de accus. & not per Abba in c 1 de translat. epis. ANTO. TIMO. De iure diuino, Ius diuinum secundum sui rationem formalem, id est secundum quòd promulgatur, definitur à S. Thom. 2 2 quæst. 57 articul. 3. ad 3 Ius diuinum inquiens, est, quod diuinitus promulgatur. diuidit etiam in duas partes, in naturale scilicet, & positiuum, quod legem æternam appellat Alexandr. parte tertia, quæst. decima nona, membr. 3. articul. primo.

Ius diuinum.

Ius diuinum. CASVS, cum ius diuinum reperiatur in antiquo, & nouo testamento, & diuersimodè obseruetur à Iudæis, & à christianis, Ideo dubitatum, fuit de viribus eius, si quidem propter istam variam eius obseruantiam videtur mutabile, quemadmodum ius humanum capitul. non debet, de consang. & affinit. Sol. tamen est sequenda prout hic legimus, quia Christus non venit soluere legem, sed adimplere; vn-

Io. Eap.

de nota hic duo iura diuersa ratione considerata, esse eiusdem, & alterius naturæ, & ideo non tenet obiectio. Not 2 argumentum Iudæos hodie cogi posse ad obseruandam moralitatem iuris diuin cum sit idem cum iure naturæ, cap. 1. distinct. 1

b ¶ Lege.] Scilicet Mosaica, de qua in dubio est intelligendum per Antonomasiam: argument. §. quoties de iur. natur gentium, & ciu.

c ¶ Continetur.] Immo illud videtur ius naturale: vt capitul primo, distinction prima. Respond. ibi exponitur ius naturale, id est, ius diuinum: vt not. in dict. capit. primo, vel alias, non omnia, quæ sunt in lege, & Euangelio sunt ius naturale, sed illa particula: qua quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inferre quod sibi non vult fieri.

d ¶ Immutabile.] Post tamen diuinum ius limitari, & distingui à lege positiua, si probabilis ratio suadeat, licet non in totum mutari: vt late habetur per gloss. Abb. & alios in cap. fin de consuet. Item à consuetudine, Innocent in dict. cap fin. Abb in cap. quoniam de feriis in princip. & in cap. cum esset, de test.

Ius diuinum limitatur & distinguitur.

* Semper permanet) nec papa super eo dispensare potest. c. sunt quidam 25 q. 1 id est in totum abrogare, (quin potius tenetur, dicta Apostoli & conciliorum & Euangelistarum vsque ad sanguinem defendere, c. memor 24. q 1) aut illud sine causa relaxare vt notatur in c. nisi rigor 1 q 7 alias dispensatus non est tutus quoad Deum gloss. & dd. in cap non est voti de voto. quia vbi non est causa dispensandi rationabilis non est dispensatio sed dissipatio vt ait Diuus Bernardus in lib. de consideratione ad Eugenium Papam, cap 24 potest tamen illud limitare & relaxare ex causa, nam Bigamia est prohibita ex dicto Apostoli, c super eo & cap. à nobis de Bigam. & tamen Papa dispensat in Bigamia, cap. lator. dist. 34 Similiter presbyter fornicator debet ex præcepto Apostoli ab altari remoueri, cap presbyter dist 84 & tamen Papa cum eo dispensat vt ibi. Item dispensat in decimis, cap ex parte, & cap à nobis de decimis, & tamen decimæ sunt de iure diuino, c decimæ, can. reuertimini. ib. q. 1. cap. tua nobis de decimis. Item dispensat in voto cum causa vt notatur in d. cap. non est de voto, & tamen est de iure diuino. cap. magnæ eod. Item dispensat in iuramento, cap quanto. de iureiurand. & tamen est de iure diuino, cap. etsi Christus eod. tit. Item dispensat in secundo gradu consanguinitatis collateralium, cap. literas vbi gloss. de restitut. spoliat. cap. proposuit & ibi gloss. de concess. præb. Idem dispensat quod in ore duorum non stet omne verbum, cap. licet vniuersis, cap. licet ex cuadam de testib. Item dispensat quod subdiaconus possit vxorem ducere, cap. illo & ibi gloss. dist. 32. Item dispensat contra quatuor concilia cap. sicut, dist. 15. de hac materia vide dd. & præcipué felin. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. & præpos. in cap. tua nos de sponsa. duorum SOLIER.

TIT. II.

- *Partes Iuris Canonici.*
  - Ius diuinum
    - Quid
    - Quotuplex
      - Morale
      - Mysticum
  - Cõsuetudo.
    - Origo
    - Quid
    - Effectus
      - Bonus vsus
      - Malus abusus
  - Constitutio.
    - Quid
    - Quotuplex
      - Ecclesiastica
      - Ciuilis seu Seculatis.
    - Effectus

IVs diuinum est quod in Lege [b] continetur, [c] & Euangelio, atque immutabile [d] semper permanet. * Sunt enim [e] Legis, & Euangelij præcepta, aut moralia, [f] aut mystica. [g] Moralia præcepta nullam omnino mutabilitatem recipere possunt: [h] Mystica verò, etsi quantum ad superficiem mutata videantur: secundum moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepisse comperiuntur.

c ¶ sunt enim.] Rationem reddit, cur sit immutabile ius diuinũ diligenter partes enumerando: sed contra videtur, quod partes non sint diligenter enumeratæ, cum sint in lege etiam præcepta iudicialia: vt Deut. 6 Hæc sunt ceremoniæ, præcepta, ac iudicia. Resp. quod iudicialia sunt accessoria ad moralia: vel pertinent ad moralia, vel secundum Turrec. pertinent ad mystica, vt per eum in c. non est peccatũ, §. his itaque, & sumitur, quòd hic dicitur ex d. c. non est peccatũ, §. his itaque dist. 6. per quod remouetur contrariũ d. cap. 1. §. sed cum distinct. 5. ANTO. TIMO. Quomodo præcepta iudicialia & ceremonialia legis Mosis non amplius obligent post aduentum Christi, per quem fuerunt euacuata: & cur moralia semper obligent, vide apud s. Tho. 2. 2. quæst. 104 articul. 3 & quæst. 100 artic. 4 & Doctores in 4 senten. distinct. 37. Et ratio est, quia ista sunt secundum rectæ rationis dictamen, quæ in homine non potest extingui nec mutari, cui est essentiale.

Morale.

f ¶ Moralia.] sic dicta, quia mores informant ANT. TIMO. Differentiam inter legem veterem Moysi, & Euangelium lege apud Magist. sent. lib. 3 dist. 40. & vlt. & ibi B. Bonauen. art. 1 quæst 1 & alios Doctores, ibidem, & Alexãdr. de Ale. in 3 p. suæ summæ, q. 28

Mysticum.

g. ¶ Mystica.] Id est arcana vel figurata, & quæ aliud præter id, quod videtur continet, vel aliud significant, quam quod litera sonat. Et horum alia sunt sacramentalia. De sacramentalibus ratio reddi potest, quare ad literam sic fuerint præcepta, puta, de circumcisione, obseruatione sabbathi: vt est de bapt ca maiores, & c. translato de constit. de cæremonialibus non Item vt de eo, Non arabis in boue, & asino 16 quæst. septima, capitul. in noua. Item, Non feres vestem lana, & lino contextam. Non seres agrum diuerso semine. Obseruatio autem sabbathi, partim est moralis, partim cæremonialis: vt Turrecre in c. non est, §. his itaque dist. 6 vbi post alios tentat reddere etiam supra dictorum rationem.

Obseruatio Sabbathi.

h ¶ Possunt. [Nota præcepta moralia esse immutabilia. Vnde aduersus illa maxime si sint negatiua,

papa non dispensat cum obligent, & semper, & ad semper. §. his ita distinctio sexta & per Anch. de pœn. disti. & per Abb. in c. literas de rest. spol. post gl. fac. 25 q. 1 e. sunt multi.

ALOYSIVS RICCIVS pro intelligentia §. & Totius Tituli videnda sunt. Primò quare fuit facta lex Diuina. secundò qualiter diuidatur Tertio á quo fuit data. Quartò quibus nominibus nominetur in sacris literis. Quinto quænã differentia sit inter legem Veterem, Diuinam, & Nouam. Quoad. Primum dico latam fuisse propter incertitudinem humani iudicii præcipue in rebus contingentibus particularibus propter quæ contingit de actibus humanis esse diuersa iudicia diuersorum, ex quibus etiam diuersæ, & contrariæ leges procedunt 2 propter insufficiétiam humanæ legis quia homo potest iudicare solum deiis, quæ videt, lex autem Diuina omni iudicat; ita tenet Astens. in princip. 10 vel dicamus cum Matthia Eliseo in princip. elucidationis Decalogi, datam fuisse, ob defectum legis naturalis, quia iam propter hominum peccata quasi obliterata & oblita erat, vel quia quemadmodum homo per nimiam sui ipsius dilectionem peccauit; ita per legem Diuinam, sciret explicite quem diligere deberet. s. Hyer ponit multas rationes in lib. de mansion. mansione 12 vbi refert ipse Eliseum, super aliqua adducens, s. Thom. autem in Epist. ad Gal. capit 3 lect. 1 in princip, litera D. ait legem datam fuisse contra quadruplex vulnus peccati scilicet contra malitiam, infirmitatem, concupiscentiam, & ignorantiam.

Vel dicas quatuor obcausas datam fuisse. Prima propter cohibitionem omnis criminis, lex enim humana non posset omnia crimina tam interna, quam externa prohibere. secúda propter directionem mentis. Tertia propter certitudinem veritatis. Quarta propter adeptionem Felicitatis de quibus videas s. Thom. 2 2. quæst. 61 art. 4 vbi Caiet. & Bart. Med. & Panteol. ver. lex. cap. 25.

Vel lex lata fuit tribus ex causis positis á conc. col. in explicat Decal. §. cum ergo prima vt coerceret, homines quadam disciplina penarum motu á fragilitiis deterrens, secunda lata est, ostenderet peccatum, vt accusaret terreret, conturbaret ac confunderet conscientiam. Tertio lex data est, vt iustificatis per fidem regula data est, bene viuendi, in qua cernant opera quæ Deo placent, &c.

Quoad secundum lex Diuina diuiditur in moralem cæremonialem, & iudicialem Iudicialis respondet. Primò fini legis, qui est, in coercendo per disciplinam, ad retinẽdam societatẽ generis humani moralis secundo fini quod sit exceptio legis naturæ ac doctrina virtutum Carnis fragilitatem ostendens, & ad gratiam præparans. Ceremonialis verò instituta fuit ad præfigurãda venturi Episcopi. Misteria vero fidei, cultus Deo acceptos nimirum vltimo fini legis respondens ita mirabiliter in conc. col. sup. in §. Diuiditur autem.

Quæ omnia præcepta moralibus exceptis qualiter sint arrogata morteque Christi saluatoris Nostri extincta, atque mortua inde late per s. Thom. & alios complures, quos refert, & sequitur. Arnal. Alb. in rubr. de hæret. lib. 6 quæst. 12 & s. Anton. 1 p. tit. 14 capit. per totum. Iacob. Valent. in tract. contra Iudæos quæst. prima Lactan. Firmia. & alios antiques Hect. Pint. in Daniel. in multis locis syl. Tab. & alios sum verbo lex lexicon. Theol. verbo. hære. fol. 156 & notauimus Res in Glos. ad zelum Christi.

Quare enim dicitur lex Diuina occidebat. Respond. hoc non esse intelligendum effectiuè? quod cum effectu occidisset sed occasione accepta non autem data opera de cuius intellectu vide s. Thom. 2 quæst. 98 art. primo ad 2 vbi Caiet. & Bart. Med. & optimè Hugo de s. Victore super illud c. pauli & Doctores communiter.

Quoad Tertium fuisse semper hæreticorum rabiem, vt alii qui dicerent, legem datam fuisse á diabolo quos reprobat s. Thom. 1 2 qu. 98 art. 2 vbi Caiet. & Bart Med. & Panth. ver. lex. cap. 26 Resp. 2 datam fuisse á sanctiss. illo legislatore Deo opt. Maximo mediante seruo suo Moise vtvltra sacram scripturam per totum. Exodum Leuiticum, & c. tenent omnes Catholici.

Quoad quartum multifariam multisque modis nuncupari vt optime ait Iacob. Valent. tract. 4 c. 48 prólogi super psalmes, quem refert & sequitur. Lexicon. Theologi verb. Diuina. lex Hector Pint. in Daniel. cap. 9 vers. & Ambulabunt, in lege ipsius omnis in vniuersum lex Diuina, secundum diuersos effectus diuersis nominibus nominatur, in quantum ligat & obligat homines dicitur lex Diuina, sed in quantum est á Deo prolata & scripta in tabulis dicitur sermo Domini, siue eloquium Domini, sed in quantum prohibet malefieri dicitur præceptum, in quantum autem admonet, bona fieri, dicitur mandatum, siue mandata, sed in quantum est testificata á Deo, & prophetis dicitur testimonium Domini sed in quantum per legem cognoscimus voluntatem Domini dicitur voluntas Domini sed in quantum fuit confirmata per Christi testim dicitur testimon. Domini, sed in quantum fuit confirmata per Christi testim dicitur testimon. Domini, sed in quantum iustificat obseruantes dicitur iustitia siue iustitia Domini inquantum eius scripta omnia sunt impleta in Christo dicitur veritas in quantum sumus per eum, liberati dicitur misericordia in quantum Deo pacificati dicitur pax. Hæc illi. Hect. autem Pint. supra breuiter resoluit dicens lex Domini appellatur in sacra scriptura testim. iudicium eloquium Dei iustitia mandatum, præceptum, vita, lucerna, vinum, lac, lumen, pabulum, iugum, via salutis, verba Dei statuta, & legitima.

Quoad Quintum Respondeo complures colligi posse differentias ex Doctoribus, quarum aliquas hic notare libuit. Prima, vtraque illarum fuit, ab vno eodemque authore scilicet. Deo data sed lex vetus in lapidibus, noua verò in cordibus quod pro baptizatis fuerat, per Hieremiam capit. 31 Dabo leges meas in cor. illorum & 2 ad cor 3 Conc. Colon. de Decalogo §. nec alia s. Aug. de litera & spirit. c. 17 Arnal. Alb. in rubr. de hæret. in 6 quæst. 12 §. quartus nu. 26 s. Thom. 1 2 quæst. 98 art. 2 ad 3 & 3 p. q. 42 art. 4 & ad 2 & omnes alii.

secunda, lex noua plura sup rationem credenda præcipit, lex vero vetus pauca S. Thom. contra Gent. lib. 5.

Tertia, lex vetus cohibebat manum in actus exteriores per penas temporales, non autem animum in actus interiores, noua autem cohibet vtrumque per æternas s. Thom. 1 2 quæst. 107 art 1 ad 2.

Quarta, lex noua principaliter promittit specialia, & ordinat actus etiam interiores & ex amore ideo perfectior est. Lege veteri, quæ habet opposita s. Thom. 1 2 quæst. 92 artic. 50 & 2 2 quæst. 65 artic. 2 ad tert.

Quinta, lex vetus grauior est l. noua quo ad ceremonialia, & quoad dispositionem subditorum, sed quoad actus virtutum est contraria s. Thom. 1 2 q 107. art. 4 & quodlib. 4 ad 3 & in 3 d. 40 art. 4 q. 3.

sexta, lex vetus est lex seruitutis, lex verò noua est lex pietatis s. Thom. 1 2 quæs. 108 art. 4 & 1 ad Cor. ca. 7 lect. 3 in fin.

septima, lex noua dicitur lex veritatis verus autem dicitur lex vmbrę vel figurę s. Th. 1 2 q. 107. ar. 2 c. 1.

Octaua, lex vetus non inducebat ad conformitatem Moysis, sicut lex noua inducit ad conformitatem Christi Sancte Thomæ 4 d. 15 quæstione tertia articulus 3 quæst. 1.

Nona, lex noua nihil determinat circa ceremonialia vel iudicialia, nec præcipit alia moralia, quam lex vetus S. Thom. 1 2 qiæst. 108 art. 2.

Io. Bapt. a ¶ Ius consuetudinis.] CASVS in tota hac parte ita potest figurari. Cum multitudo quædam hominum ciuitatem ædificasset, & per plures actiones, & mores introduxisset certum modum viuendi, fuit postea quæsitum, an modus iste pro lege esset seruandus? negatiue enim videbatur respondendum tum arg. l. si quis in principio ff. de lega. 1 tum etiam quemadmodum non videbatur necessarium propterea in vnum conuenire, cum etiam à principio homines probabiliter certis moribus viuere debeant, sol tamen vt hic habetur, quia in iure cum commune bonum sit præcipua causa ipsarum legum, hinc est quod ad ipsum consequendum, & diuersa iura dantur, & diuersimodè inducuntur. Lex autem in oppositum adducta non obstat, quia loquitur de persona singulari, ratione qua singularis est, vnde ad legem communem requiritur, vt homines in vnum conueniant, & ideo lex est commune præceptum, l. 1 ff. de legib. & hinc cognoscimus etiam secundam obiect. non concludere, Not. 1 legem dari hominibus conuenientibus in vnum. No. 2 iura humana necessariò, & essentialiter oriri à iure diuino, & naturali, cum ratione constare debeant, & ratio sit anima legis c. consuetud. dist. 1.

Consuetudo, vnde duxerit originem, h. d.

Ius consuetudinis [a] post naturalem legem sumpsit exordium: [b] ex quo homines in vnũ conuenientes cœperunt simul [c] habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain ciuitatem ædificasse legitur. [d]

Quid sit consuetudo, & quã vim habeat, h. d.

Est autem consuetudo Ius [e] quoddam moribus institutum, [f] quod pro lege suscipitur, in ijs enim rebus, in quibus nihil certi diuina statuit scrrptura* mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut præuaricatores diuinarum legum: ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi, [g]

b ¶ Exordium.] Facit c. non est in fi. dist. 6.

c ¶ Simul.] Pluralitas enim hominum disgregata non potest consuetudinem inducere.

d ¶ Legitur.] scilicet Gen. 4 nam, vt dicit Ioseph. & refert Turrecre. in c. non est in fi. dist. 6 Cain congregans opes ex rapinis suos ad latrocinia inuitabat, & timens quos ipse lædebat, suos vrbe collegit. Fuit tamen hoc ius extinctum aquarum diluuio, ob hominum nouitatem & reparatum, vel immutatum creditur tempore Nembroth vt in d. c. non est. Sed quomodo in mundi primordio potuit Cain colligere hominum multitudinem? Respo. secundum Ange. quod homines diutissime viuebant: vr per Turrecre. vbi sup.

Cain.

e ¶ Ius] Appellatione iuris igitur consuetudo quoque continetur Vnde si Papa mandat causam terminari secundam ius, poterit delegatus eam terminare secundam consuetudinem: sec indum Abb. in c. cum nobis de electio. licet Ioan. And. contra, de hoc in rubr. extra de consuet. & in c. Quintaualis de iureiur. arg. contra in c. cum venissent, de eo qui mit. in poss. vide ibidem per Abb. in 3 not. ANT. TIM. Definitur à Gratiano consuetudo ex Isid. lib. 9. Ethymologiar. c. 3 vt sit: Ius non scriptum assiduis actibus constitutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. habetur in cap. consuetu. distin. 1.

Iurit appellatio cõtinet consuetudinẽ.

f ¶ Institutum.] Videtur ergo, quòd plures ciues non sufficiant ad hoc, vt aliquid dicatur consuetudo nisi institutum sit, quod illud pro consuetudine seruetur: non ponit esse quod ex gratia, vel tolerantia hoc sæpius permissum sit: extr. de verb. sig. c. Abbate & 10 q. 3 c. quia cognouimus. Vnde licet sæpius quid factum sit, vt in posterum fiat, iteratio vsum non inducet. ff. de iti. actuque, priua. l. 1 §. Iulianus recte ait, & l. fi. Patet id & alia ratione, quia licet pluribus vicibus quid certo modo iudicatum sit; non ideo ita in posterũ iudicandum est l. nemo C. de sent. & interlo omni indic. sed secundum consuetudinem bene iudicatur, cũ veniissent de eo, qui mit in poss. & dist. 12 c. illa & dist. 32 c. placuit, alias autem varie definitur consuetudo: vt per Ab & alios in rubi. de consuetud. & per Legistas in l. de quib. ff. de legibus.

Nõ indu citur cõ suetudo ex eo solo, quod fit sæpe factum.

* scriptura) consuetudo enim non derogat iuri naturali seu diuino cuius transgressio peccatum inducit, nec positiuo nisi sit rationabilis & præscripta, cap. vltim. de consuetud. sed quanto tempore præscribatur? dic quod de iure ciuili decem annorum spatio, toto tit. cod. quæ sit longa consuetud. de iure verò canonico, si consuetudo est præter ius, decem annorum, gloss. in cap. vlt. de consuetud. in 6. in verb. consuetudo, & in cap. vt litig. de offic. Ordin. Si verò est contra ius ad eius præscriptionem requiruntur quadraginta anni, cap. Cum ana. de elect. & cap. cum de beneficio de præb. in 6 nisi consuetudo versetur circa reseruata principi, quia tunc requiritur præscriptio tanti temporis quod in contrarium non extet memoria, cap. super quibusdam de verb. signif. in 6 SOLIER.

factum.

g ¶ Coercendi.] Nota ergo quòd æque punitur transgressor consuetudinis, ac transgressor legis, c. in his, dist. 11 c. pen. vbi not. Abb. de consuet. Vnde sicut canonicis non licet obuiare legi sine licentia Papæ, sic nec consuetudini. fa. c. catholica, & cap. ecclesiastic. dist. 11. De communi tamen consensu possent venire contra consuetudinem, etiam iuratam, si causa subesset: licet contrarium in statutis 15 q. 5 cap. auctoritatem. & not. in d. c. in his. Et facit quod hic dicitur, contra ieiunantes die Dominico, de quo per Arch. d. in. c. vtinam. 76 distin. & dicebat Hostie. c. bonæ de postul. præ. & refert. ibi Abb. quod tantum est dicere. Non consueuit, quantum, Non debet, vel Non potest facere apud Iulianum. §. fin. ibi: Distrahi non soleant ff. de legat. 1 Nec mirum, quia consuetudo de licito facit illicitum. c. cum olim de cler. conjug. c. super eo de cogn. spi. Butr. in c. de eo de temp. ordin. Sed an consuetudinem Rom. Eccl. teneantur aliæ Ecclesiæ seruare? Resp. non, nisi quo ad articulos fidei, vel nisi expressè mandet, vt per Abb. in c. 2. de feriis, in prin. & in fin. & cap. pen. de obseru. ieiu. & in ca fin. de re ur.

Tantum est dicere non consuetit, quã tum non debet.

ALOYSIVS RICCIVS Pro huius §. intelligentia videnda sunt primo quid sit consuetudo, & quod discrimen est inter assuetudinem, & dissuetudinem, & mos Secundò quid sit mos, & quotuplex accipiatur. Tertio consuetudinem quis possit inducere, & qualiter inducatur. Quarto quotuplex sit. Quinto, & demum quæ consuetudo introduci non possit.

Quoad primum consuetudo est ius quoddam moribus viuentium approbatum quod pro lege suscipitur quando deficit lex, vel est ius quod ex morib. seu vsibus

Populi totius vel maioris partis ratione initiatum habens legis authoritatem consistit, vel est jus moribus introductum eius qui potest legem condere authoritate publica vide S. Thom. 1 2 q. 97 art. 1 Alberic de Ros. in l. de quibus ff. de legibus, & consuetudo, & mos non conueniũt inter se, quia mos est longa consuetudo.

Sed vt plenius intelligatur sciendum est, (& sic deueniendo ad secundum requisitum) quod mos, secundum aliquos aliquando est nomen qualitatis; id est habitus mentis aliquando vero est nomen iuris, vel secundum aliquos mos, quia significat consuetudinem 1 frequentiam actuum, qui sunt in nostra potestate, & secundum inclinationem appetitus, quæ aliquando est à natura, vnde etiam bestiarum dicuntur mores, aliquando in consuetudine aliquando ab infusione, & secundum aliquos mos tripliciter sumitur; primò pro omni lege quasi genus; secundò pro actu frequentato præcipuè secundum rationem; tertiò pro iure humano non scripto; ex quibus omnibus elicitur verè quod mos sumitur multipliciter primo pro actu voluntatis, elicito, vel imperato, & sic de moribus trahit consuetudinem, secundò pro habitu causato à talibus actibus, & sic est nomen qualitatis, tertiò, pro ipsa frequentia actuum quæ aliqnando est sine habitu causato, vt cum idem populus, & non iidem homines frequenter id faciunt puta obligationem Regni nouiter aduenienti, & isto modo est nomen iuris.

Praua consuetudo non ligat, h. d.

Hæc tamen de ea consuetudine intelligere nos oportet, quæ neque diuino Iuri, neque canonicis contradicit institutis; si quid autem contra fidem catholicam vsurpare digna de elect. & c. sacrosanctæ. eod. tit.

Quo ad tertium, s. quis possit facere, vel inducere consuetudinem habentem vim legis. In quo dic quod si multitudo in qua consuetudo introducitur libera, sit quæ possit sibi facere legem plus est consensus totius multitudinis ad aliquid obseruandum quam auctoritas principis, qui non habet potestatem condendi leges, nisi in quantum gerit personam multitudinis. Vnde singulæ personæ non possunt condere legem, tamen totus populus condere potest. Si verò multitudo non habeat liberam potestatem condendi legem: vel legem à superiori potestate positam remouendi, ipsa consuetudo in tali multitudine procedẽs obtinet vim legis in quantum per eos tolleratur, & ad quos pertinet multitudini, legem imponere, ex hoc enim ipso videtur approbari quod consuetudo induxit; consuetudinem ergo facere potest multitudo libera ad condendum legem, non libera ex tollerantia, eius qui condere potest: à quo enim remouetur genus id est potestas condendi leges, & species remouetur id est potestas inducendi consuetudinem l. iurisgentium ff. de pactis in gloss. & l. filius ff. de donationibus. Quinque tamen (ad hoc vt consuetudo ista valeat) debet habere conditiones, seu qualitates & prima quod sit rationabilis quia de substantia legis est vt sit rationabilis tex. est in c. erit autem lex, & ibi glos. & omnes 4 dist. secunda quod mores & actus hominum per quos introducitur consuetudo, sint tales, quod probabiliter arguant consensum populi illius, qui poterit facere consuetudinem. s. quod sint actu notorii ac publicè sint à populo frequentati. Tertia quod sit introducta per rectam scientiam, & non per errorem. Quarta quod maior pars populi sit vsa consuetudine. Quinta conditio est tempus debitum ita tenet S. Thom. & omnes vbi supra.

Quo ad quartum, consuetudo duplex, scilicet rationabilis & irrationabilis.

Rationabilis consuetudo est quæ non obuiat, vel contradicit canonicis institutis ita Glos. 4. in c. fin. de consuet. quam refert & sequitur Astens. in sum lib. 1 art. 3 Host. tit. de consuet. Innoc. quem refert & sequitur. Pisan. verb. consuet. §. 1.

Irrationabilis verò consuetudo est illa, quæ reprobatur à iure, vt in c. ex part. nostra & c. cum venerabilius de consuet. Ità consuetudo onerosa est irrationabilis vt in c. 1 & c. cum inter nos. de cons. Item est irrationabilis generaliter loquendo, vbi fit aliquid contra morem Ecclesiæ disciplinæ siue libertatem, tex. est in c. cum terra

Quo ad quintum non nulli sunt casus, in quibus consuetudo induci non potest, & primo consuetudo contra ius diuinum & naturale, & diuinum positiuum nullatenus induci potest. vt tenent communiter omnes, secundò consuetudine non potest introduci contra sigillum Sacramentalis confessionis, & est com. munis opinio S. Thom. & Theologor. vt tradit Abb. in cap. omnis de pœnit. & remiss. numero 25. & in c. dilectus numero septimo de excess. prælatorum.

Quæritur tertiò vtrum valeat consuetudo, quod non fiat correctio. Resp. negatiuè per textum mirabilem in c. irrefragabili de off. ord.

Quartò vtrum consuetudine introduci possit quod regularis professus aliquo modo sit Dominus eorum, quæ lucratur prædicando legendo confessiones audiendo, etiam eorum, quæ sibi donantur. Respon. minimè, quia esset contra naturam monachorum esse dominum, cum sit mortuus, & mortuum aliquid habere, vel facere omninò repugnant. Secundò quia in professione facta Deo expoliauit se omni voluntate & velle suo, & sic professus non habet velle, nec nolle atque ideò quicquid acquirit Monachus acquirit monasterio, quemadmodum quicquid acquirit filius familias acquirit patri & seruus domino, complura sunt iura in vtroque iure & communiter omnes, & latissime Nauar. in tract. de tribus totis.

Quintò vtrum Papa possit hoc priuilegium fori clericorum ab eis tollere? & Resp. quod non, ita Domin. in c. in istis. §. lege columna 2 d. 4 & Gloss. in c. Imperator 96 d. Abb. in c. eccles. de constit. Oldrad. cons. 83.

Sextò, consuetudo introducta contra præceptum Decalogi non valet etiam immemorabilis, & generalis totius orbis. Certum enim est omnem consuetudinem contrariam legi naturali, vel Diuinæ, vel consequentibus necessariò ex illis corruptelam esse, vt ex c. mala, & c. frustra, & c. quo iure sub finem 8 distin. & c. fi. de consuet. probat optime Nauarrus in Rubrica de iudiciis numero 55 & in tractatu de Spoliatione Clericorum §. 14. numero 1. vnde infertur minimè excusari Iudæos Turchas, Hæreticos, aliosque malos Christianos suos videntes parentes cognatos & notos aliosque quoscunque contra legem naturalem atque diuinam singules facere monentes facinora inaudita perpetrare vitamque dæmonum gerere, quia lex naturalis ac diuina contrarium docet vt habetur. Psalmo 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, & sic non potest consuetudine effici vt Iuramentum falsum non sit peccatum, quia vt supra consuetudo legem diuinam abolere non valet S. Th. 1. 2 q. 97 art. 3 Host. & alij quos refert. & sequitur Summ. Confess. lib. 2 tit. 5 q. 206.

Septimò consuetudo, quod inuenta, ex naufragio sint occupantium non valet ita Natta cons. 331

vol. 2 quem refert & sequitur Scappus de iure non scripto lib. 5 c. 115 num. 16 cum sequ. & ratio est quia illa facta est contra ius naturale.

Octauò non potest facere consuetudo, vt licitè exigantur vsuræ, quia iure diuino & naturali sunt prohibitæ vt patet per tot. tit. de vsur. & per S. Thom. & comm. Theolog. & Canonist.

Nonò quæritur vtrũ Secretarij Card. possint aliquid accipere pro regiſtro, vel sigillo bullæ alicujus beneficij collati, & Resp. vel loquitur de notabili quantitate constituente peccatum mortale, vel de parua, secundo vel loquimur de sponte, & animo gratitudinis dato, vel de dato exigenti, vel non volenti bullam dare, nisi illi donatiuum soluatur, & quo ad primum paruam quantitatem suscipere à dante vel illam petere vt Iulium vnum, vel duos etiam nulla statuente consuetudine esse non mortale peccatum, quia parua quantitas excusat à peccato mortali & ab excomm. vt ex S. Thom. & alijs probat. Nauar. Man. c. 11 numero 4 idem judicium erit de illo, quod gratitudinis, vel alias recompensationis gratia fuerit donatum vt in materia vsurarum tradunt omnes quicquid datur gratitudinis animo non facere vsurarum; quoad secundum ille qui accipit notabilem quantitatem pro sigillo regiſtro & c. peccare mortaliter, tenerique ad restitutionem nec excusari à quacumque contraria consuetudine vt tradit & declarat bene Nauar. in cons. 7 de Sim. ex Conc. Trid. sess. 24 c. 14 & alijs, & ratio est, quia nulla consuetudo valet contra clausulam irritantem ipsam consuetudinem secunda est ratio quia hoc ipsum quod prohibitum est jure Canonico, est etiam prohibitum iure diuino.

Consuetudo facit licitum de illicito,

a ¶ Appellanda.] Et propterea non ligat c. mala. & c. consuetudo dist. 8 etiam si sit juramento firmata c. quanto de iureiu. Vnde collige, quod id, quod sui natura est illicitum, consuetudine non fit licitum no. in d. c. mala, videtur tamen quod excuset à pœna temporali, & sic aliquid operatur; vt no. in c. cum venerabilis. d. consuet. & in c. deniq. di. 4 & in c. 2 de temp. ord. & aliquid per Abb. in c. fi de const. & alium effectum ponit in c. cum causam de elect. numero 3 & qualis esse debeat consuetudo. no. in c. frustra dist. 8 & in ca. qui contempta & in c. fin. de consue. & c. in quod super de consang. & affin. & in l. de quibus. ff. de ll. cum sexcent. simil. locis. ANTIMO. Ecce consuetudo praua excusat à pœna hujus mundi, & temporali: non à gehennali, gloss. in c. denique in ver. consuetudine. dist. 4 quando ejus prauitas per jus non est declarata, non autem quo ad Deum, quando esset contra jus naturæ, puta ex ignorantia crassa 32 q. 7 cap. flagitia. Quod consuetudo non potest mutare legem diuinam, nec naturalem S. Tho. prima secundæ quæst. 97 artic. 1 ad 2 potest tamen eam limitare, distinguere, declarare, augere, & hujusmodi alia facere, vt per Abb. & Doct. in c. fin. de consuet.

Io. Bap.

Constitutio CASVS. Quidam princeps & magistratus seculares indifferenter promulgabat suas constitutiones, modò in fauorem Ecclesiæ modò aliquo respectu in damnum ejusdem, & aliquando simpliciter non considerando qualitatem rerum, vel personarum idque faciebant illa ratione moti, quia jus ciuile quoque videtur tractare posse de rebus diuinis tot. tit. C. de sum. trinit. & de sacros. eccl. cum simil. & ad ipsos spectat decidere quæ faciunt ad bonum illius ciuitatis ob potestatem, quam exercent. Solut. tamen aliter hic habetur; quia cum duæ sint potestates ciuilis & ecclesiastica. duo. d. 96. c. solitæ de maior. & obsequitur vt sit contra rationem vnam potestatem mittere falcem in messem alterius, licet autem in jure ciuili habeantur rub supradictæ relatæ, id tamen factum fuit, habitu, vt dicunt iuris canonic. Not. constitutionem secularem mutare naturam, quando à iure canonico approbatur, vt etiam in rebus ecclesiæ locum habeat. arg. c. consuet. §. cum itaque dist. 1 Not. 2 modum singularem, & optimum ad conuincendos aliorum errores, qui approbatur in cap. si quid veri. dist. 37.

nosci tur, non tam consuetudo, quàm vetustas erroris est appellanda. [a]

Quod sit constitutio h. d.

Constitutio [b] **est lex scripta.** [c]

b ¶ Constitutio.] Dupliciter sumitur terminus, constitutio, strictè & propriè, & largè & improprié Primo modo comprehendit solum, quod princeps statuit, vel qui est loco principis ca. constitutio. dist. 2 & ità sumitur hic. Secundo modo pro omni iure scriptor etiam minorum potestatum: ita sumitur in rubrica extra de constit. iuncto c. cum omnes. & c. cum M. eo. titu & traditur ordinariè in dicta rubr. & de materia 10 dist. per totum.

Constitutio dupliciter sumitur

c ¶ Scripta.] Videtur ergo quòd scriptura sit de essentia, vel forma constitutionis quod quidem multi tenent, vt latissimè traditur in rubrica de const. sed si teneas contra, quod scriptura non requiratur dic quod hic loquitur secundum frequentiorem contingentiam, qua habet quod constitutiones scribantur, & probentur per exhibitionem scripturæ. Sic seruitus definitur constitutio iuris gentium, §. seruitus instit. de iu. personarum cum tamen & jure ciuili serui fiant. §. pen. eo. tit. Vel secundum alios dic, quod est scriptura de forma accidentali ipsius constitutionis.

Scriptura ad de forma legis

ALOYSIVS RICCIVS Animaduertendum, quod de substantia constitutionis est, quod fiat in scriptis Bald. in l. humanum. C. de legi. Cened. in collect. iuris Canonic. part. 1 cap. 1 Alber. in 1 par. statutorum q. 14 Et licet contrarium quod de constitutionis essentia, non sit scriptura teneat Ioan. Ant. in c. nemo potest de reg. iur. in 6 Medic. de leg. & statut. part. 3 q. 11 & Suarez recep. sent. §. lex.

Tamen Borrel. primam opinionem tenet in Comentar. de magistrat. edictis lib. 2 c. 10 Cuius opinioni adhæreo.

Animaduertendum secundò quod noua constitutio non reuocat actus perfectos vigore veteris constitut. nisi constet de contraria mente facientis nouam constitutionem. Blanch. in decis. Ro. nou. 319 part. 1 vol 1.

Et edictum siue bannum à judice positum consensu partium, ipso iudice inscio, amoueri potest, si illos solum respiciat, & non alios Cappe. Tholos. in. decis. 73.

Et regulæ Cancellariæ Apostolicæ constitutionum vim habent Anchar. cons. 295 Gomez in proœm. Cancellariæ q. 2 vbi ad contraria respondet Nouarius in prælud. collect. ad pragm. Reg. Neap. Animaduertendum tertiò quod constitutiones ligant à publicatione generali: nam publicatio est de illarum substantia Cened. collect. Iuris Canon. 1 par. 2 Borrel. in comentar de magistrat. edictis libr. 2 cap. 11 & Constit. de facti scientia centur. 2 distinct. 98. per totam.

Sed intellige quod esto quod sit publicata in curia Imperatoris, vel Regis non ligabit; donec in prouincia publicata non fuerit vt dicit Cach. in decis. Pedemont. 141 Anna allegat. 55.

Hinc est quod edictum regium ligare incipit post duos menses à die publicat. §. 2 Auth. vt nouæ constitu. Franc. Marc. in decis. Delphin. 247 volum 2.

Quod intellige quando non esset appositum tempus, quo ligare inciperet; quia duorum mensium tempus non exspectatur Menochius de arbitrar. iudic. quæstio lib. 2 centur. 2 de Franc. decis. 360 vbi nos diximus cum D. Nouar.

a ¶ Princeps.] cap. constitutio dist. 2.

b ¶ Dignæ.] de hoc 10 dist. per totum An autem sint seruandæ in foro conscientiæ, potest colligi ex his quæ per Abb. in proœm. Decret. & per omnes in cap. 1 de constitut. ANT. TIMO. Constitutiones, & leges sunt obseruandæ, quando non fuut cóntra euangelium, & decreta diuina. Præterea, quando non sunt contra ius naturæ. Vnde neque Imperator, neque Papa possunt auferre bona ajuste possidentibus. in Clement. pastoralis de senten. & re iud. oblig. autem constitutiones, & leges, si iustæ sint in foro cõscientiæ S. Thom. prima secundæ q. 96 artic. 4 si autem injustæ non nisi ratione scandali. Non autem semper lex, & constitutio obligat ad mortale. vide S. Thom. 2 2 quæst. 86 art. 9 referunt enim Doct. octo modes, quibus possumus cognoscere, an lex obliget ad mortale, cum ad hoc, vt lex obliget, multa requirantur; & notat. præcipue quatuor. Primò quod sit justa secundò, quod promulgata: tértio, quòd sit elapsum tempus, post quod incipit obligare, quod est duorum mensium quoad constitutionem generalem Docto. in c. noueritis de sent. excom. quartò, quod sit per in feriores acceptata. ca. in istis §. leges dist. quarto.

Quotuplex sit constitutio: & ciuiles constitutiones, quæ non sunt contra Euangelium & canones, sunt honorandæ, licet ipsis Ecclesia non ligetur. h. d.

Constitutionum autem aliæ ciuiles, aliæ ecclesiasticæ. Ciuiles sunt, quas princeps, [a] aut magistratus, aut populi sibi metipsis sanciunt, quę quidem si Euangelicis, atque Canonicis decretis non sint contrariæ, sunt omni reuerentia dignę; [b] atque eis Ecclesia sæpę contra hæreticos [c] contra tyrannos, & quoscunque prauos, vtitur, alioquin nullius sunt momenti.

Ciuilis constitutio non ligat, quamuis Ecclesiæ fauorabilis, h. d.

Quod vsque adeo obtinet, etiam, si quid in eis statutum fuerit, quod Ecclesiarum respiciat commodum [d] nullius firmitatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit comprobatum. Sed nos [e] ad Ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, species, & auctoritatem breuiter referentes.

Vtor pro me, quo non vtor contra me.

c ¶ Contra hæreticos.] Not. ergo, quod vtor pro me, quo non vtor contra. dist. 37 cap. si quid veri 2. q. 7 cap. si hæreticus. contra tamen 19 dist. c. si Romanorum & 4 quæst. 3. §. item in criminali versic. si quis testibus, & 3 quæst. 8 cap. cujus in agendo Sol. Hoc regulare, contrarium procedit odio hereticorum, vel aliorum malorum. Sic not. in dict. cap. si Romanorum. ANT. TIMO. Ea de causa vim legis obtinet consuetudo, eam abolet, & interpretatur, quia quòd sæpè fit, videtur ex deliberato iudicio rationis hominum prouenire. S. Thom. 1 secundæ qu. 97 art. 1 & per Abb. in d. cap. fin. de constit.

d ¶ Commodum] Quomodo hoc procedat solet latè not. in ca. cum ecclesia Sanctæ Mariæ, extra de constitut. & in cap. cum nobis de præscript. & in cap. 1 de nou. ope. nun. & per Abb. in cap. si diligenti de foro competen.

e ¶ Sed nos.] Quasi dicat, non est nostri instituti agere de constitutionibus ciuilibus.

ALOYSIVS RICCIVS Hic habetur, quod Constitutio laicorum non ligat ecclesiasticas personas, eorumque bona, & ita similiter est cautum in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutionibus cap. ben quidem 96 distinct. ratio est quia statuta regulantur à jurisdictione & potestate statuentium Bart. in l. omnes popu. prima quæstione 1. ff. de justitia & jure Baldus in l. fin. C. de jurisdictione omnium judicum.

Ampliatur primò vt non solum procedat in clericis in ordinibus sacris insignitis, verum etiam in habentibus solum ordines minores, vel primam tonsuram capite 2 de foro compet. cap. Clerici de iudiciis, & DD. omnes in c cunctos populos de Summa Trinitate.

Ampliatur secundò etiam si statutum loqueretur per verba quantumuis generalia, vel si diceretur quævis persona cuiuscunque status, & conditionis existat adhuc non comprehendit clericos Bald. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Soc. sen. cons. 74 lib. 1 Ias. in l. filiusfamilias §. diui. ff. de leg. 2.

Et ratio est, quia dispositio statuentium limitatur secundum eorum potestatem, & non creditur voluisse illas personas in generali dispositione statuti comprehendere, de quibus in specie disponere non potuissent Abb. in c. nobis, illi Alex. cons. 210 lib. 2 Soc. sen. cons. 40. vers. sed in casu modo lib. 4.

Alia ratio est, quia verba generalia comprehendunt omnes præter priuilegiatos Siluan. consilio 73. Rimin. Sen. consiliorum 313 libro secundo Bursat. cons. 186 numero 33 libro secundo. Dec. in capite Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitut, fusè D. Nouarius in tractat. de priuileg. miserabil. person. priuileg. 49.

Ampliatur tertiò vt nec etiam Romanus Pontifex possit statuere vt clerici omnes subiiciantur omnibus statutis laicorum; licet ipse posset quo ad aliquas causas, vel quo ad aliquos clericos, non autem posse in totum hoc priuilegium adimere; quia esset prorsus perturbare statum Ecclesiasticum, ita Morla in emporio vtriusque iuris titulo primo quæstione 16 Felin. in capite 2 de maior. obedient. Cassan. in consuetudine Burgud. rubrica prima §. 5.

Ampliatur quartò tam si statutum disponat circa personas clericorum, quam circa bona ecclesiastica, vel patrimonialia à clericis acquisita, quia etiam bona non possunt ligari statutis laicorum c. finali de vita & honestate clericorum capite primo de immunit. ecclesiæ in 6 & in c non minus tit. eod.

Et ratio est quia bona sunt accessoria personarum c. similiter. 16 quæst. 1 & accessorium sequitur naturam sui principalis l. cum Accessorium ff de reg. iur.

Contrariam tamen opinionem in hoc articulo tenuerunt Bald. in c. conueniſſet de eo qui mittitur in poſſeſſione Rebuff. ſuper conſtitut. regni Galliæ in proœm. gloſ. 1. Bouius in tractatu de ſtatutaria vrbis præſcriptione gloſ. 19. & ſequent vbi has opiniones diſcrepantes hoc modo diſtinguendo concordat, aut ſtatutum dirigit eius verba ad perſonam; aut ad bona, ſi ad perſonam, non eſt dubium quod non comprehendit bona, etiam patrimonialia clericorum. Aut ſtatutum dirigit eius verba ad bona, & tunc iterum diſtinguit. Aut clericus poſſidet talia bona tanquam beneficialia, & ei ſunt data titulo beneficij, & tunc etiam procedit prima opinio, Aut vero bona aliunde clerico peruenerunt, vt ſunt bona patrimonialia, & tunc procedit ſecunda opinio. ſ. quod ſupponantur ſtatutis laicorum, & ad probandam prædictam diſtinctionem allegat gloſ. in cap. epiſcop. in fin de præbendis Dec. & Felin. in d c Eccleſia Sanctæ Mariæ.

Tamen non obſtante prædicta diſtinctione nunquam recederem ab ipſa prima opinione; quia DD. qui eam tenent loquuntur indiſtinctè, & in omnibus bonis tam patrimonialibus, quam beneficialibus, nec eſt vera illa diſtinctio, aut verba diriguntur ad perſonam, aut ad bona quia ſi eſſet vera, ſemper eſſet in poteſtate ſtatuentium ſuper bonis clericorum diſponere.

Ampliatur quintò in eccleſijs quia nec illæ ſubijciuntur ſtatutis laicorum, c. eccleſia Sanctæ Mariæ, vbi omnes ſcribentes communiter de conſtitut. l. 1. C. de Sum. Trinit. Barbat. conſil. 29. col. 2. namque ſi clericis conceditur iſta exceptio à ſtatutis; eò quia ſeruiunt eccleſiæ multo magis debet concedi ipſis eccleſijs.

Ampliatur ſextò etiam ſi ſtatutum diſponeret ſuper grauiſſimo, & immani delicto, ut eſt ſuper crimine læſæ Maieſtatis Bald. in c. clericus de pace tenend. Gram. deciſ. 29. Morl. in empor. vtriuſque iur. tit. 1. quæſt. 16. D. Nouarius in colle&. deciſ. ad pragmat. 14. de offic. Magiſtri Iuſtitiarij.

Ampliatur ſeptimò etiam ſi ſtatuta diſponerent in materia honeſta, & fauorabili ſi ipſi clerici eis vti nolunt Bald. in l. cunctos populos col. 13. C. de Sum. trinit. & fid. chat. Abb. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ in primo notab. nu. 4. de conſtit. & ibi etiam Felin Gram deciſ. 100.

Ampliatur octauò etiam ſi tale ſtatutum eſſet priuilegiatum clericorum, namque niſi illud ſit à Summo Pontifice approbatum, & acceptatum non ligat clericos etiam volentes eo vti Calder. in c. 1. de noui oper. nunc. Abb. in c. nouit de iudic. Imol. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. Hoſtienſ. in c. fin de ſolut vbi dicit, quod lex municipalis quantumuis fauens clericis & eccleſijs nunquam eoſdem includit, niſi à Papa ſit approbata Guid. Pap. conſ. 151. verſ. ſed quia alij Surd. conſ. 2. & 16. lib. 1. Soc. Sen. conſ. 141. lib. 2.

Limitatur primò prædicta ampliatio, vt tantum locum habeat in ſtatutis, & conſtitutionibus fauorabilibus conditis à principibus inferioribus Imperatori. Secus ſi ab Imperatore, quia tunc abſque aliqua Pontificis approbatione poſſunt illis vti Abb. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. Tiraq. in tractatu de iur. primogen. q. 44. & hæclimitatio puto vt procedat etiam in ſtatutis conditis à Principibus habentibus iura Imperij; quia iſti tales in ſuis terris dicuntur Imperatori ſimiles Oldr. conſ. 231 Bal. in l. penult C. de donat inter vir. & vxor. Iaſ. in l. & hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Hinc eſt quod diſpoſitio quælibet loquens de Imperatore habet locum in iſtis principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, Abb. & cæteri omnes in c. cum Bertoldus de re iudic.

Limitatur ſecundò quando ſtatutum diſponeret non præcipiendo ſed merè priuilegiando, vt quia dat aliquam partem bonorum eccleſiæ, ſeu hoſpitali, vel quod clericus primogenitus excludat alios fratres; quia laicus ſemper poteſt priuilegiare eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas, etiam abſque approbatione Summi Pontificis Abb. & Fel. in d. c. eccleſia Sanct. Mariæ de conſtit. Cardin. in c. perpendimus in 21. quæſt. in fin. de ſenten. excommun. Tiraq. in tract. de iure primogenit. q. 44. vbi alios allegat, & dicit quod ſi ſtatutum eſt generale, & fauorabile, nec procedat prohibendo, præcipiendo, aut alias imperiosè, & veluti ſpecie quadam authoritatis, & iuris dictionis, ſed magis conceſſionis, & priuilegij, tunc clerici & monachi poſſunt eo vti, Surd. conſ. 2. lib. 1. Cauagnol. in obſeruat. ad decret. Montiſerr. in prohemio §. 3.

Ampliatur nonò vt ſtatutum laicorum non ualeat, neque comprehendat clericos etiam ſi eis tollat illud, quod ſemel eis per longuiſſimum tempus, vel per aliud ſtatutum fuit quæſitum, Bart. in l. priuilegia C. de ſacroſanct. eccleſ. Rom. ſing. 438. & ratio eſt, quia ſtatutum reuocari non poteſt in præiudicium iuris, quod fuit quæſitum non ſubdito, prout ſunt clerici, Decius in c. nouit de iudic. Natta conſ. 431. lib. 2. Surd. conſ. 262. lib. 2.

Licet contra præſentem ampliationem tenuerint Marſil. in tract. de Bannit in verb. eccleſia Bald. per illum tex. in l. ſi quis curialis C. de epiſcop. & cleric. & in l. de quibus verſ. 6. quæritur, ff. de legib. lii. omnes mouentur ea ratione ad ita dicendum, quia ſtatuentes poſſunt priuare clericos beneficijs ab ipſis ſtatuentibus inductis Felin. in d. cap. eccleſ. Sanct. Mar. de conſtit. Bal. in tract. de ſtatut. in verb. cleric. Surd. conſ. 2. lib. nec tale ſtatutum dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, quia qui non impedit beneficium non facit iniuriam Bald. in l. de quib. ff. de leg.

Nihilominus non eſt recedendum à priori opinione, quæ re vera eſt magis communis, & tutior pro anima. Non obſtat modò ratio paulo ãte adducta ſcilicet quod ſtatuentes poſſunt priuare clericos beneficijs ſuorum ſtatutorum, quia hoc procedit vbi in ipſomet Statuto in quo introducit priuilegium introducitur etiam prohibitio, ſecus ſi prius fuiſſet facta ſimpliciter conſtitutio in fauorem clericorum, quia tunc ex poſt facto, non poteſt per aliam conſtitutionem reuocari, eſt tex. in l. priuilegia, & ibi Bart. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in cap. ad. apoſtolicam de ſimonia & in cap. nouit de iudicijs.

DE ECCLEIASTICIS.
Constitutionibus,

Supra §. fin. titul. proximo habetur constitutionis aliam esse ciuilem, & aliam Eccl. & cum ibidem dictum sit de Const ciuil. sequitur videre de Ecclesiast. Ideo proponitur iste tit. qui diuiditur in duas partes principal. in prima explicatur quod in rubr. proponitur in 2. adnot. circa quod versetur, hoc ius nostrum, secunda ibi, versatur, prima pars adhuc subdiuiditur in 2. particu. in prima habetur quot sint istæ constitution. Ecclesia in 2. quælib. ipsarum species explicatur, 2. ibi conciliorum.

Canon. quidem. CASVS non figuratur Not. tamen distinc. esse veram illa ratione quia constitutio, aut est facta ab Ecclesia, & hinc datur vna species: aut á cap. eius, & hinc datur altera species, aut ab aliquo priuato, & postea approbata, & hinc habetur 3. species.

Canon. Dogma.

a CAnonũ] Nota ergo, quod cõstitutio Ecclesiast. potest appellari Canon; quandoque appellatur decretũ quãdoq; decretalis epistola, quãdoque dogma quandoque Sanctio, quandoque mãdatum, quandoque interdictum de quibus per Abb. in rubr. proœm. Decretalium Canõ tamen propriè sumitur pro constitutione conciliari. No. distinct. 3. in summa, & per Abbat. & alios in c. 1. de const.

Decreta

Conciliorum verò] Hæc pars subdiuiditur in tres particul. in prima exlpicantur concilia: in secunda decreta Pontificum: in tertia dicta sanctorum: secũda, ibi decreta: tertia, ibi alia sanè: prima pars adhuc subdiuiditur, in duas particul. in prima habetur distinctio conciliorum: in secunda quodlibet mẽbrum dist. declaratur. 2 ibi, vniuersal. quoad 1 casus non figuratur, causa autem dist. illa videtur esse quia concil. celebrantur, aut á repræsentantibus totam Eccl. & hinc habetur vna species, aut à representantibus vnam eius partem, quæ si fuerit maior, causat alteram speciem, si verò minor, producit tertiam speciem.

Vniuersalia Hæc pars adhuc subdiuiditur in tres particul. in prima declarantur concilia vniuersalia: in secunda concilia prouincialia: in tertia concilia Episcopalia secunda ibi, Prouincialia: tertia ibi. Episcopalia: prima pars adhuc subdiuiditur in part. 4. in prima habetur quid sint ista concilia: in secunda vnde habuerunt originem: in tertia à quo celebrentur: in quarta an sint æqualis potestatis: secunda ibi, quorum: tertia ibi legitima quarta ibi, inter cætera quoad primum casus non figuratur, not. tamen quod concilia dependent ab Euangelio, & non contra: quod intellige vt declarat. Ia. Turrecrem. in cap. noli distinct. 9.

Io. Bab.



b ¶ Vniuersalia sunt.] Hæc œcumenica consueuerunt appellari; & sumitur quodhic dicitur ex ca. canones distinct. 15. Sed. hæc non videtur bona lectio ca. regula. §. porro. dist. 3. vbi tantum dicitur de vniuersalibus, & prouincialibus, non autem de Episcopalibus, Sed supplendus est ille tex. er distinc. 18 in prin. ip. vbi dicitur etiam de Episcopalibus, immo videntur esse quatuor species secundum Innocent. in cap. graue de præben. cum vltra supradicta tria sit etiam concilium religiosorum sed dic quod illud rectius, & frequenter consueuit Capitulum appellari. cap. in singulis, de stat. mona. ANTTIMO. Grecè œcumenica recte hęc ab auctore describuntur vniuersalia cõcilia. Ad de quod ita conueniunt Patres in vnũ in concilijs vniuersalibus, vt conuocentur à summ. Pont. & solius eius auctoritate congregentur alias esset synagoga Satanæ, vt distinct. 17. per tot. & S. Thom. 22. q. 1. art. 10.

c ¶ Patres.] Sed qui sũt isti patres? Respõd. secũdũ Abb. in ca. nimis de Præ. in fi. quòd nõ reperi. speciè decisũ qui debeat cõcilio vniuersali iteresse, nec in tex nec in glos.

DE ECCLESIASTICIS
Constitutionibus
TIT. III.

Cõstitutio Ecclesiastica cõtinet

- Cõcilia.
  - Vniuersalia.
    - Quæ.
    - Origo.
    - Forma.
  - Prouincialia.
    - Quæ.
    - Forma.
    - Vis.
- Decreta Põtificũ.
  - Episcopalia.
    - Quæ.
    - Quo congregant.
  - Quæ.
  - Efficacia.
- Sãctorum dicta.
  - Vt per se sunt habent scientiã
  - Vt Can. inserta.
    - Vt à sanctis
      - Scientiam.
      - Firmitatem c
      - Potestatem
    - Vt à Põ.

Canones quibus constent, & quotuplicia sint Concilia, & quæ Concilia vniuersalia. h. d.

CAnonum a quidem alij sũt statuta Conciliorum, alij decreta Pontificum, aut dicta Sanctorum, Conciliorum verò alia sunt vniuersalia, alia prouincialia, alia verò Episcopalia.

Vniuersalia concilia quæ sint. h. d.

Vniuersalia sunt, b quæ Sancti Patres c ex vniuerso orbe in vnum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apostolicam condiderunt.

Initium vniuersalium Conciliorum celebrandorum post Apostolos cœpit temporibus Constantini.

Quorum celebrandorum initium post sanctissimos Apostolos [a] à temporibus Constantini magni cœpit: ipse enim primus cum feruente persecutione docendarum plebium commoditas minimè daretur, Christianis, vt libere [b] congregarentur, facultatem [c] præstitit.

Auctoritas celebrandorum conciliorum est apud Sedem Apostolicam, hoc dicit.

Legitima verò conciliorum vniuersalium aggregandorum protestas, & auctoritas est penes Sedem Apostolicam, quæ, si Romanus Pontifex interesse impediatur, [d] vnum, vel plures speciales [e] ad hoc legatos constituere solet.

Quatuor sunt principalia concilia, Nicenum: Constantinopolitanũ, Ephesinum, Calcedonense.

Inter cætera autem conc. quatuor sunt, quæ totam principaliter Christianam fidem complectuntur, quasi quatuor Euangelia;

a ¶ Apostolos] De quo concilio Apostolorum habetur in actis *Apostolicis* ca. 15. & not. gloss. cap. 1. distinct. 17. ANT TIMO Celebratum est hoc primum concilium Hierosolimis sub Petro Apostolo, & Primo Pontifice, anno Domini 70 De canonibus autem Apostolicis variè tradiderunt scriptores Ecclesiastici. quidam in totũ reiecerunt tanquam apocryphos, alij, admiserunt sexaginta, vt Zepherinus. Papa scribens Episcopis per Siciliam constitutis: alij quinquaginta tantum vt Leo Nonus, contra epistolam Niceti Abbatis; sexta autem synodus recepit, & approbauit 85. in capitul. secundo, quos lege in tom. primo concil. in princip.

b ¶ Liberè.] Patet ergo, quòd in celebrando concilio non requiritur consensus Imperatoris, vel alterius secularis principis, id non dicitur liberè fieri posse, in quo alterius consensus exigitur, ca. cum cessante, vbi Ab. de appel & in cap. de multa de prebendis & in cap. nostro de pœnit & rem, & in cap.. fi. de post prælat. not. in capitu. licet Episcopus de præbend. in Clemen dudum, de sepul. Vnde non inuenitur, quòd Constantinus, vel alij Imperatores actis conciliorum subscripserint, vt recensetCardinalis Aracœli in tracta de œcumenico concil. c. 3. ANT. TIM. Vide Historiam Eccl. Ruffini lib. 10. De potestate congregandi concilium, penes quem sit dictum est supra in gloss. in verbo vniuersalia. De auctoritate verò Papæ, & concilij Doctores, & Theologi longas faciunt disputationes, vide si vis, eos latè differentes de hac materia in suis tractatibus, Marsilium de Padua de potestate Eccles. Ioann. de Parisijs, Ioan. de Turrecre. Iacobum Almainum. Nicolaum de Zusa. Durandum in tractatu de Origine iuris, & nouiss. per Thom. de Vio. Cardinal. Caietanum, & Ambrosium Catharinum, & Franc. de Victoria in suis relectionibus de Potestate Eccles. & duabus de Potestate concilij.

Concilium ritè, & legitimè celebratum, quod non possit errare in spectantibus ad fidem, & mores, sicut nec Ecclesia perseueranter vltra Canonistas, docet S. Thom. Quodlib. 9 articul. 16 Ecclesia enim, cuius doctrina est in concilijs, est nobis infallibilis regula, S. Thom. 2 2 quæst. 5 articu. 4. Vide Caietan. 2 2 quæs. 1 articul. 1 ad 3 dubium, in alijs verò quibusdam posse concilium errare non est inconueniens asserere, sicut de facto errauit circa matrimonium inter raptum, & raptam, & sententia D. Hieron. præualuit. 36. quæst. 2 cap. tria Ita etiam, & Pontifex vt priuata persona Vide Caietanum in sancti Thomæ 2 2 quæst. 1 articul. 5. non tamen vt Pontifex in fide iudicando, & definiendo.

c ¶ Facultatem.] verbum hoc sonat factum non ius, semper enim hæc iuris potestas fuit penes Sedem Apostolicam licet aliquando fuerit impedita, & de facto fuerit penes alios facit. distinctione decimaseptima, in principio.

Legitima. CASVS. cum Pontifex annis superioribus voluisset concilij celebrare, quidam Episcopi se opposuerunt, dicentes hanc potestatem celebrandi concilia esse apud Episcopos orbis Christiani, ea præsertim ratione, quia Orbis maior est Vrbe. & argumentò capitul. fin distinction. 20. Sol. tamen ut hic dicitur, quia alias destrueretur Hierarchia Ecclesiast. *Io Bap.* & Papa non esset caput Ecclesiæ contra, § fin infra de Episcop. & Sũ Pontifex non obstant obiecta, quia Orbis est maior in cognoscendo, sed vrbs in decidendo, & sic intelligitur quoque text. adduct plures enim melius cognoscunt quam vnus. & Not. vna cum gloss. quòd concil. vniuersalia dependent à Papa in celebrando, in decidendo, & in confirmando, aliter enim non dicerentur legitima Doctor. in §. porro, distinctione tertia, & distinctione decimaseptima, in princip. Not. 2. argumentum quod graviora semper dicuntur principi reseruata, iuxta trad. in c. graue nimis de preb. d ¶ Impediatur] Immo etiam si nullo extrinseco impedimento Roman. Pontifex detineatur, sunt in ipso quædam iustæ non interueniendi causæ. Prima ne interdum Roman. Pont. exercere censuras Ecclesiasticas, violentia inferatur sicut legitur de Papa Felice, & de Fabiano Legato Papæ Leonis: Secunda, vt Rom. Pont. cuius est confirmare acta concilium. plena in confirmando gaudere debeat libertate, nec aliter confirmet aliquid per impressionẽ, licet hoc non sit credendũ. Tertia ob imminentes, & quotidie occurentes Catholicæ Ecclesiæ necessitates, pariter, & ciuitati Romanæ, vt deducit Clemens Card. in tract. de œcumen. conc. c. 20. e ¶ Speciales.] Bene speciales, & ad hoc specialiter destinatos: quia generalis legatus non potest vniuersale concilium indicere, vel celebrare, quia ea quæ specialiter Rom. Pont conceduntur mandata general. iurisdictione non transferuntur cap. translationem. & ca. nisi de offic. lega. & no. in cap. regula §. porro distinct 3.

Inter cætera CASVS. cum plura sint celebrata concilia vniuersalia fuit propterea à multis doctoribus dubitatum, an omnia essent æqualia, & an vnum sit maius altero; cum enim ab eadem sint celebrata potestate vt præsupponitur videntur æqualia, cum par in parem non habeat potestatem cap. innotuit de elect. sed si essent inequalia posterius veniret secuendum. per l. non est nonum, ff. de legibus cap. 1. de constit. in 6. Sol. vt hic dicitur, quia quædam concil. continent quæ sunt fidei, quæ semper eod modo se habent, &c. Non obstant obiecta, quoniam primum limit ratione fidei: se-

cundú verò verificatur circa mores Not. quod quædam iura humana sunt immutabilia ratione fidei iuxta ca. 1. dist. 15 Not 2 conc. vniuersalia vno respectu esse æqualia, alio verò unum est maius altero hinc intelligimus potestatem vnius Pont. respectiue esse æqualem, & maiorem cú potestate alterius & succeff. circa id quod posterius statuit succes. obser. vt in glos. a ¶ Nicænum.] Quod fuit 328. patrú sub Cost Augusto Imp. in quo fuit condemnata blasphemia Arij de inæqualitate Ss. Trin. vt in c. can. § harum dist. 15 & 24 quæs. 3 ca. quidá versic. Ariani. Alibi legitur quòd hoc conc. fuit trecentor. patr. dist. 10 q. 1 c hanc sed dic. quòd minor numerus non excl. maiorem leg. cum furt. ff de in li. iurád. ANT. TIM. Primú con. inter quat. celebr. an. à Chr. Nat. 325. sub Silvest. Pont. Max. qui fuit à Petro Imperante Cõstantino Magno: de quo in histor. eccl. Ruffini lib. 10. c 1.

Nicenũ [a] scilicet, Constantinop. [b] Ephesinum, [c] & Calcedõ. [d] in quibus [e] velut in quadrato lapide sãctę fidei structura cõsurgit

Inter discordantia concilia præponitur sententia eius, quod est maioris auctoritatis, h.d.

Alia verò concilia, quæ ductu Sancti Spiritus congregata, & celebrata fuerint, proximum ab istis sibi locum vendicant [f]. Quod cundum multa olim fuerunt Concil. gen. in Eccl. constin numero quaternario; Quatuor enim erant, & sunt Sacra Domini nostri I.C. euangel. Quatuor erant S. ecclesiæ præcipui doctores videlicet Sanctus Augustinus, S. Hyeronimus, sanctus Gregorius, & sanctus Ambrosius.

Quatuor erant tantum Religiones Mendicantes sancti Augustini, sancti Dominici, sancti Francisci, & Carmelitæ. Quatuor erant concilia Generalia Nicenum videlicet 318 Episcoporum Constantinopolitanorum primum 150. Patrum, Ephesium primum, & Calcedonense 620 Pattum. De quibus quare sic venerentur in Ecclesia vide text. & ibi glos. doctor. in c. 5 d. 15 Ang. in verb. Concilium numero 1 Syl. eod. quæst. 2 Tab. numero sexto quæ omnia supradicta (Sacrosan. Euangeliis exceptis,) hodie valde aucta reperiuntur.

Hodierna enim die sex sanctæ Ecclesiæ numerantur Doctores. Nam dictis quatuor accessere Angelic. D. sanctus Thomas Aquinates, & Seraphicus sanctus Bonauentura ille à Pio iste à Sixto V. doctorum Ecclesiæ creatus. Item religionibus illis quatuor, quatuor aliæ accesserunt. scilicet Minimorum sancti Francisci de Paula, & illa seruorum, Societatis Iesu, Iesuatorum, & alia beati Petri de Pis. Ordinis Eremitarum sancti Hieronimi. Quatuor similiter illis Sacris Conciliis multa alia generalia successerunt vsque ad Sanctissimum vltimum Tridentinum quod nunc est in viridi obseruantia.

Quo ad tertium scillicet quæ differentia sit inter illud Hierosolymitanum & alia supradicta. Respond. illud primum esse de iure diuino & sacram Scripturam cum in libro Actorum cap. decimo quinto & in Concilio Tridentino sessio quartá, reperiatur. Alia verò tantum sunt de iure Canonico, vt notum est, & illa etiam Concil. Tridentino dicuntur generalia eo quod tunc & Canonicè fuerint Apostolica authoritate congregata, ex vniuerso orbe. Sed quæritur quare dicatur Concilium Oecumenicum. Respondeo primò Oecumenicam Sinodum dici illam quæ vniuersalis est, & ad totum orbem pertinet ita Ambrosius Calepinus verb. Oecumenicus, & alii. Respodetur. secundò cuiuslibet generalis Concil. constitutiones in duplici esse differentia. Quædam enim canones. Quædam vero decreta dicuntur, illæ constitutiones Concilii dicuntur Canones quæ incipiunt communiter sic, si quis dixerit, vel fecerit tale vel non fecerit, & finiunt in verb. Anathema sit. Quæ constitutiones, vel canones regulæ sunt de rebus ad fidem concernent tractantes, vt (verbi gratia) in Hodierno Tridentino Concilio, in cuo sess. sextâ, triginta & tres de iustificatione & sess. septima tredecim de Sacramentis, & quatuordecim de Baptismo, & tres de Confirmatione & sess. decimotertia, vndecim de Eucharistia & sess. decimoquarta, quindecim de Sacramento Pœniten. & quatuor de Extrema-vnctione, & sess. 21. quatuor de Communione sub vtraque specie, & sess. 22 nouem de sacrificio Missæ, & sess. 23. octo de Sacramento Ordinis, & sess. 24. duodecim de Sacramento Matrimonii inueniuntur Canones sic incipientes, & finientes.

a ¶ Constantinopolitanum.] Scilicet primum, plura enim Constantinopoli fuerunt celebr. conc. & hoc fuit 150 patr. coũuocatú sub Theodos. seniore, in quo fuit condemnatus Macedn. negãs Spiritum S. Deum. capitul. can. § 2 dist. 15. ANT. TIM. celebr an. Dom. 381. sub Damaso Pont. Rom. & Cyril. Hieros. imperantibus Gratiano, & Theod. hist. eccl. libro 11. capitul. 10.

b ¶ Ephesinum.] Scilicet primum, nam plura apud Ephes. fuerunt celebrata conc. & quædam reprobata, vt 16 dist. capitul. quoniam & in hoc fuit damnatus Nestorius. duas personas in Chr. asserens: vt capitul. can. § 3 dist. 15. ANT. TIM. Celebr. an. Dom. 424. sub Cælestino 1. à Petro 44. Pont. Imperante verò Theodosio, de quo vide in tomo conclu. 1.

c ¶ Calcedonense.] Quod fuit 630. patr. in quo fuit damnatus Eutyches. & sequaces, pernicioſe circa naturam Christi errantes. c can. § 4 dist. 15. ANT. TIM. Actum anno Domini 442 temp. Leonis 1. & Martiano Augusto Imp.

d ¶ In quibus.] Sunt etiam, qui inter principalia deputent secundum, & tertium Constantinop. conc. & secundum Nicenum, vt per Clem. Card. Araceli in tract. suo de œcum. conclus. 7.

ALOYS. RIC. Pro intelligentia istius § tria videbimus 1. quod conc. fuit primum post illud Hyerosol. 2. quot sunt concil. gen. in eccl. 3 quæ differ. sit inter illud primum Hierosol. & alia.

Et incipiendo à 1. resp. varias de hoc esse opiniones; Martinus enim Ayla de diuinis Apostolicis traditionibus tradit & duorum sanctorum Sum. Pont. testimoniis S. Apostolos fuisse iterum Antiochiæ congregatos.

Communis autem opinio tenet Con. incepisse à temporibus Constantini Magni: ipse enim primus auctoritatem, licentiamque concessit, vt fideles liberè, & impunè congregarent in vnum ad docendam plebem. vt est tex. in c. canon. 17 d. Quib. non obstantib. distinguendum quod vniuersale concilium, vno modo dicitur, ab vniuersitate orbis qui Scil. Papa cum Episc. totius orbis illud celebrat, vt sacrum Trid. alio modo dicit vniuersale ab vniuersitate authoritatis, cuia sit tantæ authoritatis est, vt de vniuersali obligaret, & omnes fideles ad legum suarum obseruantiam adstringat, & hoc est quando Papa cum Prælatis totius orbis concil. celebrat, si fiat sermo de conciliis 1 modo acceptis cæperunt tempore Constantini, si vero secundo modo cæperunt antea, & sic intelligitur, quæst. hæc pro vt distinguit Card. Turr. in Sum. de eccl. lib. 3 c. 4 Quo ad se-

f ¶ Vendicant.] Vt cap. canones § hæc sunt dist. 15.

si quando inter ea dicors sententia inueniatur, illius sententia magis est tenenda, cujus antiquior, & major est auctoritas. [a]

Prouincialia concilia quæ sint, h. d.

Prouincialia [b] Concilia sunt, quæ propter Ecclesiasticas causas [c] & altercationum sedationes per singulas prouincias, conuocante Metropolitano [d] Episcopo omnes prouinciales Episcopos, & Cathedralium Ecclesiarum Capitula, [e] celebrari placuit.

Quam vim habent Concilia prouincialia.

Hæc autem neque definiendi, [f] neque generaliter [g] constituendi vim aliquam habent: sed tantum curandi, vt id seruetur, quod aliàs statutum est, & quod generaliter, seu specialiter obseruari præceptum est. Licet interdum & quæ ab his recte statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat. [h]

Quæ sunt episcopalia concilia, h. d.

a ¶ Auctoritas.] Imo videtur, quod illa sententia sit potius sequenda, quæ majorem continet pietatem, vt 9 dist. c sana. Licet enim canon Apostolorum potior sit, quia antiquior est alijs canonibus: præjudicatur tamen ei per posteriores: vt 82 dist. c. presbiter. Idem patet in canone Hieronymi: vt 26 dist. c deinde & c acutius. Item præjudicat quandoque ille canon, qui non est potior, vt 25 q. 1 c. contra statuta, quod ergo dicitur hic, intelligе, cum ambæ constitutiones sunt particulares, & locales. 19 dist. c in canonicis. Sed si ambæ sunt generales, semper posterior præjudicat: vt extra de cog. spi. c 1 & l. non est nouum, ff. de ll. Sed quomodo præfertur vnus canon alteri; cum omnes sint promulgati instinctu Spiritus Sancti? 16 q 3 c nemo & 25 q. 1 c violatores. Respond. vt not. in c domino § Item Ioan. dist. 50 & de hoc per Turrecr. in lib. 3 summæ de Ecclesia c 63 & per Clement. Cardinalis Aracæ de œcumen. concilio c 24.

Prouincialia. CASVS Episcopi cujusdam prouinciæ non solum per semetipsos volebant sine alia Archiepiscopi auctoritate concilium prouinciale celebrare, verum etiam in eo decidere, & constitutiones promulgare, vnde fuit quæsitum, quid juris? & primo per epistolam Aniceti Papæ, quæ habetur in primo. volum. conciliorum, videbatur in fauorem Episcoporum esse respondendum, in ea enim cauetur Archiepiscopum non posse aliquid statuere, nisi de consensu suffraganeorum in causis ad eos spectantibus, vnde maior propterea videtur potestas ipsorum, quam Archiepiscopi, confirmatur per cap. 1 de offi. lega. vbi legimus, Archiepiscopum non posse cognoscere causas de Episcopatibus suffraganeorum nisi per viam appellationis, ergo. Sol tamen vt hic dicitur, quia Archiepiscopus est caput in illa prouincia ideo tanquam capiti multa sibi conueniunt: & ideo ipse non tantum per viam appellationis, sed etiam alijs de causis habet jurisdiction. in ca. vt glo. & docto. decent in d. c. 1 & jux. not. in nouit. de his quæ fiunt à prælato & propterea non obstant obiecta. Vnde not. argumentum concilia esse celebranda etiam ad obseruandas constitutiones aliàs promulgatas No. 2 ordinationes humanas aliquando transire de vna natura in aliam, juxta cap. consuetud. dist. 1.

Io. Bap.

b ¶ Prouincialia.] Et hæc prouincialia concilia traxerunt originem à concilio, quod celebrauit beatus Paulus in Mileto, congregatis, majoribus natu prouinciæ Ephesinæ: vt in actis Apostolicis, capite 20 hæc hodie renouanda præcipit. Tridentinum Concilium sessione 24 capite 2 in decretis reformationis ANT. TIM. Primum prouinciale concilium post Apostolos fuit Cartaginense primum sedente Cornelio Primo; Romæ sub Cypriano Episcopo, Cartaginense anno Domini circiter. 255 de quo in actibus conc. tomo primo. Eusebius historia Ecclesiasticâ libro septimo capite secundo de Concilijs Prouincialibus. Vide Silu. in ver. concilium, in fin.

c ¶ Causas.] Non tamen quasliber: nam si agendam sit de puniendo Metropolitano ipso, non potest hoc per concilium prouinciale decerni: vt per Abb. in c graue nimis de præbend. & dignit. quia ipse est caput eius concilij, vnde non mirum, si ibi non ponitur: arg. l. pen. ff. de arb. posset bene suspendere episcopum, & alios prælatos prouinciales: vt per Abbatem in dicto capite graue.

d ¶ Metropolitano.] Sed an, conuocante legato. Sed. Apost. Possit hoc prouinciale concilium celebrari? Io. quod non: vt not. in regula. § porrò, dist. tertia. Reseruata enim Pontifici Romano, regulariter mandata jurisdictione, non transferuntur capite nisi, & capite quod translationem, de offic. legat. & leg. primâ ff. de offic. ejus cui mandat. & hoc tenuit etiam Hugo Contrarium tenet Archi & Turrecrem in d. § Porro & Abb. d. capite quod translationem, nec enim id est de reseruatis Pontificibus Romanis vt hic, & distinct. 92 cap. siquis episcopus, si ergo potest Metropolitanus multomagis Legatus de latere, qui in prouincia majorem habet potestatem, quam Metropolitanus, capite si Abbatem de elect. in sexto & hoc communiter tenetur.

Legatus de latere conuocat concilium prouinciale.

e ¶ Capitula.] Hæc autem capitula admittuntur, non ad decidendum, sed ad assidendum, & tractandum: & sic habent solum votum consultiuum, non decisiuum, secundum Abb. in capite finali de his quæ fi à prælatis sin. consen. capituli.

f ¶ Definiendi.] Concord capite primo dist. 18 nec etiam puniendi ipsum Archiepiscopum. Abb. in c. graue nimis de præbend.

g ¶ Generaliter.] Bene generaliter, quia vult quod quilibet populus, & quælibet Ecclesia sibi potest statuere aliquod jus: vt in capitu. jus ciuile, dist. 1 &c. quæ contra dist. octa. & cap. catholica. dist. 11 & de consi. dist. 3 cap. 1 & in c. conquestus de ser. & in l. omnes populi, ff, de just. & ju. sic archiepiscopus, & ab eo conuocatum concilium potest prouinciales canones condere: generales autem, aut de majoribus negotijs non potest, vt hic & no. distinct. 18 in princ. vnde sumitur.

h ¶ Suscipiat.] Vt in cap. 1 de constit. & in ca 2 de elec. & in ca. nec episcopi de temp. ord. & in c. 1 de æta & quali. in c. 1 de fil. presbyt. & in c. 1 de seruis non ordi. cum duobus seq. & in c. 1 de oblig. ad ratiocin. red. & alibi sæpissimè.

Episcopalia CASVS Cum Episcopus conuocasset Synodum dicœsanam cum suis prælatis, volebat in ea tales constitutiones promulgare, vt omnes subditi per eas essent ligati siue sint præsentes, siue absentes, siue ignorantes, siue scientes. Vnde fuit quæsitum quid juris? Pro Episcopo enim faciebat illa ratio, quid promulgatio videtur sufficiens ad ligandos subditos juxta not. per Theolog. in materia de promulgatione, & præcipuè D. Thom. 1 2 quæst. 90 artic. 4 & quocunque vadât semper sunt subditi argumento, capit. 1 de tempor. ordin. in 6. Sacerdotes verò & prælati se opposuerũt quia extra territorium non datur jurisdictio c. fin. de constitut. in 6 & ignorantia excusat si non sit affectata, cap. apostolicæ de cleric. excommun. min. Sol. tamen vt hic legimus per rationes pro altera parte, adhuc non obstat oppositum, quia constitutiones partic. sunt quid facti. cap. 11 de constitut. in 6 & ideo præsumantur ignotari, promulgatio autem ex parte promulgantis immediatè operatur; sed ex parte subditi secus, vt hic legimus: vnde not. regulam, subditos extra dicœcesim non ligari constitutionibus proprij Episcopi argumento, l. fin ff. de jurisdict. omn. jud. & hinc haberi potest solu nonnullarum quæst. Not. 2 ignorantiam esse duplicem, vnam probabilem, & aliam affectatam, cap. apostolicæ de cleric. excom. minist.

Io. Bap.

Episcopalia [a] Concilia sunt, quæ Episcopus in sua dicœcesi singulis annis conuocat, dum inter suos Abbates; presbyteros & clericos cognoscit.

Qui ligantur episcopalibus concilijs, h. d.

In ijs, si quid ab episcopo [b] statutum fuerit, nec subditi extra dicœcesim [c] constituti, neque ignorantes [d] nisi sit ignorantia supina, [e] ligantur.

Episcopus tenetur statuta sua notificare. h. d.

Quamobrem pastoralis officij cura postulat, vt quæ in illis constituta fuerint, Episcopus suis plebibus nota facere non omittat. [f]

Decreta Pontificum Romanorum, æquipollent Decretis conciliorum, h. d.

Decreta [g] quoque Pontificum Romanorum canonibus conciliorum pari potestate.*

Episcopus perpetua statuta condit. & circa quæ.

a ¶ Episcopalia.] Hoc membrum non ponitur in cap. regula. § porro dist. 3 sed satis bene ex pluribus canonibus elicitur: vt 12 q. 2 c. placuit, & 18 q. 2 cap. Abbates & dist. 38 c. quando vbi etiam not. & in c. sicut olim. de accusat de his per Conc. Trid. sessio 24 cap. 2 in decr. reformat.

b ¶ Ab episcopo.] Not. episcopum posse facere statuta, & concor. c. 1 & ca. fin. de constit in 6 vnde sumitur. Sicut & legatus in prouincia sua c. fi. de offic. leg. & sunt talia statuta perpetua, etiam post obitum, vel recessum; vt not. in d. c. fin. declara tamen hoc secundum Abb. in c. conquestus de feriis, quod procedat in spectantibus ad jurisdictionem Episcopi, vt sunt punitiones maleficiorum, sed in his, in quibus vertitur interesse aliorum non delinquentium, vt puta inducere nouam feriam in honorem sancti à se canonizati, non posset sine consensu populi, vel saltem præsentia, vt post Ioan. Andr. & Fed. de Senis, & Arch. tenet Abb. in d. c. conquestus, contradictio tamẽ vbi non esset rationabilis, vt quia nollet populus sanctum venerari ex sua terra oriundum, non officeret, licet Anto. indistinctè teneret episcopum id posse.

c ¶ Dicœcesim.] Nam extra territorium impunè non paretur jus dicenti cap. fi. de constit. in 6. l. fi. de jurisdict. omn. iu. cap. propter dist. 18.

d ¶ Ignorantes.] Concor. cap. fin. de constit. in 6 An autem & quando ligentur ignorantes noua constitutione, solet reputari difficilis materia & prolivior, quam vt possit breuibus notulis explicari, vide per Glos. Anto. Abb. & alios in cap. cognoscentes. de constit. & per Doct. in d. c. fin.

e ¶ Supina.] Quæ est si quis dicat: se ignorare quod est notum omnibus c. 1 de postul. prælat. ca. Apostoli de cler. excomm. minist. l. Iure. ff. de verb. signif. & per Anto. de Butr. in cap. 1 de episcopo, qui ren. episcopatui.

f ¶ Omittat.] Fac. c. fin. dist. 18.

Io. Bap.

Decreta quoque, CASVS Summus Pontifex Rom. fæpè aliquid decisiuè determinat, vel solus, vel cum consilio aliorum, vel motu proprio, vel ad petitionem alicuius: contra fuit dubitatum de hujusmodi decisionibus, siquidem si constitutiones Ecclesiastic. debent inter se ordinem habere. cap. 1 dist. 15 sequitur, istis constitut. pontif. deberi tertium locum, stante decis. d. canon. Sol. tamen est vt hic legimus, quia omnes constitutiones Ecclesiastic. vim habent à potestate sũmi Pontific. juxta cap. cuncta per mundum 9 q. 3 Objectio autem habet locum in casu speciali, vt ibid adnot & ideo non obstat. Not. inde argumentum maximæ potestatis sedis apostol. & adde cap. 1 de const. & ibi doct. Not. 2 adæquationem istam esse intellig. quoad obseruantiam: quia in aliquo casu limi. juxta can. sunt quidam. 25 q. 2 Not. 3 Papam posse decidere non solum pertinentia ad mores, sed etiam quæ sunt fidei cap. hæc est fides 24 q. 1 & ibi doct. quod declarat & prosequitur Melchior. Can. loc. Theologicis, liber 5 capite 5.

g ¶ Decreta.] Fac. dist. 10 in prin. & distinct. 19 per tot.

* Pari potestate.] Magna est inter Doctores contentio vtrum Papa sit supra concilium vniuersale, an verbo concilium supra Papam? Et tota dissentio breui distinctione componitur: In ijs enim, quæ sunt juris positiui Papa indubitanter, est supra concilium quia ipse est caput Ecclesiæ, & licet potestas fuerit data Papæ & toti Ecclesiæ, Papæ tamen fuit attributa tanquam capiti, vnde debet moueri corpus ad dispositionem capitis, capite ita Dominus. dist. 19 capite nouo, & capite quamuis dist. 21. Et in his Papa tollit & limitat statutum concilij, vt in cap. statutum. de rescript. in sexto Glos. in capite vbi periculum de elect. eodem libro. Sed in ijs, quæ non dependent à plena potestate Papæ, vt in concernentibus fidem, concilium est supra Papam, quo fit vt Papa non possit disponere contra dispositum per Concilium, text. & Glos. in capite Anastasius distinctione 19 possitque concilium Papam condemnare de hæresi, capite si Papa. dist. 40 cuamuis concilium Sinuessauum in Marcellinum de actu infidelitatis accusatum & conuictum sententiam damnationis ferre non fuerit ausum; quin potius ab omnibus Concilij Episc. num. trecent. acclamatum est, prima sedes à nemine judicatur. Tu reus, tu Iudex, ex ore tuo justificaberis, & ore tuo condemnaberis. Nemo vnquam judicauit Pontif. Spondan. in Epitome ad annum 302 num. 16. SOLIER.

exæquantur. Nam si [a] id demum hodie probatur, quod sedes Apostolica probauit: & quod illa repulit, rejicitur multò magis quæ ipsa pro catholica fide pro sacris dogmatibus diuerso tempore scripsit, debent ab omnibus reuerenter [b] recipi.

Scripta sanctorum non inserta Iuri communi, secundum post decreta Pontificum Rom. locum obtinent, h. d.

Alia [c] sanè est causa eorum, quæ sancti viri, vel sacræ paginæ interpretes scripta relinquerunt: nam quæ sacris canonibus interserta [d] comperiuntur, parem cum eis obtinent firmitatem: cætera verò post scita Pontificum auctoritatem tenent. Nam licèt diuinarum scripturarũ interpretes scientia Pontificibus interdum [e] præcellant: quia tamen statuendi potestate destituuntur, in scripturis quidem exponendis illis quandoque præponuntur: in causis verò definiendis secundum post eos locum habere merentur. Aliud est enim causis terminum imponere: aliud scripturas diligenter interpretari, cùm in negotijs definiendis non solum necessaria sit scientia: verùm etiam potestas. [f]

Ius Canonicum versatur circa personas, res & judicia, h. d.

Versatur, [g] autem Ius Canonicum circa tria, circa personas, res, [h] & judicia [i] Versatur autem. CASVS. non figurant Not. causam dist. per jus regulantur operationes humanæ c. 1 dist. 4 § 1 supra jur. can. quæ considerantur aut ratione officij cujus lib. personæ, aut rerum in quibus reperiuntur, & sic aut sine discordia, aut cum discordia: vnde jus nostrum versatur primò respectu circa personas: secundò circa res: tertiò circa judicia & sic concord. iste tex. cũ § fi. inst. de jure nat. gen. & ciu. g ¶ Versatur.] Simile Institut. de ju. nat. gen. & ciui. § fin. Et secundum hanc distinct. videtur opus Decret. fuisse à Gratiano compositum. Nam in distinct. habetur ministrorum discretio in causis negotiorum, vel controuers. decisio in canonibus vel distinctionibus de pœnit. vel consecratione sacramentorum administr. vt ponderat Archidia. in rubri. Decreti.

Io Bap.

a ¶ Nam si.] Bonum est argu. absurdum enim esset aliquem alteri opitulari, & non sibi fac. l. nuper in fi. C. de natur. liber. hoc tamen arg. à majori non semper procedit, vt apparet in materia dispensationum, vel in odiosis: vt per Abb. in cap. ad aures. de rescr.

b ¶ Reuerenter.] Quasi firmata voce ipsius Petri cap. sic omnes distin. 19 hoc tamen intelligit Gratianus, si nihil contineant non contrarium decretis antiquorum patrum, vel præceptis euangelicis: vt in cap. ita dominus. § hoc autem. sed quod ibi dicitur de decretis antiquorũ patrum, potest habere dubitationem per cap. domino. § item Ioannes dist. 50 hic autem neutrum fuit apponendum propter illa verba: Pro fide catholica, pro sacris dogmatibus.

Io Bap. Alia sanè. CASVS. Viri sancti & pij doctores sæpè docẽt multa & vtilia, & necessaria, nedum pro bono publico, sed etiam pro salute ipsorum fidelium: sed cum sint personæ priuatæ, fuit propterea quæsitum. quid juris, sicut enim necessitas de illicito facit licitum, capite quod non est de reg. jur. extra, ita excellentia tantorum virorũ videtur posse operari id esse debitum, quod alias non erat debitum ergo Sol. vt hic habetur, & ratio in tex. assignatur. Objectio autem non obstat, quia illa necessitas debet esse probabiliter extrema vt ibid. adnot. quæ propterea est majoris potestatis. Not. inde argumentum opinionem esse regul. probab. sed aliquando etiam necessariã adde doctr. in c. 1 in fin. de cõst. Not. 2 potestatẽ. & scientiã ordinari ad diuersos fines dist. 20 in prin.

c ¶ Alia.] de hoc dist. 10 per tot.

d ¶ Interserta.] Vt in cap. 2 3 4 & 5 de constitut. & alibi frequenter in compilatione Gregoriana, tunc enim censetur emanare à Pontifice, cum nostra faciamus, quibus auctoritatem nostram impertimur. l. 1 § sed neque C. de vet. jur. enuc.

e ¶ Interdum.] Non ponitur hoc verbum & temperamentum 20 dist. in prin. vnde sumitur: sed fuit omnino ponendum, tum quia quidam Pontifices fuerunt in interpretandis scripturis eminentes, vt D. Gregorius, tum etiam: quia vbicunque interpretatio esset necessaria: vt quia concerneret materiam sacramentorum, vel articulorum fidei, potius credendum est Pontifici, quamuis non ita sancto, quam alicui, qui esset majore sanctitate præditus cap. per venerabilem, qui fil. sint legit & per Abb. & alios in cap. ne innitaris in fi. de const. idem quando declaratio, vel interpretatio haberet implicitam decisionem, vt quia si Theologi dicerent, hodie decimas non deberi, cum contrarium dicant Summi Pont. vt per Abb. in c. tua 1 de deci. in 3 no. ANT. TIM. Ad ea, quæ dicunt de decimis, adde, quæ disputant Doct. Theologi, & S. Tho. 2 2 q 28 ar. 1 q. 33 ar. 3 & Quodlib. 6 q. 5 ar. 4 Host. in c à nobis de deci. & in no. ibidem.

f ¶ Potestas.) Not. ergo, quod alia est clauis ligandi, & soluendi alia scientiæ: ita quod sunt duæ claues. Sed qualiter scientia dicitur esse clauis. cum aliquis possit habere scientiam, qui non habeat clauem, & econtra? Resp. qu. licet scientia non esset clauis antequam quis haberet ordinem: tamen post ordinem adeptum incipit esse clauis, Si tamen quæras, quid propriè sit clauis sacerdotalis, dic ipsam potestatem, per quam ligat sacerdos, & soluit: dicunt tn duæ pp. duos effectus. Ita no. dis. 20 in prin. & de hoc latè ibi p. Turrec. ANT. TIM. De potestate vide Theol. in 4 sent. dist. 18 ac de clauib. Clauis. n. potestas dr. ligandi, atque soluẽdi, qua ecclesiast. judex dignos recipere, & indignos excludere det à regnocœlorũ. Clauis verò qdã ẽ ordinis quẽdã juris. & ord. diuidit in clauem scientiæ. & potẽtiæ. vid. Per. de Pal. in 4 sent. dist. 19. *Claues sacerdotales.*

Io Bap.

Versatur autem. CASVS. non figurant Not. causam dist. per jus regulantur operationes humanæ c. 1 dist. 4 § 1 supra jur. can. quæ considerantur aut ratione officij cujus lib. personæ, aut rerum in quibus reperiuntur, & sic aut sine discordia, aut cum discordia: vnde jus nostrum versatur primò respectu circa personas: secundò circa res: tertiò circa judicia & sic concord. iste tex. cũ § fi. inst. de jure nat. gen. & ciu. g ¶ Versatur.] Simile Institut. de ju. nat. gen. & ciui. § fin. Et secundum hanc distinct. videtur opus Decret. fuisse à Gratiano compositum. Nam in distinct. habetur ministrorum discretio in causis negotiorum, vel controuers. decisio in canonibus vel distinctionibus de pœnit. vel consecratione sacramentorum administr. vt ponderat Archidia. in rubri. Decreti.

h ¶ Res.] Nõ intelligas largissimè: vt in l. rei ff. de verb. sign. & in l. 1 ff si cert. sed vt cõtineat omnia præter personas, & iudicia quib' oppõ. & de his infrà in l. 2 per tot.

i ¶ Iudicia.] Non dicit action. quia de jure can. solem-

nitas exquisita actionum, & rigor sunt sublati: vt traditur in cap. dilecti, & in capit. examinata, de jud.

a ¶ Parum.] Bene parum quia aliter faciendo deesset cognitio causæ finalis.

b ¶ Personæ.] Id est, qualitas, conditio, distinctio, & differentia personarum.

c ¶ Constituta sunt.] Quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis fac. etiam, quia digniora sunt præponenda § aliam. inst. de bonor. poss. vbi not. & l. justissime, ff. de ædil. edict, & l. si quis in metallum. C. de pœn.

rum quia posteriora duo ad personas referuntur, videamus prius de personis: parum [a] enim esset illa noscere, si personæ [b] ignorentur, quarum causa illa ipsa constituta sunt, [c] & per quas ea omnia administrantur.

DE IVRE PERSONARVM.[b]

TIT. IIII.

DE IVRE Personarum.

Supra tit. prox. § finditum est prius esse agendum de personis, quæ cum secundum ordinem doctrinæ primo in communi debeant explicari juxta not. supra in rubr. de jure cano. Ideo proponitur nunc iste titul. qui diuiditur in duas partes, in prima habetur personarum diuisio, in secunda subdiuisio: secunda ibi, horum.



Christianorum quidam sunt laici, quidam clerici, h. d

DE IVRE PERsonarum.

Io. Bap.

PErsonarum. [Sumpta fuit hæc dist. ex cap. duo 12 quæst. 1 multis tamen resectis verbis.

Personarum.] CASVS non figuratur. Not. tamen causam diuisionis esse finem, qui est diuina administrare, & administrari: subdiuisionis verò esse officium, quod est multiplex. vt ex text. colligitur.

Conuersi.

Religio.

d ¶ Duo sunt.] Immo plura, nam sunt conuersi, qui licet non sint clerici, tamen nec etiam sunt laici, sed potius Ecclesiasticæ personæ 17 quæst. 4 capitul. quisquis, & capitul. non dubium, de sentent. excommun. & not. in capit. duo sunt, 12 quæst. 1. Item sunt religiosi, tam strictè sumendo pro his, qui profitentur tria vota, de quibus infra de regu. & mon. per totum, qui tamen non sunt clerici necessariò: vt § fin. infra de cleric. non resid. sed sunt Ecclesiasticæ personæ: vt habetur late in rubr. de reg. & transf. ad relig. quam etiam largè, qui pariter non possunt absolute appellari laici, vt traditur in dicta rubrica. Ejusdem conditionis videntur Eremitæ, qui licet non sint clerici, nec etiam regulares: gaudent tamen priuilegio Ecclesiastico: vt per Abb. & alios, in capitul. cum monasterium de electio, & habetur in capitul. nullus, de foro competenti per Abb. & alios Resp. quod supradictæ personæ non constituunt diuersas species, sed resoluuntur, vel rediguntur ad istas duas § fin. infr. de cler. non residen. scilicet si magna varietas actionum, tamen omnes sint aut personales, aut reales, § primo, instit. de actio. ANTO TIMO. Quæritur à Doctoribus, an appellatione clericorum veniant monachi. Respond. quod non veniunt in stricta significatione: secus tamen in lata, gloss. in. c. 2 de sup. negl. præla.

Eremitæ.

Popul.

e ¶ Populares.] Argument. quod populi appellatione non continentur *appellatio.* clerici, c. si sentent. de sentent. excomm. in 6 &c. quod sicut in fin. de elect. & capitul. fin. de fer. & in capitul. ex parte 1 de priuileg. & in plurihus iur. in quibus populus, & clerus ponuntur tanquam diuersa: & hoc in materia stricta, & odiosa satis potest admitti, & sic limitatur § plebiscitum. instit. de jur. naturgent. & ciuili. vbi appellatione populi etiã Patritij veniunt, secundum Abb. in cap. 1 de vit. & honest. clericor. Procedit enim id in his, quæ sunt ejusdem professionis. Sed de hoc dicendum est, vt plenissimè habetur in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de cõstitu. Sed an Impetat. & Rex veniant appellatione laicor. & non videtur, cum inungantur, capitul. vnic de sac. vnctio. Tu dic contra: vt per Abbat. in capit. dudum. eodem titu. Vnde autem dicantur laici, item vnde clerici, habes 12 quæst. 1 ca. duo. & in c. cum secundum, de præbend. ANTO. TIMO. Laici, id est, populare [apo tu laos,] quod est populus, in multis autem differunt laici. & clerici: nam sicut distinctæ sunt personæ, ita distincta obtinent officia; multa enim cõferunt clericis quæ laicis non conueniunt, vt disputare de fide, quæ si faciant excommunicantur, capit. quicunque, § inhibemus de hæret. lib. 6 Verum pro huius rei resolutione vide quæ similiter determinat. Cajet. in S. Thom. 2 2 q. 10 art. 7 Si enim sit Laicus doctus, vtique potest disputare. Licet enim contra verba legis faceret: contra intentionem tamen legis manifestum est, quod non faceret vnde non incurrent excommunicationem. Ita etiam prædicare, capitul. licet in vno corpore de hæret. & l. nemo C. de Summa Trinit. & fide catholica. Rectè hic ab auctore describuntur clerici. Dicuntur autem clerici [apo tu cliros] sors latine: quia sunt de sorte Domini. Vnde Sanct. Hieronym. epist. ad Nepotianum, tomo primo & Magister in quarto sententi. distinctione 24 quibus multa competunt ex officio, multa etiam eis prohibentur à sacris canonibus, concessa: vt nutrire comam, & barbam in cap. si quis, cap. clericus, de vita & hon. cle. prohibentur, & eis duo colores, rubeus, & viridis, in capitul. clerici eod. tenentur portare tonsur. habitum clericalem desuper nec nimis longum, nec nimis breu. & multa alia, quæ non est facile enumerare,

vide multa apud Bart. Furantium seu Arim. in ver. clericis, § 10 & toto tit. de vit & honest cler.

a ¶ Conuenit.]Vnde licet, & clericis pleraque sint licita, quæ permittuntur laicis: puta tẽporalia possidere causas agere, & inter virum, & virum iudicare: magis tamen conuenit ab omni strepitu cessare, ne talibus curis anocentur à diuinis. 12. quæst. 1. duo. vbi Archid. & 11. quæst. 1 te quidem, & c. qualis distinct. 25. & c. diuersis de cle. coniug.

Clerici sunt, qui diuinis officiis mancipati sunt: & quos ab omni strepita cessare conuenit [a] Videamus igitur de iis; qui diuinis officiis sunt ad scripti. Nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sunt, simul etiam, & qui laici sint intelligemus. [b]

b ¶ Inteligemus.]Nã cognito vno de contrarijs, &c. institut. de tutel in princip. & dehis qui sunt sui vel ali. iur. in princ. &c. traditur in rubr. ff. de acqu. vel amit. po.

ALOYSIVS RICCIVS Pro Generali intelligentia istius Tituli, & § videbimus primo, quid sit clericus. secundò vnde dicatur tertiò quot sunt effectus clericatus.

Quo ad primum Cleric. sunt qui diuinis officijs mancipati sunt, & quos ab omni strepitu cessare conuenit, dicitur primò qui diuinis officijs mancipati sunt, quia clericus tenetur officium recitare, & tenetur populum Dei docere, & ab errore eum remouere ita tenet Gamon in tract. de Sacror immunit lib. 2. c. 3. nu. 1 vbi dicit officium clerici est docere, & pascere populum vti gregem sibi commissum.

Dicitur secundo, quos ab omni strepitu cessare conuenit, quia clerici esse debent vti candelæ super candelabrum, & aliorum lumen, vt in Euangelio. Vos estis lux mundi, nec non & perfectiores, & sanctiores laicis omni modo se ipsos demonstrare oportet Bellin. in tractat. de re milit. par 6. tit. 2. num. 9. in 15. tom. ac eos moribus omnino præcellere Turrecrem. in c. qualis, nu. 2. q. 8. cap. cum infirmitas & c. precipimus de pænit. & remiss. Ideo clerici dicuntur magis peccare, quam laici, & grauius sunt puniendi in eodem genere peccati c. cum quidam de iure iur. cap. 1. de empt. & vend. Turrecrem. in c. homo christianus, num 4. & 5. dist. 40. vbi dicit quod clericatus est qualitas aggrauans peccatum Berth. in suo repertor. in verb. clericus periurus tex. & glos. in d. cap. homo christianus in verb. cadit vbi habetur, quod fortiter caditur in peccatum propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis peccantis capite duo sunt. 96 distin. & Conc. Trid. sess. 22. c. 1.

Quo ad secundum appellantur clerici isto nomine à verbo græco, Cleros quod idem quod sors siue hereditas latine sonat Isidor. in lib. 7. etymol. tit. de cleric. D. Hieron. in epistola ad Nepotianum si enim ait S. Hieronimus cleros græcè sors latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt domini, vel quia ipse dominus sors id est pars clericorum est talis ergo dicitur esse clericus, vt ipse possideat Dominum, & possideatur à domino, & verè cum Propheta dicere tunc, si pars mea Dominus Psalm. 15. Magister Sent distin. 24. lib. 4. vers. Cleros, & Clericos, & capite Cleros 21. distin. Brocolten. in tractat. de feud capite 5. qui feud. dare, vel accipere poss. nu. 2. vbi etiam ponit alias ethimologias huius vocis Clericus; sed communior. recepta est hæc iam dicta, quam etiam fuit sequutus Graf. in decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 1. nu. 3.

Quo ad tertium varij, & Nonnulli sunt effectus clericatus, & primus effectus est, quod clerici nullo modo conuenirí poterunt, coram iudicibus, & officialibus laicis, quod probatur in c. 1. & 2. q. 1. dum Caius Papa ad Felicem Episcopum scribens ait nemo vnquam episcopum, aut reliquos clericos apud iudicem secularem accusare præsumat.

2 Effectus est, quod clerici nullo modo statutis laicorum ligantur c. bene quidem 96 distin. cap. at si clerici, & capite qualiter de iudic. c. 2. de foro compet. c. continua 11. q. 1.

3. Effectus est, quod clerici sunt liberi, & exẽpti à solutione onerum, tam personalium, quam realium, vt habetur in c. cleric. de immunit eccles. in 6. & cap. quamquam de censibus in 6. et cap. non minus de immunit. eccles.

4 Effectus est, quod clerici non possunt succedere in feudis, vt habetur in c. 1. in fi. de feud. fœm. ibi clericum nullo modo debere succedere & c. 1. de milit. vassall. c. ex multa de votis, & hanc opinionem amplexus est Isern. in c. 1. de cleric. qui inuest.

5 Effectus clericatus est, vt clerici non possint contrahere matrimonium clem. 1 de consang. & affinit. cap 1. in fin. ne clerici vel vouent cap. erubescant 32. distin. cap. nemo & capite si quis eorum 21. distinct.

6 Effectus clericatus est, ut clerici non possint negotiari neque mercaturam exercere cap. fin. de vit. & honest. cleric cap 1. & cap prædicator 16. quæst. 1. capite 1. & 14 quæst. 4. & capite negotiatorem 88. distinct.

7 Est, vt clerici nullo modo possint carcerari pro causa ciuili c. peruenit de fideiuss. & cap. Odoardus de solutionibus.

8 Effectus clericatus est, vt si quis violentas manus in clericum iniecerit sit ipso facto excommunicatus c. si quis suadente diabolo 17. q. 4.

9 Effectus clericatus est vt clericus non possit ferre testimonium coram iudice seculari, absque licentia sui episcopi c. quamquam 14 q. 2. c. testimonium 11 q. 1 Innoc. & abb. in c. si testium, & in c. cum nuntius de testib.

10 Effectus clericatus est, quod clericus non potest esse procurator iudicialis laici cap. denique 14 quæst. 5. cap. prolatum 88. distint cap 1. & capit fin. de postuland. l. placet C. de episcop. cleric. glos. 5. quæstio. 3. capite 1.

11. Effectus clericatus est, quod clericus non potest accusare laicum de aliquo delicto præcipue vbi pro delicto veniret imponẽda pæna sanguin. c. nullus cleric. 11 q. 1. c. sacerdotes 2. q. 7. Henric. Bohic. in c. clericis nu. 4. ne cler. vel monac.

12. Effectus clericatus est, vt clerici non possint esse officiales, neque iudices inter laicos c. sacerdotib. &c. sed nec ne cler. vel monac. Zecch. in tract de priuileg. eccles. priuileg. 132. nu. 10.

13 Effectus clericatus est, vt clerici non possint pro quouis delicto torqueri, nisi de tali delicto fuerint diffamati Abb. in c. cum in comtemplatione de reg. iur Alex in l fin de quæst.

14 Effectus clericatus est, vt quis non possit beneficium aliquod ecclesiasticum obtinere, nisi sit clericus notant omnes, & præcipuè Abb. & Dec. n. 3. in c. ex literis de transactionib. Vbi Abb. n. 3. c. 2. deinstit.

15. Effectus clericatus est, vt clericus non possit dari tutor in testamento neque per Curiam, & dans peccaret c. Cyprianus, & ibi gl. 21 q. 3. cap. peruenit vbi etiam gl. 86. distin. l. generaliter iuncta authent. sed hodie C. de episc. & cleric.

16 Effectus clericatus est, vt clerici teneantur quotidie recitare horas can. juxta determin. & Ritum S. Romanæ Ecclesiæ præter aliquos religiosos, qui habent officium proprium, alias illud non recitando peccat mortaliter, ita habetur in c. dolentes de celebr. missar. gl. in c. fin. 91. dist. Ab. in c. 1. n. 4 de celebrat. missar. & in c. tuis n. 7. de præbend.

17. Effectus clericatus est, vt clerici potiantur priuilegijs militibus gloss. & doctores, & precipuè Iaf. nu. 11. Zasi. n. 9. & Alex. n. 3. in l. miles, ff. de re iudic.

omnes clerici distribuuntur in tres classes, h.d.

Horum [a] autem quidam sunt in sacerdotio [b] quidam in sacris, [c] quidam nec in sacerd. nec in sacris. [d] Rursus eorũ qui in sacris quidam sunt in minoribus ordinibus constituti, quidam in maioribus. [e] Minores ordines sunt ostiarius, lector, exorcista, acolythus. Maiores subdiaconus, diaconus, presbyter.

18. Effectus clericatus est, vt clerici non possint esse aduocati coram Iudice seculari c. 1. vbi hoc not. Ab. in 5. notab. ne cleric. vel vouen c. 1 de postulat. Rodriq. in summ. casuum conscient. part. 1. cap. 1.

19. Effectus est, vt clerici non possint capi pro repræsalijs, cap. & si ignorationes de iniurijs & dam. dat. in 6. auth. statuimus C. de episcop. & cleric. capit. 1. de cleric. coniug. capit. 2. de foro compet.

20 Effectus est, vt licet laicus cum litigat tenetur iurare de Calumnia tot. tit. ff & C. de iurament. calumn. hoc tamen non habet locum in clericis, qui non tenentur tale iuramentum præstare, sed solum iuramentum de veritate dicenda, vt in c. 1. & quod ibi not. D D. de iuram. calumniæ Arnon. comment 95.

21 Effectus est, vt clerici non possint peregrinati, neque ab eorum diœcesi discedere absque licentia suorum prælatorum etiam si vellet discedere causa deuotionis c. non oportet de consecrat. distin. 5. Cap. in tracta de prærogat. nu. 25.

22 Effectus est, vt clericus dum conuenitur nunquam possit opponere, exceptionem executionis Grat. respons. 37. num 25 vol. 1. & respons. 87 nu. 25 vol 2.

23 Effectus clericatus est, vt clericis sit interdictum pugnare per seipsos & propria manu c. quicunque clericus c. clerici, &c. quicunque ex vero 23. quæst. 8 c. ex multa, § de clericis de voto clem. 1. de homicid.

24 Effectus clericatus est, quod in bonis clerici decedentis nullis relictis consanguineis, qui succedere possint non succedit fiscus sed ecclesia, & episcopus Guliel. de benedict. in repet. cap. Rainutius in verbo, & vxorem nomine Adelesiam nu. 271 de testam. l. si quis præsbiter vbi hoc notat Bald. Alberic. & Paul de Castr. C. de episcop. & cleric.

25 Effectus est, vt clerici non possint venari c Esau. distin. 86. vbi ex diuo Augustino dicitur Esau venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non inuenimus in scriptis Sanctis Sanctorum aliquem venatorem, piscatores verò inuenimus Sanctos cap. 1 & 2. de cleric. venat. Totius de perfecto clerico, lib. 2 c. 55.

26 Effectus est, vt clerici dicantur potentiores laicis ratione officij Anchar in c. ex parte nu 4. de alienat. iud. mutan. caus. fact. Turre. crem. in capite Sancta, nu 2. 2. q. 7.

27 Vt clerici, neque eorum filij possint legitimari per Imperatorem vel Comitem Palatinum habentem causam, ab eo, vel á quouis alio Principe seculari Malua consil. 100. num. 71. Dec. consil. 150. per tot. & in c. decernimus nu. 184 deiudic.

28 Effectus est, vt clerici pro quocunque delicto, & immani crimine nunquam possint puniri pœna sanguinis, sed tantum poni, & detrudi in monasterium ad agendum penitentiam, vt in cap. tuere de penit. & in c. pœnam sanguinis ne clerici, vel monachi.

29 Est quod clericus non potest exhæredari, licet cõmisit vnam est sexdecim causis ingratitudinem quæ habentur in c. aliud quoque capitulum auth. vt cum de appellat. cognoscitur, & non licet vbi hoc notat. D D. 19 c. vlt. glos. in l. fin in verb. quasi ingratum. C. de episc. & cleric.

30. Effectus est, quod licet filius studens, cui non est doctoratus ante mortem patris teneatur libros conferre simul cum alijs fratribus in diuisione bonorum paternorum hoc tamen non habet locum in filio clerico, etiam primæ tonsuræ Iaf. in l. filia licet col. 2. C. de collat. alleg.

31 Effectus est, vt quis per clericatum nobilitetur Io. Andr. in cap. libentius de cleric. non ordinand. de quibus omnibus vide latè Graf. de effectib. cleric. vbi non nullos alios effectus cummulat.

* Plerique clericatus effectus hic à Riccio deducti cessant in Gallia vbi clerici in quauis actione reali coram seculari iudice conueniuntur, ita præcipiente ordinatione Caroli 5 de an. 1371. imò & in multiplici personali, vbi scilicet agitur de crimine priuil. Chop. de dom. tit. 6 & 7 vel de rationibus cuiuslibet secularis administrationis, Papon. in compilatione placitorum lib. 1 tit. 5 num. 10 & num. 13 vel de locatione aut conductione prædij, idem de num. 10 vel de executione publici instrumenti, Chop. de sacra polit. lib. 2. tit. 1. n. 17 & 18 vel de restituendo depósito, Aufrer. in decis. capellæ Tolos. 168 vel de interdicto possessorio d. ord. Caroli 5 vel de tributis & vertigalibus, l. omnes prouinciarum cod. de cperib. public. item clerici ordinationibus regijs ligantur quæ vel publicum concernunt aut Regij vel subditorum vtilitatem aut quæ ad publicam politicam pertinent, Louet ad regul. de pun. 160 & cauetur ordinat. nouissima quam codicem Lodou. verant in princip. Item solutio onerum realium subbliciuntur, l. 15 cod. de episc. & cleric. nisi extraordinarijs, super subdictiue flag. con. generaliter §. placet 16. q. 1. l. placet cod. de sac. S. eccles. item in feudis succedunt quia ex generali consuetudine Gal. feuda in omnibus habentur ad instar, aliorum bonorum Guid. Pp. q. 59. & q. 133 Item possunt accusi laicum de delicto etiam capitali quia in Gal. accusi priuitius agunt tantum pro suo interesse ciuili, solue autem procurator regius pœnam pro sequitur, melchior pastor de benefic. iib. 3. tit. 32 num. 11 item possunt esse officiales Regij & sic. iudicare inter, laicos citra pœnam sanguinis aut truncationis membrorum vt in supremis necnon presidialibus curiis. sunt consiliarij clerici nuncupati. Item possunt esse tutores si velint auth. presbiteros cod. de epis. & cleric. item priuilegijs militum præsertim quoad testamenta non potiuntur, eis, si seculares sint & intestati decendant nullis relictis consanguineis succedit fiscus non ecclesia ab alio quam à Rege quoad honores & seculares dignitates ac successiones legitimari non possunt. pro immani celere vltimo supplicio afficiuntur & solo Regis priuilegio nobilitantur; SOLIER.

a ¶ Horum.] Hæc distinctio totum fere librum hunc primum complectitur.

b ¶ In Sacerdotio: Vt Episcopi, & presb.

c ¶ In sacris] vt diaconus & subdiaconus.

d ¶ Nec in sacris.] vt constituti in minoribus ordinibus Sed immo videtur, quod quilibet ordo sit sacer. & ob id etiam constituti tantum in minoribus ordinibus possint dici constituti in sacris, vt in quæstio primo §. quælibet, & 28 quæstio primo capitul. nullus & per Archidiaco. 6 quæstio primo in capitulatio infames, Solutione quod large tales dicuntur constituti in sacris: secus strictè accipiendo: vt per Abbatem capite clerici, vel monachor faciunt quæ notat. 32. distinct. in summa.

In sacris quis dicatur constitutus.

e

cerdotio constituti sunt, quidam sunt in altiore gradu vel ordine [a] positi, quidam verò in inferiore [b] Videamus igitur primum de his sacerdotibus, qui in altiore gradu positi sunt proximè de his qui in inferiore: ac subinde de his, qui tantum in sacris ordinibus constituti sunt, visuri: & demum de his, qui nec in Sacerdotio, nec in sacris reperiuntur.

Episcopatus ordo de per se secundum Canonistas.

DE EPISCOPIS, ET *Summo Pontifice.* [c]

TIT. V.



Episcoporum ordo est tripartitus, h. d.

IN auctori gradu constituti sunt Episcopi. Est autem Episcoporum ordo [d] tripartitus. [e] Alii enim sunt Patriarchæ, siue Primaues. Alii Archiep. Alii simpliciter Episcopi.

a ¶ Vel ordine.] Vt sunt Episcopi: vt in tit. seq. in princip. Nec fuit contentus auctor. verbo gradu, sed adiecit de ordine, inhærendo traditionibus, Canonistarum potius qua Theologorum, qui tenent Episcopatum non esse nouum, vel diuersum á presbytero, vt per Magist. senten. libro quarto, distin. 24. & per Abbat. post antiquos, in c. post translationem áte fin de renunc. & per Archi. Flor. in sua sum. in tit. de ordine, versic. de Episcopatu, & Canonistæ tenent Episcopatum esse ordinem de per se, & characterem imprimere, vt traditur per Innoc. Abb. & alios, in capit. quanto de consuet. & in capit pende conf. Eccles. vel alta. Posses de hoc concordando dicere, vt per Cardinal. Aracæ in lib. de sacramentis, cap. 54 & per Doct. in proœmium Sexti.

ANT. TIM. Pro opinioni Theologorum vt dequæ rectè concludũt S. Thom. in 4. sen dist. 24 & in tertia parte in quæst. addit quæst. 40. articul. 4. & 5 Sanctus Bonauentura dicta distinct. articul. 2 quæst. 3. & Duran. quæston. sexto.

b ¶ In inferiore, Vt sunt presbyteri.

DE EPISCOPIS & Summo Pontifice.

Io. Bap.

Supra § 1. in fin tit. prox. proposuit author se velle prius tractare de sacerdotibus altioris gradus, Ideo proponitur modo iste titulatio in quo sacerdotes isti explicantur. Diuiditur autem in duas partes princ. in prima declarantur Episcopi: in secunda sum. Pontifex: secunda ibi sicut autem prima adhuc diuiditur in tres partes, in prima habetur episcoporum diuisio, in secunda diuisio. in secunda diuisionis declarationis in tertia soluitur dubium: secunda ibi, Patriarcha: tertia ibi quod autem.

DE EPISCOPIS, & summo Pontifice.

c POntifice.] Sed cur separatim inscribit, & meminit de summo Pontifice, cum Romanus Pontifex sit etiam ipse Episcopus, & appellet se Episcopum, vt apparet ex proœmio tam Gregorianarum, quam Sexti? Respon. ad similitudinem verborum Domini, cum dixit: Dicite discipulis eius, & Petro, cum enim cæteros præcellat: vt § fin inf. eod. c. distinct. 21 & 22 & per totum, fuit dignus speciali nota, ar. l. Item apud Labeonem, § ait prætor, ff. de iniurijs Similis est inscri. C. de ser. & aqua.

Io. Bapt.

In altiori gradu.] CASVS non figuratur, sed not. causam dist. quia prælati, quibus regitur Orbis Christianus considerantur, aut respectu totius Orbis, sic datur summ. Pontifice, aut respectu maioris partis, & hinc Patriarcha, ant. minoris, partis, & hinc Archiepiscopus, aut ratione patris minimæ, & hinc Episcopus.

d ¶ Ordo.] Id est numerus, classis, qualitas vel conditio: nec enim hic intelligendum est de sacramento.

* In primitiua ecclesia non erat differentia inter episcop. & presbiterum vt c. cum olim. dist. 95 sed Petrus & successores restrinxerunt potestatẽ charact. sacerdotalis, & multa sunt reseruata episcopis, quę non competũt sacerdotibus, c. legimus dist. 93. & ibi glos. quãuis enim Canonistæ tonsuram & Episcopatum ordines vocitent, per ordinem tamen non intelligunt Sacramentum sed gradum & dignitatem, & per characterem, non effectum sacramenti sed formam signi alicui[9] extrinseci in consurato, aut dispositionẽ gradus in Episc. per quem ordo siue character sacerdotalis prius in anima impressus se in eandem personam sceu in materiam bene dispositam diffundit & analogicè ampliatur, atque ita dicendum est non plures quam septem ordines esse nempe quatuor minor & sacros tres, tonsuram verò & episcopatum veluti vnius integri ordinis exttremum esse, illud initiationis, istud perfectionis, cuiusdam per accessionem hierarchicæ potestatis, Lotter de re benefic. lib. tertio quæst. 35. numer. vigesimo & seq. SOLIER.

e ¶ Tripartitus.] immo quadripartitus, vt per Magistrum sentent. lect. 4. distinct. 24 in fin. & capitula. cleros, § ordo. distinct. 2. quæ sunt con-

tra solem secundum quosdam quòd strictè ibi accipit Patriarchas pro illis tantum quatuor, de quibus fit mentio, cum tamen etiam cæteri Primates rectè dicantur Patriarchæ, vt distinctionem 99. in principio, & capitulo primò, vbi dicitur, quod. Primates, & Patriarchæ diuersorũ sunt nominum, sed eiusdem officij, & vnam formã tenẽt. licet diuersa sint nomina fac. capitul. vrbes, distinctione 80. & capitul. exigit. & capitul. felicis de pen. argum. contra in l. fi idẽ C. de codicil.

Patriarchæ primum post Papam locum tenent hoc dicit.

Patriarchæ sunt, qui primum post Romanum Pontificẽ tenent locum [a] quales Constantinopolitanus, Alexandrinus * Hierosolymitanus, Antiochenus.

Patriarchæ Vnde dicti, & quæ sit illorum, auctoritas, hoc dicit.

Io. Bap.

Patriarchæ Hec pars subdiuitur in tres particul. in prima explicantur Patriarchæ, in secunda Archepiscopi, in tertia Episcopi. Secunda ibi, Archiepiscopi, tertia ibi simpliciter autem, quoad primam partem CASVS ita figuratur Quidam Patriarcha non tantum volebat, primum locum post Summum Pontif. verum etiam appellationes audire ab Episcopis, & Archiepiscopis factas, ac Crucem ante se ferre per omnes eius prouincias, vnde fuit quæsitum quid iuris, Cardinalis enim se opponebat per capitul. bonæ memoriæ, de postulat. prælator. el. 1 & Archiepiscopi, per leg. Imperatores, ff. de appellation. Sol. tamen vt hic dicitur per id quod ex causa distinctionis prælatorum supra fuit adnotat. Non obstant obiecta, quia præd. cap. bonæ memor. quad hanc materiam, diuersimodè à doctor. interpretatur cum inter eos sit quæst. de ista precedentia. Lex autem illa limitatur de iure canonum. Not. inde argumentum, Cardinal. esse inferioris potestatis ipso Patriarcha. Not. secundo de iure canonum appellationem dari ad superiorem prætermisso medio, & ad hoc adde infra § ad hos igitur. a ¶ Tenent locum.] Vnde secundum quosdam, quando sunt coram Papa, vel in consistorio publico Patriarchæ hic nominati præcedent Cardinales, ita vt post Papam sedeat Patriarcha Constantinopolitanus, & sic deinceps de alijs, vt per Abb. in cap. antiqua de priuil. Sed fortè hoc hodie Curia Romana non admitteret, præsertim in Cardinali Hostiensi, qui secundum ipsum Hostiensem debet immediatè sequi Papam ex priuilegio Ecclesiæ Hostiensis quia coronat Papam, & vngit Imperatorem. De hoc per Modernos in Rubrica, de maiorit. & obedientia.

*Alexandrinus] & Alexandrini patriarchæ primus olim locus à pontifice maximo erat, sed ex concilio generali Constantinopolitano statutum fuit vt is secundo loco contentus primam sedem constantinopolitano relinqueret; Alexandrina autem sedes beati Petri nomine à Marco eius discipulo consecrata est; antiochena ab eodem Petro priusquam Romæ cathedram fixisset capite primò secundò & trigesimo & capite renouantes distinctio vigesimo secundo capite antiqua, de priuileg. capite Sancta Rom. in extrauag. comm. SOLIER.

ANTON. TIMOT. Vide Mag. in 4. sent distin. 24 isti quatuor Patriarchæ sceu Primates, qui repræsentãt quatuor Euangelistas, habetur in capite scriptum de ele. Et appellantur Sanctissimi. Vide quæ de his scribit Io. de Montolonio in promptuario iuris in verb. Patriarcha. De quorum potestate vide per Aluarouum & Præpositum in titulo Episcopum vel Abbatem, coll. 6 & latè per Arc. Flor. in 3 particul titul. 20 capite 4 Alij autem præter quatuor non sunt propriè Patriarchæ, sed primates vt Graden. Cantuarien. Aquilegien. vt Aluarottus Præpositus, & Card. in loco citato. Hos refert Bart Cassaneus in Catal glor. mupar. 4. consid 9.

ALOYSIVS RICCIVS Sciendum est pro istius §intelligentia q. Patriar. dicitur ab archos nomine Greco, quòd est Princeps: id est Princeps Patrum capite Cleros § ordo Episcoporum 21 dist. Gambarus in tract. de legat. lib. 2 num 11.

Patriarchæ sunt quatuor principales, vide licet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolimitanus, cap. antiqua vbi omnes tradũt de priuilegijs cap. renouantes cap. diffinimus 22. distinct.

Est isti quatuor Patriarchę representãt quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei tex in cap. scriptum de electione Roma. consilio finali seu sermone incipienti vos estis lux mundi num. 20.

Alij autem Patriarchæ sunt non ita principales, nempè Toletanus, Aquilegien. Biturcien. Graden. de quibus per glosam in d. c. Cleros, § ordo Episcoporum verb. Archiepiscopis, & Archidiaconus & cæteri ibidem Speculator. titulo de dispensatione, § sunt quoque, nu 2. Gambarus vbi supra num. 12 qui etiam addit alios duos Patriarchas scilicet Pisan. & Cantuarien. Gigas tract. 2 de residentia Episcoporum cap. 18 num. 10 vbi subdit quod hodie in locum Patriarchatus Graden. qui fuit extinctus, qui etiam illa Ciuitas desolata est, est creatus à Nicolao V. Patriarcha Venetiarum, hodie etiam adest alius Patriarcha Indiarum, seu noui mundi cujus dignitas fuit erecta à Fel. record. Paulo III. quibus in locis prædicti Doctores tradunt quod reliqui omnes Patriarchæ præter dictos: quatuor principales potius dicuntur, primates, & impropriè nuncupantur Patriarchæ, Lopez lege 12 Hispan. glos. fin. tit. 5 Partita 1 & in his Patriarchis minus principalibus procedit quod ferur inter primates, & Patriarchas nullam esse differentiam, sed verbalem tantum vt per Gigantem de resident. Episcop. cap. 18 n. 5.

Hoc tamen potest intelligi vt non numeretur, inter illas æqualiter, vt sit Patriarchalis dumtaxat, sed quod sit aliarum Ecclesiarum. Regina & Caput. Nam sicut Papa est princeps Patriarcharum, ita Ecclesia Sanctæ Ioannis, cuius est sponsus, & Episcopus Papa, debet esse Princeps aliarum Ecclesiarum Patriarchalium, & Principalior in Vrbe, & Orbe, quia prius fuit fundata, & quia in ea sunt capita Sanctis Petri & Pauli Apostolorum Principium argumentationes lege cum in diuersis digestis de Religiosissimis & sumptibus funerum, ac multo magis cessat hodie controuersia antiqua per Doctores tradita in distinctione capite fundamenta de electione in sexta super præcedentia inter Ecclesiam Sancti Ioannis Lateranensis, & Sancti Petri in Vaticano cum post longas disputationes fuerit in Rota iudicatum coram Sarmiento ad fauorem Ecclesiæ S. Ioannis.

Isti autem quatuor Patriarchæ Principales, de quibus in digestis capite antiqua habeant plura priuilegia ad instarum Papæ. Nam Episcopes deponere poterant glossa primus in capite renouantes vigesimo secundo distinctione capite. Suspecti tertio quæstione quinto Cardinalis in Clerico in plerisque in principio numero decimo sexto de electione.

Hodie verò tale priuileg. recessit ab aula, quia vltra

quod ante Concil. Trident. hoc minimè licebat. Patriarchis Gambarus in tract. de legato lib. 2 num. 16 & 18 post Concilium Tridentinum caret difficultate, quia solus Papa potest deponere Episcopos, vt in sess. 13. de reformatione cap. 8 & sess. 24 de reformat. c. 5.

Item Patriarcha debet sedere, & incedere immediatè post Papam ante Cardinales Abb. in d. c. antiqua num. 6 de priuilegijs post Hostiens. & alios ibidem, Præpositus in cap. diffinimus 22 dist. Hieronymus Gigas in tract. de residentia Episcoporum cap. 18 n. 7 Cassaneus in Cathal. gloriæ mundi 4 par consider. 9 in princ. quod etiam expressè cauetur per constitutionem S. Eugenij IV. in fi. in Bullario contentam.

Sed & hoc priuilegium euanuit quia contrarium absque vlla cõtrouersia seruari videmus, nam omnes Cardinales tam qui sunt, Episcopi, quam Presbyteri, & Diaconi præcedunt, omnes Patriarchas dignitas nam; Cardinalatus in dies crescit, & Patriarchatus decrescit postquã dictæ quatuor sedes Patriarchales sunt in manibus Infidelium, & Hæreticorum, vt dicit Clem. Sancta Romana Ecclesia vers. super hoc de electione inter communes; Gambarus vbi supra nu. 19 Romanus in consil. fin. seu sermone & num. 3.

Item Patriarcha habet priuilegium vt deferat Crucem ante se, & pallio vtatur, dummodo non sit in præsentia Papæ, vel eius legati qui vestibus Pontificalibus vtatur in dicto ca. antiqua vers. seruata, & vers. Dominicæ vbi notat. Anton. & Abb. vterque num. 1. *Delatio. Crucis.*

a ¶ Principes.] Sic in c. cleros § ordo. dis.

b ¶ Crucem.] Sed per hoc non videtur bene istorum excellentia de signari: cum & Archiepiscopi ante se crucem deferant c. 1 vt li. pen. etiam in locis exemptis Clement. Archiepiscopus de priu. Respon. quod Patriarchæ licet vexillum Dominicæ Crucis quocunque locorum deferre, præterquam in præsentia Papæ, aut eius Legati, vt in c. antiqua de priuil. Et Archiepiscopo solum licet in sua prouincia: non in aliena, nisi muniretur priuilegio, consuet. vel præscriptione: vel nisi essent insignia non denotantia superioritatem in loco: sed dignitatem insigniti vt post Host. tradit Abb. in d. c. 1 vt lit. pend. nihil. innou.

c ¶ Appellationes.] Ideo dicit appellationes: quia sicut Archiep. regulariter non habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum nisi per deuolutionem, & appellationem, cap. pastoralis, qui of. ord. ca. Romana § 1 de appell. in 6 & per tot. c. Sic Patriarcha non habet iurisdictionem in subditos, & suffraganeos Archiepiscoporum sibi subjectorum: vt per Ab. in c. antiqua, de priu. & per eundem in c duo simul de off. ord. Et intellige, quod ab Archiepiscopis appellatur ad Patriarchas, non quibus libet, sed ab existentibus in prouinciis deputatis ipsi Patriarchæ. Nam sicut multæ diœceses sunt sub cura Archiepiscopi, ita & taliter quod Archiepiscopus est Metropolitanus, & superior omnium Episcoporum suæ prouinciæ: ita multæ prouinciæ sunt sub cura vnius Patriarchæ, ita quod Patriarcha est iudex ordinarius omnium Archiepiscoporum, qui sunt in suo Patriarchatu: vt per Abb. in locis supra alleg. sed si ordinarius non oportet, quod causæ Archiepiscoporum cognoscãtur à Patriarcha, media appellatione, quod hic videtur inferri. Resp. intellige quod hic dicitur de appellatione ab Archiepiscopis habere locum in Episcopis, qui si grauentur à Metropolitanis: & sic loquitur de Archiepiscopis tamquam de iudicibus á quibus, non tamquam de parte.

Appellantur autem Patriarchæ, quia summo honore funguntur quasi patrum Principes [a] vnde ob dignitatis excellentiam, & crucem [b] ijs deferre, & ab Episcopis appellationes [c] recipere jure permittitur.

Archiepiscopi sunt præsules Episcoporum vnius prouinciæ, h. d.

Archiepiscopi sunt vnius prouinciæ Episcoporum [d] Principes, & Præsules Prouinciæ [e] siquidem longo ante aduentum Christi tempore maxima ex parte diuisæ erant: [f] quæ diuisio post modum ab Apostolis, & eorum successoribus [g] renouata est. Itaque vbi dudum Primates erant sæculi: nostros patriarchas, vel primates leges Ecclesiasticæ poni jusserunt. In ciuitatibus autem Metropolitanis, quæ minores Iudices habebant, illi hodie præsunt, qui Archiepiscoporum nomine designantur.

Archiepiscopi. CASVS. Quidam Episcopi prouinciæ Romandiolæ nolebant in superiorem recognoscere Archiepiscopum illius prouinciæ, & cum Archiepiscopus de hoc conquestus fuisset, fuit propterea, quæsitum quid juris? *Io. Bap.*

Episcopi n. dicebant se repræsentare ipsos apostolos, quorum caput, & princeps erat solus Petrus propterea non videbatur ad id ligati Sol. vt hic habetur, tum ob id quod in text. legitur, tum etiam ob maiorem vtilitatem fidelium, non obstat obiectio, quia Apostoli secundum Theolog. diuersimodè ab Episcopis repræsentantur. Not. similitudinem dari inter primates sæculi & primates Ecclesiæ, & ideo argumentum ab vno ad alium vt validum. Non secundo Episcopos respun. propriæ diœcesis dici Episcop. vt in § seq. dicitur, sed respun. Archiepisc. vocari suffraganeos.

d ¶ Episcoporum.] Sed quos Episcopos suffraganeos habere dent quis, vt iure appellari possit Archiepiscopus? Respond. decem, vel vndecim 6 quæstione tertia capit. scitote, & per Abbat. in c. sicut olim de accusat. Et hoc omnio quia cum Archiepiscop. sit ordinarius suorum suffraganeorum, illorum cam non pont. tractari nisi, coram pauciorib. Episcopis, quam 12 vt 15 quæstione 7 si quis tumidus. & ita no. in d. c. scitote. Sed si hæc ratio procederet, vtique deberet Archiepiscop. præesse 13 saltem Episcopis: quod non reperitur iure cautum. Obseruantia n. hent, vt Archiepiscop. appelletur essent, is qui longè pauciores habet suffraganeos, quam decem, cui est standum: arg. l. cum de interpretatione ff. de leg. nec in c. scitote aliquid dicitur præceptiuè. *Archiepiscopus quas suf fraganeos habere debeat. Archiepiscopus testi.*

e ¶ Prouinciæ.] Non tamen diœceses erant distinctæ: vt no. in c. 1 d. 99 licet aliter notetur in c. nec numerus 10 quæstione tertia sumit. ex d. c. 1 multis refectis.

f ¶ Diuisæ erant.] Vnde quædam erant præconsulares, aliæ prætoriæ, aliæ præsidiales. Procon-

sulares ad cura Senatus, Prætoriæ ad curam populi, Præsidiales ad curam principis spectabant: vt per Ale. in libro de magistratibus ciuilibusque & milit. off. & per eundem in l. speciosas ff. de verb. sign.

g ¶ Successoribus.] Id est, Clemente, & aliis, vt in c. prouinciæ d. 99 arg. quod fieri non debuerit cap. 1. dist. 10.

b ¶ Suffraganeos.] Est ergo Archiepiscopus ordinarius suorum suffraganeorum: vt hic & in ca. antiqua. de priuil. & c. pastoralis de off. ordin. & in cap. suffraganeis de elec. sed hoc non est perpetuum. Si n. agatur ad depositionem, non potest Archiepiscop. cognoscere, immo nec concilium prouinciale, nisi vt not. per Abb. in cap. non potest de re iudi. Spectat enim depositio ad Papam: vt habetur in cap. si quis episcopus de accusat. & in d. c. pastoralis. Excommunicare autem, & interdicere suos suffraganeos non solum poterit Archiepiscopus: verum etiam eius vicarius, c. præsenti in fi. de off. ordin. in 6 & per Ab. in cap. postulatio. in fi. de cle. excom. In personas autem vel res existentes in diœcesi non habet Archiepiscopus iurisdictionem vt per Abb. in cap. sanè. de foro comp. in c. conquerente. de restit. spol. Nisi vel esset legatus prouincie vel essemus in notoriis criminibus: vel casus concerneret totam prouinciam, vel in casibus, in quibus suffraganeus esset negligens: vt per Abbat. in capite ex frequentibus de initit. vel esset casus iure expressus, vt per eundem, in cap. sicut vnire de excessoribus prælatoribus, & in capit. ex parte de concess. præb. vt cum visitat. prouinciam: quo casu & audit confessiones, & absoluit: vt per Abb. in c. cum ex officii de præscrip. & in cap. nostro de pœn. & rem & in c. pastoralis. Potest tamen Archiepiscopus eligi in iudicem à subditis suffraganei: licèt suffraganeus ignoret. Abb. in c. significasti, de for. comp.

ANT. TIM. Suffraganei dicuntur id est auxiliares Suffragari n. est auxiliari: & de quibus loquitur c. suffraganeis 8 de elect. Adde, quod Archiepiscopus potest celebrare Concilium, irrequisito primate, & in multiplicibus casibus Archiepiscopus in subditos Episcopos ordinariam habet iurisdictionem vt in c. pastoralis de offi. ord. & Sylvest. ponit duodecim, vide ibi.

c ¶ Appellare. dist. 99 in prin.

ALOYSIVS RICCIVS ponit in quo consistat Archiepiscopi auctoritas; vnde tu addas non nulla, in quibus consistat.

Et primo Absentia episcopi probanda est à Metropolitano in scriptis Concil. Trident. sess. 6 de reformat. cap. 3 & sess. 21 c. 1 de refor.

2 Quod absque legitima causa, eo non residente Archiepiscopus potest applicare fructus fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus locis, & crescente contumacia denunciare Summo Pontifici iuxta prædicta decreta Concilio Tridentino & constit. Pii IV. de anno 1560. prid. non Septemb. incip. de salute gregis.

3 Quod Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare § fin. de offic. ordin. in 6 ca. penetrabili vbi Abb. de senten. excomm. Hostien. in c. graue de præbendis.

4 Quod si Episcopus est negligens in eo, quod facere debet Archiepiscopus potest ipsum compellere Abb. in repet. in ca. si quis contra clericum de foro compet. & in c. pastoralis de offic. ord. in c. auaritiæ de præbend.

5 Auctoritas est, quod Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem in appellantem, & appellatum, illosque qui se sponte offerunt liti super illa te, de qua est qu. c. Rom. § au in alium. Io. Bap.

6 Nam propter negligentiam episcopi deuoluitur potestas ad Archiepiscopum 9 quæst. 3 vbi glos. in sum. & in c. fin. in verb. negligens quæst. cad. & in c. pastoralis de offic. ordin.

7 Quod Archiepiscopus possit mittere edictu per totam Prouinciam suam in casibus ad eius iurisdictionem pertinentibus c. 1 vbi not. Gem. & Franc. de suppl. neg. præl. in 6.

8 Quia Archiepiscopus de iure communi potest ante se deferri facere crucem per totam suam prouinciam, vt habetur in clem. Archiepiscopo de priuileg. c. 1. vt lit. pend.

9 Quod Archiep. de jure communi potest benedicere per totà suam prouin. & etiam in loco exempto d. cle. Archiepiscopo de priuileg.

10 Pont. diuina officia in Pontifical. celebrare in prouincia essent in loco exempto, & ab alijs sine pontificalib. celebrari facere d. cle. Archiep.

11 Vt Metropol. possit deputare Vicarium, seu Officialem in Eccles. suffragan. si infra octo dies post mortem Episc. Capitul. non prou. dicit ex decreto Sac. Conc. Trid. sess. 24 de reformat. general. c. 18.

Quæ sit Archiepiscoporum auctoritas h. d.

Ad hoc igitur inter suos suffraganeos [b] cognoscere pertinet, à quibus tamen si durius illi habiti & accepti fuerint, ad Primates, aut Sedem Apostolicam appellare [c] potuerunt.

Episcopi sunt qui præsunt majoribus populis, & latinè speculatores appellari possunt, h. d.

Simpliciter autem Episcopi sunt, qui majoribus [d] populis, & frequentioribus ciuitatibus præ sunt. Speculatiores Latinè dici possunt. Episcopus enim quasi speculator [e] in ecclesia præpositus est. Mores enim & vitam populorum infra se positorum speculatur & perspicit.

Simpliciter autem.) CASVS. Quidam Episcop. Ciuitatis Vercell. volebat speculari vitam, & meres illius populi, eidemq; diuina administ. atque potestatem tam Ordinis quam iurisdictionis tamquam caput exercere, & cum Sacerdotes se opposuissent per tex. in c. olim distin. 95 fuit propterea dubitatum, & quæsitum quid iuris. Sol. fuit data prout hic legimus, quia salus animæ ipsorum fidelem, id summopere requirebat. Not. ob objectio cum ille tex. non sit omnino clarus ob interpretationem variam, quam doct. ibid. faciunt Not. Episcopos non esse constituendos in quolib. loco, ne auctorit. eorum vilescat. c. 1 de priuil. & excess. priu. No. 2 potestatem Episcop. esse Ordin. & jurisdictionis, tex. & doc. in c. aqua de consecr. Eccl. d ¶ Majorib.] Tres n. sunt ciuit. ordin. min. major. & max. vt not. in l. si duas § Gramm. ff. de excus. vbi etiam Nic. de Neap. Sed forte illa Legist. distrib. non quadraret in casu nostro, cũ multæ sint ciuitat. quas illi min. appell. quæ tamen habent episc. Vnde secundum nos appellar. majores pop. vel ciu. vt hic & in c. prouinc. distin. 98 & distin. 80 per tot. & præcip. in c. illud.

e ¶ Peculator.] Cap. cleros dist. 21 vel superin-

tendens : vt 8 q. 1 c. qui episcopatum. Vnde Cicero ad Atticum loquens de bel. ciuil. Pompeius voluit me episcopum esse Campaniæ, id est, speculatorem & superintendentem. Sic qui præest pani, & cæteribus venalibus episcopus dicitur : vt in l. munerum § irenarchæ ff. de mu. & no. Vnde secundum aliquos etiam bidelli appellari possunt episcopi : vt per Alc. in parer. libr. 7 c. 12.

ANT. TIMO. Vide Magi in quarto distin. 24 ex quo speculator, & superintendens ita tenetur super grege suo vigilare, vt omnia exponere debeat, & vitam etiam pro sui greg. salute sub præcepto : Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus: ita S. Thom. secund. sec. q. 185. art. 7 ad 1 Intellige quando opus esset, & necessitas hoc requireret.

Quanta sit episcoporum auctoritas, h. d.

Horum autem non modica in ecclesia est auctoritas : [a] nam præter ligandi soluendique potestatem [b] & visitandi diligentiam, [c] soli sacrum Chrisma conficiunt, [d] soli Dei altaria, & ecclesias consecrant, & pollutas repurgant, clericos ordinant, suspendunt, & deponunt : ad hoc pertinet excommunicatio, purgationis indictio, dispensatio, solemnis pœnitentiæ impositio. [e]

Quod inferiori conceditur, multo magis conceditur, & superiori, hoc dicit.

Quod autem diximus, prædicta solos Episcopos efficere posse, non eum habet intellectum quasi Archiepiscopi, & Primates non

a ¶ Auctoritas.] De qua in cap. episcopum, 10 q. 1 per tot. & in c. conquerente, de offic. ord. & in cap. episcop. de offic. ordin. in 6 & cap. si jubet: cum multis seq. 26 quæst 6 & habetur infra in tit. de immunit. ecclesia cum tit. seq. Et de latissima potestate episcopali satis dictum est per Firmanum lib. in tract. de episcopis in 2 parte 4.

ANT. TIMO. Vltra hanc auctoritatem, & potestatem vniuersalem, habet & episcopus quædam alia, quæ iura Episcopalia appellantur de quibus in cap. conquerente, de offic. ordin. & ab Archiepisc. Florent. tertia parte tit. 9 cap. 5 Vide Abb. in c. accedentibus de excess. præl. num. 2 vbi ponitur differentia inter potestatem Episcopalem, ordinem, & jurisdictionem. De Episc. potestate vide Iac. Naclantum in suo tract. & Th. Campegium de residentia Episcoporum. An autem & quæ Episcopi possunt committere agenda non Episcopo, vide per Abb. in d. c. accedentibus de excess. præl.

b ¶ Potestatem.] Cap. cum episcopus de pœnitent. & remiss. in 6.

c ¶ Diligentiam.) Cap. cum Apostolus de cens. & exact. per tot.

d ¶ Conficiunt.] Et chrismant, capitulo quarto de consuet.

e ¶ Impositio.] Cap. accedentibus de exc. præl. vbi de materia.

ALOYSIVS RICCIVS ponit, in quibus consistat Episcopi auctoritas tu addas hic nonnulla.

Et primo Episcopus per viam recursus potest adiri ab omnibus in casu negatæ justitiæ per sæculares etiam non recognoscentes superiorem authent vt differentes in § si tamen contingit Cald. cons. 95 versic. quia tamen prædicta, Amplia quia potest adiri Episcopus quando statutum tollit exceptionem ne contra agentem possit excipi de turpitudine causante peccatum, quia vt admittatur talis exceptio Episcopus potest præcipere, & ad eum potest recurri, quando statutum esset nutritium peccati Bal. consil. 1614 versic. considerandum est lib. 4 de quo videndus est D. Nouarius in tract. de priuil. Miserabilium personarum.

a Episcopus habet jurisdictionem, & potest punire suum subditum : non exemptum, delinquentem in loco exempto suæ diœcesis. Feder. de Sen. consil. 2.

3 Potest punire exemptum suæ diœcesis, si non euitate facit excommunicatum ab Episcopo etiam in loco exempto Federic. cons. 2 vel 1 vers. ad primam.

4 Episcopo subjacent omnia monasteria, & loca religiosa suæ diœcesis Oldrad. cons. 274 Lap. alleg. 41 versic. & tunc locus. & ita omnes clerici suæ diœcesis Bellam. cons. 6.

5 Potest conferre beneficia, etiam extra suam diœcesim, c. qua fronte de appellat Oldrad. cons. 73 Calder. cons. 468 vers. quinto alias.

6 Est solutus judex in sua diœcesi, & potest facere statuta penalia c. cum contingat de foro compet. Feder. de Sen. cons. 2 Bartol. cons. 136 lib. 1.

7 Episcopus potest retinere familiam armatam in sua ciuitate. ita de Sen. cons. 2.

8 Potest punire laicum de crimine ecclesiastico Oldrad. consil. 56 & extende in eis quæ sunt mixti fori Tuscus in verbo mixto fori concluf. 293.

9 Potest esse iudex in causa suæ eccles. Oldrad. cons. 156.

10 Potest conferre beneficia suæ ciuitatis, & diœcesis, & habet intentionem fundatam etiam in collatione Hospitalium Ecclesiasticorum. Alex. cons. 97.

11 Potest denuò (sine consensu sui capituli) concedere bona Ecclesiæ consueta concedi in emphyteusim perpetuam Calder. cons. 257.

12 Potest capi facere clericum, & punire in qualibet parte suæ diœcesis c. cum episcopus de offic. ordin. in 6 Oldrad. cons. 86.

13 Potest cum consensu sui capituli, eccles. sibi subjectam, in qua sunt instituti clerici seculares, ad statum regulare deducere Oldrad. cons. 209.

14 Potest constituere Vicarium generalem, cum potestate conferendi beneficia vacatura Oldrad. cons. 77

15 Potest dispensare in omnibus casibus, nisi prohibitio reperiatur c. at si clerici de judic.

16 Potest dispensare cum homicida occulto, vt promoueatur ad ordines sacros non obstante irregularitate Federic. de Sen. cons. 168.

17 Potest dispensare super ætate ad simplex benefic. Abb. in c. fin. vers. quandoque cum illegitimo ætate.

18 Potest dispensare cum Clerico suo promoto ad Diaconatum, per saltum omisso subdiaconatu, etiam si in eo ministrauit, dummodo ignoranter omnia fecerit Lap. alleg. 29.

19 Ex necessit. potest dispensare vt quis habeat duas dignitates in eadem ecclesia Rot. decis 2 de præbend.

20 Potest contra propriam constitutionem statuere Franc. c. 2 § statuto de constit. lib. 6.

21 Potest creare notar. in sua diœcesi Oldrad. cons. 75.

22 Potest tam in vita, quam in morte seruitoribus suis bene meritis juxta benemerita aliqua donare, Oldrad. cons. 226 vers. sed salua reuerentia.

* Multo plura potest Episcopus quæ fusè congerit Antonius Cucchus in suis institutionibus lib. 2 titulus 6

cæterum Sopitæ sunt in Gallia quas ait Riccius hic n. 1. 7 & 8 Episcopo competere facultates, nec absolutè verum est apud nos quod num. 12 subdit Episcopum posse capi facere & punire clericum in qualibet parte suæ diœcesis hoc enim sibi non licet extra prætorium suum nisi implorato brachij secularis auxilio. SOLIER.

Io. Bap. Quod autem.] CASVS. Supra § proximo retulit auctor multa, quæ sunt ordinis, ac jurisdictionis, dixitque illa competere Episcopis, vnde quæsitū, fuit, an conueniat etiam Archiepiscopus, & Patriarchis argum. enim, tex. in cap. ex parte, el. 2 de offic. de leg. negatiuè erat respondendum. Sol tamen hic aliter habetur, & ratio est, vt puto quia omnes isti prælati sunt vnius, & ejusdem ordinis, vnde non obstat objectio cum ille tex. loquatur de judice delegato, & isti prælati sunt Ordinarij. Not. Argumentum quomodo sit intelligenda illa regul. quæ competunt inferioribus, competunt superioribus, vltra id quod habetur in gloss. in ver. ridiculum, sed à cõtrario ista regul. im.

eandem habeant potestatem. Sed quod presbyteris, & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum [a] enim esset cogitare Episcopis illa quidem permitti, Archiepiscopis, & Primatibus, qui Episcopis præsunt, eadem denegari.

Papa est ordinarius omnium ordinariorum, & Ecclesiæ Romanæ omnes ecclesiæ subsunt.

Sicut [b] autem Petrus Apostolus primus fuit Apostolorum, & ita Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente prima est, & caput cæterarum. Et qui illi præest, cæteros Episcopos antecellit. Vnde ad eum tanquam ad Matrem, atque apicem omnes majores Ecclesiæ, & Episcopi recurrunt: à qua quasi à quodam capite, dona velut in corpus omne diffunduntur. Ipsa autem tanquam omnium magistra, [c] celsiore sede residens à quoquam judicari non poterit. Quinimo velut tempore Noë omnes extra arcam positi, diluuij vastitate consumpti sunt: sic extra Petri nauiculam constituti, æternæ damnationis fluctibus obruentur. [d]

a ¶ Ridiculum.] Not. arg. à majori ad minus: nec enim quod licet minori non debet majori licere, & cui licet quod est plus, non debet licere quod est minus, l. non debet, ff. de reg. jur. & in cap. cui licet, eo. tit. in 6 faciunt nor. in cap. cum in cunctis de elect. quod argument. tunc procedit quando minus continetur sub majori Host. & alij in c. per venerabilem qui fil. sint leg. aliàs fortè secus, quemadm. & alijs quibusdam casibus, vt in l. si pupillorum, § si prætor. ff. de reb. eorum, & in c. cui de non sacerdotali, & c. cum in illis. § cum autem de præb. in 6 & 5 sunt autem, § si quis de coll. & not. Ioan. Andr. in c. quæ à iure, de reg. jur. in 6 & not. in c. fin. de transl. præl. in ver. ad partem concord. c. illud dist. 95 & ibi per glo. Et fac. ad q. de fugiente, vel obuiante corpori Christi an sit tutus veluti si confugisset ad eccles. de qua in c. seriè de celebrat. Missar. vbi per Io. And. & Panor.

Io Bap. Sic autem. CASVS. Cum Pontifex Rom. dicatur caput in vniuersa Ecclesia Dei, ita quod Ecclesia Romana sit mater, & magistra omnium aliarum ecclesiarum, nonnulli, vt fuit Patriarcha quidam Constantinop. se opposuerunt illa ratione moti, quia ille debet dici caput, qui verè est sponsus ob vinculum quod contrahitur inter Eccles. & ejus pastorem juxta ca. fin. de transl. at Christus est verus sponsus Eccles. cap. debitum, de bigamis, vnde meritò sol. vt hic dicitur per rationes in tex. assignatas licèt multæ aliæ addantur à Theol. Ad objecta autem dico Pontificem istum esse caput tanquam Vicarium Christi, ita enim nominatur in fi. c. d. & ideo non obstat objectio inde desumpta. Not.

Rom. Eccles. esse caput, matrem & magistram vide copiosè Io. de Turrecr. lib. 1 de eccles. per plura c. 2 Not. 2 Roman. Pontificem esse successorem B. Petri dic. fi. de transl. cum simil.

b ¶ Sicut.] Et § hic pertinet ad secundam partem Rubricæ, de qua auctor ideo expedit se paucis, tanquam de reclara, licèt hæretici garriant: & sumitur ex c. ita dominus, distinct. 19 & ex cap. quamuis, dist. 21 & per tot. &c. omnes, distinct. 22 & c. cuncta per mundum 1. & 2. 9 q. 3 & in infinitis locis. Et si quis velit latius videre, videat latissimè compilatorem Conciliorum in 1 tom. & per Reginaldum Polum Britan. tam in suo tract. de Conc. quam 1 & 2 libro operis, quod conscripsit contra Henricum Reg. Brit. cum is fide ab eccles. Rom. apostatasset.

ANT. TIM. De auctor. Pap. & Eccl. Rom. multi scripserũt nostris tempor. in quibus quia ad eam euertendam multa machinati sunt hæret. ideo & ad eam defendẽdam multæ adhibitæ sũt defensiones. Vltra antiquos vide in opuscul. Cardin. Caiet. tom. 2 de auctoritate & institut. Summi Pont. Augustˢ. Triumph. de Ancona. Thom. Campegij opus eiusd. arg. Iacob. Naclantũ, Petrũ de Palude, & alios quos citaui supra latè, etiam Archi Flor. par 3 tit. 22 c. 1. 2. 3. 4. 5 & 6 vide etiam de primatu Petri S. Tho. in tract. contra errores Græco. & Turrec. in capitulum nullus 9 distinct.

c ¶ Magistra.] Ita vt errare non possit, quod qualiter procedat, dicat per Abba. in cap. maiores, de Baptis.

ANT. TIM. Hoc idem docet S. Tho. secun. secundæ, q. 1 & ibi Caieta. ad 3 dub.

d ¶ Obruentur.] c. quamuis, distinct. vigesimo primo.

DE ELECTIONE.

POst cognitionem sacerdotum existentium in altiori gradu, erat conueniens pertractare de promotione eorundem, & ideo eam docet ab isto tit. vsque ad titul. de vita & honesta prælato. tali methodo, quod primò tractat de actu quo promotio ista annitatur, qui est electio, & postulatio, & cum Electio sit rem diem ordinarium iuxta gloss. super principium titulus inferioribus de postulatione in versibus petitio, ideo primo agit de electione iuxta lege in commune ff. de minoribus quæ cum consideretur, vt colligitur in gloss. præsentis rubri. ratione formæ. & ratione persõn. author primò voluit explicare formam

eius, propterea proposuit præsentem tit. qui diuiditur in partes, in prima habetur quot modis fiat promotio, in secunda quid sit Electio: in tertia quid obseruari debeat ante actum eligendi: in quarta qualis sit forma electionis: secunda ibi, cæterum: tertia. ibi nam quarta, ibi celebratur.

DE ELECTIONE a

DE ELECTIONE.[a]

TIT. VI.



a De electione.] Quamuis electio sit nomen verbale, & propterea duplicem habeat significationem actiuã scilicet, & passiuam: vt not. in l. 2. ff de duo. rc. & per Abb. in Rub. eod. & propterea tantum videatur esse dicere, de electione, quantum De his, qui possunt eligere & De his qui possunt eligi Item de formis eligendi, & remoribus, hic tamen specialiter tractatur de formis eligendi ob cõmodiorem intelligentiam. Sic alias legat, & fidei, tractatus scinditur in tres, & plures titulos: vt not in rub. ff de leg. 1 Sic tractatus, ff & inst. de verb. oblig. protenditur ad multos sequentes tit. facit l. Caius, § fi. ff. de leg. 2.

ALOYSIVS RICCIVS Animaduertendum primò ad totius tituli ornamentũ, quod electio propriè est alicuius personæ ad Prælationem facta vocatio Dec. in rubrica de elect. vbi, quod sunt electio, cõfirmatio, præsentatio, institutio, & collatio, electio requirit confirmationem, præsentatio requirit institutionem, & plus iuris confertu. ex elect. quàm ex præsentatione, & in fin. Dec. dicit quòd electio est nomen verbale significans actiuam, & passiuam elect. & appellatio electionis, nisi aliud exprimatur, intelligitur de actiua. & passiua, ideo priuatus electione non poterit eligere neque eligi Gemin. cons. 99. Matrim. dicitur contrahi inter electum, & eligens c. cum inter can. de elect Et ideò beneficium elect. spectans ad elect. non cadit sub gratia de beneficio ad collationem, prouisionem, & præsentationem, & dispositionem quorumque c. cum in illis, § 1 de præb. in 6. Elect. autem comprehendit quandoque collationem, c. cum Eccl. Vterana de elect. capitul cum dilect. de preb. Amplia quia elect. importat præsentationem, c. in causis de elect. & ideo licet proprio patrono laico competat præsentatio, tamen largo modo dicitur elect. Feder. cons. 102. Cal. cons. 294

Hodie propter reseruationes extrauag. ad regimen, & propter reg. cancellariæ redactum est ius eligendi ad nihilum in Italia; sed tamen in Gallia conseruatur quia concilium Basil. annullauit reseruationes, & Gal. amplexa est concilium, vt per Dec. in c. 1. de elect. Ampl. quia elect. differt à nominatione, vel postulatione ideo habentes elect. prout conuentus, vel capitu. de præl. non possunt compelli nominare, vel post. Alex. consil. 106 lib. 2 Contrarium Zab. consil. 5 vbi quod si capitu. eligit seu postu. vnum quia in postula. idem ius videtur in postula. pro sequuta, quod in elect. sed caue, quia loquitur quoad expensas cõsequendas. Amplia, quia postulatio importãt ius eligendi Sylua tract. de beneficio in 2 parte differunt in hoc electio, & postulatio, quia post. nititur gratiæ, electio iustitiæ ideò qui postulat ad beneficium reseruatũ, magis excus. quàuis qui eligit, quia licèt reseruatio impediat postulationem, & elect. tamen magis excubatur postu. Zabarel cons. 5 & cons. 36 vbi quod magis cong. est postulatio, quam elect. quando beneficium est reseruatum, & propt. eligendus postul. potest non conuerso, vt idem Zabarel. 1 consil. 36. & haben. mandatum ad eligendũ habet etiã ad postul. quia per ea deuenitur ad elect. & est præamb. elect. Ab. consil 65 lib. 2 Tuscus conclus 457 in verb. postul. Animaduertndũ 2 nam ad validitatẽ elect. non nulla cõcurrere debẽt. Et 1., quod maior pars consentiat elect. vide licet quod sint vltra dimidiam Bald. cons. 338 vers. & considero lib. 1 & cons. 316 l. 3. vbi quod saltẽ vna vox requiritur vltra dimidiam.

Secundo elect. Episc. debet fieri intra tres menses, à die notæ vaccationis Bertach. in tractat de Episc. in 2. quæst. l. 1 rc. ne pro defectu de elec. alias pro ea vice perdunt elect. & superior cõfert nisi legitimo impedimẽto sint detenti d. capite ne pre defectu de elec.

Tertiò debet etiam lib. c. cum terra de elect. latè Nouarius. de elec. official vniuersitat.

Quartò capitul. facienda est ad hoc vt valeat, debet fieri omnibus præsentib. & absentes sunt vocandi Oldrad. cons. 64 ita quod vno contempto elect. pont. retractari, quia plus nocet, contemptus vnius quã multorũ præsẽtiã cõtrad. Oldrad. dic. cons 64 Noua. vbi supra

Anim aduertẽdũ Tertio elect. varijs modis posse fieri. Et 1. potest fieri per inspirationem & est illa, quæ sit nullo ordine seruato inter elig. vt quãdo quasi ineb. ones vnanimiter eligũt, Oldrad. consilio 155. quia de forma in princ. Franc. Marc. decision. 1308 ubi dat exemp. in Amb. Martino Nicol. & similibus. & tria requiruntur, vt dicatur, qua si per inspirationẽ, 1 quod nulla præcedat nominatio, 2 quod nullus tract 3 quod omnes consentiant, Ripa resp. 33 alias 52 de elect.

Secundò potest fieri per compromissum; quia possunt eligere

eligere debentes vnum compromittere electionem, & compromissarij possunt eligere vnum ex se ipsis Castr. cons. 230 lib. 2 quia de defectib. versic. 3 quæritur, c. cum in jure de elec. & licet quis non possit eligere se ipsum c. per vestras de jure patronat. tamen bene potest quis eligere illum, qui elegerat eligentē, & sic seruant Cardinales, quia Cardinalis electus ad Papatum, si non potest esse, potest eligere suum electorem, Castrens. d. cons. 230 lib. 2 secus tamen quando sunt eligendi plures nam non possunt compromissarij, electi, ad eligendum se ipses eligere Castrens. d. cōs. 230 versi. breuiter li. 2.

Tertiò per scrutinium, & electio debet pronunciari per verba singularia, à scrutatore, cui cōmittitur scrutinium, alias est nulla Oldrad. cons. 184 in prin. inc. Pater Sancte.

Hinc est quod electio per scrutinium facta, & publicata operatur vt si eligens nolit perficere electionem ad fauorem si. electi, possunt compelli. Gemin. cons. 84 vers. & idem dicitur. Vnde si electio per scrutinium fiat aperto modo, quia non possunt fieri scrutinium, puta quia sint duo soli, valet, & potest, eo casu quis se ipsum eligere, & valet electio Abb. consi. 25 lib. 2.

Io. Bap. Promouentur. CASVS non figuratur. Not. tamen causam. distin. quia promōtio ista, aut innititur, iuri, vt dicebam in continuatione rubr. & hinc datur elec. aut gratiæ, & hinc postul.

a ¶ Cæteri.] Habentes tamen generalem jurisd. in ecclesijs collegiatis: vt nox. proximè in versic. viduatæ.

* Per electionem aut per postulationem) hodie in Gallia nostra majores prælati neque eliguntur neque postulantur, sed ad Regis nominationem infra sex menses peragendam à summo Pontifice Episcopi in vigesimo septimo ætatis anno constituti ijque Doct. seu licentiati in Theolog. vel altero jurium, Abb. verò & priores conuentuales & verè electiui, Relig. ejusdem, non autem diuersi ordinis nec seculares, qui 23 ætatis annum attigerint ex concordato promouentur: vbi verò non qualificatus vt supra, aut alias inhabilis nominaretur habet Rex tres alios menses ad alium debitè qualificatum præsentandum, alias libera promissio Pap. competit § 1 & § monast. de Reg. ad præl. nominat. in concordat. Eximuntur tamen à nominatione Regia Eccles. & Monaster. priuil. Apost. eligendi proprium præl. habentia, § per præmissa d. tit. quod tamen hodie non seruatur & non obstante priuilegio hujusmodi nominationi regiæ locus est, Feuret. de abusa lib. 3 c. 4 n. 14 in fine. Item eximuntur capita ordinum, ordinat. blesensi art. 3. Tertiò vbi ex fundatione Eccl. & elect. cessat regia nominatio, Feuret. ibid. SOLIER.

b ¶ Prius.] Sed cur prius de electione, cum tam in Gregoriana, quam in Bonifaciana compilatione prius dicatur de postulatione, quam de electione? Respon. electio est ordinarium remedium, postulatio extraordinarium, cum innitatur gratiæ: vt no. per Doct. in rubr. de postul. præl. vnde dicendum prius fuit de ordinatio remedio, & post de extraordinario, arg. l. in causæ. ff. de mini. & l. in prouinc. ff. de nou. op. nuncia.

c ¶ Electio.] Hanc definitionem, siue descriptionem approbant communiter canonistæ: vt per Abb. in rub. 1 de post præl. & Pet. de Bav. in suo directorio electionum in c. 1 primæ partis, & non videtur abhorrere Host. in summa cod. licèt addat quædam non necessaria verba, de cujus declaratione, vide supra dictos in cit. locis, ANT. TIM. Aliter definitur. Electio est alicujus personæ idoneę ad dignitatē, vel fraternitatē, siue societatem seruata forma, can. facta vocatio: nost. cod. & hoc modo electio sumitur stricte, quāuis eligere ad multa se habeat, vt notat. Goff. in sūma eo tit. § 1 prin. vn. inde tria requiruntur ad elect. auctoritas, numerus & zelus, ita de jure: verum de facto solet dici, quod per quat. portas solent intrare viri eccl. quæ indicantur his versibus.

Quatuor Ecclesias portis intratur ad omnes,
Cæsaris, & Simonis, sanguinis, atque Dei.
Prima patet magnis, sed nummis altera charis.
Tertia, sed paucis quarta patere solet.

d ¶ Canonicè.] Hoc verbū de nost. non videri necess. illa verba posita per host. scill. pers. idō. & ser. forma.

Nam cum CASVS. posset in hac parte in communi figurari, ideo not. quidam Eccl. viri volentes videri in hac materia prudentes dicebant, non oportere ipsos Electores specialiter ad Eligendum vocari, quia cum notoriè constet prælatum vniuersam carnem esse ingressum, cum fuisset persona publica, quilibet præsumitur diligens pro salute illius Ecclesiæ, cum ejus prouisio ad illos vt præsupponitur, pertineat aliter enim præsumerentur mali ob negligentiam contra c. fin. de præsumpt. nec etiam putabant procurat. æd hāc actum const. posse, cum inde electio vel impediri vel retardari posset, & præsertim si cōstitueretur eo modo quo in præsenti tex. legimus, sed si tales solemn. fuissent seruandæ quales hic habentur, judicabunt etiam in elect. sum. Pont. eas opus esset seruari, tum quia non videtur major ratio in vno quam in alt. casu, tum etiam quia si major adesset, in pontif. majus videtur reperiri periculum. Sol. vt hic habetur, quia solemn. inducuntur, vt etiam can. celebr. actus aliquid aut alitui promit. ne priuetur iure suo: vel prohibetur ne inde oriatur aliquid mali, vt contingeret in casu propositio. Non obstat obiecta per rationes adductas, siquidem si diligenter omnia sint considerata, apparebit ipsa non concludere. Not. 1. omissionem citat. causare actum nullum. c. quod sicut in fin. prine. eo tit. Not. 2. casū in quo procurat. constitui non posse, nisi ob legitimum impedimētum. No. 3. quædā obseruari in inferior. quæ in superioribus actibus non obseruantur. argum. etiā text. in c. 4 de sent. excom. in 6. Not. 4 procuratorem posse constitui etiam in spiritualibus c. fi. de iudi. in 6.

e ¶ Viduatæ.] Videtur ergo hic titulus principaliter pertinere ad elect. epis. non autē ad elect. ad beneficia quælibet; cum illis casibus non dicatur eccl. viduata & patet hoc in progressu huius tract. & præcipuè in § celebr. vbi dicitur de triplici forma elig. quæ secundum Abb. & commun. Doct. in ap. quia propter eo. habet locum solum in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum, qui habent generalem iurisdictionem in ecclesiis, quidquid dixerit Hostien. fieri tamen non potui, quin multa etiā sint, quæ pertinent ad qual-

Duobus modis creantur Episcopi, h. d.

PRomouentur autem, tam Episcopi, quàm Prælati cæteri, [a] aut per electionem, aut per postulationem.*

Quid sit electio, h. d.

Cæterum, vt prius [b] de electione dicamus, electio [c] nihil aliud est, quàm hominis alicujus ad dignitatem, vel fraternam societatem, canonicè [d] facta vocatio.

Habentes jus eligendi sunt ad vnum citandi, aliàs electio non valet, h. d.

Nam cum viduatæ [e] prouidendum est

Quatuor Ecclesias portis intratur ad omnes, Cæsaris, & Simonis, sanguinis, atque Dei.

cunque electiones, vt & ex descriptione apparet in verbo illo fraternam societatem.

Ecclesiæ, debent cuncti [a] qui eligendi Ius habent [b] legitimè citari, [c] vt electioni interfint. Quod si vel in vnius persona fuerit id omissum [d] irritam [e] reddit electionem talis omissio. Sepè etenim rescriptum est, magis hac in re vnius obesse contemptum, quàm multorum contradictionem. [f]

Non citatus potest electionem ratificare, h. d.

Planè si is qui citatus non fuerit ratam [g] adueniens habere velit electionem: confirmanda [h] erit electio.

Absens potest vni de capitulo votum suum demandare, h. d.

Sed & si quis casu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, votum suum vni, [i] vel pluribus [k] de capitulo [l] demandare minimè prohibendus erit.

Ius eligendi possessionem sequitur.

Procurator ad eligendum non potest vnum procuratorio: alium proprio nomine eligere, nisi habeat mandatum de eligenda certa persona, hoc dicit.

Etsi tantum vni votum suũ quis demandauerit, & is vnum suo aliũ mandantis nomine in scrutinio nominandũ duxerit, nihil agit: [m] aliqua actio mihi nascatur, quod est in vera rati habitione: sed hæc tantum operatur quo ad commodum contempti, vel non citati vt non possint impugnare factum per alios, quo respectu possum ratificare, & non meo nomine gestum, & de hoc per Bal. in l. 1 q. 19 C. qui admit:

a ¶ Cuncti,] Intellige, si potuerunt sine periculo: aliàs si periculum, vel in mota, vel in vocando fuerit, potuerunt præsentes, etiam quibusdam non vocatis, procedere ad electionẽ, cap. cum inter vniuersas: & cap. quòd sicut: eo in verb. vocatos art. cap. sacro de senten. excom. Et an quomodo & quãdo absentes citandi sint, per Abb. in cap. coram, & in cap. sequ. vbi de absente causa studiorũ ead. ratio est quia quod debeant omnes citari, non est de forma substantiali, sed de iustitia. Abb. in c. Eccl. 2. & in capit. quia propter. eod.

b ¶ Ius habent,] Licet hæc verba prima facere videantur concludere ius proprietatis, & non possessionis, vt nota, in cap. cum ecclesia de caus. poss. & propriet. nihilominus hic illi dicentur habere ius eligendi, qui sunt in quasi possessione eligendi. Ius enim vocis dandæ magis sequitur possessionem quam proprietatem, cap. querelam eo. vbi Abb. & in cap. in Genes. eod. tit. & latius in capite bonæ. 2. de postu. prælat. in 7. nat. fac. cap. consultationibus de iur. patr. & infra de inst. & iur. pat. §. interdum. Sed quid si aliqui tantum postulassent, an videatur ipsis acquisita possessio eligendi? Respondeo, vt per Abb. in c. cum ecclesia. in fin. de caus. possess. & propr.

c ¶ Citari.] Ita vt citatio possit probari: cum citatio tamquam in facto consistens non præsumatur. Notatur in capite quod sicut, in verb. vocatus eod.

d ¶ Omissum.] Quid si fuit vocatus non vocandus, non tamen fuit expectatus, an iste neglectus noceat? Respondeo non: vt not. in c. cum inter vniuersas eod.

e ¶ Irritam.] In effectu, non ipso iure: quia venit irritanda per sententiam; cum de contemptu non possit opponere nisi is, qui contemptus fuit Abbas in cap. in Genesi eodem, & in cap. quod sicut, & in cap. quia propter. & in cap. bonæ 2. eodem titu. & per Abbat. in capitulo cum ecclesia Sutrina de causa possessio. & proprietate.

f ¶ Contradictionem.] Concor. l. si in tres ff de arb. & l. si duo ex tribus ff de re iudi. Contra fac. l. qui potest. ff de re iud. Dic. vt not. in dd. ll.

g ¶ Ratam.] Sed quomodo habeo ratum non meo nomine gestum? contra regulam ratum de re iudic. in 6 Respondeo secundum Abbat. in cap. quod sicut eo. quod impropriè dicetur hæc rati habitio, vel rati ficatio, nec enim ita retrotrahitur, vt mandato comparetur, & ex ea

h ¶ Confirmanda] Sed contra in cap. auditis eo, & capite illud de iur. patron. & l. quod ab initio ff de re iudic. Sol. aut electio tenui, quia fuit facta præsentibus duabus patribus Collegij, & maiori parte, & tunc potest haberi lata per contemptos, vt hic in cap. quid sicut, eodem, & per consensum istorum non proprie dicitur validari electio: sed solùm defenditur à iure retractationis. Aut electio à principio fuit nulla; puta, quia facta à minori parte capituli: & tunc non potest conual. dari per consensus particulares superuenientes; & ita procedit contrarium; vt ibidem in plenè per Abb. & per eundem in capite quod sicut eo, Vide per Alber. in d. l. quod ab initio. Sed quod tempus citatus habet veniendi ad electionem: Respon. tres menses, cap. ne pro defectu eod. Capitulum tamen potest hunc terminum restringere, & breuiorem præfigere, vt in capite ecclesia, 2 eodem vbi Abb. An autem hoc possit inuita minori parte, habetur in cap. cum nobis eod.

i ¶ Vni.] Vt in cap. quia propter eo. ANTON. TIMO. Vt possit autem procuratorem constituere, si fuerit absens sine eius culpa, debet vocari Innoc. in cap. 2 de nou. oper. nunc.

k ¶ Pluribus.] Capite si quis iusto, eodem libro 6.

l ¶ De capitulo.] Bene de capitulo, quia extraneo inuitis canonicis demandare non potest, capite si quis iusto. § fin. eodem in 6 & § sed cum absens, infra eodem sed benè potest volentibus, etiam quod non habeat iustam impedimenti causam: vt notatur in capite scriptum, & in cap. quia propter eodem & d. cap. si quis iusto.

m ¶ Nihil agit.] Satius videbatur dicendum, quod aliquid ageretur, cum talis procurator possit dirigere vota in diuersos quidem, sed vtrumque idoneum, quod olim in capite quia propter eodem videntur voluisse sustinere Goffr. & Host. sed reprobatum fuit, vt in capite si quis iusto. § porro eodem in 6 vnde hic sumitur: idque ac ratione: quia qua conscientia tenetur meliorem eligere nomine suo, eadem tenetur ad idem nomine Domini sui, ad hoc 46 distin. sicut non suo; item videntur incerta contra capite 2. eodem in 6. vnde neutrum valet, & est simile quod dicimus in delegato

quod subdelegationem recipit à socio, capite super quæstionum, § si verò, de offic. deleg.

a ¶ De certa.] Capite si quis iusto. § porro de elect. in 6. An autem procurator constitutus ad eligendum possit alium substituere. Item an possit compromittere dic. vt not. in d. §. porrò.

b ¶ In illam.] Benè in illam, quia in aliam consentire: non posset contra formam mandati, l. diligenter, ff. man. in capite cui de non sacerdotali. de præb. in 6 c. cum dilecta de rescript.

c ¶ Poterit.] Argum. quod habens speciale mandatum, id potest, quod alias non posset: facit capitul. 1 & cap. fin. de procur. in 6. Et facit ad quæstionem, An delegatus ab alio, quàm a principe, habens speciale mandatum subdelegandi, subdelegare possit. De quo habetur per Doctores in capitul. is cui, de offic. deleg. in 6.

d ¶ Pluribus.] Etiam quam duobus, capitul. si quis iusto, eodem vbi not. in 6.

e ¶ Occupantis.] De hoc in cap. non iniustè de procu.

f ¶ Duntaxat.] Vnde isto electo, alter omnes amittit. simile in capit. pen. de rescript. in 6 nisi tamen in instrumento diceretur. Meliorem esse non debere conditionem occupantis: & quod vnus finire posset, quod alter incœpisset, cap. si duo. de proc. in 6 & not. in capite si quis iusto de elect. in 6.

g ¶ Pars maior.] Sic capitul. fin. de rescript. in 6 capitul. cum inter canonicos eodem, distinct. 56 capitul. Apostolica. l. quod maior. ff ad municip.

h ¶ Elegerit.] Sed an habeat locum variatio? Respondeo negatiuè secundum Ioan. And. in cap. si quis iusto. eodem in 6.

i ¶ Nequeant.] Vel quia nolint eligere, vel qui pari numero discordant. Et nota. quod prius recurrendum est ad electionem, quam ad ordinem scripturæ: quia per electionem credibile est eligi magis idoneum, sed in instrumentis præponuntur, vel postponuntur aliqui arbitrio notariorum, facit capitul. si de duo de procurat. in 6.

k ¶ In instrumento.] Concord. capitul. mandato. de præbend. in 6 capitul. si rector. distinct. 43. Et vtrobique sunt concordan. & per Abb. in capitul. nimis, 1 de excess. prælat. & in capitul. sed Apostolic. de rescript. & in capitul. cum dilecta eod. tit. de rescript. fac. l. cum pater, § pen. & fi. ff de l. 2 quid si prius non apparet? puta quia duo sùt instrumenta? Respond. mutuò se impedinet: vt not. in cap. si quis iusto eo. in 6 l. quoties, ff de vsu fruct. & imputet sibi qui sic eos constituit: vt infra § proxim.

l ¶ Eadem ratione.] Quia, scilicet dirigere possent vota in diuersos: & sic res exitum non haberet, vt infra proxim.

m ¶ Admittendus erit.] Et procedetur per socios, nulla alia citatione, vel requisitione præuia. Sed cõtra videtur ca. si duo de procur. in 6. Sol. ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in causis electionum, postulationum, vel prouisionum, hic de procuratore dato ad negotia, scilicet ad ipsam electionem faciendam. Ibi de iure iã nato, hic de nascituro, quod est minus fauorabile. Et dicebat Ioan. Mo. si non assumatur vnus ex duobus, qui prosequatur electionem iam factam, hic imminet periculum sed si vnus de collegio non admittatur ad electionem faciendam, nullum imminet periculũ: ut per Ioann. Andr. In capitul. si quis iusto. de elect. in 6.

n ¶ Procurator.] Nullus enim inuitus cogitur procurationem suscipere. l. inuitus. C. de procur. § mandatum, instit. de mandat.

o ¶ In ipsa electione.] Pater ergo per hoc, quod nec ue in litera aperta possit mitti schedula inclusa aperienda in scrutinio, continens nomen eius, in quem mittens consentit. ut per Io. Mon. & clarius per Ioann. Andr. in cap. si quis iusto. § fi. eod. in 6.

p ¶ Exprimenda.] Nota ergo, quod non sola publicatio inspicitur, sed etiam expressio. Sed contra c. si quis iusto. § porro de elect. in 6 & supra eo. § quod si pluribus vbi exprimit votum ante scrutinium; dando scilicet procuratori mandat. de certa persona eligenda. Sol. falsum est, quod nunc exprimat votum: sed mandatum dat

nisi de certa[a] eligenda persona mandatum acceperit: quo casu in illam[b] mandatis, in aliam suo nomine iure consentire poterit.[c]

Duobus procuratoribus ad eligendum datis in solidum non possunt ambo eligere, sed erit melior conditio occupantis, h.d.

Quod si pluribus[d] in solidum vices suas quis commiserit, non quidem omnes reddere votum poterunt, quia vota dirigere possent in diuersos, sicque res non haberet exitum, sed erit occupantis[e] melior conditio.

Si inter plures procuratores non appareat de prioritate in occupando, præponitur electus à capitulo, vel primò nominatus in procuratorio, h.d.

Et si ita concurrant, vt inter eos prior non appareat, is admittetur duntaxat,[f] quem vel capitulum, vel pars maior[g] elegerit[h] vel si concordare nequeant,[i] is, qui primus in instrumento,[k] vel literis procurationis nominatus fuerit.

Non possunt plures deputari ad eligendum in solidum, h.d.

Si autem plures non in solidum constituti fuerint, eadem ratione[l] nullus eorum admittendus erit[m] sibique mandans imputet, qui sic eos imprudenter constituerit.

Non potest votum in electione reddi per literas.

Sed cum absens, reclamante capitulo, extraneum constituere nequeat: videamus, An si nullus de Collegio velit esse procurator,[n] saltem per literas votum suum reddere valeat? Et sanè cum non ante electionem, sed in ipsa electione[o] secretè, & sigillatim duntaxat singulorum vota sint exprimenda,[p] per literas reddi non poterunt.

de voto exprimendo. Sicut aliud est inuestire, aliud mandare de inuestiendo. capitul. exore de his quæ fi. à mai. part. capituli. Vnde si procurator, qui mandatum habet de certa persona eligenda non eligit, sed ille fuit electus à quibusdam alijs, vox illius mandati non augebit numerum: vt si electus sit à nouem possit dicere se habere decem vota computando votũ procuratoris, qui habet mandatum de eo eligendo. Aliud ergo est dicere, consentio in talem, aliud de mandatum de consentiendo, vel eligendo talem: quia hoc posterius non est votum. & ideò ante scrutinium fieri potest. Sic in matrimonio carnali aliud est contrahere, aliud est dare mandatũ de contrahẽdo cõtrahentem enim non potest pœnitere; secus mandantẽ suo nomine, cõtrahi. capit. fin. de procu. in 6 vt per Io. And. in cap. si quis iusto. § fin. eod. in 6.

Superius dicta non habent locum in electione Papæ: in qua multa sunt specialia, hoc dicit.

Sed hæc quidem in aliorum Episcoporum non in Rom. Pontificis electione obtinent. In huius enim nec vlla necessaria est citatio, nec alii quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter constituta [a] sunt, quæ ex Decretalium libris dentius est, quàm hic, accipere.

Electio celebratur tribus modis & commodo per inspirationem. h. d.

Celebratur autem electio tribus modis [b] per inspirationem: per scrutinium [c], & per compromissum. Per inspirationem [d] vt cùm electores, nullo præcedente tractatu [e] quasi [f] diuini Spiritus impulsu simul omnes in vnũ [g] repentè consentiunt, & simul [h] vnum nominant.

Electio facta ad clamorem populi est nulla. h. d

Quod si fortè [i] laici [k] precè [l] vel pretio Columbam olim aduolante & capiti assumendi præsulis insidente longius auolasse exclamat per coruũ aut noctuam fugatam nusquam amplius rediturum. SOLIERE ¶ Tractato.] Est autem tractatus discussio quædam, vel indagatio circa rem in futurum disponẽdam: vt per Abb. in c. tua de his, quæ fi à præ. si con. c. & differt à consensu. Vnde statutum puniens tractatum facientes, intelligitur etiã qui non perfecerunt dẽlictum: & quod hic dicit, intellige de tractatu speciali, puta pro Petro: vel Ioãne, generalis aut tractatus præcedere posset, vt si vnus diceret: Rogemus Deũ pro bono prælato Io. An. & Abb. in c. quia prouer. nisi eo.

f ¶ Quasi.] Sed cur dicit quasi? Respon. veritatem denotat, vt in c. parochianos, de decim. l. 1 ff. de trans. juxta illud Ioan. c. 1. Gloriam quasi vnigeniti, vel secundum Host. tacitè hic includuntur duæ formæ electionis per inspirationem. Vna quæ verè fit per inspirationem, & auctore Deo, vt nulla indigeat confirmatione, vt fuit electio Nicol. Ambr. & Scuer. de quib⁹ distinct. 61 § his omnibus. Alia quæ fit per quasi inspirationem, vt quãdo non cõstat, quod auctor: sed hoc ex eo Deo sit facta præsumitur: quia nullo præced. tractatu electores in aliquem consentiunt. & sequitur hoc Abb. in c. quia propter, versi. nisi & Oldr. cons. 155. Sed secundum alios tunc per quasi inspirationem dicitur electio fieri, cum præcedente tractatu, vel nominatione alicujus canonici separatim in illum consentiunt, quo casu debet fieri compromissum in aliquos, qui vice omnium eligant, sic Spec. eod. tit. § fin. § si autem, & per Firma in tract. de episc. in 1 parte in c. qualiter elig. episc.

g ¶ Omnes in vnum.] Vnius ergo contr. vel non consufficit ad hoc, vt non possit dici elec. celeb. per inspir. Abb. in c. quia propter, verfic. nisi eod. Ioan. And. in addit ad spec. de elect. § fin. & ten. Firm. in tract. de ep. in 1 par. c. qual. elig. Ep. q. 53. Nec mirũ cum vno discrep. nec concor. quidem facta dici possit elect. Ab. in c. non potest de re jud. & in c. in causis eod. & not. in c. cupientes § ad hoc eod. in 6 licèt q̃nque aliter Doct. in c. cùm olim in fi. de re jud. Sed sic videntur hi, qui elig. per inspir. magis grauari quẽ élig. persor. in quo sufficit major pars: vt in quia propt. eo. & infr. § proxi Resp. vt per Ab. in d. c. quia propter vers. nisi.

h ¶ Simul.) Bene simul: quia si disiunctim electio tanquam singularis non tenet, vt not. in c. in Genes. eo.

i ¶ Quod fortè.] Ponit tria, ob quæ impugnatur elect. primò quod facta à laicis: 2. quod à corrup. tertiò quod à clamorem. populi vt collig. virtual. ex hac. lit.

K ¶ Laici.] Qui nullum habentius negligendo, c. messana eod. & § laic. infra eod. tit. 1 & sumitur ex c 2 eo.

l ¶ Precè.] Preces enim inducunt simoniam, c. ordin. & c. sunt nonnulli 1. q. 1. Et interdum possunt iustum metum inducere, vnde tunc esse elect. nulla iuxta tradita in c. licèt, & in c. bonæ. eod. licèt regul. contra:

Io. Bap.

a ¶ Specialiter constitutæ.] Quæ sint hæc, vide per Abb. & Doctor. capitul. licet eodem. & in capitul. vbi periculum, eod. in 6 per Ant. de rosel. in trac. de potestate Papæ, & Imperat. § secundum vnũ.

b ¶ Trib. modis.] Olim etiam pluribus: qui tamen ob multa peric. sublata fuerũt. c. quia propt. eod in princ.

c ¶ Per scrutinium.] ANT. TIMO. Scrutinium dicitur multis modis, de quibus vide glos. in ver. scrutiniis, c. in electionis, de elec. li. 6 & ibi per Hosti q. enumerat tredecim modos, de ordine verò scrutinii, vide multa dis. 24. & 25 per tot.

Io. Bap.

Per inspirationem. Hæc pars habet tres partic. in prima explicatur inspiratio: in secunda scrutinium: in tertia compromissum: secunda ibi, per scrutinium: tertia ibi, per compromissum, quoad primum CASVS Canonici cuiusdam Ecclesiæ volebant Episcopum eligere per viam inspirationis: putabant tamen necessariò esse seruandam aliquam formam, ad idque mouebantur illa ratione: quia quælibet negotia certam formam habere conuenit à lege, iuxta cap. 2. & fin de constit Sol vt hic habetur: quia: Quæ spiritu Dei aguntur non sunt sub lege. c. duæ 19 quæst. 2 obiectio autem non tenet tum ob rationem assignatam: tum etiam quoniam forma potest dari aliquando ad cognoscendum aliquid, & sic sine dubio data fuit Not. primo casum, qui non regulatur à lege humana nisi declaratiuè Not. secundum argumentum legem humanam posse declarare legem diuinam, & ea quæ sunt juris diuini, vt etiam anno. Abb. in c. n. 1. 3. de consuetud.

Quasi veritatem designat.

d ¶ Per inspirat.] Ratus est hodie hic eligendi modus.

* Vnde Ioannes Andreas in cap. quia propter de elec.

etiam si sint principis preces Abb. in c. cum inter R. seniorem. eod. Et ex aliqua saltem reuerentia cogunt elect. deseruire desideriis, eorum, ad quarum preces fuit quis promotus, quod non expedit, c. illud. 8. q. 2 fac. 16 quæst. 2 cap. visis & per Abb. in c. sacrosanctæ eod.

a ¶ Corrupti.] Non igitur vnum, quod est mirabile, secundum Abb. in ca. 1 eod. vnde sumitur, quod licet quælibet in singulari præsumatur bonus c. fi. de præsum & in l. meritò ff. pro soc. tamen in populo non est ista præsumptio, etiam respectu singulorum, & sic quod dicitur hic, Corrupti, potest intelligi, etiam præsuptione tãtum, ne dum certitudinariè, quod no.

b ¶ Clamoribus.] Et sic not quod non est aliquid faciendum ad clamorem populi, docendus est enim, non sequendus populus, cap. docens distinct. 62 & capt miramur, distinct. 61 decrionum, C. de pœn. & notat. in d. cap. miramur, & in c. 2 eo. nisi fortè alias oriretur scandalum. per ea, quæ Abb. in c. 1 ver. sed auerte eo.

c ¶ Nefariam conspirationem.] Ideò dicit, nefariam: quia quamuis nomen conspiratio, videatur sonare in malam partem: tamen quandoque etiam est licita, & sumitur in bonam partem; vt per Inn. Abb. & alios in c. cum I. & A. de re jud. per Ab. in c. petitio de re jur.

Per scrutinium. CASVS. Quidam canonici Eccl. viduatæ in vnum conuocati simpliciter dederunt votum suum pro electione Episc. & cum per eos non sint prius electi scrutatores, nec etiam fit obseruatum, vt electio fiat à majori, & saniori parte, capitul. propterea fuit quæsitum quid iuris, id enim videbatur satis cum per talem formam Electores obseruent, & eligant quinam sit magis idoneus, & iste est finis scrutinij: quia non est curandum de modo quando habetur effectus, his accedit quod quilib. de capitul. præsumatur bonus ac prudens propter examen in eius promotione factum, vnde meritò & c. Sol. tamen vt hic legimus, quia solemnitas est seruanda tum vt ordinatè, ac canonicè electio fiat: tum & ad euitandas fraudes, & ideò obiectiones sicut apparet aliquid non concludunt. Not. 1 in scrutinio diligenter esse vota examinanda, vt electio fiat de meliori, & ideò datur forma. Not. 2 de iure communi capituli facta, tunc dicuntur authent quando sunt à majori, & saniori parte canonice approbata, c. 1 de ijs quæ à maio. par. cap. & ibi doct. limit. ratione consuetudinis, vel constitutionis.

Io. Bapt.

d ¶ Omnibus.] Scilicet à quibus debet electio celebrari.

e ¶ Debent.] Excludit illos, qui iure non debent interesse electioni, licèt de collegio, vel Canonici Eccles. vt sunt excommunicati, suspensi, impuberes, & non constituti in sacris c. cum dilectus, de consue. & not. in c. illa eo c. ex eo in Cle. hi qui de æt. & qual. c. is qui de sententia excomm. § 1 & 2 infra tit. prox. per totum.

Io Bapt.

f ¶ Volunt.] Ex hoc not. duo Primum, quod non debet quis compelli, vt inter sit electioni, si nolit interesse: nisi tamen, vt quis interfit ecclesiæ quo casu compelli poterit. Abb. in cap. quia propter. eo. & fac. quæ not. in c. 1 de his. quæ fi. à ma part capituli. Secundum, quod nolentes interesse, non debent computari in numero duarum partium fac quod not. in cap. quod circa, de elect. & Abb. in d. c. qua propter. Et si saltem in electionis materia limitantur l. nulli & l. planè ff. quod cuiusque vni. no. & tractatur plenè per Abb. in cap. cum nobis, & in cap. causis eod.

corrupti[a] aliquem concordibus clamoribus [b] petant, is non tam per inspirationem, quàm per nefariam conspirationem [c] nominatus omni penitus electionis fructu meritò carere debet.

Quomodo dicatur celebrari electio per scrutinium, & qui sunt scrutatores, hoc dicit.

Per scrutinium fieri dicitur electio, cùm præsentibus omnibus [d] qui debent [e], volunt, & possunt [g] commodè interesse, tres de Collegio [h] fide digni assumuntur, qui secrete [i], & singularim vota cunctorum [k] diligenter exquirunt, & demum in scripturam [l]

g ¶ Possunt.] Hæc autem possibilitas, & cõmoditas refertur ad commoditatem, & vtilitatem Eccles. vt no. supra eod. in versi. cuncti, de quo vide etiam per Abb. in c. coram, & in capit. in causis eod.

h ¶ De collegio.) Sed nonne per hoc videtur dari occasio discordiæ, & diuturnæ vacationi? contra c. ne pro defectu eod. & capite cupientes eod. in 6 eod. c. postquam. d. 50 cum facilius possint electores concordare in eum, qui eligendus sit in prælatum, quam in istos tres. argument. cap. innotuit. de arb. & l. item si vnus. § si in duos, ff si in duos digestis de ar. Sol. in istis scrutatoribus cum nec eligant prælatum, nec eligantur, non magna requiritur inquisitio, & discussio, quilibet enim de capitulo poterit hoc facere: dum tamen non appareat indignus, vel non sit nimis terribilis, secundum Abbatum in capite quia propter eo. Sed ego dum annorum 1555. sede vocante, essem in Conclaui pro eligendo futuro Pontifice, vidi seruari, quod scrutatores fiebant tres primi Cardinales trium ordinum scilicet primus episcopus, primus presbyteris, & primus diaconus, & quod hic dicit de collegio, idem fortè si non sint de collegio, secundum Vinc. & Tac. magis cõiter tamen cõtra, vt in d. c. quia propter.

i ¶ Secretè.] Quia alias, si publicè, & palam, fortè timerent aliquem nominare, libera enim debet esse voluntas in eligendo septimo quæstione secundo capite dilectissimi c. bonæ primo eo. per hoc etiam obuiatur fraudi quorundam, de qua in capite considerauimus, & in capite quia propter eodem. Sic & testes secretò debent deponere, vt liberius dicant veritatem: aliàs non valet depositio capite venerabili de test. l. nullum. C. de test. c. inquisitionis, § 3 de accusa. De hoc tamen vide per Abb. in c. quia propter eod.

k ¶ Cunctorum.) Sed quis scrutabitur vota scrutatorum? Resp. secundum Ioannem Andr. duo ex ipsis scrutabuntur tertium à principio, ne sit in eorum potestate electio, si in fine dent votum. Alij dicunt quod dandus erit quartus cum tabellione, qui scrutabitur illos tres. prima melior secundum Abb. in c. quia propter eod.

l ¶ In scripturam.) Not casum in quo scriptura est de substantia actus, plures alij not. in capite 1 de censi in 6. Sed à quo hujusmodi vota redigentur in scripturam? Resp. per ipsos scrutatores, vel tabellionem nec enim propter verbum, secreto, personæ necessariæ censetur exclusæ. Sed an hic tabellio debeat esse clericus, & scriptura publica. Respondeo negatiuè, & per Abbatum in capite quia propter eodem,

Scriptura de substãtia scrutinij.

redacta publicant [a] quo facto collatione habita [b] is demum, censetur electus, in quem, vel omnes, vel maior; [c] & sanior pars Capituli statim [d] consenserint.

Pars minor eligentium ad infringendam maioris partis electionem potest opponere de propria auctoritate, ac zelo, & de meritis electi. h. d.

Quod si eligentium [e] vota ita se diuiserint, vt hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor: sed quæ non minus ex auctoritate eligentium, quàm ex meritis electi [f] sanior * appareat ad infringendam partis numerosioris electionem, facultas erit minori, & de auctoritate [g] ipsorum eligentium: & de meritis eorum, qui electi fuerint opponere. [h]

Tria de forma substantiali electionis.

a ¶ Publicant.] Quo facto variare nequeunt elect. c. publicato, cod. scilicet secuti electione: non secuta autem electione, in Summi Pont. electione solent Cardi. statim publicatis votis alteri, cui votum à principio non dederint accedere: & si vsque ad sufficientem numerum accesserint, censetur quis electus, & ita admittitur variatio per accessus, quod facit expeditiorem, & celeriorem electionem.

b ¶ Collatione habita.] Scilicet numeri ad numerum, zeli ad zelũ: & de hoc plenissimè in c. ecc. 2 eo. Quando tamen vna electio fit à duabus partibus cessat, huiusmodi collatio. c. si quando. eod. in 6 & infra eodem § hoc tamen.

c ¶ Maior & sanior.] Et pro, id est, secundum Host. in c. scrip. eo. quasi secundũ eũ sanior pars reputetur ea, quæ est numerosior. Sed hæc expositio nimis impropriat literam: ideo dic maior respectu numeri, sanior respectu zeli, & meriti, & cum de natura copulæ sit diuersa copulari: c. querelam de simo. not. in Rub. ff de iu. & facti iguo. non sufficiet sanioritas, nisi etiam concurrat maioritas numeri, de quo tamen plenè: in capite Eccles. 2 & in cap. coram eodem. Et nota hic tria, quæ sunt de substantiali forma electionis, s. numerus, & qualitas eligentium, collatio, & publicatio scrutinij: vt in capite in Genes. eodem vbi per Abbat. in 4 not. & in c. quia propter. eo. tit.

Statim.

d ¶ Statim.] Id est, nullo actu contrario intermedio post vota quæsita: argum. l. hæredes palam in fi. ff de test. & facit c. cum post petitam eod. & c. præterea de test. eo, Et de dictione, statim & similibus, dicas, quod vbi ius determinat de significatione ipsarum, seruanda est iuris dispositio, vt in l. promissor ff de const. pecu. & in c. si in qualibet. 20 q. 2 & c. puella eadem quæst. in l. cum specialis C. de iud. & in l. fi. C. de erro aduo. in quibus iuribus determinatur horum verborum significatio. Aliàs verificantur in modico tempore arbitri iudicis, secundum Abb. in c. quia propter eod. ad quem alij multa congerunt.

Suffragia non danda per fabas.

e ¶ Eligentium.] Ex hoc secundùm Abb. in c. Eccl. 2 eod. infertur ad vnum, ad quod comiter non aduertitur: scilicet, quod in disponendis per capit. non debent voces dari per lupinos, vel fabas: quia tunc non potest apparere sanior pars: sed solum maior respectu numeri, & scil. plurium non debent solum numerari personæ, sed ponderari sententiæ. Nihil est n. sic inæquale, quam vbi impar est prudentia, sit par ius. Et dicit Cicero multio hominũ & pauci homines, multi nomine, pauci re, fac. dist. 40. c. multi. Vnde debet esse differentia in auctoritate votorum, vt magis ponderet vox prudentis, quod insipientis, vbi c. Ampliat hoc Bart. in l. Pompon. ff de re iud. vt procedat etiam in vniuersitate, & Collegio sæcularium: quod in practici non seruatur. vt apparet in collegijs Doctorum, de quo per Felin. in cap. cum omnes, de const.

Zelus quomodo probatur.

f ¶ Electi.] Ex hoc not. quod cum zelus eligentium consistat in animo non potest aliter probari, quam per coniecturas, cap. 2 de renun. in 6 l. dolum. C. de dolo. est igitur bona coniectura ad probandum zelum: qua ducitur ex meritis electi: nam qui eligunt meliorem, præsumuntur etiam meliori zelo ducti: vt per Abb. in cap. Eccles. 2 eod.

* Sanior.] Sanioritas consistit in auctoritate, zelo, & merito. auctoritas consideratur in dignitate eligentium & in prouectiori ætate, & in antiquiori institutione, & in majoribus ordinibus vt probatur in cap. Ecclesia vestra iuncto ca. dudum. de elect. & in cap. in Genes. eod. præcellentes enim in prædictis habent voces põderosas, zelus verò consistit in animo, qua scilicet intentione elegerunt an propter consanguinitatem & amicitiam aut ex corruptela seu precib. vel ex merito vitæ ipsius electi vt in d. ea. Ecclesia vestra & cum zelus consistat in animo oportet probari per coniecturas, quia animus aliter probari non potest, cap. 2 de renunciat. l. dolum cod. de dolo. meritum concernit electum & electores, panormit. in cap. congregato de elect. Ius tamen ciuile fundat se super numero vt probatur in l. quod maior ff. ad municip. l. nominationum cod. de decurionib. l. nulli, & l. planè quod cuiusque vniuersitat. nom.

SOLIER.

Auctoritas ex quibus conflatur.

g ¶ De auctoritate, &c.] Sed ex quibus colligitur, vel conflatur hæc auctoritas? Respond. secundum Ab. in c. dudum, & in cap. Ecclesia. 2 eodem in capite 2 de his, quæ fi. à ma. par. cap. Dignitas, vt si canonicus habet annexam dignitatem præbendæ. Aetate, & 1 tum per receptionis, Generis quoque nobilitas conciliat maiorem auctoritatem, ficut, & literatura: argum. c. de multa de præb. & not. in c. lex dist. 2 & quod not. Abb. in c. constitutus, de appel. Et per hoc apparet, quod male dicebat quidam ignobilis, euectus tamen ad Cardinalatum aduersus quendam Cardinalem magnæ nobilitatis, Tu nos es Cardinalior me: quia Cardinales nobiles nobiles sunt quodammodo Cardinaliores aliis per supra allegata. Hoc tamen intellige habere locum in clericis sæcularibus: secus autem in religiosis, apud quos non attenditur nobilitas, vt habetur in cap. fi. de stat. reg. & in c. scripsit. 27 q. 2 & in c. pijs 20 qu. 3 & per Spec. de stat. monac. § 1 versic. 11 & per Abb. in cap. dudum. eod.

Cardinales nobiles. Cardinalitres.

Præsumitur pro numero.

h ¶ Opponere.] Oportet igitur, quod de ista sanioritate opponatur, aliàs in dubio præsumitur pro numero: argum. c. prudentiam de offic. deleg. & in c. quibus, dist. 20. c. dubium. 1. Abb. in c. Eccl. 2 eod. hæc tamen præsumptio admittit probationem in contrarium: vt in d. c. Eccl. & hic. Circa quod cum quæritur quæ electio præualeat. An facta à maiori parte respectum numeri, An à minori, & sanioris, sum. Io. And. & Ab. in c. Ec. eo. 2 dist. sic. Aut num. in multum excedit, & tunc numerus præfertur auctorit. merito, ac zelo, c. si quando eo. in 6 & § si quando, aut numerum non multum excedit, & tunc si auctoritas, & meritum alterius partis non multum excedit, debet præferri numerus quia de modico excessu non est curandum: arg. c. etsi quæst. de simo. & l. scio ff. de restit. in integr. quod fundatur magis

æquitate, quem iure, vt per Abb. in d. c. eccles. Aut auctoritas, & meritum in multum excedunt, numerus aut in modico, & tunc electio maioris partis non dent confirmari: vt not. in d. c. eccl. Sed nec elect. facta à saniori tantum confir. erit, sum. com. opi. vt per Ab. in d. c. eccl.

Contra electionem factam à duabus partibus non potest opponi, nisi de nullitate voti alicuius earum dictarum partium. h. d.

Hoc tamen tunc obtinebit, cum non magnus [a] in altera parte contigerit excessus. Cæterum si quando duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium alta duplo maior [b] numero deprehendatur, contra huiusmodi electores ad extenuationem meriti, vel auctoritatis ipsorum, [c] paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit. Quanquã, si quid opponere voluerint quod votum illius, cui opponitur, nullum ipso iure [d] redderet, id eis minimè censetur interdictum.

Scrutatores vnde dicantur, hoc dicit.

Vocantur autem viri tres [e] de collegio sumpti scrutatores, eo quod singulorum vota diligenter scrutentur. [f]

Quomodo per compromissum celebretur electio, & quòd arbitri non seruantes formam compromissi nulliter eligunt, h. d.

Per cõpromissũ [g] celebratur electio, cũ plures [h] idonei [i] viri eligũtur, [k] in quos omniũ [l] conditione verificatur in reddendo votũ, non autem in faciendo aliquod mandat. ad eligendum. c. si quis iusto eo. in 6 nec etiam obstat. d. l. sicut quia arg. de contractu ad compromissum non tenet. Not. inde argument. etiam spiritualia posse compromitti, & compromittentes possunt ita compromittere, provt eis pro vtilitate Ecclesiæ melius videbitur, iuxta capite cum dilectus eod.

a ¶ Non magnus.] Not. hic, & in cap. si quando eod. in 6 vnde sumitur, qui dicatur magnus, vel non magnus excessus.

b ¶ Duplo maior.] Non requiritur, quod excessus sit duplo maior, sed quòd sint duæ partes de tribus fac. not. in c. scriptum eod.

c ¶ Ipsorum.] Scilicet eligentium, videtur ergo quod contra electum benè aliquid opponi possit, quod ad extenuationem pertineat: arg. c. nonne de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iud. Sed non est verum secundum Guliel. per literam, qua dicit meriti, quod propriè respicit electum ita not. in c. si quando eod. in 6.

Ipso iure.

d ¶ Nullum ipso iure.] Ideò dicit, ipso iure: *quia largo modo nullũ* dici potest, essent quod annullari potest, licèt mero iure teneat. Abb. in c. cæterũ de rescrip. per l. si dari stipulet. ff. *de verb. oblig.* immò & verbum, ipso iure: interdum intelligitur mediãte exceptione, § præterea *inst.* de excep. & not. ex hoc §. Et ex c. si quand. eod. vnde sumitur, quod si per legem, vel statutum disponitur, quod non possit opponi aliqua exceptio, non intelligitur excluſa exceptio nullitatis, de quo per Domi. in d. c. si quæ & per Bart. in l. 1 § 1 ff. quod vi aut clam. & in l. 4 § condemnatum, ff. de re iud. & not. in Clem. 1 de sequest. pos. & fruct.

Nullitatis exceptio.

e ¶ Viri tres.] Vinc. & Tanc tenet. hunc trinarium numerum non esse de substantia, dummodo tot sint, quod fraus fieri non possit, comiter tamen tenetur contra, quæ magis conuenit literæ, c. quia propter eod.

f ¶ Scrutentur.] Et ita nomen est rei consequens, vt § est & aliud infer. de donat.

Per compromissum. CASVS. cum Canonici viduatæ Ecclesiæ ob discordiam inter eos ortam non potuissent aliquem eligere per scrutinium conuenerunt in hoc, vt hanc electionem committerent, idque volebant facere certis conditionibus, vnde fuit dubitatum an & quomodo possent, cum enim in electione sit faciendum examen illius eligendi, argument. c. 1 de scruti. &c. possent propterea in de oriti discordia sicut in strutinio, & conditiones in electionibus reijciuntur, cap. 2. eodem titul. in 6 sed si compromissent, non videbatur conueniens eos compromissam potestatem posse reuocare argumento. l. sicut. C. de actio. & obl. Sol. tamen vt hic, dicitur, quia ob bonum pacis & vtilitatem Eccl. hoc fuit concessum, ad primam autem obiectionẽ respondetur, inde posse oriri talem discordiam, & hoc propter formam in compromisso traditam illa verò decisio de

g ¶ Per compromissum.] Ista forma fuit inuenta pro faciliori via, vt euitetur magna difficultas scrutinij, in cuius practica, etiam perfecti viri solent deficere.

h ¶ Plures.] Sed an in vnum possit fieri cõpromissum? Respond. sic capite causam extra eod. nec enim hæc pluralitas est de forma: immò melius res expediri potest per vnum, quam per plures, id est duos: quia tunc res ferè est sine exitu. l. item si vnus § fi. ff. de arbit. & c. innotuit eod. tit. & de hoc vide in capite si compromissarius eod.

i ¶ Idonei.] Sed in quo consistere debet hæc idoneitas? Respond. vt quia non sint laici cap. contingit. de arbitr. & quod sint religiosi, id est, bonæ conditionis non enim necesse est, quod sint religiosi id est, professi aliquam regulam approbatam: vt per Abbat. in capite quia propter eod.

k ¶ Eliguntur.] Non solum ab ipso capitulo, immediatè; verum etiam à certis personis mandato, & vice capituli. capite in causis vbi Abb. eodem. Ex quo infertur, quod compromissarij possunt esse á principio incerti, certificandi tamen per ipsos, quibus est data à capitulo potestas eos eligendi.

Dissensus vnius impedit compromissum.

l ¶ Omnium.] Not. ergo, quod ad impediendum huiusmodi: compromissum sufficit vnius solius contradictio: vt not. in capite quia propter. in capite scriptum eodem & ita tenetur communiter: cum nemo inuitus priuari debeat iure suo. l. inuitum, & l. in vendentis, C. de contrah. empt. licet quidam contra d. capite quia propter & idem putat ibi Abbas in aliis negotiis ecclesiæ expediendis. Quia cum compromissum sit res voluntaria. l. si dictum, ff. de euict. oportet, per omnes consentiant: vt dicitur in capite omnes de consti. & per Ioan. Andr. in rub. de re iur. in 6 Mercurial. Dicebat tamen Hostiens. quod si sint tres tantum in Collegio, vno inuito, duo possunt compromittere, suadente necessitate, capite quanto. de consuetud. cum propter paucitatem Collegiatorum non posset seruari forma scrutinij, quod & æquum est, & per Doctores communiter approbatur: sed de hoc multum dubitat Abbas in d. capite quia propter. vbi videndum. Posset tamen maior pars capituli, inuita minori adnitere aliquos ad consulendum secundum

vice, eligendi [a] certo modo [b] facultas, & potestas transfunditur. Qui arbitri compromissi fines diligentur custodire debent, scituri, si quid non secundum demandatam formam egerint, nullum habiturum esse iuris effectum. [c]

Potestas arbitrorum non expirat re non integra, etiam non secuta electione. h. d.

Quod si intra terminos constiterint, quod ab eis gestum fuerit, usque adeo ratum habendum erit, vt etiam non secuta electione. [d] re tamen non integra [e] demandata sibi potestas reuocari non possit, [f] Ostendimus, quibus modis electio celebratur, consequens [g] nunc est, vti videamus, & qui possunt eligere, & in quos cadere possit electio.

Compost & Abb. in d. cap. scriptum, ratione, de qua ibi per eos.

a ¶ Eligendi.] Bene eligendi, quia si iam elegerunt dubitetur tamen de validitate, ac viribus, electionis, non possunt canonici de, & super dicta validitate electione facere cõpromissum in preiudiciũ electi etiam si ab aliquo opponatur de nullitate, semel in functi sunt officio suo, abbas, & Doctor. in cap. cum inter canonicos. per illũ textum eodem.

b ¶ Certo modo.] vt puta, quod teneantur scrutari secretè vota õnium & illum eligere, in quẽ consenserit maior pars capitulis & sanior. cap. cum dilectus. eod & cap. cum expediat. eod. in 6. & sic compromissi forma & scrutinij iungi possent quod putatur vtilius: vt not in d. c. cum expediat. Non tamen possũt compromittentes tolere substantialia capituli, quia propter, vt ibi not Abb. licèt possint simpliciter compromittere, promittendo in prælatum illum recipere, quem arbitri elegerunt c. causam extr. eod.

c ¶ Effectum.] Cap. cum dilectus. eod cap. cum olim de arb. c. dilecta de rescript. l. diligenter ff. mandat.

d ¶ Electione.] c. 2 in causis eod. vnde sumitur.

Res integra.

e ¶ Non integra.] Sed quando dicitur res non integra Resp. secundum Innoc. & Abba in cap. in causis eod. cum attinguntur substantialia ipsius negotij puta cum in cæperunt arbitri tractare de persona eligenda: ecus si solum modo sint expleta aliqua pertinentia. ad solẽnitatem actus: vt, quia celebrauerunt Missam Spiritus Sancti, vel quid simile, licet gloss. in Clem. si de procura dicat rem esse integram cum non fuerunt facta præparamenta: sed in iudicijs dicitur res integra ante litem non contestatam.

f ¶ Non possit.] Videtur ergo, quod re integra hæc potestas reuocari possit argum. l. 1 ff. de offic. eius, qui mand. est iurisq. quod Goff. Vincen. & Hostien admittunt instar mandati §rectè institit. mand Alij contra: argumenti sicut C. de act. & obligat vt diffusè not in cap. in causis eod. Communis resolutio habet, quod si vniuersitas dedit hanc potestatem compromissarijs, gratia ipsorum compromissariorum, quod etiam se integra reuocari nõ possit quia tunc est quędam cessio iuris: siue donatio, vnde non potest reuocari C de notat l. siue C. de transact. l. quamuis C de reuocat. donat. l. si donationem 2. 2. q. 2. cap. non enim cap. super quæstionibus § porrò de offic. deleg. cap. quo semel de regul. iur. in 6. 32 quęst 5 cap horrendus, & 7. quæst. 2. cap. dilectissimi: Et quod hic & in c. in causis dicitur re non integra, intellige maxime. Aut hæc potestas nõ fuit data fauore personarum, sed Ecclesiæ forte vt facilius expediatur electio, ita quod compromissarij fuerunt deputati nudi ministri, executores, & tũc procedat arg. à contrario sensu & reuocari talis potestas poterit secundum Ioan. Andr. & Ab. in d. cap. de causis & Innoc. in cap. constitutus de conces. præben- & fac § illud quoque infr. de collet. in dubio autem reuocari posset, cum gratia non præsumatur nec donatio. cap. fin. de translat. præat. l. cum de indebito. ff. de prob. & not. in l. cum quidam ff si cert. pet. Qualis autem esse debeat talis reuocatio, & an sufficiat tacita, poni Abb. in d. c. de causis Et ex hoc. § & superiore collige notabilem differentiam: nam ad contrahendum spirituale coniugium, sufficit dare mandatum in genere: vt hic, & in d. cap. de causis & ea quia propter eo. secus incarnati quia oportet quod detur mandatum cum certa personal. generaliter. ff. de ritu nupt & no. in c. si de proc. li. 6.

Inter mãdatũ ad contrahendũ carnale & spirituale coniugiũ quæ differentia.

g ¶ Consequens] Immò priùs dicendum fuit de personis tam eligentium, quam electorum, & postea de formis electionis l. si quæramus. ff de testam. & supra de eccl. const. § fin Solem non semper seruatur ille ordo, vt apparet institut. de testam. ord. & institit quibus non est permis. cond. testamentum vt disputatur latè per Moder legist. in d. rubr. institit de testam. ord.

QVI ELIGERE, ELIGIVE POSSINT.

Cum electio consideretur vt diximus in superiori rubr. ratione formæ, & ratione personarum, sequitur vt post cognitionẽ formæ videamus de personis iõ proponitur. nunc sit. iste, qui diuiditur in 2 partes : in prima adnot. qui possunt eligere : in secunda qui possunt eligi : secunda ibi, oportet autem.

Io. Bap.

Ius igitur.) Hæc pars adhuc subdiuiditur in 2 partes in prima habetur quo iure competat potestas eligendi : in secunda adnot. qui valeant eligere : secunda ibi, sed neque quo ad primum CASVS. Canonici viduatæ Ecclesiæ volebant ita per seipsos Episcopum eligere, vt alios diuerso iure id prætendentes rejiciebant : vnde fuit quæsitum quid iuris? pro Canonicis enim faciebat cap. nouit de ijs quæ fiunt à prælat. siquidem cum Canonici, & Episcopus constituant vnũ corpus vt ibi legimus, non videbatur rationi conueniens alios quoq; admittere, Sol tamen vt hic dicitur, quia diuersimodè potest aliquid alicui acquiri, quo acquisito sine facto proprio non debet priuari iuxta leg. id quod nostrum ff. de reg. iur. nõ obstat objectio quia aliud est considerare corpus ipsum, & aliud modum tale corpus cõstituendi Not. causam distinct. istorum iurium, quæ competunt, aut de iure, aut de facto : jus autem est priuatum, & hinc priuilegium : aut est commune, & sic aut scriptum, aut non scriptum : factum autem est de consensu partium expresso, & dicitur pactum : aut tacitum, & dicitur præscriptio.

Io. Bap.



ALOYSIVS RICCIVS Animaduertendum ad tituli intelligentiam, quod vocati ad electionem, & contumaces, priuantur iure eligendi, quia suum ius pro illa vice censetur transfusum in alios præsentes electioni Bald. cons. 338 lib. 1 Amplia, vt idem sit in ijs qui sunt præsentes, sed nolunt eligere Bald. d. cons. 338 lib. 1. Extende quia Canonici præsentes, qui non sunt in sacris non possunt esse in capitulo, & consequenter non possunt eligere Abb. in capit. pro illorum de electi, dicit secus si admissus fuit, quia non annullatu, sed si esset promotus, etiam ante ætatem potest eligere, vt ibi Abb. Sed hodie Concil. Trid. sess. 22 capitul. 4 de reform. vult quod sint in sacris, aliàs admitti non possint; qua propter schismatici sunt omninò priuati : jure eligendi, quia quasi hæretici dici possunt Bald. consilio 338 verticul. item lib. 1 sic etiã excommunicati excommunicatione maiori non possunt eligere, & electio facta ab ijs non valet, secus quando sunt excommunicati minori excommunicatione, quia eligunt, sed non possunt eligi Abb. in cap. illa quotidiana de elect. Amplia, quia eligentes, scienter indignum priuantur iure eligendi alium dignũ pro illa vice; Ideo electio deuoluit ad alios, qui non elegerunt indignum Bald. consil. 316 lib 3. Intellige vt non procedat quando electio esset ipso iure nulla, & non esset facta de Episcopo, vel alio superiore, quia in ipsis solis quando eliguntur, videtur imposita priuatio, & suspensio, Bald. consil. 375 lib. 5 & licet constitutio dicat quod electio Abbatis fiat per monachos, omnium prioratuum, & Conuentuum eligendorum ad hoc si in vno priorato non sunt, nisi tres Monachi, & tenentur plures eligere, vno elect. non priuatur ille, quia possint interuenire in elect. alterius socij, quia non reperitur prohibitum Abb. consil. vigesimo quinto, libro secũdo, limita quia Prioribus Monasteriorum iuferiorum habentium bona distincta non habent electionem Abbatis majoris Monasterij Roman, cons. 332 vbi reddit rationem ne inducatur vagatio, & quia sunt separati sequitur Felin. in capitul. edoceri de rescript. quem refert, & sequitur Apostol. ad Roman. d. consil. 332 tamen priores supposi-

Animaduertendum, secundò quod electio respectu eligentium potest impugnari si fuit facta à fornicatoribus notoriis, quia quo ad se sunt ipso iure susp. ẽsi Old. cons. 286 Amplia, vt imò elect. tota impug. possit quãdo fuit facta etiam à non fornic. quãdo simul interuenerunt no. fornic. moniti quia eo casu sunt susp. tales moniti quo ad se, & quo ad alios, secus si non fuerunt moniti Old. d. cons. 286 Amplia vt susp. ab homine sit actiuè, & passiuè, interdict. ab õni elect. secus si à iure Old. dic. cõsil. 286. Amplia, vt elect. facta à not. excom. vel notorie laicis nedum possit impugnari respectu ipsorũ excõ. & laic. sed etiam respectu aliorum qui non erant excõ. sed cum excom. laic. simul eleg. Old. d. cons. 286 sec. in fornic. susp. quia respectu aliorũ, qui nõ sunt fornicarii electio sustinetur, licet cum eis communicaue-

rint, dummodo ipsi suspensi non essent moniti Oldrad. d. cons. 286. sed si electio fuit facta ab excommunicatis, vel suspensis est nulla, etiam si non fuerint declarati, dummodo constet de excommunicatione, vel, suspensione Feder. consil. 5 intellige quia si eligitur solus suspensus, licèt electio sit nulla, tamen eligentes non priuantur iure eligendi Abb. in cap. cum inter de elec.

Animaduertendum tertio, quod intelligibiles sunt, qui sine dispensatione eligi non possunt Innoc. in cap. 1 de postul. prælat. Amplia; quia electio facta de eo qui fuit immediatè in eodem officio non valet, maximè si magistratus habet iurisdictionem quia induceret habitus, ideo de iure cõmuni est nulla Bald. consil. 316 lib. 3 maximè quando officium vigore statuti esset annale, quia non potest post annum iterum eligi etiam à Maiori parte Bald. cons. tertio quod non procedit quando alius idoneus non reperiretur Bald. cons. 319 libro tertio vbi videtur velle, quod nemine discrepante potest iterum eligi is qui fuit in officio, nisi verò adesset consuetudo in contrarium Bald. cons. 316 lib. 3 Amplia quia elect. ad dignitatem, quæ requirit sacerdotium si non est in ætate, vt saltem intra annum possit effici sacerdos, nullum ius acquirit sed electio est ipso iure nulla Bald. cons. 375 lib. 5 Amplia quia Communia, & Ciuitates iure proprio eligentes officiales, possunt cassare elect. factam de forense, secus si eligerent iure statutario confirmato à principe Angel. consil. 320 Amplia quia electio est nulla & cassari debet facta de eo, qui non habet qualitates requisitas, quando haberi illas professus est Roman. consil 216 Extende etiam si habeat electus honestatem morum, vel alias qualitates bonas quia non supplentur qualitates requisitæ, quæ deficiunt nisi sit dispensatum secum tacitè vel expressè Roman. dict. concil. 216. limita quia valet electio, & præsentatio religiosi ad Ecclesiam curatam secularem, & debet institui, si aliàs est idoneus, secus si eligatur ad beneficium simplex Federicus, consilio 234.

Quibus ius eligendi competat, h. d.

Ius igitur Prælatum eligendi ad Canonicos [a] hodie [b] & ad viduatæ ecclesiæ pertinet collegium [c] Sed & si qui consuetudine [d] vel præscriptione, pacto, [e] vel priuilegio [f] fuerint muniti, ab electione minimè sunt excludendi.

QVI ELIGERE ELIGIVE POSSINT.

a Canonicos.) Vt cap. in Genesi. cap. Ecclesia. secundò capite Cumana c. cum in veteri, & capite congregato. & cap. bonæ 1. eod & idem si in veritate fortè non sit canonicus, sit tamen in quasi possessione canonicatus, pacifica; vt in d. c. in Genes. &c. querelam c. cum olim. de caus. pos. & propr. & in cap consultationib. detur. part & not. suptit. prox. § 1 etiam si succumbat in causa sibi mota super canonicatu, vel iure eligendi Baldin l. secundò C. de seruit & aqua. & infra de instit. § interdum. Sed contra hoc videtur capite Cumana exir. eod. de quo dic. vt in d. cap. in Gen. & in d. cap. Cumana. Et quod dicit hic Canonicos, intellige etiam de supernumerarijs, secundum Innoc. in cap. cum M. Ferrarien sis de constit. & Firman in tract. de Episcopis lib. 1. in tertia parte: secus tamen est in beneficiatis, etiam si sint in eccl. perpetuo beneficiati; quia solum canonici faciunt collegium ap. nouit. de his quę si. à prælat & not. Doct. in cap. 2 de inst. & per abbat. in c. dilecta. de ex cess. præl.

Supernumerarius eligit.

Beneficiati nõ eligunt.

ANTONIVS TIMOTH. Sunt collaterales Episcopi, vnde licet hoc ratione canonicatus non sit dignitas: tamen in magno honore pronunciatur in choro & processionem præcedunt Abbatem; quamuis Abb. sit dignior, secundum Fel. in cap. pastoralis de off. deleg.

b ¶ Hodie.) ideo dicit hodie: quia aliter erat olim, c. 1 diff 22 & habetur dist. 60. 61. 63. & 69. sparsim per tot. & 1 q. 6. per tot. & 8 q. 1 & q. 3 & per tot. & no. in c. quamquam de elect. in 6. Et intellige, quòd hic doct. inspecta dispositione iuris canonicis: nam nostris temporibus & multis etiam retro annis Pontif. Roman. ad tollendas magnas discordias, quæ oriri solent in electionibus consueuerunt sibi reseruare prouisiones omniũ ecclesiarum Patriarchalium, Archiepiscopatum & Episcopalium: vt apparet in 2. regula Cancellariæ Apost quæ ab omnibus Pontificibus cõfirmatur, & renouatur Vnde fit vt hæc materia electionis parum nostris temporibus practicetur, maximè in Italia propter regulam supradictam.

Suffraganei eligũt. ex consuetudine.

c ¶ Collegium.] Vnde si vacet sedes Metropalitana electio non pertinet ad suffraganeos, sed ad ipsos canonicos concor. capite bonæ Secundò de postulare præl. vbi not. Abbatem consuetudo tamen, quod vnà cum canonicis etiam suffraganei eligant valet d. capite bonæ & hic

Electio non confirmata non tribuit ius.

d ¶ Consuetudine vel præscriptione.] Ita vt consuetudo sit diuersus modus quærendi ius eligendi à præscriptione, vt firmat Firm. in suo tract de episcopis. 1 lib in 3 par. Vel potes exponere de cõsuetudine præscripta cum simplex consuetudo non præscripta non tribuat ius eligendi, vt traditur per glo. Abb. & alios in cap. Cumana. eod. Est autem generale quod 40 ann. spacio iura spiritualia, & eis annexa præscribuntur; vt habetur in cap. de quarta de præscr. requiritur tamen quod saltem aliqua dictarum electionum per dictum tempus factarum fuerit confirmata, vt ius eligendi tribuatur Inno. in cap. cum veniss ent de restit. in integ. Bal. in c si vasallus quid sit inuestituta in vsi. feu. & in l. 2. C. de ser. & aqua. habetur per Firma. in d. tract. eo loco. Et de hac materia in cap. cum eccle. de caus. poss. & prop & in cap. bonæ de postul. præl. & in cap. ea noscitur, de his quæ si. à maior. par. cap & c. cum ecclesijs, de præben. in c.

e ¶ Pacto.] Vt in cap. scriptum eod. Possunt ergo electores extranei is ius eligendi communicare: nec mirum cum possint etiam totam potestatem: in compromissario transferte cap. causam, & in c. in causis, & in c. quia propter eod. & § per compromissum sup. tit. prox. Sed hoc vel vno discrepante impediri potest scilicet vt extraneus habeat vocem in eligendo Compost. & Abb in d. c. scriptum. Sic & compromissum, vno contradicente, impeditur. Dici tamen Compost. quod maior pars posset extraneum admittere ad consulendum, licet non ad eligendum arg. cap. obeuntibus, dist. 23 & per Abb. in d. cap. scriptum.

f ¶ Priuilegio.] Capite cum dilectus, de consuet & ex priuilegio etiam laicus posset interesse electionis: vt per Abbatem in capite quisquis. col. secundo versic. Tertio, & vltimo quæritur, licèt non ex consuetudine capite Messana eodem & per Abbatem vbi supra.

Sed neque.] Hec pars continet plures particul. in

quibus habentur diuersæ causæ repellendi aliquem ab
Io. Bap. electione actiua. CASVS tamen in communi ita ad not. quidã volebãt eligere vigore alicuius iuris supr. in prin. huius tit. ad no. non obstante ætate, vel defectu ord. vel excommunicatione, vel suspensione vel interdicto, seu delicto, vel vita laicali, vnde fuit dubitatum in possent: cum enim isti prætendant tale ius, non debent eo priuari ante legitimam condemnationem ap. 1. de accusation. Sol. vt in hac parte legitimus, quia stante aliquo impedimento isti nullum ius habent eligendi, & ideo cessat obiectio. Not. omnia ista eligendi impedimenta posse reduci ad impedimentum naturæ legis, ac morum: iuxta capite 1. 13. q. 7. vnum per oppositum Not. 2. personam ad aliquod officiũ idoneam considerari respectu naturæ, vel legis seu morum.

Impuberes & non constituti in sacris non possunt eligere, h.d.

Sed neque in pupillari ætate [a] constituti, neque ij, qui sacris ordinibus non sunt decorati [b] sunt admittendi. Absurdum [c] enim esset, si ad tanti ponderis res explicandas, ij, quorum nullum est animi iudicium; [d] & ad sacra tractanda ij, qui nondum illa attigerunt, [e] assumerentur.

Excommunicatus minore excommunicatione eligit, secus maiore. h.d.

Illud quæsitum est: An excommunicati ad eligendum admittipossint. Et sanè si minoris [f] excommunicationis vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arcendi non sunt: [g] anathema autem percussi, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur. [h]

Suspensus à Canone eligit, secus ab homine, hoc dicit.

In suspenso quoque non ab simili obtinet distinctio. Si enim quis per solam Canonis dispositionem suspensus sit, electioni interesse minimè prohibetur. Si verò per iudicis sententiam anathematizato similis habebitur.

a ¶ Ætate.] Concor. cap. ex eo, eod. in 6 nec distinguimus hic vtrum malitia suppleat ætatem, sicut in cap. in fine nenda tutela. I. inde coram. C. quando tut. vel curato. & instituit. quibus modi. tutel. finit in prin. licet secus in matrimonio capit. puberes. de sponsi. imp. sed solum attendetur in masculo numerus 14. anno. in feminis 12. vt in d. capite ex eo. & oa. indemnitatibus eod. tit. & lib. Et quæ requiratur ætas ad canonic. & alia beneficia, latè per Abba. & alios in capitulo super inordinata, de præb. & aliquid per eundem in c. ex part. versi. nam video de rest. poliat.

Ætas quia idonea ad Canonicatum.

ANT. TIM. Hoc idem docet S. Thom. 2. 2. q. 1. art. & ibi Caiet. ad tertium argum.

b ¶ Decorati.] Huic iuris ordinationi per coelectores derogari non potest, vt in Clement. vt hi. de ætat. & qual. Et quod dicitur hic de pupillari ætate, videtur secundum ius nouum esse superfluum: cum satis videatur esse, si dicatur de constituto in sacris ordinibus, quæ minori 18. annis non conceduntur, Clement. fin. de ætat. & qualit. Nisi dicamus procedere in electione fienda per Moniales de Abbatissa, in quibus non cadunt sacri ordines, & hæc habilitas in eligendo sufficit, quod subsit tempore instantis electionis, non autem vacationis ecclesiæ; vt plenè not. in d. Clement. vt hi qui, aliàs fin.

Habilitas tempore instantis electionis.

c ¶ Absurdum.] A quo vitando bonum est arg. l. nam absurdum ff. de bon. libert.

d ¶ Iudicium.] Vt l. 1 C. de fals. mon. lege cum prætor. § non autem ff. de iud. l. 2. § puberes ff. de iu. immun. l. fi. C. de mil. testa. l. sputij, § minores, ff. de decur. tertia q. 7. § tria & cap. ex parte de corp. viti. capit. cum virum & cap. cum simus de regul. Eadem & maior ratio est in furioso, qui nec carnale matrimonium potest contrahere, capite dilectus de sponsi. 32. quæst. 7. c. neque furiosus, nec religionem vouere. cap. sicut primi de regula.

e ¶ Attigerunt.] Argumentum quòd nemo dat quòd non habet. lege traditio, ff. de acquirendo rerum dominio. & l. si vniuersæ. C. quod de leg. & § fin. inf. de confirmatione.

Nemo dat non habet.

f ¶ Minoris.] Quæ sit autem minor, vel maior excommunicatio, dices vt infra de sentent. excommunicat. in princ.

g ¶ Non sunt.] Cap. illa. eod. cap. si celebr. de cler. excommunic. mini solum enim minor excludit à perceptione sacramentorum, non autem à communione fidelium.

h ¶ Repelluntur.] Et merito, cum diuulsus sit à corpore Christi mystico; vt inf. de sentent. excomm. in princ. Sed quid si maior pars fuerit excommunicata, an alia. & minor pars eligere poterit sine ea? Item quid si vnus est excommunicatus, & eligit cum aliis, an tota electio vitiabitur? Respond. vt not. 9. q. 1. cap. fin. & per Abb. in cap. illa. eodem. Quid si vnus ex compromissarijs esset excommunicatus, an vitietur tota electio? Respondetur distinguendum est verum excommunicatio sit manifesto, an occulta. Item virum remaneat maior pars in non excommunicatis, an contra; vt per Abba. in cap. in causis in fin. de elect. Item an semel criminosus, vel alias inhabilis præsumatur adhuc durare in eadem, in eodem crimine & inhabilitate? Respond. vt per Abb. & alios in cap. cum inter eod.

ANTO. TIMO. Excommunicatio enim dicit separationem à communione Ecclesiæ. Vide Sanctum Thomam in quarto sententiar. distinct. 18.

i ¶ Habebitur.] Et sic not. quod mitius agitur cum lege, quam cum homine l. Celsus, ff. de arbit. Quod quomodo procedat, habetur per Bart. in l. amplius, ff. rem rat. habe. & per Moder. Canon. in cap. pastoralis §. cum autem de offic. deleg. per Bald. in capitul. sicut de cohab. mul. & cler. & per Salyc. in l. 3. q. 3. C. ex quibus cau. infam. irro. & per Ab. in c. dilectus, de præb. & concor. capitul. cum inter R. seniorem, eod. & capitul. cum bonæ de ætat. & qualit. & cap. postulasti. de. cler. excõmin. Et talis suspensus non solum non potest, eligi: sed nec etiam postul. c. 1 de postul. præl. Et prodinst. huius § faciunt quæ ponit. Firman. in suo tract. de Episc. l. 1. versic. 59. Sed cum actus eligendi non sit ordinis, quemadmodum excom. & iudicare: sed potius iurisdictionis: vt dicitur in c. transmissam eod. videtur quod elect. facta à suspenso, vel suspensis valere debeat: cum suspenso solũ ea adimat, quæ sunt ord. Resp. vt latè not. per gloss. & Doct. in cap. cum dilectus, de consuetudine.

Posse qui dilectus.

a ¶ Ne eligant.] Scilicet sine sua licentia quam petere, si sint in mora, tempus à canone statutum currit cap. fin. eod. Quia posse dicitur qui potest facere vt possit. l. qui potest, ff. de re iu.

b ¶ Proximè.] Vt supra titulo proximo. § primo vbi etiam not & in ca. quia propterea §. fin. eodem

c ¶ Hæreticis.] Fa. c. appartè, & capite miramur 24 q. 1 & c. fi. 6 q. primò

defectꝰ in materia quam in forma

d ¶ Priuentur.] Per sententiam, non ipso iure: vt not. in capitul. quia propter vers. nisi eod Sed opponitur d. c. cum in cunctis. eodem. Sol. secundum Abba. quod ille text. loquitur cum peccatur eligendo hic cum peccatur contra formam traditam in eligendo supponitur tamè facta de idoneo, vnde maior est peccatum in materia, quæ in forma, quod fac. contra no. 12 q. 2 in summa, & in c. fine exceptione.

Mutatio,

e ¶ Aliter.] Quid si alio loco fuerit facta electio, quam in consueto? quidam quod non valet legitima cessante causa: vt not. in cap. in nomine Domini, d. 23 Tu dic contra licèt eligentes in loco non consueto male faciant: vt per Abb. in cap. cũ in tertia eod. vel distingue vt per eundem in c. quod sicut. § 1. eod.

f ¶ Præscriptas formas scilicet in § celebratur supra tit. 1. in cap. quia propter § fin. eod. Sed quid si publicato scrutinio superueniat defectus in forma: puta quia non fuit facta collatio, vel communis electio? Respon. vt per Abb. in cap. publicato. eod. ante fin.

g ¶ Tempus.] Scilicet bimestre in Ecclesiis Episcopalibus, & regularibus: vt in ca. ne pro defectu eo in quarum vacatione cum maius vertatur periculum, breuius ad prouidendum tempus statuitur, quam in aliis in quibus statuitur tempus sex mensium capite secundo de conces. præbend. fac. capitulo vbi periculum eo. in 6 & videtur idobtinere etiam secundum iura antiqua vt distinct. 50 capitulo postquam, & capitulo obeuntibus, distinct. 63. Et differt superior casus ad hoc, quia in superiore requiritur sententia, vt dictum fuit supra ver. priuentur, sed hic ipso iure inducitur deuolutio, fac. cap. licet & capit. fin. de suppl. neg. præla. &c. quamquam. eo. in 6 & electio facta post talem deuolutionem est ipso iure nulla Argum. tamen contra in § is tamen infra de collat.

h ¶ Negligentes.] Aliud si legitimè impediti. capitul. ne pro defectu eodem, & distinctio 28 capitul. Syracusanæ? & distinctione 61 capitu. bene nouit. & capitu. quia diuersitatem, de concess. præb. nec eo capit. erit necessaria aliqua protestatio: vt not. in dicto capitulo ne pro defectu, & puniuntur, & priuantur solum pro illa vice. dict. capitul. ne pro defectu.

* Electoribus. impeditis currit tempus si possint impedimentum tollere, cap. fin. de electio quia qui potest facere vt possit iam dicitur posse, l. qui potest de regul. iuris. SOLIER.

Eligere à superiori prohibiti absentes, haretici, non possunt eligere. hoc dicit.

His quoque, & illi annumerari debent, quibus à superiore, ne eligant [a] interdictum est. Item absentes, qui tamen si legitimis causis ad electionem accedere impeditos esse se docuerint, alijs de capitulo votum suum demandare, secundum ea, quæ proximè [b] exposuimus, minimè sunt prohibendi. Hæreticis [c] autem, vel non Catholicis indistinctè Ius eligendi adimitur.

Ob non seruatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio deuoluitur ad proximum superiorem. h. d.

Interdum tamen accidit vt ij, quibus ab initio Ius eligendi competit, eo iure post modum priuentur [d] vt puta si qui aliter [e] quam per præscriptas formas [f] eligere tentauerint. Item qui per tempus [g] constitutionibus diffinitum, in eligendo negligentes [h] fuerint: quo casu ad proximum superiorem [i] eligendi potestas deuoluitur.

Electio facta de indigno Ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem. h. d.

Alia sanè causa eorum est, qui scientes [k] indignum eligunt, aut postulant. Nam licèt & ij eligendi Iure priuentur, [l] id tamen non ad Primatem, aut Archiepiscopum, sed immediatè ad summum Pontificem deuoluitur [m]

i ¶ Superiorem.] Olim tamen ad Papam, capitul. dilectus de conces. præb. Et hic, ad quem facta est deuolutio debet pariter intra tres menses eligere d. ca. ne pro defectu eod.

K ¶ Scientes.] s. omnes. siue simul, & semel, siue separatim: vt not. in c. quamquam eod. in 6. Si autem solum alicui. tunc deuoluitur potestas ipso iure, vel per sententiam, cum peccant in forma cap. quia propter eo. Sed pone. pars eligentium peccauit eligendo scienter indignum: remansit ergo ius eligendi in aliis, illi non eligunt intra debitum tempus ad quem fiet deuolutio: ad Archiepiscopum, an. ad Papam? Respond. ad Archiepiscopum: vt resoluit in ca. cum Vinctonienſis eo & in capitu. quamquam. eod. in 6.

ANTO. TIMO. An verò indignum eligere dicatur, qui non eligit digniorem, vide per S. Thom. 2. 2 quæst. 185 art. 3 & per Caiet. ibi, & in summa verb. electio. Eligens verò quem credit esse in peccato mortali, ff. peccat: nam talis non potest vti prælatura S. Thom. 2. 2. distin. q. 185. art. 3 Felin. ca. quamuis de offic. de leg. Rom. est, quia Christus requirebat in Petro charitatem quando ei commisit gregem, dicens, Petre, amas me., &c.

l ¶ Priuentur.] Et ipso iure, c. quamquam eod. in 6

m ¶ Deuoluitur.] Sed quæ est rom. differentiæ inter casum, & casum? Resp. velut dicit lex, quòd si quis fuerit negligens in petenda bonorum possess. intra 100. dies, locum facit succedentibus in gradu l. 1 § decretali, & § quod diximus ff. de succeſſ. edic. Si aut ob crimen, vel indignitatem, hæreditas applicatur fisco non sequentibus in gradu, ff. de his, quib. vt indig. l. Claud. & l. mulierem C. eo tit. l. hæreditas. Sic curia, & Papa hoc casu succedunt, non superior, secundum Io. And. in ca. quamquã eo in 6 Et quod dicitur hic de electo indigno, solũ obtinet in Ec. Cath. vt d. c. quamq; ibi in fin. not. sed super. § etiam in reg. c. ne pro def. eo.

Laici non possunt eligere, hoc dicit.

Laicis quoque etiam si Principes[a] sint, nullo neque consuetudinis,[b] neq; præscriptionis, neque conuentionis Iure ad electionem[c] aspirare[d] permittitur. Patroni tamen circa iam factam electionem non indecenter[e] postulatur assensus.

Qualem Episcopum esse oportat, hoc dicit.

Oportet[f] autem eum, qui in Episcopum eligendus sit, cum ars sit artium[g] regimen animarum, ætate maturum esse, natalibus illæsum[h] corpore integrum, fama candidũ, literis instructum, religiosum, prudentem, temperatum, castum, hospitalem, mansuetum, irreprehensibilem, secundum ea, quæ latiùs infra dicturi sumus. Si enim ad sæculares honores sine suffragatione meritorum indignum est peruenirj;& notari ambitus solent quos probitatis documenta[i] non adiuuant; quam diligens, ac prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & Ecclesiasticarum dignitatum?

Minor triginta annis, non potest eligi, hoc dicit in summa.

Igitur is, qui ad Episcopalem dignitatem promouendus est, annos natus esse debet non minus triginta.* Nã ea ætatem

a ¶ Principes.] Imò si princeps eligendo, vel inuestiendo se intromittat, excommunic. incurrit. 6 q. 7 ca. si quis deinceps cum seq. Et aliter electus debet deponi, ead. q. c. si quis Episcopus : cum seq. licèt aliquando dicta potestas Imperatorii fuerit concessa cap. Hadr. dist. 63 sed fuit reuocata, d. §. verum. Et amplia, quod hic dicitur, vt procedat etiam si electioné talem cõfirmauerit superior Ecclesiasticus : nam neq; tunc subsistit : habetur per Abb. & alios in c. quisquis eod. Item amplia si laici essent admissi ad coeligendum cum clericis : secus si ad coadiuuandam electionem, Doctor. in c. Messana eodem.

b ¶ Consuetudinis.] c. Messana, & c. sacrosanc. eo. & vtrobique not. ent. si esset tanti temporis, cuius initii memoria non extaret. Abb. in d. c. Messana. Posset tamen induci consuetud. quòd mors Episc. nunciatur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi : aliàs electio non valeat Ab. post Inn. c. quod sicut, § 1 eo. item. vt post factam electionem requiratur cõsensus principis, vt latè per Abb. in c. cum terra. eo.

Quãdo & quomodo laici interuenire possint electioni. Io. Bap.

c ¶ Ad electionem.] Benè tamen possũt interuenire ad coadiuuãdam electionem, vt dicitur in c. Messana, & in cap. quia propter eodem, & in cap. principibus distin. 63 Item possunt interuenire ex permissione Papæ, vt not. in c. nobis de iur. patron.

d ¶ Aspirare.] Etiam tanquam compromissarii : vt per Abb. in c. causam quæ eod.

* Olim in Gallia libertas habendæ electionis à Rege impetrabatur, & habitæ consensus regius debebat accedere, solebantque Reges Christianissimi quendam probatæ fidei verum senatoria aut alia dignitate conspicuum demandare qui habendis electioni interesset, cuius decretum seu narratorius processus Regi mite batur, vt sua auctoritate electionem firmaret, quod etiam hodie obtinet vbi Ecclesiis vel ordinibus regni per electionem prouidetur vt videre est in collectione probatorum ad libert. Ecclesiæ Callicanæ cap. 15 SOLIER.

Io. Bap.

d ¶ Innocenter.] Cap. nobis de iur. patro.

Oportet.] Hæc pars continet plura requisita pertinentia ad ipsum eligendum, vnde CASVS ita figuratur. Quidam ornatus moribus, literis, ætate, natiuitate, prudentia, aliisque virtutibus debebat in Episcopum à legitimis Electoribus eligi, cæterum ne electio euaderet vana, fuit quæsitum, an omnia ista ornamenta essent semper necessaria? siquidem ne electio differatur, videbatur satis obseruare eligendum esse idoneum sufficienter non autem eminenter, iuxta not. in capite cum in cunctis, de electio. Sed tamen vt hic dicitur, quia cura pastoralis, est maximè vtilitatis, & considerationis, obiectio autem tenet quando non reperitur magis idoneus. secus aliter, capite Constitutis de appell. sic. numero iura iuribus concordantur cap. cum expediat de electione in sexta Not. longè maiorem perfectionem desiderari in eligendo, quam in eligente, comparando hanc partem huius ti- cum superiori.

e ¶ Oportet.] Quod sequitur vsque ad fin. pertinet ad secundam partem Rubricæ, & ponuntur in hoc § quasi per indicem omnes qualitates, de quibus latè disputatur in distinct. trigesimo septimo & pluribus seqq. & in cap. cum in cunctis eod.

ANT. TIMO. Enumerat omnes qualitates, quas debet habere Episcopus, quæ continentur ferè his versibus.

Annũ trigintas facer ordo, pura voluntas.
Et morum grauitas, sapientia, sponsa parentis.
Concurrens fama, & decus hæc dant pontificatum.

vten. c. cum. in cunct s. de electi e v. de Geffr de temporibus ordinibus.

f ¶ Artium.] Ex eo qaod animæ sunt prætiosiores aliis rebus, duodecimo quæstione prima capite præcipimus, & 24 quæstione 3 ea. si habes, & c. cum infirmitas. de pœniten. & remiss. Vide quem not. Abb. in c. cum sit de ætat. & qualit. ordin. in fin.

ANT. TIMO. Ita vltra alios Gar. Laic. in sua sum. in ver. beneficium. quod omnes Canonistæ & Theologi vno ore affirmant.

g ¶ Illæsum.] Sufficit tamen quod si legitimatus à Papa. Abb. in c. cum Vinctonensis eod.

h ¶ Documenta] Fac. capite miramur in fi. distinct. sexagesimo vno & no. ex hoc quod mala vita probat quem ambitiosè peruenisse ad dignitatem. Sic contra merita alicuius excusant ab ambitione prima quæstione prima capite quibusdam fac quæ scribit Lampr. in vita Alexandri : Qui fi. quem præfectum, vel tonnalem ordinare vellet, nomen priùs ipsius publicè proponebat, vt si quis quid haberet crim. profertur, exemplo Christian. qui idem obseru. in ord. fac. i ¶ Trig.] Scilicet compl. vt habetur in c. cum in cunct. eo. arg. cõtra ff. de mu. & hõ. leg. in remp. sed dic aliud in sec. aliud in spir. vel spec. hoc est in ep. in alii autem

Iã prid.

inferioribus dignitatibus sufficit legitimum annum attigisse d.c.cum in cunctis § inferiora. Quando autem annus cæptus habeatur pro completo, vel non Can. in d.c.cum in cunctis; & in c.licet eod. & in c. 1 de ætat. & qual. & in Clem. 1. de ætat. & qual. & per l. qua ætat. ff. de test. & in l. cui legatur, ff. de leg. 1.

ANT. TIM. Appellatur enim pater Ecclesiæ 95. dist. cap. esto.

* Triginta.] In Gallia tamen vigesimus septimus annus inceptus sufficit ex concordato. §. 1. de Regia ad prælat. nominat. SOLIER.

a ¶ Dominum.] Quidam, vt Io. Chrys. tenet quod Dominus non cõpleuerat. 30. anno. sed tamen inchoauerit; vt not. in cap. presbyter. dist. 78.

b ¶ Excommunicationis.] Tam maioris, quam minoris: vt not. in cap. illa eodem licet in dubio maior veniat, vt habetur in cap. pen. de sentent. excommun. & infra eo. tit. §. sed quæri. maior. ergo requiritur habilitas, vt quis eligi, quam vt possit eligere: vt supra eo. § ex his & de hoc per Firm. in tracta. de episcopis, in princ. lib. 2. num. 4. & adde quod excommunicatio impedit promotionem, etiam quo ad sæculares dignitates: vt per Abb. in c. venerabilem eo.

Excommunicatio impedit promotionem ad sæculares dignitates.

c ¶ Suspensionis.] Habetur in c. cum dilect. de consuet. in c. cum inter R. senior. in c. cũ bonæ de æta. & qual. c. postulasti de cle. exco. mini. Et hoc verum siue quis suspensus sit à benefic. c. per inquisit. vbi in fi. not. siue ab officio: vt dicitur in d. c. cum dilectus. Et idem est de eo, quia non seruauit interdictum, c. ad hoc de postul. præl. c. si de excep. præl. & per Firma. in suo tract. de episc. lib. 2. in princ.

d ¶ Subdiaconatu.] Vnica est dictio. concor. c. multis, de æt. & qual. Inno. & cæteri in c. cum olim. de re iud. & in c. dudũ & c. cum in cunctis eod. arg. contra dist. 60. cap. 2. & c. 3. Sol. vt ibi not.

e ¶ Schismatici.] De hoc inf. tit. 2. §. de illo.

f ¶ Reddunt.] Vt c. per inquisit. eo. nec mirum cum per hoc tempus suspendatur à benefic. & dignitatibus, c. cũ in cunctis eod. Dic. vt ibi & in d. c. per inquisitionem.

g ¶ Neophyti.] De hoc habes dist. 48 per tot. dis. 61 per tot. fac. l. non est facilè ff. de cust. re.

ANT. TIM. Eadem ratione immò à fortiori multò minus qui non est baptizatus non potest esse Episc. ita Alex. de Ales p. 4 q. 8 memb. 8. a. 1 & omnes alij. habetur determinatum ab Apost. in cano. Apost. can. 79. ita etiam qui non est facer. S. Bonau. in 4 sent. dist. 25. h ¶ Discipulus.] Cap. 1 dist. 48 & miramur dist. 61. An autem Iudeus factus Christianus sit capax benefic. per Abb. in c. eam re. de rescr. i ¶ Appellantur.] Cap. fin. dist. 48.

Iudæus factus Christianus, an capax beneficiorum.

Dominum,[a] & baptizatum esse, & conciomatum fuisse legimus. Alioqui si quis minor fuerit, eligi non poterit.

Excommunicatus, suspensus, non constitutus in sacris, & schismaticus non potest elegi. h.d.

Idem iuris est in iis, qui aut excommunicationis,[b] aut suspensionis[c] vinculo sunt innodati. Sed nec ij, qui in sacris ordinibus non sunt constituti, saltem subdiaconatu,[d] neque schismatici,[e] eligi debent.

Eligentes indignum per triennium eligi non possunt. h.d.

Illi quoque, qui scienter indignum eligunt, non solum eligendi potestate priuandi sunt; verum etiam per triennium, vt ab aliis eligi possint, se ipsos inhabiles reddunt.[f]

Neophyti non possunt eligi. h.d.

Neophyti[g] quoque in Episcopos ordinari prohibentur. Indecens est enim, & valde præposterum, eum fieri magistrum, qui nondum didicit esse discipulus.[h] Appellantur[i] autem Neophyti, qui propositum sacræ religionis nouiter assumpserunt.

DE POSTVLATIONE TIT. VIII.[k]

Postulatio. { Quid / Qui possint.

Quid sit postulatio. h.d.

POstulatio[l] est eius, qui eligi non potest, in Prælatũ concors Capituli facta petitio.[m]

DE POSTVLATION.

Continuatur hæc rub. cum superioribus, prout docet hic gl. vel dicas iuxta adnot. supr. in rit. de elect. postquam. n. auctor hactenus explicauit actum ordinarium quo promotio prælati initiatur, sequitur videre de actu extraordinario, eiusdem promotionis, qui dicitur postulatio: ideo eam hic docet. Diuiditur autem tit. iste in 2 partes in 1. habetur quid sit postul. in 2. qui debeant postulari: secunda ibi secundum. *Io. Bapt.*

DE POSTVLATION.

k DE postulatione. Cum quidã qui non possint eligi, postulari tamen possint, vt infr. per tot. merito hunc tractatum superiori connectit.

Postulatio.] CASVS non figuratur. Not. postulationis substantiam respicere personas intelligibiles, & ideo per oppositum. Eligibiles non debent postulari. cap. 1. eodem in 6. & ibi not. *Io. Bapt.*

l ¶ Postulatio.] Aliter describit gl. in c. vni. eo. in 6. sed illa non vniuersaliter conuertibilis cum suo definito negatiuè & affirmatiuè, vnum tanquam deffinitio non bona fuit omissa: arg. not. in rub. de Sum. Trin. & fid. cath. & inst. de obl. in prin. & not. Abb. in rub. eo. qui ponit aliam: aliam ponit. Host. in Summa eo. cum quib. hæc in sensu concordat.

ANT. TIM. Est & alia definitio, tradita à Goffr. Est, inquit, gratiæ petitio, vt cum ea gratia petitur aliquem ineligibilem licenter eligi. Postulatio duplex est, solemnis, quæ est alicuius inhabilis aliter quam propter crimen à superiore ad benefic. vocatio, & admissionis petitio, est gl. in c. vni. eod. in 6. Et hæc habet vim elect. si fuerit confirmata. Alia non solemn. est petitio: facta superiori, vt tollat obstaculum eligendi, & ad beneficium acceptandi.

m ¶ Petitio.) Cum in definitione elect. dicatur voca-

tio, hic petitio, colligitur diferentia inter electionem & postulationem: quia illa iure innititur: hæc gratiæ, vndè qui deligunt consentiunt in electũ tanquam in sponsum; & per elect. initiatur vinculum spiritualis matrim. c. cum inter can. de elect, & c. fi. de transl. prel. & infra de corepisc. vlt. sub. §. fi. Qui autem postulant non consentiunt in postulatum vt in sponsum; nec postulat. propriè, & strictè accipiendo initiatur aliquod matrimon. sed postulantes vota in super. dirigunt, vt ille de gratia debeat admittere postulatum; vt not. per Abb. in rub. eo. post Inn. in c. 1. eo. & not. in c. vni. eo. in 6. Inde fit, vt postulantes quidem possint à postulatione recedere, antequam Papæ præsentent secus in electoribus, vt no. in c. bonæ, 2 eo. & in c. in causis, de elect. & hoc communiter tenetur, secundum Ab. in d. cap. in causis. quamuis aliàs adeo similes putentur, vt & nomine electionis contineatur postulatio, etiam in materia pœnali, vt post antiquos tradit Abb. in d. cap. de causis.

Qui non animi, vel corporis vitio, sed aliàs non potest eligi, potest postulari.

Sciendum est enim quosdam esse, qui quamuis eligi non possint postulari tamen minimè prohibentur. Quæ res ita videtur posse commodè definiri, vt quicumque [a] non animi, vel corporis vitio [b] sed ob alterius defectum qualitatis eligi impediuntur ijdem tamen postulari possint. [c]

Minor 30. annor. & spurius possunt postulari. h.d.

Et hoc apparet, eum, qui trigesimum annum [d] nondum compleuit, item in minoribus ordinibus [e] constitutum, aut laicum, item natalibus læsum, licet eligi non possint, postulari tamen posse. [f]

Episcopus & electus debent postulari, non eligi, & h.d.

Episcopus [g] quoque cum propriæ sit cum pro mortuis reputentur, vel seruitutem. & l. quod attinet. ff. de re iur. Et instrumenta loquentia seruos appellat. Arist. sicuti equos, & alia inanimata facta ad vsum humanum appellat seruos mutos: quod fortè non bene dicitur de iure canonum; arg. c. 1. de coniug. ser.

Sed adhuc contra de bigamo, qui licèt nullum patiatur animi vel corporis defectum: tamen postulari non potest, secundum Hosti. in Summa, & cap. 2. de biga. non ordin. Respondetur satis patitur defectum in animo, cum videtur ob suspicionem incontinentiæ. Vel fortè verius est, illum postulari posse cum Papa cum tali dispensare valeat; vt per Bald. in c. at si clerici. de iud. de quo per Firma. in tract. de episcopis in princ. 1. lib. q. 15. *Bigamus an postuletur.*

c ¶ Possint.) Sed an postulantes adstringantur ad seruandas formas cap. quia propter. de election. & non videtur, cum ibi fiat selum mentio de electione l. non aliter. ff. de leg. 3. Quod satis admitti potest in postulatione non solemni, secus in solemni, quod declaratur, vt per Abb. in d. cap. quia propter, & in cap. 1 de postulat. præl. & tenet Innoc. in cap. causis. de electio. Nec ob. quæ cap. quia propter solum vtatur verbo electionis, non postulationis: quia iura antiqua promiscuè his vocabulis vtebantur: vt dist. 61. §. his omnibus & dist. 63. cap. literas licet strictè summendo sit magna differentia; vt per D. Perus. cap. 1. §. sed si de election in 6. post glos.

d ¶ Annum.) Cum hic eligi non possit, c. cum nobis & c. cum in cunctis, de elect. & c. licet, eo. tit. in 6. Et quantum vicinus esse debeat tregesimo, vt possit quis postul. per Abb. in c. fi. eod. in secunda, & tertia regula, & ibi etiam alij Doct. Et iste numerus annorum habet locum quidem in Episcopo, sed non in alijs omnibus dignitatibus ecclesiasticis, vt per Abb. in c. super inordinata. de præb.

e ¶ In minoribus ordinibus.) De hoc in c. dudum & c. cum in cunctis de elect. Sed an alienæ diœcesis clericus eligi poterit? Resp. sic, tamen & postulandus erit postul. non solemni; vt per Abb. in c. fi. eo. in secunda regula post. Host. in Summa, vers. quis postulandus. *Clericus aliena diœcesis postulandus.*

f ¶ Posse.) Sed dubitari poterit, quod si is qui eligendus erat postulatus fueris? Resp. nihil est actum, cum electores debeant prouidere ecclesiæ meliori modo, quam possint. De quo per Abb. in rub. eo. & idem in c. fi. eo. post. gl. & habetur in c. vni eod. in 6.

g ¶ Episcopus.) Intellige etiam de non consecrato c. inter corporalia. de transl. præl. licèt alias episcopus non dicatur qui non est consecratus Ab. in c. 1 de transl. præl. & in c. tam literis de restit. & in cap. tua nuper. de his quæ fi. à præla. & in c. eam te. de rescript. dum tamen non consecratus si confirmatus, nam tantum post confirmat. dicitur quis alligatus ecclesiæ, vt per Abb. in c. inter corporalia in fi. & inf. tit. 1. §. fi. & infra de-

Io. Bap.

Sciendum.) CASVS ita in communi figuratur. Cum hominum quidam habeant vitium animi, quidam denique aliunde aliquem trahant defectum, electores nihilominus volebant indifferenter & simpliciter aliquem postulare, ea ratione mori, quia putabant omnes ineligibiles esse postulabiles iuxta definitionem postulationis supra assignatam, & in postulan. illud solum satis esse obseruare, an videlicet sit pro Ecclesia vtilis, & idoneus, iuxta cap. constitutis de appellat. Sol. tamen vt hic legimus, quia in postulando requiritur integritas vitæ & morum ac virtutum, & sic cessant obiectiones, cum non omnis ineligibilis, sit postulabilis & postulab. debet habere præd. qualitates. Not. hominum quidam sunt eligibil. quidam postulabil. & quidam neutro modo se habent, licet aliquando de eis dubitetur iuxta. c. 1. eo. in 6. Not. secundo postulationem aliam esse propriam, & aliam impropriam Abb. in c. 1. eod. n. 34.

a ¶ Quicunque.) Hæc regula virtualiter videtur complectiones regulas, quas ponit Abb. in c. fi. eo. eputatũ tamen fuit arduum ab antiquitate tradere hanc materiam via methodica. vt apparet ex not. in d. c. fi.

ANT. TIM. Videtur, quod postulari. & non eligi possint sextuplices personæ. Primo Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum, c. bonæ 2 de postul. præl. Secundò Episcopus ad Episcopatum, vel Archiepiscopat. cap. & si vnanimiter eo. Tertiò, laicus ad dignitatem dist. 61 c. Episcopus. Quartò clericus in minoribus ordinibus constitutus, c. præterea de ætat. & qual. Quintò illegitimè natus, c. Innotuit de elect. Sextò qui non est in ætate legitima constitutus, c. cunctis.

b ¶ Vitio.) Adde vel libertatis defectu, ne sit contra capitulum 1 & capitulum 2 & per tot. de ser. non ord. & infra qui promo. non poss. in prin. & §. 1. Vel potest dici, quod in seruis sit defectus etiam animi & corporis,

cor epiſcoporum vſu. ſubl. § 1. De eo in fuit aliquem dubitatum; vt per Abb. in c. fi. eo. Simpliciter ergo electus poterit eligi, cum non ſit eccleſiæ alligatus: ſed poſſit priori elect. renunciare, c. ſi. elect. de elect. in 6 & Doct. in c. inter corporalia. Sed an Card. poſſint eligi, vel potius debeant poſtulari? Reſpondetur vt habetur per Abba. & alios, in cap. bonæ, in cap. fi. eo. & in capit. eccleſi. 2. de electio.

a ¶ Alligatus.] Epiſcopus ergo, qui renunciauit epiſcopatui, cum non ſit alligatus, poterit eligi, & hoc verius, ſecundum Abb. in cap. fi. eod.

b ¶ Abbatib. Cap. ſi Abbatem. de election. in 6. c. cum inter, & c. dudum. de electio. cap. ſi religioſus & c. quorundam. de electio. in 6. & cap. cum venerabilis, vbi Abba. de conſuetud. & latè idem Abb. in cap. fi. eodem in ſecunda regula.

c ¶ Videantur.] Verbum hoc notat improprietatem; quia propriè matrimonium, contrahitur ſolum inter Epiſcopum & Eccleſiâ: inferiores vero ab epiſcopo dicuntur contrahere, quaſi matrimonium. Not. in cap. qua propter. de electio. & per Abb. in cap. fi. eo. Debent tamen hi poſtulari poſtulatione ſolemni. vt infr. ſequitur, & habetur in cap. 1 & c. fi. eo.

d ¶ Imperata.] Quod ſi ſuperior nolit talem licentiam concedere, an poterit aliquo remedio compelli? Reſpondeo affirmatiuè ob bonum publicum capit. quod Dei in fin. de ſtat. monach.

alligatus [a] Eccleſiæ, ad aliam tranſitum facere non poteſt, ea propter, non eligendus, ſed poſtulandus erit.

Abbates, & alij inferiores in Epiſcopos poſſunt eligi. h. d.

Non idem iuris eſt in Abbatibus, [b] & cæteris Prælatis, infra Epiſcopalem dignitatem conſtitutis. Iſti enim licet propriæ Eccleſiæ videantur [c] alligati, nihilominus eligi poſſunt: * proprium tamen non deſerant monaſterium, niſi licentia legitimè impetrata. [d]

DE CONFIRMATIONE electionis.

TIT. IX.

Ad confirmationem requiritur ex parte.

- Confirmãdi
  - Conſenſus confirmandi
  - Confirmandi literæ
- Confirmãtis
  - Examinare electum.
  - Dignum confirmare
  - Digniorem præferre

Electus debet intra menſem conſentire electioni, alioqui alius eligi. h. d.

NVnc videndum eſt de confirmatione. [e] Sciendum eſt itaque in primis, Gregoriana conſtitutione [f] in Lugdunenſi concilio cautum fuiſſe, vt electores quam primum [g] ſuper electo, vel poſtulato confirmando, ſeu de quocunque alio negotio, quod ad eos pertinet, conſilium habere curent, & ſi ſuper hoc ſolemnitas aliqua ſit adhibenda, ſine dolo & fraude adhibeant, & ſi quis ex eis ſuper hoc fuerit requiſitus, ſine legitimo impedimento conſilium impendere non differat. Quod ſi quis ex eis ſuper hoc fuerit requiſitus, & ſine legitimo impedimento conſilium impendere differat, ſi quidem ad Capitulum pertinet, ſi ſecundum Deum ſtare voluerit, ſecundum ipſum ſtare non differat. Si autem ad alios, infra mensem conſilium impendere non differat. Quod ſi infra mensem

commodè [a] possunt, operam dent, vt electi consensum habeant, quam si infra mensem [b] fine causa legibus cognita, [c] electus accommodare distulerit. Iure, si quod ei fuerat ex tali electione quæsitum, statim carere [d] debere; electoresque ad aliam electionem [e] liberè posse conuocare.

Electus post consensum electioni præstitum, vel notitiam habitam, debet intra mensem ad sedem Apostolicam iter arripere, & quantò citius poterit confirmationem obtinere. h. d.

Eadem constitutione cauetur, electum infratres menses post consensum electioni præstitum, si nullum iustum impedimentum [f] obsistat confirmationem à superiore Prælato petere [g] debere: alioqui trimestri spatio elapso, electionem esse penitus [h] irritandam.

Summatus est in paragrapho præcedente, h. d.

Sed cum interdum eueniat, vt aliquorum locorum [i] vicinitas minus exigat, aliquorum distantia prolixius tempus expoſcat, consultissimè Nicolaus tertius sanxit [k] vt electi [l] testi. c. si autem, & cap. plerumque de resc.

g ¶ Petere.) Sufficit autè petere, etiam si non obtineat ad pœnam hanc vitandam, ex quo per eum non stat. Idè si elect. petant, secundũ Guil. Bernar. & Io. Monac. c. cũ inter canonic. & c. cum dilectus, de elect. & c. dudũ eod. tit. Idem si petat per procurat. c. cum dilecta de resc. Sed & amicus sine mandato poterit confirmat. petere, & tenebit, si subsequatur rati habitio intra legitimum tẽpus: de quo not. plenè in c. quàm sit de elect. in 6. sed in casu suo seruanda semper erit dispositio. c. cupiẽtes de elect. in 6.

Amicus petere potest confirmationem.

ANT. TIM. Is autem prælat. Pontifex, vel legatus de latere, ita in c. si Abbatem de elect. in 6.

* Illi confirmandi ius spectat cui dignitas, cuius electio confirmari petitur, immediatè subest, quapropter elect. dignitatis inferioris cõfirmabit Episcopus cum consilio capituli, sede autem Episcop. vacante confirmabit capitulum, c. cum olim de maior. & obedient. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. n. 88. Episcopum confirmabit Metropolitanus, Metropol. Patriarcha, Patriarcham sum. Pontifex, Abb. in cap. cum Eccl. n. 18. de elect. subiecti tamen immediatè Summ. Pontifici ab ipso confirmantur quamuis inferiores Episcopis, cap. nihil est eod. vel etiam à legato á latere non etiam á misso siue speciali concessione, c. si Abb. § 1 de elect. in 6. Abbas in d. cap. nihil est. SOLIER.

a ¶ Commodè.] Cap. quia propter. de elect. 22 q. 2. cap. faciat, l. Nepos Proculo, ff. de verbor. signifi. vbi de vi istius verbi.

b ¶ Mensem.] Computandum à die præsentationis & notitiæ huius elect. c. cupientes, § cæterum, de elect. in 6 & not. in c. quam sit. eodem tit. & lib. vbi etiam not. & quod dierũ esse debeat talis mensis, dic. vt ibi.

c ¶ Cognita.] Per hoc patet quod impedito tempus non currit, facit c. quia diuersitat. de concess. præb. fic & agere impedito non currit præscriptio.

Carere. d ¶ Carere.] Fortè dicit carere, & non priuari: quia ipso iure priuatur, & non requiritur sententia priuationis, vt de hoc verbo not. Abb. in c. nihil in glos. in ver. potestatis, de elect. licèt ad tollendum dubiũ posset ferri sententia: vt not. in c. quam sit, & in c. commiss. de elect. in 6. facit extrauagans. Benedicti de elect. si religiosus. Et hoc benè procedit, cum quis sine cuiusquam licentia potest consentire: nam si non potest, dic. vt not. in d. c. quàm sit. Et not. h. c. quòd electus non solum potest petere confirmationem suæ electionis, & illam defendere sine vitio ambitionis, vt per Abbatem in c. exhibita. de iud. sed etiam aliquo pacto compellitur, vt hic, & d. c. quam sit, immo peccat electus non acceptans dignitatem, si non reperitur alius idoneus. Abbas in cap. venerabilem de elect. vbi allegat multa iura concordan.

e ¶ Aliam electionem.] Idem & si non fuerint lapsi tres menses, si electo non fuit præsentata electio: quia eligentes iure proprio possunt recedere ante præsentationem: cum regulariter absenti non quæratur ius, secundum Bart. in l. absenti, ff. de donat. Abb. in cap. ex conquestione de resti. spol. An autem, & quando procedi possit ad nouam electionem prima non cassata, aliquid per Abb. in c. constitutus de appel.

Io. Bap. Ead. CASVS. Cum electus elect. approbata debeat confirmationem petere, quærebatur quid per eam sit agendum? per præcedentem enim § nihil aliud videbatur necessarium, cum illud tempus ibid. assignatum videatur satis ad confirmat. petendam. Sol. tamen vt hic dicitur quia debet se præparare aditer habendum, & illud tempus erat ad consentiendum, & ideò obiecto non tenet. Not. dilationem maior. vel minor. esse eo dem secundum qualitatem præparationis requisita, & ideò iste. § est in hoc diuersus à § superiori.

f ¶ Impedimentum.) Puta infirmitate, viarum discrimine, superioris impedimento: vt in c. quæ sit de elect. in 6. Vel longa distantia, vt immediatè sequitur, & in c. cupientes, eod. tit. & lib. frequenti Curiæ mutatione, vel simili. l. 2 ff. si quis cauti. & c. signante, de pig. cũ parati de appel. Et hoc tempus est quodammodo vtile: quia concessantibus non officit l. contra maiores, C. de inoff.

h ¶ Penitus.] Id est, ipso iure secundũ quosdã. Alij dicunt elect. priuand. sent. Dic. vt plenè habetur in c. quà sit de elect. in 6 in fi. Sed quid si electus transacto tali spatio temporis confirmat. petat, & obtineat. Dic. non conualescit quod à principio fuit nullum, nec potest retinere episcop. & peccat retinendo fructus, quos non facit suos: nisi confirm. fuisset facta scienter per illum, qui alias suo iure conferre potuisset, sint Guill. & fa. quod not. de æta. & qual. c. cum bonæ, & c. quæ sit, de elect. in 6. Et quæ dicuntur hic de confirmat. non habent locum in elect. facta per inspirationem. Nam quæ spiritu Dei aguntur, not. sub sunt leg. c. nisi de renunc. sed in dubio melius erit confirmare, cum aliquando secundum Apostolum Satanas se transfiguret in Angelum lucis: facit c. tutius de pœnit. d. 2 & c. sæpè dist. 12, c. excommu. vers. quia verò de hære. 1. q. 1 c. teneamus c. 1 de reli. & vene. sang. & c. licèt de reg. & transl. ad relig.

i ¶ Locorum.] Sed non videtur, quod locorum differentia debeat inducere differentiam decisi. l. superuacuam. C. de temp. in integ. rest. & l. cum interdum, ff. de instit. Respond. vt not. in c. cupientes de elect. in 6. post. prin.

k ¶ Sanxit.] Cap. cupientes de elect. in 6.

l ¶ Electi.] Idem in postularis, vt sequitur: licèt secus sit in electo in magistrum hospitalis, vel templi, vt not. in d. c. cupientes, post prin. in ver. elect benè tamen pro-

quorum electionum confirmationes ad Sedis Apostolicæ examen deducit immediata subiectio,[a] vel appellatio[b] interiecta deuoluit, infra mensem post consensum, vel habitam de ipsorum electione notitiam,[c] ad Sedem ipsam Apostolicam iter arripiant,[d] & quanto citius commodè[e] poterunt cum omnibus iuribus[f] coram Sede Apostolica personaliter comparere nitantur, suarum electionum confirmationes petituri : aliaque[g] insuper adijecit, quibus Ecclesiarum periculosis vacationibus[h] ac malignantiũ[i] subterfugijs, electorumque incommodis facilè occurritur, quæ non solum in electionibus, verum etiam in postulationibus[k] obtinere voluit.

Non confirmatus non potest res Ecclesiæ administrare. h.d.

Quandiu autem quis confirmatus non est, rerum ecclesiasticarum administrator esse

cedit hoc in elect. ad regulares Eccles. vt ibi dicitur.

a ¶ Immediata subiectio.] Et hoc casu secundũ quosdã sufficit adire legatum de latere, qui Episc. & Archiepisc. exemptorum elect. confirm. potest, c. si Abb. de elect. in 6. & inf. de coll. § auctorit. licèt alij contra. vt not. in c. cupientes eo. in 6.

b ¶ Appellatio.] Quæ non sit frustatoria : talis enim non deuoluit negotium ad Papam c. quamuis, de elect. in 6. & sic non habet locum quod hic dicitur, & in capit. cupientes, de elect. in 6. De quo dic. vt in Clem. causam de elect. Et hoc casu non sufficeret adire legatũ secundum Glossatores antiquos, nisi fortè partes concordarent, appellationi renunciando, c. constitutas, de appel. c. studuisti, & c. licèt de offic. deleg.

Notitia quæ dicatur.

c ¶ Notitiam.] Certam & indubitatã, puta, quia cum esset canonicus, ibi præsens fuit, vel homines fide digni referunt pro certo ita esse arg. c. 1 de post & c. illud de cle. excom. mi. vel de eo. literas accepit authenticas. Non enim cuilibet referenti credere tenetur, adhoc quod not. in cap. cum olim. de dolo. & cont.

Sed quid si ist : scit quidem se electum, sed nescit appellatum? Respondeo, vt not. in cap. cupientes, de elect. in 6. Item adde, quod non statim post certum nuncium currit tempus : sed debet dari tempus ad deliberandum. Absurdum enim esset hoc casu non habere inducias ad deliberandum, & de hoc not. in c. cupientes, eod. in 6. vnde sumitur.

d ¶ Arripiant.] Sed nonne rogatus debet recedere, inuitatus fugere, & sola debet illum necessitas excusare? l. si quemquam, C. de episcopi, & cle. quomodo ergo iter arripiet, & se ingeret, nisi inuitetur, & rogetur? Respondetur & qui electus est videtur inuitatus, & rogatus, & auctoritate constitutionis hoc facere potest : argument. l. Graceus, C. de adult. alias enim laqueus pararetur, quod esse non debet. 27. quæstio. primo capit. de viduis, & capit. literas, de restit. spol.

e ¶ Commodè.] Hæc autem commoditas definietur arbitrio iudicis : vt planissimè not. in cap. cupientes de elect. in 6.

f ¶ Iuribus.] Id est, rationibus consistentibus circa factum : quia Papa omnia iura habet in pectore.

g ¶ Aliaque.] Quæ habentur in c. cupientes, § quod si per viginti, vsque ad fi. de elect. in 6.

h ¶ Periculosis vacationibus.] Immo etiam si vacationes non fiat periculosæ, habet locum, quod dicitur in dist. cap. cupientes, de elect. o. in 6 vnde sumitur : puta si sit qui in temporalibus, & spiritualibus ministret, cap. obitum, & cap. Catinensis de dist. 60. Nec enim causa periculi cessante, cessat dispositio, d. cap. cupientes, l. 1. §. sextum, ff. de postulat. 32. quæst. 7. cap. tantum. Quia finalis causa constitutionis est, vt Ecclesiæ celerius expediantur, facit cap. si

postquam § 1 de elect. in 6. Et vide quod traditur de hoc in c. post translationem, ext. de renunciat. & 61 d. § his omnibus alias cap. neophytus. Et intellige quod hic dicitur quacunque vacatione siue per mortem, siue per cessionem, siue per depositionem, siue alio quocunque modo, cum eadem sit ratio, nec alterum exprimatur, cap. susceptum, de rescriptis in 6.

i ¶ Malignantium.] Et per hoc tollitur contrarium, d. cap. nullus 4 quæst. 4. vbi quod reorum est subterfugere, quia id intelligendum est, opponendo veras, & legitimas exceptiones, non autem malitiosas, & falsas tit. in cap. cupientes, de elect. in 6 & hic. Consuevit tamen dici quod qui habet ius in principali, cauillationes, & malitias aduersarij potest per alias expellere : sicut clauus clauo truditur, nec videtur fraudem facere qui fraudem excludit, l. cum pater, § Titio ff de leg. 2 & sic potest procedere d. cap. nullus, fa. 23 quæst. 1. cap. Dominus noster. & ca. dilectus, de simo. Non tamen per vtentem falso instrumento, licèt vti alio falso instrumento : vt per Moder. Cano. in c. olim in prin. de rescript. & per legist. in l. ea est natura, ff. de reg. iur.

Non facit fraudem qui fraudem excludit.

K ¶ Postulationibus.] Cap. cupientes § denique, de elect. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS Loquuntur isti textus, idest § 1. 2. & 3. huius tituli debere electum intra mensem consentire electioni alioquin alius poterit elig. sed benignè Lector nota quod fuerunt correcti per cap. cum sit, de elect. in 6 vbi electus debet petere confirmationem à superiore intra tres menses alias electio remanet nulla & inefficax, Roman. consil. 332. in princ. & licèt alleget se dubitasse quod superior dedisset repulsam non excusatur Roma. vbi supra vbi apostill. prima vere repulsam allegat. Feli. in cap. ex transmissa. col. 1 vers. & similiter de præscript. nec etiam excusatur, licèt alleget metum superioris, nisi probet iustus metum qui cadat in constantem virum, eò quod vana suspicio non inducit iustum metum Rom. n. 2 vbi nu. 3 & 4 ait quod nec pariter excusatur si non requisito Episcopo, ad quem spectabat confirmatio recursum habuit ad consilium narrato quod ordinarius aberat cum tamen adesset vicarius, & d. n. 2 in fin. vbi apostill. verb. superioris, ampliat vt non excusetur licèt petierit à proximo superiore, quod denegauerit quia debuit adire maiores, & superiores ad ornatus textum in § sit tibi quoque tertium studium Auch. de mandat. Princip.

Quandiu.] CASVS. Quidam cum fuisset electus tantum, vel forta esse etiam confirmatus, sed sine literis confirmationis volebat bona ecclesiæ administrare, ad idque peragendum mouebatur illa potiss. ratione, quod si non potuisset, electione nullum ius sibi fuisset requisitum, quod videtur inconueniens, cum electione initietur promotio. Cæterum solut. aliter hic habetur, quia

Io. Bap.

confirmatio sine literis quoad effectum nil operatur, cum non constet, & electio sine confirmatione est, vt sponsalia in matrimonio carnali, quæ dissolui possunt, Hostiens. in summ. titul. de sponsal. § & qualiter dissolvantur, & ideo non tenet obiectio. Vnde not. ius per electionem acquisitum esse imperfectum, & ideò dixi assimilari sponsalibus, argumento, not. in cap. fi. de translat. Not. ius aliquid faciendi nihil valere quoad effectum, nisi appareat, & probetur iuxta cap. 1 de elect. in extrauang. communibus.

non potest. [a] Quod si negotijs [b] Ecclesiæ, ad quam vocatus est, se temere ingesserit [c] omni iure: quod ei per electionem quæsitum fuerit, statim priuandus erit: [d] nullo neque Oeconomatus, [e] nec procuratoris [f] prætextu excusandus. [g]

Electo non est obediendum nisi literis confirmationis ostensis, h. d.

Petet [h] igitur is, qui confirmatus est, ab ipso iure priuatus cap. auaritiæ de elect. in 6 ideoque foret in Ecclesia curata non collegiata secundū Franc. d. cap. auaritiæ num. 2. vers. item habet locum, & si contrarium tenet Calderin. d. cons. 56 de elect. & in cons. 9. habes electum, & institutum, seu confirmatum pendente appellatione est priuatus, nisi appellatio esset manifeste frustatoria.

Huiusmodi tamen textus dispositio non habet locum primò in electo ad dignitatem immediatè Sedi Apostolicæ subiectam si est in partibus remotis ex necessitate, nam ante confirmationem potest administrare temporalia, & spiritualia cap. nihil est de elect. Oldrad. cons. 9 per tot. declarat d. textum secundum verba, & mentem: secundò quando adesset priuilegium Papæ quod sola electione induceretur confirmatio, vel quod sine confirmatione elect. Gemin. cons. 15 in c. dud. n. 15 in fine, & n. 5. 6 & 7 ait ideo procedere in prioribus electis à religione Hierosolamitana, qui administrant ante confirmationem subdens quia sunt administratores meri, & quia laicis dantur in administrationem tales prioratus, & latius numer. 15 vbi quod non habent isti administrationem spiritualem, & ideo non requiritur confirmatio: eademque ratione procedit in Magistro Hierosolymitano qui statim electus administrat, & in alijs habentibus nudum ministerium, & non dignitatem in titulum. Oldrad. cons. 128. n. 5 vers. circa quam est attendendum.

a ¶ Non potest.] Quia si electi ante confirmationem administrarent, non curarent de confirmatione, ne se periculo cassationis submitterent. Item confirmatio nihil operaretur, si administrationem sine confirmatione haberent electi. Item si electionem ex legitima can. cassari contingeret, non ita de facili electi possent remouerisfac. cap. qualiter, cap. nostri & c. cum in cunctis, de elect. & in c. auaritiæ, eodem tit. in 6. Sed quid si à confirmatione fuit appellatum? nunquid si appellatione pendente administrabit, incurret pœnam? Fuit hoc disputatum aliàs, vt not. in d. c. auaritiæ, & conclusum, quod incurrat fac. cap. oblatæ in fi. de appel. & l. reus § reum contra quem ff de mun. & honor. hoc tamen nisi appellatio esset talis, quæ non teneret, & sic procedit c. constitut. 2. de appel.

ANT. TIM. Fallit tamen quando confirmatio esset petenda à Papa, & electus esset valdè remotus, c. nihil de elect. Sed quod si talis prælatus dicta de causa licitè administrans tempore confirmationis repertus fuit minus idoneus, & si repelliturnunquid ea, quæ medio tempore fecit sint cassandeo? Resp. quod non, fuit n. in quieta admidistrat. & quasi possess. prælat. de licentia Papæ, & pro prælato habitus est. Vnde omnia, quæ fecit medio tempore, rata sunt arg. c. ex literis, de iu. patr. & cap. infamis § verum 3 q. 9 & l. si per procuratorem, in fi. ff de procur. & l. 1 C de test.

ALOYSIVS RICCIVS. Non immeritò hic concluditur non confirmatum non posse res Eccles. administrare quoniam ante confirmat. non dicitur habere dignitatem; ad quæ eligitur, vnde videmus quod Episcop. elect. & non consecratus non exercet Episcopalia Ias. in l. quamuis in 4 not. C. de inoff. test. non potest populum benedicere, actusque indifferentes celebrare dummodo sint tales competentes sibi esset non electo Oldrad. cons. 146 per tot. in fi. vers. 4 ratio ait, quod licèt post elect. quis non possit administrare, tamen si antequam eligeretur administrasset non priuatur ante elect. rationem reddendo à simili de legatario quod si occupat res legatas post aditum hæredes priuatur legato, si vero ante priuatur sola possessione, sed consequitur legatum.

Et adeo procedit iste textus quod nec contrarium possit consuetudine induci. Oldrad. consil. 191 vnde si administrauerit ante confirmationem priuatur dignitate idē cons. 128 num. 6 quem allegat Tusc. incip. conclusion. 213 verb. consuetudo ibi plura circa istam conclusionem adducit.

Amplia etiam vt procedat etiam in præsentato administrante ante institutionem, in qua habet locum cap. auaritiæ licèt pœnale fit Lap. alleg. 8. num. 5 vbi ita comiter obseruari testatur Calderin. consil. 8 de elect. similiter, & amplia, vt procedat in electo ad collegiatam ministrante ante confirmationem, quia est

b ¶ Negotijs.] Tam spiritualibus, vt excommunicare, absoluere, interdicere, pœnitentiam iniungere, & similia, vt c. accedentibus de excess. prael. quam temporalibus, vt recipere census, & debita, habere curā colligendorum fructuum, & simil c. auaritiæ, de elect. in 6.

c ¶ Ingesserit.] Per se, vel per alium, pro parte, vel in totum, in iudicio vel extra: vt c. auaritiæ de elect. in 6.

d ¶ Erit.] An autem hæc priuatio fiat ipso iure, vel per sententiam, dic. vt planè in c. auaritiæ, de elect. in 6.

e ¶ Oeconomatus.] Oeconomæus est, cui res Ecclesiastica gubernandæ mandantur, l. iubemus in princip. C. de sacro eccles.

f ¶ Procurationis.] Subaudi, vel alio quæsito colore, vt in c. auaritiæ, de elect. in 6 puta Vicaria, commenda, & not. de hoc in ca. qualiter, de elect. Sumebantur enim huiusmodi fraudes ex decretali in c. cum nobis olim in fin. de elect.

g ¶ Excusandus.] Sed an excusaretur consuetudine, ita & consuetudo administrandi ante confirmationem teneat? Et quod non teneat in collegio, vel dignitate Ecclesiastica, firmat Abb. in cap. post quam & in cap. qualiter de elect. secus autem in officio, vel dignitate profana, vt in Rectore studij, quia licèt, & electio facta per collegium sæculare debeat confirmari, vt not. in l. priuatorum, C. de iurisd. om. iud. & in Rectore scholarium. Bart. in Authabita. C. ne fil. pro patre. nihilominus valeret consuetudo in contrarium, & ita dicit seruari communiter in studijs Italiæ. Item Abb. in cap. nihil de elect. ponit plures casus, in quibus, vel de consuetudine, defertur ex sola electione administratio sine confirmatione. Et in dignitate Ecclesiastica non reprobat indistinctè hanc consuetudinem, sed distinguit, vt per eum in d. cap. nihil.

Quando administratio ex electione.

h ¶ Petet.] Contextus hic sumptus est ab extra Bonifacij viij. de elect. incipit. Iniustæ.

Apostolica sede[a] literas[b] confirmationis suæ tenorem continentes, illisque ostendet[c] ad quos ea res pertinet: alioqui nulli eum absque dictarum literarum ostensione recipere tenebuntur. Quod & in promotione apud dictam Sedem facta; & in consecrationis,[d] vel benedictionis[e] munere locum sibi vendicat.

Confirmatio non conceditur, nisi cum causæ cognitione. h. d.

Is autem, ad quem confirmatio pertinet,[f] diligenter[g] examinare debet, & electionis processum, & personam electi. Est enim hoc generale, vt ad eum pertineat examinatio,[h] ad quem manus impositio spectat. Et cum omnia ritè concurrunt, tunc munus ei confirmationis impendat[i] Quod si secus factum fuerit, non solum deijciendus erit indignè promotus, verum etiam indignè

Literæ credentiales.

a ¶ Sede.] Sed an quod hic dicitur, habebit locum in inferioribus à Papa confirmantibus? Videtur quod si capit. in causis de re iud. Sed contrarium videtur verius cum si ius in materia pœnali, & contra ius commune vt plenius not. in extrau. Bon. de elect. incip. iniunctę.

b ¶ Literas.] Not. casum, in quo requiritur probatio in scriptis. Similis notatur in ca. Romana §. postquam. de cons. Vnde quamuis aliàs iniuria fiat ei, cuius dicto credi deberet si ab eo exigeretur scriptura cap. legebatur, & ibi not. Panormitanus, secus tamen esset hoc casu, & alijs similibus, requirentibus à iure scripturam Sed an literæ credentiæ probent aliquem assumptum ad aliquod officiũ Respondeo, negatiuè, vt per Barto. in l. Lucius. ff de fide ius. & per Abbat in cap. coram de offic. deleg.

c ¶ Ostendet] Scilicet in princip. officij id est dum accedet ad prelaturam: neq; enim indesinenter cogetur literas ostendere simile not. in cap. si iudex de sentenexcomm. in 6. & satis planum est ex hac litera.

vnct. & not. per Abb. in c. nihil de elect.

Is aut in tota hac parte. CASVS ita figurari potest. Cum quidam Electus accessisset ad legitimum superiorem pro confirmatione consequenda, nolebat totum electionis processum cognosci, & examinari, illa ratione motus, quia cum ipsemet in electione fit examinatus, vt præsupponitur, non conuenit, vt iterum examinetur arg. c. semel de reg. iur. in 6. superior aut indifferéter volebat potius electum admittere postulatum, quia postulatio hẽt locũ in defectum electionis arg. l. in causæ, ff de minorib. nec etiam habentes interesse, siue certi siue incerti sint, citare intendebat ne confirmatio differatur in damnũ Ecclesiæ, & si electus fortasse fuisset schismaticus dispensatiuè cum eo procedebat inde fuit dubitatum, quid iuris Sol ut hic legimus, quia cũ superior non debeat temerè a liquid agere. sequitur vt ad cognationẽ talis obseruet qõd hic habetur, & propterea obiectiones non tenent si quidẽ aliud est examinare processũ electi. & aliud qualitates personarum, regulariter aut Electio est præferenda, limitatiuè verò aliqñ secus cõtigit ab merita personarum verè, vel præsumptiuè considerata Not. 1. argu. gesta per aliquem inferiorem posse per superiorem retractari ad quem spectat illam cognoscere, & approbare quod facit, & pro appell. de quibus est Abb. & alij in rubr. de appel. 1 Not. 2 limitatam ad regulam; quod remedia ordinaria primo sint obseruanda cum aliquando postulatio præferatur iuxta ronnẽ hic per glos. adnot. in ver. duplo.

Ia. Lap.

Necessitas excusat culpæ.

ALOYSIVS RICCIVS Adde, quod concordat cum l. prohibitum C. de iur. fisc. libr. 10 quoniam ante similium literarum exhibitionem, ac præsentatione Iurisdictio non confertur, Anna alleg. 24 part. 1. & Turrec. alios allegans, reg. 40 hinc asserens, se cum Principis mãdato veniſſe, non creditur nisi literas ostendiderit Guid Pap. decis. 322 & faciunt nota per Boer decis. 282 & in summa potestatis virtus concessa primum inspicienda est l. multum interest. C. si quis alt. l. cum re C. de donat. inter vir. & vxor & cap. super eo de offi. de leg. quia si non apparet esse non presumitur capite solemnitates in fine de consecrat. distinct. 1. l. in lege C. de contr. empt. & cum iurisdictio sit Principis debet ipsorum consensum præstare quæ præstatio ex literis tantum exhibetur liber 1 C. de mandat. Princ. Rot. in antiq. decis. 12 de iur patron.

d ¶ Consecrationis.) Sed pone, consecratus literas Papales habere non potuit propter obitum Papæ, nunquid tenebitur multo tempore in Curia remanere; Reuerendeo non damnatur. n. temeritas eorum qui se ingerunt administrationi, sed necessitas non excluditur Et vbi non est culpa nec pœna dent infligi, capite sine culpa de regularæ in 6. Vnde temeraria præsumptio hic reprobata ad alium casum non dent extendi: nec prohibitio generalis excludit casum alias licitum cap. super quibus dam. extr de verb sign. Item statuta, & priuilegia cùm trahuntur ad iniqua suat reuocanda capite fi. de sent excom. in 6 & distinctio 60 § verum capite suggestum de decim. l. ex facto digestis de vulg. & pupil & pulchrè per abbatem in capite nihil de electio.

e ¶ Benedictionis) Hoc verbum ac Abb. pertinet: verbum consecrationis pertinet ad Episcopos, not. in clem. 2 de sta regul & in c. quod sicut & in capit vai de sacr.

f ¶ Pertinet.) Is est eius immediatè super qui confirm. est: qui non solum per se sed etiam per delegatum poterit hanc confirmationem explicare: vt habetur in cap. nihil de elect.

g ¶ Diligenter.) Adhibito etiam consilio Capituli, licet consensus eius non sit necessarius, Abbas in cap. qua fronte de appel.

ANT. TIM. Tenetur enim examinare personam electi, maximè in scientia honestate vitæ, & ætate, quia si indignum confirmat, vel illegitimè, peccat mortaliter tenent Summistæ Bartol Furan seu Armil. in vers. confirmatio. capite nihil, de elect.

h ¶ Examinatio.) Not. ergo quòd is debet examinare, qui confirmat: & talis examinatio debet ex officio fieri, etiam si nihil obijciatur contra electum cap. cũ nobis & cap. venerabilem. de elect & c. quid est cito. dist. 77 & cap. cum ex in iuncto de hæred quia confirmatoris interest, ne puniatur, si promoueret indignum. Immo hodie confirmatio facta sine causæ cognitione est ipso iure nulla, de quo dic. vt habetur in c. si. de electio. in 6 vbi etiam habes, an idem sit in amissione postulationis, vel collatione beneficij: & vide per Abb. in cap. nihil. de elect.

i ¶ Impendat) Hodie hæc confirmatio non est necessa-

In valida confirmatio parit effectus.

promouens puniendus, [a] Nihil est enim quod Ecclesiæ Dei magis officiat, [b] quam si indigni ad regimen [c] assumantur animarum.

Vbi maius periculum, ibi plenius consulendum, h. d.

Quod cum in cunctis [d] sacris ordinibus [e] sibi locum vendicet: in Episcopo tamen multò fortius, [f] qui ad curam aliorum positus in se ipso [g] debet ostendere, quomodo cæteros in domo Dei oporteat conseruari.

Inter duos electos præponendus dignior, h. d.

Quòd si fortè eligentium vota in duas se diuiserint partes, is confirmatorijs judicio alteri præferendus erit, qui majoribus juuatur studijs & meritis. [h]

Si vnus sit postulatus, alius electus, præponitur electus, æque idoneus, nisi postulantium sit duplo major numerus. Qui tamen, si ignoranter indignum postulauerint, nec postulatio, nec electio valet, sed si scienter, electio tenet, h. d.

Et si vacante Ecclesia, scisso in duas partes capitulo alius quidem electus fuerit, alius verò postulatus: quæri potest electio ne confirmanda, an verò postulatio sit admittenda? [i] In qua specie, si tam postulat° quam dicitur qui non habet qualit. requis. ad minister. cui præficitur Rebuf. de pac possess. D. Th. 2. 2. q. 63 Oran. decis. 13 Vbi & duebus appr. per examin. pro æquè idoneis in scientia, elect. vnius facta per Episc. fuit iudicata legitim. quamuis non esset Doctor, nec Sacerdos, nec pauper, sicus alter.

Nam istæ qualitates, quamuis sint considerabiles, tamen non faciunt dign. pro gubernanda parochia, cum vltro doctr. sint maioris consider. mores, & aptitudo, ad munus iniunct. Conc. Tr. sess. 24 c. 18 de ref. & etiam fuit declar. per sacrã congreg. eiusd. concil. per quod multum defertur iud. Episc. prout regul. ad iudicand. quis sit idoneus plur. valet arbit. super. Bald. in c. si p. debilit. de off. deleg. Doct. in c. sedes de reser. Menoch. de arbitr. cent. 1 casu 67 Intellig. quatenus super. rectè iudicauerit cons. 33 lib. 1 Tiraq. de nob. c. 10 Cum sec° esset si constaret de iniqua elec. ad quam ostendendam conceditur nouum examen, in causa appell. vt resoluit sacra Congr. Conc. ad Matoriam D. Nouar. in collect. decis. ad pragmat. 4 de actuariis & eorum salario.

Habentes curã animarum possunt appellari prælati.

Dignior autem dicitur ille, qui est, magis vtilis, & aptus ad beneficium cui præficitur Couar. in reg. peccat. part. 2 § 7 Lup. in c. per vestras de donat inter virum, & vxorem Hoied de incompatib. benefic. par. 1 c. 13 Et ista dignitas consistit in ætate legitima, literarã scientia, morum honestate, & ord. necess. c. cũ in cunct. § infer. de elect. Sylu. de benef. p. 3 q. 5 Conc. Tri. c. 1 cum seq. sess. 7 cap. 2 Prout è contra indign°

---

fia. Papa n. sibi reseru. potestatem super omnibus dignitatibus: solet tamen de gratia electos confirmare, vt per Abb. in c. nihil de electio.

a ¶ Puniendus.] Quomodo autem puniantur illicitè promouentes, & promoti, latè not. in c. nihil super verbo suspendatur de elect. Parit tamen nulla, & inualida confirmatio nonnulles effectus de quibus vide per Abb. & alios in c. cum super. de caus. possess. & proprieta.

b ¶ Officiat.] Quia quod sit à Præl. facile trahitur in exemplum, c. magnæ, de vot.

c ¶ Regimen.] Non quod prælati dicuntur regere animas, vnde aliàs dicuntur reg. 12 q. 1 c. duo sunt hac ratione omnes habentes curam animarum possunt appellari præl. c. nihil vbi Abb. de elect. nõ tamen strictè: vt no. infra de vit. & honest. præl. in Rubr.

d ¶ In cunctis.] c. cum in cunct. de elect. & inf. de vi & hon. præl. in prin.

e ¶ Sacris ordinib°.] Potest hic largè intelligere etiam de constitutis in minor. ordin. qui & ipsi possunt appellari sacri, vt no. 32 dist. in summa: licet per excellent. solum subdiac. & superior appellentur sacri vt præter Ab. in c. 1 de cler. coniug.

f ¶ Fortius.) Arg. à minori, de quo dicit, not. in c. cum in cunct. de elec.

g ¶ In seipso.] Facit c. magnæ de voto, & 1 q. 1 c. vilissimus, & 1 q. 7 c. conuenient. & in authent. de sanctissimis episcop. §. damnus.

ANT. TIMO. Vnde tenetur sub præcepto charit. vt diximus alias, propriam vitam exponere pro salute animarum, S. Th. 2. 2. q. 26 art. 5 tenetur enim reddere rationem pro animabus sibi commissis: si malè custodiuerit oues suas, c. pen. de reg. iur.

h ¶ Meritis.) Conc. c. qm. de iur patr. c. si fortè 63 distin. & de hoc habetur in cap. cum ecclesia vestra de elect. & in cap. 2 de off. cust.

ALOYSIVS RICCIVS Inter duos electos præferendus est dignior hoc dicit, quoniam cæteris paribus semper est peccatum mortale eligere ad curam animarum dignum omisso digniori, & hanc esse communem opinionem, testatur Salon. super D. Thom. 22 quæst. 63 art. 2 controuers. 3 conclus. 1 probatur in Conc. Trid. c. 1 sess. 24 de reform. & hoc procedit in foro interiori, secus verò exteriori vt per text. in c. cum olim cap. cum dilecti capite cum inter Canonicos de electio. Glos. penult in c. 2 de offic. custod. gl. verbo præstantior in ca. licèt 8 q. D. Th. 2. 2. qu. 63 art. 2 ad tertium Soto lib. 3 de iust. q. 6 art. 2 Concl. 6 idque statut. est propter tranquillitatem, & pacem Reip. Alias daretur occasio ad multas lites, & quæuis electio posset impugnari, & calumniam poti, propter

i ¶ Admittenda.) Nota hic differentiam inter postulationem, & electionem: quia postulatio non tio dicidoctor confirmari, sed admitti & hæc admissio habet vim electionis, & confirmationis: sed electio doctor mitti confirmari, vt hic & c. scriptum de elect. vbi de ratione diuersitatis dicitur per Abb. & Doctor. & vide quod firmarã not. infra de correpiscoporum vsu subl. § 1.

Postulatur ad non conc

electus sint idonei, responsum est. [a] Si postulantium numerus sit eligentiũ duplo maior, [b] vtique postulationem esse admittendam: sin id minus, electionem confirmandam. [c] Sed si postulantes indignum [d] nescii postulauerunt; nec postulatio, nec electio rata habenda erit; si scientes, & prudentes erit electio confirmanda.

Virtus vniuersitatis in duabus partibus de tribus

In confirmatione facienda citandi sunt, quorum interesse potest. b. d.

Illud [e] etiam confimantem obseruare oportet, ne dum nimia in confirmando celeritate [f] vtitur contra doctrinam Apostoli [g] proprium affectum Iuri, [h] & æquitati præponat Itaque si coelectus aliquis, vel contradictor apparet, ante confirmationem nominatim [i] vocandus est: alioqui si nemo apparet in foribus Ecclesiæ in qua electio facta est, generaliter [k] edicendum erit, vt si qui sint qui confirmationi futuræ velint opponere, [l] ad contradicendum in assignato peremptorio [m] termino, præsentes esse debeant. Quæ omnia locum habent, siue concorditer [n] electio fuerit celebrata, siue non.

opponentes electioni, si deficiant in probationibus, sunt puniendi. hoc dicit.

Sciant tamen ij, qui contra electionem opponẽdũ duxerint, se, si probationibus desti

a ¶ Responsum est.] In cap. scriptum. de elect.

b ¶ Duplo maior.] Id est, facta à duabus partibus capituli, vt si ex triginta canonicis viginti postulant, & decem eligunt, habetur in d. c. licet de elect. & in c. indemnitatibus eo tit. in 6 & per Io. And. in c. siquando eo tit. & libro Et ratio huius casus est secundũ Doct. in c. scriptum de elect. quia potentia capitularis, seu vniuersitatis cõsistit in duabus partibus, vnde in tertia parte non est aliqua virtus capitularis, l. nulli, & l. planè ff quod cuiusque vniuersitatis. Vnde licet postulatio sit via extraordinaria, & elect. ordinaria: ex quo tamẽ virtus capitul. sequitur illam viã extraordinariã, illa est præferenda: in c. cupientes § penult. de electio & vide quæ not in 6.

c ¶ Confirmandam] Etiam si non sit facta à maiore par. capitul. Sed contra de his, quæ habentur in c. ecclesia. 2 & c. coram de elect. vbi dicitur, quod debet currere ad electionem maior pars capituli Sol. quod hoc speciale est, quando electio concurrit cum postulatione. Et specialitatis ratio potest esse: quia non datis duabus partibus postulantium, non est ibi reperire potentiam capitularem: sed aliquid de virtute capitulari reperitur nunc in parte eligentium, cum habeat aliquos de duabus partibus, & habito respectu, quod eligentes prouident per viam ordinariam meliori modo quo potest, scilicet, consentiendo tamquam in sponsum, aliis persistentibus in viã extraordinaria, meritò præfertur ipsa electio maximè quòd sic citius consulitur, & prouidetur ecclesiæ, Abbas in cap. scriptum de elect.

d ¶ Indignum.] De materia in capitulo scriptum, de electione.

e ¶ Illud.] Cap. illud. distin. 23. & capite si. de electio. in 6.

f ¶ Celeritate.] Nota hic reprobari celeritatem. Est enim inimica consilio, vt dic. Solomon, & est quod hic dicitur generale in omnibus personis promouendis, 8. quæst. 2 cap. dilectissimi, & hoc tam ob reuerentiam sacramenti recipiendi, capitul Iudæi de cons. dis. 4 quã etiam ob multas alias rationes: de quibus prolixè not. in capit. sin de elect. in 6 & facit contra judices, sententias accelerantes, contra c. iudicantem 30 qu. 5 & tradita in leg. prolatam. C de sent. Interdum tamen commendatur, & desideratur, & pluribus de causis, de quibus not. in d. c. fin. super verb. celeritate

Celeritas inimica consilio

g ¶ Apost. li.] Scilicet ad Tim. c. 5 & 24 d. § 1 & distin. 78 c. quid est citò & de electionibus c. cum nobis & cap. fin eod tit. in 6.

h ¶ Iuri.) Quod facere non debet, ca. si quis Episcopus in fin distinct. 7.

i ¶ Nominatim.) Simile in c. statuimus de sen. excõ.

ALOYSIVS RICCIVS Quod in confirmatione facienda, citandi sunt quorum interest voluit, hic text. & in c. fin. de elect in 6 vbi quod elect. ad hoc vt confirmari possit requiritur vt fiat ditatio particularis eorum, qui habent interesse, & generalis per edictum contra omnes in genere etiam fuisse decisum testa. Frac. Mar. decis. 135 lib. 1 hocque habet locum, siue fiat cõfirmatio per superiorẽ siue per delegatum ab eodem, quia etiam nullo existẽte cõtra dictore debet fieri cit. per proclama generale, alias institutio non valeret Zabarell. cons. 31 in princ. sic etiam in õnibus elect. antequam electus confirmetur debet fieri citatio generalis de qua in d. cap fin. Zabarel consil. 112. in princ. Non tamen præsumitur citatio, & solemnitas si inter elect. & confirmationem intercessit tantum tempus quod possit fieri quia cũ confirmatio sit quædam sententia, sicuti præsumitur pro sententia, ita pro confirmatione Imola consil. 132 numer 3 & 4 vers. ad tertium & sic pariter procederet quãdo esse cõsuetudo in loco quod non fieret citatio nam valere confirmatio electionis sine citatione dict. Imola numero quarto, in fin versicul. præterea.

k ¶ Generaliter.] Et publicè, quia talia edicta in publico proponi debent, c. 1 de postula. & faciunt quæ not. in Cle. causam de elect. in § verum in quarta glos Et hoc est contra illos, qui adhuc fraudem faciunt constitututinio faciendo hanc vocationem fieri coram certis amicis.

l ¶ Opponere) Et poterit opponi non solum per viã accusationis, sed etiam per viã exceptionis: vt per Abb. in capite cum dilect. de dol. & cont. & capite accedens de accusatio.

m ¶ Peremptorio.) Sed nunquid post hunc terminum veniens audiretur? Super hoc dic. vt habetur. & not. in c. cum in tua ext. qui ma accus. poss. & per Ioan. And. in addi ad Specul. in titul. de cita. § viso in princip. officium tamen iudicis non conquiescit. vt not. est supra, & in capite cum nobis olim de elect. Et cum dicit hic peremptorio subaudi, & competenti.

n ¶ Concorditer) Id est nemine discrepante: vt not. in ca. cupientes in verb. concordem. de elect. in 6 & per Abat in c. in causis de elec. & in c. nos potest. de re

Contor. diuer.

tuti fuerint, ab omni pœnitentiæ [a] præsidio excluſos, legitimis pœnis [b] eſſe ſubjiciendos.

Poteſt diſpenſari cum electo ſchiſmatico, ſi nullum ordinem à ſchiſmaticis ſuſceperit, h. d.

De illo dubitari contigit, an eius, qui, abjurato [c] ſchiſmate, ad vnitatem Eccleſiæ redijt, confirmanda ſit electio: & reſponſum eſt. Si à ſchiſmaticis nullum ſuſceperit [d] ordinem, & eius electio canonicè celebrata deprehendatur, poſſe illam diſpenſatiuè [e] confirmari. [f]

Confirmatione contrahitur conjugium ſpirituale, h. d.

Igitur confirmatione ſecuta, inter electum, & perſonas eligentium, hoc eſt Eccleſiam, ſpirituale conjugium contrahitur. [g] Qua propter confirmatus liberam ſuper illis ſtatuendi nanciſcitur facultatem. [h]

Confirmatus, & nondum conſecratus exercet ſolum quæ ſunt iuriſdictiones, non quæ ſunt ordinis. Et nemo dat quod non habet, h. d.

Hoc autem ſic intelligi oportet, vt eorum quidem, quæ jurisdictionis ſunt, vt puta corrigendi, [i] excommunicandi jusiurandum, exigendi, conferendi, confirmandi, & ijs ſimilium libera confirmato permiſſa ſit tractatio. [K] Ea vero, quæ non iurisdictionis, ſed ordinis ſunt, veluti [l] clericorum ordinationes, benedictiones virginum, depoſitiones, Eccleſiarum, & altarium conſecrationes, ante propriam conſecrationem peragere prohibetur. Quod ſi ſecus fecerit, ſuſpenſionis ſententiam, conſecrationem aliquid reale conferre Epiſcopo, & confirmatur per c. 1 de ordina. ab Epiſcopo, qui renuncia. Not. 2 Epiſcopum habere poteſtatem iurisdictionis, de quibus eſt text. in ea aqua de Conſecratione Eccleſ. vel altar. & vna confertur per confirmationem, altera verò per conſecrationem.

---

a ¶ Pœnitentiæ.] Nec enim in alterius detrimentum propoſitum mutare qualicet cap. mutare de re iud. in 6 cum ſuis concor. ad idē c. publicato de electio Et quod ſemel placuit non poteſt amplius diſplicere vbi verſatur alterius[9] intereſſe, ea. quod ſemel de reg. iur. in 6 niſi in caſibus, in quibus iura pœnitentiam, & variationem admittunt. vt ibi iuro. Sed quid ſi promouend[9] cōſentit, quòd opponens renunciet obiectis, vel qualitati obiectus? Reſpondeo vt not. in cap. ab eo de election. in 6

b ¶ Pœnis.] Quæ ſint autem pœnæ huiuſmodi, die. vt in cap. 1 § fi. & c. ſi fortè, & cap. ab eo. & cap. cupientes, de elect. in 6

c ¶ Abiurato.] Abiurare eſt cum iuramēto renunciare. Non ergo quod ſchiſmatici tinentur abiurare velut hæretici: aliàs non ſunt ab Eccleſia recipiendi, cap. quia diligentia. de election. in 6.

d ¶ Suſceperit.] Idē ſi ſuſceperit, ſed ignoranter: quia cum ordinaretur, neſciret damnatum ordinatorem, c. 1 de ſchiſma. 9. quæſt. 1 cap. ordinationes, facit, qu. 1 cap. ſi quis à ſimoniacis.

e ¶ Diſpenſatiuè.] Sed à quo obtineri debebit diſpenſatio? Reſpond. à Papa tantum, ſecundum Abb. in cap. quia diligentia de elect. Immo non videtur neceſſ. diſpenſ. c. ferrum. diſt. 50 Sol. quod ibi dicitur habet locum quoad Deum, ſecundum Hoſtien. ſecus eſt quoad homines, vt hic, & c. quia diligentia de elect. & in c. quia circa de bigam. & in c. fin. de temp. ord.

f ¶ Confirmari.] Not. ergo caſum, in quo electis nulla, tanquam facta de intelligibili, diſpenſatiuè admittitur, & confirmatur per ſuperiorem: concor. d. c. quia diligentia vnde ſumitur: regulariter contra cap. innotuit de elect.

Io. Bap. Igitur confirmatione.] CASVS. Quidam electus & Confirmatus ad certam Eccleſiam volebat in ea ſingula poteſtatis iura exercere, illa ratione motus, quod confirmatio tribuat ius non ad Eccleſiam, ſed in Eccſia, & primo erat plenū, cum concedatur ex certa ſcientia Abba. in cap. 1 de confirmat. Sol tamen vt hic dicitur, quia poteſtas. Ordinis dependet à conſecratione, vt inf. per tot. tit. ſeq. & propterea non tenet obiectio, vt de ſe patet. Not. 1 arg. iuxta canoniſtarum ſententiam, conſecrationem aliquid reale conferre Epiſcopo, & confirmatur per c. 1 de ordina. ab Epiſcopo, qui renuncia. Not. 2 Epiſcopum habere poteſtatem iurisdictionis, de quibus eſt text. in ea aqua de Conſecratione Eccleſ. vel altar. & vna confertur per confirmationem, altera verò per conſecrationem.

g ¶ Contrahitur.] Capit. inter corporalia de tranſlat. vbi de materia latè per Butri. Abba. & reliquos. Non tamen propterea poteſt appellari Epiſcopus ante conſecrationem cum non ſit conſummatum coniugium ſpirituale: vt per Abb. in cap. eam te. de reſcript. & in c. de multa dē præb. Arg. tamen contra in capite 1 de tranſlat. prælat. Sol. vt per Abbat. ibi. Sed an poſſit ſaltem appellari prælatus? Reſpondeo affirmatiuè, cum habeat officium cum iurisdictione, vt hic: & hoc facit prælatum Abbas in d. c. de multa, & hoc tenet Abbas in cap. tam literis de teſtibus.

Quād poſſit quem Epiſcopū appellari.

h ¶ Facultatem.] Sed nonne requiritur inſtallatio? ca. vt noſtrum. de offic. Archid. Reſpondeo, id ita demum ſi ſit conſuetudo, vt per Abb. in cap. cum ſuper de cau. poſſ. & propri. & per eundem in cap. tranſmiſſam. de elec. aliàs, & ante inſtallationem confirmatus adminiſtrat. Ad quia ergo inſtallatio? Reſpondeo ſecundum Abb. in d. cap. d. c. cum ſuper. vt acquirat poſſeſſionem Eccleſiæ, quam non acquirit ex eo ſolum, quod agit pro iuribus Eccleſiæ. Item propter ſolemnitatem quandam, ne videatur propria auctoritate intrare poſſeſſionem. Item intellige, quod hic dicitur, ſi alius non ſit in poſſeſſione, vt per Abb. in d. cap. cum ſuper.

In ſtallatio ad tollata.

* Hoc ipſum & nos firmamus ad Flamin. Pariſium de reſignat. Benefic. lib. 7 q. 21. SOLIER.

i ¶ Corrigendi.] Sed an poſſit etiam deponere? Reſpond. vt per Abbatum in capite tranſmiſſam de election. & facit ad hunc tex. capite ſicut. §. propterea de elect.

Confirmatus dat indulgentias.

K ¶ Tractatio.] Sed an poſſit indulgentias concedere? Reſpondeo affirmatiuè, vt per Abbatum in capite ſuffraganeis, de electione. Poterit etiam ſi ſit Archiepiſcopus, confirmare ſuffraganeos ſecundum Butr. & Abbatum in capite 1. de tranſlatione præl.

l ¶ Veluti.] Not. hic quæ dicātur eſſe ord. alia etiā enu-

merantur per Abb. in cap. veniens de præs.

a ¶ Indigere.] Et sic nota, quòd nemo dat quod non habet. fac. l. traditio ff. de a. qu. possess. l. si vniuersæ C. de leg. Sed quid si non erat verus prælatus, an ab eo gesta debeant haberi rata? Respondeo, vt per Abb. & alios in capitulo, dudum de electione, & per Legistas in lege Barbarius ff. de offic. prætoris.

hibetur? Neque enim ratio suadere videtur, vt quis in alios id conferre possit, quo eundem indigere[a] dignoscitur. Quod si consecratus sit, non solum quæ jurisdictionis, verum etiam quæ ordinis sunt, exequi poterit.

DE CONSECRATIONE.

TIT. X.

Consecrationis. { Tempus. Personæ concurrentes. Modus.

Io. Bapt. Post explicationē illorum actuum, quibus promotio ista prælatorum initiatur ac perficitur, sequitur videre de vltimo actu quo cōsummatur, qui cum sit ipsa consecratio iuxta not. in ca. fin. de translat. Episc. propterea de ea in præsenti ti tul. pertractat. qui diuiditur in tres partes, in prima habetur intra quātum tempus sit facienda consecratio, in secunda, per quod & quos fieri debeat: in tertia quomodo sit facienda. secunda, ibi, ordinationi: tertia ibi, congregatis.

DEbet igitur is qui canonicè[b] electꝰ cōfirmatus, & examinatus[c] est, nouissimè consecrari.

Quod quidem ne Ecclesia Pastoris quasi[d] destituta solatio aliquod patiatur incommodum, intra tres menses[e] post electionem, nisi legitimum subsit impedimentum[f] expediri debet. Alioqui si Metropolitanus, aut ij, ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint. Ecclesiasticis condemnationibus subjiciendi * erunt.

Io. Bapt. DEBET igitur.] CASVS. Quidam fuit electus, & confirmatus ad regimen certæ eccles. & cum deberet quoque consecrari, fuit quæsitum intra quantum tēpus id esset faciendum, statim enim videbatur primò respondendum cum habeat ius in eccl. § si supra tit. prox. & ibi diximus, Sol tamen vt hic dicitur quia impositio manus dicebat apostolus, non est citò imponenda: obiectio autem non tenet, quia illud intelligitur secundum statuta canonum. Not. etiam in rebus sacris dilationem locum habere vt canonicè cōferantur cap. 2 dist. 75.

b CAnonicè.] Quia si consecraretur non canonicè electus, & consecrans, & consecratus essent deponendi c. nullus dist. 62 cum contor. ibi alleg.

c ¶ Examinatus.] Secundum ea, quæ habes in c. qui Episcopus dist. 23. Et scrutinium, siuè examen hoc, quod fit in consecrando, numquam est omittendum, etiam ciros notum d. c. qui Episcopus, vbi no. secus est de scrutinio electionis, quod potest omitti in personis not. dist. 47 capite de Petro, & distinctione 94. capite valdè.

Scrutinium quando possit omitti.

d ¶ Quasi.] Hæc dictio diminuit parum de signo, cui additur, nec enim Ecclesia, cuius Episcopus adhuc consecratus non est, potest absolutè dici viduata, cum confirmatus exerceat in Ecclesia ea, quæ sunt iurisdictionis, vt supra titulus proxim. § fin. & per Abbatem in capitulo, inter corporalia de translat. Aliquando tamen est veritatis expressiua; vt in lege prima ff. de transact. & in Euangelio Gloriam quasi vni-

Quasi.

geniti. Sed regulariter contra, vt hic & per Abb. in capitulo dudum 1 de electio. & in c. significauerunt. de iud. & in c. parrochianos de decim. & in c. fi. § in aliis, vt lit. non contest. Sed cum non consecratus non exerceat quæ sunt ordinis, nec possit episcopus appellari 3 ca. tua de his quæ fiunt à præl. fin. cons. c. & nota in Cle. 1 de baptisma. & per Abb. in rub. & c. primo. de translat. prælat. & supra tit. 1 § fin. ideo saltem largè videtur eccles. viduata, & fine viro fac. c. quē d. 100. e ¶ Tres menses.] Vt in c. quoniam dist. 100 & c. quoniam dist. 75 & c. de Siracusanæ dist. 28 f ¶ Impedimentum.] Veluti si sit causatum ab inexcusabili necessit. vt in c. quoniā di. 75.

ALOYSIVS RICCIVS. In hoc § agitur, quod post quā Ep. est electus, confir. & exam. debet nouissimè consecrari, in qua consecr. hæc seruanda sunt 1. vt Sacer. sit vt habetur in c. 1 d. 77 Ab. in ca. cū in cunct. § cum verò n. 5 de elect. addit. ad Diaz in pract. cap. 24 vers. item pro motus idq; meritò, nam vbi consecr. miss. celebrat. vt habetur in Miss. R. & in Pontif. nouo hoc autē facere non potest nisi Sac. sic vt probauit Vgol. in tr. de sacr. tab. 4 quod & dubitat. non habet eum conficere corp. & sang. Christi Domini habeat quæ sine Sacerd. ord. fieri nequeunt vt eodem in loco asseruit prædict. Vgolin. atq; quod de substantia consecr. non est ipsa missa si consecretur ante aquam Sacer. sit an Episc. potestatem recipit? Canonistæ tenent potestatem ab eo recipi, communiter enim concludunt de jure positiuo esse vt consecrandus Sacer. sit Couarr. var. resolut. lib. 1 c. 10 n. 15. Soc. Sen. in ca. tuæ lit. n. 16 vbi ait hanc esse commun. opin. testat. de Cleric. per salt. promot. in q. tenens Theol. vt test. Azor inst. mor. p. 2 lib. 3 c. 30 q. 9 quorum opinio magis mihi placet, & Azor. ead. q. 13 disp. q. illam an institutio Episc. sit de iure diuino an positiuo. Secundò consecratio facienda est die Dominico c. 1 & c. quo die vbi gl. dist. 75. Tertiò debent interesse tres Episcopi consecrationi, alioquin non valet vt in § seq. Quartò debet fieri intra 3 menses, prout hic aduertitur c. quem d. dist. 75 & § tempus aut consecrationis ead. dist. alioquin ipsis elapsis si consecratio facta non sit ad restit. fructuum perceptorum tenetur, ita fuit constit. per S. C. Triā. sess. 23 de reform. c. 2 q. tempus currit à die promotionis ei, qui præsens adest Cald. cons. 40 & 50 de elect. quem alleg. Tusc. in eius Sylu. conc. 743 verb. consec. & in concil. seq. vbi latè circa istam materiam.

Istā tñ. conclusionē scil. quod infra tres menses dēt fieri consecratio declara vbi iusto impedimento detinere-

tur

neretur vt petè morbo aliquè facti impedimento tunc. n. excusatur & pœna euadit arg. d. c. qm & tot. tit. de cleric. ægrot. constitution. S. Synodi lex est, lex aût de re possibili esse dêt cap. erit aut lex. distin. 4 ergo vbi consecrari nequit excusat arg. l. impossibilium, ff de reg. iur atque sic habetur in d. cap. qm vbi gl. & hoc iustum impedimentum dñ necessitas quæ legem non habet vt in l. 1 vbi Bal. ff de off. cons. Nouel. reg 102 in tantû quæ necessitas oib. legib. derogat nulliq; legi subiacet, sed per se ipsam legem facit vt per Viuium in decis. 322 vbi latè. Sic êt declara vbi de iure impedirêt, vt quia excommunic. censuraue alia irretitus est, & per ipsum non statur, quo minus absoluatur, vel de aliquo delicto est accusatus, & antequam innocentem se probat têpus hoc elabitur. non n. in hanc pœnam incidet qñ quidem non valeti agere præscriptio non currit Fel. in c. ex transmissa nu. 7 cum seq. de præscr. Paris. & alij ab eo citati de resignat. benef. lib 11 q. 13 nu. 11 Vnde si lis esset super Episcopatu lite pendente excusabitur si interim tempus elabitur, & sic pariter procederet, si esset promotus à Papa & licentiam consecrandi non habere, quoniam in hoc casu licentia petitur Gemin. cons. 42 quem refer. & sequitur Tusc. d. concluſ. 743 nu. 8 & 9 secus autem. si sua culpa, vt si per indignationem membrum sibi mutilasset.

Consecrationi interesse debent adminus tres Episcopi: alioqui non valet. h. d.

Ordinationi autem interesse debet non solum Metropolitanus[a] verum etiam comprouinciales[b] Episcopi, qui numerum conficiunt trium, [c] Nam & Beatus Iacobus qui Iustis appellatus est, à Petro, Ioanne & altero Iacobo Apostolis ordinatus est, [d] Successoribus suis, scilicet formam dantibus, vt non minus quoque tribus Episcopis, ceteris quoque assensum præbentibus. Episcopus ordinetur. Quod si ab vno, vel duobus Episcopis ordinatio Expedita fuerit, taliter ordinatis, vt Episcopi nominentur à Sanctis Patribus interdicitur. Ergo si nomen[e] non habent officium qualiter habebunt?

Suffraganei à Metropolitanis vocati debent comparere vel se excusare. hoc dicit.

Euocandi sunt igitur à Metropolitano suffraganei, qui si omnes concurrant, bene est si aliqui conuenire non possunt, sui præsentiam[f] per epistolam facere debent.

Quintò requiritur ad illam principalem conclusionem vt Papæ licentia postuletur, quod inferiores eum consecrent quæ licentia datur in ipsis literis promotionis, vt á quocumque Catholico Episcopo consecretur Fel in d. capite per tuas numero secundo de maiore & obedientes.

* Subiiciendi] Ex concilio Tridentino sess. 7 capite 9 ad maiores ecclesias promoti munus consecrationis intra á iure statutum suscipiet: & debent & prorogationes vltra sex menses concessæ nulli suffragantur & postmodum sess. 23 capite 20 res ita definita fuit vt ecclesiis cathedralibus seu aliis superioribus quocumque nomine & titulo præfecti, etiamsi sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales sint, si munus cõsecrationis intra tres menses non susceperunt ad fructuum præceptorum restitutionem teneantur: si verò intra totidem menses postea id facere neglexerint ecclesijs ipso iure sint priuati. Cæterum beneficia electi in Episcopum vacant ipso iure post consecrationem & adeptam possessionem aut elapsum tempus ad petendam cõsecrationẽ præfixum, capite cum in cunctis. § cum verò de elect. SOLIER.

Ordinationi.] Hæc pars diuiditur in duas particul. in prima habetur cui & quot debeant consecrare: in secunda quid iuris si sint impediti: secunda ibi, quod sit quoad primum CASVS Archiep. iscopus quidam volebat ipse solus consecrare Episcopum, quendam eius suffraganeum: putabat autem id sibi licere, tum quia ipse debet confirmare cap. primo de transl. tum etiam ad similitudinem Ordinationis alicuius sacerdotis, capite presbyter dist. 13 Sol vt hic dicitur, & ob rationem in text. assignatam, non obstant obiecta ob diuersam actuum ac personarum qualitatem. Not. Episcopos certam & propriã habere consecrationis, seu Ordinationis formam distinc. 75 per tot. Not. secundò nomen significare aliquando officium in personis in dignitate constitutis, capite quod autem distinction. 68.

a ¶ Metropolitanus] Immo in casu non sufficiet interuẽtus Metropolitani, puta si sit confirmatus à Papa: quam tunc non poterit consecrari inferiorem sine licentia Papæ arg. capite meminimus, vbi Abb. not capi. in distribuendis de temp. ordi. & cap. ante. pen. vbi not. de electio. in 5 nisi tamen aliud habere consuetudo.

b ¶ Comprouinciales) Ca. Episcopi c. prouinciales, & per tot. dis. 64

c ¶ Trium) Computato Metropolitano, vt not. in capit. Episcopis distinc. 64.

ANTITIM. De hoc est dispositum in canõ. Apostolorum, c. 1 ita Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur, Tom. 1 Concil. expressè mandat Damasus Papa c. corepiscopi, § quod aût dist 68 quod si pauciores essent, nihil agerent secundum. gl. inc. nec Episcopi de tem. ord. Petrus de Palud in lib. de potestate Papæ dicit ternarium numerum non esse de substantia consecrationis. Vnde & Gregor. in Anglia nouiter conuersa legitur super hoc dispensasse.

ALOYSIVS RICCIVS Inter alia quę requiruntur in consecratione pro vt supra diximus est vt debeant ad minus tres Episcopi interesse, alias non valet consecratio, vt hic habetur, adde tex. in cap. prouinciales & in c. Episcopi distinc. 74. capite fin. distinc. 66. & capite fin. distinc. 80.

d ¶ Ordinatus est.) Sed nonne omnes Apostoli erant Episcopi? Videtur quo sic: quia Petro fuit datus Pontificatus, & alij quoque fuerunt pari potestate prædit capite in nouo distinct 21 Item Episcopi successerunt in locum Apostolorum: vt capite quorum distinc. 68 ergo Apostoli fuerunt Episcopi Et de Iuda legitur: Et Episcopatum eius accipia alter: quomodo ergo Iacobus de nouo fuit ordinatus Episcopus? Respon. vt nota. in cap. fin. distin. 66. *Omnes Apostoli Episcopi*

e ¶ Nomen.) facit distin 68 § quod autem. Vnde etiam versus: Sic reprimeris, nec nomen habere mereris Fa l. statutis, C. de sent. ex breuiere l. à nullo C. de fer ijs 32 quæst. 4 capite dicat in fin & dist. 66 capite fratrem, & 16 quæst 1 cap. si cupis. *Præsentia.*

f ¶ Præsentiam.] Nota quod per epistolam dicitur quis exhibere præsentiam suam, concor. capite non debet, distinc. 65 quod tamen non valeret ad contrahen-

dam stipulationem : vt in l. primò ff. de verb. obl. sed benè, vt procurator exoneretur á satisdatione. l. si procuratorem. ff. de procu. argument. contra de pœnit. distin. primò capite quem pœnitet. & iust de aut. tuto § primò & liber pupillus, § obligari, digestis de aut tut. Per nuntium quòque siue per procuratorem dicitur quis exhibere præsentiam suam, not. Doct. in capite cum parati. de appell. per capite Episcopus, dist. 18 fac. cap. pen. de iur. calum. vide quæ not. in Cle. dudum de sepul in verb. præsentari, & in c. ea noscitur de his, quæ fiunt à prel. Facit hoc ad statuta, & alias dispositiones requirentes præsentiam alicuius.

Archiepiscopus impeditus consecrationem sui suffraganei alteri committere potest. h. d.

Quod si Metropolitanus, vel infirmitate, vel alia iusta causa, [a] ita præpediatur, vt suorum suffraganeorum aliquem consecrate non valeat, aliqui coepiscoporum vices suas demandare [b] poterit, à quo consecrandus munus consecrationis recipere tenebitur, [c]

Deficientibus Episcopis comprouincialibus, aduocandi sunt Episcopi vicinæ prouinciæ.

Illud quæsitum est: Si in prouincia, in qua olim plures Episcopi fuerunt, vnum tantum remanere contigerit, quid fieri debeat, cum & solus ordinare non possit, & nullos, quos conuocet habeat prouinciales ? De hoc in Sardicensi Concilio statutum legitur: vt superstes Episcopus [d] conuocet [e] Episcopos [f] vicinæ prouinciæ, & cum eis comprouinciales sibimet episcopos ordinet [g]

Gl. Bap. Quod si. CASVS. Archiepiscopus sciens proprio iure ad se pertinere Consecrationem suorum suffraganeorum ob impedimentum volebat eam alteri demandare, & in defectum suffraganeorũ volebat Episcopos vicinæ prouinciæ vocare ad consecrand. quendam suum suffraganeum, vnde quæsitum fuit quid iuris ? per capite aqua de consecrat. negatiuè erat respondendum. sol tamen vt hic legimus quia cum ista delegatio & vocatio fiat de Episcopis, est legitima, cum sint eiusdem ordinis, & differunt inter se tantum ratione diœcesis, quam quisque habet assignatam, & ideo non obstat obiectio. Not 1 actum consecrandi posse delegari iis qui sunt eiusd. Ordinis d. cap. aqua, & ibi doct. Not 2 Episcopos conuenire inter se in iis quæ sunt ordinis. § penultim. supra de Episcopis.

a ¶ Iusta causa.] Videum ergo, quod nisi sit aliquod iustum impedimentum ex sola voluntate, & arbitrio non possit Archiepiscopus committere hanc consecrationem Contra tñ tenet Host. in capite quod sedem de offi. ord. vnde hic sumitur: & eius opin. comiter tenetur, vt per Abb. d. loco, & quod hic & in d. c. quod sedem dicitur de impedimento, habet locum de honestate.

b ¶ Demandare.] Not. ergo, quod Archiepiscopus demandat ea, quæ sunt ordinis: & sic committit ea, quæ sunt meri imperij: cum exerceat in consecrando iurisdictio ex officio nobili ad publicam vtilitatem, vt habetur in c. quod sedem de offi. ord. & in c. ex qua de consecr. Eccl. vel alt. & in c. suffraganeis, de electio. quod intellige, vt infra de consecr. & repar. Eccles. vel alta. § confici.

ALOYSIVS RICCIVS Archiepiscopus impeditus cõsecrationem sui suffraganei alteri committere potest certum est enim quod Archiepiscopis potest mandare vices suas, & ille tenetur recipere, & potest illum compellere c. pastoralis de offic. iudic. ordin. & iussu Archiepiscopi suffraganei illum consecrare debet c. si Archiepiscopus de tempor. ord. aliàs sine sui præsentia episcopus non debet consacrare c. Episcopus non est distinc. 65 & Episcopus sic consacratus debet visitare Archiepiscopum intra duos menses, & si non possit impeditus iusta de causa, hoc ei significatur distinct. 65 si quis metropolitana. Item & ordinarius tenetur recipere consecrationem ab eo, cui mandauerit, licèt in hoc grauetur quod iudex superior hoc facit iure suo, suffraganei vero ad mandatum illius in § si verò duo super quæstionum de offic. deleg. Archiepiscopus potest committere ea quæ sunt iurisdictionis etiam illis qui eam non habent c. pastoralis de offic. iudic ordin. sed ea quæ sunt ordinis, & consecrationis committere non potest his, qui ea non habent puta illis qui non sunt Episcopi, vel Archiepiscopi vel maiores Nec etiam talia dicuntur committi sed cum mandat Archiepiscopus suffraganeis, vt hoc faciant sola authoritas eis deest, & nihil committit eis Archiepiscopus, nisi quia dat autoritatẽ propter precationem quam habet super illis, & hoc patet ex hoc quod quandoque Episcopi inuitantur ad hæc facienda ab illis, qui c. facere non possũt vt puta capitulum, quãdoque inuitat alium Episcopum ad cõsecrandum Ecclesiam, vel altare, vel ad clericos ordinandum 7 qu. 1 Pontifices Item satis potest dici secundum canones, quod ea, quæ sunt meri Imperii possunt delegari, vt depositio 24 q. 4 cap. illud, & 2. quæst. 7 c. sicut secundum leges non possunt, nisi cum delegatis non potest adesse l. 1. ff. de offic. eius.

c ¶ Tenebitur.] Vt c. pastoralis de offic. ordi. tenetur essent intra duos menses visitare Archiepiscopum, nisi sit impeditus quo casu debet esset impedimentum significare per literas, c. si quis in Metropolitana, dist. 65. & not. in c. quod sedem de offi. ord Sed. an eqmadmodum consecrandus suffraganeus tenetur recipere munus consecrationis ab eo cui hoc est demandatum : ita & officium consecrandi is, cui est actus consecrandi demandatus? R. quod si est suffrag. hoc onus detrectare non potest. secus si sit non subditus, vt per Ab. in d. c. quod sedẽ.

d ¶ Superstes episcopus.] Argu. quod vniuersitas in vno residet l. sicut § fi. ff. quod cuiusque vniuer. nomo. imo potius est arg. in contrarium cum iste solus non possit, quod vniuersitas potuit, pro quo arg. in l. si grege ff. de leg. 1 & § si grex instit. de leg. & fac ad q. an si omnes electores delinquant in eligendo præter vnum in illo resideat ius eligendi ? De quo vide quod not. ca. si dist. 65 & in c. per inquisitionem de elect. *Vniuersitas an resideat in vno.*

e ¶ Conuocet.] Sed nunquid tenebuntur isti conuenire ad conuocationem istius? Resp. tenentur : quia si non venirent peccarent arg. 11 q. 1 in c. sicut enim, & c. præcipimus, dist. 90 & debent tunc cogi ab ipso prælato, vel Papa. Quidam dicunt, quod etiam ab isto cõpelli possũt auctoritate d. c. si dist. 65 & sic quandoq; par in parẽ habet imper. fac. 2 q. 6 c. placet, 2 & 6 q. 4 c. 2 *Par in parem aliquan do habet imperium.*

f ¶ Episcopos.] Sed quis dabit his expensas R. Eccl. quẽ vocat. arg. 4 q. 3 c. venturis, & 10 q. 3 c. cauendũ. & 12 q. 2. charitatem. Quod sit tenuis tunc coinedent de suo c. cum ab omni de vti & honest. cleric.

g ¶ Ordinet.] Quid si superseet hoc facere negligat,

tunc prouidendum erit iuxta tenore c. fi. dist, 65.

Congregatis] CASVS. Archiepiscopi, & Episcopi consecrando quendam Episcopum volebant illam iuris solemnitatem obseruare, quæ hic habetur, vnde fuit dubitatum an possent? negatiuè enim videbatur respondendum, quia cum potestas ordinis immediate sit à Christo qui omnia sacramenta instituit, vt de fide habemus, non debet aliquid addi Sol. vt hic dicitur, quia ratione congruentiæ erat omninò necessarium, vnde non obstat obiectio propter istam congruentiam, cuius gratia Ecclesia & circa sacramẽta potest aliquid statuere Cle. 1 de baptis. cum simil. Not. argumentum quod fidelitatis iuramentum sit præstandum ab omni eo, qui ad aliquod officium promoueatur. capite ergo N. de iureiur.

a ¶ Tertia] Multiplex est ratio de hora tertia, quia tunc debet missa publicè celebrari, de cons. dist. primo capite nocte sine qua nec Ecclesia potest consecrari, capite omnes de consecrationes dist. primo Item quia spiritus Sanctus in igneis linguis hora tertia dicitur descendisse super Apostolos. capite nocte. in quorum locum succedunt Episcopi capite in nono dist. secundo Item quia illa hora Dominus est crucifixus, vt ibidem dicitur, Et illa hora Apostoli consecrauerunt Paulum & Barnabam: vt not. in cap. ordinationes 1 dist. 75. An autem hora, vel missæ celebratio sit de substantia consecrationis, vel collationis ordinum, not. d. c. ordinationes, & in c. quod sicut. § 1 de ele.

b ¶ Scrutinio.] Vt capite quod Episcopus dist. 24 & capite ordinationes dist. 75.

c ¶ Codicem.] Sed an hæc libri supra caput tentio sit de substantia actus? Respond. communiter tenetur quod non: vt notatio in capite Episcopus distinctio 23.

d ¶ Tenentes.] Sed quæritur: An quilibet horum ordinet Episcopum? Potest dici, quod nullus horum ordinat, sed quelibet consecrat. Consecrare enim est cum alio sacrare 24 quæst. primò capite pudenda, sicut plures ferunt trabem, ita quod nullus per se lib. ita vulneratus, §. primo digestis ad leg Aquilitatem arg. contra in lib. vulgatis. ff. de fur.

e ¶ Deliniant.] Vt in capite vniuersa de sacra vnctio.

f ¶ Fidelitas.] Sed an fidelitas: & homagium sint idem? Resp. non. & differunt prout ponitur per Abbatem in cap. ex diligenti de simo.

g ¶ Rescripti.] capite orgo. de iur. capite significasti. de electiones & de forma, qua inferiores iurant Episcopo per Abbatem in capite tua nos de inter iurandum.

Quomodo sit explicanda consecratio. h. d.

Congregatis igitur hora Dominicæ lucis tertia [a] Episcopis & Scrutinio [b] cum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi Euangelij codicem [c] tenentes [d] manus imponant, & vno super eodem benedictionem fundente, cæteri, qui absunt manibus suis caput eius tangunt: atque illud vnà cum manibus, sacro chrismate deliniant. [e] Quo demum peracto Ecclesiæ Romanæ, atque eius Pontificibus fidelitas [f] secundum formam Gregoriani rescripti [g] iuranda erit.

DE RECEPTIONE ET AVCTORITATE Palij.

TIT. XI.

Palliũ { Quotempore recipiatur, / Quomodo impediatur.

Pallij receptio non est differenda: & quis sit pallium.

HOc amplius [h] Metropolitanum [i] prospicere oportet, vt pallij petitionem [K] & receptionem non differat. [l] Cum sibi sine pallio Episcoporum consecrationem [m] minidus est Metropolitanus, verum hoc amplius, & cæ.

i ¶ Metropolitanum.] Metropolitanum, ideò dicit & non Archiepiscopum: quia ante pallij receptionem non debet appellari Archiepiscopus. Abb. in capite suffraganeis in tertiò not. de electione & in capite nisi eod. Sed Abbas bene potest appellari Abb. ante benedictionem: Abbatem in capite inter secundo de re iudice.

K ¶ Petitionem.] Sed à quo petet? Resp. à Patriarchis, vel à Summo Pontifice secundum distinctionem Abbatem & Burt. in Rub. eod.

l ¶ Differat.] Vltra tres menses deputatos: etiam consecrationi. capite quoniam distinctio 100 & per Abbatem in cap. ad honorem eod.

m ¶ Consecrationem] Multa sunt præterea, quæ non potest Metropolitanus sine pallio exercere: vt conuocare Concilium, conficere chrisma, & alia, & in capite quod sicut § super eo in fi. de electione Poterit tamen Metropolitanus talem consecrationem demandare vt supra tit. proxi § quod si Metropolitanus.

DE RECEPTIONE. & auctoritate Palij.

Cum Archiepiscopus sit maior Episcopo, ca. 1. distinctio 21 & habetur sup. de Episcopis. §. Archiepiscopi: ideo maior quoque solemnitas requiritur in eius persona, & propterea post titul. præcedẽ proponitur isse, qui diuiditur in 2 part. in prima explicatur materia proposita in secunda adnot continuatio: secunda ibi hæc de creandis. *Io. Bap.*

ANT TIM. Nota quod dicit Abb in rubr. eod quod nomẽ instud. Pallium debent scribi per se & non per l. ponat differentiam inter hæc duo nomina: nam pallium, inquit, est honestatis; palleum est dign.

HOc amplius] Hęc pars diuiditur in tres parti. in prima habetur quid sit pallium: in secunda quomodo sit conseden in 3. quando sit vtendum: secunda ibi, cuius: tertia ibi, sed eo: quo ad primum CASVS non figuratur Not. tamẽ pallium significare plenitudinẽ Pontificalis officij sub illa ratione, quo sine eo potestas ordinis exerceri nequeat & sic in cap. ad honorem eod inter se conciliant. *Io. Bap.*

h ¶ Hoc amplius.] Qod. nedum consecran-

mè permissam scire debeat. Est autem pallium Metropolitanorum [a] insigne ornamentum, [b] quod de corpore [c] Beati Petri sumitur Pastoralis officij plenitudinem [d] designans.

Volens aliquid palliando obijcere, debet iurare de calumnia: & intra duos menses obiecta probare: alioquin tenetur ad pœnã talionis, h. d.

Cuius receptio, vt citius explicetur, nouissimè [e] constitutum est, ne per cuiusvis criminis obiectionem fortè palliando faciendam differi possit: nisi obijcientes corporali iuramento præstito firmet se, nec agere quid quam callidè, ac de obiectis promptam fidem, hoc est intra bimestris temporis spatium [f] afferant ad talionis: vel extraordinariam pœnam se Præsidis obligantes arbitrio, si obiecta minimè probaberint. Quod si contradictores ista facere renuerint, eorum obiectionibus nequaquam obstantibus ad ipsius traditionem pallij procedendum erit.

Metropolitanus solũ in sua prouincia, & certis diebus pallio vtitur: & pallium personam sequitur: & ideo commodari non potest. h. d.

Sed eo nec semper, nec vbique Metropolitanus vti poterit (id enim soli Romano Põtifici, [g] dum missarum celebrat solemnia permittitur) verum in sua tantum prouincia, [h] ac certis dumtaxat diebus, [i] Et cum personam [k] pallium non transeat, nec alteri commodari [l] poterit; & cum eo quisque sepeliendus [m] erit.

* Est autem pallium] pallium est ornamentum patriarcharum, archiepiscoporũ, metropolitanorum & quandoque etiam episcoporũ de corpori beati Petri sumptum pontificalis officii plenitudinem conferens humeros pectusque more sacerdotalis stolę ambiens ante pectus pendens, Cruces nigras intextas habẽs alia ornamenta supertegens, Siluest. in summa verb. pallium Episcopi autẽ qui habent vsum pallij ex longa consuetudine & ecclesiarum suarum priuilegio sunt hostiensis, papien. messanea, quinque Silesiensis, Auicienſis, Augustuduum Bambergensis, Lucan. Feuret de abusu. l. 3 c. 3 n. 15 SOLIER.

a ¶ Metropolitanorũ) Sed cur non dicit generaliter episcoporũ, cum episcopi vtantur pallio cap. cum in iuuentute, de præsump. & ponant etiã de episcopis Host. in sum. cod & Abb. in rub. Respondeiur. com. episcopis pallium non competit, sed ex priuilegio tantũ: vt per Abb. in rubr. eod.

b ¶ Ornamentũ.] De cuius forma per Abb. & alios in rub. eod.

ANT. TIM. Forma autem Pallei, vt describitur ex Io. And. est quędam albi, seu pallidi coloris rotunda seu circularis, seu quæ clauditur ad modum circuli, vel coloris, ex parte posteriori licèt colorita extendatur circa collum seu pallenm circa brachia, quod habet quatuor cruces nigras: quarum prima est ante pectus secunda super brachio sinistro, tertia retro quarta super brach. dextro & significat mortificationem vitiorum, quę debet esse in prælato seu quatuor affectiones, vide latius per Abb. ibi.

c ¶ Corpore] id est de altari, vbi est situm corpus Beati Petri c. significasti vbi not de elect.

d ¶ Plenitudinem.] Vt dicitur & not. c. nisi & in c. ad honorum eod.

ANT. TIM. Forma traditionis pallii ea est: Tradimus tibi pallium, vt eo intra Eccles. tuã vtaris cap. 1. de aut. pallium.

Io. Bapt. Cuius.] CASVS. Quidam Archiepiscopus cum esset etiam consecratus petebat pallium & nolebat aliter examinari, nec alicui exceptioni respondere, illa motus ratione quod cum in quolibet actu suæ promotionis sit iudicatus idoneus, superfluum modo videbatur ipsum ad aliud examẽ teneri. Sol. vt hic habetur quia nullus actus & præsertim huiusmodi debet temerè celeb. & ideo nec etiam Obiectio concludit aliquid. Vnde not. aliqñ examen esse in aliquo actu necess. non simplic. sed accidentaliter, nempe si quis aliquid in contrarium velit opponere argumento toto tit. de except. in vtroque iure.

e ¶ Nouissimè.] Vt in extrauag. Io. 22. de aut & vsu pallii, quæ incipit, mal.

f ¶ Spatium] Nota quę id quod sit intra duos menses, videtur fieri in continenti.

Sed eo. CASVS. Quidam archiepis. volebat vti pallio indifferenter quouis loco, ac tempore immò etiam aliis commodare, idq; putabat licitum per c. pen. eod. in ver. vbique & argumẽto potestatis delegandi quæsũt Ordinis c. aqua de consecra. Sol. vt hic dicitur quia palliũ datur ratione loci, & personæ, per locum intelligе prouinciam & potestatem delegandi. declara iux not. in d. c. aqua, & ideo non obstat obiecta, vt apparet. No priuil. alicui concess. contemplatione quoq; alterius nõ posse exerceri in preiudicium illius, argumento. c. si diligenti. de foro compet. *Io. Bap.*

g ¶ Romano Pontifici] c. ad honorem. eo.

h ¶ Prouincia.] c. ex tuarum. eod. nisi aliter ex priuilegio sit tibi cũ censum: licet consuetudo etiam generalis id non posset inducere, habetur in d. c. ex tuarum

i ¶ Diebus] c. pen. & c. fin eod.

* Hi autem dies sunt natalis Domini eiusque Circumcisio. dies festi S. Sthephani, S. Ioannis Euang. Epiphaniæ, dies Palmar. Cœnæ Domini, tres dies festi Pẽtecostes: Natiuit. S. Ioan. Bap. dies festi Omniũ Apost. item, cum Eccl. dicant. clericos ordinãt Episc. sacr. item in diebus Eccl. solemnibus & die anniuersaria Dedicationis eccl. suæ, glos. in c. ad honorem de auctorit. & vsu pallii. SOLIER.

k ¶ Personam.] cap. ad hoc eod.

l ¶ Commodari.) Intellige pro vtendo, non prouidendo: puta vt sartor possit videre vt aliud faciat secundum Io And. & Abb. in cap. ad hoc eod.

m ¶ Sepeliendus.) Sed quid Archiepiscopus fuit translatus ad alium Archiepiscopatum: cum tunc nouũ pallium habere debeat, vt habetur in c. bonæ 2 de postul. prælat quid fiet tempore mortis? Quidã, quod primum debet remanere apud primam Ecclesiam, vt nota in d. capite bonæ Alii, quod debet cum ambobus sepeliri: & tenetur committere vt per Doctoris in capite ad hoc eo.

a ¶ Vita.) Est hic ordo naturalis. Primò enim fuit dictum: Qualiter nascantur, vel producantur in esse. Secundo quales sint vel esse débeant iam in esse deduct. 3 qualiter esse desinant, vt infra de translat. cum tit. sequ. & facit § fin infra de corepiscoporum vsu subl.

DE VITA, ET HONESTATE Prælatorum.

Io. Bap. Continuatur hęc materia per §fi supra tit. proximo, vel dicas secundo quod postquam author explicauit ingressũ prælatorum ad dignitatem Eccle. opus erat tractare de corũdẽ progressu, propterea proponitur nũc iste titu. qui diuiditur, in duas partes. in prima habetur in cõmunis qualis debeat esse vita prælati in 1 particulares quędam adnot eius virtutes: secunda ibi, ab improbatum.

Pleraque dicta de creatione Episcoporum habent locum etiam in alijs Prælatis. h. d.

Hæc de creandis Episcopis dixisse sufficiat; nunc de illorum vita [a] ac qualis eorum debeat esse conversatio, pleraque & de cæteris sacerdotibus intellecturi paucis expediamus.

DE VITA [b] *ET HONESTATE* [c] *Prælatorum.*

TIT. XII.

Vita tripliciter considerata. [b] Vita] Tripliciter cõsiderari potest vita, alia enim est vita naturæ alia disciplinæ, alia gratię Naturę vita est animæ & corporis coniunctio, & secundum hunc modũ intelligitur, quod dicitur à Philosopho, quod viuere viuentibus est esse: & hęc perdurat mediante cibo & potu, l. de his ff. de transact. Inde fit, vt quæ sunt ad vitam necessaria, interdum continuantur verbo vitæ: vt cum testator reliquit dilectæ personæ vitam in domo sua: de quo in leg. verbo victus §. de verbor. signif. Et de hac intelligitur. illud, quod præsumitur durare vsq; ad centum annus han vsus fructus, ff. quibus mod. vsus fr. amit in l. si vsus fruct. municip. ff. de vsus §i leg. & in l. fi. C. de sacrosc. eccl. l. præponebatur. ff. de iud. Vita disciplinæ, est modus, & ordo quidam, secundũ quem quis viuere Deit; & secundum hoc dicimus aliam esse vitam clericorum, aliam laicorum 12 q. 1 c. duo, & hominem esse vitæ irreprehensibilis. Aliam vitam actiuam: Aliam contemplatiuam. c. nisi de renun. c. licet de reg. Vita gratiæ dñi, cum quis moritur vitiis, & viuit Deo per opera bona. Hinc illud: Qui credit in me vitam habent. Et hanc perfectè non possumus habere in hoc sæculo c. maiores de baptismo. Sed de qua intelligitur in titulo nostro? Respon. de vita disciplinæ.

Prælati mores.

Sine crimine,
Non conuersans cum malis,
Corrigens seuere cum lenitate,
Non tolerans malos,
Orationi vacans,
Hospitalis,
Sobrius,
Non lucri cupidus,
Pudicus,
Habitu decenti,
Omni genere virtutum ornatus.

Qui præcellit dignitate debet, & innocentia præcellere. h. d.

DEbet [d] igitur Episcopus esse sine crimine, [e] & cunctum populum, cui præest, conuersatione & innocentia præcellere.

c ¶ Honestate.] Intellige de honestate morum non de modo diuiditiarum. vel quantitate facultatum, vt aliqui intelligũt rubricã de vita, & honest. cleric. & malè

Prælat verbum d ¶ Prælatorum.) Prælati verbum accipitur largè, & stricte. largè comprehendit etiam simplicem curatum, c. tua de cler. ægrot. stricte solum eum, qui habet contentiosam iurisdictionem. Ab in c. 2 de iudic. in c. de multa de præb. in c. requisiti. de test. in c. nihil de elect. in c. cum ab eccles. de offic. ord. in c. fin de pœnit. & remiss. & in d. c. tua. Et an. coadiutor possit appellari prælatus Abb. in c. de rectoribus. de cle. egro vel debil.

Io. Bap. DEbet igitur.) CASVS. Quidam Episcopus in eius regimine ac vita diuersis peccatis erat not, & idẽ erat reprehensibilis vnde fuit quæsitum quid iuris: cum enim contra naturam penè sit hominem siue peccato viuere, c. vnum ex arium. distinct. 25 videbatur propterea in dignitate sustinendus. Sol. tamen vt hic legimus per rationem in text. assignatã Non obstat obiectio, quia aliud est peccatũ & aliud crimen in d. c. habetur & in c. 1 dist. 81 Not. 1 tenere argumentum à superioribus prælatis ad inferiores quando militat eadem ratio. Not. 2 superiores debere subditos docere & nõ ab eis doceri, iuxta, c. vlt. & penul. dist. 36 Not 3 Præcipum docendi modum esse innocentiam, & bonitatem vitæ, c. nemo dist. 81.

Verbum debere, d ¶ DEBET.] Necessitatem importat hoc verbum, vt & alias, vt per Abb. in c. intellexi mus de iudic. aliquando decentiam, c. 1 de desponsat. impub. vbi Ab Vide per eundem Abb. in c. 1 de dol. & cont. & in c. si vir. de adult.

* Episcopus) quales esse debeant episcopi, quales eorũ familiares qualis mensa & supellex vid. Concil. Trid. sess. 2 sess. 13 capite 1 & sess. 25 capite primò de reformat. SOLIER.

e ¶ Sine crimine.) Benè dixit sine crimine, & non sine peccato: nam crimen est peccatum granius, distin. 81 in prin. & c. Apostolus. Alias si Episcopus deberet esse sine peccato, nullus posset in Episcopum ordinari. d. c. Apostolus fa. de pœnit. distin. 2 cap. penult.

ANT. TIM. Iuxta doctrinam D. Pau. primo Timo. 3. irreprehensibilem ibi Haymo, id est sine crimine, & capitali peccato.

ALOYSIVS RICCIVS In § & tribus sequentibus habetur, quod Episcopus debet esse sine crimine, ratio est quia Episcopalis dignitas maxima est, ita vt debeat antecellere statum religionũ arctissimè viuentium, & tanto superat excellentia regum gloria quanto aurum plumbo, vt in capite duo sunt 96. distin. vbi Episc. nuncupãtur fortissi. & colũnæ Eccl. vt in cle. 1 de

pœnit. & summi Sacerdotes, vt in cap. 1 de Sacrament. Nam Episcopi in eorum consecratione obligantur, ad statum perfectionis D. Thom. 2. 2 q. 184 art. 5 & si ab hac intentione recedit peccat mortaliter Gemin. in manual. past. c. 1 & facit tex. in cap. ante omnia de consec. dist. 5. vbi Episcopatus dicitur status perfectissimus. Hinc est quod ex mala vita prælatorum sæpe hæreses ortæ sunt Alph. de Castros de iust. hæret. punit. lib. 3. cap. 5 & pœnæ statutæ sunt contra prælatos non coercentes malos cap. præcipuè 11 quæst. 3 probat. Crisost. de sacerdot. libr. 4 & 6. Hinc dæmones dominantur malis prælatis sicut pecoribus, cap. non omnis 2. quæst. 7. Hinc Apostol. ad Thessalonicen. præcipit vt non solam à malo, sed à mali suspicione se abstineant. Hinc Contard. in tract. de offic. episc. lib. 2. inquit peiorem esse in Episcopo suspicionem patentem vitio latenti, ita quod nec cum propria sorore habitare debet, ne suspicio mali inde oriatur, cap. legitur dist. 71 & propterea quando elemosina viduis mulieribus largitur per senes bonæ famæ erogari faciat, cap. Episcopus dist. 88. cap. hospitiorum dist. 37. & omnes mali suspiciones Episcopus, sedulo vitare debet cap. cum ab omni de vita & honestat. cler.

Regis ad exemplum : nec sic inflectere sensus Humanos, præcepta valent, vt vita Regentis.

ANT. TIM. Vide B. Aug. de falsa, & vera pœnit. c. 10. Iudicans enim alios, qui est iudicandus, condemnat seipsum, capit. qui vult confiteri de pœnit. dist. 6. Quis enim, inquit Isid. lib. offic. alium de peccatis arguit, ipse à peccato debet esse alienus vide Ruba. lib. 3 de institut. elect. c. 1.

Qualis enim erit ædificatio discipuli, si se magistro intelligat esse præstantiorem ? [a] Nam Episcopus instruere, & admonere omnes debet. Nemo autem rectè monitoris personam suscipit, nisi qui moribus suis [b] aliorum errata condemnat. Quod non solum de Episcopo, sed etiam de omnibus, qui domui Dei deseruiunt, intelligi oportet. Quia vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores [c] laicos esse, quam clericos: quæque in alijs membris Ecclesiæ vacant à culpa, sæpè in sacerdotibus habentur illicita. [d]

Episcopus cauere debet ab improborum commertio, & in corrigendo non minus charitatem, quam potestatem exercere debet, h. d.

Ab improborum quoque commercijs abstinebit. Malorum enim consortia bonos corrumpunt ; [e] Habebit igitur secum honesti testimonij clericos, qui possint irreprehensibiles inueniri : & si quando illos, siue etiam laicos inter se dissidere contigerit ad pacem magis, quàm ad iudicium compellat, inque illis corrigendis plus agat benevolentia, quàm seueritas, plus charitas quam potestas, neque dominari magis, quam consulere subditis cupiat : [f] ne quod prouisum est ad

c ¶ Meliores.) Id est, clericos esse deteriores, quàm sint laici sufficit enim clerico, si est bonus, ita not. in c. qualis 8. q. 1 in fin.

Prælati male viuentes.

d ¶ Illicita.) Concor. c. omnium distin. 32 & prælati male viuendo dicuntur Ecclesiam polluere, quod quomodo procedat, vide per Abbat. in cap. veritatis de dol. & contu. Item mala vita prælati inducit præsumptionem contra totam Ecclesiam, quæ illum tolerat Abb. in ca. per inquisitionem de elect.

ANT. TIM. Vide quæ rectè admonet. Concil. Auernense, loquens Episcopis, & presbyteris, circa consuetudines, & conuersationes, c. 2.

Ab improborum.) Hæc pars diuiditur in duas partes ; in prima habetur qualiter prælatus procedere debeat in delictis puniendis ; in secunda quibus præcipuè virtutibus debeat esse ornatus : secunda ibi, in primis autem quoad primum CASVS. ita figuratur. Quidam Episcopi in corrigendis & puniendis delinquentibus oppositio modo procedebant, siquidem vnus eorum secundum iusti iam tantum procedebat per text. in c. 1. distin. 4 alter verò delicta tolerabat per dictum Sacræ scripturæ, quod Deus non vult mortem peccatoris. Vnde fuit quæsitum quid iuris Sol. vt hic dicitur, quia prælatus non tantum iudex, sed etiam pastor dicitur esse iuxta tex. in § 1 infra communia tam maiorum, qua ratione considerata nec etiam obiecta videntur obstare. Not. delicta non esse toleranda, nec etiam rigorosè punienda cap. disciplina, distinct. 45 hinc intelligimus cur in pœnis benigna est interpretatio facienda iuxta cap. in pœnis de reg. iur. in 6 l. pen. ff de pœnis.

Præsumitur contra tenentè familiã inhonestam.

e ¶ Corrumpunt.) 28 quæst. 1 c. sæpè. Vndè præsumitur contra prælatum detinentem in honestos familiares : vt per Abb. in cap. nulli de accusat.

ANT. TIM. Consonat illud Eccl. 3. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & Prouer. 13 & Psal. 17 Cum Sancto Sanctus eris, vide D. Ambros. lib. 1 offic. cap. 43 tom. 1 vide illud.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

f ¶ Cupiat.) Cap. licet dist. 45.

ANT. TIM. Iuxta præceptum Apostoli ad Gal. 6

Magistri quales.

a ¶ Præstantiorem.] Sic cap. quis dubitet dist. 96 & c. qualiter 8 q. 1 & c. statuimus, & c. quid proderit dist. 61 Magistri enim moribus, & scientia, & facundia debent alios præcedere l. magistros. C. de profes. & magist. lib. 10. Et erit talis magist. cuius comparatione discipuli paleæ dicantur, 25 d. c. criminis. Vnde quidam discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinæ, vt 48 dist. c. quoniam. Cum magister faciat cathedram, non cathedra magistrum c. fin. dist. 40.

Discipuli nimiũ festinãt.

ANT. TIM. Hinc Sanctus Gregorius in Epistola ad Hermanum Episcopum Metens. Quis dubitet sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magistros censeri. Vos enim, inquit Christus Matth. 5 estis sal terræ, & ibidem, Vos estis lux mundi. Et in Pastor. lib. 2 capituli. 1. Tantum debet actionem subditorum actio transcendere rectoris, quantum distare solet à grege vita pastoris.

b ¶ Moribus suis.] Vt cap. nemo dist. 81. Vnde bene Claudianus ad Honor.

Tunc obseruantior æqui.
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis

Instruite in spiritu lenitatis, lege B. August. de fid. & oper. c. 3 tom. 4.

a ¶ Concordiam.) Scilicet, vt vnus præsit alijs, ne schisma fiat, vt c. legemus, distinct. 93 & cap. ad hoc, distinct. 99 & infra de sacerdo. in infer. gra. const. § presbyterum.

b ¶ Dissidium.) Quod esse non debet, argum. l. quod fauore, C. de ll. Simile est de Eccles. ædific. cap. 2 & extra. de app. cap. reprehensibilis.

c ¶ Disciplinæ.] Nota quòd æquitas, & mansuetudo miscenda sunt rigori: & quod iudex sequi debet quandam mediocritatem, quam poetæ appellant auream: fac. cap. ex parte. extra. de censi. & l. si seruus, ff de pigno. actio. & l. nec supina ff de iur. & fact. igno. & l. continua. § cum ita ff de verb. ob & c. 1 de offic. custod. argum. contra in l. Nesenius, ff de neg. gest. & in l. placuit. C. de iud. & in cap. fin. de transact.

ANT. TIM. Lege B. Greg. Hom. 9 super Ezech. tom. 2 & D. Ros. de vit. contempl. cap. 20 & cap. disciplina dist. 45.

d ¶ Necesse est.) Vt puta, cum multis grassantibus exemplo opus est, l. aut facta. in fin. ff de pen.

e ¶ Sæuientis.) Quia hoc propterea agitur, vt hominum vita corigatur c. importuna de pæn. dist. 1 & c. quia diuinitatis, de dist. & 24 q. 3 c. cum sancti.

ANT. TIM. Hoc pulchrè Conc. Trid. sess. 13 c. 1 de reform. iuxta præceptum Apost. 2 ad Tim. 4 Argue, obsecra, increpa cum patientia, & doctrina.

f ¶ Medentis.] Cap. prodest 23 quæ. 5 & fac. auth. de manda. princ. § non permittas, cap. odio, dist. 86.

g ¶ Agentes.] Et perseuerantes peruersè agere: alioqui propter vnicum delictum non debet quis sæuire in virtuosum, nec desistere ab amando illum, cap. nisi vbi Abb. de offic. legat. fac. l. 3 de episcop. audi. & l. quamuis, ff de in ius, vocan.

Faciens, & consentiens.

h ¶ Facientis.) Cap. inferiorum, & cap. facientis, dist. 86. Et intellige hoc post monitionem, vt 27 q. 1 c. si cuius. Nam alias esset eadem pœna negligentia, & cooperationis, quòd esse non debet c. nunquid 1 q. 1 cum lenius sit delinquere in omittendo, quæ committendo. Et facit hoc ad q. vtrum incurrat excommunicationem is, qui potest iuuare clericum, ne verberetur, & hoc facere omittit. De quo no. in c. quanto. de sent. excomm. Generaliter autem vtrum faciens, & consentiens, pari pœna puniantur, traditur latè per Abb. & Doct. in c. 1 de offic. delegat. Vide etiam quæ not. in c. quia alios, de hæretic. Sed an minor pars vniuersitatis tacens puniri possit ex facto maioris pars? R. vt per Abb. in cap. gratum de post. præs.

i ¶ Resistitur.) Scilicet, cum possit resistere ex officio, secundum quosdam arg. c. ita planè 23 q. 4 c. tam sacerdotes. Et facit hoc, quod non solum mihi liceat socium mecum in via defendere ab iniuria illata, sed quod teneat, cum alioqui non sim carituras scrupulo societatis occultæ, de quo per Abb. & alios in c. cum non ab homine de iud. & concord. c. error. dist. 83.

Teneor defendere socium in via.

concordiam, [a] tendat ad dissidium. [b]

Prælatus in corrigendo debet miscere seueritatem lenitati, h. d.

Cum lenitate tamen seueritas miscenda est. Nam misericordiæ multum demitur, si seueritate omninò sit destituta: ideoque Rectoribus inesse debet iustè consulens misericordia, & piem sæuiens disciplina, vt nec in disciplinæ [c] rigore benignitatem mansuetudinis: nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: quoque seuerius castigare necesse est, [d] non sæuientis [e] plectatur animo, sed medentis. [f]

Prælatus non debet tolerare peruersos, h. d.

Præterea cauendum est, ne peruerse agentes [g] conniuendo toleret. Culpam enim facientis [h] habet, qui, quod potest, negligit emendare: & error, cui non resistitur, [i] approbatur.

Episcopus orationi, & prædicationi debet insistere, h. d.

In primis autem orationi, & prædicationi insistat. Nam præconis [k] officium suscipit

Io. Bapt.

In primis autem CASVS in hac parte ita figuratur. Quidam episcopus cum esset iurisconsul. orationi. & prædicationi non dabat operam, & indicans bona Eccl. non sufficere sibi secundum congruentiã sui status, hospitalitatẽ non exercebat: imo negotijs secularib. postu. prælat. se immiscebat, & cum varios ministros haberet, nec sobrietatẽ nec pudicitiam, nec habitus decorem obseruabat, dicebat enim vltra rationes assignatas ad omnia ista non teneri, quia prouisio fuit facta personæ de Ecclesia, & non è contra: & ideo fuit de hoc dubitatum Sol. vt in hac parte legimus, quia vt diximus supra in princ. huius tit. proprium est prælati docere omnia virtutum genera, quod facto, & verbo contingit, vt ibi ad not. vnde hac ratione suadente, non obstant obiecta Not. inde argumentum, statum prælatorum non tantum esse perfectionis, sed maximæ perfectionis, & ideo est dignior.

k ¶ Præconis.] Fac c. baptis. de conseer. dist. 4 & cap. si rector dist. 43.

ANT. TIM. Hinc Episcopus, vel præsb. Ang. appellatur, qui vitam æternam prædicando annunciat, Aug. super Apoc. tom. 9 iuxta præceptum Domini Isa. 58 clama nec cessus, quasi tuba, exalta vocem tuam, & 2. ad Tim. 4 Prædica. verbum, &c. Est enim hoc proprium Episcop. munus. vnde Apost. 1 Cor. 4 Non misit me Dominus baptizare, sed Euangelizare, & Ioan. 21 vide Conc. Tolet. can. 2 Constantinopolitanum 6 can. 16 & Trid. Sess. 5 c. 2 & Sess. 8 quæ est 24 c. 4 de reform. Quo aut hoc præclarissimum munus exercendum sit, lege apud Conc. Colonien. de dissemination verb. lib. 4 c. 1 5. 8 & 10. Copiosè qui cupit hanc rem consulat. Rab. lib. 3 de instit. cleric. c. 17 & D. Gregor. in Pastor. & Hom. 1 super Ezechiele, tom. 2.

ALOYSIVS RICCIVS Episcopus debet insistere orationib. & prædicat. hoc dicit, quoad Orationem nota quod oratio, & Missæ sacrificium debent esse peculiare refugium Episcopi vt probatur, in c. fi. de priuileg. in 6 vbi Episcopus singulis diebus vel celebret, vel audiat Missam, potest que illam ante auroram celebrare Host. & alij in c. 1 de Celeb. Miss. Nauar. in manu. c. 25 n. 85 & ad effectum vt Episcopus sit aptior Orationi debere domum prope Eccl. c. Episc. dist. 41 vnde S. Th. 2. 2 q. 135. art. 2. voluit Episc. ob sarcinam pastoralem non debere deserere delectationem contemplationis,

& orationis. Episcopus n. debet cõicare omnia negotia cum Dei, vt probatur in c. cum æterni de sent. excom. in 6 Vnde D. Bernar. de considerat. lib. 4 c. 5 ait de omni re orationi plus fidendum quæ suæ industrie, vel labori, vt D. Dion. de Reg. Episcoporum art. 44 ait Episcopos non esse sufficientes cogitare aliquid boni ex seipsis; sed sufficientia eorum ex Deo esse: vnde Salamon petijt à Deo sapientiam pro Regimine Populi, vt probat. 3 Regum c. 3.

Secundò Nota quòad munus prædicandi propriè spectat ad episcop. ita S. Lucas c. 13 & habetur in c. inter cætera, & ibi Abb. de offic. ord. conc. Trid. sess. 5 c. 2 & sess. 24 de reform. c. 4 ita etiam add. ad Hælyã in clem. 2 de sepulturis, vbi habetur, quod de iure cõi pertinet ad Episcopum & rectores parrochialium Ecclesiarum prædicare Verbum Dei, ex quod infertur quod ex non prædicatione Episcoporum nonnullas ortas esse hæreses, tradit Alphons. de Cast. de iust. punit hær. lib. 3 c. 4 & prædicans in peccato mortali non peccat mortaliter Sanct. Tho. 2. 2 q. 33 art. 5 Sorus in 4 dist. 5 art. 6 Medi. de pænit. in tract. 1 quæ. 5 Suarez in 3 p. q. 64 art. 10 disp. 16 sess. 3 Amplia conclusionem Principalem quod huiusmodi onus prædicandi potest alteri delegari, vt habet in conc. Trid. c. 2 sess. 3 & sess. 24 c. 4 de reform. & probatur in c. inter alia de offic. ordin. propterea electio prædicatoris ad episcopum pertinet, non obstante quacunque consuetudine immemorabili. Ita congregatio hic: nomine aut episcoporum comprehenduntur cuiuscumque gradus sint, & primo Patriarchæ, & Archiepiscopi, vt in conc. Trid. eod. c. 2 & debent cum Mitra, & baculo prædicare glo. in c. nullus de consec. dist. 1 In aliena aunt diœcesi sine licentia Episcopi loci prædicare non pont. ita rescripsit Clemens 8 vt refert prax. Archie. Nepol. c. 66 & 16 quia primo diœceses diuisæ sunt, reiicienda tamen opinio Felin. in c. excommunicamus de hæret. & Turrecr. in c. scriptum 6 qu. 3 qui contrarium sentiunt, sumptus aunt prædicatoribus faciendus, ad quos pertineat pro regula ponamus quod ad episcopos spectat, sic. n. habet in cap. inter cætera ibi quib. ipsi cum indiguerint congruè necessaria subministrent. de offi. ordin. & Conc. Trid. c. 4 sess. 24 de reform. in verb. impensis eorum, & c. cum ex officij de præscr. & c. cum voluntate, § 1 de sent. excõ. & meritò, nam ex quo munus suum obeunt iure de sumptibus prospicere ipsis debent, dignus, n. est mercenarius mercede sua. Idem esset secundum Vgol. c. 42 censendum sit si consuetudo adsit vt populus eligat, & nomiset Prædicatorem eique sumptus faciat, nam si episcopus nollet eum eligere ad sumptus ei prestandos tenebit, vt censuit sacra Congreg. Illust. Dominorum.

Limitat. primò vbi consuetudo esset in Ecclesia vt prædicator vel ab episcopo eligeretur, vel ab alio communiter, vel alios sumptus præberet, tunc enim episcop. hoc onere seu abitur, vt cẽsuit Sac. Cong. sup. c. 4 sess. 24

Secundò limitatur vbi Populus eligeret, & nominaret Prædicator. & sumptus esset faceret tunc enim, & hic episcop. liberabitur ab hoc onore Fuscus lib. 1 de visit. c. 18 in fin. & Vgolinus de potes. episcopi c. 42 § 3.

quisquis ad sacerdotium [a] accedit. Hinc est quod super pastores [b] primos in linguarum specie Spiritus Sanctus insedit. Populum ita quæ prædicando doceat: sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non quæ illi caro, vel humanus sensus [c] suaserit; Ea propter sacris libris iugiter insistere illum oportet: nec enim sufficit Prælatis bona conuersatio, nisi addatur scientia doctrinæ. [d]

Episcopus hospitalis esse debet, & liberalis. h. d.

Sed nec vtramque [e] sibi sufficere credat: nam largam quoque manum habere debet, &

Prædicatio officium sua re.

puta Episc. vt hic, & rector parochialis Ecclesiæ. Prædicatio enim est offic. curæ, vt not. in Clem. 1 de reg. facit tex. in Clem. dudum de sepul. vbi Card. & per Ab. in c. inter cætera de offic. ordin. Fratres autem mendicantes potestatem prædicandi habent ex priuilegio Papæ, aliàs si ipsi, vel qui dicuntur prædicatores prædicarent sine licentia Papæ, vel diœcesani, incideren in excommunicationem, capitul. excommunicamus, § quia nonnulli. de hæret. Nec enim debet quis in alieno prædicare, nisi inuitatus, vel licentia obtenta Card. in d. Clem. dudum. Sed an Archiepisc. debeat petere huiusmodi licentiam in diœcesibus suffraganeorum, Respond. debet secundum Card. in dic. Clem. dum, § ab olim, nisi fortè cum visitat. arg. capitul. 1 de cens.

Non debet quis prædicare in alieno sine licentia.

Laicis licet prædicare.

in 6 & 10 q. 1 capitul. placuit & cap. Episcopum. Ergo quod hic dicit sacerdotium, probat quod laicis non licèt exercere officium prædicandi, & fac. cap. sicut de hæretic. nisi fortè esset vir sanctæ, & vitæ, & doctrinæ, cui hoc ab habente potestatem committeretur, secundum quosdam in d. capitul. inter cætera. Item, & multo magis dicimus de mulieribus, quamuis religiosis, capitul. mulier, dist. 23 Abbatissis tamen liceret hoc in secreto inter suas moniales secundum Cardin. in Clem. 1 de relig. dom. Et de materia in capitul. quod Dei timorem, destat. monach. in capitul. cum ex iniuncto de hæret. & in capitul. quam sit de iu. & in locis supra all.

a ¶ Ad sacerdotium.] Hoc non est indistinctè verum nisi habitu: nam actu nemo etiam sacerdos, habet officium prædicandi, nisi qui habet curam; vel populum:

b ¶ Pastores primos.] Apostolos, c. si rector. dist. 43.

c ¶ Sensus.] Cap. si dist. 36.

ANT. TIMO. iuxta illud Ezech. 3 Audias verbum ex ore, & annunciabis eis, inquit Dominus.

d ¶ Doctrinæ.) cap. qui Ecclesiasticis, distin. 36 fac. capitul. sicut & cap. si iusta dist. 38.

ANT. TIM. Quibus præcepit dominus Iosue 1. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo. Et expressè Leui. x. id quod admonet D. Hier. ad Rusti. monach. habetur, c. si clericatus, 16 q. 1.

e ¶ Vtramque.] Scilicet bonam conuersationem, & doctrinam concord. cap. fratrem, dist. 86.

ALOYSIVS RICCIVS Cauetur in præsenti § quod episcopus hospitalis esse dent adde quod ad hospitalitatem inducere debent episcopum.

1 Quod iuxta sacros canones, nemo ordinatus est episcopus, quem non constat esse hospitalem dist 85 in sum. & c. 1 dist. 42 in sum. habentur quomodo. n. alijs prædicabit opera pietatis, si ipse ea non exercet domum propriam hospitib. claudit.

2 D. Hieronymus in epistola prima ad Titum sic loquitur: Domus episcopi debet esse commune hospitium omnium: laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens impleuit hospitalitatis officium, episcopus nisi omnes receperit inhumanus est. Et in Concilio Manisc on. 20 dicitur quod domus episcopalis, ad hoc est instituta, vt sine personarum acceptione omnes recipiat, & ideo non debet habere canes, quia non morsibus, & latratibus canum, sed himnis custodienda domus eius, ne hi qui confidunt sibi se inuenturos lauamen miseriarum, versa vice morsib. canum lanientur.

3 Facit c. quiescamus dist. 85 & ibi per totum probatur peccare episcopum qui peregrinos non suscipit.

4 Exempla sanctorum accendere debent episcopum

nam

nam Abraham & Loth, receperunt Angelos in domos suas, ex quo alios solebant hospitio recipere d. c. quiescamus, Beatus Gregorius semel Christum, alia vice Angelum hospitio recepit, non solum exteros ad eum confugientes recipiebat, sed per plateas eos inquiri mandabat, & aliquando proprijs manibus in mensa ministrabat. San. Guthbertus episcopus Sindis ferentensis hospitio pariter angelum recepit, qui ei tres panes calidos reliquit Lilia, candore rosas odore, & mei sapore præcellentes, vt in eius vita apud Surium Sanct. Ludouicus Episcopus vigintiquinque pauperes quotidie alebat. Sancti Petri Archiepiscopi? Tarentasij teste eodem Surio domus omni tempore Xenodochium fuit, maximè tamen ante messem mensibus tribus, quando alimenta solèt deficere habitantibus in montibus, & rupibus singulis annis statuerat Agapem fieri generalem, & quotidie multitudinem vndiquè concurrentium, pane refici, & pulmento & loca ad peregrinos recipiendos instituit. Beatus Carolus Borromeus fuit hospitalitatis maximus cultor, ita innumeri Sancti fecerunt, proinde deberet episcopus hospitalitati pro viribus incumbere, hospites quærendo, & complendo maximè sacerdotes.

Eleemosyna an de præcepto.

a ¶ Necessitatem.] Fac. hoc verbum ad ea, quæ ponit S. Thom. in 2 secundæ q. 32 art. 5 & per Abb. in c. si vero versi. sed si volumus, de iureiur. & per Card. in c. non satis dist. 88 & per Feli. in c. 1 dist. 1 in c. 1 de offic. ord. vbi quærentes an eleemosyna sit de præcepto? dicunt duo esse consideranda. Vnum ex parte dantis, scilicet vt reget quod ei supereſt, superesse autem dicitur, non solum respectu dantis: sed etiam eorum, quorum cura sibi incumbit: prius enim tenetur quis suis subuenire, postea alijs. Aliud ex parte recipientis, videlicet quod is sit in necessitate positus, & tantà quod aliter sibi non possit prouideri, vt hic. & tunc eleemosyna dicitur esse de præcepto: aliàs est de consilio.

ANT. TIM. Iuxta illud Christi Luc. 12 Quid putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore oportuno. Vnde D. Hier. ad Nep. Gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere, ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs. Et D. Ambro. de offi. Aurum, inquit, habet Ecclesia non vt seruet, sed eroget, & subueniat in necessitatibus, habet 12 q. 2 ca. aurum, 2 idem pulchrè monet, D. Prosper. lib. 2 de vita contempl. c. 1 & Concil. Aurel. c. 8 demum Iodocus Clitoueus lib. de vit. & mor. cler. c. 25 exemplo. D. Nicolai. & Martini hoc idem pluribus confirmat.

b ¶ Patientibus.] Vt viduis, pupillis, omnibus oppressis, distinct. 77 per totum Magis tamen religiosis succurret, quam laicis, vt 16 q. 1 & magis coniunctis, quam extraneis, vt in c. 1 de cohab. mul. & elect. vbi etiam natis ex damnato coitu, vt per Abb. in d. c. 1. super glo. pen. vbi tenet hoc in filijs sacerdotis, natis post susceptum sacerdotium.

Histriones.

c ¶ Histriones.] Quod vitium est immane. ca. donare distinct. 86 sunt enim histriones infames, l. 2 ff de his, qui not. infam. & 4 q. 1 cap. 1 nec promoueri ad ordines possunt c. maritum. 33 distinct. Prohibentur à corpore Christi de consecrat. dist. 2 c. pro dilectione.

ANT. TIMO. Sunt enim isti scænici indigni qui à clericis conspiciantur, vt per Concil. Laodicen. can. 54.

d ¶ Venatores.] Cap. Episcopum, & c. omnibus disp. 44 ca. qui venatoribus, cum plurib. seq. Et not. secundum glo. in d. c. qui venatoribus, quæ triplex est venatio, oppressiua, arenaria, & saltuosa. Oppressiua de qua distinct. 6 in fi. est pænitus interdicta. Arenaria etiam, cum quis in arena pugnat cum dentata bestia, & ad hoc locat operas suas: & qui hanc exercet non solum ipse mortaliter peccat, verum, & qui eum aspicit, & qui eam exercet infamis est, nisi faciat gratia virium experiendarum l. 1 § item senatusconsl. ff de postul. Saltuosa est, qvæ sit in syluis, & saltibus: hæc sui natura licita est, l. 1 C. de vena. ferarum, lib. 11. Ex tempore tamen fit illicita, vt in Quadragesima, & diebus ieiuniorum: vt ea. an putatis, distinct. 86 nisi tamen eo tempore subesset necessitas arg. 23 quæst. 3 ca. si nulla. Item ex persona, quia clerico non est licita, toto titulo de cleric. venat. & c. si nulla 22 q. 8 etiam si sit pauper, secundum quosdam vt c. quorundam: dist. 33 & not. in d. c. qui venatoribus. Laico licita est ob necessitatem, non ob voluptatem, putà pro pellibus aut carnibus, & hoc de ea, quæ fit cum clamore. Ponere autem laqueum, vel retem sine strepitu, & clamore, & canibus licet etiam clericis: cum monacho licet texere linum pro capiendis piscibus, vt c. nunquam, de conse. dist. 5 & de hoc in Clem. 1 § porro. de stat. monach.

Venatio triplex.

ANT. TIM. Nota ad illud quod dicitur in gloss. venatio laico licita est ob necessitatem, non ob voluptatem, quod venatio secundum se, & ex sui natura, non est peccatum: quia est vsus naturalis dominij præstitum homini super animalia, cum omnia animalia sint homini naturaliter subiecta, id quod tribus rationibus probat. S. Thom. prima parte, quæst. 96 art. 2 vide apud eum. Per accidens autem potest esse peccatum multipliciter, vide Caieta. & Sumistas in verbo Venatio. Vnde dictum glossæ posset habere locum in eo sensu, si venatio esset ob voluptatem simpliciter, quæ non fuerit regulata à ratione. Nam omnis actio, quæ non est propter honestum finem, mala, & vana potest appellari, & ideo non caret saltem veniali, ex defectu ordinati finis. Quid si diceretur venationem licitam tamen ob necessitatem, falsum est, vide quæ notat circa hanc materiam Abb. in cap. 1 de cler. ven. vbi multas ponit distinctiones, & conclusiones circa hanc materiam.

c ¶ Exemplo suo.] Nam vt inquit Claudia. Componitur orbis Regis ad exemplum, sic. 47 d. in prin.

ANT. TIM. Hier. in Epist. ad Heliod. Domus, inquit, Episcopi est conuersatio quasi in speculo posita, magistra publicæ disciplinæ, & quidquid fecerit id sibi omnes faciendum putant. Lege D. Greg. lib. 10. moral. Et Leo. in Ser. de ieiu. Validiora, inquit, sunt exempla quam verba, & plenius operatione docetur quam voce.

f ¶ Vinolentus.] Vt 35 dist. in prin. & c. à crapula de

necessitatem [a] patientibus [b] subuenire, alienam inopiam suam credens.

Episcopus non debet abuti rebus suis, hoc dicit.

Res suas inter histriones, [c] venatores, [d] aut aucupes minimè dispensèt, pauperes potius in hospitio recipiat, & facilius, exemplo suo [e] ad hospitalitatem subditos attrahat.

Prælatus debet sobrius esse, prudens & peritus: non solum peritia literarum, verum etiam negotiorum.

Sobrius sit, non vinolentus. [f] Non sit

Bibens vinum sine aqua Ebrietas

vit. & honest. prælato. Sed an peccet mortaliter, qui vinum bibit sine aqua, Resp. vt per Abb. in c. à crapula de vi & ho. cleri. Quid de ebrietate an sit peccatum mortale? Respond. nõ, cum dicatur peccatum minutũm dist. 23 § 1 aliàs c. demum vel c. vinum paulo ante fin. vers. quæ autem nisi tamen sit frequens, nulluna est enim peccatum adeo veniale quoddum placet non fiat mortale d. c. vinum § criminis argum l. 3 C. de Epis. audi. & l. vni C. de superexact. lib. 10. vbi Bart. & ita Abb. in c. à crapula, & in c. 1 de relig. & vener sãct. Sed an sacerdos ob ebrietatem veniat priuandus beneficio? Resp. Nõ sola cap. si constiterit vbi Abb. de accus. Quid si celebret non præmissa degestione? Resp. vtiq; priuari poterit, vt habetur in d. c. si constiterit licet indigestus celebrans corpus dominicũ conficiat: vt per Abb. & alios in d. ca. si constiterit.

ANT. TIMO. Dubitat hic glossa, an ebrietas sit peccatum mortale, & videtur respondere quod non, nisi sit frequens: nota tamen quod hoc dictum glossæ non est simpliciter intelligendum. Nam de ebrietate loquuntur doctores dupliciter: seu ponunt duplicem ebrietatem. Alia enim est prægognita, & volita, & hæc est peccatum mortale & quia culpabilis est non excusat à peccatis sequentibus eam. Alia autem est non intenta, quæ tantum dicitur ebrietas materialiter, & nõ est peccatũ mortale sed veniale, cum non careat aliquali culpa, de qua loquitur glo. hic vide S. Thom. 2. 2 qu. 150 art. 1 vide etiam multa quæ tradit notanter Alex. de Alesi. par 2 quæst. 142 mem. 12 per totum: & præcipuè art. 2 vbi quando ebrietas mortale sit declarat, & auctor ipse in c. inebriauerant 15 q. 1 Mala quæ ab obrietate proueniunt lege apud D. Aug. ad sacr. virg.

ALOYSIVS RICCIVS Prælatus debet sobrius esse, prudens, & peritus, non solum peritia literarum verum etiam negotiorum hoc dicit, addè quod abstinentia Episcopo est necessaria per quam ad eam inducunt.

Primo formidabilio verba text. in capite Ecclesiæ princeps distinctiones 35 quod debent se abstinere à spatiosis domibus, lacetisque conuiuijs, & epulis conquisitis multo labore & si vis scire quo cijciendi sint propter malas cogitationes opera sua lege Euangelium in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium.

Secundo dicit Th. secundò secundo qu. 189 atticelatio quartò Episcopis, & alijs ministris Ecclesiæ qui mente deuota debent spiritualibus officijs insistere Iob capite 28 non inuenitur sapientia in terra suauiter viuentium id est in hominibus vacantibus epulis, & delitijs huius mundi.

Tertio Episcopus peccat si excedit in victu vestitu, domo, & familia Medina de pœnit li. 1 ca. 16 § 2.

Quartò Gulã refrenare, quia nisi hæc moderatur frustra contra; alia vitia laboratur gl. 4 super Matth.

Quintò mouent exempla Sanctorum Basilius contentus erat pane, & aqua Ambrosius singulis diebus ieiunabat Augustinus solum comedebat herbas, & legumina, bibebat vinum temperatè propter stomacum.

a ¶ Percussor.] Id est, pronus & frequens in percutiendo, nec enim qui semel, aut rarò percuteret posset appelari percussor: sicut nec abigeus qui semen abigit l. fin ff. de abige. Nec erro qui frequenter sine causa nõ vagatur. l. quis sit fugitiuus, § erronem ff. de ædil. edict. Nec. Plagiarius, qui semel alienos seruos furripit. l. adducta cum ibi not. Cod. de fur. Nec mercator, qui vnum tantum exercet negotium l. prima §. primo, ff. de trib. argument. contra in l. athletas, § calumniator. ff. de his qui not. infam. Dic. vt per Bartol. super inscriptione, & prima rub. Digestorum, & quod hic dicitur intellige de eo, qui vellet propriis manibus percutere, quod licet, vt distinct. 86 § vel percussor nisi vt ibi notatur, & de materia, in distin. 45 in gloss. in Summ. &

percussor, [a] & ad vindictam facilis, [b] immo in omni genere rerum agendarum prudentiam se cum habeat. Si enim mancum, aut debilem sancta contingere nequaquã lex diuina permittit, quanto [c] magis doni Cœlestis dispensatores esse non conuenit, id quod est deterius mente debilitatos?

Episcopus non debet secularibus negotijs se implicare hoc dicit.

Sicut autem Episcopum nullo errore conuenit inuolui; ita nulla debet cupiditate [d] corripi: & propterea lucri cupidus esse prohibetur: & alicui etiam honesto [e] negotio, vt sibi victum, & necessaria quærat, operam dare. Nam & Dominus negotiatores de templo verberatos expulit: [f] & Apostolo teste, Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus. [g]

per totam distinctionem.

b ¶ Facilis.] Nam tales prohibentur ordinari, vt, infra qui promouer. non poss. § idem statuendum.

c ¶ Quanto.] Sicut enim animus præponitur corpori distinctione 38 capitu. sedulo, & l. fi. C. de sacrosan. Eccl. sic vita animi sunt detestabiliora vitijs corporis. capitul. vsque adeo distinctione trigesima tertia. Et cum Episcopus iudex sit, non solum animarum vt 10 quæstion. capitulo quæcumque, verum etiam corporum oportet illum æque spirituali & temporali scientia ornari: vt distinct. 39 in princ. & hoc est quod hic dicitur in omni genere rerum agend.

d ¶ Cupiditate] c. virum distinc 47 & per tot.

ANT. TIM. Eccl. c. Auaro nihil est scelestias, vnde Christus Lucæ decimo secundo. Cauere ab omni auaritia radix enim omnium malorum est cupiditas 1 Timoth. 6.

e ¶ Honesto.] Puta aduocando, nisi in casibus exceptis, vt habetur in c. 1 & c. fin de postul. & not. inf. de procurat. § postulandi vel exercendo tabellionarum vt traditur in c. sicut ne cler. vel mon. Vel artem phisicam, vt per Abb. & alios in c. sententiam ne cl. vel monet chirugicam in dicto capitulo sententiam. Sed recipit non nullas declarationes vnde videnda sunt quæ ponit, Abbat. in cap. secundum ne cle. vel mo. & 14. quæst. quarto in gloss. summæ, & notat. in cap. clericus quilibet. distin. 61. Et plura in hac materia congerentur per Doct. post Abbat. in cap. 1. ne cleric. vel mo. Et an Mocachi, vel alias Religiosi teneantur propriis manibus laborare? per sancti Thomæ secund. secund. quæst. 187. articul. tert.

f ¶ Expulit.] cap. consequens, & cap. eiiciens, dist. 88.

g ¶ Secularibus.] ext. ne cleric. vel monac. per tot.

Puditiæ studiosus esse decet Episcopus. h. d.

Pudicus [a] quoque debet esse, & moribus, & verbis pudorem præseferte. Ea propter Maguntino [b] Concilio statutum legitur, vt nullus sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, setineat: sed neque matrem, aut amitam, aut sororem, [c] retinebit: quia in illis, instigante Diabolo, scelus perpetratum reperitur, aut in pedissequis earum. Itaque domesticarum [d] quoque personarum immoderatam familiaritatem vitabit.

Qualis quis sit interius debet per exteriorem demonstrare. h. d.

Oportet item Episcopum, cæterosque Ecclesiasticis officijs mancipatos, per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam [e] honestatem indicare, & ideo si præterquam ex causa vrgenti [f] indumentis, præter ordinis ac officij decorem [g] præsertim publicè, luxurietur, illorum impudentia varijs modis [h] non minus recentioribus, [i] quam antiquis [k] Pontificum decretis coercetur.

Qui displicet non exorat. h. d.

In summa cum pro populo Episcopi suffragatores ad Deum parentur, necesse est, vt omni genere virtutum eius gratiam habere nitantur, quia cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. [l]

a ¶ Pudicus.] Vt dist. 43 per totum. ANT. TIM. Te ipsum castum custodi dicebat Apo. Lege D. Ambr. de Abel, & Caim Vnde rectè venerab. Beda dicebat Sacerdotibus, vt semper altari adsistere, semper castitas obseruanda præcipitur.

b ¶ Maguntino.] Consilio, vt in c. 1 de cohabi. mul. & clc. fa. d. 32 c. interdixit, & c. omnibus dist. 88.

ANT. TIM. Iuxte dictum Sap. Eccl. 7 Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus est venatorum, & sagena cor eius vincula sunt manus eius. Qui placet Deo effugiet eam: qui autem peccator est, capietur ab ea. Hoc idem Siricius P.P.c. feminas dist. 81 Idem monet. D. Hier. ad Nep. to. 1. Idē D. Cyp. li. de sing. cler vide pulchre apud D. Aug. ser. 37 ad fratres in eremo.

c ¶ Et sororem.] Intellige, si istæ personæ enumerate, aut ipsi clerici sint suspecti: quia fortè sunt iuuenes: vt habet diffuse inf. c. primo de cohab. mul. & cler. Maximè, vt videt iurium correctio. c. cum expediat. de elec. in 6. Sed contra de authent. Nulla. C. de epis. & clc. Sol. illi legi non est hodie standum, cum can. in capite inter. distinc. 32 contrarium innuat, & ita abbat. in d. cap. primò.

ANT. TIM. Idque exemplo D. arg. vt refert. D. Greg. in Reg. & habetur in cap. legitur dist. 71 & idē Greg. in cap. oportet dist. 81.

d ¶ Domesticarum.] Sic dist. 34 in princip.

e ¶ Intrinsecam] Vnde illud Intima per meres cognoscimus exteriores, fac Cle. 2 de vi. & hon. cler.

Monachus factus episcopus. vel Cardinalis.

f ¶ Vrgenti.] Puta in peregrinatione, maximè si transeundum sit per terras infidelium, vel hæreticorum quibus sunt inuisi clerici catholici, vel ob alium iustum metum. cap. de eo quod met. cap. pen. de vit. & honest clc. c. quoniam eod. tit.

g ¶ Decorem.] Arg. quod monacus creatus Episcopus vel Cardin. possit & debeat inutare habitum monachalem. Sed contrarium seruat Curia Rom. & contrarium not. in cap. monachus. 15 q 1. & per Abb. in ca. clerici eo nisi scandalū generaretur: quia dicto casu deberet se conformare habitui eorum, inter quos vi-uit, vt per Abb. in c. Deus, co. tit. qui ita intelligit. not. in d. cap. de mon. Sed qualis erit hic habitus? Resp vt in Cle. quoniam eod & per Doct. in d. c. clerici.

ANT. TIM. Vestrum decentiam præscribit D. Hieronym. ad Nepotia tom. 1 & in epita. Nep. ad Heli in conc. Cart. 4 can. 45 & habetur 41 dist. capite clericis nouis, per conc. Trid. sess. 14 c. 6 & cōc. Colo. c. 26 de vit cleric.

Trecesimæ lotū sacerdotum.

h ¶ Modis.] Fac. in audientia de sent. exc. & c. si iudex & eo tit. in 6. & quod hic dicit de habitu intellige etiā de clerico, sine connaj cuam qui non defert cū sit clericus, mortaliter peccat. Abb. capite si quis ex clericis de vi. & honest. cler.

i ¶ Recentioribus.] Clem cap. quoniam de vit. & hon. cler.

k ¶ Antiquis] Vt 41 di per tot. & c. pen. eod.

l ¶ Prouocatur.] Sic dist. 49 in princip. & c. in grauibus, 3 quæst. 7 Et est arg. quod malorū sacerdotum preces noceant, vel saltem non ita facilè exaudiuntur, licet ita conficiant mali sicut boni. 1 qu. 1 c. ipsi sacerdotes, & inf. de sacra § pen. & ex officii potestate prophetant, & mali. 1 q. 1 c. dictum, & c. prophetauit. Et not. quod hic dicitur pro legatis mittendis: quia hi detestandi sunt, qui sunt ei accepti, ad quem mittantur, & de his omnibus, vide per abbatem in rubr. eodem.

Qui mittenti Legati.

ANT. TIM. Vide ad hoc propositū D. Prosperi luculentam descriptionem sacerdotis carnaliter viuentis, lib. 1. de vita contemp. capite 22.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

Io. Bap.

Quoniam Episcopi exercent aliquando officium suum per alios ideo post declarationem vitæ, & muneris ipsorum, incipit modò auctor demonstrare, qualiter, quidam cum Episcopo gerant curam pastoralem & cum archidiacon. In iurisdict. proprio iure primum teneat locum, vt dicit hic tex. in prin. & Abbas in c. 1 eod propterea proponitur nunc tit. iste, qui diuiditur meo iudicio in 2. par. in prima habetur causa huius tract. in 2. explicatur Officium istius archidiac. 2 ibi ea propter.

QVoniam.] CASVS hic non occurrit adnot. est tamen inde animaduertendum, quod Episcopo. de iure communi dantur quidam adiutores qui propterea vicarii iuris dicantur, iuxta not. in c. 1 eod Not. 2 argument. officiales non esse multiplicandos, nisi cum causa.

a ¶ Vicarius) Fac. c. 1 cap. ad hæc, & c. vt nostrum c. licèt tamen Archidiaconi episcopi sint vicarij ponuntur nihilominus in certa dignitate: & ideo non possunt ad nutum remoueri, nec ipsorum officium potest episcopus exercere, secundum Abb. in cap. eod. Ideo autem dicuntur vicarij episcopi, quia omnia, quæ exercent ad episcopos pertinent. Sed quæritur quæ sint ista? Resp. vt per Abb. in c. officium in 1. q. & in cap. fin. in 2. opp. eo. tit.

ANT TIM. Dicitur Archidiaconus quasi princeps ministerij: omnia enim quæ ad ministerium pertinent, ipse debet: sicut cereum, & vrceum acolythus sanctus Thom. in 4 sent. d. 25 c. 1 ad 4.

b ¶ Oculus] c. diaconi 1 & 2. d. 93 c. ad hæc extr. eo.

* Appellari] Vbi plures in vna & eadem Ecclesia sunt, Archidiaconi vt in Ecclesia Tolosana & plerisque aliis quemadmodum ab Apostolis septem diaconi electi, quorum officium exequuntur, vnus præstat cereus & dicitur, maior Archidiaconus, & is solus debet oculus Episcopi appellari, ne multiplici oculo facies Ecclesiæ deformetur SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS Ad ornatum totius tituli animaduertendum est, Archidiaconum habere dignitatem quæ est quædam præeminentia ex administratione; qui saltem promouendos examinat, & alia promouenda exercet Oldrad consil. 150 Imò etiam si non habeat præeminentiam administrationis, iurisdictionis adhuc tamen habet dignitatem, quia de iure communi tres sunt dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter & Primicerius, & Archidiaconus præcellit omnes Aret in consil. 23 In feudum non potest dari Archidiaconatus nec pro eo homagium præstari cap. fin de reg. iur licèt pro eo debeat præstari Sacramentum obedientiæ, & fidelitatis Oldrad. consil. 23 Archidiaconatus est dignitas in Cathedrali, quæ non est principalis neque collegiata, quia Episcopus habet principalem dignitatem Gemin. consil. 131 Aretin. consil. 23 Tamen maior est dignitas in Archidiacono præposito in Cathedrali post Episcopalem de iure communi, ideo est maior Archidiaconus præpositio in cathedrali Bald. cons. 387 lib. 1 Barbat. consil. 5 lib. 2. dicit quod Archidiaconus sit dignior Archipresbytero, & Primicerio in voce in loco, & administratione, & licèt Archipresbyter sit Vicarius Episcopi in spiritualibus, & vices episcopi obtineat, tamen subest Archidiacono respectu iurisdictionis Bald consil. 161 lib. 2 Amplia quia Archidianus dicitur Vicarius episcopi quoad quædam, & habet iurisdictionem non tamen contenti. sani, de qua in cap. ad hæc § in quadam de offic. Archid Abb. cons. 2 lib. 1 Roman consil 371 vbi quod secundum cõmunem intellectum d. tex Archid. non habet iurisdictionem in criminalibus, neque in ciuilibus arduis, sed tantum in ciuilibus pauci valoris, remittens se ad dictum tex Amplia; quia mortuo vel absente episcopo, Archidiaconus est Vicarius Episcopi, & habet custodiam Sacramentorum, non autem Archypresbiter, qui licèt ipse habeat curam animarum, tamen Archidiaconus primus est, & præfertur in custodia & iurisdictione, & Archipresbyter illi subiicitur & obedire tenetur c. 1 & cap ad hæc de offic. Archid. c. 1. de vbi patet quod circa curã iurisdictionalẽ, circa correctionem, approbationem personarum, institutionem, & similia ipse Archidiaconus est Vicarius Episc. & præest omnibus, circa verò curam animarum, & ea, quæ respiciunt curam, & super presbiteros, ministros curæ, Archipresbyter est Vicarius epis. vide plenè Dec. cons. 420 Amplia quia Archidiaconus in tantũ sede vacante repræsentat Episcopum quod tunc in omnib. præcipit Archipresbytero quasi alia persona Gemin. in c. penul de offic legat. in 6 Amplia, quia Archidiaconus licèt sit minor Archipresbytero in ordine; tamen maior est in administratione, & quoad iurisdictionalia, & administrationem præcellit, & illi Archipresbiter subest c. 1 de offic Archipresb. Rot. in nou. decis. 4 de elect. vbi quod loco Archidiaconi succedit Præpositus loco Archipresbyteri succedit Decanus excepta tamen celebratione missę illum præcedit quo ad omnia Barbat consil. 5 lib 2 Extende igitur, vt procedat; quia etiam dicitur maior ordine, si ipse Archidiaconus esset in ordine presbyteratus per accidens quia tunc potest ipse si velit etiam cantare Missam solemnem, quæ spectat ad Archpresbyterum ratione ordinis; quia hoc est eo quod Archidiaconus de sui natura non est presbyter, Hostiens. in d. c. de offic. Archipres. & ita fuit resolutum per congregationem sacrorum rituum in Anno 1600 pro Archidiacono Regien. contra Archipresbit. eiusdem Ecclesiæ. Extende quia Archidiaconus præcedit Archipresbyterum in ceremonialibus, quæ conueniunt ordini & statuto suo; quia licèt Archipresbiter exerceat curam super omnes presbyteros; tamen illud est, vt minister vt in d. capite primo de offic. archipresbyt. Ita Barbat. cons. 5 lib. secundo amplia quia ordinari licèt debeat archid tamen cum sit dignitas de iure antiquo, non incurrit pœnam capite licèt de elect. in 6. si non ordinetur nisi præcedente monitione, & requiritur priuatio per sententiam Gemin. consil, 131 Contrarium hodie est de iure nouissimo ex Concilio Constantiensi sub Martino V. vt per Gemin.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

TIT. XIII.

Archidiaconi { Dignitas / Officium.

Archidiaconus est à iure constitutus Vicarius, & quasi oculus Episcopi. h. d.

QVoniam vero grauis, & lata est pastoralis officij cura, rectè constitutum est, vt aliqui in Ecclesia sint, qui vnà cum Episcopo onus ferant, & sui prælati valeant subleuare solicitudinem. Talis est Archidiaconus, qui maior post episcopum, & eius vicarius [a] reperitur. Cuius vigilantia, & solertia vsque adeo in domo Dei excubare debet, vt oculus [b] Episcopi non immeritò meruerit appellari. *

Archidiaconus cognoscit inter cleros. h. d.

Ea propter debet is audire iurgia singulorum, & quæ corrigenda [a] & emendanda viderit, corrigere, & emendare.

Archidiaconus ardua ad episcopum deferre debet. hoc dicit.

Quod si qua fuerint ita ardua, [b] quæ per eum commodè non possunt terminari, ad Episcopum suum deferet. Dispiciet quoque vt Primicerius, Sacrista, & Custos iniuncti sui muneris solicitudinem diligenter exequantur. [c]

Archidiaconus de licentia Episcopi visitare, & excommunicare potest. h. d.

Sed & tertio quoque anno [d] si Episcopus non poterit, vniuersam parrochiam [e] circumire debet; & cuncta, quæ ordinatione, vel emendatione indigere viderit, secundum Canonicas sanctiones corriget; & si Episcopi auctoritas accesserit excommunicationis etiã sententiam feret.

§. conf. 131 limita quia licèt archidiaconus in quibusdam sit vicarius Episcopi, & habeat iurisdictionem; non tamen facit idem consistorium, vel tribunal cum episcopo sed subest vicario generali Episcopi Abb. cons. 21 extende quia archidiaconus non potest velle præcedere vicariũ episcopi etiã ex consuetudine, quia esset abusiua, & stulta felin in Rubric. de maior. obed in fin. limita nisi cõsuetudo sit in cõtrarium Hostiens. & alii in d. capite primo de offic. Archipresb.

Et maximè in ciuitate Paduæ archipresbiter præcedit Archidiaconum ex antiqua consuetudinè, & ex statuto capituli, super quibus alexander consilio 142 libro 6 vbi quod archipresbyter in stallat abbatissas exemptas, & beneficiatos in Ciuitate, archidiaconus beneficiatos extra Ciuitatẽ dicit quod isto casu attenditur effectus non nomen dignitatis, quia archipresbyter in his in quibus præcedit archidiaconum in administratione, potest dici archidiaconus. Intellige quia cõsuetudo ista cõtra ius Canonicum debet esse præscripta per 40 annos, alias non releuat Bard. d. consilio 5 Corn. consilio 155 libro 4 Bart, libro 1. consilio 136 Imò tempus vacationis dignitatis deduci debet alexander consilio 142 libro 6. Declarat etiam Aretin. consilio 23 vbi quod hæc est consuetudo quando est vniuersalis, & 10 annis præscribitur, secus si esset singularis, quia tunc 40 anni requiruntur, cranert. de antiquit. tempor. in 4 parte § 11 limita in multis ecclesiis; quia de consuetudine archipresbyter censetur archidiaconus, vt in ecclesia Paduana alexander consilio 142 libro sexto, vbi quod isto casu Archipresbyter censetur Archidiaconus. Declara quia Archidiaconus potest esse sine præbenda; quia hoc non est prohibitum oldrad. consilio 156 Et officium archidiaconari est potius de consuetudine, & eius iurisdictio, quam de iure communi alexander consilio 142 libro sexto, allegat. Gloss. & Doct, in c. 2 de exess. prælat.

Io. Bapt Ea propter.) CASVS Quidam archidiacon. indifferenter volebat omnes iurisdictionis causas cognoscere, ac iure medio finire & terminare, ad idque faciendum mouebatur per capite primo eo in illis verbis, in omnibus & omnem curam. Vnde fuit propterea quæsitum quid iuris. Sol. fuit data prout hic legimus, quicum Episcopus sit superior, conuenit vt quædam sint sibi reseruata arg. capite quod sedem, de officio lega. non obstat obiectio quia illa verba, in omnibus & capite intelliguntur in omnibus præter grauiora. No. cum grauiora sint super oris reseruata vt dixi supra, ideo in dubio non intelliguntur etiam à iure demandata. arg capite primo de officio vica. in 6 Not. secundò visita re esse actum iurisdictionis exterioris, ideo essent, non sacerdoti competit.

a ¶ Corrigenda. (Sed an possit corrigere excommunicando? Resp. vt per Doctorem in capite Archidiaconus ext. eo. & secundum aliques corriget verbis monitoriis, vel etiam, præceptoriis: sed pænam non imponet, per ca, quam abb. in capite ad hæc in 4 quæst. eo In nocen. tamen & Hostien. admittunt quod possit modicam pœnã imponere, & ad modicum tempus suspendere quod si verum est, nota vnam differentiam inter vicarium iuris, & vicarium hominis qui non vendicat sibi talem correctionem. capite licet & capite fin de offic vica. in sexto & per abbatẽ in capite primò extr. eod.

b ¶ Ardua.) Sed quæ dicãtur ardua? Respon depositio clericorum: vt not. in capite suffraganeis, de elect. etiam si sint in minoribus, vt 15 qu. 7 capite episcopus. Item suspensio perpetua, vel diuturna: vt in capite primo de exess. prælat. Ecclesiarum vnio capite sicut vnire. de exess. præl. alienatio rei Ecclesiasticæ, & generaliter omnia, quæ non possunt expediri per episcopũ sine capitulo: vt in capite nouit. & capite quanto de his que fi. à prælat & per abbatem in capite ad hæc eod.

c ¶ Exequantur.) in ca. per lectis dist. 25.

ANT. TIM. Habet etiam interdum, & alia officia, vt Archiepisc. Bononiensis priuilegium conferendi gradum doctoratus, ex priuilegio Honorii trigesimo gl. in cle. secundo in verb. suspensum de magist. à quo legitur fuisse doctoratum Bartholum in eius priuilegio in uita Bart.

d ¶ Anno.) Si nulla necessitas subsit; sed si res exigat, visitabit etiam frequentius, vt habetur in capite mandamus, & in c. 1 per Abb. eo.

e ¶ Parrochiam.) Id est, diœcesim. sic c. 1 eod. Nec enim dignitas Archidiaconalis sui natura habet distinctam parrochiam, vel curam animarum: sed hanc curam habet vice Episcopi, licet in quibusdam locis habeat etiam distinctam parochiam, sed id est ex accidenti, & loci consuetudine, in qua plurimum fundatur iurisdictio archidiaconi, vt per abb. in ca. 2 de exes. prælat. & in c. licet de pœn. & in c. cvm in cuntis § inferiora de elect.

ANT. TIM. Licèt vt dictum est archidiac. de iure multa possit: Officium tamen eius ecclesiæ suæ consuetudo præscribit secundum In in cap. 1 de offic arch. & cap. cum olim de consuet. Vnde in aliquibus eccl. videtur esse maior dignitas archipresbyteri, vt in nostra Perusina.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

Archidiaconus: cur archipr. præcedat.

Qvoniam archipresb. est similis archidi. vt dicit hic tex. in prin. & declarat. gl. ibi in ver. non ab similes, propterea post tit. præcedentem proponitur iste qui diuiditur in 2. parte in 1 enim habet quot & qui sint archipresb. in 2 adnot. qualiter dignitat. Eccles. habent certum ordinem annexum secundæ ibi, admonendi.

Fo. Bapt.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI. a

TIT. XIV.

Archipresbyteri. { Officium; Species. { Vrbanus. Ruralis.; Dispositio.

2 De officio Archiprebyteri. Sed cum Archipresbyter sit ordine maior Archidiacono, & per hoc etiam præcedere debeat, vt c. statuimus, ext. de maior. & obed. & c. 1 d. c. cur prius dicit de Archid. postea de Archipresbytero? Resp. Archid. licet inferior sit in ordine? in dignitate tamen & administratione est maior propter curam fori contentiosi, quam exercet: cum Archipresbyter solum exerceat curam fori pœnitentialis, vt inf. eod. in princ. & not. in c. officium ext. eo. ita no. Car. in Clem. 1 de præb. in princ. q. 7 & Archi. & Gemin. in c. perlectis, 25 d. gl. & Abb. c. 1 eo. in his tamen potissimum sunt consuetudines eccles. obseruandæ; vt per Hostien. quem & Abb. refert in d. ca. 1 Non absimiles. CASVS. quidam episcopus volebant constituere archipresbyteros iam in vrbe, quam extra. vt curam haberent, eiusque vicem gererent in spiritualibus, vnde dubitatum fuit an possit, cum n. diœcesis sit distincta in parochias c. 1. 13 q. 1 per tot. tit. de paro. no. videbatur hoc necessarium cæterum. Sol. vt hic legimus, quia episcopus, & vbique non est præsens, & aliquando est impeditus, parochi quoque ex tali promotione euadunt diligentiores & ideo his obseruaris cessat vt puto etiam obiectio: No. 1 ad archipresb. pertinere curam animarum, c. 2 & ibi gl. eo. Not. 2 ipsum esse executorem, eorum quæ ordinata sunt ab Episcop. quibus contrauenire minimè dent. c. fi. eo. & propterea conuenienter in Vrbe. & extra de iure fuit institutus.

ALOYSIVS RICCIVS. Ad huius rubricæ, & totius tit. ornamentum animaduertendum primò quod Archipresbyter, dicitur Vicarius Episcopi, & eidem omnes de Diœcesi possunt confiteri absque alia parrochorum licentia Oldrad. cons. 230 c. fi. de offic. Archipresb. intellige, quia Archipresbyter dicitur Vicarius Episcopi in spiritualibus, & illius pœnitent. & in diuinis gerit vices episcopi, non tamen in iurisdictionalibus, quia subest Archidiacono, vt diximus in tot. tit. de offic. Archidiac. extende; quia dignitatem habet Archipresbyter, & in Cathedrali habet prælaturam, & præeminentiam Feder. cons. 80 Aret. cons. 23 vbi quod iure communi. Archidiaconus, & Archipresbyter habent dignitatem, & etiam Primicerius. Non tamen potest Archipresbyter, (licet sit Vicarius in spiritualibus) recipere cautionem ab vsurario Bald. cons. 161 lib. 2. Amplia quia habent Archipresbyteri, & Decani capitulorum iurisdictionem ex consuetudinem, sub episcopo circa aliqua Bellam. cons. 20. Non autem habet Archipresbyter contentiosam iurisdictionem de iure communi, & ideo non potest procedere contra Canonicum, vel alium delinquentem, nisi habeat talem iurisdictionem ex priuilegio, vel consuetudine aut præscriptione, & præscriptio vt procedat requirit titulum coloratum, & sic bonam fidem cum spatio 40 annorum, & sine titulo requiritur tempus immemorabile Abb. cons. 25 lib. 1 & loquitur in Archipresbytero Perusino, Amplia in Archipresbytero collegiatæ ecclesiæ, quia cum sit ibi collegium dicitur habere dignitatem, quia omnis ecclesia habens collegium dicitur dignitas Bal. cons. 1 lib. 1 Feder. cons. 80 Archipresbyter vero collegiatæ habens sub se Canonicos, habet auctoritatem excõmunicandi, ex quo est in plena administratione Bal. cons. 124 lib. 2. Extende in omnibus prælatis, qui sunt in possessione prælaturæ, quia dicuntur iudices ordinarij Bal. cons. 124 lib. 1. Intellige quæ licet Præl. habeãt iurisdict. in subditos (prout Archipresbyter tamen non pont. extra territorium iurisdictionem contentiosam exercere, sed tantum voluntariam Bald. d. cons. 124 lib. 1 limita nam Archipresbyteri Rurales non habent dignitatem quando non habent ecclesiam collegiatam Feder. d. cons. 80 sed solum habent sub se cappellas Feder. d. cons. 80 Contrarium tenet Franc. in c. 1 ne cler. vel monach. lib. 6 vbi quæ si habent duas cappellas sub se perpetuas, dicunt habere dignitatem Feder. cons. 86 vbi dicit hoc maximè in Tuscia, & reddit rationem quia Archipresb. Rurales sunt, vt plebani, & plebani habent dignitatem. Declara quia Archipresb. Plebani Priores, & alij rurales, si non habent collegia Conuentum, vel copulas, nec prærogatiuam in Cathedrali, vel præeminentiam in collegiata non dicuntur habere dignitatem Fed. cons. 86. & cons. 132.

Animaduertendum, 2 quod vbi Archipresbyter non valeat omnibus infirmis personaliter Sacramentum Eucharistiæ ministrare, potest præcipere cæteris presbyteris eiusdem collegiatæ, vt id faciant ita Summa Siluestrina in verb. Archipresbyter q. 1 D. Antonin. in 3 p. Summæ tit. 19 Butr. in c. officium num. 9 tum quia Archipresbyter Ciuitaten. & qui habet sub se Canonicos habet iurisdictionem, & potest præcipere aliquod clericis etiam sub pœna excommunicationis Bald. consil. 124. Rot. decisi. decimo primo de prebend. in nouis.

Non obstat quod cura animarum pertineat ad Archipresbyterum, & ideò cum sit electa industria personæ, non potest aliis de mandare ita disponente Sacro Concil. Trident. Quia sumus in Ecclesia Collegiata, in qua omnes præsbyteri ministrant, Sacramentum Matrimonij, & cætera faciunt ad Animarum curam pertinentia, cura igitur pertinere dicitur ad totam collegiatam ita probat. Oldrad. in consilio sexagesimo octauo Rot. decision. vndecim, & latius probat. Butr. in consilio tertio vbi probat eosdem intitulatos posse assumere sibi coadiutorem si ad animarum curam non sufficiunt, dummodo residean. Quare ad Archipresbyterum cura pertinere non dicitur nisi principaliter, & tanquam ad principem presbyterorum, vt dicit Siluestrina in distinct. versic. Archipresbyter. Rot. decision. 326 part. 1. in Nouissimis.

Archipresbyter est vicarius Episcopi circa diuina, & Archipresbyt. duæ sunt species, h. d.

NOn absimiles [a] Archidiaconis Archipresbyteri * habentur, nam, & ij Prælati sui circa spiritualia curam subleuant. Horum autem duplex est species, [b] alij enim vrbani sunt: alij autem exteri.

Archipresbyteri vrbani quod sit officiū. h. d.

Vrbani sunt, qui Præsulis sui absentis circa diuina in vrbe vicem substinent, aut præsentis curam minuunt, vt officium [c] incohando, celebrando, [d] & benedicendo, [e] & cunctis prouidendo, quæ sacerdotum ministerio perfici debent.

Quæ sit potestas foraneorum Archipresbyterorum, h. d.

Exteri sunt, qui circa singulas plebes constituti, non solum vulgi sollicitudinem gerunt: verum etiam presbyterorum, qui per minores titulos [f] habitum, vitam iugi circumspectione custodire debent, qui licèt suis præsint plebibus, vt Episcopus [g] Matrici [h] præest Ecclesiæ, nihil tamen contra sui Præsulis ordinare decretum audere [i] debent.

Obtinentes aliquam præpositurā, debent etiā habere eius præpositurę ordinem, h. d.

Admonendi sunt autem ij, qui præpositurę [k] alicuius administrationem canonicè volunt obtinere, vt non solum nomen, [l] verū etiam ordinem habere studeant. Vnde nisi, qui Archidiaconatum tenent, diaconi, aut qui Archipresbyteratum, presbyteri infra annum fiant, [m] amittent honorem, etiam si, iusta causa prohibente presbyteri, aut diaconi esse non potuerint. [n]

¶ Non absimiles.] Similitudo autem est in hoc, quod vterque est Episcopi iuris Vicarius, ille in his, quæ concernunt iurisdictionem, & forum contentiosum; vt supr. titul. proxim. & capit. ad hæc de offic. Archipresbyt. in his quæ concernunt ordinem, & forum pœnitentiarium, vt infra per tot. & ca. officium ex eod.

ANT.TIM. Vnde si quis ex eius negligentia sine confessione moriatur reus erit animæ illius capitulo si presbyter. c. 26 q. 6

* Archipresbyteri.) Archipresbyt. corepiscopis successerunt vt constat ex epistola Damasi Papæ relata tom. 1 concil. part. 1 decani verò maximè Ecclesiarum Cathedralium in locum Archipresbyteri suffecti sunt, vt patet ex decision. Rotæ 451. vnde archipresbyteri à multis decani appellantur, cap. ad hæc. § Archidiaconus de offic. archid. nec in decretis patrum aliqua de decanis fit mentio, & ideo gloss. in cap. ex parte. de cleric. non resident. ait officium decani ex cōsuetudine magis quā ex iure descendere.

SOLIER.

b ¶ Species.] Ista diuisio assumitur ex capitulo officium, extra eodem, vbi agitur de Archipresbyteris Vrbanis, & ex capitul. fin. vbi tractatur de foraneis.

c ¶ Officium.) Scilicet solemne.

d ¶ Celebrando.] Scilicet Missam solemnem, quæ dicitur in festiuitatibus solemnibus, quibus debet Episcopus, nisi ex causa impediatur interesse in Cathedrali Ecclesia. de consecratione, distinctione secunda, capitul. Episcopus, capitulo, & temporis qualitas, 12 quæstione prima, not. Abbas post Hostiens. in capitul. 1. in fin. extra. eodem.

e ¶ Benedicendo.] Scilicet in matutinis, quando legi debent lectio. vt not. in capit. officium extr. eod.

f ¶ Titulos.] Titulus appellatur ecclesia. vt cap. 2. distinct. 70 & cap. Episc. distinct. 80 Sumitur titulus, & alijs varijs modis, vt not. in fi. ext. eod. vnde sumitur hæc litera.

g ¶ Vt Episcopus.] Dictio, Vt, non denotat. hic omnimodam similitudinem: quia aliter præest Episcopus, aliter Archipresbyteri.

h ¶ Matrici.] Id est. Cathedrali, & baptismali, licèt interdum baptismalis Ecclesia sumatur pro ea, quę habet sub se capellam, vt de Eccles. ædifi. capitul. 2 & vide quæ not. in Clement. prima, de sententia excomm. in versic. matricem. Et dicitur matrix, quia sicut mater carnalis generat per conceptione, sic ista regenerat per baptismum, vel fortè quia aliæ Ecclesiæ ita se habent ad hanc vt filiæ ad matrem: & de hoc vide not. in Clem. 2 de baptis. *Matrix ecclesia.*

i ¶ Audere.] Sed quæ corrigenda viderit episcopo renunciare. capit. fin. eodem nisi sint minora, quæ, & ipsa Archipresbyteri determinare possunt, cum habeant ordinariam iurisdictionem, capitulo cum ab Ecclesia de offic. ordin. & capitul. ex literis de consanguin. & affinit.

Admonendi CASVS. *Io. Capis.* Cum in Ecclesia Dei necessariò reperiantur diuersi Prælati, fuit propterea quæsitum, an debeant esse promoti ad aliquem ordinem, & cum ordines, & præcipuè sacri sint ordinati ad corpus Christi, non videbatur propterea absolutè necessarium, cū prælatura respiciat quæ sunt iurisdictionis, argum. capitu. quamuis de verbor signific. Sol. vt hic dicitur, quia potestas Ordinis est vnita cum potestate iurisdictionis iuxta non per Caietanum in suis opusc. tom. 2 tract. 7 q. 1 & ideo obiectio non tenet, quia non de qualibet iurisdict. hæc sol. intelligitur, sed de illa, quæ respicit exercitum curæ animarum vnum not. argum. ad cognoscendā vnionem inter potestatem Ordinis, & Prælat. & posset cōfirmari arg. capitul. statum de rescrip. in 6 Not. 2 non dari præposituram Eccles. sine ordine aliquo cap. 1 de ætat. & ibi docto.

K ¶ Præpositurę.] Præpositura est nomen generale continens quamlibet prælaturam cap. quamuis, de verb. significat. licet quandoque dignitas sit de per se cap. 1. de ætat. & quali. *Præpositura.*

l ¶ Nomen.] Cum nomina debeant rebus esse consequentia. § sed & conuiuia. inf. de immu. Eccles.

m ¶ Fiant.] Capitul. 1 de ætat. & qual.

n ¶ Potuerint.] Sed non videtur, quòd casu promouere impeditus debeat priuari dignitate: vt capitul. 1 de cle-

ægrot. Sol. intellige, quando culpa sua ad talem casum deuenit. capitulo primo, de clerico ægrotante contrarium quando præter culpam, debuit enim abstinere ab eodem, ad quod sciebat, se inhabilem.

DE OFFICIO Vicarij.

COntinuatur iste tit. per glo. rubric. diuiditur autem in 3. partes in prima habetur quale sit vicarij officium : in 2. quis possit esse in 3. qualiter ab eo appelletur, 2 ibi, debet. 3 ibi inter vicarium.

DE OFFICIO VICARII. [a]

TIT. XV.

Officium.

Vicarij. { Persona.

Ad quem appellandum.

Vicarius Episcopi non potest inquirere, punire, priuare beneficijs, vel eadem conferre, nisi hæc specialiter sibi committantur, h. d.

PEr Vicarium quoque, cum Episcopus per se ipsum deseruire, & residere, rationabili [b] causa prohibetur, aut præsens omnibus commodè par esse non potest, [c]

Vicariorum plures species.

[a] DE officio vicarij. Dixit de vicarijs à iure constitutis : nunc de constitutis ab homine. Vel supra de his qui deseruiunt ecclesiæ nomine proprio nunc de his, qui alieno. Sic not. in rub. extr. eo. Sunt autem vicariorum duæ species, perpetui, & temporales : vt in c. extirpandæ § quia vero. de præb. vbi Abb. tã in lectura quam in repetitione vbi addit & tertiam speciem vicariorum, eorum scilicet qui per sedem Apostolicam ad certam prouinciam regendam deputantur: vt c. penul. eod. & 16 q. 1 c. adijcimus propriè tamen hæc vox prædicatur de vicario perpetuo : vt per Abb. in cap. Greg. perpetuus de fid. instr.

ANT. TIM. Vicarius est qui alterius vices gerit, sive in officio contentioso, siue non, extr. eod. per tot. Species autem vicariorum aliqui ponunt quatuor. Quidam perpetui ad parrochiales Ecclesias constituti, in cap. perpetuus, de fisi. instrum. Quidam temporales ad aliquos actus constituti c. peruenit. de appell. Quidam speciales non ad curam : sed ad certum articulum, locum, vel actum constituti, cap. sua de offic. vic. Quidam generales, qui nec perpetuò, nec ad curam, nec ad certum actum, vt vicarij in curijs Episcoporum gloss. in Clem. quæ in eccles. de off. vica.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius Rubricæ ornatu venit dicendum, quod Vicarij vel sunt Patriarcharum, Archiepiscoporum aliorumque Prælator. de quibus loquuntur c. 1. 2 & 3 de offic. vic. in 6 c. 2 de consuet. eod. lib. 6 & omnes decis. Rotæ collocatæ sub rubr. de offic. Vic. in nouis & quasi omnes sub eod. tit. in antiquis & antiquioribus qui officiales appellantur, vt in cap. si. ibi officialis, aut Vic. gener. Episcopi de offic. Vic. in 6 de quibus latè per Rebuff. in prax. tit. de form. Vicariatus per num. 242 vel sunt Vicarij inferiores pedanei, seu foranei nominati de quibus in clem. 2 & ibi Glos. verb. foraneo de rescript Mohedan. decis. 5 de appellat.

Sed in beneficijs Vicarij, vel sunt perpetui, vel temporales, temporalis dicitur qui solummodo ad tempus vel ad voluntatem continuentis sit veluti quando quis habet duas Ecclesias parrochiales æquè principaliter vnitas, tunc enim vnus curatus est vtriusque, & non tenetur constituere Vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus videlicet quando ipse nolit illi inseruire probat. tex. in cap. temporis 16 q. 1 & in c. 1 ne sed. vac. Rebuff. in prax. tit. de Vic. perpetua num. 6 quod hodie limitatur per constit. Pij V. perpetui verò sunt quando beneficium vnitur accessoriè nam tunc apponitur vicarius perpetuus cap. extirpandæ, § qui verò de præbend. c. 1 de capell. monac. Clem. vnica de offic. Vicar. & in ca. fin. eod. tit. Rot. decis. 2 & 5 de off. Vica. in antiqu. quibus omissis dico quod hoc officiũ Vicariatus Episcopi durat solum viuente Episcopo, & post mortem reuocatur, & cessat Ioann. And. & alij in d. c. fin. de offic. Vic. vers. item mandatum circa medium. Amplia primò quia Vicarius reuocatur per translationem Episcopi maximè si in loco esset nota Calder. cons. 208 alias 10 de re iudic. Amplia secundò, quia Vicarius etiam perpetuo deputatus, & quem Episcopus promisit non reuocare possit tamen reuocari etiam re non integra quoniam Vicariatus est officium, & non sonat in nomen realitatis dominij Bald. cons. 328 Castr. consil. 362 lib. 1 vbi quod in mera voluntate Episcopi consistit, constituere, & reuocare vicarium etiam si episcopus iurauerit non reuocare, quia licet episcopus remaneat periurus tamen valet reuocatio Castr. d. cons. 362 num. 4 Amplia tertiò quia Vicarius Episcopi reuocatur facilius quam procurator quia procurator post litem contestatam non reuocatur, & durat post mortem in negotijs cæptis, secus in vicario Calder. d. cons. 69 & cons. 228 alias 7 de præb. Et vltimò amplia quod episcopus tacitè reuocare videtur Vicarium, & illi adimere authoritatem in ijs quæ episcopus facit putà si ambo conferunt præualet episcopi fortio, & quia episcopus videtur reuocare Vic. in hoc Cald. d. cons. 69 vbi ponit similia de Papa conferente vt liget manus inferiorum item in delegato cognoscente causa subdelegatam, & denique in domino tractante causam. *Io. Bapt.*

Per vicarium. CASVS. Quidam Mutinensis cum esset simpliciter factus vicarius episcopi, volebat propterea in omnibus potestatem sibi datam exercere vt episcopus, ad idque peragendum illa mouebatur ratione, quia vtriusque idem Tribunal. censetur. capitulo 2 de consuetud. in 6 Sol. tamen vt hic dicitur, siquidem quædam negotia requirunt speciale mandatum. capit. qui ad agendum, de procur. in 6 tex. autem incontr. adductus, intelligitur quo ad ius reddendum. secus aliter. Not. generalem commissionem comprehendere tantum leuiora, & non grauiora capit. 2 eod. in 6 Not. 2 argum. quod prohibita numquam præsumuntur permissa, nisi expressè probentur.

b ¶ Rationabili.] Sed quæ sunt causæ rationabiles per vicarium deseruiendi? Respond. vt per Host. in summa huius tit. § & in quibus casibus, & ordinariè per Doct. in c. extirpandæ § quia verò de præb.

c ¶ Non potest.] Videtur igitur, quòd si dum est præsens, potest omnia episcopalia munera ob re, quod non teneatur constituere vicarium. Cuius tamen contrarium videtur sentire Abbas in c. quoniam de offic. ord. *Episcopus an teneat constituere vicarium.*

iuribus

tuere vicarii.

Episcopalis respræsentatur auctoritas, in quo tamen illud aduertendum est, quod licet per generalem, [a] officij commissionem Vicario factam causarum cognitio transferatur; potestas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos à suis beneficijs, vel administrationibus amouendi; vel beneficia conferendi (nisi specialiter [b] concessa sit) non transfertur.

Habens curam animarum in diuersis Ecclesijs, vel laicus non potest constitui vicarius, hoc dicit.

Debet autem Episcopus circumspectus esse, ne laicum [c] vicarium sibi constituat,

iuribus & rationibus per eum allegatis cuius opinio huic literæ non est contraria, cum ipse præsupponat episcopum numquam omnibus ecclesiæ negotijs esse parem. De quo tamen dubitari potest, maximè si diœcesis sit modica, episcopus vir expertus & habeat Archidiaconum, & Archipresbyterum.

a ¶ Generalem.] Ergo quo ad singula non tantum valet genus, quantum species, de hoc distinct. 23 ca. quanquam & de offic. ordin. capit. si sacerdos, & fac. cap. licet eodem lib. 6.

b ¶ Specialiter.) Sufficit autem secundum Hostiens. quod vnum istorum specialiter exprimatur secuta clausula generali, videlicet: & omnia alia quæ nos possumus, etiam si mandatum exigerent speciale: vt no. in cap. licet eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. In § 1 Animaduertendum insuper Vicario Episcopi nonnulla prohiberi sine speciali mandato, & primò beneficia conferre, instituere & præsentare ad ea non potest. Secundò nec beneficia vnire. Tertiò nec visitare. Quartò nec Synodum congregare. Quintò nec comendatitias ad ordines dare, nisi episcopus iure communi, & multò minus si episcopus id habeat à Summo Pontifice. Septimò inquirere corrigere ac punire non potest. Octauò nec confirmare Abbates, & inferiores sibi subiectos, nec Abbatissas, & Moniales benedicere potest. Nonò nec causas matrimoniales tractare. Decimò nec interponere auctoritatem donationis iuris patronatus. Vndecimò nec constituere vicarium generalem: limitatur hoc nisi causa, & modicum tempus concurrant Put. in decis. 168 & dixi in collectanea 143 part. 1. 12 nec commissa ipse episcopo potest agere sicut nec episcopus potest exequi delegata suo vicario, tamen nec à reseruatis absoluere potest: imò & ipse ligatur eisdem casibus reseruatis decretis, ac statutis sui episcopi, si tamen ipse haberet facultatem ab episcopo absoluendi à casibus reseruatis, potest eam alteri subdelegare. His & huiusmodi exceptis reliqua omnia potest facere Vicarius, vt late probat Vgol. de offic. episcop. part. 1 fol. 19 & 21 verum quod Vicarius generalis possit facere ea, quæ potest episcopus, absente vel impedito episcopo tenet Sbroz. de offic. Vic. lib. 2 ea maximè quæ sunt iustitiæ non gratiæ, Menoch. consil. 602 nu. 67 & quod aliquando in certa causa spirituali possit constituere Vicarium, tenet Rot. decis. 4 de offic. Vicar. in nouis, & casu absentiæ vel impedimenti idem posse de consuetudine probat. Scap. lib. 1 de iu. non scripto c. 39 & si episcopus committit Vicario omnes causas presentes, atque futuras, & Papa vnam deleget episcopo, non potest vicarius de illa cognoscere vt patet ex decis. Rot. 2 in Antiquis.

Potest tamen Vicarius generalis dare literas commonitoriales pro rebus ablatis, quia quamuis in Conc. Trid. sess. 25 cap. 3 de refor. solus episcopus dicatur posse concedere huiusmodi literas, id tamen non censetur negari eius Vicario generali, qui non excluditur expressè provt fit in eo Trid. in sess. 24 cap. 6 de reformat. & est res, quæ conuenit Vicario, & eius officio comprehenditur nomine episcopi est glos. notab. in c. vnico, verbo per episcopos de capell. Monach. in 6 & in proprijs terminis tenet Sbroz de offic. Vicarij lib. 2 q. 171 Gutter. lib. q. canonicat. cap. 11.

Animaduertendum insuper, quod Vicarius Episcopi non potest inquirere punire priuare beneficijs, vel eidem conferre nisi hæc spiritualiter sibi committantur hoc dicit, ade Rebuff. in prax. in forma Vicariatus n. 84 & Bisignet. in decis. 2 de offic. Vicar. & ita etiam nec potest vnire sine spirituali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali ad omnia & alia & c. quæ non extenditur an maiora vt per Garzia de benefic. cap. 2 § 1 n. 69 p. 12 quamuis contrarium teneant Mohedan. Gabr. & Gambar. per eum relati n. 70.

Debet autem.) CASVS. Quidam laici petebant à suo Episcopo se constitui in Episcopatu Vicarios eius, atque putabant eorum petitionem esse iustam, illa ratione, quia laicus in iure canonico doctoratur, vt consuetudo passim, docet, vnde idem videbatur dicendum de Vicario isto, Sol. tamen vt hic habetur per rationem in tex assignatam, consuetudo verò in contrarium adducta meo iudicio inducit priuilegium, & ideo non obstat. Not. in officijs exercendis esse summopere congruentiam personarum obseruandam, iuxta not. in c. 2 de elect. & supra in § fina. de offic. archipresbyteri. c ¶ Laicum.] 16 quæstione septimo capite in noua. *Io. Bapt.*

ANT. TIM. Merus enim sæcularis, vel clericus vxoratus non potest esse Vicarius, secundum Panormitanum, in cap. 2 de cleric. coniugat.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur hic laicum non posse constitui Vicarium, adde quod concordat Franc. in c. Ioannes de cleric. coniug. cum decis. Rot. de offic. Vic. in nouis, & text. in d. c. fin. de offic. vic. in 6 n. ratio quod laici etiam religiosi nullam habent de iure facultatem disponendi de rebus Ecclesiasticis siue in temporalibus siue in spiritualibus ea, benè & ibi Glos. late 96 dist. cap. non placuit, cap. laicis, & sequ. 16 q. 7 cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. cap. cum laicis de reb. eccles. non alien. cap. decernimus vbi latissimè DD. de iudic. hinc videmus quod laici non possunt constitui, vt præsint Ecclesiæ vel Clericis, vel si impediant de spiritualibus Abb. Felin. & Dec. in d. c. decernimus etiam secundum Abb. in cura omnium temporalium possit demandari laicis, non tamen vt administrent nomine proprio vel tanquam ius habentes nec personaliter, nec ministerialiter, vt dicit Abb. ibi in notab. sic etiam laici non possunt constitui procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ Batr. post alios d. c. decernimus, vbi nec laici possunt esse œconomi nec administratores generales, & vniuersales Ecclesiæ, vt super Ecclesias Clericorum, vel alia spiritualia potestatem habeant, quod quo intelligitur vide eundem, vt etiam nec laici possunt habere loculos pro recipiendis elemosinis in Ecclesijs cum oblationes debeant cedere ad vsum, & substentationem Clericorum, & Sacerdotum est textus clarus in c. quia sacerdotes c. sanctorum, c. hanc consuetudinem 10 q. 1 quinimo nec clerici debent retinere capsas pro elemosinis recipiens si scanda-

lum generent arg. cap. secundi de custod. Euchariſt & ita pariter magiſtri laici non poſſunt diſponere ſuper mortuarijs quę annexa ſunt ſpiritualibus Abb. in cap. cum laicis de reb. eccleſ. non alien nu. 5 & proinde non poſſunt concedere capellas cum ſepulchris, & Iure fœnerandi cum ſit ſpiritualitati annexum iuxta D D. in c. quanta de iudic. Nauar conſ. 1 de ſepult. qui licet loquatur in conceſſione ſepulturæ, eius rationes millitant etiam in conceſſione capellarum; ſed ſepulchrum cum iure fœnerandi à ſolo epiſcopo concedi debeat Abb. in c. abolendæ de ſepult. Item laici non poſſunt deputare miniſtros in Eccleſia, ſed Epiſcopus, Innoc. in c. cum venerabilis in fin de except. & ibi alii, eademque ratione non poteſt laicus deputari collector obuentionum ſpiritualium, facit textus in c. ſanctorum, & in c. hunc, conſuetudinem 10 q. 1 & à pari laici non poſſunt deputari operarii fabricæ eccleſiarum Butr. vbi ſupra nume. 6 in qua & ſi Abb. Felin. & Dec. videantur contradicere tñ illum fatetur quod cũ officio fabricæ habent etiam præeminentiam ſuper Clericos & habent pŏtatem diſtribuendi redditus inter Clericos, & percipiendi, vt dicit Abb. eſſe in ciuitate ſenarum tunc tale officium non pont. coneedi laicis citra Papæ authoritatem, & denique laici non habent facultatem congregandi artifices in Eccleſia c. decet de immunit eccleſ in 6 vbi Doctores, nec etiam poſſunt facere proceſſiones quia ſunt ſpiritualia iuxta ſupradicta, & eſt text. in Auth. ſed nouo iure § laicis C. de epiſc. & cler.

Indecorum [a] eſt enim laicum hominem viros Eccleſiaſticos iudicare, nec in vno eodemque officio debet diſpar eſſe profeſſio. [b] * Quod etiam lege diuina prohibetur, dicente Moyſe: Non arabis in boue, & aſino.

Perpetuam habens vicariam, tenetur accipere ordinem presbyteratus. h. d.

Inde & Honoriana conſtitutione [c] cauetur, vt Epiſcopus eum; qui perpetuam vicariam [d] obtinet, per ſubſtractionem [e] prouentuum vel ipſius vicariæ ablationem compellat, vt ſe in præsbyterum promoueri faciat.

a ¶ Indecorum) ſic capite in noua. 16 queſtione ſeptima, & capite decenter diſtinctione octuageſima nona

b ¶ Profeſſio.) 12 q. 2 cognouimus Sed contra cap. Deus qui ext, dayi & honeſ. cler & de eo quod not. Io And. in Clem. & ſi principalis. de reſcr. &per Archid in c. in noua 16 q. 7 & de hoc per Doctor. in c. cur. Ioãnes deſtat monach. Sol. vt per Abb. in c. cum eam in fi de elect.

* Diſpar, eſſe profeſſio) poſſunt tamen Religioſi cum ſuperioris licentia alicuius prælati ſe ſubiicere obſequio ex indulgentia concilii Trident ſeſſ. 25 c. 4 de reformat. vnde cenſetur poſſe Officiales Epiſcopi officio fungi quod tamen in Gallia non recipitur & abuſuum adeſſet contrariumque monaſticæ profeſſioni ſi Epiſcoporum vel archidiaconorum fierent officiales Religioſi, Mornac. ad l. placet cod. de Epiſc. & cleric. nihil enim habent commune cum publicis actionibus & ad curiam pertinentibus, nec debent eſſe periti diſceptationum forenſium & cauſidicinæ, feuret de abuſu lib. 4 cap. 3 num. 5 poſſunt tamen eſſe Vicarii generales prælatorum ad exercendam voluntariam iuriſdictionem dummodo id fiat de ſuperioris licentia, gloſſ. in canone de præſenti 16 q. 1. etiam in Gallia fereſt lib. 3 capite 5 num. 9 modo non ſunt ordinibus mendicantium, clerĩ primo de Regular. rebuff. de Vicar. numero 32 quod tamen non licet officialibus regiis id prohibente ordinatione bleſenſi art 112. SOLIER.

c ¶ Conſtitutione.] Tranſitum facit ad Vicarium in diuinis, ſed bona occaſione, maximè cum de ambabus ſpeciebus tractetur extr. eodem tit. ſi tam de Vicario iuriſdictionis, quam de Vicario in diuinis,

d ¶ Vicariam.) Sed quis eſt perpetuus Vicarius? Reſpõ qui canonicè à perſona eccleſiæ, & auctoritate epiſc. eſt inſtitutus & certam debet percipere portionem c. ad hæc ext. eod & de præb. capite extirpandæ § quia vero Et not. qui habet aliud beneficium curatum, non poteſt adſpirare ab vicariam. c. 1 extr. eod. ſed nec ad duas Vicarias, vt c. fi. extr. eod. vbi not. *Vicarius perpetuus.*

ANT. TIM. Quando autem & quoties ſit appellandum uide C. de appel autho. hodie autem & l. vlt. C. quomodo, & quando iud l. ab eo ff. de app. rec l. 1 § fin extr. de appel.

e ¶ Subſtractionem.) Sic etiam compelluntur alii clerici, c. nu. neceſſitas, vel vtilitas) exigit, vt ordinentur, facit c. quæris de ætat & qual.

f ¶ ALOYSIVS RICCIVS. Hæc eſt diſpoſitio huius textus ſ. quod perpetuam habens Vicariam tenetur accipere ordinem presbyteratus, & ratio eſt, quoniam Vicarius perpetuus habet verum titulum c. ad hæc vbi Abb. de offic. Vic. Gloſ. in Clem. 1 de offic Vic. Nicol. in tract. de pluralitat. benef. c. 1 n. 37 Gambar de offic. & poteſt legat. lib. 6 tit. de diſpenſat. n, 10 & ita eſt tenendum, hinc omnia Iura loquentia de beneficiis curatis circa Vacationem per aſſecutionem, & per non promotionem & de eorum ætate locum habent in huiuſmodi vicariis perpetuis. de Clem. vnica de offic. Vic. vbi præter alios Patiſ. de reſignat. Benefic lib. 3 q. 1 nu. 115 cum ſequent. dicitur namque iſte Vicarius perpetuus rector Curæ animarum cum propriè non ſit rector Eccle. Vitaſ. in Clem. 1 de offic. Vicar. nu. 24 c. ex parte, & Abb. ibi not. 3 de offic. Vicar. nec Vicarius perpetuus poteſt remoueri etiam ſi rector principalis moritur, vt in d. capite ac hæc de offic. Vic. Rebuff. vbi ſupra 15 & Hoieda de incompatibilit benefic. p. 1 c. 15 n. 12 Item talis Vicarius perpetuus habet de Iure coni fundatam intentionem de Iure percipiendi decimas, & iura parochialia pro ſua congrua ſubſtentatione aſſignata Rot deciſ. 5 de offic Vicar. in antiquis Creſcent. deciſ. 2 n. 1 de decim Verall. deciſ. 339 nu. 2 p. 3 in reliquis autem decimis habet fundatam intentionem rector, vel is cui eſt Beneficium vnitum Cardin in Clem. fin ad fin de decim Mohedan. deciſ. 5 de decim & veterall. deciſ. 353 n. 3 p, 2 & 339 numero 3 & 4 lib. 3.

Si Vero nullus adeſſet rector nec apparet de vnione, tunc Vicarius perpetuus fundatã habet de iure cõi intentionem quoad omnes decimas Rebuff. in tract. de congrua. nu 1 10 verſ. tertius eſt Vitalin in Clem. 1 nu 11 de iur. patr. & ita fuit reſolutum in vna Pampilionen decimarum 14 Ianuarii 15 91 & in eadem cauſa 13 Decemb. 15 92.

Huc ſpectat quod Vicarius perpetuus ſic debet honorari in loco, & aliis ſicut is cuius vices gerit cap præcepimus 93 diſt. per text. in d. clem. vnica Fel. n. in cap. olim li. 2 de offic. deleg.

Inter vicarium. CASVS. Cum lata eſſet ſententia à quodam Epiſcopi vicario contra Monaſterium S. Petri, *Io. Bap.* volebat Sindicus appellare ad Epiſcopum, cum ad proximum ſuperiorem eſſet appellatio facienda l. Imperatores, ff. de appellatio. Sol. tamen ut hic dicitur, quia eſt idem tribunal. c. 2 de conſuet. in 6 & ſic ceſſat ob-

A Vicario appellatur ad Archiepiscopum ab Archidiacono ad Episcopum. h. d.

Inter vicarium [a] autem & Archidiaconum illud interest, quod à vicario, non ad Episcopum, [b] sed archiepiscopum: ab Archi-

Cur à vicario ad Episcopum non appellatur.

lectio, quæ adhuc non obligat quia illa lex non habet locum de iure can. iuxta not. in cap. antiqua de priuil Not. in materia appellationis iudicem à quo & ad quē debere esse realiter distinctos iuxta d. c. 2. ita quod vnus sit superior, alter vero inferior in eodem ordine. Not. 2 hunc vicarium esse alterius naturæ à iudice delegato quia appel. non eodē modo ab vtroque est facienda, vt doct animaduerterunt. in d. c. 1 ubi est gl. not.

a ¶ Vicarium.] scilicet generalem: vt cap. Romana. in prin de appell. in 6 qui est ordinarius vt ibi not. Secus si quis delegatus esset ab episcopo ad causam specialem quia tunc ad ipsum episcopum appellari deberet. cap. super questionem de off. deleg & cap. dilecti. de appel. vbi not. & potest esse ratio, quod à vicario generali non appellatur ad episcopum, quia appellatio est de minori iudice ad maiorem prouocatio vt not in c. 2 de con. in 6 & habetur infra de appella post princ. Sed cum episcopi, & sui officialis idem sit auditorium sequeretur, quod si à vicario ad episcopum appellaretur idem esset iudex à quo cum iudice ad quem: quod esse non debet d. c. 2 & cap Romana Sed videtur contra c. à collatione de appel. in 6 vbi ab episcopo ad eundem episcopum appellatur. Sol. vt not. in d. c. 2.

b ¶ Ad episcopum.] Sed licet ad episcopum non possit appellari: tamen si vicarius recuset tanquam suspectus, suspicionis causa coram episcopo est probanda. c. si contra vnum in fi de off. deleg. Nec. enim verum est per omnia, quòd appellatio & recusatio paria sint. per omnia: vt dicitur in cap. super eo 2 de appel. & in c. 2 de consum. n. 6.

ALOYSIVS RICCIVS Notabis ex hoc § non posse appellari à sententia Vicarii ad ipsum Episcopum concordat text. in c. Romana in princ vbi Doct. de appel in 6 c. non putamus vbi etiam Arch. Anchar. Franch. post Gem. de consuet. lib. 6 c. si contra in fi. de offic. de egat eo lib. Doct. in Clem. & si principalis de rescript. Iancell. in § fin cum glos. in verb. Vicarium generalem instit. iur. Can. de offic. Vibarii Abb. in c. si quis in prima lect. n. 26 & in 2 num. 31 ext. de for. compet. & in c. cum terra n. 1 ext. de electio. Bart. in l. 1 in fi. ff. si quis & à quo Tholot quæst. 479 Bertaech. de Episc. lib. 4 par 6 tit. de vic. Episc. num. 17 Burgen ench. par. aut simil iur. in ver iudicium officiales Bero rub. num. 24 extrude appell. Senat. Pedemont decis. 131 n. 17 Massuer. ad pract. papien folibel actie. real. in ver Vicarius in fi & ver. seq.

Et ratio est quia appellatio est de minori Iudice ad maiorem prouocatio d. c. 2 & si appellaretur ad Episcopum Archiepiscopum Patriarcham, siue priuatum à sententia Vicarii vtique daretur appellatio ab eisdem ad seipsos d. c. Romana & d. c. 2 cum statutis vtrobique per Doct. & si nulla esset distinctio personarum inter iudicem in quo, & Iudicem ad quem vt animaduertunt Doct. in c. dilecti el. 3 num. 4 in glos. ibi idem credo extra de appellat prout etiam quia si daretur appellatio à Vicario ad Episcopum qui nullum creauit posset Episcopus alteri committere vices suas in illa causa & sic numquam peruenireret ad Metropolitanum, vt declarat Arch. in d. c. 2 vers. item si ab officiali contra ea quæ dicta sunt in proxima quæst. præced.

Primò amplia vt etiam non dari appellationem ad Episcopum à sententia Vicarii Generalis constituti in Ciuitate tantum Caldei cons. 2 de appell. quem refert apost. ad Gemin in d. c. non putamus num. 3 in fin. sub litera C. de consuet. lib 6.

Secundo ampliatur etiam non dari appellationem ab officialibus inferiorem Prælatorum ad Prælatos quorum sunt. Vicarii nec etiam ad Metropolitanum. sed ad Episcopum d. c. Romana. § ab Archidiaconis vbi Arch. col 2 in ver. officialibus de appell. in 6. in c. dilecti el 3 in vers. post. huiusmodi circa medium, vbi. etiā Doct extra de appel. quia idē est auditorium istorum officialium, cum ipsis inferiorib. Prælatis secundum, Doct. sup. allegates & ideo militat ratio d. c. 2 de consue in 6 & d. c. R. de appel eo tit. cum aliis superius adduct.

Declaratur nisi consuetudo extaret, quod ab istis Prælatis vel coram, officialibus appellari posset ad Archiepiscopum, omisso medio d. § ab Archid vbi doct. & glo. in cap. dilecti in ver. post huiusmodi circa medium vbi Dec. num. 3 in vers. 2 fallit Franc. in d. c. non putamus col. pen. in ver 6 no. Iancell. instit. iur. can. de off. Vicar. § fin.

Tertio ampliatur idem in quolibet iudice gerente vices alterius generaliter l. 1 & 2 C. de offic. eius qui vic alt. ger Bar. in l. præcipimus C. de app. Dec. in c. dilect. el 3 col. 1 ad fin n. 4 extra de appel. Arch. in d. c. Romana in prin. & in Vicario cap. sede Vacante a parte prin. q. 10 numero 14

Declaratur hæc ampliatio, vt procedat in illis vicariis, qui ab ordinariis electi sunt, non autem à principe ad quem ab Vicario potest appellari Dec. in d. c. dilecti in fi. post Fran. in d. c. dilecti in fi. post Fran. in d. c. non putamus col. 2 vers. aduerte tñ de consuet in 6 vbi declarat, verum esse in principibus, qui superiorē non recognoscunt, nam ad illos appellatur, ab eorum Vicariis pp defectum superioritatis eum princeps non habeat superiorem.

Quartò ampliatur, siue appelletur in iudicio, siue extra Rot. decis. 7 alias 372 num. 2 tit. de offic. Vicar. in nouis secundum nouam impressionem Nicell. de consuet. gl. numero 3

Quintò ampliatur vt appellatio interposita à sententia Vicarii ad Episcopum, & commissio causæ, & processus inde factus sit nullus Gemin d. c. non putamus numero 3 de consuet. lib 6 post Io. Andr. de Franc. colsi. qui melius aperit os Lapi, & Dominic subobscurè loquentium Spec. tit. de appell. § nunc tractemus vers. quid si de facto.

Extenditur hæc ampliatio etiam si partes litigarent, coram legato Episc. in causa appellat. Specul. in d. § nunc tractemus Firman. in vers. iurisdictio. num. 30.

Declaratur prædicta ampliatio quando appellatio interponeretur à sententia valida, quæ non posset rescindi nisi remedio appellationis tunc enim appellatio, & processus est nullus, secus si sententia est nulla quia tunc retractari posset ab ipso officiali & Episc. Gem. in d. c. non putamus n. 3 post Lap. ibi relatū Fran. d. cōs. fin Sextò ampliatur etiam si consuetudo quanto eumque tempore seruata extaret appellandum esse ad ipsum. d. c. 2 & ibi atè Franc. de seruata in 6 Abb. in c. cum terra nu. 1 extra de elect & in c. dilecti c. 3 nu. 26 Dec, nu. 4 extra de app. Rola cons. 75 nu. 17 in 3 Burgen. Enchir par aut simil. iur. in ver. iudicium, & ratio est, quia de substantia appellationis est, quod ad maiorem Iudicem interponatur secundum D. d. ea non putamus, & alios præallegatos & comprobit. Bero in rub. n. 24 extra de appel. confutans argumenta quę contra glos. in d. c. 2 disputando per eundem adducuntur.

Declaratur supra dicta conclusio vt procedat in appellationib. interpositis à Vicario generali secus á Vicario foranco, vel á delegato Episcopi etiam ad vniuersitatem couſarum, quia tunc ad episcopum appellari posset c. super. quæst. de officio deleg. d. c. dilect. vel 3 vbi Abb. n. 14 & iterum Abb. in c. relatum de offic. delegat. post glos. in clem. 2 in ver. foranes vbi Card. & alij de rescript. Gemin. in d. c. non putamus vbi Franc. col. 2 in glos. in ver. officiali dicit à collatione beneficij, vel ab aliquo articulo specialiter commisso Vicario semper appellari ad episcopum Innoc. Archid. & alij in d. c. Romana de appell. in 6 Franch. in c. licet col. 2 vers. episcopus de offic. Vicar. in 6 Abb. in cap. si quis contra in 1 lectur. n. 26 & 30 cum si q. de foro com. per. glos. in § si. in verb. vicarium instituit Iuris Canonic. Lancellot. de offic. vicar. & in d. c. 2 in verb. offic. vbi Doct. de consuet. Bart. in l. 1 in fin. vbi latè apost. ff si quis, & à quo Cald. cons. 2 Lauin. de off. & potestat. cap. sede vacan. 2 par. prin. q. 10 n. 14 Rolan. cons. 85 n. 11 & 17 in fin. in tertiò Burgen. Ench. par. aut simil. iur. in ver. iudicium officiali Massuer. ad pract. Pap. in for. libel. real. in ver. Vicarius in fin. & ver. seq. Moh. decis. Rot. 138 hom. 27 lib. 1 in codicibus manuscriptis.

Declaratur nisi pars peteret retractationem alicuius grauaminis, quia tunc posset Vicarius suam interlocutoriam reuocare, etiam post appellationem, & ab ea potest ad Episcopum appellari Gemin. in d. ca. non putamus n. 3 ad fin. post Lapum ibi relatum. Fran. col. 2 in vlt. not. quod Gemin. extendit in delegato Episcopi Pad. in apostil. ad Rot. decis. 3 alias 350 de off. Vicar. in nou. Put. decis. 15 de appell. & Lap. in d. declarat quando retractatio petitur, per viam iustitiæ nam per viam attentati debet appellatio iustificari apud Iudicem ad quem quæ cum sit nulla, vt dixi in princ. quæst. iustificari non potest quod tamen licet Gemin. ibi conatur, affirmare declarando Lapum, hodie tamen cessare videtur, huiusmodi difficultas, quia ab interlocutorijs ordinariorum, non datur appellatio, nisi eo casu, quo grauamen reparari non potest indefinita Franc. in d. cap. 2 Papiz. in d. apostil. ad Rot. decis. 3 alias 350 de offic. Vicar. in nou. Concil. Triden. cap. 1 sess. 24 in decreto. de reform.

Secundò declaratur, vt non procedat quando episc. delegasset. vnam causam vicario suo, quia tunc in d. causa ad episcopum appellabitur, ex quo vicarius etiam non cognouit vt vicarius, sed tanquam delegatus Ioan. And. in d. c. dilect. el 3 in gl. in ver. quæ non erat de curia, & ibi Abb. n. 18 Apost. ad spec. in tit. de appell. d. § nunc tractemus n. 6 in ver. obuiari Card. in Cle. 2 q. 8 de rescrip. Fel. in c. insinuante, n. 1 de offic. delegat. Bertach. de episc. p. 6 lib. 4 tit. de Vic. Episc. n. 17 post Rotam. 371 in no. Franc. in d. c. dilecti. q. 3 Gem. in c. licet n. 9 in fi. de offic. vicar. in 6 & idem dicendum est de benef. collat. à vic. facta, à qua si appelletur appellabitur ad episcopum, quia non contulit vt vicarius sed vt specialis commissarius Nicol. Mil. reper. vers. vicar. episcopi Cucc. Instit. iur. canon. de vic. episc. n. 126.

Subdeclaratur nisi episcopus delegasset. Vicario causam malitiosè in fraudem appellationis interponendæ ad Metropolitanum, tunc enim episcopus non debet de fraude commodum reportare, sed excommunicari posset per ipsum superiorem Abb. in d. c. dilecti n. 18 post Specul. de appellat. dicto § nunc trademus vers. ad secundum præmissa n. 6 Bertach. de episc. p. 6 lib. 4 d. tit. de vic. episc. qui dicit fraudem huiusmodi probari per coniecturas Gemin. in d. c. non putamus nu. 31 in fi. Franc. col. 2 vers. sed limita de consuetud. lib. 6.

Tertiò declaratur vt quamuis appellari non possit ad Episcopum, potest tamen ad eundem dici de nullitate Card. in d. clem. 2 num. 2 de rescript. Franch. post alios in d. c. 2 in fi. de consuetud. in 6 Vant. de nullit. tit. coram quo null. num. 20 in fi. Cucc. instit. iur. can. de vicar. episc. n. 126.

diacono verò, nisi aliud Ecclesiarum inducat consuetudo [a] ad ipsum, cui immediatè subijacet, Episcopum, erit appellandum. [b]

DE COADIVTORE.

TIT. XVI.

Coadiutor. { Quare datur. Qualis. Quibus.

a ¶ Consuetudo.] Quæ dat iurisdictionem c. cum contingat. de for. compet. & c. Romana eodem tit. in 6 & c. Romana de offic. ord. Idem dicemus de priuilegio, cum ista sint paria. 9 q. 3 conquestus & c. duo. § debet de offic. ord. & c. nouit vers. non enim de iud. vbi de hoc dicitur. Et quod hic dicitur de consuetudine, refertur solum ad appellationem interponendam à sententia Archidiaconi. s. quod de consuetudine possit induci quod appelletur ad Archiepiscopum, non autem quòd consuetudo possit inducere, quod appelletur à vicario ad episcopum: quod licet quidam anti qui tenuerint tamen est falsum: vt not. in c. 2 de consuet. in 6 & in c. Romana de appell. in 6.

b ¶ Appellandum.] Nisi quis appellare velit ad Papam, ad quem omisso etiam medio appellatur 2 q. 6 c. ad Romanam, & c. quisquis, & idem in legato, vt in c. 1 de off. leg. vbi de hoc & 2 q. 6 c. 3 licet secus sit in Imperatore de iure ciuili. l. Imperatores ff de appel.

DE COADIVTORE.

Io. Bap.

INter illos qui adiuuant Episcopum in sua cura pastorali connumeratur etiam iste Coadiutor: ideo post declarationem vicariorum supradic. consequenter ponitur, tit. iste: qui diuiditur in 2 partes, in prima habetur qualiter Coadiutor sit dandus Episcopis in secunda qualiter sit dandus Episcopis inferioribus secunda: ibi nec solum.

DE COADIVTORE.

ACcidit etiam CASVS in vtraque parte eo modo figuratus. Quidam beneficiatus, siue sit Prælatus, siue sit eo inferior, cum esse senio vel alia corporis valetudine impeditus; ita vt non posset suæ ecclesiæ seruire, petebat propterea sibi dari coadiutorem: quamuis autem id potuisset ei denegari, tum ob copiam tot. offic. vt constat in superioribus titul. si ille fuisset episcopus, tum etiam per ca. tua nos. de cleri ægrotan. Sol. tamen vt hic legimus, quia si secus esset, potest contingere quod non inueniatur, qui seruiat eccles. c. 1 eodem copia autem official. vbi oportet non est deneganda, & ideo prima obiectio non tenet c. verò tua nos intelligitur in casu spirituali, & non regulari, & sic non obstat. Not. primo afflictum esse aliquando subleuandum, dummodo tamen canonicè subleuetur: aliter enim esset retardare homines ab officio adiuuandi alios, vt dicit tex. in d. c. 1 Not. 2 hanc diuisionem

ob eius rationem esse ampliandam in quolibet benemerito officiali. quod facit ad quæst. de doctore volente legere per substitutum, de qua Abb. in c. 1 de Sum. Trin. num. 2.

Senectus.

a ¶ Senio.] Not. quod senectus æquiparatur infirmitati. immo, vt inquit Teren. Senectus ipsa morbus est: & fac. hoc statutum loquens de infirmis, & de infirmitate, de quo per Abb. in c. magnæ de vo. & vot. redemp. & in c. quamuis de sent. excom.

b ¶ Valetudine.) Scilicet incurabili secundum plerosque, vt per Abb. in c. ex parte de cler. ægro. & no. in ca. vnic. eo. tit. in 6 in verbo perpetuò. Sedidem fortè si morbus curari non posset, nisi per longa tempora per rationem d. c. vni. Et adde, quod morbus administrare impediens reddit quem incligibilem: vt per Abb. in c. cum inter canonicos de elect.

Ex causa datur Episcopo coadiutor, cuius datio ad sedem Apostolicam spectat, h. d.

ACcidit etiam interdum, vt Pastor senio [a] aut corporis valetudine [b] impeditus, aut sanè mentis consilio [c] destitutus, super suum gregem excubias ducere non possit, ea propter vir prouidus [d] & hone-

ANT. TIM. Vt de leprosis constituit Lucius tertius, c. de rectoribus, & Clemens 3 c. tua nos de cler. ægrot. & de deformato, & mutilato, in c. presbyterum eod.

c ¶ Consilio.) Idem si sit prodigus, & de dilapidatione suspectus, vt per Abb. in cap. Veneralibili, de offic. deleg.

d ¶ Prouidus.] Et qui ad gerendum officium, in quo datur coadiutor non sit inhabilis: vt per Doct. in c. fi. de cle. ægr. vel debilit.

ALOYSIVS RICCIVS. Habes ex hoc textu, quâ ex causa datur Episcopo coadiutor, vt propter infirmitatem incurabilem quæ inducat perpetuum impedimentum c. 1 7. q. 1 c. ex parte de cleric. ægrot. vt quia maiore parte temporis infirmetur, iuxta no. in c. nisi cum pridem § alia verò causa de renunc. Verall. decis. 91 p. 2 Dedic. de cas. fortuit. p. 1 q. vlt. numer. 18 est n. morbi infirmitatis necessitas, quæ id operatur cum legib. non subiacet Franc. Marc. decis. 645 n. 1 vol. 1 Et datur similiter coadiutor propter senectutem ad tex. in c. vnico de cler. ægr. in 6 Rebuff. in prax. tit. de reprob. benef. viuen. impetratione n. 50 Mandos. reg. 11 q. 5 n. 2 quod intelligas si excedat septuagesimum annum d. c. vnico, § verum, Franc. in c. vnico de cler. ægr. in 6 & quæ decrepito detur coadiutor, dixit Ancha. cons. 188 nu. 7 vbi quæ senectus infirmitati æquiparatur. Datur etiam coadiutor leproso c. tua nobis de cler. ægrot. ca. qualiter & c. seq. c. nihil & c. seq. 7 q. 1 Sintag. iur. lib. 15 c. 25 Put. decis. 226 Verall. d. decis. 91 n. 2 lib. 2 Salemitan. de Ecclesiast. reddit orig. & iur. p. 3 c. 15 n. 33. cum seqq. & alio pariter morbo laboranti, vt per Duaren. de Sacr. eccles. minister li. 3 c. 5 Item datur coadiutor dementi, vel furioso, vt in d. c. vnico, § si verò & ibi cõmuniter DD. Bertach. in tract. de episc. p. 2 lib. 4 n. 24 Nauar. cons. 3. n. 2 de cleric. ægrot. Anch. d. cons. 188 num. 7 Datur quoque coadiutor quando linguæ officium amiserit, vt in paralitico c. fin. eo. tit. de cler. ægrot. eo. ca. vnico § si verò eo. tit. lib. 6 & propter negligentiam & remissionem illius, qui præest datur coadiutor in Regno. c. 2 de suppl. neglig. prælat. in 6 & & propter Populi numerositatem auctum prouidendum est Rectori de coadiutore, Grass. decis. vnica de parroch. & sic etiam quando est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, nam ei dandus est coadiutor Spec. in titu. de inquisit. § nunc videndo numer. 4 & 5 Abb. in c. venerab. no. 4 de off. deleg. & in c. licet helin. 6 de Sim. Mandos. in reg. 11 de reuoc. reseru. c. 5 num. 6 Et si episcopus esset inhabilis, vel illiteratus vt non posset muneri sibi iniuncto incumbere, poterit dari coadiutor c. quam vers. sed si propter vbi Host. n. 1 Abb. n. 2 de offic. ord. Zabar. cons. 70 n. 1 & hodie expresse renouatur à S. Conc. Trid. c. 6 sess. 21 Mand. in prax. signaturæ gratiæ tit. coadiutoriæ vers. coadiut.

Aduertendo tamen quod præfatum coadiutorem solus Papa episcopis, & alijs superioribus collocabit dum taxat vt in d. c. vnico § § autem de Cler. ægrot. in 6 Arch. in c. scripsit n. 1 & Alex. ibi num. 27 q. 1 Abb. in c. si. nu. 5 Imol. num. 11 Butr. nume. 14 de cleric. ægr. Gamb. de offic. & possunt legib. 5 tit. de coadiutoribus. num. 5 non tamen potest talis coadiutor Episcopi dismembrare Eccl. vnitam nec in ea erigere ius patron. Achill. de Grass. decis. 1 per tot. de reb. Eccles. non alien. Mand. reg. 11 q. 5 num. 7 & 8 alijs autem inferioribus possunt Coadiutores dari à legatis Nuncijs & Episcopis, quæquæ pont instituere & destituere, & fortiori poterit coadiutores dare, Ioan. And. d. c. fi. n. 7 per tex. ibi & in c. 3 de cler. ægro. Gamb. de offic. deleg. vbi supra num. 3.

Animaduertas pariter, quod coadiutor est duplex, perpetuus, s. cum futura successione, vt post cessum vel decessum coadiuti conferatur beneficium coadiutori, vt ipse succedat in illo, de qua coadiutoria dicit Gamb. vbi supra tit. de coadiutor. num. 13 cum seq. quia tales coadiutores non sunt coadiutores, sed hæredes plerumque fieri, qui nedum coadiutore sed pedagogo egerent. & quia subest colore subintrat secunda successio in Eccl. Deijdici essent Mand. in reg. 32 qu. 30 num. 1 in fi. q. vt plurimum tales coadiutores nullum penitus seruitium præstant sed principaliter intendunt coadiutus, & coadiutor quod obitu coadiuti aduenient coadiutor succedat; vnde meritò postea per S. Concil. Trid. sess. 25 de reform. c. 7 tales coadiutores cum futura successione dari prohibentur, & de istis coadiutorijs cum futura successione asserit Cassad. decis. 2 nu. 2 de rest. spol. quod talis mod. coadiutoriæ cum futura successione non inuenitur de iure communi sed est adinuentus ex solo stylo, tradit etiam Mandos. reg. 11 q. 5 num. 4 & 5.

* Coadiutorias cum futura successione Concilium Trid. non absolutè remouit sess. 25 cap. 7 de reformat. sed indulsit in Cathedralibus & in monasterijs ex vrgenti necessitate aut euidenti vtilitate causâ ipsa à Summo Pontifice cognitâ, & reuera habent aliquam conformitatem cum iure communi vt ex can. petisti 7 q. 1 affirmat Mandos. ad Regul. 11 q. 5 numer. 5 quem indebitè carpit Gonzal. ad regul. de mensib. Gloss. 5 § 9 num. 46 nam textus ille optimè probat illarum vsum esse antiquissimum & canonicum, ad quod etiam est textus in can. sicut vir. § ecce his auctoritatibus ead. q. & quamuis Gregorius Tolosan. de benefic. cap. 30 n. 2 eas detestabiles dicat, ex quo Alexander 3 in capit. accepimus de pactis detestatus fuerit collationes de Ecclesijs tali tenore clericis factas vt post eorum obitum alij nominatim succedant; tamen textus ille non loquitur de coadiutorijs, nec eis potest adaptari, Garcias de benefic. part. 4 c. 5 num. 15 conqueritur etiam Gambarus in tract. de officio & potest. legati lib. 5 tit. de coadiut. num. 13 per istas gratias intrare fœdam successionem in Ecclesia Dei electi referentes in beneficijs hereditariam quandam imaginem, sub qua plerumque heredes fiunt pueri, qui nedum ipsi coadiutore sed pe-

dagogo egent, & sic tota coadiutoriarum amaritudo considerari potest vel in voto captandæ mortis[c] in quo fundatur reprobatio expectatiuarum, cap. 2 de concess. præb. in 6 vel in successione quasi hereditaria in beneficio, vel in eo quod per huiusmodi gratias minus idonei in Ecclesia ingeruntur. At primum excluditur per consensum & requisitionem coadiuti, vt per dum textũ notat Bortol. in l. vlt. n. 11 cod. de pactis: neque enim datur coadiutor innito, nisi in casu dilapidationis cum ablatione administrationis à qua de iure veniat perpetuo suspendendus iuxta text. in can. vlt. 3 q. 2 & in capit. vlt. ad finem de accusatio. aut in casu dementis, vt in capit. vinc. de cleric. ægrot. in 6 secundum excluditur per literas commendatitias aut Episcopi, aut capitul. qualitatibus coadiutoris & indigentia Ecclesiæ; Gonzal. d. gloss. 5 § 9 nume. 48 & seqq. Tertium accidit contra mentem summi Pontificis ex sinistra informatione quæ in qualibet gratia prouisiua interuenire potest, hæc Lotter. de re benefic. lib. 2 q. 25 n. 6 & seqq. SOLIER.

Temporalis verò dicitur, qui datur ad tempus cum nulla futura successione ad text. in dict. c. vnico de cler. ægrot. & de hoc videtur loqui iste noster textus.

Item aduerte quod ad hoc vt coadiutor sit dandus, & admittendus debet habere omnes qualitates, quas ius requirit in Episcopo, vel alio quolibet titulari, vt per Conc. Trid. sess. 25 c. 7 de refor. vt ætas idoneitas ac sufficientia vnum si datur episcopo debet compleuisse 30 annos Ioan. And. in d. c. fin. sub n. 5 ante fi. & Abb. ibi sub n. 1 vers. 3 quæritur Selua in tract. de benef. dict. 2 p. q. 4 n. 9 Verall. decis. 127 p. 1 Rot. decis. 347 n. 3 & per totam p. 3 diuers. & coadiutori sunt administrandæ expensæ Prælato, vel beneficiato cui datur coadiutor, Anchar. cons. 279 in fin.

Item coadiutor dicitur Prælatus, & vti talis habet curam animarum c. de rectoribus, & ibi glos. verb. cura animarum, & Innoc. & Doct. de Cleric. ægrot. Gloss. in c. tua nos verb. administrationis ad medium, vbi quia erit Prælatus in totum eo. tit. Anch. in c. quamuis, nu. 6 7 q. 1 & vti talis Prælatus habet plenam, & liberam administrationem c. 2 incipit scriptis 7 q. 1 & ibi Glos. verb. cura omnem, c. quamuis ead. caus. & quæst. cap. cum nobis olim in fin. de elect. cap. grande de supplic. neglig. in 6 capit. conquerente cap. dilectus de offic. ordin. cap. accedentibus de priu. l. Ioan. Andr. in ca. fin. num. 8 & 9 de cleric. ægrot. Anchar. c. vnico, numer. 5 vers. 8 nota eod. tit. in 6 quod procedit non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, & propterea potest talis coadiutor beneficia Ecclesiæ conferre. Alex. cap. scripsit, n. 3 Selu. de benefic. 2 p. q. 4 n. 3 cum sequent. Nauarr. cons. 3 de cleric. ægrot. n. 3 & 4 dicens quod coadiutor Episcopi in spiritualibus potest dare benedictionem, & sedere in Cathedra sicut ipse Episcopus nec non beneficiorum resignationes admittere Oldrad. cons. 44 num. 2 vers. ad hoc colliguntur, latè Paris. de resignat. lib. 7 q. 20 numer. 1 & 19 & fin. non tamen habet collationem beneficiorum nec potest administrare sine Consilio Episcopi, & c. contra, nisi esset datus ob nimiam senectutem, vel imbecillitatẽ Episc. quoniã eo ea habet liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus Oldrad. cons. 44 vbi latè de potestate vtriusq; Anchar. in d. c. 1 de cleric. ægrot. in 6 q. 8 n. 5 vers. tenere contrariũ.

[a] adiungendus est : per quem tam Episcopo, [b] quam populo vtiliter consulatur. Cuius datio, cum de causis maioribus [c] esse constet ad Sedem Apostolicam, [d] nulla obstante consuetudine [e] referenda est.

Coadiutor qualiter dandus remotis partibus, hoc dicit.

Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit. Cæterum, si procul ab Apostolica Sede Episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianæ constitutionis tenorem [f] prouidendum erit.

Etiam inferioribus ab Episcopis dandus est coadiutor, & vtrisque de facultatibus Ecclesiæ erit subueniendum, h. d.

Non solnm Episcopis dandus erit coadiutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus, vnde si vel Ecclesiæ Rectorem, [g] vel Archidiaconum [h] ita morbo aliquo contigerit impediri,

a ¶ Coadiutorem.) Adde, quòd si res exigat non solum vnus in coadiutorem, sed etiam duo possunt cap. vnico de cleric. ægrot. in 6 Plures autem duobus non possent dari: cum enim debeant procurari de sumptibus Ecclesiæ, in qua sunt coadiutores, Ecclesia nimis oneraretur vt not. in d. c. vni. *Duo coadiutores dari possunt.*

ANT. TIM. Nota quod propter infirmitatem superuenientem non priuatur Prælatus, quia Ecclesiastica beneficia non sunt temporalia, c. præcepta. dist. 54 vide gloss. in ver. ex

vers. tenere contrariũ. a ¶ Coadiutorem.) Adde, quòd si res exigat non solum vnus in coadiutorem, sed etiam duo possunt cap. vnico de cleric. ægrot. in 6 Plures autem duobus non possent dari: cum enim debeant procurari de sumptibus Ecclesiæ, in qua sunt coadiutores, Ecclesia nimis oneraretur vt not. in d. c. vni. *Duo coadiutores dari possunt.*

ANT. TIM. Nota quod propter infirmitatem superuenientem non priuatur Prælatus, quia Ecclesiastica beneficia non sunt temporalia, c. præcepta. dist. 54 vide gloss. in ver. ex de cle. ægrot.

b ¶ Episcopo.) Sed quid si solum sit electus, & confirmatus, non autem consecratus, an debeat ex toto remoueri, vel potius coadiutor dari? Resp. vt per Abb. in c. ex parte de cleric. ægrot. vel debili.

c ¶ De maioribus.) Nota dationem coadiutorem dici de causis maioribus, quæ sunt reseruatæ Sedi Apostolicæ, vt sedium mutationes, & Episcoporum translationes, c. 1 vbi Abb. de translat. prælat. & in c. quod translationem de offic. leg. c. quamuis, de elect. in 6 c. vt debitus in fi. de appel. & Io. And. in c. querelam de elect. & per Doct. in c. quid sedem, de off. ord. & hoc intellige, si dandus sit coadiutor Episc. secus inferioribus, vt in c. de rectoribus, vbi Abb. de cler. ægro. & c. fi. eod. tit.

d ¶ Apostolicam.) Ergo nec ad Archiepiscopum: quia in sua prouincia id tantum potest, quod sibi à iure reperitur concessum, cap. conquestus 9 q. 3 c. Romana de supp. negli. prælat. in 6 nec ad Patriarcham, nec ad Legatum, quia in generali legatione talia non transeunt cap. quod translationem de offic. leg. Sed contra videtur in cap. ex parte in fin. de cle. ægrot. Sol. illud fuit de speciali auctoritate, & mandato Domini Papæ, vt plenius not. in c. vni. de cle. ægro. in 6 Item argum. contra cap. hi qui de præb. in 6 inf. d. col. § auctoritate. Et fac. ad hoc cap. Eccles. de sup. ceg. prælat. in 6.

e ¶ Consuetudine.) Not. quod contra Rom. Ecclesiam non currit præscriptio in his, quæ sibi in signum specialis priuilegij reseruauit, sicut nec contra priuilegium prælationis. c. cum nobis de præscrip.

f ¶ Tenorem.) Vt in cap. vnic. de cler. ægrot. in 6 Ob difficultatem enim admittitur, quod alias non admitteretur vt per Abb. in c. significasti. de foro competen.

g ¶ Rectorem.) Vt c. 2. 3 & 4 de cle. ægro. vel debi.

h ¶ Archidiaconum.) Vt c. fi. de cle. ægrot. vel debil.

vt Ecclesiasticis ministerijs, vel nullo pacto,[a] vel non nisi cum scandalo [b] interesse possint, eis quoque coadiutor adhibendus erit, & ita res temperanda, vt vtrique iuxta facultates Ecclesiæ, vitæ necessaria [c] ministrentur.

DE COREPISCOPORVM vsu sublato.

TIT. XVII.

Corepiscoporum vsus sublatus est, h.d.

ERant olim & Corepiscopi, * quibus circa plurima cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio, [d] quorum tamen institutio tam in Romana Sede, quam in alijs orbis Ecclesijs, tamquam improba, & superuacanea est penitus interdicta. [e]

Matrimonium spirituale dissoluitur translatione, renuntiatione, depositione, h.d.

Vidimus hucusque de spiritualis fœdere coniugij, quod inter Episcopum, & Ecclesiam contrahitur quod electione, vel postulatione initiari, [f] confirmatione

a ¶ Nullo pacto.] Quo casu quidam tenebant hunc penitus remouendum: sed communiter tenetur, quod licèt remoueatur ab administratione: non tamen à iure prælaturæ: vt latè traditur in c. tua. de cle. ægr. vel debil.

b ¶ Scandalo.] Puta quod sit leprosus c. de rectoribus, de cle. ægro. vel debili. Nec enim aliquid est faciendum cum scandalo. cap. presbyterum, & cap. tua. de cle. ægro. vel debil. cap. nihil vbi latè traditur. de præscrip. quod procedit si sine peccato mortali id potest omitti. c. cum ex iniuncto de not. opc. nunc potest etiam scandalum hoc nasci, quia sit exosus populo, fortè ob delictum sibi imputatum, quo casu poterit ex toto remoueri c. nisi de renunciat. & § propter. infra eo. titul. sed hoc casu remouendo prouidendum est de cambio, secundum Innoc. in d.c. nisi & Abb. in d.c. tua.

c ¶ Necessaria.) Ita vt possit sine penuria viuere, licèt fortè non commodè. Differunt enim hæc inter se: vt not. per Abb. in ca. 1 de instit. Sed quid si redditus Ecclesiæ sunt adeo tenues, vt non possint sufficere Prælato, & Coadiutori dato? Resp. Vt latè traditur in cap. de rectoribus, de cleri. ægrota. vel debil. Item dato quod isti redditus sufficiant, & super sint etiam, quis habere debet dispositionem reddituum. Prælatus ne an Coadiutor? Respond. secundum Abb. in dict. cap. de rectoribus. Aut infirmitas impedit administrationem in temporalibus, & spiritualibus: & tunc coadiutor habebit administrationem in vtrisque fac. capitul. tua. de cleric. ægrot. vel debili. & cap. 1 de cleric. non resid. & cap. peruenit de appellat. Aut infirmitas reddit solum impotentem in spiritualibus; & tunc dic contra. dicto capit. de rectoribus.

DE COREPISCOPORVM vsu sublato.

INter multos officiales Episcopi vnus antiquitus reperiebatur, qui cum fuisset contra rationem institutus, fuit propterea postea sublatus, vnde post tit. præcedentem proponitur iste, qui diuiditur in 2. part. In prima habetur, quid iuris de isto corepiscopo: in secunda facit Epilogum omnium supradictorum, secunda ibi, vidimus.

ERant olim.] CASVS. Quidam petebat à summ. Pontifice sibi concedi hanc corepiscopi potestatem: ad hoc autem petendum mouebatur illa ratione, quia cum ea ab antiquis patribus fuisset instituta, videbatur etiam hodie concedenda iuxta, l. sed & ca, ff de legibus Sol. tamen vt hic dicitur, quia diuersis temporum, diuersæ quoque, & admittunt, & reijciunt offic. argum. capit. non debet de consanguin. cum similibus, & ideò non tenet obiectio. Not. circa officialem, considerari non solum necessitatem, sed etiam differentiam, & ideò sæpè variantur.

* Corepiscopi.] Dicti suffraganei, Episcopi portatiles episcopi rurales, quia munia sua ruri, non autem in ciuitate tanquam Vicarij Episcopi exequebatur, vt Niceno Concilio cauebatur. Chopin. de sacra polit. lib. 2 tit. 7. n. 11 eorum nimiæ potestati primum in Gallia nostra datus est modus vetitumque ne aliquid agerent inconsulto episcopo, in capit. Caroli magni lib. 1 capit. 9 & tandem ab omni Ecclesia eos sustulit Damasus, c. Corepiscopi. d. ff. 68. adeo vt hodie soli remanserint Archipresbyteri, qui eorum munia obierint, Chopin. ibid. Bengens de benefit. de diuisione benefic. § 7 SOLIER.

d ¶ Dispensatio.] Vt quia, & ipsi conferebant ordines: licet non omnes prædicabant. & conficiebant dominicum corpus: vt capit. quamuis, vbi not. dist. 68 & obtinebant quoddam medium inter episcopos & presbyteros: ab vtrisque tamen differebant. Ab episcopis, quia corepiscopis erat interdicta presbyterorum, diaconorum, & virginum, & ecclesiarum consecratio. Item erectio altarium, & alia, de quibus, d. dist. 68 § inter episcopos, & capit. quamuis. A presbyteris, quia conferebant minores ordines, & secundum Gratianum etiam commendatitias, & pacificas literas dabant quod non faciunt presbyteri d. § inter episcopos, ea. c. quamuis.

ANT. TIMO. Quæ pertinent ad corepiscoporum officium, & potestatem lege in Concil. Ancyrano, can. 13 & Concil. Antiocheno. can. 10 qui damnati deinde sunt à Damaso, Leone, & Conc. Neocæsarienſi, & demum à Ioan. 3.

Non attenditur auctor.

e ¶ Interdicta.] Etiam si fortè ab Apostolis, vel generalibus Concilijs emanasset talis institutio: vt not. in capit. corepiscopi distinct. 68 quod præbet argum. quod à quocunque auctore sit institutum, & quantumcumque diu fuerit obtentum, si non subest causa, vel si onerosum est, etiam extirpandum vt cauit. omnia distinct. 12 & de consecrat. distinct. 1 cap. placuit. & 10 quæst. 1 cap. hanc & dist. 63 § verum & cap. peruenit de censib.

f ¶ Initiari.] Hoc verbum sumitur, propriè, & impropriè eodem tempore. Nam respectu electionis verè, & propriè initiatur spirituale coniugium, quia per eam acquiritur ius electo. vt not. id cap. quanto distinct. 64. Nam electores consentiunt tanquam in sponsum Ecclesiæ fac. c. cum inter canonicos, de elect. & & c. fi. de

translat.prælat. & per Abb. in c.scriptum de elect. & ideo electio dicitur confirmari Quo verò ad postulationem stat inpropriè: quia per eum verè non initiatur spirituale matrimonium, quoniam cum nihil aliud sit quàm quædam precum porrectio ad principem, vt de postulatio.prouideat vt habetur in Rubri. & c.1 de postulat. prælat. & supra de postulat. in princ. & si gratiæ innitatur, nullum ius producit ossibus postulati infixum. Vnde non mirum,si per eam propriè non dicitur spirituale matrimonium initiari: vt tradit Abb.in d. cap. scriptum. Sed cum & per postulationem deueniatur ad admissionem, per quam tale coniugium postmodum initiatur, & celebratur, non mirum, si & postulatione dicitur huiusmodi coniugium initiari, cum quidquid est causa causæ, sit etiam causa causati l.& si amicis ff de adult.

ratificari, consecratione intelligitur consummari. [a] Item de moribus, [b] & vicarijs [c] & Coadiutoribus [d] Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia remouetur, & sic quomodo tale coniugium præter mortem [e] dissoluitur. Contingit autem id tribus modis. Translatione Renuntiatione, & Depositione, seu Degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de Translatione.

DE TRANSLATIONE

TIT. XVIII.

a ¶ Consummari.] Cap. 2 & cap. licèt de translat. Episcopi.

b ¶ Moribus.] Vt supra de vit. & honestat.prælat.

c ¶ Vicarijs.] Tam iuris, quàm hominis, vt supra de offic.Archi.cum duobus tit.seqq.

d ¶ Coadiutoribus.] Vt supra coadiut. & dicit plurali numero: quia etiam Archidiaconus, Archipresbyter, & Vicarius sunt adiutores, vt supra de offic. archid. & de offic.archipresb. & offic.vicar.omnibus,in princ.Vel fortè ob corepiscopos, licet illi sint sublati.

e ¶ Præter mortem.] Intellige inclusiuè, scilicet quod & morte huiusmodi coniugium dissoluatur, nedum translatione, Ea enim secundum quosdam est natura huius dictionis, vt si ponatur iuxta propositionem affirmatiuam, includat: vt hic Si iuxta negatiuam,tunc excludit, vel excipit, vt per Dyn.in c. peccatum de reiur.in 6 Sed Dyn. loquitur de dictione, nisi, vnde eius doctrina literæ nostræ non quadrat, nec est etiam in se vera: nec Dyn. id explicitè dicit. Vnde dic,ex mente Ab.in cap.dudum 2 de elect.quòd si dictio,præter,cum suo adiuncto adhæret orationi, quæ comprehendat adiunctum dictioni isti præter,stat exclusiuè Exemplum: Lego tibi libros meos præter decretum: nam si decretum non excluderetur à præmissa oratione, frustra poneretur. Cum adiunctum dictioni, præter includeretur in oratione præmissa, & verba debent intelligi vt operentur, l. si quando C de in offic.testam. c. si Papa. de priuil. in 6 Si autem adijcitur orationi, quæ non comprehendit adiunctum, stat inclusiuè. Exemplum: Lego tibi animalia mea, præter decretum, nam si hæc dictio tunc non includat, frustra fuisset appositа: cum animalium appellatione non veniat decretum, sic in casu nostro dissoluitur tale coniugium spirituale per translationem, renuntiationem,& depositionem præter mortem, id est vltra quod dissoluitur per mortem, & sic includit. Vel dic quod in hac litera potest etiam excludere, vt sit sensus: Dicamus quibus modis soluatur istud coniugium præter mortem: de quo modo mortis non intendimus dicere tanquam de notorio, & sic excludit. Et de natura huius dictionis per Abb. non solum in dicto c.dudum,sed etiam ca.literas de præsump. per archi.in c.Ebron,13 quæst.2 per Ioan.de Ligna. in clement.2 de pœn. & per Paul. in clem. 1 de Summa Trin. & fide catho. & per Bart. in l. 1 ff de pignor. action. & l. nam quod liquide. § fin. ff de pœnit. leg. Nicol.de Neap.in l.si tutor, § si tutor.ff d.intel. & rat. distrah. & commun. in l. actione. C de transact. & in alijs multis locis, & an in dubio stet inclusiuè, vel exclusiuè: per Abb. in dicto.c.dudum Adde tamen, quod respectu characteris impressi huiusmodi matrimonium, nec morte dissoluitur, cum perduret etiam post mortem impressum in anima: vt dicit Abb. in c.inter corporalia de translat. episcopi, sed hic respectus in tractatu nostro non est in consideratione: sed solum habetur respectu administrationis temporaliũ & spiritualium: alioqui nec per translationem, nec renunciationem solueretur tale cõiugium, cum character remaneat: immo nec per degradationem: per eam enim character semel impressus minimè aboletur: vt Nota.in c.secundo in fin. de pœnis in sexto, cuius tamen contrarium dicitur hic, & in dict. c.inter corporalia, vnde hæc litera sumitur.

Charakter permanet & post mortem.

ANT. TIMO. Quod hic dicit gloss. de mente Panorm.ex matrimonio Episcopi cum Ecclesia quod morte non dissoluatur ob characteris impressionem, sequitur in hac parte opinionem Canonistarum, qui dicunt etiam Episcopatum esse ordinem: idcirco imprimere characterem,de cuius substantia est,quòd sit qd distinctum perpetuum,& indelebile.Verum Theologi tenent contrarium, nimirum quod Episcopatus vltra sacerdotium non addat ordinem, & gradum nouum propter altaris ministerium, & sacrificium, quod est Eucharistia, quod est Sacramentum Sacramentorum, vt inquit D. Dionys.de Ecclesiastica. Hierar. c. 5 vide de hac quæstione S.Thom.in p.3 in addit quæst.37 art.1 & per D. Bonauent.in 4 sent.dist.24 part.2 art.2 q.3 Durandum & alios ibidem.

DE TRANSLATIONE.

TIT. XVIII.

Præter.

QVamuis hæc materia continuetur, per § fin. supra tit.proximo aliter tamen continuanda est meo iudicio hoc modo,videlicet vita Eccles-prælatorum consideratur tripliciter, nempe ratione ingressus, progressus, & egressus, & cum hactenus dictum sit de ingressu, & progressu, sequitur nunc videre de egressu, qui cum de iure primo contingat per translationem, præter tamen mortem ob potestatem superioris, propterea proponitur nunc tit.iste,qui diuiditur in 2 partes, in quarum prima habetur quid iuris de translatione:in 2 quid iuris de beneficiorum permutatione: secundi ibi non absimilis.

Io.Bapt.

TRanslationes. Hæc pars adhuc subdiuiditur in 2 partes in prima habetur, qua de causa concedatur translatio: in secunda à quo fieri debeat, secunda ibi, sciendum est, quoad primum, CASVS ita figuratur: quidam prælatus volebat transire de sua propria ecclesia ad aliam fortasse sibi magis vtilem, vndę

vnde fuit quæsitum an liceat, negatiuè enim videbatur respondendum, tum propter obligationem personaliter seruiendi ecclesiæ, iuxta cap. relatum de cleric. non resident. tum ob vinculum matrimonij inde contractum, iuxta ca. fin. eod. de translat. Sol. tamen vt hic legimus quia ob maiorem vtilitatem, vel necessitatem recedendum est aliquando ab eo, quod diu bonum iudicatum fuit l. 2 ff de constit. & hinc cognoscimus obiectiones quoque non concludere; siquidem tam præd. obligatio quàm matrimonium-ita intelliguntur nisi videlicet vtilitas, vel necessitas Ecclesiæ aliter suadeat. Not. obligationem contractam inter Eccleſiã, & beneficiatum, quæ matrimonium spirituale dicitur, non posse dissolui nisi causa legitima, & cognita suadente, c. fin. de transl. & c. nisi de renunt.



Translatio inducta est ex vtilitate, & ex necessitate, h. d.

TRanslationes, quæ & mutationes [a] nuncupari possunt, institutæ sunt vtilitatis, & necessitatis gratia [b] Vtilitatis, cum Episcopus [c] ab ea ciuitate, cui præpositus est, in aliam transfertur, in qua magis proficere posse verisimiliter existimatur. Sic olim Princeps [d] Apostolorum de Antiochena ciuitate se Romam transtulit, vt scilicet ibidem copiosius proficere posset.

Necessitate cessante translatio irritatur, h. d.

Necessitate verò nonnunquam Episcopalium sedium mutationes fieri solent, hostium vrgente metu. [e] Sed hoc casu, si ciuitatem, de qua effugerit Episcopus, ab hostibus liberari, & ad priorem statum contigerit reuocari [f] ad eam expulsus reuertetur. [g]

a ¶ Mutationes.] Vt capit. mutationes, 6. quæst. 1.

ANT. TIM. Est autem translatio de sede in sedem facta commutatio. Vel aliter: est ab vna ecclesia ad aliam ecclesiam regulariter facta mutatio.

b ¶ Gratia.] Vt cap. mutationes, 7 quæst. 1 & copiosè traditur in capit. vniuersum, de rerum permuta.

ANT. TIM. Alij verò in vniuersum tres adserunt translationes seu transitus causas. Prima est lcuitas. Secunda cupiditas. Tertia humilitas Gof. in sum. eo.

Alij etiã vltra Episcopos possunt transferri.

c ¶ Episcopus.) Vel alius prælatus: nam, & alij transferri possunt. Cardinalis, vt in cap. dilectus 1 præb. Archiepiscopus cap. bonæ 2 de post. præl. & c. scriptum de elect. Abbas in cap. venerabilis, de consuet. & c. cum in veteri. de elect. Præpositus, cap. dudum 1 de elect. & quicumque beneficiatus c. admonet. de renunt. & demum quicunque postulari potest, secundum Hostiens. in Summ. eo. & in sum. de postu. p. § quis sit postulandus.

d ¶ Princeps, 7 q. 1 c. mutationes, & sic not. quod vtilitas, maximè si sit magna, æquiparatur necessitati ad ea vt ea instante, si superioris copia haberi non possit, quis venire possit contra proprium iuramentum, secundum Innoc. quem sequitur Abb. in capit. venerabilem de elect. licèt hoc non placeat Host. fac. not. per Innoc. in c. cum omnes, de const. & quæ ponit Abb. in c. tua de Eccl. ædifi. in vltimo not.

ANT. TIM. Affertur exemplum etiam de Eusebio, & Felice, vt ibi in capitul. mutationes, 7. quæst. 1.

e ¶ Metu.] 7 q. 1 cap. temporis.

f ¶ Reuocari.] Argum. quòd restituta re in pristinum statum, omnia iura restituuntur, capit. quia diligentia, de ele. & 16 q. 3 cap. 1 Sic qui peruenit ad meliorem fortunam, tenetur ad pristinam obligationẽ, 27 q. 7 c. ab infirmis l. 2 C. qui bon. de poss. & l. si locus, ff quemad. ser. ami. Et quod cessante causa, & c.

g ¶ Reuertetur.] Ergo non obstante mutatione remanet Episcopus primæ Eccles. & sic est Episcopus duarum Ecclesiarum contra illud, 21 q. 1 c. relatio. Quod quidam admittunt, exẽplo matrimonij carnalis, vbi quis potest esse maritus duarum feminarum, altera religionem ingrediente: vt not. 7 q. 1 c. pastoralis. Sed contra videtur: nam ille locus desinit esse Ecclesia per captiuitatem, vt l. cum loca. ff de relig. & sumpt. Sed non est ita: quia Sacramenta ecclesiæ vera dicimus esse apud hostes, ve 1 q. 1 quod quidam. Et quod dicit lex quod desinit esse sacer locus, intellige, quia viduatus est sacris ministerijs. Sed pone contra quod Episcopus est captus, & non ciuitas, an tunc constituetur alius? Respond. vt not. in d. cap. pastoralis.

Vnus maritus duarum feminarum.

Sciendum est. CASVS. Cum quidam Episcopus esset transferendus de suo Episcopatu ad Episcopatum suæ patriæ ob vtilitatem maximam, quæ inde sperabatur, fuit dubitatum cuius superioris auctoritate hæc translatio esset facienda,

siquidem primò, videbatur eam spectare ad Archiepiscopum cum eius sit proprium electum in Episcopum suffraganeum. & confirmare, ac etiam consecrare. nihil de electio § Supra de consecrat. cum simil. Sol. tamen vt hic habetur, quia cum vinculum contractum inter Ecclesiam, & Episcopum sit propriè matrimonium Spirituale, non potest dissolui, nisi per summum Pontificè, cap. 1 & fi. eod. & ob hanc rationem non obstat obiectio in contrarium facta. Not. argumento, quodlibet vinculum inter personas, vel veras, vel fictas non posse propria auctoritate dissolui, quia repugnat rationi aliquem iudicare propriò factum esse legitimum. a ¶ Sciendum.] Not. vnum ex casibus. Sedi Apostolicæ reseruatis. De aliis vide not. in c. quod translationem de offic. leg. & quæ traduntur in cap. quod sedem de offi. ord. & concor cum hoc capit 2 de transl. & d. capite quod transl. sumitur ex cap. 1 eod.

b ¶ Inferiorum. [Simile est in coadiutoribus: nam Episcopis dat solus Rom. Pont. regulariter: inferioribus verò etiam alij, puta Patriarcha, Metropolitanus, & similes, vt supr. de coadiutore in princ. vbi not. & per Abb. in cap. de rectoribus, & in cap. fin. de cle. ægro. vel debili.

* Ad solum Apostolicæ sedis Antitistem) olim translationes Episcoporum à Metropolitano in Synodo Prouinciali, de communi Episcoporum consensu inconsulto Papa fiebant vt satis colligitur ex Epistola Anteri Papæ ad Episcopos Bœticæ, si Toletanæ Prouinciæ ex qua Canon mutationes 7 q. 1 depromptus est à Gratiano, quo de suo adiecit hæc verba apostolica auctoritate & hæc alia non tamen sunt sacrosanctæ sedis auctoritate & licentia, vt glossa correctionis Gregorianæ annotauit ad calcem dicti canonis sed procedente tempore Patriarchæ ferendus transferendi Epos arrogauerunt, & Papa ipse iure Patriarchico intra sui Patriarchatus plures ex facultate vtebatur, Francisc. Floren. ad tit. de translat. Episc. sed quia cæteros Primates & Metropolitanos summa auctoritate præcellebat eique causæ eique causarum maiorum omnis notio priuatiuè ad omnes spectabat hæ translationes Episcoporum tanquam causæ temporis & arduæ tandem sedi apliciæ fuerunt reseruatæ, cap. vt debitus. de appellat. Gloss. in cap. 1 de translat. cap. quod per translationem de officio Legati can. præceptis dist. 11 Ferretus de Abusc lib. 2 c. 2 vbi ait Ecclesiam Gallicanam non nisi auctoritate applica facta Episcoporum translationes vsquam agnouisse de quo tamen dubito eum ipse paulò ante probauerit ex capit. caroli magni olim Episc. transferri de vna sede ad aliam sola Episcoporum auctoritate clericos verò de vna Ecclesia ad aliam de licentia diœcesani. ne de vno loco ad alium transeat Episc. sine decreto Episc. vel clericus sine permissione Ep. sui, c. 137 c. Caroli Mag. SOLIER, c ¶ Certissima ratione.] Sed quæ est hæc ratio tam certa? Respon. quia cum fortius sit spirituale vinculum, quam carnale, sic Deus reseruauit sibi ius dissoluendi carnale matrimonium per illam auctoritatem, Quos Deus coniunxit, multo magis censetur reseruasse dissolutionē spiritualis. Et quod facit Papa, qui est Vicarius Dei videtur Deus ipse facere, vt latè prosequitur tex. in cap. 2 de transl. vnde sumitur.

Episcopus transferre ad solum Romanorum Pontificem pertinet. h. d.

Sciendum [a] est autem Episcoporum translationes, non etiam inferiorum [b] ad solum Apostolicæ Sedis Antistitem * certissima ratione [c] pertinere, neque super his matrimoniis [d] quidquam præter eius assensum immutari debere, aut posse. Quod obtinet non solum si Episcopus est consecratus verum etiam si tantum canonicè fuit electus, & confirmatus. [e] Cum, vt supra diximus, post electionem, & confirmationem inter personas eligentium, & electi coniugium sit spirituale contractum. [f]

Qui propria auctoritate se ad aliam Ecclesiam contulerit, & habita carebit, & ambita. h. d.

Ea propter quicumque auaritia [g] ducti, aut ambitione [h] impulsi, Ecclesiæ suæ mediocritate despecta, ad maiorem [i] sese plebem propria auctoritate transtulerit, à Cathedra repelli debent aliena, &

ANT. TIMO. Non valet argumentum, nec militat hæc ratio in matrimonijs carnalibus, determinātē hæc aliter Ecclesia Rom. vt nouissimè per Concil. Trid. sess. 24 in prin. & C 7. d ¶ His matrimonijs.] Scilicet Spiritualibus, cum nec in carnalibus liceat cap. 2 eod.

e ¶ Confirmatus.] Intellige copulatiuè: quia secus est in electo tantum, c. 2 eodem à contrario sensu, vt communiter tenetur, licèt Hostiens. contra.

f ¶ Contractum.] Nota ergo, quod consecratio quo ad substantiam vinculi spiritualis nil addit: nam illud non dicitur de substātia alicuius rei, quo remoto, illa remanet: ideò dignitas Episcopalis, seu consecratio non est de substantia matrimonij spiritualis: quia sine illo matrimonio potest esse dignitas Episcopalis, vt patet in Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, & ordini, & sic in Episcopo nulla tenenti. Similiter potest esse matrimonium spirituale sine dignitate Episcopali, vt patet in electo confirmato, & non consecrato, vt hic, & in cap. 2 eodem, consecratio tamen consummat spirituale matrimonium, cap. fi. eodem, & supra decorep. vsu. subl. § fin. Et licèt quo ad vinculum nihil addat, addit tamen quoad alia, scilicet quoad potestatem exercendi ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, vt supra de confirmat. § fin. & habetur in cap. transmissam. de elect. Vnde nota quod vbi remanet eadem causa & substantia, ob accidens aduenies, dispositio non variatur: vt per Abb. & alios in c. 2. eo. *Consec. non est de substantia spirit. coniugij*

g ¶ Auaritia.] Concor. cap. quanto extra eod.

h ¶ Ambitione.] Concor. § ambitiones, septima quæstione prima & habes, hic quatuor causas, ex quibus sit translatio, Necessitas, & Vtilitas, de quibus supra in princip. Item Auaritia, & Ambitio, vt hic, Est & causa leuit. & humilit. de quibus ibi. Et quæ differ. sit inter translat. factam ex vna causa, vel ex alia Vide prolixe not. in fr. d. § ambitionis.

i ¶ Maiorem.] Sed nunquid ad maiorem? Text. videtur à contr. sensu huius tit. Sed contr. videtur verius c. 1 eod. vbi qd non licèt descend. vel min. Quid si Arch. de lic. Papæ cessit Arch. an interueto temp. poterit sibi prou. de Ep. postmod. vac. Quidam, quod non cum non liceat descend. dict. c. 1 & in c. legim. in fi. dist. 93 & videtur mat. auar. vt tenuis tenuem Archiepiscopatum *Anli-ceat descender. ad min Eccl-*

resignet, Vt pinguem obtineat Episcopatum : Ioan. Andreas Hostiens. Butri & Abbas contra : Ad contraria resp. vt per eos in dict. cap. 1.

a ¶ Carere.] Sed an transferens se sine licentia, erit priuatus ipso iure, vel potius priuari debeat per sententiam ? Et videtur quod ipso iure, cum verbo carere intelligatur ipso iure : vt per Abb. in capit. nihil. de elect. in Glo. in ver. potestatis, contrarium videtur verius, scilicet quod requiratur sententia, secundum Ioan. And. & Abbat. in cap. quanto eodem. Et ideò ante sententiam remanet Episcopus prioris Ecclesiæ, & eius clerici illi obedire tenentur. facit quod habetur 9. quæst. 4 cap. nonne.

Carere.

b ¶ Nec illis.] Quod hic dicitur obtinet quãdo, & dimisit primam sine licentia, & sine licentia transiuit ad aliam : nam alias priuandus esset solum illa, in qua licentiam non obtinuit : ne plus extendatur pœna, quam delictum : argum. eorum, quæ habentur in cap. quæsiuit de his quæ fiunt à maio. par cap. & hoc sequitur Abb. in cap. quanto eod. ante fin annexa.

c ¶ Sicut.] Cap. sicut. 7. quæst. 1. vnde sumitur.

d ¶ Attractus.] Argument. quod necessitas, & violentia non excusat à culpa.

ANT. TIM. Ad illud quod notatur in glossa de necessitate, & violentia, adde tu distinguendo quod violentia, & necessitas, seu coactio dicitur esse duplex, altera, quæ dicitur simpliciter, & absoluta. Atque hæc excusat à culpa, cum tollat voluntarium, quod est de ratione peccati. Sine voluntate enim non committitur peccatum actuale, iuxta regulam traditam à D. August. 1. retraction. Peccatum adeo voluntarium est, vt si non sit voluntarium non sit peccatum, & can. 25 quæst. 1. Alia autem est violentia non simpliciter, sed secundum quid, vt est metus, qui non causat simpliciter inuoluntarium, sed secundum quid tantum : quia non est sine voluntate. Vnde dicunt doctores, quod metus excusat non à toto, sed à tanto. Et de hac violentia, & necessitate loquitur hæc notula. Vide de hoc S. Thom. 1. 2. quæst. 5. articul. 5. & 6. huiusmodi autem violentia potest inferri voluntati in actibus imperatis. non elicit : vt per S. Tholoco citato, & Scotum. 1. sentent. dist. 1. quæst. 4. & D. Bonauentur. in 2. dist. 25 art. 1 quæst. 4. Dixit enim quòd liberum arbitrium circa actum interiorem potest benè induci, & impediri, sed compelli nullo modo. Vide de hoc diffuse per Iac. Almainum in lib. Moralium, cap. 2.

Io. Bap.

Non absimilis. CASVS. in hac parte ita figuratur. Quidam clericus beneficiatus volens permutare beneficium suum cum alio clerico beneficiato renunciauit ipsum In manibus ipsius Episcopi, ita tamen vt Episcopus non posset ipsum alicui alteri, quàm permutare volenti conferre, vel sibi restituere, etiam si haberet rescriptum à Pontifice, de conferendo aliquod beneficium, vnde quæsitum fuit quid iuris per cap. si quis obiecerit 1 quæst. 3 vna cum cap. fin. de pact. negatiue videbatur respondendum, & si permittendum esset superioribus non conuenit manus ligare, argumento, capit. inferior, dist. 21. Sol. tamen vt in hac parte diuiditur, quia ista permutatio non indifferenter dicitur permissa, sed causa suadente iuxta princip. huius titil. vnde tali ratione considerata videtur cessare obiectiones, cum illa causa consideretur principaliter respectu Ecclesiæ, & secundario respectu personæ, quibus superior de iure non potest præiudicare. Not. permutationem beneficiorum cessare, vbi cessat causa, eius, argumento c. cum cessante. de appellat. Not. 2 beneficiũ causa permutationis vacans dicitur ita affectum, vt non possit sub quouis prætextu alteri conferre. de rer. permut. in 6.

Honestas causa nõ excusat.

e ¶ Absimilis.] Cap. si verò 7 quæst. 1. cap. inter cætera, & capit. de maioribus de præbend. & cap. cum, & cap. olim. cum vniuersorum, & cap. quæsitum ext. de permut.

f ¶ Causa.] Et sic not. quod honestas causæ, qua quis mouetur ad aliquid faciendum, non excusat quem à pœna, si neglexit auctoritatẽ superioris, & ordinẽ eius.

Honestas causa nõ excusat.

g ¶ Beneficium.] Etiam simplex Abb. in cap. quæsitum, in primò not. de re. perm.

ANT. TIM. Licèt huiusmodi permutationes auctoritate superioris interueniente regulariter sint licitæ secundum Abb. in ea ad quæst. de rer. permut. vide tamen quod multipliciter circa eas contingere potest peccatum apud Summistas, Siluc & alios in ver. Beneficium, & permutatio. Et lege de hac materia Fede. de Sen. & Arch. Floren. 3 part. tit. 13 cir. fin. est autem permut. secundum Goff. vnius rei pro alia vicaria præstatio. Vel vicaria præstatione mutatio.

h ¶ Iacturam.] Cap. olim de rer. permutat.

i ¶ Pactione.] Sed quæritur : an saltem ipsi beneficiati possint habere tractatum de permut. facienda ? Et non videtur argum. l. oratio ff de sponsal. & nota per Abb. in c. in causis de elect. & notat. sup. eod. titul. §. quod si intra terminos. Tu dic vt per Abb. post antiquos in cap. quæsitum, de re permut. & facit, § sequens.

k ¶ Spiritualia.] Quia in spiritualibus, vel spiritualibus annexis, nulla pactio, vel conuentio interuenire potest. 1 quæst. cap. 2 quam pio, & ext. de pact. cap. cum pridem.

l ¶ Annexa.] Vt est ius patronatus, cap. quanto de iudi. & c. significasti. de præbend. dic vt ibi.

m ¶ Episcopus.] Not. casum reseruatum Episcopo.

carere [a] propria : vt nec illis præfidant, quos per superbiam spreuerunt, nec illis, [b] quos ob auaritiam, vel ambitum concupiuerunt. Sicut [c] enim vir non debet adulterare vxorem suam : ita nec temerè Ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere, vt alteri sese coniungat, etiam si à populo fuerit attractus. [d]

Quod constitutum est in Ecclesiis Episcopalibus : trahitur etiam ad Ecclesias inferiores. b. d.

Non absimilis [e] Iuris ratio obtinet in presbyteris, & cæteris infra Episcopalem dignitatem constitutis. Nam si vel qualibet causa [f] propria quis auctoritate cum altero suum beneficium [g] permutare voluit; vterque proprij beneficij iacturam [h] faciet. Beneficiorum enim, & præbendarum permutationes generaliter fieri prohibentur, præsertim pactione [i] præmissa, quæ circa spiritualia, [k] vel spiritualibus annexa, [l] semper labem simoniæ continet : licèt possit Episcopus [m] de vno loco ad

scilicet inter ponendi auctoritatem, permutationi beneficiorum vt not. in c. quæsitum eo tit. Cal. cons. 7 de rer. permutat Rom. decis. 411 in nouis idem etiam intelligas de inferiori, habente ius Episcopale in beneficiis permutandis: is enim exercet omnia iura Episcopalia, quæ sunt iurisdictionis: vt in c. 1 de reb. Eccl. non ali. Innocin c. 2 de transac. Abb. in c. significasti de for. comp. & in c. quæsitum de re. perm. Sed quid si collatio beneficiorum permutãdorum pertineat ad alium, quã Episcopum? Respondeo Permutabit Episcopus cum consensu illorum, secundum Ioan. And. Quid si nolint consentire? Resp. vt per Abb. in d. c. quæsitum An aũt Capitulum sede vacante possit authoritatem permutationi præstare, vide quod not. in Cle. primo de non permit.

alium aliquos transferre vt qui vni loco minus sint vtiles a alibi se valeant vtilius exercere

Si permutatio beneficiorum completa ex vna parte, & per alterum stat quo minus impleatur, restituitur pars ad suum beneficium. h. d.

Subuentum [b] tamen est ei, qui, de permutatione cum alio habito tractatu [c] præbendam suam cũ resignasset, ab alio, qui cum

a ¶ Vtiles.] Not. ergo, etiam ex vtilitate sit permutatio: vt supra in pr. Sed nunquit sit permissa ex sola expedentia personarum, puta quia Rector vnius beneficii non potest multum ibi proficere: quia forte aër illius loci non est sibi sanus? Resp. poterit fieri permutatio vt Doct. in c. quæsitum eod. & facit optimè quod notat in c. cum vniuersorum in gl. 2 de rer. permut.

b ¶ Subuentum.] C. cum vniuersorum de ter. perm.

c ¶ Tractatu.] Nota; quod partes possint habere tractatum de permutatione faciendã: de quo dictum est supra § proximo.

ALOYSIVS RICCIVS. Tractat hic author materiam permutationis beneficiorum, & quia resignatio precedere debet ipsam permutationem congruum mihi visum fuit hic vtramque materiam pertractare.

Et primò circa resignationẽ sciendum est, illam nil aliud esse, nisi voluntariam abdicationem coram legitimo superiore liberè proprii beneficii dimissionem, vt late per Garz. lib 11 cap 5 nu. 143 & seqq. Ad cuius resignationis validitatem inter alia concurrere debet, vt resignans non sit infirmus ex quo per regulam Cancellariæ de infirmis resignantibus non valet renunciatio infirmi decedentis infra viginti dies quia in fraudem factam præsumitur, & de iure non suo, vt latè Paris. de resignat. benef. lib. 12 q. 14 Carz. d. c. 3 nu. 57

Secundo exigitur ex constitutione Gregorii XIII. quam inserit quaranta in verb. beneficiorum resignatorum publicatione debent hodie publicari resignationes, etiam causa permutationis factæ, alias non valerent, quod latissimè post Paris. lib. 11. de benefic c. 3 nu. 273 cum seqq. vbi ad plura infert, quæ omitto & varias recensẽt decisiones, vt dicta constitutio locum non habeat, quando resignatio fuisset nulla & sic de aliis, vt per eam.

Publicationes fiunt in Romana Curia; quia obtinentur literæ apostolicæ intra sex menses, vel ad summum intra nouem, vt in Hispania numerando à prima data concessionis gratiæ non autem à die præstiti consensus publicatio fit in Cathedrali, & in ecclesia beneficii, vel in ecclesiis, si beneficium sit in pluribus ecclesiis, si ecclesia sit ruralis publicatio fit in parrochiali intra cuius limites consistit, & inter missarum solemnia, dum populus frequens est, & clara, & intelligibili voce leguntur literæ apostolicæ cum dicta resignatione & affigitur postea transumptum authenticum in valuis ecclesiæ: facta huiusmodi publicatione tenetur Graciam habens intra dictum tempus possessionem beneficii etiam litigiosi, & cedente non possessi. capere vigore dictarum literarum Apostolicarum, etiam si legitimum adsit impedimentum, notificentur literæ iudici pro illarũ executione, & instanter tenetur mitti in possessionem beneficii alias gratia sit irrita, & inanis.

Postremò huiusmodi resignationes etiam factæ ex causa permutationis in manibus prelatorũ inferiorum à Papa, debẽt infra mensem admitti vel reiici, etiam si promisio per eos facienda erit, fieri debent intra dictum mensem, & prouisus infra tres menses à die factæ prouisionis illam similiter in ecclesia publicare curet, & possessionem beneficii capiat, alias prouisio erit nulla, & inualida, & beneficium ipso iure vacare dicitur, & eius collatio ad sedem Apostolicam deuoluta existit, vt habetur in d. Bull. Greg. quam materiam latè explicat Garz. locis citatis.

Tertio exigitur iuxta constitutionem Pii quinti, vt in resignatione exprimatur causa, de quarum causarum explicatione, & materia vide Quaranta in summa Bullarii de verb. resignatorum beneficiorum publicatione Paris. latè de resignat Benef. libro 5 quæst. 6 & Nouissimus in praxi curiæ Archiepisco, Neap. capite sexto.

Secundo sciendum est resignationem duplicem esse v. expressam, & tacitam rursus expressa duplex pura & conditionalis pura, per se patet conditionalis verò fit sub conditione, vt v. g. conferatur Petro, & renuncians non reseruauit sibi pensionem aliquam dicitur resignatio simpliciter ad fauorem alterius, vt post alios probat Paris. lib. 1. de resignat. q. 4 & lib. 6 toto, & post alios Garz. c. 3 num. 161 lib. 2 subdens hanc resignationem non esse simoniacam quamuis fiat cum dicta conditione confidentiali vt conferatur certæ personæ quia intelligitur cum licentia superioris quæ tollit omnem tam simoniæ, & hæc est communis praxis, dummodo non fiat collatio ex carnali effectu rogantis sed propter merita eius pro quo supplicat inest, quia tunc licet non esset simonia, esset tamen peccatum c. tua nos de Simonia.

Si verò fieret resignatio in fauorem Petri, cum onere soluendi pensionem resignanti, vel alteri, dicitur resignatio qualificata, vt prosequitur Parisius locis citatis cap. nisi esset de præbendis, & solus Ponti fex assentitur c. cum pridem, & c. sin de pactis. Quando vero quis resignat cum pacto vt ex certis causis possit ad beneficium dimissum redire dicitur resignatio cum iure regressus, vt est quando resignatarius præmorietur resignanti sic possit ad beneficium resignatum redire, non soluendo pensionem, & sic de aliis, vt latissime prosequitur Paris. l. 6 de resig. per totũ, præcipuè quæst. 5 not. cum Azor lib. 7 c. 20. quæst. 4. cum seq. Garz. d. c. 3. num. 165. cum seq.

Postremo si aliquis habetur tit. benefic. sed non poss. vt quia erat minor, vel aliter sit impeditus possess. capere, & ius illud in re resig. alteri, & fiat resig. cum iure ingressus. nempè cum facultate, vt restante illo impedimento liceat resig. capere possess. bene. hæc dicitur resig. cum iure ingressus, vt habetur locis citatis, & hodie fieri nequeunt nisi de licentia summi Pont. vt prosequuntur citati authores & hoc iure vtimur insuper, vt euitetur simonia, in huiusmodi permutationibus, & resignationibus, debent exprimi in supplicatione omnes conditiones, & omnia pacta, vt ex certa scientia summus Pontifex dicatur assentiri: alias

diceretur supplicatio subreptitia, & sic non valeret, quod etiam prosequuntur post alios Ledesm. & alij, quos probat Suar. lib. 4 c. 35 tot.

Sed deueniendo ad secundum Articulum, de quo mentionem fecimus sciendum est, pro intelligentia primo quid sit permutatio, secundo possit ne permutatio fieri cum pensione in vtilitatem alterius, tertiò quid requiratur, vt valeat quartò & vltimò, quænam sit legitima causa.

Quoad primũ scias, quod permutatio nihil aliud est, nisi vnius beneficij cum alio mutua præstatio, vt habetur ex l. 1 ff. de rer. permut. Garz. part. 11. de benefic. cap. 4 nu. 1 cum seqq.

Quo ad secundum est communis omnium, vt post Io. Andr. ac alios innumeros prosequitur Suarez lib. 4. tom. 1 c. 33 per tot. vbi quædam contraria soluit Caiet. Nauar. & alij, quos sequitur Garz. d. cap. 4 nu. 73 cum seq. siquidem Summus Pontifex habet hanc potestatem, vt fiat permutatio cum certa pensione in alterius beneficium, quia enim solitus est pensionẽ imponere super beneficia. Quando verò pensio datur in titulum beneficij, & tunc se habet loco beneficij, & est ac si vnum beneficium cum altero permutetur, & in hoc possunt assentiri in permutatione omnes illi, qui possunt beneficium conferre, vt prosequuntur citati authores, & est notoria praxis.

Quo ad tertium non nulla requiruntur ad hoc, vt permutatio valeat, & primò permutantes debent esse Domini beneficiorum; nempe iustum titulum habere, ac eorum possessionem, quia nemo cum alio permutare potest quod suum non est, vt habetur in tot. titul. de rer. permutat vbi omnes & præcipuè Dominic. Franc. Bellamer. Felin. Nauar. Mantic. Flamin. Paris. Azor. Less. Suar. & alij, quos recenset, & probat. Garz. d. c. 4 nu. 16 & non solum procedit in beneficijs habitis in titulum sed etiam in habitis in commendam, quia hæc etiam sunt reseruata, & affecta, & sic subjacent regulis, vt post alios prosequitur Garz. d. c. 4 nu. 12 dummodo non sint commendata ad tempus, quia sic non possent permutari Abb. in cap. cum olim. de rerum permutat.

Secundò permutatio debet esse libera, & sine fraude, vel alio pacto illicito si enim esset fraudulenta, vel metu, aut dolo facta, esset nulla, & itidem est, de renunciatione ac resignatione c. super hoc de renunciat. cum alijs innumeris cumulatis per authores citatos.

Tertiò debet fieri authoritate legitimi superioris, & ideo si beneficia existerent in diuersis diœcesibus permutatio fieri debet authoritate vtriusque episcopi, vel vtroque præsente, vel vt vnus post alium licentiam impertiatur, vel vnus committat potestatem suam alteri, vt post Io. Andr. & Silu. notat. Reginal. tractat. 3. n. 344.

Quartò debet fieri collatio inter ipsos permutantes, & dum recepta est, per superiorem, resignatio permutandi ad inuicem tenetur superior id exequi Clem. vnic. de rer. permut. & sic inter duos tantum debet esse permutatio, & non triangularis, vel quadrangularis nec valet permutatio pro tertio Dominic. in cap. 1 num. 5 de rerum permutat.

Quintò si beneficium sit ius patronatus requiritur etiam consensu patroni, qui sine causa legitima contradicere nequit Glos. communiter recepta in d. cl. vnic. de rerum permut. & idem est de omnibus aliis, ad quos pertinet præsentatio, vel electio ad beneficia permutata, vt eorum consensus sit necessarius, alias permutatio esset nulla. At sine legitima causa contradicere non possunt, & cogi possunt suum præstare, vt ex multis probat Rebuff. in tract. de rerum permutat. n. 21 & 22 prosequitur Reginal. d. tract. 3 num. 343 § tertium documentum Garz. d. capit. 4 numero 27. vbi varios citat authores, tenentes permutationem esse annullandam si facta sit spreto patrono, nisi tamen facta esset in magnam vtilitatem Ecclesiæ.

permutationis tractatum habuit, & qui postea suam resignare recusat, deceptus est. Cum enim deceptis, [a] & non decipientibus iura subueniant, licèt is, qui renunciauerit à se

* Siue patronus sit Ecclesiasticus siue Laicus vbi sine causa permutationis reiicit, consentire potest adiri Papam vel etiam ordinarius Rebuff. in praxi tertia part. signat. in verb. nec non ius pat. numero 21 hoc adhibita differentia quod cum explicatur permutatio coram ordinario indistincte consumptus patronij debet requiri vt vbi verò sit coram Papa consensus patroni Laici in Gallia non item Ecclesiastici requirendus est quamuis non obtineatur modo resignatarius sit idoneus, patronus fuerit requisitus, & Fauer adsit nam si fieret permutatio beneficij pingu is pro beneficio facto vel tenuis redditus ad eliciendum patronum iuxta esset querela patroni & alium præsentare posset, nullus Pastor de benefic. lib. 3 tit. 11 num. 8. SOLIER.

Sextò denique requiritur, vt permutatio fiat cum iusta causa, nempe pro vtilitate seu necessitate ecclesiæ, vt habetur in c. quæsitum de rerum permutatione, vbi communiter DD. Cardin. Anchar. Bellamer. Staphil. Crauente cus. Duar. Tusch. & alii quos probat Garz. p. 11 cap. 4 n. 44 qui omnes docent non sufficere vtilitatem personarum permutantium, sed necessariam esse vtilitatem Eccl. principaliter, vel reductiuè, vt latissimè prosequitur Garz. d. c. 4 n. 47 cũ seq.

Et licèt Glos. 2 per illum tex. in cap. cum vniuersorum de rer. permut. vbi Abb. num. 7 Cardin. Franc. & alij penes Garz. d. c. 4 num. 46 teneant fieri posse permutationem ad vtilitatem beneficiorum. Nam ipsemet se explicat esse verum, si ad minus consequutiuè, siue reductiuè hoc redundet in vtilitatem Ecclesiæ, & in augumentum diuini cultus, & vt melius, ac promptius seruiatur Deo, vt si ob inimicitias particulares non posset quis residere in beneficio; ob aëris intemperiem, & sic de alijs iustis causis, siquidem hoc redundat consequutiuè in ecclesiæ vtilitatem, quæ omnia latissimè prosequitur Garz. loco citato.

Est bene verum, vt in dubio præsumatur facta permutatio ex causa iuxta, quia semper præsumitur pro superiore, nisi in contrarium vrgeant coniecturæ ita Frac. in c. 1 nu. 12 de rer. permut. in 6 & alij innumeri quos probat Garz. c. 4 num. 100.

Est tamen notandum quod licet beneficiarij non habeant ius formatum, & sic non possint permutationem facere, vt dixi supra. Attamen possent benef. sub conditione inter se conuent. facere de permut. iure, seu benef. si sup. consenserit, & idem facere possunt etiam de ipso benefic. siquidem licet permut. facta sine authorit. sup. si illicita tanquam simon. de iure Can. & permutantes priuari possint benef. ca. cum olim de rerum permut. vbi commun. Doct. Abb. Less. Petr. de Perusio, & plur. alij penes Garz. c. 4 n. 17 & seqq. Nihilom. inter se possunt liberè, & licitè dictam conuent. facere sub illa conditione, quia resoluitur conuentio illa, prout sunt alienat. feudal. ac aliarum rerũ eccles. nempe interim contract. manere si. susp. donec sup. consenserit, & si non consentiat resoluitur illa conu. ad primam naturam, ac si facta non fuisset, & ita Glos. & alij communiter in c. 1 de rerum permut. & post alios quos probat Garz. d. c. 4 n. 56.

[a] ¶ Deceptis.] Cap. literis de rescript. l. 3 § ver-

beneficium abdicasse videatur : tributa tamen est simplicitati [a] venia, constitutumque, vt ad resignatum beneficium reuerti possit.[b]

Collatio de beneficijs, causa permutationis vacantibus facta alijs, quàm permutantibus non tenet, h.d.

Et generaliter, ne concessione iuris vtentibus, [c] præsertim circa spiritualia, illudatur, [d] si qua beneficia [e] ex causa [f] permutationis aliquibus resignata, alijs quàm ipsis permutare volentibus conferantur, [g] nullius firmitatis erit ipsa collatio.[h]

Non obstantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri potest, h.d.

Quinimo si in diœcesi [i] aliqua quidam fortè auctoritate Apostolica [k] beneficia proximè [l] vacatura expectant : illi tamen, qui secundum formam iuris [m] sua beneficia [n] in eadem diœcesi ad ordinarij collationem [o] spectantia liberè, ac sine fraude [p] in manibus Episcopi resignauerint, non nisi ex causa permutationis resignaturi, ab huiusmodi expectantibus circa faciendam permutationem minimè impedientur.

ba ff ad Velle. & C. eod. tit. l. fi fine l. pen. § si quis ff de iur. & fa. ign. & C. si min. se maio. dix. l. si is cap. inter dilectos extr. de donat.

Parcendum simplicitati.

a ¶ Simplicitati.] Nota, Parcendum simplicitati : fac. c, super litteris & Aut. de instrument. caut. & fid. § hæc autem omnia ff si quis in ius voc. non ier. l. 2 & ff de edend. l. 1 § fi. & ff de iurisdict. om. iud. § doli. & distinct. 76 c. tanta nequitia, & de transl. at. c. inter corporalia, & c. cum vniuersorum, de re. perm. Sed cum simplicitas, de qua hic, sit dolo contraria, & vt etiam commendanda, vt per Abb. in c. ex studijs in princ. de præsump. & in c. dilecti filij, de iud. cur hic & in d. c. cum vniuersorum, dicit veniam dandam, cum venia delictum videatur præsupponere ? Resp. Veniam dicitur dari hoc casu, id est, iuris rigore remitti, q. rigor suadebat, hunc amittere beneficium suum, c. quæsitum & c. cum olim de rer. perm. nec verbum venia, semper arguit culpam sicut & alias submittens se gratiæ, vel misericordiæ non videtur delictum fateri, vt in cap. veniens, & ibi Innoc. Hostien. & Butr. de renunc. Sed immo videtur quo nullus rigor remittatur, cum re non secuta, ob quam facta est renunciatio, non debeat valere renunciatio. leg. rebus C. de rer. permutat. Dic quod non poterat per se renuncians rem retractare, c. quod in dubijs, de renunc. & not. in d. c. cum vniuersorum, & sic continet gratiam. Item, quamuis simplicitas tendat ad bonum finem : non tamen debet esse sine ratione, c. Deus, vbi Abb. de vit. & hon. cle. & si sit sine ratione probatur. Abb. in c. pastoralis, de iudi. & si sit nimia dicitur fatuitas Abb. in c. cum dilectus, quod me. causa : An autem excuset simplicitas à surreptione in beneficialibus, dic. vt per Abb. in c. super literis de rescrip.

Venia non semper arguit culpam.

Simplicitas sine ratione nõ probatur.

b ¶ Possit.] Amoto quolibet illicito detemptore c. cum vniuersorum, de rer. permut. cap. proposuit de concess. prebendæ.

c ¶ Vtentibus.) Dic igitur per hanc literam non habere locum, quid hic dicitur, vbi in fraudem expectantium fieret permutatio, cum tunc permutare volentes non tam vtantur concessione iuris, quam ius ipsum fraudent, cap. vni. rer. permut. ca. fin. de renunc. in 6 & not. in c. Clem. vnic. de rer. permut. vnde sumitur.

d ¶ Illudatur.] Clem. vni. de rer. permut. cap. bonæ de postul. prælat. c. cum olim de re iudi. cap. 1 de alien. iud. mut. cau. cap. suggestum de appel. cap. dilectus, de præbend. Clem. vni, de renunc. l. si prætor : ff de re iud. cap. nonnullis, de Iudæis.

e ¶ Beneficia.] Includuntur etiam hospitalia, & loca similia, quæ permutari possunt his casibus, quibus in beneficium conceduntur ; quæ habentur in Clem. quia contingit, § vt autem de relig. domib.

f ¶ Ex causa.] Sed quomodo constabit, quod ex causa permutationis renunciet quis ? Resp. si renuncians exprimat : vel satis est, quod constet de hoc cõiecturis, vt nota in cle. vni. de re. permut.

g ¶ Conferantur.] Per illos, in quorum manibus fiebat resignatio, vel alios collatores.

h ¶ Collatio.) Idem dicas de omni electione, postulatione, & præsentatione, quæ fieret de alio ad aliud beneficium renunciatum, cum eadem sit ratio : vt not. in Clement. vni. de rer. permut. Nec ob c. cum in illis, de præben. in 6 quia loquitur in impetrationibus beneficiorum, quæ sunt odiosæ.

i ¶ Diœcesi.) Non excludit, immo includit ciuitatem, ad idem, cap. sanctorum distinct. 63 & cap. cum nullus de temp. or. in 6 & c. cum episcopus, de offic. or. & includetur etiam ecclesia cathedralis, cap. cum clerici, de verbor. signif. facit, l. cui pacto, ff de seru. export. Sed contra cap. Rodulphus, de rescript. Sol. ibi id rescriptis ad lites, quæ sunt odiosæ. Item contra c. quamuis 1 de præb. Sol. ibi propter ambitionem, & not. in cap. vni. de rer. permut. in 6 vnde sumitur.

k ¶ Apostolica.) Item, & multo fortius, si expectat auctoritatem reseruationis legatorum, vel receptionis capituli, vt not. in c. vni. re. permut. in 6.

l ¶ Proximè.] Idem & multò fortius si expectarent quam ducerent acceptandam : nam plus afficitur præbenda per istam gratiam, quàm per illam, vt not. in c. si soli, id fin. de conces. præb.

m ¶ Iuris.] Vt cap. quæsitum, de rer. permut. & § non absimilis, supra eod.

n ¶ Beneficia.] Largè hic intellige, vt minora, & maiora beneficia, & dignitates, & præb. etiam comprehendat. 1 q. 3 c. si quis dator. & de conce. præb. & de verb. signif. c. tua, & c. 1 de reg. iur. in 6 vbi not.

o ¶ Collationem.] Quid si non spectat ad collationem, sed ad confirmationem tantum, item quid si pertinent ad collationem ordinarij, & alterius ? vel sunt illa in diuersis diœcesib. Resp. vt not. in c. vni. de re. perm. in 6.

p ¶ Fraude.] Exemplum in c. 2 de renunc. in 6.

DE RENVNCIATIONE.

Io. Bapt. Cum author supra tit. proximo, § non absimilis vsque ad si tit. loquutus sit de permutatione beneficiorum, in qua renunci. quoque requiritur, ideo proponit nunc præsentem tit. qui diuiditur in 6 partes: in prima habetur, quid sit renunciatio: in secunda quas ob causas sit permissa: in tertia an qui renunciauit, & monasterium est ingressus posset redire ad prælaturam: in quarta cui sit facienda: in quinta an posset fieri per procuratorem: in sexta an qui obtinuit licentiam, renunciandi posset ad id cogi: Secunda ibi, ea verò: tertia ibi, accidit autem: quarta ibi, Abbas quoque: quinta ibi, potest autem: sexta ibi, aliud iuris.

Io. Bap. Per renunciationem. CASVS hic non figuratur. Not. tamen tria esse essentialiter necessaria ad renunciationem, primum vt respiciat ius nondum plenè acquisitum: secundum vt sit iuris proprij: tertium vt sit spontanea.

a ¶ Proprij.] Alieno enim renunciare non possum: cum res inter alios acta, &c. c. per. de sent. & re iud. c. dilecto in fin. de præb.

ANT. TIM. Alij renunciationem ita addendo definiunt; Renunciatio est re, vel iuris spontanea refutatio, &c.

b ¶ Spontanea.] Quia si esset coacta non obstaret repetere volenti, c. super hoc eo. & c. 1 de eo quod met causa. Et declara hanc siuè definitionem, siuè descriptionem, vt per Host. in Summa eod. in dubio autem non præsumitur spontanea vt per Abb. in cap. super hoc eod. n. 11 & n. 30.

* Refutatio.] Adde à superiore admissa quia antequam admittatur non est renunciatio sed animus seu præparatio ad renunciandum Molin. ad regul. de infirm. resignat. in princ. quod intellige de renunciatione expressa secus autem de tacita quæ ipso iure fieri intelligitur cum deducatur ex quadam iuris interpretatione, Clem. gratiæ ca vbi omnes de rescript. qualis est qui ex contractu matrimonij, ingressu religionis assecutione secundi incompatibilis, &c. Insurgit hæc enim non eget superioris auctoritate cum legis habeat sitque potius perditio iuris quam vera renunciatio Garcias de benef. part. 11 capit. 3 numero 24 & 243 dixi ad Flamin. Paris. de resignat. lib. 1 q. 1 lib. 7 q. 3. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Duo sunt videnda pro totius tituli intelligentia, primò quid sit renunciatio; secundò ex quibus causis illa contingat.

Quo ad primum renunciatio est rei vel iuris proprij spontanea facta refutatio à persona idonea in alterius beneficium sic colligitur ex traditis per Hostiens. in eius Summa in tit. de renunciat. numero 1 & seq. quæ quidem definitio, siuè descriptio. Clarum est enim definitiones secundum legistas esse potius descriptiones quam rigorosas definitiones, & ideo dicit iure consul. in l. omnis definitio, ff de reg. omnem definitionem in iure periculosam esse, & multoties quod sunt Authores toti addunt definitiones, aliquib. optimas esse videtur, constat enim ex genere, & differentijs iuxta tradita in l. 1 ff de testam. vbi inter alios Bart. refutatio igitur stat loco generis.

Dicitur rei vel iuris proprij quia alienis rebus quæ in sua facultate & potestate non nemo renunciare potest tum quia renunciatio est quædam donatio vt rectè probauit Bar. in l. pactum quod dotali numero 6 C. de collat. post eum Castr. & alios Surd. cons. 431 num. 18 vol. 3 & vltra cumulatos per ipsum Monoch. in tract. de præsump. lib. 3 præsumpt. 45 nu. 23 lib. 6 præsumpt. 41 nu. 2 & cons. 371 num. 17 volum. 4 & alios omittam hoc enim est vulgatum; adeo vt renuncians hæreditatem in beneficium alterius vt renunciatio præsumatur, valida præsumitur renuncianti delata hæreditas, & vt delata etiam radica, & consequenter, acquisitum in persona renunciantis, & ab ipso renunciare translatum in eum cui facta fuit renunciatio vt in l. fuit ff de acquir. hæred. Sol. in cons. 183 colum. 2 volum. 2 Corne. Paris. Crau. Bec. & alij, quos probat Surd. decis. 14 numero 2 & seq. & successiuè cum donare sit in eo quod de proprio donat, & qui non habet donare non potest in l. filius famil. ff de donat cum alijs cumulatis ab eod. Surd decis. 288 numero 53 & ex hoc fit vt procurator, non possit bona Domini donare nec Prælatus cum non sit Dominus, sed procurator, bonorum Ecclesiæ non potest bona Ecclesiæ donare, si donauerit non valeret, donatio cap. 2 de donat. cum vulg. alijs, & consequenter cernitur nullo modo valere renunciationem de rebus alienis, vel earum rerum, quarum non habet donat liberam administrationem vel ab eius arbitrio non dependunt vt post Hostiens. in sum. in tit. de offic. iud. § verum desideret Afflict. decis. 121 num. 6 vbi sic refert decisum videlicet posse fieri compensationem per Iudicis officium, quamuis fuisset huic beneficio renunciatum quia ipsa compensatio non fit ex facto partium, sed iudicis officio, & potest etiam opponi in causa appellationis in l. 1 in fin. ff quæ sententiæ sint appellat. rescin. cum alijs cumulatis per Vrsill. dict. decis. 121 n. 6 vbi sic pluries refert decisum.

Debet insuper res renunciata ad solum renunciantem pertinere, si enim etiam alterius beneficium respiceret, non valeret renunciatio, quia esset præiudiciũ tertij nisi tamen de iure speciali res illa ad ipsum renunciantem pertineret, vt est restit. in integrũ competens minori iuxta l. si iud. ff de minorib. cum aliis cumulatis per Tiraq. in tract. de retract. cõsang. gl. fi. n. 24 & seq. vbi fusissimè materiã istã examinat de qua materia latissimè tract. Afflict. d. 89 vbi etiã Vrsill. n. 1 & seq. quæ

DE RENVNCIATIONE

TIT. XIX.

Renunciatio.
- Quid.
- Causæ.
  - Legitimæ.
  - Illegitimæ
- Personæ.
  - Prælati inferiores.
  - Papa.

Quid sit Renunciatio, & quibus ex causis possit renunciari, h. d.

PEr renunciationem quoque quis ab Ecclesia sua remouetur. Est autem renunciatio iuris proprij [a] spontanea* [b] refutatio. Ea verò, propter quæ Episcopus potest

meminit de Tiraq. loc. cit. de quo etiã meminit d. 378 n. 7 & 8 vbi etiam loquitur de iure congrui si valeat renunc. in præiudiciũ alterius, & dicunt valere quia iure speciali competit sic etiam procurator non potest renuntiare nomine alterius si expresse non habet mandatum ad renunciandum sic scripserunt Roland. cons. 10 nume. 18 lib. 1 Pur. quos proba. Parin. decis. 57 nu. 6.

Dicitur spontanea, quoniam renunciatio debet esse libera, si enim coactè facta esset non valeret, & ipsa non obstante posset renuncians rem renunciatam petere. Abb. de eo quod metus cauſ. c. super hoc de renunciat. & notant omnes in cap. 1 de pact. in 6 quia deficit voluntas donandi in eo qui coactè renunciare compellitur. Hinc est, vt si aliquis detineretur, in domo aliena & inductus esset ad renunciandum beneficium, vel alteram rem renunciatio diceretur meticulosa, & per vim, non autem ex mera & libera voluntate facta, vt ex pluribus probat Flamin. Paris. lib. 13 de resignat. benef. q. 1 num. 126 sic etiam si aliquis inductus esset ad renunciandum ob carcerem fratris, vel ob aliquod aliud imminens periculum renunciatio esset nulla quia præsumitur facta metu, non autem spontaneè, vt post Roman. Felin. Nauar. & alios probat Paris. d. d. 1 num. 158 vbi sic etiam decisum refert in Rota Rom. qui quidem metus etiam præsumeretur immo dolus re ipsa esset quoties renuncians esset enormiter læsus per renunciationem vt ex text. in l. omnes § Lucius, ff quæ in fraud. cred. post Abb. Bald. & alios plures Præses de Franch. decis. 247 vbi numer. 4 in fi sic pluries refert decisum tam in Sacro quam etiam in collaterali consilio & subdit num. 5 ex tex. in l. creditor, § Lucius, ff mand. ex S. monocell. Cassiodor. & aliis difficile esse inuenire nondum, quo hic, qui cessionem, & renunciationem obtinuit, possit in hoc casu esse securus quia enormissima læsio non potest quacumque verborum generalitate remitti, & nec iuramentum nec aliæ clausulæ possunt illam sustinere, & ita pluries refert decisum non obstantibus iuramento, & clausulis prædictis verum in dubio nec metus, nec læsio, nec dolus præsumitur, & consequenter, qui metu vel dolo dicit esse factam renunciationem debet hoc probare, vt ex doctrina Bald. Aret. & aliorum in l. interpositas, C. de transact. Mascard. & aliorum probat Paris. dict. quæst. 1 numer. 74 vt alius omittam est enim vulgatum axioma dolum, & metum non præsumi, & alleganti incumbere onus probandi.

Dicitur in beneficium alterius facta, renunciatio enim illi tantum prodest cui facta est, & alteri prodesse nequit l. iubemus, C. ad Velleianum vulg. alijs est, enim hoc admodum vulgatum renunciationem non extendi vltra personam, in cuius beneficium fvit facta vt ex pluribus probauit Paris. cons. 12 nume. 90 volum. 1 Ruin. Bertran. Bec. & alijs, quos probat Surd. decis. 163 numero 10 & etiam consilio 199 numero 20 consilio 124 numero 9 volum. 2 & cons. 446 num. 13 vol. 3 cum alijs infra cum laudis.

Io. Bap. Ea verò. CASVS. In hocida hac parte ita figurari potest. Quidam prælatus volebat simpliciter suo beneficio renunciare nulla causa ad id suadente, illa motus ratione quod vnusquisque potest renunciare iuri suo l. pen. C. de pactis, Sol. tamen vt in hac parte habetur, quia inter Ecclesiam, & talem prælatum contracta est mutua obligatio, quæ regulariter re, præsertim non integra dissolui nequit argumento l. ab emptione, ff de pact. si tamen dissoluatur, cum causa legitima dissolui debet, qua de re obiectio non tenet, vt de se patet, siquidem in casu nostro consideratur etiam interesse ecclesiæ. Not. ex hac text. à contrario sensu renunciationem sine causa factã, de iure non tenere cap. nisi in fin. eo. Not. secundò causam legitimam renunciandi desumendam esse à qualitatibus requisitis ad promotionẽ siquidem si quis aliqua præd. qualitatum careat, dicitur habere causam legitimam renunciandi & hinc cognoscimus causas istas in hac parte, & in d. cap. nisi adnotasse iustas, & legitimas.

cedendi licentiam postulare, hæc fermè habentur,[a] Conscientia criminis, Debilitas corporis, Defectu scientiæ, Malitia plebis, Graue scandalum, & irregularitas personæ.

Quale debeat esse crimen ob quod renunciari possit, h. d.

Propter conscientiam criminis cedendi potest licentia postulari,[b] non cuiuslibet.[c] sed dumtaxat illius, propter quod ipsius officij executio post peractam pœnitentiam impeditur.[d]

Quæ debilitas corporis renunciandi causam præbeat. h. d.

a ¶ Habentur.] Vt diffusè habentur in c. nisi eod.

ANT. TIM. Causas has enumerat post Innoc. extra de renunciat. S. Thom. 2. 2 q. 185 art. 4 ponit enim has easdem causas, hoc ordine. Potest. n. renunciare, cum contingit Episcopum impediri procurare salutem subditorum, quod fit multipliciter, nam quandoque ob defectum proprium. Vel conscientiæ, si sit homicida, vel simoniacus. Vel corporis, si senex, si infirmus. Scientiæ quæ non sufficit ad curam regiminis: vel irregularitatis. Quandoque propter defectum subditorum, quibus non potest proficere. Comprehenduntur autem hæ sex causæ his versibus.

Debiles, ignorans, male conscius, irregularis.
Quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit.

b ¶ Postulari.] Collige ergo, quod pro crimine quantumuis graui, non potest Episcopus renunciare sine licentia Papæ, etiam si talis sit, qui titulum non habet, vt simoniacus & intrusus. Quidam tales contra, cum tamen fures sint & inuasores 1 quæst. 1 cap. ordinationes: & ideo quanto plus rem tenent, tanto magis peccant, & fur semper est in mora: vt ff de cond. furt. l. si pro fure. dic vt not. in c. nisi eod. post princ.

c ¶ Cuiuslibet.) Alioqui pauci, vel nulli non tenerentur cedere, est enim penè contra naturam, quòd quis sit sine peccato. 15 distinct. § nunc autem & distinct. 71 c. 1 Apostolus in fin. & c. pen. de præbe. & facit & illud Apostoli. Subiecit Deus omnia sub peccato: & illud: Nemo sine crimine viuit.

ANT. TIM. Intellige quod dicit glos. de peccato veniali: in statu naturæ corruptæ: secus fuisset in statu naturæ integræ, vt per S. Thom. 2. 2 q. 109 art. 8 & Durand. art. 3 d. 2 in 2 sent. & ibi omnes Doct.

d ¶ Impeditur. [Vt simonia. 1 quæst. cap. erga simoniacos, & c. tanta de simo. Homicidium c. fin de temp. ordin. & c. minor. distinct. 50 & c. inquisitionis, de accus. vbi de vtroque crimine Item secundùm quosdam, omne peccatum, quòd ipso iure irrogat infamiam 3 quæstio. 7 cap. infame, § porro & de hoc plenius not. in cap. nisi eo post prin. in aliis vero criminibus de quibus pót pœnitere remanendo in officij administra-

tione

tione, non tenetur quis per receſſionem, vt hic & d. c. niſi, & d. c. fi.

ALOYSIVS RICCIVS. Auctor hic ponit primam cauſam, ex qua poteſt Epiſcopatui renunciare, vnde animaduertendum poſſe exemplificari in cauſis ex quib. ſunt priuandi beneficiis arg. c. niſi cum pridem de renun. vt ſunt homicidæ, Simoniaci, adulteri, concubinarii, qui poſt monitionem non reſipiſcunt ſuſtinentes excommunicationem per annum, vel vltra, iuxta Abb. & alios in ca. 1 de Iudiciis, Fel. in capite ex parte de reſcript.

Sed grauis. & difficilis, q. eſt, an. accuſatus de crimine ex quo veniret priuandus beneficio poſſit illud renunciare & concludendum eſt poſſe, ex gloſa quam ibi ſequuntur. DD. in c. 2 vel ite perpendere lib. 6 verb. finita, quæ ait quod ſi accuſatus lite pendente cedit non impedietur tunc prouiſio per illum tex. pp litem cum non ſit ſuper beneficio ſed ſuper crimine ſequuntur Reb in prax. tit. de modis amittendi beneficia, nu. 51 & in regula de infirmis reſignat. gl. 12 num. 19 & de pacificis poſſeſſor, nu. 315 & ita cenſuit Ro. in vna Parm Canonic. 6 Martii 1536 coram Pampilio & in vna Region. Canon. cap. 15 Febr. 1593 coram Arigonio, & cenſuit Sacra congregatio.

Quæ concluſio ampliatur 1 vt procedat ét in renuntiatione in fauorem alterius Fel. in c. inquiſitionis de accuſationib. nu. 4 Ferrarius Cautela 44 nu. 2 Reb. tit. de modis amittendi beneficia, nu. 53 & de pacificis poſſeſſ. nu. 316 alias 263 Roffiniacus de beneficiis ca. 20 n. 4 Henriquez in ſum lib. 13 cap. 56 § 4 & capi-e 57 § 1 in fine & Sanchez de matrimon lib. 7 diſput. 42 numero ſecundo.

Secundo ampliatur vt talis accuſatus pendente lite poſſit permutare, vt docet gloſſa to. dereg de annali, & cum eo Sarnen. d. qu. 7 & 42 Æneas de Falcon. de reſeru. q. perſonali effectu 47 nu. 12 Nauar. conſ. ſecundo de accuſationibus.

Tertiò ampliatur, vt procedat, etiam ſi quis prius impetraſſet beneficium in euentum priuationis, adhuc n. poterit accuſatus validè renunciare nec impedietur renunciatio & eius effectus ex dicta impetratione nec poſt renunciationem poterit procedi ad priuationem Sarnen. q. 42 Prob. ad Monac. in cap. Alma mater de ſent. excom. in 6 nu. 6 Gambarus ſup. ra à no. 321 ad 351 facit deciſ. Rotæ 14 vt lite pendente in nouis quam ſequuntur Villadieg. in tract. de leg. p. 1. q. 14 & Roſſin. cap. 21 nu 7 & Cappel. Toloſ. deciſ. 437 & ibi Aufr. quidquid tenent, Domin conſ. 105 Boer. deciſ. 205 numero 7.

Quarto ampliatur vt poſſit renunciare, ſiue ſimpliciter, ſiue in fauorem alterius etiam poſt ſcientiam impetrationis factæ à tertio de eiús beneficio in euentum priuationis, vel poſt priuationis præſentationem quia qui renunciat ſuo iure vtitur, & ideo nullam fraudem committit, quippe qui ſibi ipſi conſulturus, vel conſanguineo, aut amico renunciet non vt noceat impetranti in niſi ex aliquibus coniecturis alias fraus appareat vt in cap. 2 de renunc. in 6 ita Couar. ſup. Lopez inſtruct conſcient. 2. tom. c. 30. & Rodrig. in ſum. 1 tom. c. 179 num. 3 Sarnen. d. quæſt. 42 de Anali Boer. d. deciſ. 205 num. 8 Aufr. d. deciſ. Cappel. Toloſ. 537 num. 5 Fel. in cap. cui noſtra de reſcript. num. 38 & Henriq. dicto lib. 13 cap. 56 § 4.

Quintò ampliatur, vt procedat etiam ſi pro horis, vel alias ſuper ſententiam latam ſuper crimine non eſt priuatus beneficiis nihilominus. n. poterit renunciare, & collatio inde ſequuta erit valida, Rota deciſ. 5. de re iudic. Biſign. in antiquis ſequuntur Sarnen. quæſt. 42 de Annali Rebu. d. tit. de modis amittendi beneficia 64 & aduertè quia in iſta ampliatione ſupponitur ſniam illam tranſiſſe in rem iudicatam, & rom iſtius ampliationis, & deciſionis eſt, quia condennatus per ſniam latam ſuper homicidio, vel alio crimine priuatione digno non eſt priuatus beneficiis, niſi exprimatur in ſnia Innocen. in c. qualiter 2 de accuſ. nu. 10 Fel. in d. c. inquiſitionis eodem tit. nu. 7 & in c. cæterum, nu. 24 & c. ſciſcitatus nu. 2 de reſcrip. Hippol. ſingul. 200 Rebuff. qui plures refert de pacificis poſſeſſ. d. nu. 315 alias d. tit. de modis amittendo beneficia nu. 64 Simononc. de reſcru. q. 29 & ibi Granulit. B. Lamber. de iure patronatus 1 par. 2 lib. q. 6 art. 9 nu. 1 Diaz in pract. crimin. c. 131 nu. 3 Mandoſ. de ſignatura tit. de priuatio verſ. condemnatus de homic. & Zerola in praxi Epiſcop. 1 par verb. priuatio, § 1

Sextò ampliatur, vt poſſit renunciare etiam in fauorem, & renunciatio valeat etiã non facta mentione de Crimine, nec de accuſatione ſeu inquiſitione aut proceſſu, nec de priuatione vt eſt de mente Ferrarii Fel. Sarnen & à iſtorum ſup. citatorum & probat d. dec. 5 de re iud. in antiq. & Reb. conſ. 82 q̃uis idem Reb. d. tit. de modis amittendi benef. nu. 52 contrarium teneat. Et non eſt nam iure non cauetur, talem mentionem fieri debere, vel quod eis expreſſis pap. gratiam nullatenus conceſſiſſet & non omnia tacita quorum expreſſio mouere potuiſſet ad denegandam gratiam vitiant, ſed ea ſolum q̃ de iure vel ſtylo ſunt exprimenda ſeu de quib. reperitur expreſſum vel eſt in iure cautum quod eis expreſſis Papa gratiã non conceſſiſſet Rota deciſ. 32 de reſcript. in Nouiſ. Ægdec. 697 nu. 4 Fel. in c. poſtulaſti de reſcript. ſub n. 1 Sed dicta concluſio limitatur vt non procedat, q̃n in impetratione facta à tertio in euẽtum priuationis fuerit adiecta clauſulà & cum decreto quod reſignatio illius cedat in fauorem impetrantis, de quà per procur ad monac. ind. c. Alma Mater de ſnia excomm. in 6 nu. 67 & Mandoſ. d. tit. de priuatio verſ. pen. quæ ſolet concedi poſt primã ſniam priuationis, vt per Mandeſium ibi, ita Probus ibi Staphil. tit. de variis modis vacationis n. 19 Reb. in d. reg. de infirmis gl. 12 nu. 19 Cauar Placa n. 10 Molin. diſp. 78 n. 2 Ex eorum non tollitur Eſo diſpenſandi potas in caſib. in quib. alias põt ipſaq; diſpenſatio impediet priuationis ſniam henriq; d. l. 13 c. 57 § 1 Sanech. d. l. 7 diſp. 42 n. 2 & Mol ſup. q̃uis contrarium teneat Gamb. d. l. 10 n. 227 & 317 Villadiego d. q. 14 n. 53 2 limitatur, vt non procedat in criminoſo priuato ipſo iure beneficiis quẽ is renunciare non põt maximè in fauorem Fel. in c. in noſtra de reſcript. n. 38 Aufr. ad d. deciſ. Capp. Tholoſ. 437 n. 5 Boer. d. deciſ. 205 n. 8 Rebuff. conſ. 59 dub. 3 verſ. immo non ſolum ad finem Gamb. d. l. 10 n. 340 Roffin. de benefic. 7 & Holeda de incompatib. 1 p. c. 4 n. 11 & c. 13 n. 62 & Lancell. ſup. n. 12 & 34 & Pariſ. de reſig. benef. l. 3 q. 1 an. 20 & 21 dicens eſſe cõem omium ſniam ubi ponit quod priuentur ipſo iure, & q. 2 nu. 22 Azor 2 p. lib. 7 c. 17 q. verſ. 3 & c. 20 q. 8 Gonz. gl. 15 n. 146 & Fl. q. 13 nu. 7 faciunt q̃ tradit Tiraq; in l. ſi vnq̃ verb. reuertat n. 267 & Fl. Pariſ. d. q. 1 n. 23

Septimò vt ampliatur accuſatus poſſit renunciare ét lata priuonis ſnia, ſi ab ea fuerit appellatum quem appellonem integrum manet ius eius l. q. à Iatronib § fi. ff de teſt. l. ſi quis filio § hi aũt. ff de iniuſt. rupt. irrit. teſta l. 2 vers ſiquis de pæn. l. 1 ff nihil nouar. appell. peed. l. fur. ff de his qui not. inf. cum p. appel. extinguatur, aut ſaltem ſuſpendatur ſnia. l. 1 § fi. ff ad Turcil capite veniente de iureiur. vbi id explicant Abb & alii Couar. pract. q. 1 c. 23 nu. 1 Duen. reg. 42 Pap. in prax. 6 p. tom. 1 in 1 roem-n. 11 & 12 facit deciſio Rotæ 1634 lib. 3 p. 3 diuerſ. & Put 30 lib. 1 Mohed. deciſ. 12 de præb. Et hanc ſextam ampliationem tenent in termin. Reb. d. ti. de mod. amiſt. benef. n. 52 & de pacif. poſſ. d. n. 315 alias 762 & conſ. 82 Gutt. vbi ſup. n. 38 nec neceſſe eſt facere mẽtionẽ probationis & proceſſus vt dixi ſup. in 6 ampliat & proceedit. hęc ampl. ſi app.

Non absimilis iuris ratio in debilitate [a] corporis obtinet : nam non quælibet, sed solùm illa legitimam renunciandi præstat causam, per quam quis ad exequendum officium Pastorale redditur impotens, cum interdum non plus similis debilitas aliquem cedere, quàm maturitas, [b] quæ in senibus esse solet, quem in suo suadeat officio permanere. [c]

Debilitas corporis.

Magnus defectus scientiæ, tribuit legitimam causam renunciandi. hoc dicit.

Propter defectum quoque scientiæ plerumque [d] potest quis petere cessionem : quia cum illa circa spiritualium [e] administrationem sit potissimum necessaria, circa curam temporalium [f] opportuna, Præsul, qui in vtrisque commissam sibi debet Ecclesiam regere, salubriter ei renunciat, si quomodo ipsam regere debeat ignoret. Quamquam autem desideranda sit eminens scientia in Pastore : in eo tamen mediocris tolerari [g] potest, quia imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis. [h]

Episcopus cum potest tenetur discere.

Malitia plebis iustam tribuit renunciandi causam. h. d.

Propter malitiam, [i] quoque plebis [k] cogitur interdum Prælatus ab ipsius regimine declinare, [l] veluti quando plebs tam duræ ceruicis existit, vt apud ipsam amplius proficere non possit, [m] Item pro graui scandalo [n] vitando, cum aliter sedari non potest, licet Episcopo petere cessionem, ne plus temporalem honorem, quàm æternam vi-

Declinare Fugere.

a ¶ Debilitate.] Siue proueniat ex morbo accidentali : siue ex senectute, cap. nisi. § alia eod. Nam & senectus morbus est, vt not. supra de coadiu. in princip. Qui autem dicantur senes, vel valetudinarij, vide per Abb. & alios in cap. fin. vt lit. non contest.

b ¶ Maturitas.] Vnde dicimus semper venerandam senectutem. l. semper ff de iur. immut.

c ¶ Permanere.] Quia debilitas corporis seruore spiritus instauratur, per quem ad sublimiora conscenditur c. literas, & capit. nisi § 1 eod.

d ¶ Plerumque.] Nisi esset talis scientia, quã citò addiscere posset. Tenetur enim, & Episcopus addiscere cum potest, capitul. fin. distinct. 38. Vnde, & iurisconsultus : Et si vnum, inquit, pedem in fouea haberem, non pigeret me quotidie aliquid ad discere l. apud Iulianũ. ff de fideicomm. liber. & Augustinus ab anniculo se doceri paratum profitetur. 24 quæst. 3 cap. fin. habes, & not. in cap. nisi vers. pro defectu. eod.

e ¶ Spiritualium.] capitul. nisi § pro defectu eod. & distinct. 30 per totum.

f ¶ Temporalium.] Distinct. 86 capitu. fratrem nostrum, & capit. Petrus, distinct. 39. & 36 dict. § 1. Et meritò necessaria est scientia spiritualium, & temporalium, quia in his alios docere debet Episcopus, ideòque aliorũ doctrina indigere non debet 1 quæst. 7 capit. conuenientibus, & annuent. de sanctiss. Epis. §. samnamus.

g ¶ Tolerari.] Capit. cum nobis, de electione cap. venerabilis de præbend. cap. nisi vers. pro defectu eod.

ANT. TIM. Nota hic, quod Prælatus, si non habet competentem literaturam, remoueri potest capitul. quamuis de æta. & quali ordin. & bonum esset sic facere, vt inquit quidam doctor. Nam cunctorum malorum ignorantia mater est : scientia autem cum duplex sit, sufficiens, & eminens : non requiritur, quod eminentem habeat, sed sufficientem.

h ¶ Charitatis.] Cap. nisi § pro defectu, eod. Et sic nota quòd defectus aliquis potest aliqua alia virtute suppleri, & instaurari.

i ¶ Malitiam.) Hoc fecisse leguntur etiam Apostoli, qui Iudæis incredulis, & duræ ceruicis dixerunt : Ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis : vt legitur in Actis Apostolicis in ea. 13 & transumptiuè in c. nisi §. propter malitiam.

k ¶ Plebis.] quæst. 1 § hoc tunc seruandum, & cap. fin. & cap. nisi § propter malitiam eod.

l ¶ Declinare.] Prouidentiam notat hoc verbum, & non metum, *re.* prout verbum fugere.

m ¶ Non possit.] Quamdiu autem est aliqua spes profectus, non potest prælatus renunciare, & præbet hoc arg. quod propter scholarium malitiam debet doctor cessare à docendo, secundum Ioann. And. & Bur. in capit. nisi § propter malitiam eod.

ANT. TIM. Est aurea sententia D. Gregor. in 2. Dialo. lege eam ibi : Æquanimiter portandi sunt mali, &c.

n ¶ Scandalo.] Est tamen distinguendum vt distinguit Gregorius super Ezechielem, Homil. 7. Vtrum scandalum sine peccato vitare possumus. Nam inquantum possumus sine peccato scandalum vitare debemus : alioqui vtilius scandalum nasci permittitur, quàm vt veritas relinquatur capit. qui scandalizauerit. de re. iu. Veritas enim bonæ vitæ, vel iustitiæ nunquam deserenda est : veritas disciplinæ nonnunquam, puta quando multitudo peccantium est in causa non tamen volunt defendere malum quod faciunt : argum. capit. commessationes distin. 44 vbi de hoc dist. 50 capitul. vt constitueretur, & cap. latores de cle. excom. Si verò volunt defendere malũ, quod faciunt, & illud excusare, quasi ex auctoritate, tunc multitudini parcendum non est propter scandalũ, capitul. 1 in fin. de pœnit. dist. 6 & not. de hoc in c. nisi, & c. p graui eo. & ea. sanè de temp. ord. & in c. cum quisquis 23 q. 4 3 & q. 4 5. Th. 2 2 q. 43 a. 1 & alibi.

ANT. TIM. Scandalum secundum D. Hier. in Mat. 15 Græcũ verbũ est Latinè offensio dicitur, vel ruina. Est autem dictum, vel factum minus rectè, præbés occasionem ruinæ. Et quia peccatum contra charitatem est,

deatur affectare salutem. [a]

ob irregularitatem potest renunciari. h. d.

Item ob irregularitatem, puta si sit bigamus. Quod si fortè de legitimo matrimonio non sit natus: licèt huiusmodi irregularitatem subijcere non potuerit: [b] si tamen & culpa [c] latet, [d] & causa, [e] cum eo, qui suum laudabiliter impleuit officium, iniuncta sibi competenti pœnitentia, poterit non minus vtiliter, quàm misericorditer dispensari.

Gratia laboris fugiendi non potest renunciare. h. d.

Cæterum ob alias causas renunciationem affectantes audiendi non sunt, dum fortè aliqui laboris angustias declinantes ad otium [f] aduersus glorioſi Pontificis [g] exemplum aspirare contendant.

Episcopus, qui semel ad vitam monachalem transiuit: non potest rursus ad Episcopalem dignitatem reuerti. h. d.

Accidit autem interdum, vt Episcopus humilitatis, & pœnitentiæ causa ab Ecclesia sua remoueatur. Quod tunc cõtingit, cũ quis Apostolica concessione ab Episcopali sede ad Monachalem descendit subiectionem. Quo casu alius in locum subrogari poterit: ille verò resurgere, Constantinopolitano Concilio [h] vetante, nequaquam valebit. [i]

qua prælatus tenetur complecti subitos, & pp id debet renunciare. Scandalum duplex est actiuum, & passiuum: Multa de scãdalo lege, apud S. Thom. in propria, quæst. 22. quæst. 43.

a ¶ Salutem.] Quod non præsumitur, l. fi. C. adde. Iul. repe.

Posse qui dicantur.

b ¶ Non potuerit.] Id est, non debuerit de iure tpe sui examinis; & sic est arg. quia illud dicimur posse, quod de iure possumus, 22 q. 2. c. faciat, & c. scisciatus, de reser. facit l. cõditiones & in l. filius f. ff. de cõd. inst. Nã debuit id saltẽ in secretò confiteri. c. innotuit de ele &.

c ¶ Culpa.] In culpa erit, si non manifestauit impedimentum tpe suæ promotionis, vnde imponi sibi debet pœnitẽtiæ cum dispensatur, vt statim sequitur, tamẽ si culpa talis, & causa, id est ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cum ipso propter vtilitatem ipsius Ecclesiæ.

d ¶ Latet.] Arg. pro opinantibus, qui dicunt, quia peccata latentia faciũt homines irregulares, c. sacerdos, & c. sacerdotes à contrario sensu, & c. de his verò, arg. contra in c. Christiana 31. q. 5. Sol. in foro sæculari non habent vindictam, sed in foro animæ sic.

e ¶ Et causa.] Si ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cum irregulari propter vtilitatem ipsius ecclesiæ.

f ¶ Otium.] Quod & per se damnosum est, quia otium, & voluntas sunt arma antiqui hostis ad animas capiendas, c. nisi. § verum. eod. inde nascitur lasciuia, & turpis amor. Vnde illud.

Otium pernicioſum.

Otia si tollas perire Cupidinis arcus.
Quæritur, Aegistus quare sit factus adulter?
In promptu Causa est, desidiosus erat.

Et tunc longè damnosum qũ amore otij ab opere bono, ac laudabili diuertimus, & discedimus, quod nullo pacto est concedendum, vt hic, & d. § verum & 16. q. 1. c. vos autem. Vnde not. Seneca: Non est viri timere sudorem, & Generosum labor nutrit. Et Hieron. ad monachum: Semper facito aliquid boni operis, vt te Diabolus inueniat occupatum, c. nunquã de consecrat. d. 5.

ANT. TIM. Secundum Gregor. est quod caret intentione piæ vtilitatis. aut iustæ necessitatis, & quia secundũ charitatẽ non videtur esse, ideirco non præbet causam legitimam renunciandi. Est aũt otium secundum Doctores triplex, destitutorium, & est malorũ hominum restitutorium, quando quis cessauit à labore, vt iterum accedat ad opus; tributorium quod datur emeritis, & senibus.

g ¶ Pontificis.] Id est Martini, qui cum cœpisset repente viribus corporis destitui, dixit ad Deum: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua, vt cap. nisi versi. porro eod.

Accidit autem.] CASVS. in hac parte ita figuratur. Quidam prælatus causa à iure & à superiori approbata suæ Ecclesiæ renunciauit. & postea ingressus fuit religionem, post aliquod tempus desiderabat redire ad illammet Ecclesiam, vel ad aliam similem promoueri, ob regul. cessante causa, & c. cum cessante de appe. vnde fuit propterea de hoc dubitatum, iste enim ob huiusmodi ingressũ dicitur mortuus mundo, iuxta notat. in l. Deo. C. de Episcopor. & Clericor. Solut. tamen vt in hac parte legimus, quia cum Religiosus possit esse Episcopus. § fin. & ibi gloss. notat. supra de postulation. capit. non solum. Sol demonstratur vera verum etiam obiectio cessat, cum status Episcopalis sit altioris Ordinis, quam sit status Religiosorum. Not. Sũmm. Pontiffic. posse interpretari etiam decisiuè Concil. vniuers. iuxta notat. in capit. proposuit de conf. præb. *Io. Bap.*

h ¶ Concilio.] 7. quæst. 1. § item cum aliquis, & capit. nequaquam & extr. eo. capit. translationem.

i ¶ Valebit.] Monachus tamen qui nunquam fuit Episcopus, benè potest esse Episcopus, vt 16. quæst. 1 capit. vos autem, & 8. quæst. 1. capit. in scripturis, & 18 quæst. capit. vnico. Item si plebanus quidam postea fit Monachus, potest postea fieri plebanus, vt, 16. quæst. 1. capit. si quos à Clericatu. Dicunt aũt quidam quod vbi quis dimittit Episcopatum, vbi proficere potuit, præsumitur hoc facere propter conscientiam criminis: seu in notat. in capit. hoc nequaquam 7. quæst. 1. hoc non est verum, quia sæpè ingreditur quis Monasterium propter merita augenda 27. quæst. 2 capit. sunt qui dicunt. Intellige ergo quod hic, & in dic. hoc nequaquam dicitur de eo, qui conuictus est de crimine, & ob id detruditur in Monasterium capit. post translationem eod. vel intellige de eo, qui humilitatis causa transiuit, & de licentia Papæ, qui licèt per se non possit redire ad Episcopatum, poterit de licentia Papæ. Sed nunquid talis poterit esse Abbas? Respons. Sic cum possit esse etiam plebanus; per ea, quæ notat. in distinc. capit. hoc nequaquam.

Impeditus administrare Episcopatum, & propterea factus monachus, cessante impedimento, potest reuerti ad Episcopalem dignitatem h. d.

Cæterum [a] speciales quidam casus inueniuntur, in quibus, prædicto Concilio non obstante, is qui vitam monachalem elegit, rursum licitè potest ad Episcopatum assumi. Si enim quis persecutionis rabie sæuiente, vel præpeditus aduersa valetudine corporis, cum proficere [b] nequeat in regimine pastorali superioris auctoritate ad monasticam vitam descendat: persecutionis, vel ægritudinis impedimento cessante [c] ad Episcopalem poterit resnrgere dignitatem.

Similium idem iudicium, h. d.

Idem Iuris est [d] siquis propter doctrinæ defectum locum regiminis deserens auctoritate Apostolica ad otium se contulerit Monachale. Nam si per exercitium lectionis scientiæ repererit Margaritam, proculdubio denuò vocatus ad Cathedram pastoralem redire poterit. [e]

Assecutus Episcopatum, simonia cè sed ignoranter, si fiat postea regularis licet ad primum reuerti non possit, alium tamen Episcopatum consequi potest. hoc dicit.

Rursus si quis inscius cupiditate parentum, [f] fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto de licentia superioris illum dimittens, obseruantiam elegerit regularem, & si ad Ecclesiam eandem redire nequeat, [g] ad aliam tamen promoueri poterit, Constantinopolitani Concilii constitutione non obstante, quam tunc obtinere oportet, [h] cum pœnitentiæ causa, quem Episcopatum retinens peragere non valebat, vitam qui elegerit monachalem.

Ad eum |fieri debet renunciatio, ad quem spectat confirmatio h. d.

Abbas quoque qui Romanæ immediatè subditus est Ecclesiæ, nisi licentia à Romano Pontifice legitimè impetrata, sui regiminis oneri renunciare minimè poterit [i] Quod si Episcopo subiectus sit, cum eiusdem [k] per-

a ¶ Cæterum.] capite post translationem, § cæterum. cod.

Proficere sufficere.

b ¶ Proficere.]Differunt aût ista proficere, & sufficere: multa enim proficiunt, quæ non sufficiunt, vt per Doct. in c. 1 de postul. prælat.

Electus quo tempore habere debeat scientiam.

c ¶ Cessante.] Arg. quia cessãte causa cessat effectus, 1 q. 7 cap. quod pro remedio & 1 q. 1 c. pro necessitate & c. cum cessante. de app. de quo dic vt not. plenius in c. post translationem, eo & passim per Doctores.

d ¶ Iuris est.] c. post translationem vers. itẽ si quis eo vnum sumitur

e ¶ Poterit] Arg. quia sufficit, electum habere scientiam conuenientem tempore, quo electio superiori confirmanda præsentatur, facit. c. qualiter de elec. Sed contrarium placet Abb. in d. c. qualiter, quia si electus patitur defectum in scientia, electio est nulla, vt in c. cum in cunctis de electio. vnde non potest cõualescere ex idoneitate superuenienti. ca. si eo tempore de rescript in 6 Nec obstat hic tex. propter illa verba: Denuò vocatus Non ob. d. c. qualiter ibi: Postquã & c. quia illa verba ad sequentia referri debẽt non ad præcedentia.

f ¶ Parentum.) Data pecunia, vel promissa 1 q. 5 c. quacumque, & c. præsentium.

g ¶ Dimittens) Statim atque de simonia resciuit licentia obtenta à Papa, vt hic dicit, in c. post translationem de renunciat alias nisi vel statim vel intra breuè tempus hoc agat, ratihabitio sibi præiudicaret: q. quis tacita c. sicut de simoni. & not. in d. c. post translationem ve. rursus.

h ¶ Nequeat.] etiam dispensatiuè cum erga simoniacos nulla misericordia sit adhibenda, 1. q. 1 c. erga simoniacos, & 7 q. 1 c. præsentium, & c. super eo de elec. & cap. nobis fuit de simonia Sed imò contra videtur. quod possit cum simoniacis dispensari: vt 1 q. 5 c. quicumque & cap. præsentium, & c. de simoniaco de simo & c. alicuius de elect. Sol. vt prolixe not. in c. post translationem versicu. rursus de renunc.

i ¶ Oportet.] Hæc interpretatio tenenda est exclusis opinionib. no. in c. hoc nequa q. 7 q.

Abbas quoque CASVS. Quidam beneficiatus cupiens renunciare beneficium cuidam suo amico, & dubitans de superioribus voluntare, voluit propterea renuntiationẽ facere sine superioris auctoritate vnde fuit dubitatum an posset, & vnicuiq; liceat iuri suo ad librũ renunciare lege penul. C. de pactis Responsio videbatur clara licet si auctoritas ista fuisset necessaria Pontifex non posset renunciare cum nõ habeat superiorem, § fin. super de Epis. Sol. tamen vt hic. legimus quia ob interesse Ecclesiæ Superioris est videre an talis renunciatio sit admittenda, non obstat obiectio ob rationẽ assignatam de interesse Ecclesiæ in summo Pont. autem super. consideratur quoad hunc actum renunciat. interpret. licèt nõ ve. Not. mutuam obl. inter clericum beneficiatum, & eius Ecclesiam contractam dissolui per consensum eiusdem clerici & eius superioris. Nota quod superior aliquando reperitur, verè, & alĩ. quando interpretatiuè, vt accidit in Cardinalibus respectu Pontificis volentis renunciare Pontif.

k ¶ Poterit.] Capite finis eorum. Ratio quia ad eum fieri debet, & capite vt immediatè sequitur, & octaua quæst. 2 cap. Abbas.

l ¶ Eiusdem Concordat. capite Abb 2. decimo octauo, quæst. secundo, capite admonet. eod. 16 quæst. vlt. cap. fin. & distin. 71. capite primo, & capite secundo, & 10. quæst. secundo, cap. duæ.

missione locum suum licito iure poterit relinquere Et hoc generale [a] est in præbendis, & cæteris minoribus beneficiis, vt apud eum fieri debeat renunciatio ad quem pertinere dignoscitur confirmatio, [b] ex quo apparere potest quod resignatio facta laico nullam [c] iuris obtinet firmitatem. [d]

Papa potest renunciare Papatui h. d.

De Romano Pontifice quæsitum est: An quia nullum habet superiorem, in cuius manibus renunciare possit, [e] Pontificaui ex causa cedere valeat? & super hoc Cœlestius Quintus hæsitationis cuiuslibet volens occasionem amputare, statuit, & decreuit Romanũ Pontificem posse liberè resignare.

Per procuratorem renunciari potest, & quatenus valeat renunciatio facta à procuratore reuocato, hoc dicit.

Potest autem quis, non solum per semetipsum resignare, verum etiam per procuratorem, [f] qui si ad cedendum [g] pontificali, aut alii cuilibet dignitati, vel beneficio sponte [h] ac libere [i] constitutus fuerit, si post modum ignorans [k] reuocatus fuerit, [l] tenebit [m] cessio per eũ facta ãtequã ad ipsius proc. vel dendum Sol. tamen vt hic habetur, quia regulariter constituens procuratorem præsumitur stare, in eadem voluntate, nisi aliter appareat, non obstat obiectio, si quidem text. ille continet casum specialem fauore matrimonii. Not. gesta per procuratorem reuocatum, & non denunciatum tenenere & in spiritualibus clem. 1 eod. Not. 2 in spiritualibus posse const. proc. c. 1 de proc. in 6.

a ¶ Generale.] Hanc regulam ponit Host. in Summa eo col. vlt. in fin & ad illam probandam multa allegat quæ tamen etiam si quibusdam casibus fallere deprehenderetur, non propterea minus bona regula esset argum not. in l. 1 ff de re iudic.

b ¶ Confirmatio.] Nisi essemus in simplici electo, & non confirmato, qui si iuri suo renunciare velit, potest resignare in manibus eligentium: vt per Abb. in capitul. cum veniss. de restitutione in integr.

c ¶ Nullam.] Quia scilicet est ipso iure nulla.

d ¶ Firmitatem.] Et hoc verum quantum ad Ecclesias, & quantum ad superiorem: quoniã Ecclesia, vel superior potest sic renunciantem repetere, si volunt. 7 q. 1 cap. non oportet & 33 quæst. 5 capite mulier. Sed renuncians non potest Ecclesiam repetere: & ita quo ad renunciantem videtur tenere talis renunciationi tantum vt Abb. in capitul. quod in dub. eod dicat hunc ipso iure priuatũ, ita vtnõ egeat nisi spoliatione. Ergo renuncians repetere non potest quia & si renuntiatio inutilis in se sit: habere tamen videtur in se tacitum pactum, sicut acceptilatio inutilis l. si vnus § pen. ff de pactis l. si acceptilatum ff de acept. Quidam tamen dicunt, quia re integra potest renunciantem pænitere, dic vt per Abb. in dict. ca. quod in dubiis.

e ¶ Possit.] Non solum hæc erat dubitandi ratio, vt c. ad monet: eo sed etiam aliæ plures, quę ponuntur per glo. & doctor. in c. 1 eod in 6. Et ad hanc quæ hic ponitur, respondetur, quòd verum est quòd renunciatio fieri debet in manibus superioris, vbi est superior, sed in Romano Pontifice propter impossibilitatem hoc non seruatur fac. capitul. indemnitatibus, § penult. de elect in 6 & c. licèt in fin. extr. eod. titul. Item inferiores Prælati à suis Prælatis confirmantur, & instituuntur. Vnde etiam non est mirum, si sine ipsorum licentia renunciare non possunt. Sed Papa à nullo confirmatur. Vnde sicut sine superiore instituitur: ita sine superiore renunciat, adde not. in c. 1 de re iudicata.

ANT. TIM. Quod Papa possit libere resignare præsertim si se insufficientem ad regimen vniuersalis Eccl. reperit habetur per Bonifacium determinatum in capit. 1 de renunc. in 6 vt per Archic. Florent. 3 part. titul. 23 quamquam pauci reperiantur, qui hoc faciant.

Potest autem.] CASVS. Quidam clericus beneficiatus constituit procuratorem ad renunciandum, & postea pœnitentia ductus mandatum reuocauit, antequam tamen hæc reuocatio procuratori fuisset annunciata, fuit facta renunciatio, vnde quærebatur quid iuris? argumento capit. de fin. procura in 6 negatiuè erat respondendum Sol. tamen vt hic habetur, quia regulariter constituens procuratorem præsumitur stare, in eadem voluntate, nisi aliter appareat, non obstat obiectio, si quidem text. ille continet casum specialem fauore matrimonii. Not. gesta per procuratorem reuocatum, & non denunciatum tenenere & in spiritualibus clem. 1 eod. Not. 2 in spiritualibus posse const. proc. c. 1 de proc. in 6.

f ¶ Procuratorem.] Nec. interit vnus cõst an plures, in solidum, vel coniunctim, clericus vel laicus, capitul. 1 de procur. in 6 tutius tamen erit clericum constituere vt not. in capit. accedens de procurat.

g ¶ Ad cedendum.] Quid dicetur in procuratore dato solum ad petendam licentiam cedẽdi; Respond. vt not. in clẽ. vni. eod vnde sumi.

ANT. TIM. Fuit hoc factum á Gregorio xii. Ang. Cotario, qui ad hoc constituit procuratorem Carolum de Malatestis, & hic per procuratorem renunciauit Papatui in conc. Const. sess. 14 lege Bap. Plat. in vita Gregorii.

h ¶ Sponte.] Secus ergo si per iustum metum.

i ¶ Liberè.] Potest hoc respicere libertatẽ constituentis, & fac. capit. accedens, de procur. & libertatem constituti, scilicet pure non in diẽ vel sub conditione. Sed & de hoc casu idem videtur dicendum, si tamẽ reuocationis, dies vel conditio euenisset, cum ex tunc censeatur puta, ff qui pot. in ping. habe. l. potior 2 resp. & fac capit. si pro te & quod ibi not. de rescrip. in 6

k ¶ Ignorans.] Satis est ergo quòd reuocatio peruenerit ad procuratorem quia talis proc. censetur constitutus ad negotium, vnde sufficit quòd reuocatio, ad ipsum peruenerit. libro si mandassem. ff mand. capite ex parte de rescriptio. & notatur in Clement vnic. vnde sumitur.

l ¶ Reuocatus fuerit) Quomdl. vt decl. in Clẽ. vnic eod

m ¶ Tenebit.] Nota hic duo, primò differentiam inter matrimonium spirituale, & carnale, quia in tractatu spiritualis gestum à proc. reuocato, non tamen certiorato valet vt hic clement vnic. eod secus in carnali. Nam si procurator non certioratus de reuocatione contrahat nihil agitur. c. si de procurat in 6 non sic tamen infra de procurat ratio ponitur in d. iuribus. 2 nota casum, in quo tenet quæ gestum est per procuratorum reuocatũ non tamen certioratum. Ratio est, quia varietas, & illusio in spiritualibus & Ecclesiasticis personis maximè est vitanda, vt in d. clericos Sed an idem sit etiam in aliis casibus? Argumentum quod non in libro si pater digestis de annumis. vindic pro & contra in libro si pœnituit digestis de adiuor. Die vt notatio in d. clemen. vni.

Differẽtia inter matrimonium carnale, & spirituale.

Io. Bap.

illius, in cuius manibus, [a] cessio fuerat facienda [b] notitiam * reuocatio huiusmodi fuerit deducta, [c] nisi fortè per ipsos, [d] aut alios, [e] dolo malo factum fuerit, quo minus ad eos, vel eorum alterum ante cessionem reuocatio perueniet.

Qui impetrauit cedendi licentiam, compellitur renunciare, h. d.

Aliud iuris est, si qui cedendi licentia cum instantia [f] postulata, atque ea obtenta, leuitate fortè cedere prætermittant: eos enim ad cedendum compellendos [g] esse, generali Concilio [h] statuitur.

a ¶ Manibus.) Scilicet Papæ si fuit dignitas Episcopalis, capitul. 1 & 2 de translat. & infra eodem titul. § primo. Si inferior in manibus confirmatoris, vel collatoris, etiam si sit Episcopo inferior, de hoc in capitul. ad modet. & capitul. quod in dubijs, eod. & 7 q. 1 capit. Episcopus.

b ¶ Facienda.) Si persona, in cuius manibus facienda erat cessio, erat expressa in mandato, illi facienda erat expressa in mandato, illi facienda erat notificatio, si verò mandatum erat generale puta ad cedendum in eius manibus, qui recipere posset, non videtur iuuare: notificatio, nisi facit sit illi, qui recipit. Imputet enim sibi, qui omnibus debuit intimare, vel saltem procuratori.

* Notitiam.) Imò post etiam reuocatio relit integris notificari resignatario si resignatio fuerit facta in fauorem, Flam. de resignat. lib. 9 q. 27 n. 10 vel etiam futuro collatario si fuerit pura & simplex in manibus ordinarij facta, Philipp. probus rubic. de renunciat. ad Ioannem Monachum, quod tamen negant Selua de benef. part. 3 qu. 16 Rosiniac. de re sacerdot. lib. 3 cap. 24 vel eorum procuratori qui in mandato reuocando interuenerit quia ei nouum opus nunciari potest qui in præsenti fuit Domini operisue nomine, l. de pupillo § nunciari. ff de operis non nunciat. vel notario antequam mandatum tradiderit, Rebuff. in tract. nominat. q. 14 num. 9 & tit. de sublat. Clementinæ literis ad finem in concordat. vel mensulario, antequam Romam miserit quia est procurator seu mandatarius admittendum, ergo antequam mittat potest reuocari, l. si mandassem ff. mandati. dixi fusius ad Flaminium lib. 9 q. 26 & 27 de resignat. SOLIER.

c ¶ Deducta.] Et de hoc per ipsum fiat fides, simile in Clement. constitutionem, § pœn. de elect.

d ¶ Per ipsos.) Scilicet superiorem, vel procuratorem.

e ¶ Alios.] Resolue plurale in singulare, vt cap. vt priuilegia. de priuilg. fac. ff de vi. bon. rap. l. prætor ait, § homines.

Io. Bap. Aliud iuris.) CASVS. Quidam clericus beneficiatus adhuc non renunciauit, sed obtinuit licentiam renunciandi, postea pœnitentia ductus nolebat amplius renunciare, nec putabat se posse ad id cogi, cum renunciatio sit spontanea refutatio. Vt habetur supra in princip. huius titul. Sol. vt hic dicitur, quia aliter contemneretur authoritas superioris, quod esset maximè inconueniens. Obiectio non tenet, quia illa licentia habetur pro renunciatione ipsa quoad effectum. Not. argumentum idem esse promittere aliquid v. g. vendere, vel donare, & ipsummet vendere, vt esset Ciuilist. ad not. variis in locis.

f ¶ Cum instantia.] Ex eo qvod aliqui cum instantia perseuerando petunt, magis contra eos præsumitur, cap. diuortium, de pœnit. distinct. 1 & l. si mulier, C. ad Velle. fac. cap. quidem eod.

g ¶ Compellendos.] Nota casum, quo quis cogitur renunciare obtenta, scilicet cedendi licentia, & hoc ideo, ne Papa illudatur, vel ex rationibus, quæ ponuntur in cap. quidam. eod. vnde sumitur. Sic & cum Papæ præsentatur postulatio, ab ea postmodum recedi non potest cap. bonæ, de postulat. prælat.

h ¶ Concilio.] Cap. quidam eod. argum. quod licèt Papa sit in Concilio, nihilominus constitutio potest attribui Concilio. Nam d. c. quidã deprehenditur conditum ab Innoc. 3. in generali Concilio: licèt hic tantum habeatur de Concilio. De hoc, id est, quando constitutio debeat edi & attribui Papæ, vel Concilio per Abbatem in capit. 1 de sponsal. & per Mod. in cap. 1 de iudic.

DE DEPOSITIONE, seu degradatione.

Io. Bapt. CVM vltimus modus quo episcopus ab Ecclesia remouetur sit depositio § fin. supra de corepiscop. vsu subla. in fin. ideo post titul. præcedentem proponitur iste, qui diuiditur in 5 partes, in prima habetur quid sit degradatio: in secunda quotuplex sit: in tertia qualis sit circa eam episcopi potestas: in quarta qualiter degradatus tradatur curiæ secu. in quinta, an degradatus posset puniri vlteriori pœna: secunda ibi, est autem: tertia ibi, quod aut: quarta ibi clericus: quinta ibi, quod si.

DE DEPOSITIONE, SEV degradatione. [i]

i SEV degradatione.) Licet depositio, & degradatio videantur idem, quod satis denotat ista alternatiua, Seu, quæ ponit diuersitatem nominis, non rei: tamen secundum proprietatem est differentia. Nam degradatio propriè dicitur respectu ordinum: depositio verò respectu honorum, & dignitatum. Item depositio proprié est verbalis, quæ non eximit clericum à potestate iudicis ecclesiastici: degradatio autem est actualis, quæ eximit clericum à manibus iudicis ecclesiastici. Specul. in tit. de accusa. § 1 versic. vel dici potest, & versic. deponitur, & vers. degradatus, & per Abb. in cap. ad audientiam, ext. de crimin. fal. & in c. at si clerici. § 1 de iudi. & per Firm. in tractat de episcopis, lib. 4 in octaua part. in princip. sæpè tamen promiscuè vtimur his vocibus: vt per Abb. in d. cap. ad audientiam. *Degradatio respectu ordinũ; depositio respectu honorum.*

ANT. TIM. Est autem degradare deponere de ordine, seu vt in glossa supra. Ponunt autem Doctores eam differentiam inter degradare, & deponere. Nam depositio est verbalis inquit glo. 1 & sit simplici verbo: degradare autem est cum solemnitate. *Degradare.*

ALOYSIVS RICCIVS. Ad totius tituli ornamentum. Animaduertendum est, primò, quod degradatio est depositio, quæ fit ab ordinibus susceptis, & fieri debet à superiore Ecclesiastico, & non imponitur pœna, nisi à iudice Ecclesiastico Clar. § fin. q. 74 & non potest fieri actualiter, sed neque verbaliter, nisi à principe ecclesiastico; quia inferior non potest degradare Apostil. Ad clarum d. § fin. q. 74 Et hæc degradatio, licèt auferat omnia priuilegia clericalia c. 2 de pœn. in 6 tamen non aufert characterem ordinis nec votum continentiæ; ideo degradatus non poterit con-

trahere matrimonium, si erat in sacris, & multo minus depositus ab ordine, ita apostil. ad Clar. § fin. qu. 74 Duplex est degradatio verbalis, per quam iudex ecclesiasticus sententialiter priuat clericum ordinib. & priuilegio clericali, & mandat actu degradandum, & hæc appellatur depositio, non degradatio, licet multi dicant esse degradationem verbalem formam relatiuè ponit Clar.d.§ fin. quæst.74 Summa Siluest. in verb. degradatio. Actualis depositio benè est vera degradatio, quia actu exuitur vestibus, raduntur loca sacra, & omninò degradatur, & qualiter vide Clar. vbi supra Ortum habet degradatio, & traditio curiæ sæculari de iure diuino. Expdi vbi mandat tales euelli de altari, hoc est degradari, vt moriatur ita Anch. consil. 158 forma degradationis actualis est, quod si episcopus est degradandus, requiruntur duodecim episcopi, si sacerdos sex episcopi, si diaconus tres episcopi si clericus proprius episcopus, licèt ex forma sacri Cõcilij Tridentini hodie sufficiat episcopus cum prælatis suis Clar. vbi supra § fin. qu. 74 vbi quod si agatur de sola verbali, solus episcopus potest Summa Siluestr. ver. degradatio Arnald. capit. quoniam de hæret. & hæc degradatio solet fieri etiam in doctoribus, militibus, & alijs in dignitate constitutis. Quia antequam tradantur morti spoliantur cingulo dignitatis Clar.d.§ fin. quæst. 74 facta degradatione, & traditione curiæ seculari per ecclesiasticum de iure non potest sæcularis mortem imponere, tradito: sed tamen contrarium seruatur de consuetudine, quia vltimo supplicio afficiuntur Clar. in praxi § fin.q.36 verbalis verè degradatio est illa, quæ appellatur depositio, & solo verbo fit videlicet sententia, & appellatur degradatio verbalis licèt re vera non sit degradatio, sed depositio, quia iste sic depositus, seu degradatus verbo, non traditur curiæ sæculari, neque potest à iudice sæculari puniri Clar.d.praxi crim. § fin. q.36 & ab episcopo fit degradatio, & quandoque à Vicario, & Inquisitore loquendo de verbali Arnal. in ca. quoniam de hæret. in 6 Item episcopus electus nondum consecratus potest verbalem facere degradationem Arnal. d.c. quoniam de hæret. in 6 Menoch. de arbitr. lib. 2 vbi plenè.

Animaduertendum secundo quod regula est secundum Iul. Cla. d. § fin.q.36 quod non fit degradatio, nisi in tribus criminibus, falsi commissi in literis Apostolicis, hæresis, & conspirationis in proprium episcopum, & dicit communem, quod etiam si interfecisset Summum Pontificem, vel aliud crimen enormissimum commisisset, non debet degradari, si paratus est se corrigere, & ideo debet detrudi in perpetuum carcerem, vel perpetuum Monasterium, contrarium tamen dici seruari idem Clar.d.q.36 § fin. vbi de magis communi, & quod ita seruatur; Declara quia duplex est degradatio, vna verbalis & alia actualis Clar. in § fin. q.74 vbi dicit, quod verbalis non operatur, vt iudex secularis, possit punire degradatum, nisi etiam tradatur curiæ sæculari alia autem degradatio actualis bene operatur quod iudex secularis possit punire degradatum absque actuali traditione, & hæc degradatio verbalis fieri solet contra delinquentes etiam in crimine lesæ maiestatis, & atrocibus delictis, sed tamen non possunt tradi curiæ secutari, nisi data incorrigibilitate Curt. Iun. consil. 159 quem sequitur Clar.d.§ fin. q.26 vbi circa finem dicit Abb. communiter damnari qui tenuit contrarium. Tamen constituitur in sacris in attrocibus, & enormibus potest tradi curiæ sæculari etiam non data incorrigibilitate tenet, Clar. d.§ fin. q.36 Declara, quia statuitur arbitrio ecclesiastic. vt possit tradere, & non expectata incorrigibilitate Clar. d.§ fin.q.36 & quod iudex ecclesiasticus, qui potest deponere, degradareque existentem in sacris in casibus á iure expressis, & tradere curiæ seculari, semper intelligitur, dummodo sit incorrigibilis Clar. in § fin. q. 36 vbi ponit plura exempla, per quæ ita debet intelligi, & quando dicatur quis incorrigibilis, vide Tuscum in verb. incorrigibilis concl. 81 Degradatio autem fit, quando presbyter, vel in sacris constitutus tantum deliquit quod in profundum malorum deuenit & tunc traditur curiæ sæculari ca. cum non ab homine de iudic. Anch. consil. 158 Alia regula sit quod in omnibus casibus, in quibus de iure ciuili est locus pœnæ mortis naturalis, de iure canonico est locus degradationi, & consignationi curiæ sæculari, contrarium tenet Anch. consil. 158 vbi dicit quod quando de iure ciuili est locus, vt quis damnetur ad bestias, de iure canonico est pœna carceris perpetui, & quod licèt sit locus degradationi verbali, non tamen est locus traditioni curiæ sæculari, nisi degradatus sit incorrigibilis, sed in quibus casibus fiat degradatio vide glos. in c. ad abolendam de hæret. vbi plene.

TIT. XX.

Degradatio. { Quid; A quo. { Propter quid. Quotuplex.; Quomodo.

Spirituale coniugium dissoluitur per degradationem, h.d.

PEr degradationem [a] quoque [b] coniugium Ecclesiæ, & Episcopi dissoluitur. Nihil enim est aliud degradare, quàm de gradu deijcere, quod institutum est ad similitudinem exauctorationis eius, qui militiæ deseruit armatæ, [c] cui tam militaris ordo, quàm etiam insignia ob delictum detrahuntur.

Duplex est degradatio, verbalis, & actualis, hoc dicit.

a PEr degradationem.] CASVS hic non figuratur. Not. tamen degradationem imponi ob delictum commissum, licet in hoc lib. non consideretur vt pœna, sed solum, vt modus, quo prælat. finitur 2 quod tenet argum. á militia temporali ad ecclesiasticam. *Io. Lupi.*

b ¶ Quo nedum per translationem, & renunciationē, de quibus dixit supra in duobus titulis proximis.

c ¶ Armatæ.] l. 1 ff de his qui not. infam. l. 3 § pœna, ff de re mil. § fin. auth. vt cleric. apud proprios episcopos.

Est autem degradatio duplex [a] verbalis scilicet, & actualis. Verbalis degradatio est, cùm ab eo, qui auctoritatem habet, [b] assistente certo Episcoporum numero [c] depositionis fertur sententia. [d] Actualis verò, siue solemnis est, cum non solùm fertur sententia: verùm etiam ab eo, qui degradandus est, vestes, & singula insignia sui ordinis gradatim auferuntur. Cuius ordo, ac series latissimè Bonifaciana constitutione [e] demonstratur.

Proprius solùm Episcopus potest deponere constitutos in minoribus ordinibus: secus in maioribus, h. d.

Quod autem dictum est, Episcoporum numero assistente, sic intelligi oportet, si de Episcopo, [f] aut illo degradando agatur, qui sit in maioribus ordinibus constitutus. Cæterum, si de ijs agatur, qui minoribus [g] tantùm insigniti sint, proprij Episcopi sententia absque vllorum Episcoporum interuentu [h] satis erit.

In degradatione sacerdotum, ob causam hæresis potest procedere solus Episcopus delinquentium cum suis minoribus prælatis, h. d.

Quinimo interdum etiam si præsbyter, vel in sacris constitutus degradandus fuerit, plurium Episcoporũ interuentus necessarius non erit. Nam tales si pro hæresi [i] sæculari curiæ tradendi, vel perpetuo immutandi [K] sint, quia Episcoporum numerus facilè [l] conuenire non potest, solus Episcopus [m] conuocatis Abbatibus, & alijs Prælatis, virisque suæ diœcesis pietate ab bonis artibus instructis, degradare poterit.

Degradatus traditur curiæ sæculari, & pro eo debet Ecclesia intercedere, h. d.

Io. Bap. Est autem. CASVS hic non figuratur. Not. tamen distinct. esse veram, siquidem degradatio, aut fit certa solemnitate obseruata, & hinc datur vna species: aut simpliciter, & sic datur altera.

a ¶ Duplex.] Concor. cap. 2 de pœn. in 6.

b ¶ Auctoritatem habet.] Sed quis habet hanc auctoritatem? Resp. olim habebat Metropolitanus cum numero episcoporum assistente, capit. si quis Episcopus criminaliter 6 quæ. 4 hodiè verò isti possunt cognoscere vsque ad conclusionem duntaxat: & definitio reseruatur Papæ, capit. accusatus, c. quamuis, & ca. multum stupeo. 3 q. 6 Not. Innoc. in cap. quod sicut de elect. Archid. in d. capit. si quis Episcopus, de hoc per Abbat. in c. non potest, de re iud. & capit. 2 de accus. & in cap. excommunic. de hæret. Circa hanc tamen materiam extat hodie reformatio Concil. Trident. sess. 13 ca. 4 in decretis reformationum, vbi hanc auctoritatem dat Vicario Episcopi cum assistentia Abbatum, vel aliorum constitutorum in ecclesiastica dignitate.

c ¶ Numero.] Ad minus duodecim vltra Metropolitanum si agatur de degradando Episcopo, vt not. 3 & quæst. 8 in summa, & per Innoc. in capit. graue, de præb. & videtur probari. 15 quæst. 7 cap. felix. In præsbytero degradando requiruntur sex ad minus d. cap. felix, & quæst. In diacono, vel subdiacono requiruntur tres, vt per Abbat. in cap. non potest, de sent. & re iudi. & in cap. 3 de cler. excommuni. & not. in ca. 2 de pœnis in 6 De ijs autem, qui sunt in minoribus ordinibus constitut, dic, vt statim sequitur. Hodie tamen sacerdotes, diaconi, & subdiaconi possunt degradari, etiam sine interuentu numeri Episcoporum, vt per Concil. Trid. sessio. 13 cap. 3 in decretis reformat.

d ¶ Sententia.] De forma huius sententiæ, vide per Firma. in tract. de Episcopis, lib. 4 in tertia parte in princ. post Speculat. & alios.

e ¶ Constitutione.] Cap. 2 de pœn. in 6.

Io. Bap. Quod autem.] CASVS. Quidam Episcopus in pu-

niendis suis subditis pœna degradationis indifferenter nullo alio suæ diœcesis vocato volebat procedere, siquidem in ea videbatur plenitudinem potestatis habere sicut habet Pontifex in Orbe Christiano arg. l. quæ de tota, ff de rei vend. Sol. tamen vt hic legitur, quia in grauioribus cautius est agẽdum: Obiectio autẽ non tenet, quia illa l. verificatur in ijs, quæ sunt eiusdem naturæ, & rationis, vt sunt illa quæ possunt vendicari Not. hic arg. spiritualia difficilius dissolui, iuxta ca. inter corporalia de translat. Not. 2 quod in negotijs eo maior requiritur diligentia, quo sunt grauiora, c. vbi periculum de elect. in 6.

f § Episcopo.] Intellige de Episcopo consecrato, nam confirmatus tantum non potest procedere super degradatione: vt per Abb. & Doct. in c. at si clerici in princ. de iudic.

g ¶ Minoribus.] Sed an degradatus ab ordine maiori censeatur etiam degradatus ab ordine minori? puta degradatus ab ordine Pontificali censeatur degradatus a sacerdotali? Resp. negatiuè: vt per Abb. in ca. veritatis, de dol. & comu.

h ¶ Interuentu.] Cap. 2 de pœn. in 6 requiritur tamen interuentus Capitul. ca. qualiter 2 de accusat. & c. 1 de excess. prælat. & 15 q. 7 c. Episcopus. Nisi de consuetudine sine capitulo hoc facere posset, ca. 3 de consuet. in 6 de hoc per Doct. in ca. 1 super vltima gloss. de hæret. in 6.

i ¶ Pro hæresi.] In alijs igitur criminibus, si immineret faciendæ degradatio, seruarentur iura ordinaria: quia hoc est in crimine hæresis specialiter constitutum, cap. 1 de hæret. in 6 vnde sumitur, & c. in fidei. eod. tit. & lib.

K ¶ Immutandi.) Cap. excommunicatus 1 de hæret.

l ¶ Facilè.] Bene est possibile, licèt difficile, lex enim non debet esse de impossibili, cap. erit distinct. 4 Et hoc hodie non est amplius speciale in crimine hæresis: sed militat in quocunque delicto, vt per Concil. Trid. sess. 13 c. 4 in decretis reformationum.

m ¶ Solus Episcopus.] Dic, vt not. in c. 1 de hæret. in 6 immo solus vicarius, secundum Conc. Trid. sess. 13 c. 4.

Clericus

Clericus igitur ob graue flagitium [a] degradatus, * cum ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, ſeculari curiæ traditur [b] puniendus. Vnde celebranda erit talis degradatio ſæculari præſente poteſtate: & cum perfecta fuerit pronunciandum, vt ſæcularis iudex degradatum tanquam clericali priuilegio exutum in forum ſuum recipiat puniendum. Pro quo tamen Eccleſia debet intercedere [c] vt citra mortis periculum in eum ſententia moderetur: & ſi impetrauerit, & degradatus pœnæ ſuperſtes fuerit, ab adminiſtratione ſui ordinis debet abſtinere.

Clericus. CASVS ita figuratur, Quidam clericus ob delictum erat degradandus vnde fuit quæſitum an Eccleſia poſſet ipſum poſt degradationem factam tradere Curiæ ſæculari & argumento c. inter alia de immunit. Eccleſ. negatiue videbatur reſpondendum. Sol. tamen vt hic dicitur, qui cum iſte etiam Rem pub. videtur grauiter iniuriaſſe adpetitionē fiſci iure quidem erat tradendus prædi Curiæ nec abſtat obiectio qua non propter quamlibet cauſam & in quolibet caſu immunitas eccleſ. eſt concedenda vt ibidem habetur hinc accedit quod Eccleſ. ora pro eo. Notatur argumentum Eccleſiam nolle mortem peccatoris, cum aliter non oraret pro eo & ideo vult. vt viuat, capitulo nouimus de verb ſignifi. Not. ſecundo vnicum delictum puniri poſſe in diuerſo foro, iuxta not. in c. de his, de accuſ pœna corporali Iul. Clar, in praxi Crim. § fin quæſt. 36 vbi quod degradatio fit verbo vel facto extende in epiſcopo Anchar conſil 158 limita in clerico aſſaſſino, quia non requiritur ſolemnis degradatio Clar. in praxi § fin quaſt. 36 vbi de communi & plures citat Conar. li. 2 variar reſolut c. 20 plene Arnal. in e. quoniam de hæret. l. 6 vbi latiſſimè comprobat, & tollit contraria. Extende quia non requiritur quod aſſaſſinus cleric. ſit incorrigibilis vt tradatur curiæ ſæculari commun. dicit Clar d. q. 36 requiritur tamen declaratio per iudicem ſecularem quod ſit aſſaſſinus Clar. d. q. vbi quod in ducatu Mediolani non ſeruatur, quia ſecularis ipſe in condemnatione facit hanc declarationem, & ita reſeruatur Neapoli, vt per Capicium deci. 112 & deciſ. 155 Gram. vot. 8 & vot 11 limita, quia effectum degradationis habet diffidatio quia ponit diffidatum extra communem protectionem iudicis eccleſiaſt. Gemin & alii in c. 1 de homicid in 6 vnde facta declaratione per iudicem eccleſiaſt. quod ſit talis poteſt ſine degradatione alia puniti Silueſtr. in verb. degradatio quæſtione quinta vbi quod ſicut poteſt per iudicem, ita etiam per priuatum poteſt interfici quia eo ipſo quod eſt diffidatus poteſt impunè offendi eſt etiam degradatus & per iudicem ſecularē poteſt puniri ita Lap. conſ. 1 in 6 Put. de ſyndiat § dicit conſtitutio in 7 vol, Roland a Vall. conſ. 24 li. 1 Clar. d. q. 36 vbi quod licet de iure requiratur iſta declaratoria tamen de conſuetudine contrarium ſeruatur quod iudex ſecularis ipſe in condemnatione declarat Conar. variat reſolut l. 2 c. 20 Declara qui non ſufficeret ſola accuſatio contra aſſaſſinum prætenſum quia niſi conſtet clare non dicitur degradatus neque ſecularis poteſt procedere Roland à Vall. conſ. 4 li. 1 limita ſecundum aliques quando deprehenditur in atrociſſimis, & enormiſſimis quia ſtatim poteſt puniri etiam vltimo ſupplicio ſine degradatione Alex conſ. 3 lib. 1 ver adminiſtratione Iul. Clar. in § fi. vbi recitatis opinionibus dicit hanc magis communem, & quod ſeruatur in practica & pro ea multas authoritates allegat & in fine dicit Contrarium ibi tenet Alex conſ. 8 veri ſortius lib. 1 vbi quod antequam iudex ſe poſſit intromittere in puniendo clerico etiam deprehenſo in enormibus requiritur degradatio & hæc eſt opinio communis, vt per Clar. d. § fin quæſt. 36 Declara quia ſtandum eſt arbitrio iudicis Eccleſiaſtici degradantis an debeat & velit facta degradatione conſignare degradatum curiæ ſeculari non exempta incorrigibilitate ita Clar d. § ſi quaſt. 36 Conar. variar reſolut lib. 2 cap. 20 vbi ſi crimen turbat ſtatum publicum poteſt tradi conſiderata qualitate delicti loci temporis, & ſimilibus limita cuia degradatio non eſt neceſſaria quando clericus in ſacris verè eſt incorrigibilis communè dicit Clar. diſtinc. § ſi. quarto 36 extende idem quando clericus incorrigibilis non poteſt puniri ab Eccleſia cuia poteſt compelli à iudice ſeculari abſque alia degradatione communem dicit Clar. diſtinctio quarta 36 Vide omnio Menoch. de tie. qualiter fit & quando ſufficiat verbalis & quando realis.

a ¶ Graue flagitium] puta hæreſim vel falſum cap. nouimus de verb. ſign. vnde ſumitur per quem texe. improbari poteſt ſententia dicentium ſpeciale eſſe in tribus caſibus, vt quis tradatur curiæ ſæculari: ſed in aliis requiri incorrigibilitatem, vt no. in c. ad abolendam de hære & per Abb. in cap. etſi clerici verſic ad tertium & in cap. cum non ab homine de iudic & not. in dict cap. nouimus in verbo traditur.

* Degradatus.] Quamuis degradatio damnati vel damnanti Clerici ipſius quam ab eo ſupplicia ſumatur fieri debeat ex diſpoſitione iuris canonici in c. 2 de pœnis in 6 iuris ciuilis nouell. 83 Concilij Tridentini ſeſſ. 13 cap. 4 de reformat. ac ipſius Regiæ conſtitutionis Carioli 9 de die 16 Aprilis 1571 quia tamen Antiſtites Gallicani ad hanc infelicem ſolemnitatem difficiles accedere abſque cauſæ cognitione & reuiſione proceſſus ſe ſæpius recuſabant, difficiles exhibebant hinc apud nos degradatio reales Gundian. deſuetudinem abiit ex ipſa atrocitate criminis ſatis reducta Molin. ad q. Ioannes Galli 82 & 164 chap. de ſacra polit. lib. 2 cap. 3 Louet litera d. n. 59 Marnac ad l. 2 de his qui not. in fam. Cæterum notandum eſt quod verbaliter diſpoſitus poteſt per ſolum epiſcopum reſtitui ſecus ſi eſt actualiter degradatus quia tunc ſolus Papa reſtituet Abbas in c. ex tranſmiſſa n. 8 de reſtitut. degradatus autem clericus licet remoueatur in gradu ſuo, non tamen per hoc perdit characterem impreſſum in anima, quia ipſe indelebilis adeo vt remaneat etiam poſt mortem vnde clericus reſuſcitatus non eſt denuo ordinandus in gloſſ. fin. in capite ſecundo 32 quæſtione ſeptima. Sed amittit ex decitium Abbas in capite non poteſt numero 1 de clerit. & ex iudic. SOLIER.

b ¶ Traditur.] Nota contra eos qui dicunt, non debere fieri traditionem realem ne videatur, eccleſia conſentire effuſioni ſanguinis de quo Doctores in c. nouimus de verborum ſignificatione.

ALOYSIVS RICCIVS. Degradatus traditur curiæ ſæculari & pro eo debet eccleſia intercedere hoc dicit. Regula eſt in Clerico ſimplici quod debet degradari antequam per iudicem ſæcularem poſſit corporali pœna puniri Alex. conſ. 8 libro primo extende, quia degradatio clerici maxime in ſacris conſtituti eſt neceſſaria ad hoc, vt iudex laicus poſſit eam punire

c ¶ Intercedere.] Vere & non efficè precibu

non per excommunicationem, & fac 17 quæst. 4 capit. rerum, & gloss. præsenti, C. de his qui ad Eccles. confugi. Sed ad quid ista intercessio, cum ipsamet Ecclesia possit eum mitiori pœna punire? Respond. vt per Abb. in cap. nouimus, de verb. signifi.

Io. Bap. Quod si.] CASVS. Quidam Episcopus volebat vlterius punire de gradatum, cum ille immiscuisset se in exercitio Ordinũ quibus erat priuatus: vnde fuit de hoc dubitatum, videbatur eum Episcopum id facere non posse, quia factum ob salutem proximi non meretur pœnã & afflictio non est addenda afflicto cap. penul. de cler. ægrotan. Sol. tamen vt hic habetur ne tale delictum maneat impunitum, non obstant obiecta, quia præsumitur id mala intentione fuisse factum, cap. 1 de præsumpt. & noua afflictio datur ob nouam culpam, Not arg. pœnam esse reiterandam vel augendam quemadmodum reiteratur vel augetur culpa.

Degradatus miscens se sacris excommunicatur, hoc dicit.

Quod si cingulis militæ cœlestis exauctoratus ausu temerario sibi dudum [a] commissum audebit in posterum attractare ministerium, etiam ab Ecclesia ex canone Apostolorum erit abscindendus. [b]

a ¶ Dudum] Hæc dictio ponit qualitatem de præterito, & remouet de præsenti licèt quandoque ponat etiam de presenti; vt Abbas in cap. 1 de cle. excomm. min. vnde sumitur.

Dudum. b ¶ Abscindendus.) Id est, maiore excommunicatione ferendus & hoc siue depositio fuerit iusta siue in iusta, vt not. in cap. 1 de cler. excomm. min. arg. tamen contra 2 quæst. 5 cap. qua de causa: sed ibi dispensatum fuit fac distinct. 63 capit. Salonitanæ. Et intellige hoc quod hic dicitur præuia monitione alioqui non incurrit excommunicationem, vt per Abbatin capit. 2 de cler. excomm. min. Officium autem dicere non solum non vetatur verum etiam grauiter peccat non dicendo. Item si celebret etiam contra monitionem: tamen conficit corpus domini cum Abb. in d. cap. 2

ANT. TIM. Et ratio est, quia iste per degradationem non amisit characterem sacerdotii, qui est indelebilis qualitas in anima impressa, vt per S. Thom. 3 part. q. 33 art. 8.

DE SACERDOTIBVS IN inferiori gradu constitutis.

Io. Bap. QVoniam author à tit. de Episcopis, & summ. Ponif. vsque ad present. loquutus est de sacerdotibus altioris gradus sequitur nunc videre, dicit hic tex in princip. de sacerdotibus inferioribus & ideo proponitur iste tit. qui diuiditur in 4 partes, in prima habetur continuatio in secunda quot, & qui sint isti sacerdotes: in tertia vnde dicantur presbiteri in quarta qualis sit eorum potestas: secunda ibi, & non tertia ibi presbyteri quarta ibi, Episcopi.

¶ Nunc descendamus Casus non figuratur. Not. tamen ex isto princip. quod non solum in princip. lib. potest fieri continuatio materiæ ad materiam, sed etiam in partibus eius, § fin institut. de vsu & habita.

ALOYSIVS RICCIVS Videndã sunt pro generali tituli cognitione primò quid sit sacerdos secundo vnde dicatur, tertio quisnam hunc ordinem instituit quarto quod sit eius officiũ Quo ad primum respondeo quod sacerdos est vir, authoritate diuina nempe ex Christi institutione, firmiter deputatus cultui veri Dei, nempe ad sacrificia præparanda, & alia vt potest ex conc. Trid. sess. 21 capite 4 Vasquez disp. 236 tom. 3 p. 3 nam dicitur primo vir quia fœmina est incapax ordinis Molfes capite primo de Sacram ordinis secundò cultui veri Dei hoc est reuerentia interior, & exterior, quam Deo vero debemus vt excladatur cultus falsorum Deorum Gentium, sunt enim errores Gentium, quæ per dæmonum illusiones ac superbiam (voluit enim Dæmon fieri similis Deo, & sic procurat per eius membra vt sunt infideles, vt cultus diuinitatis qui soli Deo debetur sub velamine falsorum Deorum ipsi dæmoni daretur.) At soli Deo Laus, Honor & Gloria ac cultus debetur, nempe, vt per interiorem reuerentiam, ex corde credamus omnia quæ explicauimus & exterius etiam confiteamur quæ quidem exterior reuerentia in tribus maximè cõsistit in laudibus, quibus. Dei bonitatem in administratione Sacramentorum quibus ab ipso Deo Redemptionem, ac salutem nostram & in sacrificio quo eius dominum in nos omnesque alias creaturas procedere confitemur. Tertiò dicitur authoritate diuina deputatus, quia solus Deus sacerdotes veros habet, & ipse solus eos constituit, & iõ omnes alii qui ab Epicopis Sacerdotes veri consecrati non sunt ex diuina institutione & ordinatione vt nunc sit in Ecclesia Catholica non sunt veri ministri nec Sacerdotes sed latrones & fures vt de fide sancitum est Conc. Tridentisess. 23 capite quarto & ideo tales ordinati, per summum Pontificem, vel Episcopos sunt soli & veri ministri huius sacrificii, & eorum officium ac Sacerdotium quo ad potestatem offerendi Deo sacrificium, ac remittendi peccata est simile sacerdotio Christi Domini, vt cernitur ex consil. Tridentino capite quarto Suar disput. 46 sess. tertia p. 3 tom. primo Aliud autem dicitur internum, quo iusti in altari mentis suæ offerunt Deo Hostias spirituales & acceptabiles nempè se ipsos & eorum opera bona quæ per eiusdem Dei gratiam faciunt. vt habetur in Catech. Roman hoc titul numer. vigesimo tertio § sed quoniam.

Quoad secundum sacerdos dicitur à sacris, quia dedicatus est ad sacrificia facienda & offerenda, pro populo, & sic dicitur sacerdos quasi sacra dans, quia tenetur fidelibus Sacramentum ministrare. Dicitur etiam quasi sacra docens, quia res sacras tenetur docere populum nempè instruere fideles in rebus necessarijs ad salutem idcirco in Concil. Trident. sess. 24 dicitur, sacerdotem debere esse idoneum ad docendum populum ea, quæ sunt illi necessaria ad salutem, ob quod vocatur sacer dux, quia ducere debet per viam mandatorum Dei, vt sic perueniat ad portum salutis æternæ. Vocatur etiam senior, ac princeps populi, tam ex officio, & potestate, quam habet supra vniuersum populum, vt illum iudicare, & corripere debeat circa concernentia obseruantiam mandatorum Dei; tum etiam quia talis esse debet moribus, & vita, vt sic eidem populo exemplum bonorum operum, iuxta illud Apostol. ad Tit. 1 in omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina in integritate in grauitate, quæ licèt propria sint Episcopi ad quem Paulus loquebatur; attamen, vt docet Hieronymus Epistol. sexagesima secunda ad Theophil. quem alij sequuntur, vt not. Vasquez loco citato numero nonagesimo nono. De omni sacerdote intelligitur, singuli enim tales esse debemus omnes sacerdotes, vt non vituperetur ministerium nostrum, & Deus per nos laudetur, & glorificetur. In vestibus etiam debent esse matari, ac gestibus, capitul. clericus 47 distinct.

Et sacerdotalis ordo etiam regali dignitati præeminet capit duo sunt distinct. 96 & sic alij, ac Ange-

li vocantur, capitul. Sacerdotibus 11. quæst. 1. sunt etiam omnium patres, ac magistri, & ideo omnes debent eis maximam reuerentiam exhibere, quod etiam docuit Dominus, quando leprosos ab ipso mundatos, misit ad sacerdotes, vt eis reuerentiam exhiberent, cap. nomine 1. q. 1 & ideò taliter inter alios viuere debent, vt eorum magistri in doctrina, ac exemplo bonorum operum, sic etiã patres se ostendant, & Angelos, vt dictum est.

Quo ad tertium, est de fide certa, & sic definita in Trident. sess. 22 de sacrific. Miss. præcipuè canon. 2 ibi si quis dixerit, illis verbis. Hoc facite in meam commemorationẽ Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut ordinasse, vt ipsi alijque Sacerdotes offerent corpus & sanguinem suum; Anathema sit. Quod latissimè post varia Concilia Patres, & Scholasticos prosequitur Vasquez 3 dist. 3 tom. disput. 239.

Quo ad quartum officium principale Sacerdotis est conficere Corpus & Sanguinem Christi, & hoc sacrificium offerre Deo, pro viuis, & defunctis, & Corpus Christi confectum nempè Sacrosanctam Eucharistiam, fidelibus decenter administrare, vel sæpè sæpius replicatum est. Secundò, quod sit mediator inter Deum, & homines nempè placet Deum pro peccatis populi iuxta illud Ioel. 2 inter vestibulum, & Altare plorabunt Sacerdotes seu, vt Ecclesia recitat. In ieiunio, & fletu orabunt sacerdotes, dicentes: Parce Domine, Parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem, & talis vitæ ac sanctitatis esse debet, vt iram Dei placare possit, & placabilem reddere populo suo, vt Moyses, & alij Sancti fecerunt, quod pluribus in loc. s. D. Chrisost. deplorat quod Sacerdotes hodie non sint tales. At quia moralis est hæc materia, illamque paucis capitibus resumpsi. Tertiò tenentur Sacerdotes instruere fideles in necessarijs ad salutem, sed hoc munus hodie est Parrochi, qui deputatus est minister ad hunc effectum, qui præter Confirmationis Sacramentum, ac ordinis tenetur reliqua Sacramenta ministrare suis Parrochianis.

Quartò denique tenetur populo prædicare ex mandato Episcopi, sed munus prædicationis est eiusdem Episcopi, munus Parrochi est instruere populos circa mores, nempè vt vitia relinquant, ac virtutibus vacent, videlicet, à malo, & faciant bonum; & sic pueros fidei rudimenta, & obedientiam docent, communiter alios Parrochianos vitia relinquere, & virtutibus vacare instituat, & admoneat, & sic de aliis in Trident. sess. 5 De reformat. c. 2. sess. 23 de reformat. c. 1. sess. 22 cap. 8.

DE SACERDOTIBVS IN INFERIORI gradu constitutis.

TIT. XXI.



Sacerdotes inferiores gradu sunt presbyteri, nec sufficit aliquid obiter tractatum esse. h.d.

NVnc descendamus [a] ad Sacerdotes in inferiore gradu constitutos: subsequenter postea de ijs dicturi, qui licet Sacerdotes non sint [b] in sacris tamen constituti reperiuntur: ac demum de his, qui circa humiliora in domo Dei necessarium ministerium exhibent, qui in minoribus ordinibus dicuntur constituti: de quibus omnibus si quid superius loquuti sumus, obiter [c] potiùs quã ex professo loquuti fuimus, inferiores Sacrdotes sunt Presbyteri. [d]

a ¶ Descẽdamus] Appositè vtitur hoc verbo, cum simus in metahpora graduum, & scalarum, & de superioribus ad inferiorem sit descensus.

b ¶ Non sint.] Scilicet propriè: abusiuè tamen & ipsi dicuntur sacerdotes, cap. si quispiam distin. 81. & capit. si quisquã de cohab. mul. & cle. & infra t. 1 § fin.

c ¶ Obiter.] Argum. quod quæ aguntur incidenter, non debent esse in consideratione. fa. l. 1. ff de auct. tut.

Episcopi & Presbyteri differũt ordine.

d ¶ Presbyteri.] Licet autem Episcopi, & presbyteri æquè sint sacerdotes, & in sacerdotio conueniant: ordine tamen differunt, secundum Canonistas: licet Theologi teneant contrarium, quod ordine *non differant: vt no. sup.* de iur. pers. in verbo ordine, in tantum quod degradatus ab ordine Episcopali non censetur degradatus à sacerdotali, vel presbyterali: vt per Abb. in cap. veritatis, de dol. & contum. & not. sup. titul. prox. § quod autem in vers. minoribus.

ANTIM. pro opinio. Theologorum, quod differant dignitate, & officio ordine, vide eorum rationes, & considerationes in 4 sentent. dist. 24 D. Bonau. in 2 par. art. 2 q. 3 & Durand. quæst. 6. & 5. Th. in qq. add. q. 40. a. 5 quamquam canonistis videatur quodammodo fauere Conc. Trident. sess. 13 cap. 4.

Et non.] CASVS. in hac parte commodè non figuratur, eum auctor referat presbyt. diuisionem quam sup. tit. de iur. person. § 1 posuit. vnde not. istam diuisionem esse veram, quia natura docet ordinem dari vbi multitudo adest. Not. secundò causam, qua constituitur superior diuersam posse assignari, iuxta quod

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

hic legimus, & in c. clim. dist. 95.

a ¶ Ineleganter.] Sic in stit. de iure nat. gent. & ciuil. § & non inelegenter.

b ¶ Sacerdotes.] Not. ex hac littera, quod appllat. sacerdotum veniunt etiam Episc. facit c. olim d. 96 & c. clericos d. 21 & inf. § proxim. & not. in c. non potest, de re iudi. in materia tamen pœnali, vel odiosa, appel. sacerdotũ, vel presbyt. non venirent Episcopi: quia habent alium ordinem; scilicet Episc. Vide per Abb. in rub. de vita, & honest. cler. & in d. c. non potest, & in c. quia periculosum, per Innoc. in c. sedes, de rescr. fac. not. per Abb. in c. 1. de pecul. cle. in princ.

ANT. TIM. Sacerd. autem ideo vocantur, quia sacrum dant. & quemadmodum reges à regendo, ita sacerdot. à sacrificando dictos volunt: quia consecrant, & sacrificant. Vel sacerd. id est, sacerd. dux. Antistes autem appellatur quia ante stat. de Magist. in 4. d. 24. & cap. clericos d. 21.

c ¶ Per Moysem.] Et sic non Moyses sed Deꝰ concor. d. 21 in princ. vnde sumitur, & fac. c. esto. § quod autẽ d. 95.

d ¶ Christo.] Et sic vtroq; tẽpore à Deo, & non dixit à Deo per Christũ: quia Christus, qui instituit Deus est, non sic Moyses.

e ¶ Septuaginta duos, c. in nouo fi. d. 21. & cap. quamuis dist. 58.

f ¶ Tribuit.] Fac. §. fin. sub de Episc. & summ. Pontif. & not. hic quod valet argu. de cler. veteris testamenti ad cler. hodiernos. quod intelligendum est vbi eadem est ratio, aliàs secus: vt distinctione octuagesima secunda quasi per tot. & in cap. translatio, & ibi no. de const. & ca. nouum. vbi Abb. not. de decim.

g ¶ Affirment.] Dist. 93. c. legimus. & c. olim dist. 95 & c. quisquis, & c. porrò dist. 83. Sed videtur, quod hæc litera contrarietur proximè præcedenti, cum ibi dicat quod differentia fuit ab initio, & ab origine sacerdotis: hic quòd à principio idem erant presbyteri, & episcopi. Sol. vt no. in d. c. legimus. in ver. postea, vel hic loquitur referendo opinionem Hieron. quam tñ nec approbat, nec improbat.

ANT. TIM. De hac opin. quod olim idem fuerit Presbyt. & Episc. quia perperam tribuitur s. Hieron. per dic. legimus, d. 93. & c. olim. d. 95. cuius loci explanationẽ vide apud s. Th. 2. 2. q. 184. art. 6. ad primũ & infra in addition. glos. in § fin. in verbo reseruatur, tu verò not. hic in contex. circa auctoris circunspectionem, qui animaduertens, hoc in loco hanc opinion. quæ s. Hieron. communiter tribuitur malè admodum sonare, ita leuiter eam pertractat, vt videantur potius legentem admonere, quam aliquo modo eam approbare.

h ¶ Obedire.] C. 1 d. 95

i ¶ Habentur.] Et dicuntur tales Acephali, id est, sine capite: vt c. nulla, & ca. qui suis, d. 93. & 28. q. 2. c. Abb. qui tamen ex priuileg. Papæ non subsunt, non sunt Acephali, quia Papa Episc. est eorum: extr. de priuil. quasi p totum. Tales ergo sicut excommunicatos debet quilibet excludere ab Eccles. c. 2. de patroc. & alien. patroc. & no. in d. c. nulla. Et facit hæc litera pro prælatis quod etiã eremitæ sub sint Episc. in cuius territorio sunt 16. q. 1. c. qui vere. & no. in dic. nulla. *Eremit. cui subsunt.*

Presbyteri.] CASVS. non figuratur. No. tamẽ hanc presbyt. etymologiam esse assignatã ab eo, quod esse debet arg. l. pen. ff de iust & iur. K ¶ Presbyteri.] Concor. c. quisquis, & c. porro. dist. 84. *Io. Bap.*

ANT. TIM. Presbyt. enim Græcè, senior Latinè interpret. non modo propter ætatem, & decrepitam senectutẽ, sed propter honorẽ, & dignitatem, quam acceperunt, ita inquit Magister. d. dist. 24. Alij autem presbyter quasi præbens iter.

l ¶ Sapiẽtiæ.] 35. q. 6. c. 2. sic. 20. d. c. de quibꝰ.

m ¶ Canitiem.] Vnde quamuis nongentis, & amplius annis ab Adã vsque ad Abraham vixisse homines legamus, nullus alius appellatus est presbyter nisi Abraham, qui multò paucioribus vixit annis, quam sui antecessores, nec obstat, quod legitur de Melchisedech qui fuit Abrahæ contemporaneus, capitul. porro aliàs si. & ibi nota dist. 84. *Presbyt.*

Episcopi igitur. CASVS. Quidam Sacerdos volebat exercere indifferenter potestatem Ordinis ac potestatem iurisdictionis, illa ratione motus, quod cum esset sibi data potestas circa id quod est plus, videtur quoque *Io. Bap.*

Sacerdotum in duas classes diuisio sumpsit originem tam à testamento Veteri: quam nouo h. d.

Et non ineleganter[a] sacerdotes[b] in duos ordines distributi esse videntur. Hæc enim discretio tam in veteri testamento à Deo per Moysem[c] sumpsit exordium, qui ex præceptis Domini Aaron in summum Pontificem; filios verò eius inunxit in minores sacerdotes, quàm etiam in nouo ab ipso Christo,[d] qui duodecim Apostolos tamquam maiores sacerdotes, septuaginta duos,[e] quasi in minores instituit. Petrum verò quasi summum Sacerdotem elegit, dum præ omnibus, & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit.[f]

Presbyteri, & Episcopi olim erant idem; sed in remedium schismatis de presbyteris vnus electus est, qui Episcopus dicitur. h. d.

Presbyterum autem, & Episcopum sunt qui eundem olim extitisse affirment,[g] & aliud ætatis, aliud dignitatis fuisse nomen. Sed cum multi in singulis ecclesiis presbyt. constituti essent in remedium schismatis factum esse, vt per illos vnus eligeretur, qui cæteris esset præponendus. Electum autem Episcopi retinuisse nomen, eligentes presbyterorum, quorum erga Episcopos vsque adeo creuit honor, vt illis tanquam filij cœperint obedire.[h] Nec iam pro sacerdotibus habentur,[i] qui nullius Episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur.

Presbyter appellatur potius à prudentia, quam ab annis. h. d.

Presbyteri[k] verò nomen, quanquam à senectute sit sumptum: magis tamen sapientiæ,[l] indicat maturitatem, quàm corporis canitiem.[m]

conceſſa circa id quod eſt minus. cap. cui licèt de reg. iur. in omil. enim maius reperiri pòt. quã conſecrare corpus Chriſti, & iõ fuit quæſitum quid iuris. Sol. vt hic legimus quia ſi cecus eſſet. diſt. Sacerdot. adno. ſup. eo. § & non redderentur fruſtratoria , & vana , quod eſſet inconueniens, obiectio aũt in contrariũ adducta intelligitur in ijs quæ ſunt eiuſdẽ ordinis, & naturæ , Secus in aliis. Not. Sacerdot. inferiores partim habere quid proprium, & partim quid commune cum Epiſc. Not. qualiter illa quæ ſunt poteſtatis ordinis, poſſent delegari, quod contingit non dando poteſtatem , ſed licentiam, intelligitur in perſona eiuſdem ordinis, de qua re copiosè docẽt. Doc. in cap. quanto de Conſuet. & c. aqua, de conſec. cum ſimil.

a ¶ Igitur.] Q. d. non mirum ſi eſt ſimilis diſpenſatio , vel poteſtas Epiſcoporum , & presbyterorum , cum ſint ferè idem.

b ¶ Illorum enim &c.] Not. hic quaſi duo extrema cum ſuo medio.

c ¶ Conſecrationem.] Vt, cap. legimus, d. 93. & c. ecce diſt. 95.

d ¶ Baptizat.] c. 2. & c. 3. de of. Archipresb. vbi probantur plura , quæ hic ponuntur.

e ¶ Benedicit.] Non tamen benedictione ſolemni. Et pro verificatione , ac declaratione omnium, quæ hic ponũtur, & cumulantur, vide in d. 91. c. 1. ecce. & c. presbyt. d. 95. c. miniſtrare. 26. q. 6. & not. in c. 2. 3. de offi. archipresbyt. verſ. & pHoſt. in Sum. de offic. archipresb. verſ. 5. & c. peruenit. d. 95. & per Firmain trac. de Epiſc. l. 3. in 1p. n. 14.

* Pœnitentes.] Quamuis presbyt. in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant decreuit tamen Synodus Trident. nullum etiam regularem poſſe Confeſſiones Secularium etiam Sacerdotum audire nec ad idoneum reputari niſi , aut Parrochiale beneficium , aut ab Epiſcopis per examen ſi illis videbitur eſſe neceſſarium , aut alias idoneus iudicetur , text. Concil. Trident. ſeſſ. 23. Cap. 15. & ſic Presbyteri quilibet poteſtatem abſoluendi habent in habitu non in actu ſua Parrocchia , vel beneficia. SOLIER.

f ¶ Publicè.] c. miniſtrare. 25. q. 6.

g ¶ Solis Epiſcopis.] Diuerſimodè tamen hæc Epiſcopis reſeruantur. Nam poteſtas excommunicandi ita reſeruatur Epiſc. vt poſſit *excommunicatiã* trãſire in nõ Epiſc. *cat.* etiã meros laicos, ſi Papa tribuat hãc poteſtatẽ per Abb. & in alios in c. Eccleſ. s. Mariæ , & in c. 2. de iud. & in cap. fi. de cler. ægrot. mini. *Laicus excommunicatus.* Alia verò , quæ hic dicuntur reſeruata non poſſunt per non Epiſc. exerceri cap. aqua de conſecrat. Eccleſ. vel altar. & per Doc. in locis ſupra alleg. & in capit. quanto de conſuet. fac. capit. quamdiſt. 88.

h ¶ Reſeruatur.] Not. ergo ex hac litera conĩuncta cum § Presbyt. ſup. eo. quod ritus Apoſtolorum circa ſacramenta habent impedire characteris impreſſionem : nam ſi ſimplex presbyt. ordines conferret , nihil conferret: vt capit. quanto. de conſuetud. vbi etiam Abb. Notat. cum tamen poſt mortem Chriſti idem eſſet Presbyter. & Epiſcopus & promiſcuè presbyteri conferrent omnia ſacramenta, vt c. olim d. 95. & cap. leg. d. 93. ſed diſcretio fuerit inuenta ad ſchiſmata ſedanda, & tollenda. *Ritus Apoſtolorum.*

ANT. TIM. Not. circa illud, quod refert hic gloſſ. ex ſent. Abb. in d. c. quanto. de conſ. quod etiã retulit infra il l. 2. de ſacra chriſma, §1 in verbo reputabitur ex eodẽ Abb. ibid. cuius dictũ eſt quod ritus Apoſtol. habent impedire characteris impreſſionẽ ſuppoſito illo , quod olim iidem eſſent Epiſc. & presbyt. vt dictum fuit ſupra : quod cum abſtulerint deinde Apoſtoli ad remouendum ſchiſma , factum eſt hoc ex ritu , quod Apoſtoli impedierint, quo minus presbyteri in poſterum poſſent imprimere characterem alios ordinando , qui error fluxit ex verbis D. Hieronymi male intellectis , in capitul. olim , diſtinction. 95. Ex quibus verbis colligunt nonnulli , tempore Apoſtolorum , idem fuiſſe Epiſcopos , & Presby-

Quæ ſit presbyterorũ poteſtas & auctoritas. h. d.

Epiſcopi igitur [a] ac presbyteri non penitus eſt abſimilis circa ſacra miniſteriorum diſpenſatio. Illorum enim [b] quæ gerere poteſt Epiſcopus , quædam presbyter ſuo iure, quædam illius permiſſione exequitur quædã verò nullo pacto poteſt attingere. Proprio iure presbyter, Dominici corporis ac ſanguinis conſecrationem, [c] etiam Epiſcopo præſente celebrat : infantes baptizat [d] ſanctificato oleo inungit , benedicit , [e] & de occultis peccatis pœnitentes , vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis admittendi poteſtatem habet.

Presbyter Epiſcopo permittente chriſmat , & valet. h. d.

Epiſcopo permittente , aut vltima cogente neceſſitate, & baptizatos ſacro linire chriſmate , & virgines Deo dicare presbyteris conceditur.

Quæ ſunt Epiſcopis reſeruata. h. d.

Eccleſias verò erigere, conſecrare , reconciliare, ſacrum chriſma conficere , clericos ordinare , excommuniacare , pœnitentes * publicè [f] reconciliare ſolis Epiſcopis [g] reſeruatur. [h]

DE IIS, QVI SVNT IN SACRIS conſtituti.

TIT. XXII.

In ſacris ſunt.

- Subdiaconus.
  - Inſtitutio.
  - Officium.
  - Ætas.
  - Officium.
- Diaconus.
  - Ætas.
  - Officium.
- Sacerdos.
  - Ætas.

teros, quod intelligendum est secundum Sanct. Thom. id fuisse verùm quo ad nomen: non quo ad rem: ex quo in primitiua illa Ecclesia promiscuè Apostoli appellarent presbyteros Episcopos: & Episcopos presbyteros. Non quod inter eos non fuerit semper realis differentia, ita docet Sanctus Thom. 2.2 qu. 184 artic. 6 ad princip. vnde dicere Episcop. non differre à presbytero inter hæretica dogmata numerat Sanctus Augustinus in lib. de hæresibus.

In sacris constituti sunt diaconi, & subdiaconi; & diaconi debent Episcopum custodire, sacerdotibus celebrantibus assistere, nouum testamentum prædicare, h.d.

DE IIS QVI SVNT in Sacris constituti. a

Io.Bapt. Post tractatum de sacerdotibus, sequitur videre de eorundem ministris, & quoniam constituti in sacris immediate eis seruiunt, Ideò proponitur nunc tit. iste iux. § 1 sup. de iure pers. & sup. tit. prox, in princ. qui diuiditur in tres partes, in prima habetur qui sint isti in sacris constituti, & quale sit eorum officium: in 2 cuius ætatis debent esse, in tertia quid intelligere debeamus per hoc nomen sacerdotis, secunda ibi, sicut autem, tertia ibi, diximus autem.

a ¶ In sacris.] scilicet ordinibus. Sed nonne omnes ordines Ecclesiastici dicuntur sacri, vt not. dist. 32 in sum. & per Abb. in c. tuis de præb. Dic, quod per excellentiam à subdiaconatu inclusiue supr. dicuntur sacri, quia magis participant de Sacramento corporis Christi: vt per Abb. in c. fi quis clericorum de cler. coniug. & præcludunt viam pœnitentiæ, vt infra tit. proxi. § fin. c. cum ex eod. de elect. in 6.

SIcut autem.] Hæc pars diuiditur in 2 partes, in prima demonstratur qui sint Diaconi, in secunda qui sint subdiaconi: secunda ibi subdiaconus, quoad primum Casus ita figuratur. Cum Episcopi, & Sacerdotes debeant habere certos ministros, inter quos vnus reperitur, qui dicitur Diaconus, fuit quæsitum an officium eius sit obedire sacerdotibus, Episcopum prædicantem defendere, Euangelium populo prædicare, ac Sacramenta Baptis. & Eucharist. fidelibus erogare necessitate suadente? quamuis autem videbatur respondendum iussi episcopi, & sacerdotis ipsum ad seruitium teneri, cum eius sit minister Sol. tamen est tenenda quam hic legimus, siquidem si eius officium esset ita indifferens, posset in celebratione, & administratione diuinorum oriri confusio, & propterea videtur cessare etiam obiectio. Not. 1 diaconum tenere primum locum post sacerdotem, & ideo eius officium est altius, & dignius officio aliorum ministrorum: Not. aliud esse sacramenta conficere, & aliud administrare, & ideo administratio aliquando ex causa conceditur ijs, qui sunt inferioris Ordinis.

Minor seruit maiori. b ¶ Presbyteri.) Vt sup. tit. proxim. § presbyterum ad quem stylus orationis videtur continuari.

Sicut autem Episcopis presbyteri: [b] ita etiam vtrisque debent obedientiam, Diaconi, [c] * ad quos Episcopum prædicantem ab insidijs custodire pertinet, ne aut ipse quo quomodo lædatur, aut diuina verba per detractores polluant, [d] Sacerdotibus quoque celebrantibus in omnibus assistẽt, [e] & Euangelium ad populum prædicabunt.

Diaconi præsentibus Episcopo, vel presbytero nec baptizant, nec Eucharistiam erogant, nisi ex necessitate, h.d.

Sed nec baptizare præsente [f] Episcopo, aut presbytero, nec Dominici corporis Eucharistiam populo erogare audere debent, nisi prædictis omnibus longius fortasse constitutis, necessitas, [g] ad id extrema cos compellat.

c ¶ Diaconi,] Cap. à subdiacono, distinct. 93 facit c. statuimus de mai. & obed. Hoc enim suadet iustitia, vt maiori seruiat minor 33 q. vlt. cap. est ordo nisi tamen minor, administratione maior sit dist. 95 cap. 1 vel nisi teneat locum superioris dist. 93 c. fi. Et hi in vnaquaque ciuitate debent esse septem, ca. diaconi. 2 & 3 distinct. 93 & legitur in Actis Apost. c. 6 Et hoc si facultates Ecclesiæ sufficiunt: aliàs sufficiunt duo: vt 7 q. 1 cap. illud.

* Diaconi.) Institutio eorum orta est ab Apostolis quamuis presbyteri seu episcopi à Christo ipso instituti sunt, c. Dominus distin. 93 nam post ascensum domini septem diaconos Apostoli constituerunt qui mensis ministrarent actor. c. 4 sacræ scilicet & communi, quæ coniunctæ erant vt perspicuum est ex priori diui Pauli ad corinthios & ibi notant omnes interpretes. Subdiaconos verò seu hypodiaconos quod idem est longo post diaconos tempore institutos ait duarenus de sacris Ecclesiæ ministeriis lib. 1 c. 12 quamuis institutionem non esse nouam fateatur. Nos verò ab ipsis etiam Apostolis emanasse dicimus freti auctoritate D. Ignatij Apostolis contemporanei, qui in epistola ad Antioch. expresse meminit presbyterum, diaconorum hypodiaconorum lectorum, cantorum, ostiariorum & exorcistarum. Erant olim & diaconissæ multo tamen sacramento initiatæ quæ in primitiua Ecclesia antequam diaconi fuissent instituti mensis inseruiebant, mulieribus fidelium aderant in lauacro visitatione & similibus portisque præerant quæ in certa Ecclesiæ parte mulieribus tantum parebant. Sed & nomen presbyteræ & episcopæ reperitur apud scriptores Ecclesiasticos at non ab aliquo ecclesiastico ministro, vel quod aliæ præessent sed vel quod ob ætatem viduæ seniores dicerentur presbyteræ vel quod numerarentur à virorum suorum ordine cum istis in presbyteris vel episcopis electis ipsæ interim vitam cælibẽ agerent, Baron. & spondan. ad a num. 34. SOLIER.

ANT. TIM. Diaconus Græcè, minister dicitur Latinè. quia est sacerdotis immediatus minister: est autem minister non alicuius sacramenti: sed aliquorum sacramentalium: sicut exorcismi, & expulsionis immundorum à diuinis Sanct. Thom. in 4 sentent. distinct. 5 articul. 1.

d ¶ Polluantur.] c. diaconi 2 dist. 93.

e ¶ Assistent.] dist. 25 c. perlectis, § ad diaconum.

ANT. TIM. Vnde ad diaconum non pertinet quasi ex officio proprio tradere sacramentum Baptismi, sed in collatione huius sacramenti: & aliorum assistere, & ministrare maioribus S. Thom. part. 3 q. 57 art. 1.

f ¶ Præsente.] Vt dist. 92 c. diaconos & c. præsente.

g ¶ Necessitas.] Not. quod vbi necessitas exigit presbyter est absens, diaconus etiam iure suo baptizat.

cap. diaconos & cap. præsente distinct. 93 & Buchariſtiam erogare, ſi præceſſerit conſecratio presbyteri, ſed præſente presbytero in Eccleſia non poteſt, etiam ſi ſubſit neceſſitas, niſi presbyter iuſſerit: vt not. in capitul. diaconos, & cap. peruenit, diſt. 93.

ANT. TIMO. Facit hæc vel ex neceſſitate, vel iuſſu Epiſcopi, non eſt enim hoc eius officium: ſed proprie diaconus eſt diſpenſator ſanguinis Chriſti in calice, ſecundum Archieſ. Flor. & Sanct. Thom. in 4 ſent. diſt. 13 qu. 1 art. vltim.

Subdiaconos. CASVS. Cum inter conſtitutos in ſacris reperiatur quoque ſubdiaconus, & propterea de eo hic tractetur, vt etiam nomen denotat, fuit quæſitum an iſte conuenienter connumeretur inter conſtitutos in ſacris, an poſſet eligi in Epiſcopum, & an debeat præparare vaſa, & alia neceſſaria ad actum conſecrandi, & primò videbatur de iure reſpondendum, non eſſe de primo dubitandum, cum ſit ordinatus ad ſacrament. ordin. nec poſſe in epiſcopum eligi argumento cap. licèt can. de elect. in 6 intra annum enim non poſſet ordinari ad ordinem Epiſcopalem, neceſſaria autem ad conſecrationem præparare, videtur ſuperfluum, cium detur diaconus. Solut. tamen hic aliter habetur, & ratio eſt, quia antiquitus de primò capite dubitabatur, de ſecundò videtur ſatis ipſum eſſe in ſacris cum etiam iſte proprie dicatur perſona eccleſi. de tertio denique congruentius id iudicabitur, vnde ceſſant obiecta, quia iſtud eſſe in ſacris habet quid ſpeciale, vt Theologi docent, text. in d. canon. licèt limitatur in hoc caſu, vt citius fiat iſta promotio tertium denique remanet ſolutum ob præcongruentiam. Not. primò ſubdiaconum eſſe perſonam in ſacris conſtitutam ex eo quod poſtea declaratum eſt Not. 2 ſubdiaconum, & ſecundum vocem, & ſecundum veritatem eſſe diacono ſubiectum, & ideò debet ſacerdotibus ſeruire mediante diacono.

a ¶ Habuiſſe.] Cap. Epiſcopus, diſt. 35 & diſt. 25 cap. 1 & capitul. fin.

ANT. TIM. Hodie in Eccleſia Dei eſt ordo, & miniſtrat ſacerdoti, ſed mediatè, id eſt, medio diacono. Eſt autem hic ordo ſubdiaconatus primus, ex ſacris, qui nuda manu poteſt tangere ſacra vaſa ſecundum. Petr. de Pal.

b ¶ Imperata.) Vt diſtinct. 28 cap. decernimus, & cap. nullum, & cap. 1 de cleric. coniug. & à multis de ætat. & qualit. & cap. miramur, de ſeru. non ordin. Sed quomodo eccleſia impetrauit continentiam; cum illa voti ſit, non præcepti, vt 32 quæſt. 1 cap. integritas? Reſpond. Eccleſia neminem cogit continere: ſed in ordine, quandam poteſt imponere legem, quam vult, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ l. in traditionibus, ff de pact. Ex quo enim honoratur, dignum eſt, & vt oneretur, 16 q. 6 c. de lapſis, & not. in d. cap. nullum, interdum tamen cum ſubdiaconis diſpenſatur capit. presbyterum, diſtinct. 28 & capit. ſanè de cleric. coniugat.

ANT. TIM. Tenentur in tribus ordinibus maioribus conſtituti ad caſtitatem. Sanctus Thomas in quarto, ſentent. diſtinct. decima quarta, vt mundi ſint, qui ſacra tractant. Vide rationes, cur clericos eccleſia ad continentiam obligauerit apud Sanctum Thomam in quarto, ſententiarum, diſtinction. trigeſima tertia, articul. 1 quæſt. 3 vnde B. Dyon. de eccle. Hierarc. 1 inquit, Deputantur enim ad ſacra tractanda, quæ immundos tangere nefas eſt, & diſtinct. 31 capitul. 1.

Primitiua Eccleſia non habuit ſubdiaconos; & apud antiquos ſubdiaconatus non reponebatur inter ſacros ordines, ſed poſtea, & is ordo inter ſacros cœptus eſt haberi, h. d.

Subdiaconos licèt & Eccleſia primitiua legatur habuiſſe [a] talis tamen ordo apud antiquos inter ſacros non annumerabatur, paulatim tamen poſt aliquot temporum curricula cœptus eſt, & ſubdiaconatus inter ſacros ordines reponi, eiſque ad ſimilitudinem tam presbyterorum, quam diaconorum continentia fuit imperata. [b]

Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum, hoc dicit.

Cumque à multis, an in Epiſcopum Subdiaconus eligi valeret hæſitaretur: nouiſſimè poſt Vrbanum Innocentij proceſſit

ALOYSIVS RIGCIVS. Pro dilucidatione huius, § ſunt videnda plura, & 1 quid eſt ordo ſubdiaconatus 2 quæ forma traditur 3 quod eſt eius officium 4 quæ eſt eius veſtis, 5 an poſſit hic ordo ſimul conferri cum ordinibus minoribus.

Quo ad primum ordo ſubdiaconatus eſt ſpiritualis poteſtas per quã ſubdiaconus poteſt portare Calicem cum vino ad Altare, & preparare neceſſaria pro Sacramento Euchariſtiæ in vaſis ſacris.

Quo ad ſecundum forma ſubdiaconatus ſunt verba prolata ab epiſcopo. ſ. Accipe librum Epiſtolarum, & habeto poteſtatem legendi eas in Eccleſia Sancta Dei tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & proinde *multi tenent in hoc* actu fieri ordinationem, & ſic imprimi characterem, ſed verior eſt opinio, quod in traditione Calicis vacui cum Patena fiat ordinatio, vt per Vaſq. tom. 3 diſput. 238 cap. 5 & in traditione Calicis vacui cum Patena hac forma verborum vtitur Epiſcopus. Videte huiuſmodi miniſterium vobis traditur. Ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere poſſit Vaſquez d. ca. 5 illa verba videte huiuſmodi miniſterium vobis traditur. Sunt forma huius ordinis; quia ſunt completæ nec veræ formæ aliquid deeſt, & proinde, illa verba Ideo vos non pertinent ad formam, ſed potius eſt quædam admonitio, vt ita ſe exhibeat ſubdiaconus in hoc officio, vt Deo placere valeat, & ſic mercedem recipiat ſui miniſterij.

Quo ad tertium ſubdiaconus ideirco dicitur, quia diacono ſubeſt, eique in altaris miniſterio ſeruire debet & illi præparare in vaſis ſacris neceſſaria pro Sacrificio Miſſæ ſic etiam epiſtolam legere, pallas Altaris, & corporalia abluere: & vbi hæc ſunt lota, nullum aliud litamen leuari debet, ipſaque lotionis aqua in ſacrario mergi debet, vt habetur in pontificali Calicem, & Patenam in vſum Sacrificij eidem Diacono afferre: oblationes populi ſuſcipere, & ſupra altare ponere, vt docet Diuus Thomas articul. 4 ad 3 Vaſq. d. diſput. 236 Sic etiam in proceſſionibus, quæ in eccleſia fiunt crucem defert.

Quo ad quartum ſcias quod veſtes quæ competunt ſubdiacono ſunt amictus, humeros tegens, quo ſignificatur fortitudo, ad Diuina officia exequenda, quibus mancipantur; ſic etiam Alba, quæ vitæ puritatem ſignificat, & cingulum repreſſionem carnis ſignificans habebet etiam manipulum, quo ſignificatur extenſio mini-

marum macularum quibus debet esse mundus, habet eam tunicam per quam significatur Doctrina Christi, quam debent subdiaconi populo annunciare, quod significatur, & agitur per lectionem epistolarum.

Quo ad quintum dico quod episcopus potest sine scrupulo conferre minores ordines, & subdiaconatum eodem die eidem met personæ, vt per Nauar. c. 25 § 8 Trid. sess. 23 de reform. cap. 11 & Reginald. lib. 30 suæ praxis tenet contrariam, non posse hoc fieri per episcopum sine dispensatione Papæ, nō bene dicit; quia in facultate episcopi est hoc facere, & cum iusta causa dispensare, quod etiam facere potest cum interstitijs, vt per Suarez in tract. de censuris, disput. 31 sect. 1 Vasq. tom. 3 in 3 part. disput. 246.

a ¶ Constitutio.] Quæ est in cap. à multis de ætat. & qualit.

b ¶ Subsequitur.] Inde & subdiaconus dicitur.

c ¶ Pertinet.] Sic cūp. perlectis § ad subdiaconum, dist. 25.

ANT. TIMO. Ita S. Thom. in 3 part. in qq. add. q. 37 art. 3.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro cuius §. ornamento est sciendū, primò quid est ordo diaconatus, secundò vnde dicatur diaconus, tertiò, quid est eius officium, & quartò possit ne administrare Sacramentum Extremæ Vnctionis infirmo.

Et quo ad primum Diaconatus est spiritualis potestas, per quam Diaconus, potest exercere omnia ea, quæ suum concernunt officium.

Quo ad secundum dicitur à ministerio namque diaconus est nomen græcum, latinè ministerium significat, & licèt ministerium competat omnibus ordinatis, est episcopo, iuxta illud Apostol. 2 ad Timoth. 4 ministerium tuum imple, attamen magis proprie competit Diaconis, qui principaliter ab Apostolis electi sunt, vt ministrarent mensis populo, ne ipsi Apostoli huiusmodi occuparentur officijs & ideo diaconus idem est ac familaris ministerium diuinum habens circa altare, Vasq. d. tom. 3 dispos. 236.

Quo ad tertium officium diaconi est legere Euangelium in Ecclesia Dei: quia dicit ei Episcopus. Accipe potestatem legendi Euangelium in Ecclesia Dei, & ideo hoc est eius officium, vt in Cathechismo Romano habetur tit. de diaconatu n. 20 D. Thom. in aditio ad 3 p. qu. 37 art. 2 & 4 & post alios eas explicat Vasq. tom. 3 disp. 236 num. 39.

Quo ad quartum est per se notum, quia de fide certum est, solos sacerdotes, siue simplices, siue etiam episcopos esse ministros huius sacramenti, vt in Trid. sess. 14 c. 3 & can. 4 de Sacramēto Extremæ Vnctionis Suarez tom. 4 disput. 43 sect. 1 & latè Molfet. in tractatu 4 de Sacramentis Ecclesiæ in titulo de Extrema Vnctione.

Sicut autem.] CASVS. Cum ministri Ecclesiæ ideo ad Ordines promouentur, vt administrent diuina, fuit propterea quæsitum in qua ætate debeant esse constituti, & sicut ætas 14. Annorum in iudicio spirituali sufficiens iudicata fuit, cap. fi. de iud. in 6 ita & hoc idem in præsenti videbatur dicendum, Sol. tamen, vt hic habemus, & nouissimè in Concil. Trident. à glos. ad not. quia maius in hoc adest periculum non obstat obiectio ob diuersam naturam casuum. Not. ætatem diuersam ad ordines requiri de iure humano, non autem ex natura ordinis, & ideo fuit ab eodem iure variata.

d ¶ Creditur.] Committitur, l. quod vulgo, ff ad Maced. & statim sequitur in hac litera.

e ¶ Aetas.] Quia ab ætate arguitur maturitas iudicij. Sed quid si impubes, & iudicio carens ordinetur ad ordinem sacrum, ac suscipiat characterem? Respond. susc ipit, nec enim quod suscepturus ordines sacros debeat habere annos discretionis, est de substantia ordinis: sed de necessitate præcepti. Vndè licèt in tali collatione peccetur, tenet tamen collatio de hoc, vide in capit. vel non est de temp. ord.

f ¶ Decimo octauo.] Et sufficit quod sit inchoatus, vt not. in cle. fin. de ætate & qualit. vnde sumitur. Sed hodie hæc materia est tota per Concil. Trid. reformata. Nec enim ad diaconatum quis ordinari potest ante vigesimum tertium ad presbyteratum ante vigesimum quintum, etiam si quis sit regularis, vt per d. Concil. Trident. sessio. 23 cap. 12 quidquid dicatur in cap. 1 &

in

constitutio, [a] quæ vt is quoque in Episcopum liberè eligi valeat, declarauit, ac statuit.

Circa quæ versetur officium subdiaconi, hoc dicit.

Diaconum igitur subdiaconus subsequi: [b] ad quem calicem, & patenam ad altare deferre pertinet, [c] & leuitis tradere, eisque ministrare. Vrceolum quoque & aquam mantile, & manutergium tenere; Episcopo, presbyteris, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Subdiaconus potest quis ordinari in decimo-octauo anno, diaconi in vigesimo, presbyter in vigesimoquinto, h.d.

Sicut autem Subdiacono minus creditur, [d] quàm diacono, & diacono minus quam presbytero committitur: ita ad subdiaconatum minor ætas [e] quam ad diaconatum, & ad diaconatum minor quàm ad presbyteratum suffragatur. Poterit igitur hodie quis, nisi aliud canonicum obsistat impedimentum decimo octauo [f] natus anno ad primum sacrum ordinem: vigesimo ad secundum: ad presbyteratum vigesimoquinto promoueri.

Propriè sacerdotes appellantur qui Eucharistiam conficiunt: impropriè etiam diaconus, & subdiaconus.

Diximus autem diaconum & subdiaconum non esse sacerdotes, proprietatem sermonis attendentes. Propriè enim sacerdos est appellandus, cui sacrificium corporis, & sanguinis Dominici in altari conficere permittitur. Cæterum & ipsi interdum sa-

in cap peruenit distinct. 77 & in cap. 1 cap. 3 & cap. fi. distinct. 78 & in cap de his distinct. 28 Sed quæ est ætas minorum ordinum? Resp. maior infantia, cap. de his distinct. 28 & c. nullus de tempore ordi. in 6.

ANT. TIMO. Nota circa annorum numerum regulam generalé, traditam à gloss. in Clem. generalem de ætat. & qualit ordin. quod si annus significatur in ablatiuo, vt dicendo, anno vigesimo quinto quis potest esse sacerdos requirit solum inceptionem. Si verò significatur in genitiuo, requirit complementum, ita dicit Io. de Ligna. in d. clem. Bart. vero in l. si cui de leg. 1 dicit, quod si proferatur in ablatiuo cum præpositione sufficit in eo esse si verò sine requiritur quod sit completum, sic in vers. ætas, q. 2 § 1.

Diximus.] CASVS. Omnes clerici in sacris constituti volebant appellari sacerdotes illa ratione moti, quia sunt in sacris & versatur circa res sacras, vt constat per § 1 2 3 hoc tit. nostro. Sol. tamen vt hic dicitur argumento. § sed quoties instit. de iure naturali, & sic inde cessat quoque obiectio: Not. pro intelligentia constitutionum, quę aliquando promulgantur circa clericos simpliciter & ideo dubitatur de earum intelligentia. Not. 2 inde argumentum, quod nomina propriè significant id quod est dignius dict. § quoties.

a ¶ Appellantur.] Vt dist. 81 cap. si quispiam & c. si quisquam de chap. mul. & cler & not. de hoc sup. tit. proxim. in prin.

cerdotes appellantur, [a] sed per abusionem. Vidimus hactenus de ijs qui in maioribus sũt ordinibus constituti: nunc videamus de ijs, qui in Ecclesia Dei minoribus sunt ordinibus insigniti.

DE HIS QVI SVNT IN MINORIBVS ordinibus constituti.

TIT. XXIII.

ordines minores.
- Acolytus.
- Exorcista.
- Lector.
- Ostiarius.

Minores ordines sunt acolytatus, exorcistatus, lectoratus, ostiariatus. h. d.

SVnt igitur [b] in Ecclesia alij minores ordines, qui sine sacramentali vnctione, sola Episcopi benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione præstantur: vt sunt Acolytus, Exorcista, Lector,

DE HIS QVI SVNT IN MINORIBVS ordinibus constituti.

Post declarationem sacerdotum, & existentium in sacris, requirebatur videre de constitutis in minoribus. § 1 in fin. supr. de iur. person. ideo post præcedent. tit. proponitur modo iste qui diuiditur in 3 par in prima habetur qui sint isti in minoribus constituti: in secunda quæ sit differentia inter constitutos in maioribus, & constitutos in minoribus: in tertia quomodo tit. sequentes debeant continuari cum præcedentibus: secunda ibi horum autem: tertia ibi hucusque.

Sunt igitur. CASVS in tota hac parte ita figurari potest: Quidam volebat ordinari ad Ordines sacros, vnde fuit dubitatum, an opus sibi esset prius ordinari ad aliquos Ordines inferiores, hoc enim non videbatur necessarium, quia cui consequitur aliquid, consequitur etiam omne quod ad id est necessarium argumento cap. *Io. Bap.*

1 de offic. delegat. confirmatur ea ratione quod si alii inferiores Ordines essent dandi sequeretur, potestatem Diaconi, & Subdiaconi esse diminutam, si tales ordines essent necessarii, quod non videtur esse concedendum. Sol. vt hic legimus quia quę aliquid est sanctum, eo sanctius est tractandum, non obstat obiectio, nec eius confirmatio, cum ratio congruentiæ id postulet, & requirat: Not. tot. ordines requiri, quia considerantur primo ratione ordinandorum, & sic vel respectu dispositionis & hinc datur prima tõsura: vel respectu collationis & hinc Episcopatus, vel consideratur ratione fidelium volentium accedere ad corpus Christi & sic cum fideles primò debeant in Ecclesia admitti, datur Ostiarius: secundò cum admissi debeãt doceri, datur inde lectoratus tertio cũ aliquando spiritu immundi vexentur datur exorcistatus: considerantur tertio ratione præd. ſ. Corp. ris, & sic cum primo debeat in clara luce consecrari datur acolitatus secundo celebratio fieri nequit nisi præparata materia ideo ide habemus subdiaconatum 3 cum cõsecratio fiat alio etiã adhibito ministro propterea datur sacerdotium & diaconatus.

b ¶ Sunt igitur] concor capite & si illa. § fin primo quarto 7 & inde sumitur.

ALOYSIVS RICCIVS. Videnda sunt pro generali tituli intelligẽtia primo quid sit prima tonsura cur ita vocetur, num sit ordo & in qua ætate esse debeat initiandus.

Secundo quid sit ostiariatus vnde dicatur quæ sit eius materia quis nam illum instituit & quod sit eius officiũ.

Tertio quid sit ordo lectoratus vnde dicatur quisnam illum instituit, & quod sit eius officium.

Quarto quid sit exorcistatus vnde dicatur, & quod sit eius officium.

Quinto quid sit acolitatus quæ sit eius materia, & quod sit eius officium.

Quo ad primum prima tonsura, est corona clericalis, qua deputatur homo ad cultum, & seruitium Dei, & dicitur prima quia confertur ante ordines, vt illa initiatum disponat, & præparet, ad ordines. Dicitur tonsura quia tondentur capilli ipsius, cui etiam initiantur, capite clerus vndecim primo distinctio D. Thom quarto 40.

An autem sit ordo, maxima est controuersia, quia plures canonistæ tenent, primam tonsuram est ordinẽ quia vt ipsi aiunt, imprimit characterem, vt notant cõmuniter canonist. in c. cũ contingat de ætate, & qualitate

vbi prima tonsura vocatur ordo paris. lib. 4 de resign. benefi. q. 2 Garcias tom. 2 de benef. Vasq. c. 1.

Sed in hac opinione duo sunt certa Primum est initiatum prima tonsura gaudere priuilegio fori & Canonis, vt habetur in Trident. sess. 23 de reformat cap 6 & in hoc omnes conueniunt quia taliter initiatus est reuera Ecclesiasticus, & sic Clericus ad criptus militiæ Dei, eiusque seruitio deputatus & consequenter factus est de foro Ecclesiastico & exematus a foro sæculari & ita passim est iudicatumetiam in his supremis tribunalib. Sacri Regij Concilij & alijs dummodo in cedat in habitu, & tonsura; & habeat alia requisita.

Secundo certum in Iure Canonico & secundum communem, & generalem acceptationem, Primam tonsuram comprehendi sub ordine quia hic est communis vsus loquendi, sacrorum Canonum, vt habetur in d. c. cum contingat de ætate & qualitate Nauar. cons. 11. de tempor. ordinat. Suar. & alij quos probat Garcias d. c. 1 Quamuis hoc potius accipiatur, non quia reuera prima tonsura sit ordo sed preambulum, siue dispositio ad ordinem Diuu. Th. d. q. 40 art 2 Va. q. d. c. 2 Sayç. lib. 4 Vt autem gaudeat priuilegio fori, debet habere vnum ex his requisitis quæ per hæc verba explicatur Concil. Trid. sess 23 de reformat cap. 6 vide licet Is etiam fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruit vel in seminario clericorum, aut in aliqua Schola, aut vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad suscipendos maiores ordines versetur, sed non est intelligendum coniunctim requiri sed diuisim vt cernitur in verbis prædictis & ad maiorem expressionem Sacra Concili Congregatio in anno 1595 die 11 Iulii sic declarauit.

Congregatio Concilii censuit vt Clericus fori priuilegio gaudeat requiri & sufficere ea quæ aliquo, ex infra scriptis capitibus sigillatim sunt adnotata, Quod obtineat beneficium Ecclesiasticum, quod clericalem habitum & tonsuram deferés alicuiue ecclesiæ demandato Episcopi inseruit. Quod clericalem habitum & tonsuram incedens in aliqua Schola delicentia Episcopi versetur, Quod habitum & tonsuram gestans in aliqua vniuersitate delicentia Episcopi versetur. Si verò quæ in aliquo ex his capitib. comprehensa sunt in clerico concurrant sed aliqua occasione habitum à se gestari solitum ad breue temqus deposuit ideo fori priuilegium amittere. An vero habitus sit clericalis ad Iudicis Ecclesiastici cognitionem pertinere est tamen notandum quod dum clericus priuaturi fori priuilegio gaudet priuilegio Canonis vt declarauit sacra congregatio & est per se notum nisi tamen esset actualiter degradatus vt post alios DD. probat Sairr l. 3 de censuris capite 16.

Ad hoc tamen vt aliquis possit initiari prima tonsura ad minus debet habere septennium ætatis & sic confirmatus Sacramento confirmationis Sciat legere, & scribere & talis vt sic probabilis coniectura tale vitæ genus se elegisse spe seruiendi Deo non autem Iudicii sæcularis effugiendi causa. Si verò ante septennium initiaretur ipse non peccaret quia non habet vsum rationis qui verò illum ordinat peccat mortaliter quia agit contra Sacros Canones, vt post alios notat. Sayr. d. num. 10 At summus Pontifex, quia est supra Canones potest ante septennium conferre alicui primam tonsuram quia semper in ipso præsumitur iuxta causa, quia id facit, & ipse solus circa ætatem dispensat non autem Episcopus vt sacra congregatio censuit, & patet ex terminis, quia cogitur Sacros canones seruare. Quo ad secundum Ostiarius est spiritualis potestas, qua ordinatus in eo potest ex officio custodire ianuas Ecclesiæ & iura bonorum Ecclesiæ habere, vel idem est quod Ianitor, qui ianuis templi præficitur, vt habetur per Catechis. Rom. Nam sicut in templo Salamonis erant Ianitores ianuarum templi curam habebant quiquæm per vices suas omnia interiora & exteriora templi custodiebantica et iam in nouo testamento sunt Ianitores siue ostiarii qui ianuis templi præsunt & non solum illarum curam habent sed etiam omnia interiora, & exteriora eiusdem templi custodiunt, vt omnia decenter, & ordinatè fiant, vt bene notant citati Authores, & sic ostiarius dicitur ab ostio, quod ipse custodire tenetur, vt patet ex dictis supra, materia verò huius ordinis sunt claues & forma sunt verba prolata ab Episcopo intraditione clauium videlicet Accipe potestatem aperiendi Ecclesiam & Sacrarium & claudendi infidelibus seu sic age quasi Deo redditurus rationem pro rebus, quæ his clauibus recluduntur vt habetur in Catechis. Rom. & penes Authores citatos. Qui ordo non est dubium quod fuita Christo institutus, & est conformis Trid. Concil. & licet quidam alii dixerunt, quod ecclesia aliquos ordines sibi instituit tamen respondet D. Th. in addit ad 3 par. q. 37 art. 2 d. c. hoc non esse, vt Ecclesia nouos ordines sibi instituerit, sed erant omnes prædictæ potestates à Christo institutæ in vltima Cæna quando presbyteratus, ordinem instituit, & implicitè, propter paucitatem ministrorum continebantur in vna Diaconi potestate, nam Diaconis omnia inferiora ministeria committebantur. At cum postea cultus diuinus est Ampliatus per plures, ministros, destinatos ad cultum Dei; nunc Ecclesia explicitè ordinauit vt singuli ministri suum exercerent officium, nec Diaconus exercet officia inferiora vt habetur per Matth. 21 Vasquez tom. 3 disp. 237 c. 2 Officium ostiarii, est excludere infideles hæreticos, excommunicatos & alios indignos ab Ecclesia Dei & admittere dignos, secundo custodire ostium Ecclesiæ, & habere curam rerum omnium quæ sunt in Ecclesia, tertiò curam etiam habere, vt omnia in Ecclesia decenter fiant, & quartò debet pulsare campanas ad conuocandos fideles ad Ecclesiam, pro vt habentur in pontificali & in Catechis. Ro.

Quo ad tertium lectoratus est spiritualis potestas qua lector potest ex officio lectiones, & prophetias legere vt habetur in Catechis. Rom. Dicitur ab officio nempè à lectione quam legere tenetur Dubiũ non est Christum Dominum hunc ordinem insinuasse, quando libri Isaiæ accepit aperuit & legit & postea clausit, ac ministro tradit; hoc est lectoris officium, nempè prophetias legere & lectiones etiam populo explicare, & ideo antiquitus tribuebatur lectori officium prædicandi populo; licet enim hoc officium esset proprium Diaconi, nihilominus vt refertur in canone perlectis distinctione 25 ad lectorem etiam spectat vaticinia prophetarum prædicare populo hoc est exponere, & declarare populo, & consequenter debeat esse peritus scientia.

Quo ad quartum exorcistatus est spiritualis potestas, quia exorcista potest expellere Diabolum, ab energumens, ne aliquem impediat à sumptione Sacramenti Eucharistiæ & aliorum Sacramentorum, vt habetur per Catechismum. Romanum & dicitur ab eius officio nempe ab exorcismo & abiuratione dæmonum, officium exorcistæ patet ex forma huius ordinis. Quia accipiunt exorcistæ potestatem imponendi manus super energumenos, hoc est super eos, qui à dæmone obsidentur, siuè vexantur, & hoc siuè baptizati fuerint siuè Cathecumeni, nam cathecumeni licet non sint corporaliter à dæmone obsessi, sed tantum spiritualiter nihilominus quia impediuntur per tales spirituales obsessiones dignè accipere baptismum id circo exorcistæ habent hoc officium, tam super baptizatos qui corporaliter obsessi sunt à dæmone: quam etiam super Cathec. qui ab eodem dæmone spiritualiter sunt obsessi, & ex officio hoc munus exercent, arctando dæmones

per admirationem, ne dominentur in corporibus obsessorum.

Quo ad quintum Acolitatus est potestas, per quam hoc ordine insignitus potest ex officio portare vrceolos cum vino, & aqua ad sacrificium Missæ secundum Cathechismum Romanũ, materia aũt acolitati variæ sunt opiniones nam alij tenent quod sit cereus extinctus simul cum vrceolis vacuis: alij verò tenent, quod solum sint vrceoli vacui, verum vtraquè materia pro vna eadêquè reputatur, & proinde qui tenent vrceolum vacuum esse materiam se fundant, quia hæc est materia principalis, ac munus principale Acoliti & dum ordines distinguntur inter se in ordinem ad consecrationem Eucharistiæ id circo hæc propria dicitur materia huius ordinis, quamuis prior opinio videatur magis recepta, dum sub vtraque materia quæ pro vna eademque habetur profertur forma, & eius officium est lumen in Ecclesia accendere præparare materiam necessariam in vasibus non sacris. Pro sacrificio Missæ, & Subdiacono, & Diacono ministrare in altaris ministerio dum Sacerdos solemniter celebrat; vel ipsimet Sacerdoti, dum non solemniter celebrat; sed priuatè D. Thom. in addit. ad 3 part. q. 37. art. 2. Vasquez tom. 3. d. 236 num. 28. cum seqq.

Ostiarius. Acolitus [a] estis, ad quem præparatio luminum spectat, & qui cereum, à quo nomen quoque ducit [b] deferre debet, quis que suggesta pro Eucharistia subdiaconis præparat. Exorcista is est, qui exorcismos memoriter retinere debet, manusque super energumenos, & cathecumenos, in exorcizando [c] inponere. Lector autem is appellatur, qui lectiones [d] debet pronunciare & ea, quæ Prophetæ vaticinati sunt, populis prædicare. [e] Ad Ostiarium pertinent claues Ecclesiæ, vt claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ sunt intus, exitiaque custodiat, fideles recipiat, excommunicatos, & infideles [f] prouido iudicio repellat.

Psalmistatus est minor ordo, & potest conferri à solo presbytero. h. d.

Est & Psalmista, id est Cantor qui absque scientia Episcopi, presbytero solum iubente officium susscipit cantandi, [g] qui & ipse licet apud antiquos dubitatum fuerit, inter minores ordines cœptus est annumerari. [h] *

Constituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimonium contrahere possunt, sed constituti in minoribus possunt, sed si contrahant, priuantur beneficijs, & dignitatibus Ecclesiasticis. h. d.

a ¶ Acolitus, &c.] Vt cap. per lectis dist. 25 & c. 3. subdiacono dist. 93 & Acolyto subest exorcista, &c. vt d. cap. à subdiacono.

ANT. TIM. Latinè dicatur ceroferarius à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, cuius officium est præparare ipsa luminaria, & portare, vt dictum est, & supremus ordo inter quatuor minores, vide per Mag. lib. 4. dist. 24. & ibi per S. Th. quæst. 2. & cap. Acolytus dist. 23.

b ¶ Ducit.] Vnde & ceroferarius Latino nomine appellatur.

ANT. TIM. Exorcista ita Græcè. Latinè verò dicitur adiurans, vel increpans, cuius officium est inuocare nomen Domini super cathecumenos, & super eos, qui habent spiritum immundum. De quo, & quomoda fuerit significatus in lege veteri, & exercitatus à Christo in noua lege, vide per Mag. in 4. sentent. dist. 24. & c. exorcista dist. 23.

ANT. TIM. Lector dicitur à legendo, verum quod sit eius officium: lege apud Mag. loco sepius citato in 4. & cap. per lectis, dist. 25 & c. lector. dist. 23. lege Vgonem de S. Vict. lib. 2c. de sacram. cap. 6.

c ¶ Exorcizandis.] Hoc verbum hic designat. ordinem; apud Iuristas appellatur verbum impostorum: vt l. 1 ff de variis., & extraordin. cogn. sed fortè cum Iurisconsultus esset paganus sic loquebatur, quasi illudens alienæ religioni.

d ¶ Lectiones.] Legendas in matutinis.

e ¶ Prædicare.] Id est legere, ne sit contra 16. q. 1. c. addimus.

ANT. TIM. Ostiarius quis sit, & quod officium eius lege apud eundem Magist. & cap. Ostiarius dist. 23.

f ¶ Infideles.] Sed contra cap. Episcopus nullum de consecr. dist. 1. Respond. quidam, quòd ille canon, vel est correctus vel abiit in desuetudinem, vel dic, vt not. in d. c. Episcopus nullum. Et quomodo, & quibus ceremoniis hi ordines conferantur, habetur distinct. 23. per totum.

ANT. TIM. Quod Psalmistatus sit minor ordo: & quod possit conferri à solo presbytero: quod colligitur in summario, loquitur hic ad mentem canonistarum secundum Abb. in d. cap. cum contingat de ætat. & qualit. qui primum dicit Psalmistarum esse ordinem ex mente glossæ ibi: secundùm quòd possit conferri à presbyteris, quam conclusionem ponit ibi Abbas de mente Raym. Hugon. & Gosfre. id dicentium, & glossæ in d. cap. cum contingat: quæ verè hoc non dicit, neque textus ibi; Sed loquitur tantum de Abb. cuius opinionem Theologus sequutus, puto non esse veram: vide Bonau. in 4. ent. d. 14. a. 2. q. 2 & alios Doct. ibid.

g ¶ Cantandi.] Et in hoc differt à lectore, cuius officium non est cantare, vt supra in princ. vbi not. est enim inter hæc differentia, vt per Abb. in ca. quod in te de pœnitentia. Et facit hoc ad statuta, & contra eos, qui tenentur cantare officium, non enim satisfaciunt legendo simpliciter, & quod quibus permittitur legere, non permittitur cantare.

h ¶ Annumerari.] Vt cap. Psalmista, dist. 23. & hic ordo Psalmitatus videtur confundi cum primo tonsura: vt per Hostiensem in Summa de ordinatis ab Episcopo qui renunciauit Episcopatui & Abbatem in cap. cum contingat de ætat. & quali. & vt hic innuitur valde fuit dubitatum an esset reponendus inter ordines, & communis est sententia, quod sit ordo, quod quomodo procedat, vide per Ioan. Lupum in tract. de libert. Eccles. in 5. quæ & per Nic. Plo. in tract. de Sacram. in c. 1. 6. part. n. 3. & per Doct. in d. c. cum contingat.

* Annumerari.] Licet Psalmista annumeretur, inter

odines dum institutiones Eccles. contingit aliquando recenseri vel ex eo agnoscito quod illum non ordinari ab Episcopo, vt necesse est in ordinibus, sed sola iussione presbyteri illud posse munus obire concilium Carthaginense quartum declarauerit, can. psalmista, dist. 23. sic Diuus Ignatius Epist. ad Antioch. memorat promiscue Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ianitores, Laborantes, & Exorcistas quamuis certum sit non fuisse Laborantium qui alio nomine fossarij dicebantur (sicut nec Cantorum) ordinem sed officium quod in obuoluendis & cooperiendis fidelium defunctorum corporibus verfabatur vt docet Epiph. in comp. sed sicut non omnes D. Ignatius recensuit ordines, ita nec officia Ecclesiastica, nam idem in Epist. ad Polycarp. agit de eligendo Cursore qui literas Episcoporum perferret ad ecclesias, additque Gelasius alia etiam officia Ecclesiastica nempe Notariorum ac Defensorū Epist. ad Episc. Lucan. cap. 3. vide Spondan. in Epit. ad annum 44. num. 34. Hinc vides quā male scripserit Duarenus de Sac. Eccl. minist. cap. 14. in veteri Ecclesia non fuisse hanc munerum distinctionem, quæ postea in vsum venit vt alij Ostiarij dicentur, alij lectores, Exorcistæ aut Acolyti cum memoratus Ignatius, qui tempore Apostolorum viuebat de omnibus, exceptis Acolytis, mentionem faciat Acolytorum autem meminerit apud Eusebium, Cornelius Papa qui creatus fuit anno. 254. & Cyprian. Epist. 55. SOLIER.

Horum autem CASVS. Multo summoperè cupiebant ordinari ad ordines tam minores, quam maiores, & cum iam promoti essent, fuit dubitatum an indifferenter teneantur ad continentium & cum Matrimonium sit Sacramentum vt est de fide, & à Concil. Trident. clarè hodie decisum sess. 7. videbatur inconueniens eos priuari hoc Sacramento, cum ad euitandum quoque peccatum sit institutum, Sol. tamen vt hic habetur, quia quo magis quis vult vniri Deo, eo magis debet esse perfectus non obstat obiectio quia Doct. docent Sacramentum Matrimonii, & vouere continentiam esse voluntatis. Not. clerico in quosdam esse magis, quosdam verò minus Deo mancipatos, & ideo quibusdam permittitur, vt valeant redire ad vitam sæcularem quibusdam verò denegatur.

a ¶ Valeant.] Cap. 1 de Cler. coniug. cum multis eo. tit. nisi Papa dispensaret, per ea quæ ponit Abbat. in c. cum olim. ext. eod. tit. vbi ponit quod non solum Papa potest singulariter dispensare, sed potest vniuersalem legē facere, quod Sacerdotes possint ducere vxorem quod etiam deberet facere ratione, de qua per eum ibi: quam tamen non puto necessariam, nec veram.

ANT. TIM. Et in cap. 1. dist 52.

Horum autem, & sacrorum valde dispar est conditio siquidem illis ita est continentia imperata, vt numquam ad matrimonium aspirare valeant [a] his [b] autem, si ad superiores ordines prouehi noluerint, matrimonium contrahere minimè inter dicitur, [c] sed eo casu non solum ad sacros ordines, & Ecclesiasticas dignitates, & administrationes [d] admittendi non sunt: sed etiam beneficiis, quæcumque fortè habuerint, priuandi erunt nam nec ea sine prauo exemplo possunt, & graui scandalo retinere; & tales bona Ecclesiastica dilapidare solent.

Ponit continuationem adsequentia. h. d.

Hucusque singulariter tam de maioribus ordinibus, quàm de minoribus breuiter tractatum fuit: exponamus nunc aliqua, quæ tam maiorum ordinum, quam minorum sunt communia.

b ¶ His.] Scilicet constitutis in minoribus ordinibus.

c ¶ Inter dicitur.] Ext. de cle. coniug. per totum.

d ¶ Administrationes.) Vnde nec Vicarius Episcopi poterit esse talis, cum non possit habere administrationem ecclesiasticam, quod tenent Doct. tam, in ca. 2. de cler. coniug. quam in cap. 1. eod. tit. in 6. nisi in temporali iurisdictione: vt per Abb. & alios in ca. 2. de iudi. vbi quòd quamuis cum his Papa dispensaret, quod possent retinere beneficia: eis tamen causa criminalis clericorum non potest committi, Sed an etiam, & in eo sint dissimiles, quòd non teneantur dicere officium? Resp. vt traditur per Abb. in cap. 1 de celebr. missa.

COMMVNIA TAM MAIORVM, QVAM minorum ordinum.

Io. Bap.

VIdimus hactenus de omnibus Ordinibus, sequitur nunc videre quid commune habeant iuxta, § fin. supr. tit. proximo, & cum ista communia reperiantur primo ex parte ipsorum Ordinum, ideo ponitur hic præsens tit. qui diuiditur in 2. parte, in prima habetur respectus præd. Ordinum ad inuicem, in 2 Solemnitas ordinandi. 2. ibi, item sub grauis.

Io. Bap.

IN primis CASVS. Cum in quadam Ecclesia essent clerici cuiuslibet Ordinis, orta fuit inter eos discordia, siquidem maiores petebant à minoribus obedientiam iuxta c. à subdiacono, dist. 93. & minores eam denegabant præter actum executionis Ordinis, quia inclusio vnius videtur exclusio alterius. c. nonne. de præsump. & ideo quæsitum fuit quid iuris? Sol. vt hic habetur, quia res omnes eo sunt perfectæ quo sunt ordinatæ: rationes autem adductæ si rectè fuerint consideratæ, nedum non obstant, sed potius decisionem confirmant. Not. argumentum maioritatem, minoritatem, & obedientiam reperiri in iis, quæ sunt ordinata.

COMMVNIA TAM MAIORVM, quam minorum ordinum.

TIT. XXIV.



Minores debent maioribus exhibere reuerentiam. hoc dicit.

IN primis admonendi sunt ij, qui minori sub ordine constituti sunt, & officio, vt iis qui aut ordine præcellunt, aut officio reuerentiam, & obedientiam [a] exhibeant: nec per temeritatem alter alterius partes sibi vindicet. [b]

Maiores debent minoribus charitatem. h. d.

Maiores quoque meminerint se maiores esse, non dominos, & ob id inferioribus non tamquam subditis dominentur: sed quasi clericos honorent, [c] & diligant, & tales sint, qui non solùm præsint, verum etiam prosint. [d]

Ordinatores debent instruere ordinandos in diuinis. h. d.

Item sub grauis vltionis comminatione ex ordin. generalis concil. [e] debent Episc. [f]

a ¶ Obedientiam.] cap. à Subdiacono, dist. 93. & per tot. Solet tamen distingui vtrum aliquid Prælatus præcipiat sententiando an extrajudicialiter. De his quæ pertinent ad officium, an de his quæ non pertinent ad suum officium, vt latè per Ant. de But. in cap. ad aures, de temp. ord.

ANT. TIM. Hinc obedientia ab Odom. Camer. sic: Virtus qua legitimè superiorum præcepta exequuntur, & est pars iustitiæ. Tenentur autem inferiores obedire suis superioribus regulariter quoad actus exteriores: non autem quo ad actus interiores, intellectum & voluntatem, quæ soli Deo subijciuntur, ar. tex. l. cogitationis, ff. de pœnis. Vide multa de hac virtute apud S. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. in aliquibus autem non tenemur obedire, vt per eund. S. Thom. in quodl. 1. art. 15. & quodl. 10 art. 10. & in 4 dist. 11. quæst. 3. art. 1. & Arch. Flo. 3. p. tit. 15. c. 1. § 6 & Nauar. in Man. c. 23. n. 38.

b ¶ Vindicet.] Vt c. 1. de sepult. Et quomodo dicatur quis transgredi terminos, quos posuerunt, patres. not. in d. cap. 1.

c ¶ Honorent.] Vt dist. 95. cap. esto, vbi recensetur illud Crassi: Non erit mihi consul, cui ego non sim senator. Pone igitur quod Episcopus aliter se habeat contra clericum, quam debeat, numquid clericus suo iure poterit obedientiam negare, & videtur arg. c. cum beatus, dist. 45. & dist. capit. esto § 1 & 22. quæst. 5. cap. de forma, & fides non est seruanda non seruanti, cap. peruenit. 2. de iureiur. Et frustra petit debitum, qui quod debet non impendit. 28 quæst. 1. cap. si infidelis, cum multis concor. positis in dict. cap. esto in verbo esto. Consultius tamen erit in clerico, si per superiorem agat, arg. 11. quæst. 3 c. si Episcopus & 9. q. 3. cap. nunc vero. Et tolerandus est Prælatus vsque ad sententiam, vt 8 q. 4 cap. nonne.

ANT. TIM. Vnde meminerint Prælati se in inferiores suos politicam potius retinere potestatem, quam despoticum dominium, quæ iussit Apostolus imperare cum omni mansuetudine, 2 ad Timo. 4.

d ¶ Prosint.] Agnominatio, vt & illa: Non est hic orator, sed Arator, & illa Cic. Quis non potius hæc ficta credat.

Io. Bapt.

Item sub grauis.] Hæc pars subdiuiditur in 2. partes, in prima habetur quæ solemnitas in ordinatione sit seruanda: in 2. à quo ordines sint conferendi: 2 ibi illud, quo ad primum, hæc pars iterum diuiditur in 4 part. in 1. habetur Scrutiniũ præcedere ordinationem, in 2. Ordines esse conferendos tempore debito, in 3. Ordinationem esse faciendam gradatim, in quarta dolum tã in Ordinatione, quam in executione esse euitandum, secunda ibi, igitur, tertia ibi, sed nec: quarta ibi, quod si furtiuè, quoad primum casus ita figuratur. Quidam Abb. cupiebat ordinari, & promoueri ad certam Abbatiam diœcesis Perusinæ, & timens admitti, nolebat examinari, sed rogauit quendam Cardinalem, vt vellet sibi fauorem præstare ad id consequendum, vnde fuit quæsitum quid iuris? cum enim Religiosi sint in statu perfectionis, vt Theologi docent, vtrumque caput videbatur ei concedendum. Sol. tamen prout hic legimus, quia nec ordines, nec beneficia sunt sine cognitione conferenda, ne temere in re tam graui procedatur; non obstat obiectio, quia status ille est respectu charitatis, non autem ratione qualitatum, quæ ad id requiruntur. Not. Ordinandos esse instruendos, & examinandos: Not. 2. Examen principaliter demonstrare an promouendus ad Ordines, vel beneficium sit idoneus.

e ¶ Concilj.] Vt in capit. cum sit de æta. & qualita.

f ¶ Episcopi.] Immò videtur, quod hoc sit munus Archidiaconorum, capit. ad hæc de officium Archidiaconorum Solut. Examinationem

promouendos in sacerdotes per se ipsos, vel alios [a] idoneos viros super diuinis officijs, Ecclesiasticisque sacramentis diligenter instruere & informare. *Sanctius enim* inquit, *est paucos [b] bonos quam multos malos [c] habere ministros: quia si cæcus cæcum ducet, ambo in foueam dilabentur.*

Ordinationem præcedere debet diligens scrutinium, h. d.

Præcedet autem ordinationem diligens scrutinium: [d] * nec nisi rectæ conuersationis exemplo, Episcoporum, vel populari testimonio [e] probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinaturus itaque accipiat secum diuinæ legis peritos sacerdotes, [f] & in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, [g] patriam, [h] ætatem, locum, vbi ordinati [i] sunt, si literas callent, si instructi in lege Dei, & ante omnia diligenter inuestigent, [k] si fidem Catholicam firmiter tenent.

Examen debet præcedere collationem beneficiorum, h. d.

benè facit Archid. vt in contrario: sed instructionem facit solus Episcopus. Vnde dicit Innoc. quod non excusatur Episcopus ab hac instructione: licèt Archidiaconus examinauerit, vel fortè posset dici, quòd hic loquitur quando in Ecclesia non est Archidiaconus: vt per Abbat. in cap. cum sit de ætat. & qualit. vbi: Et alia de hoc. Vel fortè non repugnat hoc: quia Archidiaconus facit vt Episcopi Vicarius, vt supra de offic. Archidiacc. in princip.

ANT. TIM. Nota, quod episcopus promouens indignum peccat mortaliter: & ignorans indignus dicitur, ita S. Thom. in 4 sent. dist. 24 quæst. 1 articul. vlt. quilibet enim tenetur scire ea, quæ ad officium suum pertinent.

a ¶ Alios.] Scilicet clericos suos, & delatere suo missos, 24 distinct. cap. quando.

b ¶ Paucos.) Pauci autem, vel multi dicuntur secundum subiectam materiam: vt not. in capitul. latores: vbi etiam Abb. de cler. intermini.

c ¶ Malos.) Argument. quod melius est habere paucos bonos scholares, quam multos ignorantes: sic Abb. in ca. cum sit de ætat. & qualitat. simile. 23 distinct. cap. tales. Item est argum. contra eos qui multa inutilia allegant. de consecrat. distinct. 5 capitul. non mediocriter; & 24 quæst. 1 capitul. ordo, & proiecti. & l. 3 § contrarium, C. de iure vet. enucle. & in Auth. de tab. circa medium, & not. in l. fin. C. de vsufruct. & multitudo onerosa nihil habet honesti authen. de refor. ad fin. colum. 2.

ANT. TIM. Idem dicit Magist. 4 sent. distinct. 24 in princ.

d ¶ Scrutinium.] De hoc scrutinio vide in capit. 1 de scrutin. in ordine facien. vbi ponitur ordo, & series, & dist. 24 c. nullus. capitul. Episcopus, & capitul. quando. Et de hac materia vide nouissimè per Concil. Trid. sess. 23 capitul. 5 & 7 & cap. 13 & cap. 14 in decret. reformat. & sess. 7 cap. 13.

* Scrutinium.] Ordinandorum quale propriæ qualitates istæ sunt videlicet primam tonsuram susceptiones 1. Confirmatus etiam debet 2 fidei rudimenta edoctus, 3 legere & scribere secus debet postremò qui existimetur hoc vitæ genus elegisse vt Deo fidelem cultum præstet Conc. Trid. sess. 23 c. 4 de reform. minoribus ordinibus initiari cupiens præter prædicta hæc habere debet 1 linguam latinam intelligere d. sess. 23 c. 11 de refor. secundo bonũ testim. dist. cũ á parrocho & à magistro Scholæ haberi ead. sess. cap. 5. 3 maior etiam 4. licet minor 14 vt erunt tit. conc. ead. sess. cap. 6 ibi aut etiam in minoribus ordinib. constituti, non enim præscripta non ætas postremo post minores ordines susceptos singulos vel omnes se exercere debet in eo numeri quod ordo cleric. postulat. iuxta præscriptum Episcopi idque in ea Ecclesia cui adscriptus est, nisi studiorum cau. absit d. cap. 11 ordine sacro initiandus aut ad titulum beneficij sufficientis aut patrimonij initiari debet Conci. Trid. sess. 22 cap. 2 de reformat. secundo ad subdiaconatum promouendus bonum testimonium á parrocho & à magistro vt de minorib. ordinib. dixit idem Concil. cap. 15 d. sess. 23 tertio literis & iis quæ ad ordiné exercendum pertinent imbuus eadem de ordinando ad diaconatum Sancta Synodus decernit ead. sess. cap. 13 ordinandus vero ad presbyteratum præter omnia prædicta hæc præcipuè habere debet 1. bonum testimonium vt supra secundo in ordinibus antea susceptis & eorum ministeriis prefideliter is se gessisse 3 in diaconatu ad minus enim antequam administrasse nisi aliud vtilitas necessitasue Ecclesiæ postulet 4 idoneus etiam ad populum docendum ;ea quæ scire omnibus necessaria ad salutem sunt & ad administranda Sacramenta 5 exemplo bono esse d. sess. 2 cap. 16 de qualitatib. beneficiandorum dicemus ad titulum de collat. SOLIER.

c ¶ Testimonio.) Immo istò casu, quo quis haberet testimonium totius populi: posset promoueri sine examinatione argum. cap. nullus distin. 24 Sic & alias dicitur, quod scholaris notoriè peritus constitutus, vbi Abb. de appell. fac. capitul. de Petro, distinct. 47 & capitul. valde dist. 93 & capitul. mandata ext. de præsump. & not. in d. capit. nullus.

Schol. notoriè peritus.

f ¶ Sacerdotes.) Contra cap. inter corporalia de translatio. & 15 quæst. 7 capitul. fin. vbi Episcopus licèt solus auferre honorem non possit: dare tamen potest? Respon. Dictio, solus, non excludit suos clericos: sed alios clericos, vel episcopos: vt not. in capitul. Episcopus dist. 24.

f ¶ Genus.) Cognationem; quia pater filio similis præsumitur, l. quod si nolit. § quia assidua, ff de ædil. edict.

g ¶ Patriam.] Fac. l. quod nolit, § qui mancipium, ff de ædil. edicto. Vnde illud. Intererit multum Dauusne loquatur an hærus. Et infra: Colchus an Assyrius: Thebis nutritus, an Argis. Facit & illud. Quippe domum timet ambiguam, Tirioſque bilingues, & illud. Numquid à Nazareth aliquid boni?

i ¶ Ordinati.] Sed quomodo eundem appellem ordinatum, & ordinandum? Respon. vnus & idem respectu diuersorum ordinum potest esse ordinatus, & ordinandus.

k ¶ Inuestigent.) q̃. rigidè, & ad quem modum sit facienda hæc inuestigatio, not. in c. quando distinct. 24 Et an, & quando, & qui teneantur scire contenta in fide explicitè vel implicitè per Abba. & alios in Rubr. de Sum. Trinit. & fid. Cath. & per Cardin. Ara. in

Quod & in beneficiorum [a] collationibus obseruandum erit, qui enim beneficijs Ecclesiasticis præficiendi fuerint, & suo prius Archidiacono examinari [b] debent, & per ipsum postmodum Episcopo præsentari.

Tam simoniacè ordinatus quam ordinans sunt puniendi, h. d.

Ipsi verò, quibus talis cura committitur, cauere debent, ne aut cuiusquam gratia, aut cuiuscumque, muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum, &

suis instit. Theologicis, ca. 3 & nouissimè per Concil. Trident. sess. 6 cap. 13 & sess. 14 cap. 3 & sess. 23 cap. 5 & cap. 7 & 12 & ca. 14 in decretis reformat. & in sess. 24 cap. 18.

a ¶ Beneficiorum.] Nedum ordinum, vt supr. § proxim.

b ¶ Examinari.] Cap. ad hæc & c. vt nostrum de offic. Arch. Sol. alibi dicitur, quod istud est officium, sacerdotum, 24 distinct. capit. quando Solut. istud verum vbi Episcopus specialiter ad hoc eligit sacerdotes. Vel si non est in loco Archidiaconus, vt in multis Ecclesijs. Videtur ergo, quòd episcopus non sit puniendus, sed potius Archidiaconus, qui examinat, & præsentat episcopo, argument. cap. si seruus, distinct. 54 sed non est ita, quia episcopus tenetur de facto illius, qui examinat; cum id fiat de mandato illius. Sicut exercitor nauis tenetur de facto magistri. l. 1 § magistrum, ff de exerc. Nisi fortè examinator talis fuisset, vt non sit verisimile ipsum mentiri. argument. cap. significante de pig. Secundum hoc si talis ordinatur sine titulo episcopo ignorante, examinator qui præsentauit eum, tenebitur ei prouidere. Sed si ille non sit soluendo, habebit regressum contra ipsum, & hoc ideo, quia adhuc reseruatum est episcopo ius examinandi illum: argum. ca. accepimus, de ætat. & qualit. ne ordinatus in opprobrium clericalis ordinis mendicet cap. ad supplicationem de renunciat. & cap. diaconi dist. 91 & not. in d. c. ad hæc.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § quod examen debet præcedere collationem beneficiorum, & propterea Conciliũ Tridentinũ sessione. 24 de reformat. capitul. 18 dum agit de prouisione parrochialium in § peracto dicit hæc verba peracto deinde examine, denuncientur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint ætate moribus doctrina, prudentia, & alijs reb. ad vacantem ecclesiam, gubernandam oportunis, & ex his episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi non alteri collatio fiat, & cæt. & sic non solum consideretur idoneitas, respectu scientiæ, sed etiam respectu ætatis, morum prudentia, & alijs reb. oportunis ad talem ecclesiam gubernandam.

Vnde quamuis quis sit idoneus in scientia, non ideò præcedere debet alios quorum mores sint magis cogniti, & approbati, nam dictum Concilium, non se fundat tantum in scientia, sed etiam in reliquis omnibus supradictis & ita fuit declaratum per illustrissimos Cardinales Conc. Trid. interpretes videlicet.

Præferendus est minor doctus, modo idoneus quando eius mores sunt noti, & approbati doctiori cuius vita ignoratur.

Comprobatur ex traditis per Couar. in reg. Peccatum 2 par. § 6 numer. 4 vers. dignior verò, dum dicit quod non dicitur dignior simpliciter qui doctior, vel Sanctior est, sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est aptior eius ministerio apparet: ac propterea diligentior ad Curam præferendus est, viro Sanctiori, qui non ita diligens est: eaque ratione, non ita aptus est sanctior, administrationi eius muneris, cui est præficiendus, idque obseruandum erit, circa doctrinam, & eruditionem. Nam frequentissimè qui doctior est, non ita conuenit muneri publico, sicut is qui doctus, & doctrinam habet sufficientem ad munus quod ei conferetur Lambert. de iure patron. lib. 2 p. 1 art. 1 q. 10 num. 2 vers. 30 Soto de iust. & iur. lib. 3 q. 6 art. 2 conclu. 9. Rodrig. in sua sum. par. 1 q. 206 num. 2 & fuit resolutum vt nullius Concursus 4 Decemb. anno. 1600. coram Ludouisio.

Vbi quod ex duobus approbatis per examinateres pro æquè idoneis in scientia, electio vnius facta per ordinarium erat bona legitima, & canonizanda, quamuis non esset sacerdos, nec Doctor, nec pauper sicut erat alter, approbatus ab examinatoribus qui fuit reiectus ab Episcopo. Ratio fuit, quia licèt dictæ qualitates Doctoratus, Sacerdotij, & Paupertatis sint considerandæ dignæ Abb. in cap. 1 n. 1 & 3 de maior & obed. Decius consil. 542 num. 12 & 13 Nihilominus ista sola non faciunt aliquem digniorem pro gubernanda Parrochia, cum vltra doctrinam, in qua fuerunt ambo approbati, vti æquè idonei, erant quoque considerandi mores, prudentia, & alia oportuna ad gubernandam ecclesiam, vt tam de iure communi, quam ex Concil. Trid. disponitur ita, vt aliquando, modo ille, qui est doctior, & sanctior, non sit iudicandus dignior, sed quis iuxta munus, & rem cui præficiendus est; aptior eius ministerio appareat. Vnde cum ordinarius, alterum ex æquè idoneis in scientia elegerit præsumatur cognouisse in illo maiores qualitates, circa mores prudentiam, & illa necessaria. Quia pro iudicio episcopi est præsumendum cap. in præsentia de renunciatione capit. pastoralis in fin. de caus. possess. cap. sicut de sent. & re iudic.

Præsertim quando vita, mores, conditiones, & qualitates, erant ordinario prius notæ, & de illis plenam notitiam habere poterat, quia in ciuitate, vel dioc. residentiam. electus fuerat, vel ex illis oriundus erat, ex his quæ plenè tradit Lambert. de iure patron. lib. 2, p. 1 q. 7 art. 24 num. 1 Capasc. decis. 406 part. 2 Puteus decis. 396.

Qua propter appellantes, ab iniusta electione, vel iudicio episcopi non facilè possunt docere de grauamine, & iam factam electionem, euertere, ex quo Conc. Trid. multum deferat iudicio ordinarij, qui ex varijs animi sui moribus pensatis, & consideratis omnibus supra dictis se informare potuit, vt in d. c. in præsentia in principio de renunciatione Rot. decis. 20 numer. 4 de rescript. in antiquis Achil. decis. 1 num. 4 de confessis, & fuit resolutum in vna Toletana Canonicatus 18 Maij 1584 coram Aldobrandino, cuæ postea fuit confirmata in vna Calaguritana Iuris patronatus 29 Maij 1591. Coram Seraphino, & in Vallisoletana prohemineniarum 24 Nouemb. 1603 coram Pamphilio, vbi fuit resolutum, quod quædam constitutio facta in Concil. Prouinciali Toletano, in qua disponebatur, quod præbenda lectionis Sacræ Scripturæ, daretur per concursum, magis idoneo, alias prouisio facta, esset ipso iure nulla, erat contra ius commune, & non teneret, nisi Apostolica authoritate esset confirmata, quia quamuis ante factam electionem, vel promotionẽ iura clament. magis idoneum esse præferendum c. licèt c. illud 8 q. 1 c. metropolitana 65 dist. in fin. cap. quoniam de iure patronatus, & eligens dignum prætermisso digniori mortaliter peccet Dec. in c. constituisti 2 num. 5 de appel.

Couar. in reg. peccatum 2 p. § 7 numer. 8 vers. igitur humana natura cum infinitis ibi allegatis.

Tamen electio facta de digno omisso digniori tenet c. cum nobis olim de elect. c. nisi cum pridem § pro defectu de renunciat. cap. constitutis 2 de appel. etiam si staret iuramentum de eligendo digniori Card. in d. c. constitutus, nu. 4 præposit. ibidem num. 2 Couar. d. § 7 sub num. 4 ante finem.

minus idoneum, aut non examinatum [a] ad sacros [b] gradus suscipiendos Episcopo præsente. Quod si aliter fecerint, & qui indignè accesserit, ab altari remouebitur, [c] & qui donum Sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati [d] Ecclesiastica dignitate carebunt.

Quæ tempora in ordinationibus seruari debent, h. d.

Igitur [e] per tres continuos [f] dies diligenter examinentur, & demum Sabbato, qui probati sunt, Episcopo præsententur. Qui tamen secundum diuersitatem ordinum, temporis quoque seruabit diuersitatem: non enim omnes ordines, quibuslibet temporalibus conferri possunt; nam Dominicis, & alijs festiuis diebus [g] vnum, aut duos ad minores licebit promouere: sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, & vna, & altera statuta die, [h] nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici [i] licèt aliquos ordinare: nec alicuius loci contraria est admittenda consuetudo. [k]

Ponit pœnam ordinantis, & ordinati extra tempora, h. d.

Quòd si fortè, secus factum fuerit, ordinans quidem potestate priuandus est ordinandi, [l] & ordinatus, cum characterem [m] minimè dubitetur recepisse, pœnitentia [n] detur aliquod interuallum: vt in c. cæterum, de reser. tamen quod hic dicitur non est ita Hebraicè intelligendum: argum. l. quod dicimus, ff de solut. & ca. quia propter. de elect. Poterit ergo interuenire probabile interuallum: cum idnec in stipulatione negetur. l. continuus in princ. de verb. oblig. intellige ergo continuationem esse de bere de die ad diem, scilicet, vt nulla de tribus diebus non examinetur non de continuatione momenti momentum, vt dicimus in vsucapione. *Continuatio.*

a ¶ Non examinatum.] Sed an si non examinatus idoneus sit in omnibus, habeat adhuc locum, quod hic dicitur? Et non videtur; cum culpa sit tantum in ordinante, nec alieno vitio debeat quis prægrauari, l. sancimus. C. de pœn. & arg. in cap. cum secundum de præbend. sed in contrarium facit hæc litera hic, & cap. quando dist. 24 & non propter suum vitium, sed ordinantis, vt 70. dist. cap. 1 & 16 q. 7 c. decernimus. Item cum non intrauerit per hostium, debet mori, sicut Remus. l. fin. de re diuis. & no. in capit. fin. dicta dist. 24.

b ¶ Sacros.] Idem si ad minores ordines, c. fin. dist. 24 vel appellat hic sacros omnes ordines, & ita non est necessaria extensio, fac. not. d. 32 in summ. & sup. de his qui sunt in sacris, &c. in Rubrica.

c ¶ Remouebitur.] Si quis tamen in minori crimine existens ordinari se permiserit, non deponetur: sed pœnitentia ei imponetur: vt d. 68 ca. 1 & dist. 82 c. presbyt. & extr. de renunc. c. nisi § propter criminis conscientiam.

d ¶ Condemnati.] Sunt ergo tales ipso iure suspensi, vt 1 q. 1 c. requiruntur, & concor. c. quando & cap. fin. distinct. 24.

Io. Bap. Igitur, CASVS. Orta fuit leuis controuersia inter Archipresbyterum Mediolanensem, & quendã Perusinum. siquidem Archipresbyter volebat Perusinum ordinari extra quatuor tempora: dicebat enim id non est à iure alienum, cum tempus nil habeat commune cum Ordine. Perusinus aut id denegabat, sed cum nollet secum de hoc disputare, remisit se ad dispositionem iuris vnde quæsitum fuit quid agendum esset? Sol. fuit data prout hic legimus, quia tempus est circumstantia, sine qua actio non dicitur vndique moralis, c. 23 distinct. 29 & ideo nec etiam tenet obiect. not. argument. quamli. actionem faciendam esse tempore conuenienti & statu, alioquin non est regulariter virtuosa capit. non satis, distinct. 86.

e ¶ Igitur.) Fac. cap. quando ante fin. dist. 24.

f ¶ Continuos.] Licèt hoc verbum significet, vt non

g ¶ Festiuis diebus.] Sed an omnib. festiuis diebus possint minores ordines conferri? Resp. vt per Abb. in d. c. de eo extr. de temp. ord. in fin.

h ¶ Die.) Scilicet in Sabbato sancto, & Sabbato ante Dominicam de Passione, cap. de eo de temp. ord.

i ¶ Romano Pontifici.] Not. ergo quod tempus, non est de substantia ordinis, quia temporis determinatio circa ordines est inducta de iure *positiuo*, *ideò non* astringit Rom. Pontificem. ita Abb. in ca. de eo. de temp. ordin.

K ¶ Consuetudo.] Indulgeretur tamen, quãdo consuetudo esset antiqua, & multi essent ordinati extra tempora: vt in c. 2 de temp. ord. vbi not.

l ¶ Ordinandi.] Cap. 2 de temp. ordin.

m ¶ Characterem.) Capit. pen. de tempore ordin. & sic not. quod aliquid factum tenet, licèt id fieri non deberet. Simile est, quod puer non est ordinandus ad sacros ordines, si tamen ordinetur character imprimitur, capitul. vel non est compos, de temp. ordin. & not. in capitul. vni. de eler. per sal. prom. & per Abb. in cap. pro illorum, de præbend. sic non debet quis à Iudæo, vel pagano baptizari: baptizatus tamen non est rebaptizandus, c. 1 de sum. Trinit. & fide Cath. de consecr. dist. 4. cap. à quodam & c. Romanus.

ANT. TIM. Illud quæritur, an ordinatus ab episcopo hæretico suscipiat in ordinatione characterem? & an hæreticus episcopus possit conferre sacros ordines? de qua quæstione vide per Magist. in 4. dist. 25 & per Doct. ibi concludunt enim quod sic, si formam seruat, & habet intentionem faciendi quod facit ecclesia, confert quantum ad veritatem sacramenti: secus autem quantum ad vtilitatem. D. Bonauent. ibi art. 1 q. 2 & Duran. q. 1 n. 6.

n ¶ Pœnitentia.] Scilicet arbitraria cum non sit à iure determinata, l. 1 § ait prætor. ff de iu. delib.

Sed nec CASVS. quidam desiderio moti vt beneficium

neficium Eccles. cito consequi valeant omnes ordines simul accipere volebant, quidam verò alii vt citius ad finem intentum perueniant per saltum ad eosdem accedebant, ad idque mouebantur quia Ordines sunt distincti & habent characterem distinctum, vt communiter Canonistæ docent licet variis in locis, qua de re fuit quæsitum quid iuris. Sol. vt hic legitur & ratio est, quia congruentia ipsorum id requirit, vnde hac ratione suadente nec etiam obiectio aliquid cõcludit. Not. Ordines tam. in executione, quàm in collatione esse distinctos & ordinatos: No. n. tẽpus ipsorum Ordinum esse de iure positiuo, & si inordinate conferantur, non reiterantur. c. 1 de ord. per salt.

a ¶ Continuato ieiunio.] Quia continuatio ista facit de duobus vnũ & illa coniungit. 16 q. 3 § potest: ver sic hinc de præscript. & 7 q. 1. c. illud & ca. nihil. Sic. cum bissextus occurrit duo dies pro vno computantur vt inf. de verb signif. cap. q̃ fuit & ff de min. l. deniq. § minorem. sed arg. contra l. cum hæres § Sticus, ff de statu lib. Item contra c. cum à patrib. dist. 75 Sol ibi in ordinante diuersos hic in ordinante eosdem.

ANT TIM. Ita per Conc. Trid. sess. 25 ca. 11. de reform.

b ¶ Pœna.] Concor c. literas de temp. ord. No. quod dispositio pœnalis loquens de vero extenditur ad fictum, quod rerum est quando in vtrisque militat eadem ratio vt traditur per Cano. in c. cum dilectus & in c. ad audientiam de ele. & per Io. And. c. fi. de consuet. p Legistas in l. oẽs populi ff de iust. & iur. & in l. si is q̃ per tem. ff de vsuc.

c ¶ Omnes.] Habetur in c. de eo de temp. ord. & in c. pen. & fi. de eo qui furt. ord. fusc. & vtrobique not. Hoc tamen obtinebit, nisi in contrarium extaret consuetudo: illa n. ea quæ de se sunt licita reddit illicita capite cum olim. de cler. coniug. & cap. super eo de cogn. spiritu.

d ¶ Repetito.] Sed quid si nullum quis minorem ordinem habuit, & promouetur ad sacerdotium numquid recipit ordinem? Quidam quod non arg. c. sicut d. 40 alii contra in omnibus sacris præter Episcopali sed alii nec Episcopalem ordinem videntur excipere cum is ét ne presbyterali possit conferri, vt per Ab. in capite ex literis. de exc. præl. dic. vt no. in c. vni de cle. psal. prom. & in d. c. ex liter.

ANT. TIM. Refert hic opinionem Abb. qui in d. c. ex literis, sequutus alios canonistas existimat quod Episcopatus sit ordo, dicit quod officium Pontificale non potest exerceri sine presbyterali: sed quod potest bene Pontificalis ordo haberi sine presbyterali Vnde secundum opinionem Io. And. habebit in habitu, non in actu & ibi est ex gl. in c. sollicitudo d. 22 quia laicus recipit ordinem sacerdotis, & Episcopatus quia character imprimitur si cõferatur in forma Ecclesiæ ab eo qui potestatẽ habet Contrarium tenet gl. in c. 1 de cler. per salt. prom. quod si quis ordinatur in episcopum prætermisso diac. vel subdiaconatu, Episcopus est: dum tñ fuerit sacerdos, ita ét passim omnes Theologi D. Bonau. in 4 sen. d. 24 art. 3. quia impossibile est aliquem promoueri in Episcopum sacerdotio omisso. Idẽ D. Th. p. 3 in addit. q. 40 ar. 5 dicens, quod nullus potest recipere Episcopalem ptatẽ, nisi prius habeat sacerdotalem nam Episcopatus ab ordine Sacerdotali dependet ita Guliel. Par. Eps in li. de Sacr. c. 7 cui difficultati possemus rñdere quia ita Ab. intelligit quia ordo episcopalis pôt conferri nõ sacerdoti, id est pôt eligi qui non sit sacerdos licet non ille qui non sit in sacris ordinibus constitutus id est in subdiaconatu saltem vt supra de elect. § igitur nõ autem quod possit consecrari & officium exercere.

e ¶ Erit.] cap. vni de cle. per sal. prom. & cap. sollicitudo. dist. 52 & hoc casu solus Eps dispensare poterit suo iure vt no. in d. c. vni.

tantum præuia, in susceptis ordinibus ministrare sustinendus erit.

Nec vna, nec duabus diebus continuatio ieiunio duo sacri ordines conferri possunt. h. d.

Sed nec. vno die, nec duobus continuato ieiunio [a] ad duos quis potest sacros ordines promoueri arbitrariè ordinanti suspensionis imminente pœna. [b]

Minores ordines simul conferri possunt. h. d

Diuersum statuitur de minoribus, qui omnes [c] vel vnica die conferri possunt.

Cum promoto per saltum pont, prætermisso ordine repetito dispensari. h. d.

Per saltum verò si promotus fuerit quis solemniter, ordine prætermisso repetito, [d] ex misericordia ministrare permitendus erit [e]

Promotus ad sacros ordines furtiuè contra promotionem prælati non potest fieri sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus: secus si non contra prohibitionem: quia tunc potest Episcopus pro arbitrio dispensare. h. d.

Quod si furtiuè [f] ad sacros ordines quis irrepserit: diligendum erit, an prælati sub anathemate præcesserit interminatio, tunc enim nulla ratione ad sacerdotalem poterit [g] ordinem promoueri nisi regulari habitu susceptò, laudabilem aliquandiu duxerit

Quod si furtiuè. CASVS Quidam non sanctitate, sed malitia moti, volebant ordinari decipiendo Episcopum & asserendo se esse baptizatos putabant aũt id esse sibi licitum ar lib. primo § fi. de dolo, & quia sacra sunt inter se distincta. Sol. tamen vt hic legimus, qa Sacra sunt Sanctè ac ritè recipienda, & Baptismus est fundamentum oĩum aliorum, vt de fide habemus, & iõ Obiectiones non tenent No. argumentum, quod furtum est in re vere spirituali committitur no. secundo baptismum esse necessarium ad ordinem recipiendum de necessitate Sacramenti, cum sine eo Ordo non conferatur capite finem de clericis non baptiza.

f ¶ Furtiuè.] Furtiuè promouetur qui contra conscientiam sui Episcopi & sine examinatione promouetur 63 distinctio capite extra conscientiam. & capite qñ distinctio 24 & capite fin & per tot. de eo qui furt. ordines suscep.

g ¶ Poterit.] ingressus ergo monasterii non tollit irregularitates licet facilitatem dispensandi p beat. de quo n. c. 2 de Apost. & fac. c. si de eo qui fur. ord. suscep.

vitam, quo casu secum misericorditer dispensari poterit, alioqui nulla præcedente in hibitione, condigna satisfactione imposita, pro suo arbitrio cum illo poterit Episcopus [a] dispensare.

Non ordinatus miscens se diuinis, numquam poterit ordinari. h. d.

Quòd si is qui nullum adhuc penitus attigit ordinem diuinum aliquod officium [b] exercuerit, & ab Ecclesia erit abijciendus [c] & numquam ordinandus [d]

Qui nondum babtizatus ordinatus est debent baptizari, & rursus ordinari. h. d.

De eo, qui non babtizatus ordines susceperit, valdè dubitatum est, [e] de quo post multam eandem discusionem obtentum, & constitutum fuit, vt baptizetur atque iterum [f] ordinetur, & meritò, cum enim baptismus omnium sacramentorum ianua sit, & fundamentum, superedificari [g] non potuit, vbi fundamentum [h] defuit.

Sacros ordines tantùm Episcopus confert; minores interdum, & alij & Episcopus, qui loco non dignitati renunciauit, sacros ordines conferre potest; secus si etiam dignitati, quia tunc solum minores confert h.d.

Illud postremo omittendum non est quod inter minores, & sacros ordines illa est differentia quia maiores ab Episcopis minores verò etiam ab alijs [i] quandoque conferuntur.

a ¶ Eps.] no. casum in quo Ep suo iure dispensare pont. de quo dic. vt p Ab. in c. 1 de eo qui fur. ord. susce. Item intellige hoc nisi Rom. Pont. manum apposuisset secundum ea, q ponit Ab. in c. postul. ext. de cle. exc. min. n. 10.

b ¶ Officium.] Nisi ex necessitate fortè baptizaret, quod est licitum cuilibet 30 q. 1. c. ad limina. & dis. 93. c. diaconus etiam hæreticus, c. à quodam de conse dist. 4 dummodo in forma Ecclesiæ 24 qu. 1 c. si quem & de sum. Trin. & fid. cathol. c. 1 § sacramentum, fac. c. si quis per ignorantiã 1 q. 1 & infra de sacramẽn § pen. & § fin.

ANT. TIM. Ex quo in sacro ordinis datur potestas ad aliq d spirituale, vt per habetur in Conc. Flor. sequitur quod ille qui non habet ordinem, non habet ordinem, nõ habeat officium, ac potestatem exercendi diuina.

c ¶ Abiiciendus.] Verbum hoc designat tria, secundum Host. videlicet excommunicationem, priuationem beneficii, & depositionem, vt per Abb. in c. primo de cler. excomm. minist.

Simulans dignitatem tenetur de falso.

d ¶ Ordinandus.] Adde quòd tenebitur etiã de falso: sicut simulans se habere dignitatem, & non abens l. eos ff de falsi. & per Abb. in c. 1 de eo qui fur. ord. susce Sed contra hoc quod hic dñ Facit quę fieri videmus quotidie vide licet quę simplex clericus dicit epistolam, & nõ est subdiaconus Sol. secũdũ Host. quod hæc quod hic dum hent locum, qñ in solemni apparatu non subdiaconus dicit Epistolã vel non diaconus Euangelium, vel non presbyter missam secus si non in solemni apparatu fac c. vt quisquis extr. de vit. & honestat.

e ¶ Dubitatum est.] Vt in cap. fin de presbyter. non baptiz.

f ¶ Iterum ordinetur.] Ex hoc apparet, quòd nullum ordinem recepit, & quod dicit iterum, ad factum refertur fac. c. 1 de presbytero non baptizato nam si primo ordinem susceperet non ordinaretur iterum. 1. quæst. 1. c. quòd quidam.

g ¶ Superædificari] 1. quæst. 1. cap. cum Paulus.

h ¶ Fundamentum.] Vt dist. 32 § verum. Sed quid si iste nollet de nouo ordinari? Respon. remanet laicus licèt non deberet matrimonium contrahere, licèt si contraheret, matrimonium esset validum vt per Abb. in c. 1 de presbyter non baptiz.

ANT. TIM. Ita etiam Mag. in 4 sent. dist. 2.

Illud CASVS Quidam Episcopus de facto renunciauit Episcopatui, hac tamen renunciatione non obstante, volebat nihilominus Ordines conferre, ea ratione motus, quia cum facta infecta reddi nequeant. l. in bello. § factæ ff de captiu. & postlim. putabat propterea adhuc retinere potestatem Solu. cum distinct. vt hic dicitur quia sine potestate non possunt ordines cõferri licet aut dictum illius. § sit verum tñ per oppositum factum pont quis aliquo iure priuari & ideo non tenet obiectio. No. inde arg. quod Ordo Episcopalis imprimat characterem, cum in Episcopo remaneat aliquid post renũciationem de Episcopatu factam No. 2 potestatem aliquid faciendi dari aliqñ habitu tantum, al qñ etiam actu c. 1 de Ordin ab Episcopo qui renunc. *Io. Eq.*

i ¶ Alijs] vt Abbatibus vt c. quoniam dis. 69 & cap. cum contingat de ætat & qualit.

ALOYSIVS RICCIVS Notauit ex isto § quod Abbas si sit Sacerdos & ius habeat deferendi mitram, potest conferre primam tonsuram, & ordines minores suis subditis regularibus tantum, vt certi iuris est ex Conc. Trid. sess. 23 c. 10 ad effectũ aũt prædictum is dicitur subditus regularis Abbatis ordinantis, q. est de regula eiusdem Abb. & professus.

Quia si ei subditus esset tantum in temporalibus puta si monasterium haberet iurisdictionem temporalem in aliquo loco, non posset ab ipso ordinari, nisi haberet dimissorias sui proprij Epis. & idem esset quo ad alios regulares ei non subditos respectu suorum prælato eorum, quorum similiter dimissorias habere deberent præhabita semper facultate & consensu ep illius loci in cuius diœcesi Ab. alienum subditum in prædict is casibus ordinare vellet: vt docuit Nouissimè Vgol. de offic & potest Episc. part. 2 fol. 26 In hoc aut allegat, declarationem sacræ congregationis.

Sed quia plerumque non constat de veritate huiusmodi declarationum Sacræ congreg. quæ quidem cum certe essent omni veneratione, atq; reuerentia omnibus habendæ; propterea in facti contingentia ei qui de ipsis authenticam, atq; certam fidem non haberet ne vllo modo à contr. sententia Rotę in his prop. term. determinare vt per Serap. p. 1 dis. 585 vbi n. Dñi cõcordit. tenerunt mẽtẽ Cõn. Trid. fuisse adimere Ab. reg. facult. conferend. 1 tonſ. & ord. min. perſ. sæcul. ét vt habent. litteras dimissorias à suis ordinariis quæ sanè facultas

eis competat ante Concilium vt patet ex c. nullus Episcopus de temp. ordin. eamque restrinxit ad suos subditos autem regulares: Conc. l. n. per illa verba, non liceat in posterum, venit addendo, & immutando respectiuè, dispositionem, prædicti Iuris eōis: videretur ergo superflua hæc prohibitio Concil. respectū non subditorum, nisi intelligeremus eam ēt in casu, in quo ordinandi haberent literas dimissorias, & absurdum esse dicere quod licentia inferioris tolleret inhabilitatem proueniente ex præfata lege Conciliarij superioris vt optimè deducitur ibi per Dominos.

a ¶ Possit.] Sed quando id poterit, cum careat obiectis, & subiectis? Resp. ad inuitationem & requisitionem alterius.

b § Executionem.] Episcop. est ordo. Characterem aūt imprimit, quod satis innuit hæc litera. Et sedem hoc aperte probatur, quod Episcopatus est ordo, & imprimit characterem: alias vt quid positiuum innotum tolleretur renunciatione: not. Abb. per illū text. in c. vni. de or. ab Episc. qui renun. Episcopatui. Et de hoc notaui sup. de iur. pers. Est ergo suspensus qui à suspenso recipit ordines 1. q. 1. c. statuimus. & resignatio non abstulit sibi ordinem; sed executionem.

c ¶ Crassa.] Vt oīa quod publicè notum est, latè, ff de verb. sign. Si tamen clericus aliquādiu fuisset extra prouinciam, adhuc posset dici quod non esset sua ignorantia crassa: licet fuisset res publicè in loco no. arg. l. optimā. C. de contra. & com. stip. & c. ex tenore. de test. & c. cum in tua, qui mat. accus. pos.

d ¶ Ignorantiam.] Sim. de ele. excom. c. pen. & c. 1. & fi. de or. ab Episcopo qui renunc. Episcopatui.

e ¶ Dispensare.] Immò non vim necessaria dispensatio cum probabilis facti ignorantia ex toto quem excuset. l. error. & l. ignorantia, ff. de iu. & fact. ign. Resp. licèt probabilis sit ignorantia: est nihilominus necessaria dispensatio; quia cum talis ordinatur, non habet executionem sui officii; cum aliis conferre non potuit, 1. q. 1 c. statuimus, & 1. q. 7. c. Diabertum, & tur. Vnde de eo quæsitum est, qui Episcopatui renunciasset, an, & quales ordines conferre posset? In qua specie obtinuit distinctio, vt si quidem loco tantum quis renunciasset, eos quos ante renunciationem poterat, rogatus conferre possit. [a] Quod si non solùm loco, verùm etiam dignitati renunciauit, minores tantum quis ab eo recipere, & in illis deseruire, & ad maiores, si reperiatur idoneus, poterit promoueri.

Ab eo qui renunciauit loco, & ordini Episcopali, sacri ordines non sunt recipiendi. h. d.

Sanè si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, officij non habebit executionem [b] vbi autem non scienter (nisi crassa [c] & supina fuerit ignorantia) [d] discretus Pontifex dispensare [e] poterit.

QVI PROMOVERI NON POSSVNT.

TIT. XXV.

Nō possūt promoueri { Ex subiectione. { Ex delicto patrato. / Suspicione futura. / Corporis læsione.

Ponit quatuor causas, siue respectus; ob quos prohibentur homines ordinari. h. d.

QVoniam verò precaueri [f] debet, quod vel infirmari, vel vituperari, potest: sciendum est, quosdam esse, qui non sunt ad Ecclesiasticos ordines admittendi, quod fieri contingit quatuor ex causis. [g] Aut. not. quis promoueri impeditur rōne subiectionis, aut ratione delicti iam patrati, aut suspicione futuri lapsus, aut ob corporis læsionem.

l. traditio, ff. de acquir. re. dom. & pro non dato dent haberi quod ab illo datur, qui de iure dare non pōt. vt de iur. patr. c. quod autem, in fi. alii aliter; vt not. in c. 1. de or. ab Episc. qui ren. Episc.

QVI PROMOVERI non possunt.

CVm inter cōia ipsorum Ordinum quædam secundo loco reperiantur ex parte Ordinandorum, tō post præcedentē tit. sequitur iste; qui diuid. in duas partes, in prima habetur, quas ob causas quis in cōi sit remouendus ab Ordine, in secunda causæ istæ explicantur, secunda ibi, ratiene subiectionis.

QVoniam verò. *Io. Bap.* CASVS. Hic non figuratur. no. tamen eam istius d. quia tale impedimentum aut oritur ab extrinseco, & hinc datur subiectio, aut ab animo, & si aut ob commissum delictū, aut ob contractam suspicionem de delicto, aut a corpore, & vocat vitiū corporis.

f ¶ Præcaueri dēt. Not. futura esse præcauenda. 23 d. c. in nomine Domini, & dist. 63. c. cum Hadr. & 1 q. 7 c. conuenientibus circa prin. & not. in c. 1. de fer. non ord. vnde sumitur.

g ¶ Causis.) Not. verbum causæ & rationis promiscuè sumi. Cic. in epist. fam. lib. 15. ad Caton. cū aūt ad Cybistra, pp. rōnem belli quinque dies essem moratus. sa. l. eas obligationes, ff. de ca. dimit. Quidam tamen inter hæc differētias ponunt. vt per Io. Mona. in c. fi. de iur. calum.

Rōne subiectionis, hæc pars subdiuiditur in 4. p. in 1. habetur declarat. 1 impedimenti in 2 declaratur secundum, in 3. explicatur 3 tertium, in 4 demonstrat quartum 2. ibi, patrati 3 ibi, sed & fi. 4 ibi cauenda sunt, quo ad primum pōt. casus in cōi ita figurari. Quidam non hās literas dimissorias pprij Episc. vel fortasse erat seruus, seu libertinus, seu monachus cupiebat nihileminus ordinari, vnum quæsitū fuit quid iuris? & cum secundum Apost. relatum in c. 1. de coniug. seru. in Christo neq; seruus neq; liber reperitur, ppea q̄is subiectio non videbant posse impedire; Sol. vt in hac parte leg. siquidē Sacram. Ordin. nemini *Io. Bap.*

est conferendum cum alterius damno vel iniuria, non obstat obiectio quia intelligitur respũ salutis æternæ, & vt euitari posset peccatũ, no. inde quanta, & qualis sit libertas cler. quod nulli laico; cum eo sint superiores dẽt esse subiecti: no. 2. casum in quo quis põt. ordinari adiecta conditione. ca. nullus, c. eo. de seru. non ordin.

Io. Bap.

a ¶ Serui.] Intellige de Christianis; nam de aliis nulla est dubitõ, cum careant baptismate, vt sup. tit. prox. §. de eo. de iur. n. ẽt. fideles iusto bello capti capientiũ fiũt serui; vt p Inn. in c. sicut de iur. licet consuetudo seruet contrarium; vt p Ab. in c. 1 de conu. insid. fac. tit. de cõiu. ser. p totũ.

ANT. TIM. Ita habetur in canon. Apost. determinatum c. 81. & in Conc. Tolet 9. can. 11, Lege D. Bon. in 4. sen. d. 25. a. 2 q. 4

De qua origine curandũ

b ¶ Insignire.] Sed virũ, quod non sit curãdum de origine vel nobilitate c. venerabilis de præb. & c. ad decorẽ de inst. Sol. de orig. alia non seruili non curatur; sed de seruili benè curatur, vt hic & c. 1 de seru. non ord. & c. consuluit eo. tit. & c. 1. de fil. presbyt. Simile est quia de nobilitate sanguinis non curatur; sed bene de nobilitate conuersationis c. cum deputati de iud. & de cler. peregr. per totum vt p Abb. in d. c. 1.

ANT. TIM. Fit autẽ vt non ordin. seruus ob vtilitatem & dignitatẽ, cleric. ordin. ita Leo Papa in c. admittuntur. d. 54.

Seruus & libertus non possunt ordinari. h. d.

Rõne subiectionis promoueri impediũtur serui,[a] eos. n. nisi à dominis libertatem consequuti fuerint, nullo debet ord. episc. insignire,[b] liber. n. esse debet, qui diuinæ aggregandus est militiæ. [c] Qua propter non solũ serui: sed nec qui retento obsequio[d] manumissi sunt, cum adhuc seruitutem quandam seruire videantur, sunt ad clericatus ordinem promouendi, quòd si contra factum fuerit, tam ordinantis quam eius, qui sacro præcinctus est cingulo, canonicis pœnis[e] coercenda est audacia.

Ordinatus sciente domino, fit ingenuus. h. d.

Si tamen seruus sciente[f] domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit, & ingenuus.[g]

Manumissus ab Eccles. vt idem seruiat in diuinis non potest se transferre ad aliã Eccles. secus si simpliciter fuerit manumissus. h. d.

Quod si quis Ecclesiæ seruili conditione obnoxius ab eadem manumittatur, vt insignitus ordine clericali, in ea perpetuò seruiat[h] in diuinis, liber factus, & ordinatus ad aliã se transferre non poterit: sed si absolutè[i] manumissus fuerit ad aliam transeundi non erit licentia deneganda.

Monachi non ordin. nisi de licentia Ab. h. d.

Et primo vt in text. nostro ex defectu libertatis prohibetur, seruus ordin. quamdiu seruus est; sufficit tamen qualiscunque licentia Domini, vt toto titulo de seruis non ordin. & hoc ob decentiã Ordinis, quia seruilis conditio vilis est & abiecta & ordo cleric. sublimis est & maximam continet dignitatem, vt sæpe superius replicatum est, & dicetur infra ca. 20 estque satis, vt Dominus sciat ordin. serui, quis censetur illi dare libertatem, vt seruitio Dei adscribatur, & liberetur à Dominio & seruitio eiusdem Domini, vt docent omnes & habetur in cap. si seruus sciente 54. dist. si vero nesciente Domino ordinetur ad ordines minores tunc redigitur in pristinam seruitutem. cap. 2. de seruis non ordinand. Si subdiaconus vel Diaconus sit ordinatus, vel etiam sacerdos, & id euenerit sciente Episcopo, vel præsentatoribus, & tunc Episcopus, vel præsentatores tenentur Domino restituere pretium serui, vel ipsemet, ordinatus tenetur substituere aliũ seruum loco sui, vel dare pretium suæ redemptionis quando nec episcopus nec præsentatores id scierint cap. si seruus absente 54. dist. post Nauar. & alios Regin. dict. tract. 2. nu. 63 qui subdit ex text. in c. frequẽs eod. d. 54. quod si neutrum posset fieri tenetur seruus Domino seruire in his obsequiis, quæ ordinem, quem est consequutus deceant, & non in aliis quod est per se notum, de qua materia plura post alios tradit Suar. in tract. de censur. disp. 5 sect. 4. Sayr. lib. 6 de censur. c. 14 qui alios cumulat.

ANT. TIM. Et infra annum à scientia domini sui potest reuocari secundũ Raym. & postquam reuocatus fuerit non potest amplius dominus inijcere manus in eum sine excommunicatione secundũ Innoc.

Manumittens retinet operas spirituales.

c ¶ Militiæ,] Sic c. nullus. d. 54 fac. illud Euan. non potest is duobus dominis seruire.

d ¶ Obsequio.] Vt c. non or. Sol. operas spirituales potest dominus in seruo ad ordin. manumissio retinere, vt ibi: sed non temporales, vt hic: dum tamen dictas spirituales operas retineat in continenti post manumissionem: vt per Abb. in d. c. nullus.

e ¶ Pœnis.] Vt in c. rebus & ca. ex antiquis & cap. si seruus, & per totum, dist. 54.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro choronide, animaduertendũ est, quod ex variis causis prohibetur quis ordin.

f ¶ Sciente.] Arg. de taciturnitate, quod præiudicet. fac. c. 2 de his, quæ fi. à prælat. & 25 d. c. diaconus, vbi no. & dist. 28 c. diaconi.

Libertas quomodo erit ingenuus? res spiritualis.

g ¶ Ingenuus.] Sed cum ingenuus is sit qui liber nascitur, inst. de inge. in pr expone ingenuus, idem, plenè liber, adeo vt dominus nullum sibi obsequium deberi possit prætendere: vt not. Abb. in c. 1. ext. de ser. non or. Quid si ingenuus factus operas pactas detrectet præstare? Resp. vt in c. nullus de ser. non or.

h ¶ Seruiat.) Sed immò non videtur posse tradi libertas sub conditione, vt quis Ecclesiæ seruiat, vel ordinem suscipiat, nec temporalis potest pro spirituali tradi. 1 q. 2 c. quàm pio, & c. 1 de serui. non ordinan. & c. fi. de pact. Quidam quòd hic est modus, non conditio: quod satis designat dictio, Vt, ad not. per Bart. in l. quib. dieb. § Termilius, ff. de cond. & demon. Vel aliter, spiritualis res est libertas: & ideo potest venire in commutatione cum alio spirituali. Vel aliter, quod hic ponitur, potius sonat in monitionem, quàm in modum, vel conditionem, c. significasti de elect. vel die vt not. per gl. & Abb. in cap. eod. libentius, vbi ponuntur, & aliæ solutiones.

Absolutè.

i ¶ Absolutè.] Id est, absque vllo pacto, vt Ecclesiæ seruiat. Vel absolutè. Id est, simpliciter vt Ecclesiæ non addendo, quod perpetuò seruire debeat.

Monachi quoque, nisi de sui fuerunt Abbatis [a] voluntate propositi, ad Ecclesiastica non sunt officia promouendi.

Licentia concessa à superiore religioso, vt possit consentire prouisioni de se factæ, non valet. h. d.

Strictius [b] adhuc agitur cum religiosis non solùm circa ordines sed etiam circa electionem, vel prouisionem [c] quamlibet: si cui enim à superiore suo licentia concedatur, vt electioni, vel prouisioni, si quam [d] de ipso fieri contigerit, sum accommodare possit consensum, [e] quia ambitionis [f] vitio viam parat, talis licentia nullius [g] firmitatis [h] existet.

Non potest quis ab extraneo Episcopo ordinari, nisi de licentia sui ordinarij quam concedere poterit etiam Vicarius, & capitulum, si sedes, vacet, vel qui administrat. hoc dicit.

Pari ratione constitutum est, ne quis alienæ [i] diœcesis virum præter proprij superioris [k] licentiam ordinare audeat: quam

a ¶ Abbatis.] Et non solum Abbatis, sed etiam Monachorum requirenda videtur voluntas 19. q. 3. cap. statuimus: Hæc enim est quædam alienatio, vnde non potest fieri sine consensu omnium 12 q. 2. c. fine fac. cap. 1 & quod ibi not. & c. 2 dist. 1 c. 57 & 16 q. 1 c. si. quis monachus, & cap. eum pro vtilitate. Poterit autem talis monachus ordinari non solum à prælato, in cuius diœcesi constitutum est monasterium verum etiam eius diœcesis, in qua natus est, secundum Abb. in cap. postulasti de for. compet.

ANT. TIM. Vide Panor. in ca. quod Dei, de stat. monach. nam licet non possit sine licentia sui Abbatis promoueri: potest tamen ad hoc Abbas si noluerit compelli ob bonum publicum, secundum Doctor. vt dicit Ab. ibi numero 12.

b ¶ Strictius.] Id est strictè, vel strictius q. regulariter cum cæteris, præsertim secularibus clericis.

c ¶ Prouisionem.] Latum verbum & comprehendere potest nominationem, & postulationem, præsentationem, & collationem, & fac. quod not. de elect. in 6 cap. si compromissarius § idem.

Prouisio.

d ¶ Si quam.] Licet hoc videatur reprobare licentiam generalem, & meritò, quia forsan eligeretur ad locum, cui non expediret illum præfici, & forsan prælatus licentiam specialem daturus non esset ad illum: tamen idem videtur dicendum de speciali vel si exprimatur locus, puta, quòd consentire possit eligatur ad talem prælaturam, fortè vacantem, cum ibi fit eadem ambitionis ratio: vt not. in cle. fin. de ele. vnde sumitur.

e ¶ Consensum.] Potest tamen, & debet ex post facto intra tempus iudicis arbitrio moderandum quærere prælati sui licentiam, vt electioni possit suum consensum accommodare, alias amittet ius sibi ex huiusmodi electione quæsitum; vt in extrau. Benedicti 11. sub. titul. de ele. quæ incipit, si religiosus.

f ¶ Ambitionis.] Quæ sæpè religiosorum oculos execat: vt cap. quorundam de cle. in 6.

g ¶ Nullius.] Per hoc dicendum est quod etiam electioni prius factæ ipso religioso ignorante, consentire non posset, quasi super certo danda sit talis licentia fac. cap. 1 de concess. præb. in 6 in ver. subiunctum in fin. & not. in clem. fi. de elect.

h ¶ Firmitatis.] Si ergo ex tali licentia consentiret consensus non valeret, & priuatus esset omni iure sibi ex electione quæsito ca. si religiosus 1 resp. de ele. in 6. Videtur tamen quod talis licentia data clerico sæculari de consentiendo, & transeundo valeret: quia quo ad solum consensum non est necessaria. Propter vim enim professionis magis notatur ambitio in professo, & licèt actiua potestas eligendi non detur, ad beneficium non vacans, capit. constitutus de concess. præbend. passiua bene datur, cap. fi. de fil. præsbyt. c. 1 & cap. 2 in 6 & not. in clem. fin. de elect.

i ¶ Alienæ.] Quid si proprium quidam clericum ordinare velit, vel iudicare? sed tamen in aliena diœcesi? Resp. non potest id facere, nisi consensu diœcesani, & clericorum ipsorum: vt per Abb. in capit. ex tuarum, & in capit. quia nos de aut. & vsu pal.

Ad beneficium non vacans, nõ datur actiua potestas sed passiua.

ANT. TIM. Ita habetur in canon. Apostol. 36 & Antioch. Conc. canon. licèt cap. nullum Episcopum. 9 quæst. 2.

k ¶ Superioris.] Superior autem hoc casu dicitur Episcopus: vt in capit. cum nullus. de tem. ordin. in 6. excipitur tamen ab hac generalitate casus qui ponitur in d. cap. cum nullus, § fin. Datur tamen cautela ad recipiendum ordines ab Episcopo non suo sine proprij Episcopi licentia, videlicet vt quis beneficium obtineat prius ab alio Episcopo tunc enim cum ratione beneficij incipiat esse subditus conferentis, poterit ab eodem ordinari, de quo latè per Abb. in capit. cum iam dudum de præbend.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, § quod quis non possit ordinari absque literis ab alieno Episcopo. Vnde, si quis à non suo ordinario ordinatus fuerit, ad proprij Episcopi arbitrium suspensus est, tum per antiques canones, cap. 1. distinct. 11. iuncto capitul. salonitanæ distinct. 63. Tum per Concil. Trident. sess. 6. de reformat. capit. 5 & sess. 23 cap. 8 & eod. sed Palud. 4 distinct. 18. qu. 1 articul. 2. casu 9 vnum casum excipit scilicet si quis ordinetur ab alieno Episcopo sub ratihabitione putans suum prælatum ratumhabiturum.

Non auderem tamen hunc casum Paludani post Concil. Trident. admittere, vnde etiam si subsista ratihabitione esset ordinatus non tamen debere actum ordinis exercere quousque proprius eius Episcopus ratum haberet. In particulari autem Vltramontani ab Episcopis Italicis etiam minoribus sine Papæ vel proprij, vbi sunt orti, vel beneficiati licentia ordinati absque spe. dispensationis iure antiquo suspensi erant, vt habetur in capit. primo de tempor. ordin. in sexto & testatur S. Antonius tertio partic. tit. 28. de suspensione cap. quartò.

Immò Episcopus ordinans clericum alienum sine literis dimissoriis ordinarij à collatione ordinum

per annum suspensus est, & posteaquam suspensio fuerit manifesta poterunt subditi sui absque ipsius licentia à vicinis Episcopis ordines recipere cap. nullus, & cap. eos, de tempor. ord. lib. 6 Quæ sanè pœna iusta est vt sicut ipse alienos sine licentia ordinauit ex glo. ibi in verb. taliter. Idem statuitur in Conc. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 8.

Aduerte tamen quod d. c. eos, loquens de episcopo ordinante clericum alienum supponit eum esse clericum saltem tonsuratum, vnde si primam tantum tonsuram laico alterius diœcesis conferat non incurrit episcopus suspensionem à collatione ordinum, sed solum à collatione primæ tonsuræ argum. cap. nullus de temp. ordin. lib. 6 & quamuis Concilium, vbi supra explicet hoc de ordinante simpliciter, & non restringit se ad ordinantem clericum, vt propterea dubitari possit an saltem ex virtute decreti huius Episcopus conferens alieno primam tonsuram à collatione ordinum suspensus fuit, & consulenda sit congregatio Cardinalium, qui Concil. Trid. interpretando præficiuntur, nihilominus tamen valde mihi probabile est iuxta ea quæ diximus hunc non nisi à collatione primæ tonsuræ suspensum esse etiam si glo. in d. c. eos in verb. ordinare & in capital. nullus in verb. homini lib. 6 contrarium insinuet.

tamen Episcopo in remotis [a] agente, dare poterit ipsius in spiritualibus. Vicarius generalis: vel sede vacante, capitulum, [b] * seu is ad quem [c] tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere.

Itali Episcopi non debent ordinare Vltramontanum, nisi de licentia Papæ, vel sui ordinarij, h. d.

Et hoc quidem non solum obtinet Italis ordinaris flagitantibus, verum etiam exteris. Ecenim illos nullus Italicus Episcopus [d] ordinare debet: nisi vel à Summo Pontifice specialem habeat licẽtiam, vel ab Episcopo, de cuius diœcesi traxerit originem ordinandus, vel cuius diœcesi beneficiatus existit per eius patentes literas, [e] causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, vel nequeat ordinare, & ij qui contrauenerint censuris canonicis coercentur prout latius ex Clementis IV. constitutione [f] apparet.

Homicida voluntarius non potest promoueri, & promotus est deponendus, h. d.

Patrati delicti ratione quis ordinari prohibetur. Vel alius qui habeat potestatem conferendi ordines, vt sunt Abbates, iuxta not. in capitul. cum contingat de ætat. & qualit. & distinct. 69 capitul. quemadmodum videmus, & habetur in capitul. Abbates, in fin de priuil. Item interdum & presbyteri habent talem facultatem: vt not. in capitul. 1 de temp. ord. in 6 vnde sumitur. Sed quid contra, si episcopus Vltramontanus ordinare velit Italicum? Respondeo, vt no. in dict. cap. Item quid si Italicus episcopus, Iaicum Vltramontanum ordinet in clericum? Respondeo, vt not. in eodem cap. 1

a ¶ Remotio.] Erit autem arbitrium iudicis quis locus dicatur remotus: vt iam & post multorum opin. terminatur in cap. nullus, de temp. ordin. in 6.

b ¶ Capitulum) Quod sede vacante succedit & administrat. c. pen. & cap. fin. de supp. neg. prælat. lin 6 Hanc tamen licentiam non habit hodie capitulum, vel alius sede vacante administrator, nisi post lapsum anni à die obitus ipsius episcopi: nisi in casu: ita disponente Concil. Trid, sub Paulo III. sess. 7 ca. 10 Et intra annum contra tenorem dicti Concilii ordinati, si sint in minorib. nullo clericali beneficio gaudent: in maioribus vero ab executione ordinum ad beneplacitum futuri prælati sunt ipso iure suspensi.

* Capitulum.) Sede Vacante capitulum potest de iure communi indistincte ordinandi licentiam concedere, cap. cum nullus de temp. ordinat. in 6 iure autem concilij, quod hodie obtinet, non potest intra annum nisi tribus casibus. Primus est vbi quis ob beneficium, quod obtinet, cogeretur ordines suscipere puta quia curatum iuxta cap. licet canon. & cap. commissa, de elect. in 6. Secundus vbi collatio beneficij certum ordinem requirentis esset facienda clerico electo vel præsentato talem ordinem non habenti, concil. Trid. sess. 7 cap. 10 de reformat. Tertius vbi intra annum testimoniales literas de vita, moribus & idoneitate dare vellet. His etiam literas dare potest & debet vbi quis à Romano pontifice facultatem haberet ordines suscipiendi à quocumque Antistite: mores enim & probitas eius commendari debent ab ordinario non obstante priuilegio vel rescripto ei concesso, concil. Trident. sess. 23 cap. 8 SOLIER.

c ¶ Ad quem.] Puta visitaor cap. quem, distinct. 61 & capit. fin. de supp. negli. prælat. in 6 & in capite is cui de prebend.

d ¶ Italicus Episcopus] Vel alius qui habeat potestatem conferendi ordines, vt sunt Abbates, iuxta not. in capitul. cum contingat de ætat. & qualit. & distinct. 69 capitul. quemadmodum videmus, & habetur in capitul. Abbates, in fin de priuil. Item interdum & presbyteri habent talem facultatem: vt not. in capitul. 1 de temp. ord. in 6 vnde sumitur. Sed quid contra, si episcopus Vltramontanus ordinare velit Italicum? Respondeo, vt no. in dict. cap. Item quid si Italicus episcopus, Iaicum Vltramontanum ordinet in clericum? Respondeo, vt not. in eodem cap. 1

e ¶ Literas.) Nota duo. Primò casum, in quo scriptura requiritur de quo habes extr. de probat. capitul. 3 & not. in c. 1 decens. in 6. Secundò, quod non sufficit licentia nisi exprimatur causa simile, capitul. cum medicinalis de sententia excomu. in 6.

f ¶ Constitutione.] Vt in capitul. 1 de tempor. ord. in 6 vbi habetur quod circa ordinatos contra illam decretalem dispensari non potest, nisi per Papam, vel de speciali licentia Papæ. Adde tu quod nouissimè etiam cum licentia sui ordinarij non poterunt ordinari ab alio quam ab episcopo, qui residеat, aut abeo, qui pro eo Pontificialia exerceat, & diligenti præuio examine: vt in Concilio Tridentino sub Paulo III. in 7. sessione, capitul. 11.

Ia. Bap.

Patrati delicti. CASVS In tota hac parte ita figuratur. Quidam diuersa delicta commiserunt, & omnia quidem grauia, sed quædam consensu, quædam consilio, quædam data opera, quædam casu; & quædam necessitate, sed pœnitentia postea ducti, correxerunt se, & vita honesta viuebant, qua de re cum cuperent ordinari ad ord. sacr. fuit dubitatum an sint irregulares vt propterea nequeant ordinari: cum enim per pœnitentiam deleatur culpa, etiam pœna videtur deleri. l. ex hoc edicto, § fin. ff de alienat. iudic. cum macula præsuponat culpam, & ideò videtur id eis esse concedendum: cæterum Solut. est tenenda quæ hic habetur quia isti ob delictum contraxerunt talem maculam, vt inde reputentur viri criminosi, vel excellentia, & dignitas ordinis id requirit, licet aliàs non essent aliqua pœna digni & sic cessat obiectio, lex enim illa intelligitur de interesse particulari, quod propter pœnitea-

tiam dicitur cessasse, & ideò non obstat. Not. primo in delictis æquiparari actionem, & consensum, vnde dicimus agentes, & consentientes pari pœna puniri, cap.1 & ibi, Doct. de offic. delega. Not. 2 non posse aliquem regulariter puniri, nisi ille sit in aliqua culpa iuxta cap. 1 & ca. cum voluntate. de sentent. ex commun. Not. 3 diuersa delicta in nonnullis effectibus æquiparari inter se.

hibetur: vt cum homicidium, aut aliud capitale [a] crimen [b] facto aut præcepto [c] aut consilio [d] perpetrauerit: & per surreptionem promotus, deijciendus erit, dicente Domino. [e] *Si quis per industriam* [f] *aut per insidias hominem occiderit ab altari meo euelles* [g] *eum.*

Homicida necessarius non est irregularis, hoc dicit.

De eo itaque homicida intelligendum est, qui voluntate committit homicidium non proueniens excepto homicidio voluntario etiam occultissimo, dummodo talia delicta, non sint deducta in iudicium, ex Conc. Trid. sess. 24 de reformat. c. 6 sess. 4 c. 7 de reformat. & tradunt omnes illi qui post dictum Concil. scripsere Nauar. Maiol. Episc. Scal. Ledesm. & tandem Cord. in summ. quæst. 47 fol. 97 & 99.

Occultū autē in hac materia illud est de iure communi, quod oppositum notorio, & manifesto adeo quod delicta non notoria nec in iudicium deducta, etiā si sint nota multis possunt dici occulta, vt tradit Apert. Sylu. verb. Iex qu. 13 versic. 13 in fine, quem refert, & sequitur Maiolus lib. 5 cap. fin. num. 4 Nauar. in c. 27 num. 24 § 1 & Melius num. 250 § 10 & 11 vbi ait non sufficere, vt actus sit publicus, nisi sit notorius per maiorem partem vicinię, in qua saltem reperiuntur decem viri.

Secundò episcopi absolutè dispensare possunt in omnibus illis casibus, in quibus expresè dispensatio non est illis prohibita, vt probat glos. in cap. ac si clerici § de adulter. verb. dispensare de iudic. Hug. in cap. si quis presbyter 50 Nauar. cap. 25 numero 54 Maiol. lib. 5 cap. 57 num. 4.

Tertiò Episcopis conceditur dispensatio super quacunque irregularitate quo ad solos minores ordines obtinendos iuxta annotata per D. in capit. ad audientiam de homicid. excepto cum homicida voluntario etiam occulto per Concil. Trident. sess. 14 c. 5 de refor. Nam, & si cuiuslibet ordinis executio indebita propter suspensionem, vel excommunicationem inducat irregularitatem per solum Papam dispensandam, tamen si fuerit ex administratione indebita ordinum minorum ab episcopo dispensari posset notandum Spec. tit. de dispensat.

Quartò poterit episcopus dispensare in homicidio casuali, vt patet clarè in Conc. Trid. sess. 14 c. 7 & tradit optimè Nauar. c. 27 n. 240.

Quæritur quid si aliquis alium occidit non quidem simpliciter voluntariè, sed vim vi repellendo excedens moderamen inculpatæ tutelæ vel casu aliquo culpabili vtrum episcopus possit cum tali dispensare. Respond. quod, aut talis est laicus, vel clericus, si laicus est poterit cum tali dispensare ad minores ordines etiam num. beneficium simplex, si autem clericus est, & curatum habet poterit dispensare, vt retineat curatum cum fructibus, quo priuari poterat ita sensit Nauar. cap. 26 num. 240 facit etiam, quia homicidium voluntarium in iure non dicitur, nisi directè sit volitum, & de industria, vt ex ipsius voce, voluntarium, patet, & tradit Nauar. supr. ex Conc. Trident. sess. 14 c. 7 de reformat. Con. lib. 3 variar. c. 2 n. 7.

Quibus non obstantibus valdè probabilem, & in praxi tutam arbitrantur aliqui moderniores contrariā sententiam imò quod episcopus in dicto homicidio, & quacunque alio non simpliciter voluntario. Probatur. quia Concil. Trident. sess. 24 ca. 6 generaliter concedit episcopo omnem irregularitatem quæ procedit ex delicto dicens excepto homicidio voluntario, sed hæc ita se habent, ergo, probatur minor, quia qui casu occidit non ob aliud fit irregularis nisi propter culpam, si enim prorsus excusaretur à culpa esset merè casualenullam

---

a ¶ Capitale crimen.) Vt si chartam falset, aut falsum testimonium dicat, capitul. si episcopus distinct. 50 & capitul. in memoriam, distinct. 19 & 5 qu. 7 cap. presbyteri.

b ¶ Facto.] Vt miles. * Quod autem si neminem percussit an sola armorum gestione in bello irregularitas contrahatur? Respondeo affirmatiuè hoc enim ipso quod quis arma sumpsit & exercitum secutus est animo bellogerandi mansuetudinem illam in ordinibus requisitam amisisse vide Tenel. past. de benefi. lib. 3 tit. 32 n. 10.

c ¶ Præcepto.] Vt iudex. * Iudices assessores scribæ & satellites irregulares fiunt & reus ad mortem aut membri mutilationem damnatus fuerit sunt & pœnā passus sit c. si quis viduā dist. 50 cap. cleric. & cap. sententiam sanguinis ne clerici vel Monach. idem de accusatione etiam in Gallia si & ipse ad mortem aut mutilationem intendat quia sola intentio irregularem facit cap. prælatis de homicidio alias secus quia in Gallia partes priuatæ ciuiliter agunt pro reparatione iniuriæ damnis vt expensis. Testes autem sunt irregul. negat melch. past. de benef. lib. 3 cap. 32 n. 11 affirmant Hostiens. c. ad audientiam de homicidio n. 11 Toletus lib. 1 cap. 80.

d ¶ Consilio.] Vt assessor, & ita ex consilio punitur aliquis, contra illud, l. 2 in fi. & l. denique ff. mand. Idem intelligo, & multo magis de præcepto, vel de consilio, quod quis dedisset tanquām priuatus, per Not. in l. 1 C. de seru. fig. De accus. aut dic. vt infr. eo. § Idem, & de clericis, vt per Abb. in ca. accusasti de accus. De auxiliante, minor, vel nulla est dubitatio, per ea quam traduntur in c. 1 offic. deleg. & per Abb. in c. 1 de postulat. prælat.

Industrii in malit. partem.

e ¶ Domino.] Vt in Exodo c. 21 & in c. 1 de homicid. & de hac materia vide latissimè per Spec. in titul. de dispensationib. § iusta num. 39.

f ¶ Per industriam.] Not. quæ verbum industria sumitur quandoque in malam partem: & exponе per industriam, i. ex proposito. Sic dolus aliquando in bonam partem: puta si sit dolus contra hostes l. 1 ff de dolo ma.

g ¶ Euelles.] Licèt ista verba multiplicem habeant intellectum, vt per Abb. in capitul. 1 de homi. omnes tamen aliquo pacto ad hanc materiam adaptari possunt.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ea isto § quod homicida voluntarius non potest promoueri nec summus pontifex in irregularitate ab eo proueniente dispensare solet, episcopis autem de iure Concilij Tridentini omninò prohibetur, vt patet in sess. 24 Can. 6. de reformat. pro cuius materiæ intelligentia est notandum, Papam in omnibus irregularitatibus quomodolibet incursis posse dispensare sic Episcopus potest primò in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto pro-

incurreret irregularitatem; confirmatur primò quia Conc. Trid. supra tantum excipit homicidium voluntarium, exceptio autem firmat regulam ergo concedit circa reliqua homicidia ex culpa: confirmatur secundò in eo, qui casu occidit non est defectus perfectè leuitatis, neque dicatur crudelis, quia voluntarie nolebat occidere, vt tenet expressè Nauar. c. 27 num. 1. 4 § 7 n. 21 in fine.

Tertiò quod ante Concil. Trid. episcopus dispensabat cum homicida voluntario occulto, vt administraret in ordinibus susceptis etiã sacris, vt tenet Arch. Federic. Ant. & Ang. quos refert Sylu. verb. homicidium 3. q. 8 vers. quart. insinuat Pon. cum quib. transit Cou. supra num. 4 colum. 1 & 4 insinuatur nu. 5 ergo satis benè potest dici posse episcopum cum tali dispensare

Quæritur vtrum nunc stante Sacro Conc. sess. 14 c. 7 de reforma. sess. 24 c. 6 possit episcopus dispensare cum homicida omninò occulto imò occultissimo, vt sacris possit initiari ordinibus. Respond. primò ante Conc. Trid. diuersa erat doctorum sententia. Vincentius enim laud. & alij quos refert, & sequitur Ang. verb. homicidio 5 num. 1 à Castro. lib. 2 de lege pœnali, & alij quos refert Couar. in clem. si furiosus 2. p. § 3 num. 6 affirmant. & faciunt fortiter multa tradita à sum. confess. lib. 3 tit. 19 q. 4 contrariam sententiam tenent omnes alij doctores, vt ex d. Concil. probat Nauarr. capitul. 27 n. 192 § 7 & nu. 240 & dicit communem, & veriorem Cordub. in quæstionario q. 34 dub. 4.

Secundò respondetur tentari posse primam sententiam, sub sanctæ ecclesiæ correctione, practicari posse, si dicamus quod Concilium subtrahere voluit, exijs quæ episcopus antea habebat, sed tantum exprimere ne in hac noua concessione extendatur ad homicidium sibi non concessum, sed tene communem.

a ¶ Homicidium.] Quod & tunc dicetur admissum cum quis dat abortioni causam, capit. sicut 2 vbi Abba. de homici. & infr. de homicid. § pen.

Ex maxima necessitate potest clericus celebrãs alium interficere & celebrationẽ perficere.

b ¶ Maxima.] Quo casu etiam si esset in actu celebrandi liceret clerico seipsum defendere aggressorem interficere, & ad celebrandum redire, si non posset se aliter defendere, secundũ Ioan. de Ligna. quem sequitur Abb. in c. 2 de vit. & honest. cleric. & not. quod debet esse maxima hæc necessitas: vt excusaret Concor. c. de his, & § quod vero d. 50 & clem. vni. in fin. de homicid.

c ¶ Effugere.] Tenetur enim potius fugere, quam seipsum defendere, vt per Abb. & alios in capit. suscepimus, de hom. Sed quomodo probabitur, hæc inculpabilis necessitas? Respondeo in foro contentioso non crederetur occidenti; sed per circumstantias occurrentes esset hoc iudicandum, in foro autem pœnitentiario crederetur hoc asserenti, cap. significasti, 2. de homic. tua, de sponsal. not. in clem. vnic. de homic. Quomodo autem fiat defensio tutelæ inculpatæ, habetur, per Abb. in c. olim de restit. spoliat.

d ¶ Incurrunt.] Vt clement. vnic. de homicid. Sed contra d. 50 § quod verè, & cap. de his vbi talis homicida purgatur per pœnitentiam. Solut. illud de iure antiquo, hoc nouo, vel illa pœnitentia iniungitur ad cautelam. Vt ibi de clerico homicida, hic de laico. Prima videtur verior, vt not. in dicta clement.

ANT. TIM. Est autem Irregularitas secundum specul. nota, seu impedimentum canonicum, ex facto, seu de facto proueniens, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur, arg. c. fin. de temp. ordi. incurritur vero tribus modis in genere, vel ex delicto, vel ex defectu corporis, vel ex defectu Sacramenti. DD. in c. nisi cum de renunciat. Quod autem incurritur per homicidium, etiam si sit sine peccato, vide S. Thom. 2. 2. q. 67 art. 7 ad 3.

Occasio.

e ¶ Occasione.] Occasio quandoque sumitur in malam partem, s. pro excusatione friuola, c. solitæ, de maior & obed quandoque in bonam, vt in cap. 1 vt eccles. benef. dim. conf. vbi Abb. hoc est pro causa impulsiua, de quo per Doct. in d. cap. solitæ, & per Moder. in rubrica C. qui admitti ad bonor. possess.

ANT. TIM. Quando quis incurrat reatum homicidij, & propter id fiat irregularis, & quemadmodum euitet, nota tres regulas, quæ colliguntur ex S. Thom. 2. 2. q. 64 art. 8. Prima dans operam rei licitæ, & adhibens diligentiam, quam debet, & non excedens: & non habens voluntatem occidendi, vel mutilandi, vnde tunc fit irregularis. Secunda dans operam rei licitæ, & non adhibens diligentiam, quam debet, & existens in culpa etiam leui: non autem leuissima incurrit. Tertia dans operam rei illicitæ quamcumque adhibeat diligentiam si homicidium: committit, semper irregularitatem incurrit

Clericis non licitum ludere.

f ¶ Ludo.] Argu. pro & contra. An clericis sit licitum ludere, fac. ad hoc c. continebatur cap. de cetero, & ca. dilectas, & cap. exhibita, de homicid.

g ¶ Contra infideles.] Quod pariter est illicitum clericis, de quib. est intelligndum quod hic dicitur, c. pe. vbi Do. de homi. & per Abb. & alios in cap. quid in dubijs de pœn. & in cap. sententiam, ne cler. vel monac. vbi quid si hortatus est alios ad bellum; quid si præparauit arma? quid si fiat capitaneus? Et ratione personæ etiam chirurgica dicetur illicita: cum clericus non debeat illam exercere, capit. tua vbi Abb. tam in princ. quàm in § 1 de homic.

Clericis licitum lucrare.

h ¶ Volens.] Secus si coactus, vt sup. eod. § proxim. & cl. 1 de hom. & per Abb. in c. quod in dubijs, de pœn.

i ¶ Ad superiores.] C. lator de homi. contra Soluc. vt not. in cap. continebatur, eod. tit.

k ¶ Ex dispensatione.] Sed vtrum circa hoc ordinarius

rius dispenset iure suo? Respondeo circa sacros ordines non, Sed tamquam Papæ commissarius, qui potest promouere ad maiores ordines dispensatiuè, vt in c. continebatur, de homic. sed circa minores ordines ordinarius dispensat proprio iure. Ita not. in d. c. continebatur, & c. ad audientiam, & per Ab. in c. presbyterum, eod. titul.

Io. Bap. Sed & si. CASVS. in hac quoque parte ita potest in communi figurari. Quidam fideles desiderabant ad ordines promoueri, licèt autem nullum commisissent delictum, tamen istorum vnus erat baptizatus in ægritudine, alius erat illegitimè natus alius bigamus, & alius habuit alias concubinam, & postea correctus vnde fuit quæsitum, an ob istas qualitates, & causas sint ordine priuandi, & cum præsupponatur non esse viros criminosos, non debebant ordine aliquo priuari, quia ex sanctitate vitæ præsentis præsumitur bonitas in futurum argumento cap. penult. de præsump. Sol tamen vt in hac parte legitur, quia suspicio habetur aliquando à modo viuendi, & aliquando à natura actus, & propterea inde cognoscimus veritatem decisionis, & obiectionem aliquid non concludere Nota suspicionem delicti operari aliquando eundem effectum qui oritur à delicto Not. 2 suspicionem à diuersis causis, & aliquando etiam bonis propter circumstant. aliq oriri.

Sidans operam rei licitæ ex negligentia, homicidium comisit, irregularitatem incurrit. hoc dicit.

Sed & si licitæ rei opera dabatur: nec tamen debitam quis operi suo adhibuit diligentiam,[a] ex quo homicidium sequutum est, ab omni ministerio altari excludendus erit, quod in eo responsum est, qui puerum intuitu disciplinæ ita percussit, vt ex percussione expirauerit:[b] vel ex ea in aliam[c] infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit expirasse. Præceptoris[d] enim nimia sæuitia culpæ assignatur.

Mero casu committens homicidium non incurrit irregularitatem. h. d.

Diuersum statuitur, si nulla culpa subsit, vt in eo accidit[e] quo campanas pulsante, vt signo dato conueniret[f] populus ad diuina tintinabulum cadens, ita subiectum puerum percussit, vt ex vulnere decesserit, nam cum is culpæ penitus expers fuerit, nullam incurrisse noscitur irregularitatem[g] etiam si de homicidio veniam postulauerit[h] Bonarũ enim mentium[i] est ibi etiam culpam agnoscere, vbi culpa non est.

Infantes furiosi dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem. h. d.

Idem constit. est de infantibus,[k] furiosis,[l]

Diligentia defendit ab irregularitate.

a ¶ Diligentiam.] Ergo si medicus laicus, qui velit nunc clericali adhibuit ægrotantibus debitam diligentiam, licet ad manus suas aliqui mortui sint, nõ propterea efficitur irregularis. De quo per Abb. in capit. sententiam, ne cler. vel monac. & in capit. ad aures, de ætat. & qualit.

b ¶ Expirauerit.] Et ita excessit fines disciplinæ, vnde in culpa fuit. l. præceptoris ff ad leg. Aquil. leuis enim tantum castigatio permissa est docenti, l. sed & si § fi. eum l. seq. ff cod. tit. 23 q. 5 c. 1 circa si & de sent. excomm. cap. cum voluntate. Arg. contra cap. si quis non iratus. 52 q. 1 Sed ibi quantum ad gratiam innocens est non quantum ad legem promotionis: vt nota in c. presbyterum, de homicid. vnde sumitur.

c ¶ Aliam.] Arg. quod ita puniendus est qui causam causæ præstat, sicut & qui proximam causam. cap. de cætero de homi. arg. contra ff si quadr. paup. sed dica l. fin. Sol vt not. in c. presbyterum, de homic. Quid si percussus cõualuit: & postea recidiuauit? Resp. adhuc idem vt not. in d. cap. presbyterum.

d ¶ Præceptoris] lege præceptoria ff ad leg. Aquil.

e ¶ Accidit.] cap. dilectus cap. Ioannes, cap. ma § fi extr. de homic.

f ¶ Conueniret.] Secus forte si importunè per lasciuiam pulsaret: necnon pulsari debet, nisi pro certis negotiis & ad certos de quib. per Abb. in cap. 1 de offi. cust. ante fi. idem fortè si habuit campanam quis cum sibi nõ liceret campana, enim signum est loci publici, vel sacrati: licèt & in oratoriis priuatis haberi possit campanella: vt per Abb. in c. parentibus de priu. & per Bart in l. 2 C. decur. lib. 10.

g ¶ Irregularitatem] Absit enim, quod ea, quæ propter bonum faciemus nobis imputentur si præter voluntatẽ nostram alicui quidam mali contingat, 23 q. 5 c. de occidendis.

h ¶ Postulauerit.] Cap. venerabilem de electio contra. Sol. ibi. iudicialiter hic extra iudicium, secundũ Host & Abb. in c. exhibita de hoc vnum fumitur: Vel hic postul. fuit veni ad cautelã, vnum culpa non arguit c. solet de sententia, exc. in 6 Ab. post. Inn. in c. cum dilectus de or. cog. & per Doct. in c. veniens. de reg. Alii dicunt, quod in c. venerabilem, nõ probatur id ad quod allegatur: vt per Abb. in d. c. exhibita.

i ¶ Mentium.] cap. ad eius, in fi. d. 5 & 22 q. 2 c. cum humilitatis.

k ¶ Infantibus.] Id est minoribus septennio. l. fi infanti. C. de iur. deli. c. vni de despon imp. l. 6 Nam quidquid illa ætas videt, ignorat. l. 1 C. defalmo. nisi sit doli capax, q3 vix potest accidere, Ab. in c. 1 de delict, puerorum Inde est, quod ex talium sponsal. non contrahitur publica honestas, c. lit. de desp. impu.

l ¶ Furiosis.] Furiosus enim si vel continuo furore laboret siue per interualla, quàm diu fuerit, pati potest iniuriam: sed non facere vt ff de iniu. l. illud canonizata 15 q. 1 c. illud. Et quod per eum fit, habetur perinde ac si casu aliquo accidisset sine facto personæ: vt ff de admini tut. l. fin vnde si damnum dat non tenetur Aquilia sed est perinde, ac si quadrupes fecisset: vel tegula cecidisset: vt ff ad l. Aquil l. sed & si quæcumque § 2 & ibi dicitur, idem de infante. Et alibi dicitur quæ infans, vel furiosus si hominem occiderit lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocentia consilii, alterum fati infelicitas excusset. Satis ergo suo furore punitur. l. pen in fin ff de parti Et l. diuus 1 ff. de offic. præsid & afflicto non est addenda afflictio 7 quæst. 1 c. cum percus. & c. pen. de cle. ægr. & l. tam. dem. C. de Epis. audi si. ergo furiosus nõ test. l. furios. c. qui testa fac

& de dormientibus, [a] qui si hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

Clerici facientes querelam de suis malefactoribus, non fiunt irregulares, etiam si iudex mortem illis inferat. h. d.

Idem & de clericis, qui de iniurijs sibi illatis apud iudicem conqueruntur, protestãtes [b] quod ad vindictam seu sanguinis pœnam non intendunt. Nam si iudex, iustitia exigente, [c] mortem delinquentibus inferat, accusatoribus imputari non debet alioqui si propter huiusmodi metum, quia scilicet Iudex ad pœnam sanguinis posset procedere, sic conqueri [d] non auderent, daretur [e] plerisque materia trucidandi eos & ipsorum bona passim inuadendi.

Publicè pœnitentes non possunt promoueri. h. d.

Pœnitentes [f] quoque tam ad sacros ordines quàm etiam infirmos promoueri non debent vtique non de omni pœnitente intelligendum est sed de eo tantum quem publicè ac solemniter [g] pœnituit: quæ pœnitentia semel [h] tantùm in Ecclesia conceditur.

Publicè pœnitens potest ex necessitate fieri stiarius, vel lector h. d.

Placuit tamen Toletano Concilio si necessitas, aut vsus [i] exegerit inter ostiarios, vel lectores huiusmodi pœnitentes posse collocari. [k]

Qui exercuerunt officia sæcularia, si honesti sunt post reddita ratiocinia possunt ordinari. hoc dicit.

ALOYSIVS RICCIVS, Habetur in præsenti. § quod clerici facientes querelam de suis malefactoribus non fiunt irregulares etiam si iudex mortem illis inferat & etiam apertè definiuit Bonifacius Pap. VIII licitum esse clericis absque vlla irregularitate, apud iudicem sæcularem querelam proponere de malefactoribus suis, & debitam satisfactionem, & pœnam petere etiam in cã criminali, & cã sanguinis, id est, in criminibus dignis pœna mortis, dummodo id faciant hoc præmissa protestatione quod ad vindictam, seu pœnam sanguinis non intendat, id est, mortis seu mutilationis pœnam sed ad satisfactionem damni, & punitionem malefactorum. Hoc autem Ius Canonicum concessit clerici, vel in suis personis, vel in bonis suis impune à regularibus vexarentur. Hic autem protestatione præmissa irregularis non erit, etiam si iudex postea ad mortem vel ad mutilationem delinquentis procedat immo etiam si certò sciat iudicem mortem accusato illaturum, ex Felin Io. And & Panor. in capite postulasti, numero tertio de homicid summa confess. lib. secundo tit. 1 qu. 46 quod intellige quando clericus res suas præmissa protestatione apud iudicem sæcularẽ peteret solum quando non poterat alia via eas recuperare, vt rectè notat. Tabiena verb. irregularitas tertio § 8 Henriq. lib. 14 capit. 11. § quarto in annot. litera M. & si hæc limitatio vera esse possit quo ad peccatum quo ad irregularitatem tamen falsa est, satis enim est sic haberi in capite prælatis de homicidio libro sexto non esse irregularem si præmissa protestatione res suas petat quod vt diximus procedit siue alia via res suas habere possit, siue non siue dubitet, quod interficietur siue sciat.

a ¶ Dormientibus.] Sunt enim quidam qui dormientes, agunt, vt recensẽt Bar. de quodã in ciuitate Pisarum in l. vt vim, ff de instit. & iure, fac. c. maiores, § verum, de baptismo, & cle. 1 de homic. & l. 1 § furiosus, ff de acquir. possessio.

b ¶ Protestantes.) Nota quòd requiritur quòd expressè protesteturnec sufficit tacita protestatio ad idem cap nullus indẽnitatibus, de elect. in 6 Et cautè facier clericus si de hac protestatione faciet fieri publicum instrumentum, fac cap. ex diligenti in fidelissimo & quod not. in cap. cum in iure de offi. delegat & ca. 2 de homi. in 6 vnde sumitur. An autem & quomodo possit clericus postulare in causa criminali, vide per Abb. in cap. 1 de postul.

c ¶ Exigente) Vt est casus in cap. postulasti, de homicid. Idem si contra iustitiam iudex processisset, ad pœnam sanguinis, vt nota in c. 2 de homicid in 6.

d ¶ Sic conqueri.) Scilicet protestãtes expressè vt in hoc § in prima notula.

e ¶ Daretur.] Quod esse non debet. l. conuenire ff de pact. do. fac 23 q. 5 c. vtum solum.

f ¶ Pœnitentes.] Cõcor cap. ex pœnitentibus & capite canones cum pluribus simil. d. l. & distinctio 5 capite ex pœnitentibus, cum tribus sequ. & capite 1 extra. de big. Vtrum autem excommunicatus possit ordinari per Abb. in capite cum illorum de sententia excommunicat vbi & an religionem ingredi.

g ¶ Solemniter.] Vt in capitul. si quis post § primo & capitul. placuit. ante fin. distinctio sexaginta.

h ¶ Semel.) Cap. vir autem vbi Abbatem de sec. nupt.

i ¶ Vsus.] Id est, vtilitas, necessitas enim, & vtilitas inducunt dispensationem, prima quæstio sept. capite tali, & sup. de translat. in principio vel vsus, id est, consuetudo, sic argument quod attenditur circa ordinandos: vt notatur distinctio 12 capt. nos consuetudinem.

Circa ordinãdos attenditur consuetudo.

k ¶ Collocari.] Capite placuit primo distinctio quinquagesima.

ALOYSIVS RICCIVS In præsenti § dicit author, quod publicè pœnitens non potest promoueri ad sacros ordin. quia qui public. & solẽ. pœnit. ob delicta

egerunt irregulares sunt non solum, vt non promoueantur, sed etiam, vt deponantur cap. expœnitentibus, d. 39. Silu. in verb. irregularitas, quæst. 17. S. Anton. 3. p. tit. 29. & ratio cur tales promouendi non sunt, est, quia non sunt digni susc ipere vasa Sacramentorum, qui diu fuerunt vasa vitiorum cap. illud dist. 50. Non enim imponitur talis pœnitentia, nisi pro crimine vulgatissimo, & enormi quod totam Ciuitatem commouet 36 quæst. 6. cuius scandali ratione merito ab Ecclesiasticis hominibus repelluntur præter quam quod tales reprehendere non possunt alios delinquentes cum ipsi pro grauissimis peccatoribus communiter habeantur.

Immò ordinarius ordinans scienter pœnitentem publicum per Annum à celebratione suspensus est cap. nullus, dist. 55. Angelic. verb. suspens. 1. nu. 3. Tabien. in verb. suspensio, num. 7.

Artificium Negotiatio.

a ¶ Negotiis.] Secus si det operam artificio, quod licèt clerico Differt enim artificium à negotiatione: vt ponit Ant. de Butr. & Abb. in cap. fin. in fin. quadam additione, de vit. & honest. clerico.

ANT. TIM. Negotiatio dicitur quando res empta, non mutata materia, alteri venditur Artificium verò, quando quis emit materiam aliquam, & per artificium reducit in aliam formam.

Iis illi similes sunt qui negotiis, [a] & officijs sæcularibus [b] seruiunt: quorum tamen vita si post depositæ onera, [c] & reddita ratiocinia deprehensa fuerit inculpata, omnibus possunt muneribus honestari.

Vsurarius non potest ordinari, & ordinatus est deponendus. h. d.

Quòd si quis vsuras [d] * dum negociaretur, exercuisse compertus fuerit, non solum ordinandus non est, verùm etiam ordinatus deponendus. Mens enim auida, nec abstinere nouit vetitis, nec gaudere concessis.

Simoniaci, seditiosi, & iniuriarum vltores ordinari non possunt. h. d.

Idem statuendum est de eo, qui quasi dona Dei empturus pecuniam ad imitationem Simonis obtulerit: [e] idem, & de seditiosis, & his, qui propriarum iniuriarum pertinaces [f] fuerint vltores.

Fur occultus potest post restitutionem, & pœnitentiam ad sacros ordines promoueri. hoc dicit.

De fure [g] an ad sacros ordines promoueri possit, quæri potest, & si quidem sponte [h] furtum confessus, damnum passò [i] satisfecerit, vide multa apud Sanct. Thom. 2. 2. qu. 78 per tot. & Summistas in verbo vsura, & infra, lib. 4 tit. 6 de vsur. & Alexand. de Ales. part. 3. qu. 59 memb. 4 art. 1. 2. 3. & 4.

Pertinacia.

ANT. TIM. Quid sit simonia, vide infr. lib. 4 tit. de simonia, & S. Tho. 2. 2. qu. 100. art. 1. & Alex. de Ales. p. 2 q. 162. per totam.

Vltio adhibendo sine peccato.

f ¶ Pertinaces.] Nota quòd hoc verbum non ponitur in c. seditionarios, dist. 46. vnde sumitur: sed est omninò necessarium, vel saltem valde opportunum ex duobus. Primo, quia si quis aliquando vltus fuerit iniuriam, & pœnituerit, non est repellendus ab ordinatione. Vnde pertinax dicitur qui vult perstistere in suo errore, & non vult se corrigere, cap. qualiter, id est, vbi Abb. in pri. de accus. Secundò dantur casus, in quibus quis potest iniuriam vlcisci sine peccato: vt not. in c. & qui emend. dist. 45. & in cap. si quis ergo 2. q. 7 quibus casibus non poterit appellari pertinax, cum id facit lege permittente.

ANT. TIM. Is autem dicitur pertinax, qui in propria sententia perseuerat plus quã oportet, secundum Isid. lib. 6. Etymol. Est autem peccatum mortale, vel veniale ratione subiectæ materiæ circa quam versatur, id est, pro eius grauitate, vel leuitate. Vide S. Thom. 2. 2. q. 138. art. 2. Appell. aût Arist. in 7. Ethic. c. 10 pertinaces ixirogiomones, id est, fortis sententiæ, & idiogiomones, id est, propriæ sententiæ.

b ¶ Sæcularibus.] Quales sunt procuratores; actores, tutores pupillorum, de quibus plenè Abb. & Doct. in capitul. 1. de oblig. ad ratio redd.

c ¶ Post depositæ onera.] Item si ante, si parati sint dare idoneos fideiussores pro administratis, secundum Vin. Host. & Abb. in c. 1. de obligat. ad rat. ioci red. per l. rescripto § debitores, ff. de mun. & hon. & per l. quisquis emensis, C. de Epist. & cler. per quæ Iura dicitur Host. obligatum ex eam mutui, vel simili ab ordinando non repelli. Sed quid si debitor ex dissimili causa, puta, ex administratione vniuersali fuerit promotus? Resp. quod non patietur per hoc; sed bona eius labuntur creditoribus in solutum, quæ si non sufficiant, tenebitur Episcopus de suo, quia abstulit ordinato occasionem negotiandi, & lucrandi: vt plenè, not. in d. c. 1.

d ¶ Vsuras.] Cap. 1. c. de Petro, & cap. si quis, dist. 47.

* Vsuras.] Hoc non seruatur in Gallia modo vsura modum à Regia ordinatione præscript. non excedat. SOLIER.

ANT. TIM. Est enim peccatum capitale contra iustitiam & charitatem respiciens proximum, de quo

e ¶ Obtulerit.] Cap. maritum in fin dist. 31.

f ¶ Pertinaces.] Nota quòd hoc verbum non ponitur in c. seditionarios, dist. 46. vnde sumitur: sed est omninò necessarium, vel saltem valde opportunum ex duobus. Primo, quia si quis aliquando vltus fuerit iniuriam, & pœnituerit, non est repellendus ab ordinatione. Vnde pertinax dicitur qui vult perstistere in suo errore, & non vult se corrigere, cap. qualiter, id est, vbi Abb. in pri. de accus. Secundò dantur casus, in quibus quis potest iniuriam vlcisci sine peccato: vt not. in c. & qui emend. dist. 45. & in cap. si quis ergo 2. q. 7 quibus casibus non poterit appellari pertinax, cum id facit lege permittente.

ANT. TIM. Is autem dicitur pertinax, qui in propria sententia perseuerat plus quã oportet, secundum Isid. lib. 6. Etymol. Est autem peccatum mortale, vel veniale ratione subiectæ materiæ circa quam versatur, id est, pro eius grauitate, vel leuitate. Vide S. Thom. 2. 2. q. 138. art. 2. Appell. aût Arist. in 7. Ethic. c. 10 pertinaces ixirogiomones, id est, fortis sententiæ, & idiogiomones, id est, propriæ sententiæ.

g ¶ De fure.] Not. in hoc § quinque quæ requiruntur ad hoc vt fur promoueri possit Primum, quòd sponte confiteatur. Secundum, quod satisfaciat damnum passo. Tertium, quod egerit pœnitentiam. Quartum, quod sit aliàs idoneus. Quintum, vt non sit infamia adspersus. Idem or. per Abb. in c. fin. de furt. Quæ male seruata fuerunt in famulo cuidam meo fure, qui me spoliauit pecunia, & nunc est clericus ditior me.

h ¶ Sponte.] Mitius ergo agitur cum eo, qui est sponte confessus, quam coniuncto, c. presbyterum, d. 50 & 21. q. 1 c. non dicatis. Quod intellige nisi confiteantur timore futurarum probationum. Tunc enim non videtur sponte confessus. l. nouissimè, ff. quod fal. tuto. author, & Abb. in c. de hoc. de simo. & in c. at si cler. de iudic. Arg. contra quod non sit parcendum, si delictum sit ex malitia perpetratum, non ex lapsu & simplicitate, ex his quæ ponit Abb. in c. inter corporalia de translatio.

i ¶ Damnum passo.] Intellige ergo quod hic dicitur

de eo, qui rem alienam subripuisset rem propriam ab alio possessam, hic enim q̃ q̃ malè faciat, & pœnitere debeat, ad restitutionem tamen non tenetur cum nemini damnum inferat retinendo suum, vt per Abb. post Inn. & Ioan. And. in c. olim. de restit. spol. in fin.

a ¶ Satisfecerit.] Aliter enim pœnitere non potest, quomodo satisfacere possit. 14. q. 6 c. 1 & de homicid. cap. sicut, § eos, & de vsur. cap. cum tu.

b ¶ Infamia.] Scilicet facti, quæ grauat opi. l. 2 ff de obseq. à lib. præst. & à promotione repellit, cap. tantis, d. 81 & cap. laici, d. 33 c. omnipotens de accu.

c ¶ In ægritudine.] Hoc intellige de adultis, nam pueri etiam ab hæreticis baptizati promouentur, 1 quæst. 4. cap. placuit.

d ¶ Ex voluntate.] Scilicet libera, ne sit contra cap. maiores, § fin. de baptis. & eius effect. & de hoc dist. 67. per tot.

e ¶ Ex necessitate.] Scilicet præsumptiuè, quia præsumitur non verè pœnitens, qui est mortis causa pœnitens: & sic præsumitur peccata ei non esse dimissa: & sic in deteriorem partem, c. aliter 3. c. q. 5 Si tamen statim moreretur, præsumeret ecclesia ei peccata esse dimissa, cap. nullus de pœn. d. 7. Et sic nota, quòd ecclesia circa idē factum habet contrarias præsumptiones: sed diuerso respectu facit c. perlatum. de conf. d. 3. Sed cum hæc irregularitas proueniat à peccato, & cum baptismus tollat peccatum, quare non tollit in hoc talem irregularitatem? Resp. vt not. in c. si quis d. 57.

f ¶ Postea.] Persequens enim factum eliditur præsumptio præcedens: sic c. tunc valere de consec. d. 4 per bellicam fac c. 1 d. 57. vnde sumitur & l. diuus, ff de resti. in integ.

g ¶ Raritas.] Arg. quod propter hominum raritatem aliqua concedantur, quæ alias, non concederentur: vt in c. presbis, dist. 55 & c. 1 d. 57 & 1 q. 2 c. tali. *Raritas.*

h ¶ Rebaptizatis.] Concor. cap. confirmandum, de confe. dist. 4 c. qui bis. Erunt tamen semper in habitu clericali, c. dictū de conf. d. 3 & no. in d. c. confirmandū.

ALOYSIVS RICCIVS Statuit quod rebaptizati non sunt promouendi. Immò tam ingens est iniuria, quæ fit baptis. Sacram. quando iteratur, vt non solū scienter baptizat. sed etiā sciēter baptiz. peccant mortaliter, & vtrique irregulares efficiantur. c. 2 de apost. & c. afros, d. 98 & c. qui in qualibet 1 quæst. 7 & ratio cur Ecclesia irregularitatis pœnam huiusmodi viris imposuit secundum Richar. 4 dist. 6 art. 4 quæst. 2 est baptismi reuerentia, & detestatio iniuriantium Sacramentum. Imò iure ciuili, tam rebaptizanti, quam culpa sua rebaptizato pœna capitis puniuntur l. 2. C. ne Sanctum baptisma iteretur, & hæc quæ diximus ex communi omniū doctorum sententia certa, sed dubitatur an hæc irregularitas impediat solum ascensum ad ordines superiores, an etiam ordinum susceptorum vsum; Ratio difficultatis est, quia cum irregularitas simpliciter dicta vtrumque impedimentum includat, & DD. communiter dicant, ex hoc peccato incurri irregularitatem infinuare videntur exinde impediri, quod minus aut in susceptis ministrent, aut ordines denuo accipiāt. In hac re Suarez in 3. part. disp. 31. sent. affirmat solum impedire ascensum ad ordines superiores, & ratio est quia in cap. 2 de apost. solum prohibetur Acolytus ille ad ordines superiores ascendere pœnæ autem restringendæ sunt, & ad verba legis præcisè limitandæ, & quia Nauar. in Man. c. 27 num. 191 ait aliquas irregularitates impedire solum acceptionem ordinum, & non vsum susceptorum, ob quas rationes ait partem negatiuam sufficienter persuaderi. Alij tamen vt Ledesm. 1 4 q. 7 art. 9 dub. 2 & Maiol. lib. 7. de irregul. cap. 14. nu. 3. vers. eadem quoque irregularitas, docent nec susceptos ordines exercere nec alios denuo susc ipere posse sine dispensatione. quæ sententia mihi videtur probabilior, & communior, & ad hoc facit, cap. confirmandum cum ea glos. ibi in verb. rebaptizati d. 50. & c. dictum de consecrat. dist. 5 iuncta glos. ibi in verb. amplius vbi ait, tales licèt habeant vestem clericalem non tamen fore clericos, intellige quantum ad vsum ordinum: & hoc ipsum docet Hostiens. & Panor. in c. 2 de apost. nu. 2 & Angelica in verbo irregularitas, § 24 dum affirmant tales secundum canones si clerici sint deponendos esse si laici excommunicandos, quibus verbis procul dubio volunt non posse in susceptis ministrare, & c. qui bis & c. eos quos de consecrat. dist. 4 pœnitentia septem annorum, imò quibusdam per totam vitam imposita est & glos. in c. 2 de apost. in verb. non valebit expresse docet tales in susceptis ministrare non posse nisi post actum debitam pœnitentiam.

Quæ omnia satis clarè meo iudicio probant etiam vsum ordinum susceptorum illis prohiberi.

i ¶ Presbyterorum.] De hoc de fil. presbyter. per tot. & d. l. 6 per tot. & quod hic dicitur amplia etiam in diaconis, & subdiaconis, cum in his eadem sit ratio, quæ in presbyteris. s. odium paternum, & quia timentur in eis exempla paterni criminis 6. quæst. 1 capit.

fecerit, [a] & pœnitentiam peregerit, si alioqui idoneus fuerit, nec super furto manifesta respersus sit infamia, [b] ad sacros ordines proculdubio promoueri poterit.

Baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter. h. d.

Sed etsi nullum quis delictum perpetrasse deprehendatur, quod illum à sacris excludere valeat ministeriis, adhuc tamen vel de fide eius, vel continentia suspicio sit, promouendus non erit. Vt ecce, si quis in ægritudine [c] constitutus, baptizatus fuerit: quia fides eius non ex voluntate: [d] sed ex necessitate [e] videtur esse, presbyter ordinari non debet. Nisi fortè postea [f] ipsius studium, & fides emicuerit, aut hominum raritas [g] hoc exegerit.

Baptizati non sunt promouendi. h. d.

Scienter autem rebaptizatus, [h] vt ad clericatus gradum promoueantur, permittendum non erit.

Filij presbyterorum non possint ordinari, nisi fiant regulares: vel monachi, vel nisi sint nati ex legitimo matrimonio, vel sint valde morati. hoc dicit.

PRESBITERORVM [i] quoque filij

si quis cum, & 15. qu. vlt. cap. cum multæ, & dist. 24 cap. quando.

a ¶ Filij.] Sed numquid & nepotes? & idem videtur l. liberorum ff de verb. signif. & l. filium ff ad senatus consultum Maced. Tu dic contra, cum odia sint restringenda, capit. odia, de reiur. in 6 facit ff de rit. nupt. l. lege Iulia § 1.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti § quod filij presbyterorum non possunt promoueri; Vnde sciendum est huiusmodi præter irregularitates, quæ communes sũt omnibus illegitimis, adhuc alias pœnas ipsos incurrere in tanti criminis detestationem, Præterea dubium esse potest cum circa filios sacerdotum latinorum tum Græcorum, & possunt esse legitimi, vel illegitimi, latini enim legitimos habere possunt filios, ex matrimonio ante ordines sacros susceptos illegitimi verò erunt omnes generati ab existente in ordine sacro ex Maiol. lib. 1. de irreg. c. 6 n. 2. Viual. tract. de irreg. n. 116. Græcorum vero filij legitimi sunt etiam post ordines sacros susceptos ex vxore anteducta; & si in Ecclesia Romana Græcis non permittat, vt post ordinis sacri susceptionem matrimonium contrahant, matrimonij tamen ante contracti vsum illis etiam sacerdotib. permittit, possunt n. matrimonio ante ordinis sacri susceptionem contracto vti, filij eorum erunt legitimi, qui ex vxore anteducta post ordines sacros susceptos geniti sunt, vt tradit S. Tho. in addit. 3 part. quæst. 53. art. 9 quem sequuntur Sotus 4 dist. 38 quæst. 1 art. 1 & Maiol. lib. 1 cap. 4 num. 12. Illegitimi verò græcorum filij erunt tum qui ab Episcopo post adeptum episcopatum tum qui ex matrimonio contracto post ordinis sacri susceptionem, vel ex coitu fornicario procreantur. Non enim græcis permittit Ecclesia Romana, vt post ordinis sacri susceptionem vxores accipiant, vt expresè decretum est in sexta Synodo Constantinop. can. 12.

De illegitimis igitur filijs tum Græcorum tum Latinorum dicendum est huiusmodi non solum inhabiles esse, & irregulares, ad ordines sicut alij omnes illegitimi, immò odiosius excluduntur à quam reliqui, & cum maxima difficultate dispensatur cum eis, & cum maiori formula verborum Panor. in c. per venerabilem qui filij sint legitimi, sed etiam inhabiles sunt ad beneficia obtinenda, de quibus Clem. Pap. VII. in Bulla ab ipsa edita in anno 1533. nonis Iunij Pontificatus sui anno 7. quæ incipit ad canonũ conditionem.

Notabis etiam quod quemadmodum filij presbyterorum non possunt ordinari ita beneficia, quæ pater obtinuerat conferri non possunt, vt per Conc. Trident. sess. 25 c. 15 sed quæro an liceat beneficia illa quæ pater ante hanc constitutionem dimisit obtinere; Affirmat. & resolutum fuisse refert Farinac. decis. 81. sed quæritur an filius natus ex legitimo matrimonio potest obtinere beneficium partis resol. Eman. in sum. to. 1 c. 29 n. 4 vers. Io. primiero. Veg. p. 1 c. 30 casu 18. versiculo quarto. Quæritur, tertiò an prohibitio hæc procedat in filiis naturalibus procreatis ante clericatum. Affirmat dec. 29 Balb. Item quarto an procedat in legitimo religioso, Negat Sayr. decis. 4. de filij presbyt. Item quinto an habeat locum, in nepotib. legitimis filiorum ex filio illegitimo respectu beneficij *qui affirmat Roias*, & Maier, quos refert Garz. cap. 3 part. 11. nu. 22 Salzed. in practic. cap. 48. lit. A, Ledes. de Iustitia lib. 2. c. 34 nũ. 29. Item, quod pater clericus habens facultatem transferendi pensionem potest illam transferre in filium illegitimum resoluunt Gig. de pensionib. q. 56 nu. 5 Flam. de Resignat. lib. 6. quæst. 4 n. 21 & 22. Gonzal. ad regul. 8 Canc. gl. 5 § 5. n. 22 & 23 Garz. d. c. 3. nu. 34 Gratia. discept. Forens. c. 797 n. 2. Item Clerico non prohibitur obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater nunquam fuit intitulatus, licèt pro Cappellano inseruuerit in eadem Ecclesia resoluun. Garz. de benef. p. 7 c. 3 nu. 72. Gratian. discept. Forens. c. 397 num. 24 cum seqq.

[a] sacris ministeriis arcendi sunt, nisi aut monachi fiant, vel in congreg. canonica [b] regulariter viuentes religiosè [c] probati fuerint conuersari.

Legitimi, & valdè morati filij presbyterorum possunt promoueri. h. d.

Sed hoc de iis intelligere nos oportet, ad quos adulterio natos paterna flagitia hæreditaria successione descendunt, Vnde si vel Nec prohiberi obtinere canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat, refert de Graff. decis. 1 de filiis presbyt. Nec prohiberi succedere in cappellania, quæ fundari solet maximè in Hispania absque aliqua Episcopi, vel alterius superioris, authoritate. Vnde quam pluries Sacra Congregatio censuit, & decidit, prout refert Garz. locis supra citatis, primò Congregatio Concilij censuit Canonicum illegitimum, cuius pater alterius Canonicatus in eadem Ecclesia apprehendit licet in d. Ecclesia non ministrauerit, nec aliquid perceperit, ex fructib. ipsius Canonicatus comprehensum est in decreto Concil. Trident. sess. 25. capit. 15 illum verò cuius pater sola Romani Pontif. signatura sibi obtinuit conferre Canonicatum eiusdem Ecclesiæ, sed neque literas Apostolicas expediuit neque vnquam habuit possessionem, non comprehendi refert Garz. de benefic. p. 7 c. 3 nu. 55 secunda non dicitur habuisse ad hoc vt comprehendatur sub hoc capite ille qui fuit prouisus & literis non expeditis, & possessione non habita cessit altari Garz. dist. cap. 3. num. 56.

Tertia filius presbyteri illegitimus, non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minùs pacificè possedit refert Garz. d. capit. 3 num. 59

Quarta an illegitimus obtinere possit Ecclesiam filialem quando eius pater obtineret matricem, fuit dictum posse, quando obtinens filialem non teneretur ministrare in matrice, refert Garz. d. capit. 3 num. 66.

Quinta item fuit quæsitum an filius illegitimus per Concil. hoc capit. excludatur ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat Congregatio respondit excludi refert Garz. d. cap. 3. nu. 66.

Item censuit filios illegitimos clericorum non prohiberi à Concil. Trident. cum parentibus habitare refert Garz. vbi supra num. 741.

b Canonica.] Distinction. 56. capit. secundo & capit. primo, & capit. ad abolendam de filiis presbyterorum. Et hoc, quia religionis ingressus irregularitatem tollit. Quidam tamen contrarium asserunt, tenentes quod talis ingressus nihil aliud operatur. nisi quod cum talibus facilius dispensatur, vt notat. plenè, dist. 56 in princip.

c ¶ Religiosè.] Bene dicit, religioso: quia locus non sanctificat hominem, capit. non loca. dist. 40. & conuersati in monasteriis sæpè sunt deteriores aliis, cap. quamlibet, dist. 47.

Locus non sanctificat hominẽ.

ex legitimo nati sunt matrimonio, [a] vel morum honestas eos commendabiles fecerit, exemplis, & auctoritatibus non solùm sacerdores fieri possunt: [b] sed etiam summi sacerdotes. [c]

Bigamus, & qui vxorem duxit viduam, iectam, vel meretricem ordinari non possunt, h. d.

Item repellendi sunt bigamus, [d] & qui viduam, vel eiectam, meretricem, vel ancillam vxorem duxerit. Vidua [e] est cuius cognitæ maritus mortuus est. Vnde is, qui ab alio quidem ductam, sed minimè cognitam [f] duxit vxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri, cum neuter carnem suam diuiserit in plures. [g]

Iectæ olim maritus, & meretricis non potest ordinari, h. d.

a ¶ Matrimonio.) Habetur in capit. adhæc, de fil. presbyt.

b ¶ Fieri possunt.) non tamen propterea deseruire in eccle. paterna, ca. ad extirpandas, de fil. presb. & ca. inter cæteras, vbi Abb. & alij de rescrip.

c ¶ Summi sacerdotes.] Cap. Osius dist. 56.

d ¶ Bigamus.) Extra de bigam non ordi. per totum, & 33 distinct. per totam, & alias multis in locis. Est autem quadruplex ratio, ob quam bigami prohibentur ordinari, vt per Ab. in rubric. de bigam. non ordin.

ANT. TIM. Bigamia ita definit Pet. de Pal. in 4 sentent. dist. 27 quæst. 4 art. 1 est defectus, ex secundis nuptijs proueniens. Et S. Thom. in 4 distinct. 27. quæ. 3 art. 1 dicit quod bigamus sit irregularis, quia significatio sacramenti non manet integra. Vnde Apost. 1 ad Tim. 3 Vnius vxoris vir. & ad Tit. 1 vide Alex. de Ales. part. 4 qu. 24. memb. 5 art. 3 § 4.

e ¶ Vidua.) Sic capit. vidua dist. 24 aliquando, & quæ numquam virum habuit l. malum, § vidua, ff de verb. sign. Aliquando quæ habet maritum inutilem, vt no. in l. fin. C. ad l. Flaui. de plagiar. Ex communi tamen loquendi vsu vidua dicitur: cuius maritus est mortuus: & ita sumeretur in statutis: vt per Abb. in cap. ne pro defectu de elect. & in c. ex tenore, & in cap. sanè in fin. de foro comp. & per Doctor. in c. significantibus, de offic. deleg. vel si diuertit l. mulier. ff. de donat. inter vir. & vxor.

f ¶ Cognitam.] Fortè, quia maritus ante mortuus est, quàm illam duceret: vel religionem ingressus est, cap. verum, & c. ex publico de conuers. coniug. vel fortè frigiditate est separatum matrimonium, concor. cap. debitum in fin. de bigam. non ordin. & distinct. 34 capit. vidua. *Iectæ.*

g ¶ In plures.] Qui ergo duceret à se priùs corruptam non reputaretur, bigamus, cum eo casu non possit dici diuisisse carnem suam in plures, & ita tenet Abb. in c. debitum, ante fin. de bigam. non ordin. & in capit. 2 de cler. coniug.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti § quod bigamus, & qui vxorem duxit viduam eiectam meretricem ordinari non possunt, pro cuius intelligentia videbimus, primò, quod sit bigamia, secundò quare ob bigamiam quis ab ordinum susceptione repellitur, & ex quibus capitibus illa oriatur.

Quo ad primum Bigamia definitur, à nonnullis, quod nihil aliud est nisi defectus ex secundis nuptijs proueniens, sic Palud. 4 dist. 27 q. 4 art. 1 Gofred. in summa. tit. de bigam. Gabr. 4 distinct. 27 quæst. 3 art. 1 quæ definitio mihi non placet, quando quidem conuertibilis non est cum suo definito, cum multis alijs modis quam ex secundis nuptijs proueniat bigamia sicut ex sequentibus apparebit. Rectius ergo definitur ab Hostiens. in summa libro 1 titu. de bigamis non ordinatis numero 1 & Couar. in clemen. si furiosus part. 1 § 2 numero 1 de homicid. est irregularitas ex defectu sacramenti proueniens, argum. c. Acutius dist. 26.

Quo ad secundum multis causis quis per bigamiam ab ordinum susceptione repellitur. Primò quidem propter ordinis prerogatiuam sic gloss. in summ. distinct. 26. in verb. sequitur summo confessor. libro tertio, tit. 3 quæstio. 2 Vitual. tractat. de irregular. num. 20.

Secundò propter signum incontinentiæ, cum vxore mortua aliâ duxerit ex gloss. & Hostiens. vbi supra Ledes. 24 quæst. 26 art. 2 tract. de irregular. in princip. & Durand. 4. distinct. 27 quæstio. 4 numero 6 quia cum in Ecclesiæ ministris maxima spiritualitas apparere debeat, ex quo spiritualia ministrant, & docent, & in illis occupari debent spiritualitati aut maximè repugnat concupiscentia, per quam totus homo caro efficitur non debet aut decet vt aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis appareat, quod tamen appareret in bigamis, qui vna vxore contenti esse noluerunt quam etiam rationem affert Sotus 4. distinct. 27 quæst. 3 art. primo, conclusio 1.

Tertiò quia non potest esse viduitatis ac continentiæ adhortator qui coniugia ipsa frequentarit sic Glos. & Hostiens. & Ledesm. vbi supra.

Quarto propter defectum Sacramenti sic glos. & Hostiens. & Ledesm. citati, & Sanctus Thom. in additio. ad 3 quæst. 66 artic. 1 est enim inconueniens, vt qui ordinum susceptione minister Sacramentorum constituitur defectum aliquem Sacramenti in se patiatur. Quod autem talis Sacramenti defectum patiatur ex eo patet quia matrimonium à Christo Domino in lege Euangelica in Sacramentum institutum est Conc. Trident. sess. 24 de matrim. in princip. Ephes. 5 ratio autem sacramenti expostulat, vt sit significatiuum: Cum igitur matrimonium sacramentum sit significat vnionem Christi cum Ecclesia quæ Christi vnio cum se dupliciter habeat. vel cum anima tantum, per fidem, & charitatem, quæ significantur per matrimonium ratum & consummatum, vel cum Ecclesia per assumptionem carnis quæ significatur per matrimonium consummatum tunc certe matrimonium sacramentum erit, & simul perfectè significabit, quando non solum vnio erit per animarum consensum, sed etiam per copulam matrimonialem, & carnis commixtionem, vt eleganter Innoc. III. in cap. debitum de bigamis.

Ex quibus constat bigamos, ex defectu sacramenti ordinari sacris non posse, non quidem quasi eorum matrimonium sacramentum non sit, sed quia perfecta sacramenti significatione carent.

Qui enim Monogamus est significat Christum ita esse vnum vnius coniugij nisi vt nunquam alteram habuerit, qui autem bigamus est significat quidem Christum esse vnum vnius quo ad sacramentum sufficit, sed non significat ita esse vnius Ecclesiæ sponsum, vt non fuerit

alterius,& primo non perfectè significat vnionem Christi cum vna Ecclesia.

Quo ad tertium ex duobus præcipuè capitibus patet bigamiam oriri posse. Vnum est ex multiplicitate vxorum, quæ poligamia, seu vxorum pluralitas duobus adhuc modis intelligi pōt vel simul, vel successiuè,simul id est, vt idem vir simul habeat plures vxores, vnam de iure, alteram de facto sicut priscis illis Hebræis licuit vxorum pluralitas, ex diuina dispensatione, vt docet Innocent. III. in cap. gaudemus de diuortiis, quæ tamen in l. Euangelica prohibetur, immo contra tales tanquam suspectos de fide procedi potest, quasi male sentientes,de Sacramentis Ecclesiæ, vt tradit Sotus 4. distin. 23. quæst. 1. ar. 2 successiuè ita, vt mortua priore coniuge ducat secundam, & mortua secunda ducat tertiam, & ducet quæ nunc licita est iuxta illud 1. Corinth. 7 mulier si dormiret vir, cui vult, nubat tantum in Domino, & habetur in c. aperiant 31. q. 1.

Alterum est eo quod licèt vnica sit, non tamen sit virgo sed corrupta, ex quo duplici cap. irregularitas contrahitur, cum in vtraq; perfecta Sacramenti significatio desit quando quidem Christus vnicam tantum assumpsit Ecclesiam, ex omnibus gentibus collectam cap. acutius, dist. 26 & non solum vnam sed etiam immaculatam assumpsit Ephes. 5. Ex defectu igitur tum perfectæ huius significationis, tum ob alias causas meritò bigami ad sacros ordines tanquam irregulares accedere prohibentur.

Eiecta est, quæ, viuente marito, eiicitur, meretrix, [a] quæ multorū [b] libidini paret, & cuius turpitudo publicè venalis est [c] Quod non de ijs intelligendum est, qui tales adhuc vxores retinent (in ijs alia ratio [d] est, quia scilicet coniugati non possunt in sacris esse constituti: (sed de ijs, quorum vxores defunctæ sunt.

Bigamus est, quia duas duxit vxores, hoc dicit.

Est aūt bigamus, qui duas habuit vxores, siue baptizatus [e] ambas, siue etiam ante baptismum [f] alteram.

Qui secundas nuptias, vel cum vidua de facto contraxerit, reputatur bigamus, hoc dicit.

Si quis tamen laicus primam duxerit, [g] in sacris constitutus alteram, an sit inter bigamos reputandus hæsitatum est: Ex facto [h] autem responsum est, hunc quidem nec bigamum esse, nec maritum viduæ, [i] quia tamen quantum in ipso fuit, [k] secundas nuptias contraxit, & viduam duxit, tanquam [l] de bigamo fore constituendum. [m]

Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurrit irregularitatem bigamiæ, h. d.

Aliud iuris est de concubinis, quas si plures quis habuerit, irregularitatem bigamiæ non incurrit: [n] sed cum eo tanquam simpli-

infra de sacrament. § fin.

d ¶ Alia ratio.] Simile est quod habetur In§ affinitatis, iustit. de nupt. & concord. cap. 3. de bigam. non ordin. *Bigamus.*

c ¶ Baptizatus.] Dist. 32. qu. vlt. cap. fin.

f ¶ Ante baptismum.] Mirum tamen in proposito videri potest, quòd si quis ante baptismum homicidium commiserit, si sequatur baptismus, non remanet irregularis post homicidium baptizatus. Ab. in cap. presbyterum de homi. Sed dic quod bigamia contrahitur post baptismum, homicidium ante.

g ¶ Duxerit. (Et cognouerit, Abb. & Doct. in capitul. fin. de bigam. non ordinan.

h ¶ Ex facto.] Vt in c. nuper, & cap. fin. de bigam. non ordin.

i ¶ Viduæ.] Scilicet si ponamus illum viduam duxisse.

k ¶ In ipso fuit.] Nota ergo quod in delictis affectus punitur, & habetur pro facto, l. fi quis seruo. C. de fur. l. diuus, ff. ad l. cornel. de sicar. cap. fin. distinct. 46 capitul. 2 de sponsa. impub. in 6 l. fi quis non dicam rapere. C. de Ep. & Cler.

l ¶ Tanquam.] Similitudinariū est non veritatis expressiuum. Nota ergo paria esse, esse talem, & haberi pro tali, de quo per Bar. in l. si maritus, § 1 ff ad l. Iul. de adult. & per Abb. & alios ad cum in capitul. nuper in fin. extr. de bigam. non ordin.

m ¶ Constituendum.] Idem esset si ex alio impedimento non tenuisset matrimonium, propter affinitatem fortè, vel consanguinitatem, vt tenent Doctorem. in cap. nuper & cap. fin. de big. non ord. Et not. quòd pœna committitur ex actu nullo, vt hic & per Abb. in c. cum Apostolica de sponsal. facit c. per venerabilem, qui fil. sint legi & per Felin. in cap. ex tenore de rescrip. Sed contra videtur facere capitul. fanè ext. de cler. coniugat. Solu. vt per Abb. in d. capit. nuper post gloss. *Pœna committitur ex actu nullo.*

n ¶ Non incurrit.] Immo contra cap. nuper extr. de bigam. non ordi. Solu. ibi loquitur quando vtraque sollemniter fuit ducta, & sic peccatum fuit in sacramento, hic & in cap. fin. de big. non ordin. in eo cui non contraxit: sub specie matrimonii. Et sic nota vnum mirabile, quod plus videtur habere luxuria, quam castitas, contra text. in aut. de restit. & ea quæ parit & cap. de ratione, vide quæ ponuntur in cap. vt debitum, de big. non ordinat. Et not. quod clericus concubinarius posset absoluere concubinam propriam de peccato fornica- *Plus habet luxuria quã castitas*

a ¶ Meretrix.] Sic cap. vidua dist. 34. *Meretrix.*

b ¶ Multorum.] Sed quinam multi dicentur, in hac materia? Quidam quod duo. § fi. instit. de iur. personar. alii quæ 40 latores, de cle. excomm. vel interdict. min. Alii quod longè plures argu. cap. disciplina, dist. 45 Tu dic quod id relinquetur arbi. iudicis, cum lege non sit determinatum, l. 1. ff. de ind. delib. *Multi qui dicuntur.*

c ¶ Venalis est.] Nam si non quæstus gratia sui copiam faceret: sed amoris, vel libidinis, non esset propriè meretrix. cum non mercat, à quo actu meretrices sunt appellatæ, facit 32 q. 4 cap. meretrices: sed videtur hic de bono opere lapidari: est enim opus charitatis meretricem ducere, & peccatorum operatur remissionem: vt cap. inter opera de sponsa. vnde non debuit ob opus bonum fieri irregularis. Sol. quod hoc operatur excellentia sacramenti ordinis, quod appellatur dignitatis, 1 quæstio 1 capitul. remissionem. § sed notandum, &

tionis cum se ipso: licet honestius faceret si alteri committeret, vt per Hug. & Ant. de Butr. in cap. fin. de ordinat. ab Epis. qui renunc. episcopatui.

Fornicatio simplex Fornicatio duplex Triplex Fornicatio.

a ¶ Simpliciter.] Sed quæ est in proposito simplex fornicatio, & cur ita appellatur? Respond. simplicem fornicationē admittere dicuntur laici, & constituti in minoribus ordinibus. Et dicitur simplex. quia per eam non violatur votum, vel coniugium spirituale: in diacono vero, & subdiacono est duplex, secundum Abb. post Hostiens. in cap. quia circa extra de bigam. non ordinand.

b ¶ Dispensari.) Non solum ab Apostolico, verum etiam ab eius legato, ad quem dirigitur decretalis cap. quia circa extra de bigam. non ordin. immo. & ab inferioribus: vt not. ibi per Abbatem.

Cauenda sunt.] CASVS in ista parte ita figuratur. Quidam habebant diuersos corporis defectus, vel in manu, vel in facie, vel in alia corporis parte, animo autem cum essent perfecti, ita quod etiam suspicione carerent, volebant ordinari, vnde fuit dubitatum an posset, & cum leges & can. sint promulgati ad medendum animæ, & non corporis iuxta distinct. 4 in princip. & cap. 1 non videbatur id eis esse denegandum, cæterum Sal. prout hic habetur, quia hoc sacramentum est dignitatis iuxta not. in § notandum, 1 quæst. 1 & ideo maxima perfectio etiam corporis desideratur in promouendis. Ad obiectionem autem dicimus eam non obstare, cum aliud sit considerare legem in communi, & aliud in specie, siquidem in specie ius aliquando dat formam etiam rebus, § si sup. de eccles. constit. not. hæc impedimenta posse reduci ad deformitatem, & impotentiam iux. tot. tit. de corpo. vit. not. 2 non esse licitum se abscindere ob regnum Dei consequendum c. fi. quis abscideric dist. 55

Vitium.

c ¶ Vitia] Nota quod verbum vitium, refertur tam ad animum, quam ad corpus fac. l. 1 § sed sciendum cum sequ. & l. ob quæ vitia ff. de ædil. edic. Corporis autem vitium contingit alicui adesse quadrupliciter; videlicet ex defectu membri, ex inhabilitate, ex diminutione, ex augmento: vt per Abb. in c. fin. de corpor. vitia.

* Non valent] Defectum in corpore patientes sunt irregulares can. hinc etenim distin. 49. cap. non confidat. dist. 50 tot. tit. de corpore vitiat. quod intelligendum est si tale vitium indicat deformitatem & abominationem in ordinis exercitio vt de cæcis, claudis, nasum deformem, aut pedes fractos habentibus de Mancis, Lippis, Gibosis, albuginem in oculo habentibus aut iugi scabie laborantibus statuitur in d. cap. hinc etenim. De habentibus manum inutilem aut aridam, vel digitos abscisos habetur in cap. expositi de corp. viciat. & cap. a de cleric. ægrot. de tremulis & morbo antico laborantibus in c. communiter dist. 33. de leprosis in cap. Rectorib. de cler. ægrot. tamen Claudi sine dispensat. promoueri possunt ex consuetudin. dum sustinere se valeant, maximè in Gallia vbi plures sunt vt ait hostiensis in summa de corp. viciat. § fin. & post eum Rebuff. in praxi. tit. de dispensat. cum corpore viciatis vbi ait id de iure licere cap. si quis dist. 55 Item licitè promouentur, habens in oculo maculam quæ non inducit magnam deformitatem c. 2 de corp. vit. sectus in cunabulis cap. ex parte 3. eod. carens vngula pollicis cap. vlt. eod. vel directè l. qui dens ff. de ædilit. edict. vel parte linguæ modo non impediatur organ. vel loquela Anth. de Butrio in d. c. expositi. Item mutilatio membri non videtur expellere à minoribus de cap. expositi ibi cum pro tam enormi defectu ad sacros non possit ordines promoueri. SOLIER.

. ALOYSIVS RICCIVS Statuitur quod corpore viciatus non potest ordinari, pro cuius intelligentia, nota quod corpore viciati dicuntur illi, qui vel debilitati sunt, vel mutilati. Debilitatus autem dicitur ille, qui habet quidem omnia membra sed tantum aut vnum, aut plura inefficacia & inutilia habet, vt verbi gratia si quis habeat oculum cœcum, aut manum aridam, crus contractum, & similia mutilatus verò is est, qui aliquo corporis membro necessario ad vsum ordinum caret, vt verbi gratia manu, vel oculo, & Hostiens. in summa, lib. 1 titul. de corpore vitiat. § 1 summa confes. lib. 2. titul. 1. quæst. 42 summa Astensi. part. 2 lib. 6. tit. 2 quæst. 1

Quicumque igitur, vel caret aliquo membro corporis ad vsum ordinum necessario, vel, & si habeat illud membrum ad vsum tamen ordinum impedimentum, vel denique defectum aliquem corporis difformem habet qui in populo irreuerentiam horrorem, scandalum, vel offensionem. Si ignoret irregularis erit & quo ad ordines & quo ad beneficia, quo ad ordines quidem argum. capit. qui in aliquo distinct. 41 tum propter inhabilitatem ad officium exequendum, tum propter deformitatem aut scandalum tollendum, tum quia indignus est illud offerre Deo, quod homo dedignatur, vt ait Sanct. Hieron. in capit. 1. Malach. & refertur, capitul. fin. distinct. 49. ordinati enim in quadam dignitate præ aliis constituuntur, & ideo in eis ex quadam honestate requiritur non solum claritas morum, sed etiam integritas, & sanitas membrorum, vt idonei ad actus ordinum exequendos inueniantur, Quo ad beneficia vero quoniam beneficium datur propter officium clericale, capitul. vltim. de rescript. lib. 6 vnde fit vt quicumque ad ordines fuerunt inhabiles, etiam inhabiles erunt ad beneficia.

d ¶ Exiguam partem.] Fac. cap. 1 & fin. de corpor. vitia, & l. 1 versicul. proinde ff de ædil. edict.

e ¶ Digiti.] Qui cum non habeat officium in corpore per se distinctum, non debet membrum appellari, vel pro membro haberi, cap. singula distinct. 89 & per Abb. in capitul. 1 qui cler. vel vouent. & in capitul. clericis, ne cler. vel monach. & in cap. cum illorum de sentent. excomm. & in capitul. ergo de iureiur. & per Legist. in l. 2 ff. de publ. iud. & in l. non sunt liberi. ff. de stat. hominum, & in authent. sed nouo iure, C. de fer. fugi.

f ¶ Non erunt] Sed quis declarabit, an sit scandalum, vel non, ex vulnere manus, vel alia corporis debilitatione?

cites [a] fornicatus sit quo ad executionem sacerdotalis officij dispensari [b] poterit.

Corpore vitiatus ordinari non potest, hoc dicit.

Cauenda sunt autem ijs qui Ecclesiasticis mancipandi sunt officijs, non solum animi, verum etiam corporis vitia, [c] Vnde aliqua parte corporis, læsi ad sacerdotium ascendere non valent. *

Modica læsio non impedit ordinandum.

Hoc tamen tunc obtinet cum euidens: & notabilis est læsio. Cæterum si modica sit; vt puta quia exiguam partem [d] digiti, [e] vel vnguem nolentes amiserint: ita vt sine scandalo possint celebrare, à sacerdotio repellendi non erunt. [f]

bilitatione? Respond. secund. Innocent. Ioann. Andr. & Abb. in capitul. fi de corpor. viti. quod declarabit Episcopus.

a ¶ Vtilia.] Cap. ex parte 1 & 2 extra de corp. vitiat

b ¶ Volentes.] Vt capitul. si quis abscideri, cum pluribus seqq. distinct. 55.

c ¶ Fortè.] Affirmatiuè: & dubitanter potest hic sumi verbū hoc fortè de quo latè per Doctor. in capitul. accedens, vt lit. non contest.

d ¶ Homicidæ.] Non quod homicidę verè fúr facti, sed propter homicidij periculum, quod sectionem sequi poterat dicuntur homicidæ, & qui infantem exponit homicida dicitur, dist. 87 capitul fin. Argument quod non est considerandum quid eueniat, id quid euenire possit, vt 22 quæst 1 capitul. in nouo & distinct 21 capitul denique, & 23 quæst. 5 capitul. relegantes, & ff de his qui deiecerl. si vero § penult. & C. de vsu fruc. leg. si ambiguitatem. & nota in cap. si quis abscideri. distinct. 55 argument. tamen contra, 23 quæst. quinta. capitulo de occidendis, vide text. in capitul. fin. 15 quæst. 1.

Casum non excusat. in amotione terminorū

¶ Impetrat.] Sic & simplicitat & ignorantię venia tribuitur. de consecrat distinc. 2 capit. 3 & capit. cum vniuersorum de rerum permut Casus tamen non excusat in amotione terminorum l. secundo ff de term. moto & not. in capitul. qui patrem, distinct. 55 vnde sumitur.

f ¶ Postulat.] c. qui partem distinct. 55.

g ¶ Distinctio.] Inter casum, vel infortunium & spontaneam voluntatem.

h ¶ Membris.] Quid autem veniat membri appellatione. not. sup. proxim. § in verb. digiti.

i ¶ Oculum.] Vt capitul. fi distinction. 55 si quis tamen oculum amitteret, non propterea excusaretur à tutela, vt C. de excusat. tuto l. frater tuus.

Non dicimus posse quod possimus vi extraordinaria.

k ¶ Non potest.] Et licèt consueuerit Curia dispensare: præsertim quando quis amisit dextrum oculum, & sit non oculum Canonis, vel Euangelii nō propterea tamē minus rectè dicitur non posse talis ad sacerdotium promoueri. Cum non dicatur illud posse fieri quod potest solum fieri per remedium extraordinarium, id enim dicimur posse facere, quod de iure possumus 23 quæst. secunda, cap. 1 l. fac. homo & l. filius de condition. institutione, & traditur per Abb. in capitul. pastoralis, in fin. de caus. possess. & propr. l ¶ Tale quid,] Refert ad supra dicta ōnia corporis vitia.

m ¶ Non amittet.] Licèt res deuenerit ad eum casum á quo incipere non potest de quo in l. pluribus, § si placeat ff de verb. obblig. & in cap. 1 de cle. ægrot amittet tamen executionem ordinis ob deformitatem, & scandalum: vt in capitul. 2 & c. 3 de cler. ægrot. vel debil. n ¶ Insaniuit.] Cap. maritum; dist. 33 in fin. hic tamen promotus nō deponitur, 7 quæst. prima, capit. quamuis, & not. in dict. capit. maritum, & supr. eod. § proximè antecedenti, & 15 quæst. 1 capit. fin.

o ¶ Propè furorem.] Not furiosos. & scęnices æquiparari fa. c. maritū distinct. 33 cum seq.

p ¶ In scæna luserit] Quid autem sit scæna, vide per Ab. in capitul. ad honor. de auth. & vsu pal.

q ¶ Clerici.] Fac ca. clerici 33 vnde sumitur.

ANT. TIM. Quomodo autem possit deprehendi, an quis sit dæmoniacus, habetur in capitulo 27 quæst. secunda, in text. & in gloss.

Absciſsi ex neceſsitate promoueri poſſunt, ſecus ſi ex voluntate. h. d.

Idem iuris est de eo, cui vel vi, vel in cunabulis, vel de medicorum consilio, metu imminentis periculi, virilia [a] fuerint amputata. Quod si volentes, [b] & carnali vitio repugnare fortè [c] cupientes, se ipsos abscideriut; quia sui homicidæ [d] ad clerum peruenire non possunt. Corpore enim vitiati non casu, sed propria voluntate sunt intelligendi, & sicut in illis veniam casus impetrat [e] ita vindictam in ijs voluntas postulat. [f]

Oculo priuatus indiſtincte promoueri non poteſt, licet retineat ordines ſi poſtea talis priuatio contingat. h. d.

Hæc autem distinctio [g] non in omnibus membris [h] sibi locum vendicat. Cui enim oculum [i] abstulit casus, licèt voluntas desit, sacerdotium tamen consequi non potest. [k] Cæterum, si sacerdotali in ordine constituto, tale quid [l] acciderit, quod olim integer acceperit, non amittet. [m]

Olim furioſus, vel aliter vexatus non poteſt ordinari. Clerici, qui aliquando fuerunt dæmoniaci, non poſſunt ad Vlteriores ordines promoueri. hoc dicit.

Is quoque, qui in furorem aliquando versus insaniuit, [n] aut quolibet modo vexationis incursibus effertur, aut quod prope furorem [o] accedit, in scæna luserit, [p] vel afflictione diabolica vexatus fuerit, ordinari non poterit. Clerici [q] etiam qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem gradum ascendere non possunt.

DE PRÆBENDIS, ET ALIIS beneficiis.

Io. Bap. COntinuatur iste ti. prout legimus in princ. eius, vel dicas aliter, hactenus author explicauit clericos ratione ordinis, hic tractat de eis ratione beneficii, & primo in communi voluit hãc materiam explicare, quia ordo doctrinæ requirebat, vt diximus supra in rubr. de iur. canonic. Ideo proposuit præsentem titul. qui diuiditur in 2 partes prin. in prima habetur continuatio: in secũda propositæ materiæ explicatio secunda ibi præbenda.

DE PRÆBENDIS ET ALIIS a beneficiis.

TIT. XXVI.

Præbenda.
- Quid.
- Cur instituta.
- Modi concessionum.
  - Per collationẽ.
  - Per institutionẽ

Præbendis an sit beneficium. Canonicũ simplex.

a ALiis.) Nota verbum: quia includit quod præbendæ sunt beneficia, quod & verum est, per ea quæ Rot. Romana decis. sept. alias 247 in no. Quod habens, sed an simplex canonica, vt per Rot. Romana decisione 16 alias, decisione 445 in nou. fac. per Abbatem & alio c. tua, de verb. significat. & c. postulasti de rescrip.

ALOYSIVS RICCIVS Pro huius tituli ornamento est Animaduertendum, quod præbendæ multiplicet sumũtur, vt docent Archidiac in c. si quis obiecerit quæst 3 & in cap. aliæ nationis quæst. 2 Cardin. in Clem. fin de præb. Vitialinus ibidem Felin. in. postulasti de resc.

Primò præbenda sumitur pro patrimonio & redditibus ipsius beneficij & tunc dicitur accessio titulo Canoniæ, & quædam annexio rei spirituali titulum, & canoniam sequens cap. maioribus cap. relatum capit. dilecto de præbendis Cassadorus decis. 17 de præbend. Gigans de pensionibus quæst. 33 Rota decis. 6 de consuetudine in nouis, vbi satis vtiliter assignat sex modo & status istarum præbendarum annexarum secundum consuetudines diuersarum ecclesiarum Puteus decis. 201 libro 2 Nam in præbenda duo considerantur videlicet ius ipsum præbendæ & fructus ex illa proueniens Archidiac. in cap. si quis quæst. 3 Felin. in cap. cum M. de constitut. Rot. decis. 195 part. 1 vbi poni. exemplum de proprietate, & vsufructu.

Secundò sumitur præbenda pro ipso titulo beneficij, vt in rubricis de præbendis, & de concessione præbendæ. Bella. decis. 647 Selua de benefic. 1 p. q. 3 Felin in cap. postulasti de rescript. Ro. decis 62 de rescript.

Tertiò accipitur pro certa portione de per se distincta nihil spiritualis habente, veluti quodam prædio &, commoditate temporali, pro soluendis salarijs aduocatorum procuratorum musicorum & similium glos. in d. cap. cum M. de constitutionibus Abb. in cap. tua nobis de Simon. Tholosanus cap. 11.

In primò itaque casu cum præbenda sit verè, & realiter beneficium ecclesiasticum non est dubium præbendam comprehendi in Regula reseruatoria, cum reseruat omnia beneficia ecclesiastica Et propterea dicimus quod in tali casu gratia expectatiua ad beneficia ecclesiastica capit istas præbendas Rot. decis. 62 de rescript. in Antiquis, & decis. 8 de concessione præbendæ in nouis Felin in d. c. postulasti de rescript. vbi ponit Reg. cum quatuor limitationibus; Item indultum de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium in 1 & secundo anno capit. tales præbendas vacantes tanquam vera beneficia text. in cap tua 31 de verb. signific. facit etiã text. in capite olim primo sexto titulo eod. & in capite pro illorum 42 de præbend Item non potest præbenda renunciari sine auctoritate superioris Rot. decis, sexto de consuetudine in nouis. Similiter in impetratione beneficij debet fieri mentio de tali præbenda tanquam de vero titulo & beneficio Rot. decisione 33 de rescript. in antiquioribus Staphilæus de literis gratiæ titulo de qualitate, & statu beneficior. § circa istam incompatibilitatem; nec non est faciendа mentio de qualitate talis præbendæ in illius impetratione Rot. decisione 62 de rescript. in antiquis, Prout etiam non potest permutari, nisi cum alia re spirituali capite ad quæstiones de rerum permutatione Cardin. in elemento finem verficul duodecimo, quæro Gigans de pensionibus quæstio trigesima tertia.

Sic dicimus quod collatio præbendarum Ecclesiæ cathedralis spectat in simul ad episcopum, & Capitulum Cassadorus decisione 22 de præben.

In secundo vero casu s. quando præbenda est accessoria, Annexa titulo beneficij similiter comprehenditur in regula nostra reseruatoria non tanquam titulus, & beneficium de per se, sed tanquam prædium accessorium ad tale beneficium comprehensum sub nostra regula, nam eo ipso quod si quis recipitu. in canonicum debetur illi præbenda tanquam prædium & redditus canonicatus c. cum M § rerum ex aduerso & ibi glos. verb. receperint, & Doct. de constit. & capit. relatum & dilectus in primo de præbend. & Canonicatus trahit ad se præbendam cum non possit esse sine præbenda saltem diu c. si quis obiecerit 1 quæst. 3 & in d. cap relatum Rot. decisione 33 de rescript. in nouis. Ac sicut obligatio est mater actionis l. sicut 42 § ea obligatio ff de procuratoribus, & parit actionem, vt in principio institut de verb. obligat. glos. verb. paritin d. § ea obligatio ita Canonia est mater, & præbendæ & eam parit, ac se habet sicut mater ad filiam Hostiens. in summ. titul de præbẽd. Rota decisione vndecima de cõcess. præbend. in Antiquioribus. Rota decisione vigesimasexta, de præbendis in Antiquis; Et ideo dicitur præbenda à præbeo præbes quia præbet redditus ad quandam substentationem Arcidiacon. in cap. alienationis 22 quæstione secunda, Rota decisione vigesimasexta, de præbend. in nouis vel dicitur à pretio quod quis pro dicto labore recipit Rota decisione trigesimatertia, de reseriptione in nouis vel forsan dic.

posset, quod dicatur à prædio, quasi præbenda sit quoddam prædium ipsius beneficij pro eius dote sibi assignatum sicut diximus de beneficio vnito alteri accessoriè quod sit quoddam prædium illius, Rebuff. de pacif. possess. nu. 293 Cap. atque decisione tercentesimaviges. nona, nu. 2 parte 3.

In isto inquam secundo casu præbenda, annexa, & accessoria dicitur res spiritualis, & sequitur naturam principalis, & sicut beneficium principale cadit sub reseruatione, sic præbenda, accessoria, vt in Regula accessorium cum alij vulgaribus de reg. iur. in sexto, cap. dilectus de præbend. Dec. in cap. ex literis de probationibus. Vnde in isto casu in impetratione beneficij non est opus facere mentionem de præbenda illi annexa, Rota decisione trigesima tertia, versiculo hoc verum. Staphileus de literis gratiæ tit. de qualitate, & statu beneficij § circa istam Felin. in cap. nostra Corzolario 33 de rescriptis.

In tertio autem casu quod præbenda accipitur pro certa portione, de per se distincta nihil spiritualis habentes cum beneficium Ecclesiasticum non sit, minimè sub regula nostra comprehenditur, nec intrat in illa reseruatio nam etiam locis, & mulieribus possunt tales præbendæ concedi, ex quo aliquam spiritualitatem non habent glos. in verb. receperunt, in d. cap. cum M. de constitutionibus. Roman. d. cap. 28 Cardinal. in Clement. fin. de præbend. Vnde istæ præbendæ temporales, quamuis sint plures, & habeantur insimul cum aliqua dignitate, non inducunt incompatibilitatem Romanus d. consilio tercentesimo vigesimo octauo, Caputaquens. d. decisione tercentesima quinquagesima sexta, dicens quod ideo. Vna monialis potest retinere duas, & tres præbendas sine dispensatione. Hinc tales præbendæ possunt vendi sine aliqua labe simoniæ Caputaquens. decisione ducentesima tercentesima septima, & d. decisione tercentesima quinquagesima sexta, parte secunda, diuersorum. Quo fit, vt etiam possit permutari, & renunciari propria authoritate huiusmodi præbenda tanquam res temporalis Cardin. in d. Clem. fin. de præbend. Rota iuncta additione Papazzon decisione sexta, de consuet. in Antiquis.

In Cap. POst hæc.] CASVS. Non figuratur. Not. tamen quando aliquis auctor transit de vna materia ad aliam, conuenit eas adinuicem continuare. Not. secundò tractatus rerum, quæ inter se sunt annexæ, debet esse continuus, & vnitus.

Connexa, & dependentia sunt simul tractanda. h. d.

POst hæc [a] videamus de præbendis; & illarum concessione, quæ pars iuris extra propositam quidem materiam fortassè videri poterit. Loquimur [b] enim in præsenti de iure personarum. [c] Sed cum supra de dignitatibus [d] Ecclesiasticis, quibus præbendæ videntur* [e] annexæ, loquuti fuerimus, non sine causa [g] sequenti loco potest hæc iuris materia tractari.

Præbenda quid sit. h. d.

Præbenda [h] nihil est aliud, quam ius [i] percipiendi proventus Ecclesiasticos, Tamc ¶ De iure personarum.] Not. ergo quod virtus illius rubricæ de iure personarum extenditur vsque ad hunc titulum: immò vsque ad finem libri, cum in vltimo tit. tractetur de reg. monach. qui sunt in numero personarum ecclesiasticarum.

d ¶ De dignitatibus.) Quid autem sit dignitas, & quomodo distet à personatu, vide per Host. in sum. eod. quid sit dignitas, & per Abb. in capit. de multa ext. eod.

ANT. TIM. Dignitas Ecclesiastica dicit administrationem rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione, etiã in modicis causis secundum Petr. de Anch. in clem. si dignitatem de præb. An autem dignitates appetere, vel quærere liceat in quibus est honor, & administratio, vide per S. Thom. 2. 2. quæst. 121.

e ¶ Videntur.] Fortè ideo positum est verbum videntur, qui potest fieri, vt quis sit perfectè canonicus sine præbenda, vt latè habetur per Abb. & alios in cap. cum M. Ferrarienfis de constit. ideo posuit notam impropriet atis.

* Videntur annexæ.] Hoc potissimum in Gallia verum est vbi ex generali consuetudine nemo assequitur dignitatem in aliqua Ecclesia nisi in ea sit Canonicus, Ruseus in tract. de mandat. apost. part. 1. num. 29. Louet ad Reg. de public. resign. num. 27 & huismodi consuetudo, conformis est iuri communi quo disponitur eum qui est de græmio Ecclesiæ super anteponendum esse in prouisionibus beneficiorum eiusdem Ecclesiæ, Can. nullus & Can. obitum dist. 60 cap. cum inter Canonicos vbi in glos. in verb. alias de elect. sed hæc non dicitur vera annexio quia dignitas certæ præbendæ suo Canonicatui perpetuo non insidet res per omnes indefinitè deambulat quilibet contenta adiungi. SOLIER.

f ¶ Annexæ.] Vt in c. relatum, & c. dilectus eod. & in c. cum super de concess. præb. & per Host. in sum. eo in prin. Et quomodo se habeat ista connexio, vide per Abb. in c. maioribus. & in c. dilecto extr. eod.

g ¶ Sine causa.] Immò satis bona occasione, cum eæ quæ sui natura iunguntur, non debeant disiunctis tractatibus comprehend. arg. l. cum actum ff. de neg. gest.

Præbenda.] Hæc pars sub diuiditur in 2. par. in prima habetur quid sit præbenda; in secunda cui conferatur, in tertia à quo conferatur: in quarta quomodo conferatur: secunda ibi cum enim: tertia ibi, & ideo: quarta ibi, concedunturque ad primum casus non figuratur, sed ex hac definitione notat. principalem intentionem auctoris illam esse, videlicet explicare præbendas propriè dictas, secundariò reliqua quoque beneficia.

h ¶ Præbenda.] De ista descriptione, vide per Host. in sum. eod. & per omnes in c. cum M. Ferrarienfis, de const. & per Arc. in c. si iusta, de rescrip. in 6. & per Anch. in Rub. de concess. præb.

i ¶ Quam ius.] Nota ergo, quod præbenda est nomen iuris: vt c. cum M. Ferrarienfis, de constit. & in c. maioribus, & c. dilecto de præb. Sed consueuit quæri, an sit ius spirituale. Et respondetur quod qñ est con-

Post hæc.] Scilicet quæ diximus supra à tit. de iure personarum vsque huc, & sumpta est imitatio ab Institutionibus ciuili. in tit. de leg. in prin.

b ¶ Loquimur.] Id est, loquuti sumus, & sic tempus pro tempore sumitur, vt C. de his, qui notat. in fam. l. si Possidonium, & ibi notat. Vel loquimur, id est loqui deberemus, si materiam præcedentem prosequeretur, sic in authen. de consang. & vter. frat. § igitur. colum. 6 vel loquimur, id est, sumus in tractatu.

nexa canonicatui videtur ius spirituale : secus quando non est connexa,cũ etiam laicus possit habere præbendam, de quo latè in locis supra alleg.

a ¶ Tanquam vni.] Per ista verba excluduntur præbendæ , quæ possunt assignari puris laicis , quibus non competunt tanquã personis de collegio , nec descendunt ex canonia: vt not. in cap. cum M. Ferrar. de constit.

quam vni [a] de collegio competens , & ex canonia [b] procedens.

Qui in altari laborat , de altari debet & viuere. h. d.

Cùm enim,vt lex diuina [c] præcepit , qui altari seruit,de altari debeat & viuere, [d] dignum est,vt qui diuinis adscribuntur obsequiis Ecclesiæ sustententur stipendiis.

b ¶ Ex canonia.) Sicut descendit actio ex obligatione , l. licet § ea obligatio , ff de procu. habetur in cap.cum M. Ferrarien. de const. & in c. maioribus eod.

Io. Bap. Cum enim.CASVS. Quidam clerici instanter petebant præbend. ab Episc. propriis , ea ratione, quia seruiebant altari,Episc. verò id denegabãt, quia bona Ecclesiar. sunt bona pauperum,c.cler.c.pastor.1 q.2 cum vulg.vnde fuit quæsitum quid iuris.Sol.vt hic habetur per rationẽ in text.assignatam, quando autem dicitur bona Eccles.esse pauperum intelligitur secundum portionem,& non in totum , vt Doctor. declarant licet in hoc sit maxima controuersia. Not. mercenariũ dignum esse mercede sua, & ideo clerici possunt viuere de bonis Ecclesiæ,cap. quicunque 12, q. 2.

c ¶ Lex diuina.] Concord.c.ex his 12.q.1. & cap. Ecclesiasticis,2.quæst.& cap. cum secundum , & cap. extirpandæ, & cap. relatum, eod.

d ¶ Viuere.] Sed non luxuriari facit dist.44 in prin. & no.per Abb. in cap. cum secundum,extr. eod. facit, 12 q.3 cap. 1. &c. 2.

ANT. TIM. Vndè malè dispensare prouentus Ecclesiasticos est peccatum mortale. Non enim est dominus clericus prouentuum ecclesiasticorum , sed dispensator secundũ Theologos,quos in pauperes Christi dispensare tenetur, si vltra necessitatem suam supersunt,vide S. Th.2.2. q.185 a. 7 & ibi Caiet. Licet ad eandem portionem,quæ clerico secundùm distributionem à sacris Canonibus factam tangit , in qua verè est dominus,possit disponere,ac de bonis propriis, vide Archiep.Florent.in part.2.tit.2 c.1 § fin.

d ¶ Stipendiis] Not. ergo quod præbenda,siuè beneficium est clerico quædam merces sibi debita ratione oneris,ex quo videtur posse inferri, quod clericus pauper licitè locat operas suas spirituales , nec committit simoniã n.ex quo non intendit vendere diuina, sed viuere. Ita Abb. in c. cum secundum eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Qui in altari laborat de altari debet , & viuere,ad cuius § intelligentiam est sciendum quod duplici modo religiosi ab episcopis sacris ordinibus insignuntur, vno ad titulum sufficientis patrimonij quoniam in subsidium ipsi tenerentur ad decentia alimenta,& id ne vilescat ordo cleric. tantopere extimandus c. non licet,& c. Episcopus vbi glos. de præbend. ibi nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate vitæ subsidium possit habere & diserte cautum est Sacro Oecumenico Conc. Trid. sess. 21 c.2 Mascard. de probat. concluf. 1140. nu.9 Surd. de aliment.tit.4 q.18 n.32 Nauarr. de tempore ordin. cons.28 Gregor.Sayr. absolutiss. Theolog. in Thesau. casu conscient.lib.4 c.14 Cæuall. tract. commun.contra commun.q.527 & q.565 & sup. diximus nos inter præiud. vltra aũt ibi deducta comperimus priuilegiata isthæc bona assignata ad titulum patrimonij , nam quemadmodum beneficium, ad cuius titulum quis est promotus ad Sacr.ord. nequit resignari c. auctorum 70 dist.ib in qua Eccles. quilibet tit. est, in ea perseueret perpetuò, nisi de hoc expressa fiat mẽtio,& quod aliunde habeat vnde honestè viuat. Nauarr. Manual. c. 22 n.28 latè Flam.Paris.de resig. benef. lib.2 q.6 nu.1 & 351 cum sequenti vbi nec aliter attento stylo Curiæ concedi solet. Isa quoque patrimonium ad quod est ordinatus , non potest sine Episc. licentia alienari extingui , vel remitti nisi ordinatus retineat congruam sustentationem iuxta decreta Concilij d. c.2 Ceuall. d. q. 561 num. 24 & 30. Deinde Episc.post publicationẽ prædicti Concilij non debent ordinare filios diuitum volentes Sacris initiari,& digniss. Sac. munere fungi , nisi in primis, & ante omnia fuerit eis donatũ , quãuis de iure communi valeat,sequela. Pater Noster dimes ergo etiam filius cum æstimum patris dicatur æstimum filij c.1 de magistr.glos.ad lege.2 C.qui ætat.lib. 10 Alex.& Alciat.ad leg.in suis, ff de lib. & posthum. Flamin.Paris.dicto loco n.13 cum seq.cum multa accidere possint ne patris bona in filium perueniant Tiraquell.ll.connub.glos.2 n.21 ea præterea bona sic filio assignata non imputantur in legitimam nec conferri debent in bonorum diuisione inter fratres cum filius non possit liberè de illis disponere contra germanam legitimæ naturam Io. Fab. ad l.si emancipati , n. 6 C. de collation.Crauett.cons.136 præclarè quidẽ Polyd. Ripa.obseruat.232 vbi quoq; tenet ex Carpan.ad sta. Medio an.c.305 n.23 cum seqq.par.1. quod descendens beneficiatus per huiusmodi patrimonij assignationem dici minimè possit melioratus per consequens non sit comprehensus in statuto prohibente quod ascendens non possit meliorare conditionem descendentium. His accedit quam ob penuriam Sacerdotum potest quis sine beneficio ordinari,& absq; patrimonio, dummodo alius idoneus spondeat necessaria , vel si habeat dumtaxat nomina debitorum vel mobilia curet quantocyus vt in mobilia conuertantur,Nauar. de temp. ordin. cons.29 Flamin. Paris.d.q.6 n. 11 & 15 quæ præterea locũ sibi arrogant etiam in ordinato ab Episc.non suo , quia ratione tituli efficitur de eius foro,& fit ei subditus Rom. Rot.decis.732 n.15 p.1 in nouissim. Ita quoq; si Episc. cons. Eccles. indotatam teneatur eam de suo proprio in subsidium id est in defectum fundatoris dotare cap.cum sicut vbi glos.& Abb.de cons.Eccles.vel altar.gl. d. ca. nemo cl.1 de cons.d.1 Henriq. cons.48 vbi quoque expendit quis sit censendus fundator. Dos autem competens iuxta qualitatem Eccles.debet,& Parrochialis debet esse regulariter centum ducatorum pro Parrochi sustentatione,vt habetur in Conc.Trid.sess.24. cap.13 Thesaur.fori Ecclesiast. par.1 cap.5 num. 1.

Et ideo. CASVS. Cum quidam Episcopi conferrent Ordines proprio iure , quidam verò iure alieno, fuit propterea quæsitum,an possent,& in ista collatione teneantur etiam conferre beneficia , & primo videbatur dicendum iure alieno id non esse licitum.quia quæ sũt Ordinis nequeunt delegari, cum ãnuda voluntate non dependeant,vt docet glos.magna super c. aqua de consecrat.& collatio Ordinis nihil habet commune cum collat.benef.ob diuersam causarum naturam,vndè merito,& c.Sol. tamen vt hic dicitur,quia collat. Ordin. consideratur iurisdictio,propterea nec etiam obiect. tenet , benefic. verò, & ordo habent de iure vnionem ad conseruandam dignitatem Ordinis iuxta not. per Doct. in c.cum secundum eod. & ideo etiam secunda cessat obiectio vnde not.In primis vnionem inter ordinem,& beneficium,ita quod qui habent vnum , debeat habere reliquum,iuxta c.cum secundum;& c. dilecto,de præb.

Et ideo institutum olim [a] fuerat, vt ordinationes eorum, qui sine certo titulo ordinati essent * in iniuriam ordinantium inanes [b] essent. Paulatim tamen benignius agi cœptum est, constitutum [c] est enim, vt si Episcopus aliquem sine certo titulo, vnde vitæ necessaria [d] percipiat, ordinauerit, tamdiu ipse, aut eius successor, [e] ordinato necessaria subministret, donec ei in aliqua Ecclesia conuenientia clericalis militiæ [f] stipendia [g] assignentur.

Mandatum suscipiens de ordinibus conferendis certis personis, non tenetur eisdem prouidere de beneficio, sed mandans: secus si sit mandatum generale. h. d.

Quod si Episcopus mandato [h] alterius in aliena diœcesi ordines [i] celebret, distinguendum est, an de certis [k] personis mandatum susceperit, an generale, & expresso nomine. Primo enim casu mandans, [l] secundo mandatum suscipiens [m] inopi ordinato vitæ tenebitur necessaria ministrare.

Ordinandi licentiam dans tenetur prouidere ordinato, non ordinans. h. d.

Eis autem, quibus à diœcesano datur licentia, vt à quo voluerint [n] Episcopo, ad sacros ordines promoueri possint ad præmissa non qui ordinant: sed qui licentiam tradunt [o] obligantur: [p] nisi tamen ordinatus de paterna hæreditate [q] vitæ possit habere

Not. 2. Episc. puniri si ordinet aliquem sine tit. d. cap. cum secundum Not. 3 arg. bona eccl. principaliter esse instituta ad commodum clericorum.

a ¶ Olim.] Cap. neminem & c. Sanctorum, d. 79 & c. cum secundum ext. eod. & nouissimè per Conc. Trid. sess. 23 c. 16 in decretis format. & sess. 21 c. 2 in decret. reform.

* Canones essent.] Sine titulo facta ordinatio absolutè dicebat, & promotus, ordinatus vacuam retinebat manuum impositionem, Can. neminem Can. Sanctorum d. 70. quod postmodum sub Alexand. III. fuit immutatum, cap. Episcopus de præbend. SOLIER.

ANT. TIM. Quia sine substantia rerum nō potest Ecclesiæ deseruiri, c. si quis obiecerit 19. 3.

b ¶ Inanes.] Nisi promoti fuissent ad titulū patrimonij c. tuis & c. Episc. eo & inf. eo. vers. nisi & dic. inanes quantum ad executionem.

c ¶ Constitutum.] Cap. 2 c Episc. c. cum 2. eod.

d ¶ Necessaria.) Secundum facultates Eccles. & clerici dignitatem: vt not. in c. Episc. eod.

e ¶ Successor.] Sed quare conuenitur hic successor ex delicto defuncti, cum regulariter crimina morte extinguantur, d. 23 c. quorundam & C. si re. vel accus. mor. fue. l. 2 & l. vnic. C. ne ex delict. defunct. Item nunquid si iste ordinator habet hæredes respectu patrimonij sui, an priùs sint compellendi hæredes, quam successor in dignitate? Resp. vt latè per Abb. in cap. cum secundum extr. eod.

f ¶ Militiæ.] Arg. quòd cleric. ordo est dignitas, cum sit militia: vt in cap. eod. libentius, vbi Ant. de Butr. de seru. non ord.

Clericalis ordo dignitas

g ¶ Stipendia.] Sicut ergo miles sæculi habet stipendium à domino temporali: sic miles Dei habere debet ab Eccles. Vnde infertur quod clericus debet gaudere priuilegio militari, intellige de priuilegiis congruentibus ipsis clericis scilicet vbi in eis eadem est ratio, vel maior Abb. in c. cum 2. eo. & no. in l. miles ff de re iud.

Mandatum differt à præcepto.

h ¶ Mandato.] Aliàs enim id sine pœna facere non posset, vt c. 1 de temp. ord. in 6 concord. c. si Episcopus cod. in 6. Differt autem mandatum à præcepto: vt per Abb. in c. eam te de rese.

i ¶ Ordines.] Intellige de sacris: quia in ordinatis ad minores non habet locum quod hic dicitur: vt not. in cap. fin. Episcopus, eod. in 6.

k ¶ Certis.] Et expressis: quia si commisisset ei ordinare clericos talis villæ, vel loci, adhuc non essent personnæ certæ, vnde haberet locum quod hic dicitur, & in c. si Episcopus eod. in 6. Vnde aliud est certum, aliud certum & expressum facit cap. ne captandæ de concess. præb. in 6 & quod not. in d. c. si Episcopus.

l ¶ Mandans.] Qui est in culpa, cum præuidere deberet, an ordinandus haberet titulum, cap. si Episcopus § si verò eo. lib. 6.

ANT. TIM. Differentia est inter mandatum, & Præceptum. Per *mandatum. n. intelligimus* literas monitorias, quæ non important necessitatem per præceptum literas præceptorias, quæ necessitatem, vt per Abb. ibid.

m ¶ Suscipiens.] Immò videbatur quod puniri deberet mandans: & imputare sibi debeat quod talem eligit, & per alium fecit. Vnde idem esse deberet, ac si per se ipsum elegisset ca. qui per alium, de reg. iur. Sed hæc vera vbi mandauit de certo facit tex. de elect. ca. si compromissarius § 1 & & l. si procurator in prin. ff de condict. indeb. vbi vigore generalis mandati non pont. indebitum solui.

n ¶ Voluerint.] Dum tamen sit catholicus, cap. veniens de præscr.

o ¶ Tradunt.] Cum illum dare non debeat in titulum non habenti, c. si Episcopus eod. in 6.

p ¶ Obligantur.] Quod si clericus ad sacros ordines sine titulo promotus, promisit Episcopo super hoc non inquietare cum numquid tali renunciatione non obstante agere poterit? Resp. vt not. in cap. si Episcopus eod. in 6. Videtur tamen hodie tota hæc materia immutata per Concil. Trident. per quod statutum est neminem ad sacros ordines posse promoueri, nisi legitimè constet eundem sufficiens beneficium Ecclesiasticum possidere: vt apparet sess. 21 in decretis reformationis cap. 2.

q ¶ Hæreditate.] Sed nunquid ex quis habet sufficiēs patrimonium, sit necesse, quod expressè ordin. ad tit. patrimonij? Quidā quod non: vt no. in c. si Epūs eo. in 6 Io. Goff. Inu. cōtra, & horū opin. vim nouiss. per Con. Trid. prob. sess. 21 in decr. reformat. c. 3 Sed nūquid si ordin. ad titul. patrimonij gratiosè benef. conferatur, possit licitè conseruare fructus patrimoniales pro suis hæred. & viuere de redditib. benef. Resp. pōt. dum tamen honestè viuat de hoc latè per Abb. in quadam sua disputatione incip. Titius, & in c. Episc. eod.

ANT. TIM. Hinc colligitur, quod clericus potest

habere de suo proprio, cum non habeat annexum votum paupertatis, vt religiosi, & regulares vide S. Tho. 2.2.q.185.art.6.

a ¶ Subsidium.] Idem dicas si habeat pensionem Ecclesiasticam: sed nec tale patrimonium, nec huiusmodi pensio poterit extingui, vel alienari sine licentia Episcopi, donec tales beneficium Ecclesiasticũ non sint adepti: vt per Conc. Trid. sess. in decretis reformat. c. 2. Et taliter ordinati gaudebunt priuilegio clericali, non solum in persona: verum etiam in reb. 12. q. 2. cap. Ecclesiarum seruos, & 16 q. 1 c. sunt, quia de foro ecclesiæ facti sunt, licet non habeant ecclesiam vt habetur in c. episcopus in fin. extr. eod.

Conceduntur.] CASVS non figuratur. Sed not. causam diuisionis: conferre. n. beneficia inferiora, aut pertinet ad plenam potestatẽ legitimi Superioris, & hinc datur primus modus: aut non, & inde oritur secundus,

b ¶ Modis.] Immo tribus. cap. cum in illis § cum aut ee. in 6 Sol. præsentatio, & institutio conficiunt vnum modum, cum vna possit stare sine altera, quæ satis apparet ex descriptione institutionis, quæ statim sequitur nec præsentatio patroni alicui ius spirituale transfert: sed est initium quoddam, seu quædam seruitus c. quæ sit de iur. patr. tus n. spirituale transfertur per solam institutionem. De quo per Abb. in cap. 2 in fin. de concess. præb. Sed adhuc contra, quia est modus electionis: vt extra de elect. c. 1 & per tot. Respond. hic non tractat de electiuis: quia de his satis dixerat sup. de elec. cum tit. seqq. Quo autem differant electio, præsentatio, collatio, & inuestitura, die vt per Abb. in c. auctoritate de instit. & infr. tit. 2 § sunt autem & § dissimiles & per Ioan. de Sel. in tract. de benef. in 1. p. q. 14.

c ¶ Præbendæ concessio.) Intellige, vel alterius beneficij.

d ¶ Appellari.) Sed minus propriè.

e ¶ Appellationibus.) Id est, propriis nominibus, & fac. 6 alib. instit. quib. mo. test. infirmen. & l. Labeo § fin. ff de supp. el. leg.

DE COLLATIONIBVS. a

CVm beneficia inferiora conferantur per collationem, § fin. sup. titul. proxim. & collatio videatur præcedere cum dependeat tantum à voluntate Prælati, vt in eo. § dicitur, propterea post tit. præcedentem proponitur iste: qui diuiditur in 3 partes in prima habetur à quibus beneficia conferantur: in secunda qualis sit istorum conferentium potestas: in tertia an cum diminutione conferri valeant: secunda ibi, ordinarius: tertia ibi postremò.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius Rubricæ dilucidatione, & terminorum intelligentia videnda sunt. Primo quid sit collatio, & qualiter discrepat ab institutione secundo quæ ad eius validitatem concurrere debeant, & tandem quibus in casib. reddatur nulla.

Quo ad primum collatio est quædam confirmatio, vt per Abba. cons. 76 plura sunt circa fi. ver. confirmo. num. 3 lib. 2 & dicit Feder. de sent. cons. 61 nu. 5 vers. verba vero reseruationis, vbi quod propriè est donatio quædam. Immo dicit quod Antiquitus Papa vtebatur verbo donationis Oldrad. cons. 58 quidam num. 2 & propriè collatio est, quando is qui habet facultatem, conferendi prouidere de beneficio sine præsentatione, & sine necessitate quia collatio est quædam concessio, quia appellatione concessionis venit collatio, & prouisio beneficij. Vide concessio quid sit, & importet concluſ. 546 & ipsa collatio dicitur fructus conferendi. Vide collatio beneficiorum est fructus conferendi beneficia concluſ. 421. & non applicatur ad electionẽ terminus collationis, ideò lex, vel statutũ loquens de beneficijs spectantibus ad collationem Episcopi non comprehendit beneficia, de quibus prouidetur per electionem & confirmationem, etiam si essent beneficia dignitatum Clem. prima § ad hæc cum ibi not. de præbend. Alexand. plenè cons. 142 viso processu. num. 12 & seq. vers. secunda pars, statuti lib. 6. Vide collatio habet vim electionis, & confirmationis, & quando concluſ. prox. seq. electio est propriè alicuius personæ ad prælaturam facta vocatio quæ requirit confirmationem, & plus iuris confert quam præsentatio quæ requirit institutionem Abb. in capitu. Autheritate de institut. plenè Dec in rubr. de electio. Institutio est quædam installatio, siue positio in locum, vbi beneficiatus poni debet, & sic est quædam inductio in possessionem Alexand. cons. 142 viso processu, num. 8 in fin. vers. patet quia lib. 6 & propriè applicatur, ad præsentationem, institutio quæ est quædam confirmatio, seu collatio ex debito iustitiæ facta Dec. de Rubr. de elect. num. 7 & seq. & nomen institutionis, seu participium institutus, potest importare collationem, confirmationem, & quamcumque concessionem, seu inuestituram. Alexand. d. cons. 142 n. 9 vers. quia illud participium lib. 6.

Quo ad secundum sciendum, est beneficiorum quædam esse curata, quæ nimirum habent populum cui Sacramenta administrare tenentur, quædam simplicia, quæ populo quidem carent. aliquod tamen onus habent annexum, videlicet iurisdictionis, supra Clerum celebrationis Missarum cantandi in Choro, & similia, alia demum simplicia quæ nullum onus habent annexum Staph. cit. de qualit. benefic. secundum diuersitatem, itaque huiusmodi qualitatum beneficiorum diuersi quoque modi in eorum collati ne sunt tenendi.

Vnde primò in collatione Parrochialium seruandum est omninò decretum Conc. Trident. sess. 24 cap. 18 de reformat. vt videlicet concurrente vacatione Parrochialis, deputetur Vicarius, qui eam administret, donec prouideatur de rectore, infra decem dies Episcopus eligat aliquot personas, vel concursu proposito inuitet, qui se velint subdere examinatorum deputatorum in Synodo. Diœcesana, demum verò, vnum ex

subsidium. a

Præbendæ conceduntur per collationem, & per institutionem, & singulis rebus singula sunt imponenda nomina, h. d.

Conceduntur autem præbendæ, vel beneficia duobus modis b per collationem, & per institutionem. Collatio est libera quædam præbendæ concessio. c Institutio est præbendalis iuris ad præsentationem patroni facta translatio quæ licèt, & ipsa collatio possit appellari; d commodius tamen est in præsenti singulas causas singulis appellationibus e distingui.

DE COLLATIONIBVS. f

TIT. XXVII.

approbatis ab examinatoribus, quem ipse iudicauerit prouideat de vacante Ecclesia, & quidem neminem prouidere debet de Parrochiali sine præuio huiusmodi examine, vel concursu, alioquin prouisio esset omnino, nulla ex constitutione Pij Papæ V. & ne quidem doctores, vel licentiati, in aliqua professione, instituti debent, ad parrochiales, sine præuio cõcursu, vel examine prædicto, vt declarauit sacra congregatio Conc. cuius decretum refert Gonz. Reg. 4 Cancell. glos. 4 num. 91 in hæc verba.

Doctor siue licentiatus, in Theologia, siue in iure canonico, & in publica vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine quando petit prouideri de aliqua Ecclesia Parrochiali.

Beneficijs quoque curatis sedi Apost. & cuiascumque alteri reseruatis vacantibus, similem concursum, seu examen facere potest, & eligere digniorem instituendũ à sede Apostolica, seu alio, cui fuerit reseruatum, & patet ex tex. Concil, & declaratum fuit, à sacra constitut. vt refert Paris. de resignat. benefic. lib. 8. quæstio. 9. num. 103.

De curatis tamen vacantibus in curia siue per resignationem in manibus Papæ solet alioqui. Dataria prouidere, sine concursu, præmisso solo examine super sufficientia, vt testatur Gonz. loc. citat. num. 116. Curata quoque Iurispatronatus, Ecclesiastici dum Vacauerint in mensibus Papæ per concursum, & examen prouideri debent Gonz. loc. citat. qui refert eandem Sacram congregat. respondisse in simili dubio verbis sequentibus.

Vacante autem beneficio in mensibus non reseruatis patronus Ecclesiasticus debet nominare plures examinandos, vel etiam alios. Episcopus inuitare potest, ad concursum, & demum ex probatis in examine vnum eliget ipse patronus de beneficio vacante instituendum, quod etiam declaratum fuisse à Sacr. congregat. citat. testatur. Genuen. in praxi. cap. 66.

In curato verò Iuris patronatus laicorum concursus huiusmodi non requiritur, sed tantum debet examinari præsentatus super sufficientia Gonz. loc. citat. num. 134 vbi refert votum dictæ Sacr. Congreg. Nisi plures fuerint præsentati, tunc enim in concursu committi possunt Gonz. loc. cit. n. 138.

In parrochialibus item Regularibus, conferri solitis concursus non requiritur, sed solum examen, vt Sacra congregatio censuit.

Neque fit concursus quando cura animarum spectat ad collegium vel annexa est alicui præbendæ, tunc enim cura huiusmodi, non facit beneficium curatum illud, cui annectitur, sed sequitur naturam ipsius cap. statutum de elect. in 6 nec inducit aliquam incompatibilitatem, etsi eam habeat ex sui natura principalem, ea. super eod. iunct. gloss. non obtinet de præbend. in 6. Namque requiritur concursus si parrochialis vacat. causa permutationis, vel resignationis in fauorem. Paris. loc. citat. num. 95 nisi quod tunc etiam requiritur examen de sufficientia promouendi. Omitti etiam potest concursus si parrochialis vacans habuerit tenues reditus, vel nemo adsit, qui se examini subijcere velit, & vbi verisimiliter timerentur rixæ ex tali concursu Concil. loco cit. versus finem, debet tamen præferri doctior minus docto, in examine cæteris paribus, quod communiter sentire tam Theologos, quam Canonistas testatur Genuen. capit. 38. Dignus tamen digniori præferri potest, cuius mores sunt magis noti, & probati ex voto Sacra Congregat. relato apud Gonz. d. glos. 4. nume. 122. Et idoneus tunc magis idoneo externo præferri debet Lamb. de iur. patron. libro secundo, parte tertia, articulo sexto.

* Concursus in Gallia non hodie ob seruatur sed ordinarij participales Ecclesias æque ac cætera beneficia cui volunt alias tamen idoneo conferant SOLIER

Quæ autem idoneitas, & scientia necessariò requiratur, posset dici quod curatus scire debet Canones Penitentiales, & ea quæ in administratione Sacramentorum requiruntur, Conc. loc. cit. Alij autem beneficiati scire debent, ea quæ muneri singulorum, exequendo incumbunt Innoc. in cap. cum in cunctis de elect. In aliis autem beneficiis simplicibus, sufficit doctrina medioeris, vel saltem, quod beneficiatus sciat legere, construere, canere, horas canonicas recitare Clem. vnic. de conces. præbend. iunct. glos. verb. reputamus Nauar. de Hor. canon. capit. 7 num. 3. Clerici etiam pauperes, qui impensas non habent ad studia, sed proprijs manibus victum, quærunt tolerari possunt dummodo sciant circa Sacramenta, ea quæ simplices laici sciunt, ex authoritate Innoc. in c. 1 de Sũm Trinit.

Requiritur præterea in promouendo ad beneficium Ecclesiasticum, vt sit clericus ad minus primæ tonsuræ, laicus enim non est capax, beneficij ecclesiastici, cap. ex literis de transactionibus, & quod sit legitimus, illegitimus est incapax beneficiorum, nisi quod episcopus cum ipso dispensare possit ad minores ordines, & simplex beneficium cap. 1 de filijs presbyter. in 6 non tamen ipsi posset conferre beneficium in ecclesia cum qua suus genitor ministrauit Concil. sess. 25. capit. 15. de reformat.



Irregulares quoque ex quocumque irregularitatis capite, sunt incapaces beneficiorum ecclesiasticorum, de quibus consule quæ diximus in tot. titul. de irregular.

Requiritur item in promouendo ætas legitima, & quidem in promouendo ad beneficium curatum, requiritur ætas annorum vigintiquinque, vel saltem ea, quæ possit infra annum promoueri, ad presbyteratum cap. licet, de elect. in 6 Conc. cit. cap. 12 sess. 24. Ad dignitatem autem, seu canonicatum in Cathedrali requiritur ætas, quam requirit ordo illi dignitati, vel canonicatui annexum intra annum promoueri possit prouisus Conc. loc. cit. & attendendus est, ordo quem requirit ipsa dignitas, vel Canonicatus è sui natura, non autem quem requireret aliquod aliud beneficium ipsi canonicatui forte adiunctum, hoc enim non alterat naturam canonicatus, cui adiungitur sed sequitur naturam ipsius, vt etiam in simili dubio respondit Sacra Congregat.

Quo ad dignitates autem, & canonicatus in alijs ecclesijs inferioribus, requisita ætatis remanent in dispositione Iuris communis, quod etiam fuisse declaratum à prædicta Sacra congregat. refert Gonz. glos. 5. numero 5.

Vnde remanet in dispositione Iuris veteris, ita vt in illis ætas annorum quatuordecim sufficiat capit. super inordinata iuncta glos. verb. pueri de præb. Rebuff. de dispensat. ætatis, n. 2.

* In Gallia vbi Canonicatus nullum habuit sacrũ ordinem annexum ætas legitima ad Canonicatus in Cathedrali est annus 14. in collegiata vero decimus completi iuxta Regul. Cancell. 18 ibi mulcis arrestis receptum & confirmatum Louetijs in posthuma decret. Colleg. & eius Scholiastis in addit. lit. E. num. 2. quæ verò requiratur ad alia quæcumque beneficia dixi ad Flam. de resig. lib. 4 q. 9. SOLIER.

In beneficiorum præterea collatione aduertendum, vt sæcularia sæcularibus, & regularia regularibus cõferantur c. officij, & c. cum ad nostram de elect. c. cum de beneficio de præbend. in 6. Conc. Trid. sess. 14 c. 10 de reformat. Regulariter autem omnia beneficia censentur sæcularia, nisi in eorum fundatione cautum fuerit, vt sint regularia, vel nisi præsumantur regularia, ex quadraginta annorum decursu, quod in eis perregulares continuè fuerit deseruitum. Nauar. consilio 3 de præbend. posset tamen beneficium regulare sæculari concedi dummodo emittat professionem, cap. cum causam cap. officij de electio. Abb. numero quinto, Butr. numero 13. & ad hoc propositum declaratio Sacri Conc. Trid. refert Gonz. glos. 8. n. 78.

Tempus autem, emittendæ professionis huiusmodi sæcularibus promotis ad beneficium, Regulare haberet sex mensium Concil. Trident. sess. 25. capit. 21. de reg. vel secundum arbitrium superioris pro diuersitate qualitatis personarum, glos. in verb. competenter cap. officij cit. similiter, & regularis posset præfici in ecclesia sæculari causa necessitatis de consensu sui superioris Clem. 1 iunct. gl. verb. sæcularis de elect.

Conferenda item sunt beneficia sine pacto, sine conditione recompensæ, vel pretij capitulo 2 de elect. in 6. conditio tamen, vt prouisus aliud beneficium resignet, vt resideat, vel conferimus si vacat, opponi posse glos. loco cit. in 6 vers. incerto Rebuff. loco citat. Zech. de benef. capitulo duodecimo, numero vigesimoprimo. Conferri item debent perpetuo, & non ad tempus Rebuff. loc. cit numero 15. Vicarius tamen, vel Economus ad tempus dari solent cap. cum vos de offic. ordin. vel si beneficium detur in commendam, hoc enim modo ad tempus dari potest, imò beneficium curatum non nisi ad sex menses commendare potest episcopus capitulo nemo de elect. in 6 & talis commendatarius non dicetur verus prælatus, sed depositarius nec facit fructus suos; sed illos colligere, & in necessitates Ecclesiæ dispensare potest glos. loc. citat. verb. commenda.

Beneficia autem simplicia, etiam ad vitam commendare potest episcopus capit. cum constiterit, de accusationibus Franc. in cap. nemo Rebuff. loc. cit. numero 16 quod & Papa sæpe concedit, & huiusmodi commendatarius ad vitam, dicetur verus prælatus, & habet eandem authoritatem, & potestatem iurisdictionis, & administrationis, fructuum dispensationis, quam haberet beneficiatus in titulum Nauar. de red. eccles. nu. 80. Potestque vti baculo, & mitra, si hoc competat beneficio commendato, prout in facto commendatarios vtentes insignibus huiusmodi se vidisse testatur Zerol. loc. cit. verb. beneficia ar. 1 § 11.

Sine diminutione etiam beneficia sunt conferenda c. vnic. vt eccles. benef. sine dimin. confer. nec episcopus potest sibi retinere, partem fructuum beneficij capit. prohibemus de censibus, & si hoc faceret ex pacto, vel conuentione incurreret Simoniam. Posset tamen si vrgeret necessitas ecclesiæ, vel propter substentandam dignitatem suam episcopalem, de consensu sui capituli dum vacat beneficium, & antequam conferatur retinere sibi ad tempus partem aliquam fructuum Glos. fin. cap. vnico cit. Innoc. Abb. ibi. tutius tamen esset in talibus petere concessionem à sede Apostolica arg. tex. in cap. tua nobis de verbor. signif.

Pensionem quoque beneficio conferendo imponere potest, dummodo faciat ex iusta causa, vt propter bonum pacis propter extinguendam litem quando beneficium est litigiosum, vel vt subueniatur pro eius substentatione, quando dimittit beneficium onerosum, vel ad subueniendum scholari pauperi, vel in permutatione beneficiorum, ratione inæqualitatis vnius beneficij permutandi. Non autem, vt faciat fraudem Canonibus, vt cum non possit nepoti conferre plura beneficia incompatibilia, reseruet ipsi pensiones, cap. audiuimus de. Ilus. degen. Felin. in cap. quia verisimile numero 1 de præsumpt. & in cap. ad audientiam, 1 numero 2. de rescript. Abb. in cap. conquerente de cleric. non resid. num. 5.

In Parrochialibus verò, quarum fructus annui valorem centum ducatorum non excedunt pensio imponi non potest Conc. Trid. sess. 24. cap. 13 de reform. neque in canonicatibus Cathedralium, quorum similiter valor fructuum annus non est maior centum ducatis Paris. de resignat. tom. 1 lib. 6. q. 2.

Neque in alijs beneficiis pensio debet imponi nisi iusta, & ita vt ex exacta tantum remaneat beneficiato, quo commodè onera beneficij sustinere possit argum. tex. c. de monachis cap. cum causam de præbendis, neque plus assignetur pensionario, quam tertia pars fructuum duas autem percipiat beneficiatus Carcialup. de pens. quæst. 7. Papa tamen concedit etiam dimidiam fructuum partem, nec ipse tenetur exprimere causam, propter quam imponit pensionem, ex suo beneplacito quouis modo de beneficijs, & eorum fructibus disponere possit, Gonz. glos. 5 § 5 à num. 27 ad 36 regulariter autem pensio expirat morte pensionarij, nec transferri potest in aliam personam nisi per Papam, neque potest concedi, vt pensionarius, suam quo tam authoritate propria percipiat, sed tantum per manus beneficiati titularis, alioquin viderentur esse duo titulares. Gig. de pension. q. 8. & 9.

Nota denique nam ad hoc, vt quis ponatur in possessionem beneficij, debet præsentare bullas siue literas, prouisionis; alias ipsi non crederetur, nec ecclesia teneretur ipsum recipere sine prouisionis literis extrauag. iuncta de elect. comm. Abb. in cap. qualiter eod. tit. Felin. c. eam te num. 3 de rescriptis. Posset tamen probari prouisio per testes, si literæ deperdantur Felin. in cap. sicut numero 2 de re iud. Rebuff. demission. in

possession.

possessiõ num. 41 Zerol. verb Bullæ ad 3. vbi tamen ageretur de preiudicio tertij plura requirerẽtur ad probandam prouisionem Nauar cons 4 de præsumpt.

Pro bullis autem, seu literis huiusmodi, vel pro ipsa institutione non potest recipere quicquam episcopus, neque ipsius Cancellarius, vel Notarius, præter iustam mercedem, si non habeat certum constitutum salarium pro exercendo suo officio Nauar. cons. 27 & 15 de Simon super quo habetur declaratio Sac Cong. Conc. quam & Quar. refert verò Simonia in addit.

Mitti quoque debet prouisus in possessionẽ & non ipsemet propria authoritate ingredi, mittitur autem per Archidiaconum cap. ad hæc de offic Archid seu per Decanum cap. post electionem de concessione præbendæ, vel communiter solet institutor mãdare omnibus, ad quos intromissio de iure, vel consuetudine spectat, & õnib. suis subditis vt intromittant. Imo dare potest facultatem instituto, vt etiam propria, authoritate apprehendat possessionem, dum vacat beneficium, & a nemine detinetur. Rebuff loc. cit.

Capitur autem possessio per ingressum, ecclesiæ, per aspersionem aquæ benedictæ osculum altaris maioris, & per tactum fontis baptismalis si apprehendenda sit possessio Parrochialis Ecclesiæ in apprehensione autem possessionis Canonicatus assignatur stallum in choro, & locus in capitulo adhibito sonitu campanarum, vt populus notificetur, consignatur, & domus presbyteralis cuius traditione intelliguntur tradita bona temporalia illius beneficij vel eccles. & aliæ ceremoniæ adhibentur pro locorum consuetudine Rebuff. loc. cit.

ANT. TIM. Collatio à conferendo dicta, seu ferendo in alium: & est in præsenti significatione cum is qui habet potestatem confert præbendam & beneficium in alium Nam, & sumitur alio modo pro ea quam faciunt scholares disputando & disceptando vt in auth etsi contra C de fid iusti Alia quæ fit comedendo, & bibendo. ¶ Tertia quæ fit coadæquando & comparando.

ANT. TIM. Conferuntur.] CASVS non figuratur, Not. tamen curam dist. quod cura ecclesiarum aut spectat ad supremum caput ad ipsum Ordinarium, aut ad priuilegiatum participantem de vtroque.

a ¶ Ordinario.] Dicitur autem Ordinarius is esse, qui suo iure, vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest vbi habet. Sunt autem duplices, quidam habent administrationem vt Episcopi habentes Episcopatus, quos actu regunt. Alii qui non habent administrationem, tantum facultatem iudicandi, vt sunt Episcopi renunciantes loco Episcopali non dignitati, retinentes honorem sine administratione, capite primo de ordination. ab eo qui renunc. Episc. Item Episcopus, cuius Episcopatus omnino destructus esset qui esset Episcopus nullius tamen Episcopatus vulgo Nullatinensis. Goff. in sum de in integr. restitut.

Ordinarius.] Hæc pars subdiuiditur: in 3 pa. in prima explicatur potestas ordinarii in secunda potestas legati delatere: in tertia potestas sedis Apost. secunda ibi ex legationis: tertia ibi, per rescriptum prima pars adhuc subdiuiditur. in 2 partic. in prima adnotatur quid sit Ordinarius: in secunda declaratur præd. potestas secunda ibi, quam conferendi in prima CASVS non figuratur. Not. tamen ius scriptũ & non scriptum æquiparari in constituendo Ordinarium iudicẽ argumento not. per Abb. in rubr. de consuet.

b ¶ Consuetudo] Quædam iurisdictionem l. more maiorum ff de iurisd. omn. iud c. cum dilectus de consuetud. cap. cum Ecclesia, & capit. scriptum de elect etiam priuatæ personæ cap. cum contingat: vbi Abb. & cæteri de for. comp.

c ¶ Aut iuris.] Sed quare est præposita in ordine literæ consuetudo auctoritati iuris? Ref forte, quia consuetudo in prouisione beneficiorum præfertur iuri communi, cap. fin de inst. cap. eo noscitur de his quæ fi à præl. & cap. Abbate, sanè de verb. signif. & c. cum Eccles. vbi etiam Abb. de elect.

d ¶ Episcopus.] Cap. omnes basilicæ cum ibi alleg 16 q. sept.

* Habent communiter] Episc. de iur. cõi. fundatam habet intentionem ad conferenda õi à ben. suæ diœc. can. omnes Basilicæ 16 q. 7 sed magna est dissentio inter dd. an hæc potestas sit solita in Episc. quoad beneficia præbendalia eccle. Cathed. affirmant Compostel. in c. cum eccle. vultrana n. 1 & de elect. Bellamera decis. 69 n. 2 Veruis tamen est illam esse simultaneam Epis. sc. & Capit. circumscripta fundatione vel consuetudine, gloss. in d. c. cum eccl. vulterana & in c. vlt. in verb. communiter de suppl. neglig. præl. & in c. irrefragabili in verb. per capitul. de offic. ordin. quia non quod per legem aliq. aut Can. id expresse reperiatur dispositum sed quod sit inductum ex interpretatione doctrinali quę facit ius venitque appel. iuris cois. Ber. cons. 92. n. 16 ius 5. commu. & illud dicitur quod per argumenta & similitudines dicitur l. non possunt cum seq. ff de leg. ratio huius simultaneæ potestatis est quod præbendæ in Ecclesia Cathedrali præsumantur, institutæ de bonis communibus Episcopi & Capituli ne aut Episcopus aut Capitulum Canonicos minus grates sortiatur, Abb. in d. cap. cum Ecclesia n. 8 vers. ego dicerem. SOLER.

ALOYSIVS RICCIVS. Fit hic mentio per hunc textum de ordinarijs collatoribus, dicendo quod collatores ordinarii sunt qui suo Iure conferre possunt siue id habeant à Iure siue Papa vel consuetudine etiam si alias non habeant ordinar. Iurisdict. idemque notatur in capite ordin de offic. ordin & in capite si soli de concess. præbend. in 6 glos. in capite em. 1. vt litt. pendent. verb. ordinarium, & ibi Imol. Rebuff. de nominat. quæstion. octaua num. 2. & in concord. titul. de collat. §. 1. verb. ordinarius collator, & § præfatiq; ordinarii verb. ordinarii collatores Paris. de resignat. benef. lib. 8. q. 9 num. 23. &

Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ. hoc dicit.

CONferuntur autem præbendæ, vel beneficia, aut ab ordinario, [a] aut ex mandato legati sedis Apost. aut Pontif. rescripto.

Quis sit ordinarius collator. h. d.

Ordinarius collator is est, quem aut consuetudo [b] approbauit, aut iuris [c] designauit auctoritas, vt Episcopus [d] Capitulum.

Si Episcopus, & Capitulum habeant potestatem conferendi coniunctim, non potest vnus sine altero, nisi in vno subsit impedimentum, conferre. h. d.

Quam conferendi potestatem Episcopus, [d] & Capitulum interdum habẽt communiter: * interdum disiunctim: si communiter alter si-

Gonzal. glos. 21 nu. 33 Vnde in materia collationis appellatione ordinari venit non solum Episcopus sed etiam alius inferior habens potestatem conferendi licet non habeat Iurisdictionem Dec. in c. post cessionem, n. 7 de probat. Rebuff. d. verb ordinarii Collatores Paris. vbi sup. n. 27 & fuit resolutum in vna Oscen Canonicatus 9 Mart. 1592 tũ de iure communi ordinarii collatores sunt Epi, seu Archiepiscopi qui in collatione, & prouisione beneficiorum suæ Diœcesis fundatam habent intentionem in iure communi, vt per Cardin q. 14 n. 24 Sed de beneficiis & præbendis Ecclesiarũ Cathedralium, & Collegialium est particulare dubium an spectent ad prouisionem solius Episcopi an simul cum capitulo.

ne altero illam exercere non poterit [a] nisi vel mortis [b] vel suspensionis: [c] vel maioris [d] excommunicationis [e] impedimentum in altero adesse contigerit [f]

Impedimentum non operatur, nisi coniunctim cum negligentia impediti. h. d.

Cum verò ad solum Episcopum cum consilio [g] sui capituli, vel assensu, [h] præbendarũ spectat collatio, eo defuncto, vel suspenso cum Episcopus, & capitulum sint vnum corpus d. cap. nouit. in princ æquum videtur quod simul concurrant in prouisione præbendarum ipsius Ecclesiæ Cathedralis & de eis tamquam fratres simul disponant eoq; magis est amplectenda ista opinio quia est communis seu communior, & sic securior, vt ait Cassador sup. num. 2 & præcipuè quia est à Rota approbata, & recepta, ad dicta supra.

Et de prouisione ipsarum Ecclesiarum, in primis dicẽdum est quod prouisio Cathedralium olim pertinebat ad solum Romanum Pontificem c. 1 & 2. 22. dist. gl. in c. quamquam de elect. in 6 in princ. Selua de benef 2 p. q. 22 3 casu n. 9 Lopez in l. 17 tit. 5 p. 1 Burs. cons. 126 l. 2 n. 8 Prouisio verò inferiorum Eccles. olim pertinebat ad Episcopum gl. Selua Lopez & Burs. vbi sup. sed postea tractu temporis fuit per Papam data potestas cuilibet collegio eligendi sibi Prælatum siue sit Ecclesiæ Cathedralis siue inferior cõfirmatione electi superiore immediatè relicta c. 1 c. ne pro defectu c. quia propter de elect. cum alijs eiusdem tituli ibi & in 6 c. cum Ecclesia Surrina de caus. possess. & c. vlt. 16 q. 7 Demum earum, prouisio est iam reseruata per regulas Cancellariæ secundam & tertiam de quibus fuit dictum pænes Garziam in tract. de benef. p. 5 c. 1 à num. 212 & 256.

Secundo circa prouisionem præbendarum Eccles. Cathedralis sunt diuersæ opiniones, prima est Host. in d. c. cum Ecclesia Vulterana quod spectant ad Episcopum cum consilio capituli nisi bona Episcopi capitulo sint communia & allegat c. nouit. c. quanto de his quæ fiunt à Præl. sequitur Ægid. decis. 69 Secunda est Compostel. in d. c. cum Ecclesia Vulterana quod prouisio pertinet ad Episcopum cum consensu capituli, pro qua allegat c. ea noscitur de his quæ fiunt à Præl. sequitur Suarez de benef. lib. 3 c. 4 dicens receptius esse in bręben & dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis collationem ad Episcopum spectare cum cõsensu capit. Burs. at. d. cons 126 lib. 2 n. 45 & Ægid. d. decis. 99 Tertia est quod prouisio prębendarum ad Episcopum, & capitulum simul pertineat quam tenet glos. verb. postul. in d. c. cũ Ecclesia Vulterana & in c. fi. verb. cõniter de supplen neglig. Prælator, & in c. irrefragabili verb. per c. de offi. ord. & in c. 1 § 1 verb. disponit 21 dis. Mandos. in reg. Cancel. 18 q. 14 ex n. 2 & cons. 28 n. 7 & cons. 29 n. 1 dicens communiorem. Et hodie Rota hanc opinionem sequitur vt per Cassad. dec 22 de præbend Put decis. 117 & 172 l. 3 Achil. decis. 267 seu 4 de præben. & ita fuit resolutum in vna Abulen. pœnitentiariæ 17 April 1599 coram Mantica, & in vna Hispalen. portionis 19 Ianuarij 1594 coram Panphilio, & in Vercellen Canonicatus 27 Aprilis 1594 coram Penna in Placentina Cantoriæ 24 Octobris 1594 coram Seraphino in regien Canonic. 17 Nouembr. 1595 coram Pamphilio & in Placentina Canonicatus 26 Februarij 1596 coram Orano, & in Tartaconen. Sacristiæ 19 Martij 1661 coram Iusto, & hæc opinio mihi placet, pro qua facit § verum & d. regula quod omnes tangit, & ratio est, quia

Prouisio

Quam conferendi.] Hæc pars adhuc subdiuiditur in duas partes in prima habetur quid iuris de collatione pertinente ad plures: in secunda quid iuris de negligentia collatoris: secunda ibi, ead. ratione quoad primum CASVS ita figuratur. In quada diœcesi orta fuit controuersia circa potestatem conferendi beneficia inter Episcopum Capitul. & quosdam alios, quidam enim dicebant beneficia esse conferenda ad similitudinem electionis argumento c. nouit de ijsquæ à prælat. Quidam dicebant oppositi argumento, capite si quis iusto de elect. in 6 & c. 1 13 q. 1 vnde in hac difficultate fuit quæsitum quid iuris. Sol. fuit data prout hic legimus causa autem illa assignatur, quia cum potestas illa originaliter veniat à summo pontifice diuersi modè concessa fuit & hoc secundum qualitatem casus id postulantis: & propterea Obiectiones absque alio soluuntur cum quælibet in suo casu locum habeat. Not primo quod illa quæ sunt iurisdict. possunt pertinere modo ad vnum, modo ad plures, clem. 1 § 1 de hæret No. 2 aliquid ad aliquem pertinere aliquando simpliciter aliquando cum consilio vel consensu alterius c. 3 & 4 de ijs quæ fiunt à prælat & ibi Docto.

a ¶ Poterit. Cap. vnico ne sede vacan aliqua inno vnde sumitur.

b ¶ Mortis.] Idem si quocunque alio modo vacet sedes, vt renunciatione & depositione vel alio quouis modo vt 7 q. 1 eece in quibus & 23 q. 2 in prin.

c ¶ Suspensionis.] Pone quod fuerit peccatum in c. graue de præb. Et an episcopus suspensus conferat. latè Host. in sum. de elect. § quis possit eligere. vers. item iure impedit, & per Doct. in cap. tanta de excess. præla & in c. cum bonæ æt. & qualit. & in c. si celebret de cler. excomm. mini & in c. inter de elect.

d ¶ Maioris.] Aliud si minoris vt sup. qui eli. eligiue poss. § primo & capite si celebret. de cler. excom. mini.

e ¶ Excommunicationis.] Sed quomodo poterit hoc esse cum collegium & capitulum non possit excommunicari capite Romana § in vniuersitatem de sententia excommunicare in 6 Respond. intellige si singulariter omnes de capitulo sunt excommunicati, vt dicitur in c. vnic. in princ ne sed. vac. in 6.

f ¶ Contigerit.] Quo casu vnus sine altero conferret & intellige hoc etiam si Episcopus interesse deberet vt prælatus fac ca. vni ne sed vacan in 6 & vide per Abb. in cap. ex parte de constit.

g ¶ Cum consilio.] Est autem magna differentia vtrum consilium interuenire debeat, an consensus, vt habetur in ca. cum olim de arbit. & in cap. venerabili de offic. deleg. & in cap. quanto & cap. ea nascitur de his quæ fi. à præl. si con. cap. in cap. ne pro defectu de elect. & in omnibus dictis locis Abb. Et not. quod si is cuius auctoritas requiritur in actu explicando consilium accommodet censetur etiam præstitisse auctoritatem, Abb. in c. dilecti, de arb.

Consilium consensus

h ¶ Assensu.) maioris partis. cap. 1 de his quæ fi à

ma. part. ea. & no. in c. 1 ne sed. vac. in 6 § 1 & hoc videtur de iure communi in præbendis cathedralis Ecclesiæ secundum Compostel. in c. cum Eccles. Viterana. de elect.

a ¶ Suspensionis.] Si contingat illum esse suspensum.

Inmora

b ¶ In mora.] Sed qū dicetur esse in mora? Resp. cum quàm cito potuit relaxationem nō petiit, l. 2 § confestim, ff ad Tertul. Non tamē amara, vel calumniosa facienda est interpretatio. vt ff de don. inter vir. & vxo. l. fi id quod. § si quis secundum, & l. pen. ff ad exhib. ca. ex his de priuil. Arbitrabitur ergo iudex l. 1 ff de iud. lib. Si autē malitiosē impediatur petere, subuenietur ei, cū non sit in mora c. postulastis de cōcess. præb. nisi hoc ipse procurasset, l. 2. § fi. ff si quis caution.

c ¶ Intromittere.] Si ergo fuerit in mora Episc. poterit Capitulum se intromittere. Sed quæritur, an statim canonicus possit conferre, an debeat expectare sex menses post moram iuxta c. quia diuersitatē de conc. præb. Resp. vt no. in ca. vnic. ne sede vac. nihil inno. in 6.

d ¶ Differenda.] Cum ab eo non possit tunc peti consilium, vt ca. 1 fin. ne sed. vac. ali. in 6 arg. c. gratiosè. de rescript. in 6 & de pœnit. d. 1 § hoc idem versic. idem à mortuo. Contrarium tamen esset, si collatio pertineret ad aliquem cum consensu Episcopi, vt not. in d. § fin.

e ¶ Remotis.] Hæc autem distantia erit metiend. iudicis arbitrio ex ratione, quæ statim sequitur. An autem, & quando absentes sint ad actum vocandi. per Doct. in c. cum omnes de constit. & in c. 1 de his quæ fi. à ma. part. c. & in c. 2 de testibus in 6.

f ¶ Periculum.] Simile cap. si is qui. de offic. deleg. in 6. sed contra quia non seruata forma, actus valere non debet, l. parui. ff de arb. c. cum delicta de rescript. cum materia. Resp. periculum imminens immutat, quod aliàs esset seruandum sic c. 2 de testa. in 6. & habetur per Legistas in l. 1 ff de offic. eius cui, & c. & in l. 1 ff de damn. infect. & per Canon. in c. 1 de constit.

Indicatione.] In tota hac parte. CASVS. ita in communi figurari potest: illi qui tenebantur beneficia conferre, fuerunt aliquando negligentes in collatione facienda, vnde quærebatur quid tunc agendum esset? isti enim dicebant se non fuisse negligentes argumento l. igitur, § 1 ff de libera causa, & quatenus essent puniendi, deberent puniri per sententiam, & *non ipso iure*, argum. l. respiciendum ff de pœnis Sol. vt hic habetur, quia vtilitas Eccles. id requirebat, & hinc intelligimus etiam obiectiones aliquid non concludere, cum ob vtilitatem Eccles. aliquando à iuris regul. sit recedendum arg. ca. 1 de consuetud. Not. inde arg. delinquentem esse puniendum in eo quod deliquit. c. fin. de immunit. Eccles. Not. 2 tempus non currere ignorantibus quod defuit ad multa. gl. hic in verb. notitia Not. 3 casum in quo factum a principe nullum potest ratum haberi doct. in c. quod sicut de elect.

nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis [a] sit in mora, [b] Capitulum se non potest intromittere. [c]

Quando periculum est in mora, non est collatio differenda. h. d.

Vbi verò collatio ad aliquem cum consilio Episcopi pertinet, si quid illi humanitus contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficij collatio differenda. [d] Idem iuris est, Episcopo adeo in remotis [e] agente, vt breui non possit illius haberi præsentia: quia in petendi, vel expectandi mora vacanti beneficio posset imminere periculum. [f]

Si Ecclesia steterit vacans per sex menses, beneficium deuoluitur. h. d.

Eadem ratione, [g] vbi ad solum Episcopum spectat [h] collatio, si per sex menses conferre distulerit, ad Capitulum [i] deuoluitur. Ex contrario si ad solum Capitulum pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, [k] Episcopus cum religiosorum [l] virorum consilio exequetur: quod si omnes fortè neglexerint, Metropolitanus [m] absque contradictione disponet. [n]

g ¶ Ratione.] Scilicet quia periculosa est diuturna Ecclesiarum vacatio: vt c. quàm sit, & c. cupiētes, de elect. in 6

h ¶ Spectat.] Intellige iure proprio: non autem si spectet ratione deuolutionis, puta deuoluto iure conferendi ob negligentiam, vel delictū inferioris collatoris: quia hoc casu etiam negligente Episc. non fit deuolutio ad capitulum sed proximum superiorem. Ratio diuersitatis quia in his deuolutis nō est tanta communio inter Capitulum, & Episcopum, quanta in spectantibus iure proprio; vt not. Abb. in c. 2 de concess. præbend. post antiques.

i ¶ Ad capitulum.] No. casum, in quo inferior supplet negligentiam superioris. Alium habes 9 qu. 3 c. cum simus & hoc est propter magnam communionem, quæ est inter Episcopū, & capitulum, c. requisisti de test. & per Abb. in c. 2 de concess. præb.

k ¶ Non fecerit.] Sed quid si fecerit post lapsum tempus sex mensiū, an tenebit collatio, & electio? quidam quod sic. Contrarium est verum: vt c. licet, & cap. fin. de sup. negl. prælat. nisi de patientia toleraretur cap. literas, de concess. præb. Quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare cap. quod autem in fi. de iur. patron. arg. contra ff si quis cau. l. & si post tres, & l. Celsus, ff de arbitr. & ita not. in c. 2 ext. de concess præb.

l ¶ Religiosorum.] Cap. ne pro defectu de elect. & c. obeuntib. dist. 62. Et intellige religiosos largo modo, & non pro his tantum qui vouerunt tria vota, vt habetur in locis supra alleg. & per Abb. in c. dilecta de maior. & obed.

m ¶ Metropolitanus.) Intellige hoc si Episcopus non sit exemptus, aliàs deuolutio fit ad Papam, non ad Metropolitanum: quia non superior non potest supplere negligentiam alterius cap. licet de suppl. neg. prælat. Nec ob quod Capitulum supplet negligentiam prælati licet non sit superius: quia illud ratione magnæ communionis, ut dictum fuit sup. hoc eodem § in verbo. ad capitulum.

n ¶ Disponat.] Etiam dando possessionem cap. ex parte, vbi Abb. in princ. de concess. præb.

ANT. TIM. Vide de ordine eorum, ad quos spectat collatio, per Abb. in cap. 2 de concess. præb.

ALOYSIVS RICCIVS. Beneficia debent conferri infra sex menses, hoc dicit adde quod concordat cum dispositione textus in c. 2 de concess. præbend. & ca.

licet de suppl. neglig. Prælat. clem. 1. eo. tit. l. 8 tit. 16 p. 1 de quo latè Rebuff. in prax. tit. de deuolut. & in repet. d. c. 2 cit. a fin.

Amplia primò, vt habeat locum in præsentatione nisi sint patroni laici tantum qui solum habent quadrimestre ad præsentandum capit. vnico § verum de Iur. patron. in 6 & ibi glos. & Doct.

Amplia secundò, etiã in hospitalibus quæ cõferuntur in titulum beneficij, & quod dicunt Feder. de permut. qu. 29. Paulus in cle. 2. de relig. dom. Cosmas. in pragm. sanctione tit. de collat. § item circà verb. respectiuè Selua de benef. p. 3. qu. 64 num. 3 Coras. p. 4 cap. 1 num. 6 Gambar. cap. vnic. de rer. permut. in 6 nu. 137 & Zerola in prax. Episcop. par. 1. verb. beneficium § 3 quod non est tempus statutum ad conferendum hospitalia accipiendum est de hospitalibus quæ non conferuntur in titulum beneficij Ecclesiastici de quibus supra par. prima, cap. 3 & ita in terminis tradit Rebuff. dicto verbo intra sex menses versiculo item quando, & ante eum Calderinus consilio vnico, de supplenda negligentia Prælatorum.

Amplia tertiò, vt non solum habeat locum in collatione, sed etiam in electione per tex. in capitulo dilectus de conces. præb. num. 2 vbi Abb. & alij nisi sit cathedralis, vel regularis Ecclesia quæ ob maius periculum impendens siue imminens, vltra tres menses Prælato vacare non debet capit. postquam 50. distinct. cap. obeuntibus 63 dist. & c. ne pro defectu de elect. quod intelligas in Ecclesiis cathedral. respectu principalis Prælati nempè Episcopi & in regularibus in quibuscumq; earum Prælatis principalibus perpetuis quocumque nomine nuncupentur siue Abbates, siue Priores siue Præpositi. In cæteris aũt Ecclesiarum sæcularium Prælaturis ac in dignitatib. & aliis beneficiis, in quibuslibet cathedralib. & aliis Ecclesiis tam sæcularibus, quam regularibus constitutis habent locum semestre de quo in d. c. 2 Rot. decis. 5 de elect. innou. Rebuff. d. tit. de deuolut. nu. 4 Cucius de instit. maior. lib. 4. tit. 1. num. 168.

Amplia 4. vt habeat locum in habente à Papa indultum conferendi beneficia reseruata. licèt prouideat virtute indulti, aliàs prouisio deuoluetur ad Papã Cassad. decis. 8. de præbend. Crescent. dec. 15. eod. tit. Mandos. de signatura gratiæ tit. de prouis. vers. in beneficiis reseruatis, licèt secus sit in exequutore Papæ, qui Papæ vice fungitur Cassador. d. decis. 8 num. 6 Selua d. quæst. 64 nu. 4 Zerola d. § 3.

Amplia 5. & vltimo vt habeat locum in prouisione Parrochialium etiam stante Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18 quando earum collatio ad Episcopos spectat licet quando earum collatio ad Papam, aut alios spectare debeant, infra quatuor menses personam magis idoneam præuio concursu eligere. & electam illis significare, & cæt. vt in constit. Pij V.

Et isti sex menses dati ad conferendum currunt à tempore scientiæ vacationis numerandi, cap. quia diuersitatem in fin. de conces. præbend. & d. capit. licèt Zerol. dist. 1. part. verb. Ius patronatus § 8 dub. 1 & Flor. de Amen. quæst. 3. num. 6 Couar. d. lib. 4 tit. 1 nu. 170 Azor. instit. moral. p. 2 lib. 6 cap. 26 quæst. 18 nu. Istud tempus datur in odium negligentis Franc. d. cap. statutum, & Doctores in dictis Iuribus, & sic etiam non currit impedito siue fuerit impedimentum Iuris, siue facti Abb. in d. cap. quia diuersitatem, nu. 3 Guttier. canonic. quæst. lib. 3. cap. 28 Zerol. & Flores sup. num. 4 supra & in tempore impedimenti computatur tẽpus pensionis, & peregrinationis pro absolutè obtinenda quousque in domum suam perueniat, etiam data notitia vacationis, vt re vera videatur probari in dict. cap. quia diuersitatem, & ibi Gloss. penult. Innocent. num. 5 & Abb. num. 3 idem Innocent. dict. capit. 2 eod. tit. vnde durante litè super Iure conferendi, seu eligendi nõ currit tempus, licet secus sit in patronis Federic. cons. 232 Rebuff. in concord. d. titul. de Regi ad Prælaturas nominatione, § 1 verb. intra sex menses Beroius in cap. quoniam de iur. patron. num. 42. & sic fuit resolutum in vna Placentina parrochialis de Malpartida 28 Iunii 1585 coram Seraphino, & 10 Decembr. eiusdem anni coram Pamphilio, & in vna Ciuitatis Castellanæ 18 Iunij 1557 coram Quiroga.

Regularibus prælatis non conferentibus infra sex menses sit deuolutio ad ordinarium. h. d.

Idem statuitur in regularibus prælatis, si [a] quæuis beneficia ad illorum dispositionem [a] spectantia intra constitutum [b] tempus conferre negligant, locorum [c] diœcesani in non exemptis [d] propria, in exemptis verò Apostolica [e] auctoritate eorundem negligentiam, iuxta præscriptum in Viennensi Concilio [f] modum, supplebunt.

Tempus deuolutionis currit solum non impeditis, & à die notitiæ, h. d.

Tempus autem sex mensium nec currit legitimè impeditis: [g] & à die notitiæ, [h] non à

a ¶ Dispositionem.] Id est, collationem, vel prouisionem, quia si ad solam præsentationem, vel electionem ipsorum spectarent, tunc ad confirmantem, vel instituentem deuolueretur potestas, siue sit diœcesanus, siue alius.

b ¶ Constitutum.] in cap. 2 de conces. præbendæ.

c ¶ Locorum.] Non personarum. Si ergo prælatus alterius diœcesis habet prioratum, quem conferre negligit in diœcesi Perusina, Episcopus Perusinus, qui nunc est excellentissimus Doctor, & præceptor meus. Rot. Roman. Auditor Iulius Oradinus supplebit. licet fortè collator sit Bononiensis. *Iulius Oradinus.*

d ¶ In non exemptis.) Olim secus cap. sicut de supp. neg. prælat. & cap. cum singula de præbend. in 6.

e ¶ Apostolica.] Fac. cap. irrefragabili de offic. ord. & capit. ad abolenda de hæret. & capit. vni. de cler. ægrot. in 6 & eod. lib. de stat. monac. c. vni. & clem. attendentes de stat. mon. & clem. quia contingit de reliq. domib. fortè conferre poterit etiam legatus, per ea, quæ dicit Abb. in cap. venerabilis, de præb.

f ¶ Viennensi.] Conc. Clem. vni. de suppl. neg. præl.

g ¶ Impeditis.] Impedimento tam iuris, quam facti. Quia præscriptio cap. 2 de conces. præb. est inducta contra negligentes, vt dicitur in capitul. quia diuersitatem, eod. titul. sicut cæteræ capitu. vigilanti, de præscr. & 16 quæst. 3 § potest. Et sic istud tempus semestre est vtile certo respectu: sed alio respectu est continuum. Currit enim, & diebus feriatis: vt not. Abb. in capitul. 2 de conces. præbend. & hoc nisi quis, sit negligens in remouendo impedimento, vt not. in dist. cap. quia diuersitatem, argument. capitul. quoniam, d. 100 & l. qui potest ff de re iu. & l. non omnes, § qui captus, ff de re mil.

h ¶ Notitiæ.] Sic cap. licet de sup. negl. præl. & habetur in cap. nulla, & capitul. quia diuersitatem, de

conceſſ. præb. fac. l. animus, in fin. ff de calum. & in capitul. biduum 2 quæſt. 6 & l. cum ſex menſes, ff de æd. l. edict. Sed an præſumatur hæc ſcientia; puta vacat in diœceſi ſuffraganei beneficium, an præſumatur Metropolitanus habere notitiam? dic vt per Abb. in cap. ex parte, de conceſſ. præbend. & in cap. ſicut de accuſat.

tempore vacationis erit computandum.[a]

Deuolutio non habet locum in Eccleſia non numerata, vel quando dignitas eſt ſuppreſſa. h. d.

Hæc autem ita demum obtinet, ſi in Eccleſia erat diſtinctio præbendarum, & certus Canonicorũ numerus. Cæterum, ſi neque diſtinctæ præbendæ, nec certus ſit Canonicorũ numerus, Lateranenſi Concilio de beneficiis vltra ſex menſes vacantibus locus non erit.[b] Idem etiam obtinet, ſi per capitulum vacans dignitas legitimè fuerit ſublata.[c]

Sede vacante capitulum non fungitur vice Epiſcopi in conferendo, & ceſſante cauſa ceſſat, & effectus. h. d.

Licèt autem ob negligentiam Epiſcopi conferendi poteſtas ad capitulum deuoluatur:[d] ſede tamen vacante in collationibus præbendarum Epiſcopi vice non fungitur,[e] * cum eo caſu nullius ſuperioris poſſit argui negligentia.[f]

Circa collationem factam poſt deuolutionem diſpenſari poteſt. h. d.

Is quoque, qui nimiũ ceſſando conferendi ius amiſerit, ſi poſt in collationis deuolutũ.

a ¶ Computandum.] Idem in executore Papæ, vt not. in clem. ſi benef. de præb. & Cald. conſ. 33 de præb. Sed an quod hic dicitur de collatione militet etiã in inſtit. Rejp. non per Abb. in cap. 2 de conceſſ. præb. & in capit. paſtoralis, de iur. patro. Quid ſi patronus per ſex menſes non præſentauerit, nunquid his, qui habent liberè conferre dabitur integrum ſemeſtre? Reſp. vt per Abb. in capit. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.

b ¶ Non erit.] Cap. ex parte, de conceſſ. præb. quia tunc non dicitur præbenda vacare. Vnde non mirum, ſi non habet locum Conciliũ Lateranenſe, quod loquitur de præb. & benef. vacant. Et ſic nota in Eccleſiis regularium, vbi numerus nõ eſt ſtatutus, non dari vacationem. Item dictum Concilium non habet locũ in dignitate Epiſcopali, & Eccleſia collegiata regulari. Datur enim breue tempus ob maius periculum, capitul. ne pro defect. de elect. conſueuit notã in capitul. 2 de conceſſ. præbend. Sed nunquid impetratis in tali non numerata Eccleſia, vt ſibi prouideatur de canonicatu, & præbenda ſi vacat, vel quam primum vacauerit, vel ſe in tali Eccleſia, facultas obtulerit, recipitur per has literas? Reſp. vt not. in cap. fin. de conceſſ. præbend. in 6 in ver. diſtinctio.

c ¶ Sublata.] Cap. cum acceſſiſſent de conſtit.

d ¶ Deuoluatur.] Competit enim Epiſcopo hoc ius communi iure, vnde transferatur in capitulum, ſed vac. ſecus ſi competeret iure conſuetudinario, vel ſpeciali, vt not. in cap. ſcriptum de elect. & in cap. at ſi clerici § 1 de iudi. & in c. verũ de foro comp. per Doct.

e ¶ Fungitur.] Immò videtur contra cap. his, quæ & cap. cum olim. de ma. & obe. Sol. ibi ſumus in auctoritate confirmandi, & inſtituendi, quæ eſt iurisdictionis neceſſariæ: hic ſumus in poteſtate liberè conferendi, quod totum eſt gratioſum, ita Abb. in cap. illa, ne ſed. vac. licèt alij aliter, vt ibidem not. & in contrariis fac. infra tit. 2 § diſſimiles. Et limita, quod hic dicitur tribus modis, vt per Abb. in dict. cap. illa, vbi ponitur regula, quod capitulum non fungitur vice Epiſcopi, niſi caſibus á iure expreſſis.

* Epiſc. Vic. non fungitur.] Limita 1 niſi capitulum eſſet in poſſeſſione conferendi ſede vacante Flam. lib. 7 quæſt. 3 num. 40. 2. Limita in beneficiis Eccleſ. Parrochialib. quas in Gallia conferre poteſt Capitulum vacante ſede ob periculum animarum Melchior Louet, lib. 2 num. 281. Paſtor de benef. lib. 1 tit. 12 n. 8. 3. Limita in collationib. neceſſarijs vt in confirmatione electi, vel inſtitutione præſentati, cap. cum olim de maiorib. & obed. cap. 1 de inſtitut. in 6. § & in collationibus graduatis aut nominatis Can. factis, aut faciendis, Rebuff. § ſi quis verò in verbo diſpoſuerit de collat. in concord. & in tract. nominat. q. 13. n. 78 licet contrarium teneat Mathiſtatus de mandat. Apoſt. pag. 36 de collationibus verò quæ fiunt Can. permutationes non poſſint per Capitulum ſede vacante expediatur affirmat Gartias de benef. plures negant gloſſ. in cl. vnica de rer. permut. Corras. de benef. pag. mihi 42 Maynardus lib. cap. 66 quibus accedo. SOLIER.

f ¶ Negligentia.] Ad quem igitur erit recurrendum, vt prouideatur vacanti Eccleſiæ? Reſpond. ſecundum, Hoſt. ad Papam, & de hoc plenè Abb. in cap. illa ne ſede vacante nam capitulum, vel Archiepiſcop. non ſuccedit niſi in caſu negligentiæ: vel quando Epiſcopus delinquit conferendo indigno cap. 2 de conceſſ. præbend. cap. cum in cunctis de electio. de materia Paul. in tract. de poteſtate cap. ſede vacante.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis quod capitulum ſede vacante non poteſt beneficia conferre, nec ſuccedit in collatione beneficiorum capit. ſecundo, nec ſede vacante, & capit. vnic. eod. in ſexta, & capit. primo de inſtitution. eod. lib pro vt etiam non ſuccedit in præſentatione, ſeu electione ſpectante ad Epiſcopum Paui. 5. quæſtion. ſecunda, numero tertio, & poſt alios Lambert. de iure patronnat. part. ſecunda, lib. ſecund. quæſtion. ſecund. articul. quart. & procedit quamuis Beneficiorum collatio ad Epiſcopum pertineat iure deuoluto, Monach. in capit. quamquam de election. in ſexto Bald. in capit. ne pro defectu de electione, eadem enim militat ratio, quamuis contrarium tenuerit Ioan. Aud. in dict. capit. quamquam, & ibi Dom. & Franc. num. 4.

Hæc autem exceptio intelligitur in collatione libera non verò in confirmatione, & inſtitutione quæ ſunt

necessariæ, & debitæ nam capitulum sede vacante, electos iure confirmare potest in capit.cum olim de institut. & instituere præsentatum d.ca.1 de institutionib. & post alios docet Abb.id d. c. cum olim sub numero 2 & in d.c.2 num. 6. Vnde etiam collationes beneficiorum necessarias capitulum sede vacante facere poterit Rebuff. in concord. titul. de collat. § si quis verò verb. dispositerit ante finem. Probat. ad Monachum in cap. fin. de offic.vicar. in 6. Ludouicus titul. de benefic. collatione concl.vnic. vers. ampliat 12 lib. 3. communium opinionũ, qui dicunt quod capitulum sede vacante potest constituere Vicarium, qui poterit prouidere de beneficijs quorum collatio est necessaria Zechus capit. 1. num.3. vers.9. fallit vbi ait quod capitulum conferre non poterit, nisi collatio fuerit necessaria, vt in beneficio debito mandatario, vel nominato & nouissimè post hoc Ioan. Vames, consil.279 & 267.n.2. & cons. 260 & ista sententia videtur esse Milis in repert.verb.capitulum vacante sede post iuncto § sequ. & Gemin. per eum ibi relati, & de mente Abb. in d. c.2 nu. 6 dum enim dicunt quod capitulum potest facere institutionem, & confirmationẽ, quia sunt necessariæ, & debitæ, videtur sentire, capitulum posse prouidere de beneficijs quorum collatio est necessaria, & debita, Aymon.de antiquitate temporis 4 part.sectione materia ista num. 50.vers.rursus lucidetur eam esse de mente Pauin.4.quæst.2 part.n.8 Anch.lib.2.titul.9.num. 46 qui dicunt capitulum sede vacante posse postulationem admittere, dummodo nihil obijci postulatio possit, quia non nititur mera gratia, sed iuris necessitatem habere videtur, per quam admissionem fit prouisio de beneficio, & tamen hoc non est iure in particulari expressum idem ergo dicerent in collatione necessaria, & debita prout tenet eam Conarr.lib.3 var.cap.20 n.7 ad fin.ibi quamuis non possit capitulum vacante sede beneficia libera collatione conferre, sentit ergo posse conferre necessaria.

a ¶ Idoneis.] Nam aliàs non haberet locum quod hic dicitur, c.literas de sup. neg. præl.

Patientia.

b ¶ Tolerari.) Nota ergo quod multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium venirent corruerent, cap. cum iam dudum de præbend. cap. literas, de sup. ne præl. vnde sumitur. Et sic nota quod sola patientia dat ius talibus institutis, non institutio perperam facta, sic leg. obseruare. iff de offic.proconſ. in fin. & 2 quæst. 1 cap. in primis Eac.not. per Abbat. in capitul. super his, de consan. & affinita. Et hoc intelligitur de patientia Papæ, non inferiorum: vt per Abbat. in d. capitul. literas, inferiores enim possunt quidem denouo conferre, sed non ratificare.

Ex legationis.] Hæc pars subdiuiditur in tres partic. in prima explicatur quis sit iste legatus: in secunda qualis sit eius potestas: in tertia adnotat vnum commune Ordinario, & tali legato: secunda ibi, sed tamen; tertia ibi, illud autem, quo ad primum CASVS. Non figuratur. Not. tamen causam distinct. legatus enim, aut est ordinarius ad certum negotium, & dicitur missus, & propterea ei hæc potestas non conuenit, aut oritur cum dignitate principal. & iste dicitur natus; aut est temporalis, sed constitutus ad regimen alicuius Prouinciæ de latere Pontificis, & dicitur legatus de latere, atque huic cõuenit hæc potestas conferendi beneficia. *Io. Bap.*

c ¶ Ecclesiarum.) Nota tres esse species legatorum: Natos, Missos, & de latere. Nati qui simul atque promoti sunt ad aliquam Ecclesiam, ipso iure sunt legati Papæ in sua prouincia: vt Cantuarien. capit.1 de offic.leg. vbi declarat Abba. Eboracen. cap.1 de appellat. Missi sunt qui cum non sint Cardinales mittuntur ad aliquam prouinciam; vt sunt qui dicuntur Nuncij Sedis Apostolicæ. De latere verò secundum communem opinionem dicuntur legati Cardinales. Papa enim, & Cardinales faciunt vnum corpus, cuius caput est Papa. Vnde Bernar. ad Eugenium: non dico te sanum dolentem latere. De his per Abb. in ca. excommunicatis, de offic. legat. & Butrium in capitul. dilectus de fil. presbyt. & in c.1. de off. leg. in 6 vbi habetur de singulorum potestate. *Legatorum species tres.*

* Suarum pretextu Ecclesiarum.] Legati Nati sunt in Francia. Archiepiscopi Remensis & Arelaten. in Italia Pisan. in Anglia Eboracen. & Cantuarensis Dyork & Cantorbi. Febret de abusu l.3.c.2 n. 5 at hæc legationis nomine nihil vltra dignitatem habet quæ neque iurisdictionem neque potestatem auget nota marginalia ad Ioan. de Selua de benef. p.3 q.66. SOLIER.

ANT.TIM. Est autem Legatus, vt habetur in dict. cap.1. & cap.legatus: cui prouincia regenda, ac gubernanda committitur qui pro consulib. quondam in Roma. Repub. æquiparantur.

d ¶ Illustrat.] Sic l.quisquis.C.ad l. Iul.maiesta.

e ¶ Legatione.) Scilicet Ecclesiæ Rom. vbi ergo est legatus de latere in punicia, vel alius habens speciale mandatum, possunt tres concurrere in collatione beneficij. Papa scilicet Legatus, & ordinarius. Vnde posset hic esse loc.c.si à sede de præb.& § itẽ si à sed.inf.eod.

f ¶ Inuito.] cap.dilectus de offic.leg. & inf. tit.1 § 1.

g ¶ Prærogatiua.] Concord.cap. fin.§ 1 de offic.leg. in 6 & c.ne aliqui.de priuileg.eodem lib.

h ¶ Ampliori.] An autem legatus de latere conferre

nihilominus viris idoneis [a] de beneficio prouidere voluerit, quamquam ob temporis lapsum collatio mero iure non teneat: ex dispensatione tamen, & benignitate tolerari [b] poterit.

Legati missi vel nati vigore suæ legationis non conferunt, nisi sibi specialiter concedatur; secus est in legatis de latere, qui conferunt, & sine mandato speciali, etiam inuito patrono Ecclesiastico, h.d.

Ex legationis quoque munere conferendo competit facultas: quod tamen non indistinctè obtinet: nam siue missi fuerint, siue suarum prætextu Ecclesiarum, [c] * aliqui legationis sibi vendicant auctoritatem, ex ipsa legatione nullam habent conferendi potestatem, nisi hoc alicui specialiter indultum fuerit. His autem quos Romani Pontificis latus, & comitatus illustrat, [d] legatione, [e] fungentibus sine speciali concessione, etiam Ecclesiastico patrono inuito [f] conferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogatiua [g] lætantur: sic eos auctoritate fungi congruit ampliori. [h]

possit beneficia per Concilium Lateranense ad Papam deuoluta, variæ sunt opiniones : vt not. in c. 1 de offic. legat. in 6.

Sed tamen CASVS ita figuratur. Cum legatus iste
Io. Bap. de latere esset in illa prouincia maior ordinario iuxta cap. pastoralis. § 1 de offic. ordin. propterea ob eius prærogatiuam volebat in ea non tantum omnia beneficia conferre, sed etiam reseruationes collationū simpliciter facere, & eius rescripto surreptionem non posse opponi, alioqui non maior Ordinario, sed æqualis ei fuisset, vnde fuit quæsitum quid iuris Sol. vt hic legimus, quia licet sit maior, tamen illa maioritas debet ītra certos terminos regulari, & sic cessat omnis difficultas not. inde arg. priuileg. esse restringenda ne ius tertij nimis lædatur Not. 2 priuilegia dignitati concessa extingui cum dignitate ipsa, sicut priuilegia personalia cum persona cap. priuilegium personale, de reb. iur. in 6.

Legatus de latere non confert Cathedrales Ecclesias : nec regulares, nec dignitates post Pontificalem maiores, nec potest eodem tempore in eadem Ecclesia plures reseruationes facere, h. d.

Sed tamen nec Cathedrales, nec regulares, aut collegiatas Ecclesias, [a] nec Ecclesiarum Cathedralium dignitates, ad quas per electionem promoti, primum [b] post Episcopum obtinent locum, veluti Archidiaconatum [c] suæ dispensationi, aut prouisioni reseruare possunt.[d] Nec plures beneficiorum reseruationes eodem tempore in eodem Cathedrali [e] vel collegiata Ecclesia, vel ad eiusdem [f] collationem pertinentium facient.

Reseruationes legatorum expirant finita legatione, h. d.

Illæ quoque quas iure fecerint, dummodo ad beneficiorum iam vacantium non sit processum, eo ipso quod illorum finitur [g] legatio, penitus euanescent : nec executores dati [h] amplius ea conferre poterunt.

Taciturnitas habiti beneficij inualidat prouisionem legati non ordinati, h. d.

Sed nec aliter beneficium obtinenti ab Apostolicæ Sedis Legato [i] facta collatio valebit, quam si de eo, quod tunc prouisus obtinet, mentio facta sit specialis, [k] licet id in reuocatus, l. iudicium soluitur, ff de iudic. Item quia egressus sit legationem animo non redeundi : secus si egressus sit vnam prouinciam, cum esset legatus in pluribus. Ex quo enim non est egressus legationem, adhuc eius iurisdictio non expirat, cap. nouit, de offic. leg. in 6. Legatus enim in qualibet parte legationis existens, legationem exequitur : sicut Episcopus in qualibet parte diœcesis cap. cum Episcopus, de offic. ordi. in 6 & infra de iud. § est & alia. Item si sit personalis finitur morte legati, ca. legates de offic. legat. secus si realis. Not. cap. præsenti. eod. tit. & libro.

a ¶ Ecclesias.] Id est, principales dignitates in Ecclesijs, puta Episcopatum, Plebaniam, Abbatiam, Prioratum : vt not. in c. deliberatione, de offic. legat. in 6.

b ¶ Primum.] Not. Duo debent concurrere, vt Legato ligentur manus circa has dignitates. Primò, quod debeant concedi per electionē. Secundò quod obtineant primum locum post Episcopum.

c ¶ Archidiaconatum] Loquitur inspecta dispositione iuris communis, secundum quam post Episcopum primum locum obtinet Archidiaconus, vt habetur supra de offic. Archid. & capit. sedes de rescript. alias tamen est inspicienda consuetudo Ecclesiæ, vt bene not. in c. deliberatione de offic. leg. in 6.

d ¶ Possunt.] Quantumuis plenariam obtineant legationem, c. deliberatione de offic. leg. in 6.

e ¶ Eadem Cathedrali.] Siue spectant ad collationem vnius, siue diuersorum, ex quo enim sunt in eadem Ecclesia, pendente vna reseruatione, non fiet alia : vt not. in capitul. præsenti, de offic. leg. in 6 vnde sumitur.

f ¶ Eiusdem.) Ergo siue sit identitas in Ecclesia, licet sit diuersitas in collatoribus : siue sit identitas in collatore, licet sit diuersitas in Ecclesijs, semper impeditur legatus facere plures reseruationes capit. præsenti de offic. leg. in 6.

g ¶ Finitur.] Quod potest esse multis modis, puta quia fuit legatus ad tempus nam finito tempore finita est legatio cap. de causis de offic. deleg. Item quia fuerit & capit. præsenti. vnde sumitur, & vbi not. de offic. leg. in 6.

i ¶ Legato.] Scilicet de latere : quia alias legationis iure quis conferre non potest, vt sup. eod. § ex legationis, & cap. 1 de offic. legati in antiq. & cap. 2 eod. tit. in 6.

K ¶ Specialis.] Etiam si legatus conferat motu proprio, idque literis expresserit secundum aliquos. Alij tamen contra : vt not. in capit. fin. de offic. leg. in 6 & Clem. fin. de offic. ord. Et nota ex hac litera, quod non sufficit generalis expressio. An autem de qualitate iure beneficij, quod habet impetrans sit facienda mentio not. in Clem. 1 de præb.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § quod in collatione facta ab Apostolicæ Sedis legato alicuius beneficij, debet, de prius obtento specialis mentio fieri, aliás non valet collatio.

Amplia quod procedit etiam in permutatione facta coram Papa nam permutantes debent de alijs benefi-

cijs obtentis mentionem facere Rot.decis.5 de rescrip. & 2 de præbend.in antiq.quæ ait ita obseruare Sacrum Palatium, & ad idem est decis. Rot. 15 de rerum permut.in antiq.Bellam.3 p.q.2 n.10 dicens curiam id seruare,Immo erit facienda mentio de qualitatibus beneficijs aliàs de iure, vel stylo exprimendis Lapus c. 1 de rer.permut. in 6 & ibi Gram.n.138. & idem erit in permutatione facta coram legato ex cap. fin. de offic.legat.in 6. & clem. 2. de offic. ordin.

Quamuis Feder. q.18 & conf. 70 indistinctè teneat in permutatione non esse necessarium facere mentionem de obtentis, nec de qualitatibus beneficij,etiam coram Papa,& legato saluo stylo curiæ,quia hic non est impetratio nec collatio simpliciter facta, sed ob causam permutationis, & non additur beneficium beneficio, sed vnum in locum alterius subrogatur sequuntur Franc. in d.cap.1 n.13 Gi non.tit. 5.c.13 in fin.Nicol.lib 2.q.17 n.150 cui rationi respondetur esse impetrationem, & collationem noui tituli,licet ex causa impetrationis quod satis est. Nec obstat alia ratio ex qua Federicum sequuntur Dominic.in d.c.1 num.15 & Villadiego de legato q.91. part. num 31. Gambarus de offic. legat.lib.3 num.39 quod in permutatione collatio non est gratiosa libera, sed necessaria. Nam respondetur quod licet admissa renunciatione ex causa permutationis collatio sit necessaria, & debita cum permutantibus, tamen admissio non est necessaria.

Ex qua tamen ratione Dominic.obiter videbatur inferri non esse necessariam mentionem obtentorum in prouisione de parrochiali, quæ á Papa fit ei, qui in concursu est electus ab ordinario,& significauit in tempore iuxta constit.Pij V.nam ex Concilio sess.24 c.18 de reformat.ibi atque illi, & non alteri est illi debita collatio sicut etiam in institutione præsentati facta à Papa non est necessaria mentio obtentorum non solum ex eo quod præsentatus nihil petit, sed patronus cum præsentat,vt tenuit Rot.decis.351.p.1 diuers.sed etiam quia institutio est debita præsentato. Nihilominus tamen in prouisione parrochialium praxis, consuetudo, & stylus videtur habere contrarium.

In permutatione vero facta coram ordinario non est opus facere mentionem de obtentis sicut nec alia prouisione ab eo facta clem.2 de offic.ord. Rot.d.decis.15.

a ¶ Aliorum.]Nota quod legatus est iudex ordinarius. quod implicat ista dictio aliorum fac.not.in l.si fugitiui, C.de serui.fugit.De quo dic,vt in proxima sequenti notula.

b ¶ Requiratur.] Quæ est ratio diuersitatis huius iuris diuersi legatorum ad alios ordinarios? Respondeo licèt legati de latere per potestatem in iure expressam, & alij legati ex speciali commissione quandoque beneficia conferant: faciunt hæc Apostolica auctoritate, nec sunt collatores ordinarij, immo propter factum sit præiudicium illis, ad quos collatio pertinet, ergo collatio, vt extraordinaria superinducta, & collationibus ordinarijs præiudicans, est restringenda,ordinariorum vero collatio, vt naturalis, & fauorabilis amplianda, fac. ead hoc,de rescrip. & c. fin. de re iudi.c.odia de reg.iur. in 6 & not. in clem. fin.de offic. ordin. & est similis differentia in c. statutum, de rescript.in 6 Vel dic quod ordinarius præsumitur facere magis ex certa scientia cum sit ordinarius, & perpetuus,& præsumatur cognocere suas, quæ ratio non militat in legato.

aliorum [a] ordinariorum collationibus minimè requiratur. [b]

Licet ante acceptionem beneficij quis nullum habeat in eo ius : tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, prouidere non potest, hoc dicit.

Illud autem tam in ordinario,quàm etiam in legato statutum est, quod si cui [c] beneficium contulerint, licèt is, donec collationem ratam [d] non habuerit, nullum Ius in eo acquisiuerit:in persona tamen alterius, [e] primo non consentiente, de beneficio non libero ab ipsis facta prouisio non subsistet. [f]

Prouiso potest præfigi terminus ad acceptandum : quo lapso, potest beneficium alteri conferri, prouisus tamen re integra potest semper acceptare, h.d.

Planè notificata collatione, ad consentiendum termino competenti [g] præstito, si pri-

Illud autem. CASVS. *Io.Bap.* Fuit collatum beneficium cuidà clerico absenti, vel à legato de latere, vel ab ipso ordinario, qui collator postea pœnitentia ductus, volebat hanc collationem reuocare, ea ratione motus quia absenti non acquiritur ius, l.absenti, ff de donat. Sol.tamen aliter hic habetur, vel quia fortasse non est ead.ratio in rebus sæcularibus atque Ecclesiasticis ob interesse ecclesiarum, vel quia de iure Can. quod magis accedit ad æquitatem est tenendum, & sic cessat etiam obiectio. Not. casum, in quo absenti acquiritur ius contra dispositio iur.Ciuil.

c ¶ Si cui.) Absenti fortè, vel si præsenti dicenti tamen se velle deliberare: vt not.in c.si tibi, de præb. in 6 vnde fumitur.

d ¶ Ratam.] Acceptando, vel consentiendo,vel ratum habendo: si negotiorum gestor, vel procurator generalis, vel consanguineus fuerat inuestitus de beneficio:sed si specialis procurator inuestitus fuerit,statim debet dici suum,de quo dic.vt notat in cap. accedens, extra, de præbend. & in c.si tibi eo.tit.in 6.

e ¶ Alterius.) Aliqui tamen dixerunt, quod si iste alius prius acciperet possessionem, vel prius consentiret, quod in eius persona teneret collatio,arg. l. quoties, C.de rei vend.alij verò contra,vt plenè not. in c. si tibi absenti, de præb. in 6.

f ¶ Non subsistet.] Sed numquid alteri poterit collatio fieri saltem sub conditione, scilicet: Si primus non acceptauerit? Respond. Negatiuè cap.2 de ele. in 6 fac.cap.2 de concess.præb. & c. pastoralis de rescript. Item numquid poterit de beneficio aliter disponere, quam conferendo, puta vniendo,vel locum religiosum faciendo? Resp.non, nisi sicut posset post acceptationem.cum sit eadem ratio,c.ad audientiam 2 de eccles. ædific. & not.in c.si tibi, de præb.in 6.

* Non subsistit.]Hinc dixi ad Flam. de resignat.lib.9. secundum designatarium ex clerici a.1. infratudinem aduenient quod vtrum est quis secundus possessionem etiam post semestrem prior apprehenderit contra Molin. SOLIER.

g ¶ Termino competenti.] Sed nonne statutus est terminus à iure, scilicet vnius mensis c.quam sit de elect. in 6 quem non videtur Episcopus posse breuiare cap. indultum

mus non consenserit eo lapso [a] beneficium liberè, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipsum alij contulerint, non obstante lapsu termini, suum primus collationi poterit accomodare consensum. [b]

Per rescriptum Apostolicum præbenda confertur purè, in diem & sub conditione & pura collatio est cum alicui simpliciter de beneficio prouidetur. h. d.

Per rescriptum [c] Apostolicum mandatur fieri collatio aut pure, aut adiecto die, aut sub conditione, [d] pure, vt cùm mandatur simpliciter, vt alacui de beneficio, aut præbenda prouideatur.

Collatio Apostolici in diem facta accedente decreto irritante, ligat manus ordinarij. h. d.

Dies adijcitur collationi; vt cum præbenda confertur, quam quis intra mensem [e] aut alio tempore à vacationis notitia [f] duxerit acceptandam, [g] quo casu cum temporis appositio fauore afferat [h] impetranti si decretum irritans fuerit appositum, [i] collatio per ordinarium alteri facta intra præfixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appositio [k] reseruatio, [l] executoris inhibitio [m] & lis mota [n] beneficium affectum reddunt.

Publicé notum præsumitur notum etiam priuatis. hoc dicit.

Interpretantur autem quem prædictæ vacationis habere notitiam, ex quo ipsa vacatio in loco, [o] vel Ecclesia [p] huiusmodi bene

indultum cum suis concord. de re iudic. in 6 Respon illa loquitur electiuis, hic de his quæ conferuntur. fac cap. cum in illis § 1 de præb. in 6.

a ¶ Eo elapso] Quasi tunc dissensisse videatur sic c. ab eo de appel. in 6.

Io. Bap. b ¶ Consensum.] Sed quid, si prius expressè dissenserit, ac rursus mutato proposito possit consentire. Respon. poterit manente conferéte in eadem voluntate: vt not. in capite si tibi, in fi. de præb in 6 fac. not in c. licet de procur & in l. mancipiorum ff. de option. leg.

Per rescriptum. Hæc pars summopere notabilis subdividitur in 4 partes, in prima habetur quomodo rescripta cedantur: in secunda super quib. beneficiis: in in tertia qualis sit ordo ipsorum conferentiũ in quarta quomodo interpretentur: secunda ibi, sed siue tertia ibi item si à sede quarta ibi sunt autem, quo ad primũ adhuc subdiuiditur, in 2 par in prima enim habetur qualit. rescrip. ex parte formæ: in secunda ex parte concedentis: secunda ibi sed multum: quoad primum CASVS ita figuratur. Cum summ. Pontifex faceret rescripta ad beneficia aliquando purè aliquando tempore adiecto & aliquando sub conditione, fuit propterea dubitatum, an posset licèt enim sit Caput. in Ecclesia Dei legibus solutus, debet tamen viuere secundum leges, vt longe melius. docent Theologi quam Iuristæ Sol. tamen, vt hic habetur quia nec iuri nec rationi repugnat, cum aliud sit cõsiderare rescriptum, & aliud collationem per rescriptũ Nota rescriptum æquiparari cum cõtractibus qui similiter celebrantur pure, die adiecto, vel sub conditione. § omnis stipulatio instit. de verb. obliga. Not. 2 qualitatem rescripti aliquando tollere potestatem Ordinarii, aliquando reddere eam qualificatam.

c ¶ Rescriptum.] Quid sit rescriptum, per Abb. & alios in Rub. de rescrip.

ANTO. TIMO. Est autem illud quòd ab Apostolica sede, id est Papa seu Principe rescribitur ad consultationem, relationem, seu intimationem alterius, vel alicui indulgendo quod potest sumi generaliter, & large, vel stricte, vide latius ibi.

d ¶ Sub conditione.] Nota quod hæc triplex distinctio, quæ ponitur hic non fit supra in aliis collationibus: quia solus Papa potest beneficia & prælaturas sub conditione, & ad tempus & sicut vult. conferre: vt 7 q. 1 cap pastoralis, & cap. veniens, ext. de filiis presbyteror & not in c. si gratiose de reser. in sext. in glos. in verbo à Romano fac. cle. 1 de conces. præb.

e ¶ Intra mensem.] Vt est de stylo curiæ. Sed quæri consuevit, an talis expect. possit acceptare etiã post mensem beneficium adhuc vacans. De quo dic, vt latissimè not. in cle. vni de conces. præb. in glos in vers. infra mens. ante medium vsque ad finem

f ¶ Notitia.) Et poterit talis obtinere non solum beneficium quod vacabit post rescriptum sed etiam illud quod tẽpore rescripti deprehẽditur vacans etiam si in reseruatione diceret. [Quod vacabit] Nam & illud vacabit: quod vacans reperitur, fac. l. verbum oportebit, ff de verb. signif. & not. in cle. vnic. de conc. præ & per Fel. in c. const. de rescrip.

g ¶ Acceptandã.] Accept. autem. intellig. & petẽdo sibi conferricle vni. de conces. præb. versic quin etiam. *Acceptare.*

h ¶ Afferat.] Sic in clem. vbi de cõces. præ & in c. si Papa de priuil in 6.

i ¶ Appositum) Secus si non fit appos. c. si soli de conces. præb in sext. & quando est appos. de rer. etiã ante præs. lit. est effect. benef. vt not. in d c. si soli.

k ¶ Appos.] C. tibi qui de rescripto. in 6

l ¶ Reseruatio.]de concess. præb. per tot.

m ¶ Inhibitio.] C. vbi qui de reser. in sext.

n ¶ Lis mota.]C. 1 & capitul. vt l. pend in sext. Sunt & alii modi, quibus ben. afficiuntur: puta si commendata fuerint. Roman. consilio 350 si quis fuerit in canonicum receptus, capit. si postquam de præb. in 6 cum concord.

o ¶ In Loco.]Quid si locus vbi sita est Eccle. caret habitatoribus? Respond. penderanda esset notitia loci vicinioris arg, c. vbi periculum § porro de elect. in ext. de elem quamuis, de fer. compet. nota in clem. vnic. de conces. præb. in fi.

p ¶ Vel Ecclesia.] Not. alternatiuã quia satis est quod

vacatio sit nota in Ecclesia, licet in loco, vel opido sit occulta.

ficij publicè nota erit. Imputet enim sibi, si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id quod per se, vel per alium [a] scire potuerit [b] ignorauerit.

Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarij. h. d.

Sub conditione mandatur fieri collatio, vt cum alicui, si per executoris inquisitionem [c] repertus fuerit vitæ laudabilis [d] vel si consensus accesserit Capituli [e] vel alia adiecta conditione, de beneficio prouideri committitur & eo casu etiam appositio irritante decreto, non impletis [f] adhuc conditionibus, vacans beneficium per ordinarium, [g] aut per executorem [h] ad prouidendum de tali beneficio datum libere conferri poterit.

obstat taciturnitas obtenti beneficij, etiam modici nisi prouisio sit facta motu proprio h. d.

Sed multum interest motum ne proprio, [i] an ad alterius petitionem de beneficio prouideri mandetur, [k] Si enim proprio motu longè pinguius erit mdatãum nam etiam de beneficijs [l] quæ impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit huiusmodi prouisio valida, [m] qualiacumque fuerint beneficia, & in numero quantocunque [n] quæ habeat [o] impetrans cum sibi prouisio facta fuerit. Quod si ad petitionem gratia huiusmodi facta sit concessa vt quædam fiat facta ad petitionem alicuius, quædam verò motu proprio, vnde fuit de duobus dubitatum, videlicet quid iuris de ista diuisione, & quid iuris de istorum rescriptorum intetpretatione ? ad vtrumque dubium videbatur de iure respondendum iuxta tex. in capitul. cum delicta, de rescript. accedit quoque text. in cap. quamuis de præben. in sext. Sol. tamen. vt hic dicitur, quia Pontifex non ligatur suis constitution. cap. proposuit, de concess. præbend. Ideo secundum diuersam formam rescripti diuersa quoque debet esse intelligentia, vnde prima Obiectio non obstat, quia in vtroque rescripto attenditur mens rescribentis, quæ dicitur esse diuersa ob diuersũ modum rescribendi nec etiam secunda cum intelligatur text. ille de rescripto concesso ad petitionem alterius. Not. primò argumentum, quod suspicio fraudis est in causa vt rescripta modò largè & modò strictè intelligantur cum aliquando cesset, & aliquando secus Not. secundo non presumi illa quę extrinsecus ad aliquem actum requirũtur, iuxta adnot in l. sciẽdum, ff de verb obl. Not. 3 cautel. quod in omnibus beneficiis à Principe conceden. bonum esset apponere clausulã Motu proprio.

a ¶ Per alium.] Vbi ergo nec per se, nec per alium scire potuit vacationem, non videtur habere locum quod dicitur, cum esset ratio legis: & nota. in elementina vnic de conces. præben. super verb. nota erit.

b ¶ Potuerit.] Imputatur ergo illi, qui scire potuit inquirẽdo fac l. in bonorum, ff de bonor. poss. & l. pupillus ff de priuileg. cred. cum simi.

c ¶ Inquisitionem.] Et ista prouisio, quæ dicitur in forma pauperum; in qua fit examinatio, quomodo prouidendi legant, cantent, constituant: hæc autem erit quædam inquisitio quæ fiet sine solemnitate iudiciali: & propterea nõ requiretur, quo præcedat infamia aliqua iuxta cap. qualiter & quando de accus. nec testes exiguntur iurati nec erit inquisitio super certo crimine: sed solum de ętate, legitimate, de moribus scientia, & similibus, erit in summa informatio Abba. in fin de postul. prælat. vbi etiam alii, & in capite postquam de elect.

d ¶ Laudabilis] Sed videtur, quòd hæc clausula non inducat conditionem cum tacitè insit quilibet enim præsumitur idoneus capit. fin. de præscr. l. 3 ff de leg. 1 Sol. hic quando est appositum decretum irritans, in d. cap. fin. erat rescriptum sine decreto Vel ibi dicitur quod is, pro quo scribitur, non debet probare non autem quod collator vel executor non debeat inquirere: & sic conditionem implere. Vel dic, quod intrinseca idoneitas præsumitur: vt in d. cap. fin. vbi Abba. non autem intrinseca. Idem tenet Abb. in cap. postquam de elect. & vide late per anto. de Butr. in c. 1 de scrut. in ord. fac.

e ¶ Capituli) Dicetur autem consentire capitulum si maior pars consenserit cap. 1 de his quę si à maior. parte, capituli, ea. duobus, de rescrip. in 6.

f ¶ Non impletis.] Secus ergo impletis.

g ¶ Per ordinarium.) Vt cap. 1 de conces. præbend

h ¶ Per executorem.] Non mirum, quia si istud. decretum non impletis conditionibus non afficit potestatem ordinarii minus afficiet potestatẽ alterius executoris, qui maior est ordinario, cap. sanè secundo de offic. deleh.

Sed multum CASVS [in hac parte ita figuratur. Cum rescripta ipsius Summi Pontific. ita reperiantur

i ¶ Motũ ne proprio] Quo casu verba etiam solum enũciatiua Pontificis disponunt vt per Ab. in c. dudũ, de priuil.

k ¶ Mandetur] per Apostolicum non eius legato, habeat locum quod hic dicitur, sunt opi. not. in c. fin. de off. delegat. in 6 clement. si Romanus, de præb.

l ¶ De beneficiis] Largè hic sumitur hoc verbum cap. 1 de re iu. in 6

m ¶ Valida.] Id est, non subreptitia aliam enim inhabilitatẽ eius pro quo scribitur non tollit motus proprius, vbi aliud non addatur, etiam si tali is inhabilitas ex tali pluralitate procedat: vt quia sine dispensatione habebat pluralitatem, dignitatum vel curatorum contra extrauag. execrabilis. Satis est ergo illi clausulæ quod certum habet effectum nec aliud operatur in præter intentionem scribentis cle. 1 de præben. Nor. n cap. cum adeo de rescript.

¶ Quantocumq.] Rat. enim motus proprii exclud. surrept. prouisionis ita adap. curatis, vt simplic. ita multis vt vni. Pro hoc tamen non censetur in retentione dispensar. c. non potest in fin de prebend. in 6.

o ¶ Habeat.] Re vel spe. clem. gratiæ de rescrip.

quantumcumque modicum [a] beneficium scienter [b] taceatur, * veluti subreptitia non valebit.

Collatio facta motu proprio pluribus beneficiis in eadem Ecclesia simul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori si beneficia sint æqualia, ad eum spectet electio, cui gratia est concessa, hoc dicit.

Item, si pluribus in aliqua Ecclesia vacantibus [c] dignitatibus, vel præbendis Roman. Pontifex de hac vacatione incertus, [d] dignitatem, vel præbendam, [e] si qua nulli debita in ipsa vacat Ecclesia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio plenissima, & ad illam dignitatem, seu præbendam erit habenda relatio, quæ inter illas maioris [f] censeatur esse valoris: quòd si forsan æquales sint, ad eam quam is, cui confertur infra decem dies, post habitam de dicta vacatione notitiam, [g] duxerit eligendam.

Collatio facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur: si sint æqualia, eligit collator. h. d.

Si verò ad petitionem alterius, [h] gratia huiusmodi facta fuerit ad illam erit habenda relatio, quæ minoris [i] valoris existit: & si sit æqualitas, ad eam, quam is ad quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus [k] elegerit, [l] postquam sibi huiusmodi gratia erit nota.

Gratia quando dicatur fieri motu proprio. h. h.

Motu autem proprio, tunc solùm gratia fieri cēsetur, cum hoc expresè [m] cautū fuerit.

a ¶ Modicum.] Nota casum, in quo modicum est in consideratione contra l. scio ff de restit. in integ. & c. nostra, extra de rescr. Idem etiam si tacitum fuerit de pensione, c. ad audientiam de rescrip.

b ¶ Scienter.] Secus si ignorantes, vt in terminis c. si gratia de rescr. in 6 fac c. si motu, de præbend. in 6. vnde sumitur, & c. si proponentes scrip.

* Scienter taceatur.] Imò & ignorantem nihil enim refert an subreptio fiat malitia, simplicitate, vel ignorantia quia quæ sunt gratiæ non dependent ab impetrantis voluntate; sed à superiorum contentione, ideò impetrantis ignorantia à subreptione gratiæ non releuat, probus ad glos. pragm. sanct. cap. licet in verb. impediri, nu. 3 de electionib. quamuis contrarium tenuerit non licet ad regul. de verific. infert Resay. n. 4 nec obstat cap. gratiæ de rescript. in 6 quia tempore gratiæ ius non erat quæsitum impetranti in beneficio tacito vtpote nondum acceptato. SOLIER.

c ¶ Vacantibus.] Idem dicendum esset quando scriberetur de prima vacatura, & duæ simul vacarent: ita quòd neutra primo ex identate rationis: vt not. in c. si pluribus, de præb. in 6 vnde sumitur.

d ¶ Incertus.] Dato tamen quòd Papa esset certus, nisi tamen declarasset staretur huic definitioni.

e ¶ Vel præbendam.] Non sunt verba literarum: sed est hæc alternatiua legis: scilicet c. si pluribus. de præb. in 6 vt quia mandauit de dignitate prouideri, & plures dignitates vacant: vel mandauit de præbenda, & plures præbendæ vacant.

f ¶ Maioris.] Licet maioritas consistat in multis, cap. super eo de testibus secundo, & not. in cap. sedes, de rescript. hic tamen inspicitur maioritas valoris, clerici enim hanc maioritatem magis attendunt, c. quia nonnulli de cler. non resid. c. auaritiæ, de præb. & c. auaritiæ, de electio. in 6.

g ¶ Notitiam.] Non ergo currit ignoranti hoc tempus, & sic in decennio dato ad appellandum cap. concertationis, de appellat. in 6 facit, cap. quia diuersitatem extra de concessione præb.

h ¶ Alterius.] Scilicet ipsius, cui fit gratia, vel etiam alterius: vt cap. si motu proprio de præb. in 6.

i ¶ Minoris.] cap. in obscuris, de re iudicata, in 6 l. semper ff eo tit. c. ex parte, de censibus l. nummis, ff de legatis 2.

k ¶ Dictum tempus.] Scilicet decem dierum.

l ¶ Elegerit.] Nota quod seruatur optio solum quando est æqualitas, vnde in primo quando est inæqualitas non posset conferri minor, nec in secundo casu maior, perinde enim est ac si primo casu Papa expressisset de maiori: secundo verò de minori. Sicut ergo si expressisset, mutari non posset, vt capit. cui de non sacerdotali, de præbendis in 6 ita nec habetur pro expresso: vt notatur in cap. si pluribus, de præbendis in 6.

m ¶ Expresè.] Cap. cum aliquibus, de rescriptis, in 6 in cap. 2 ad fin. de præbendis, & hoc locum habet etiam si probaretur aliàs, quòd Papa motu proprio collationem fecit: qui enim scire possumus, quòd Papa fortè ante annū rogatus fuerit pro illo benef. Sic etiam contra si Papa exprimit, quod facit gratiam motu proprio, si aduersarius velit probare, quod immò ad alterius petitionem non audietur, vt not. in cap. si motu in fin. de præb. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis, ex hoc, § quod motu proprio tunc gratia fieri censetur, cum hoc expresè cautum fuerit, vnde non potest testibus probari gratiam esse motu proprio concessam docet. Vital. de Cambanis in tract. clauſ. pag. 12 columna 1 Hugo. d. tract. pag. 482 col. 2 in fin. cum seq Sanch. de matrim. l. 8 disp. 1 n. 6 vbi etiam asseritquod si script. perdatur potest testibus probari in ea scriptura fuisse clausulam, & quare hæc clausula non possit testibus probari, habetur per idem Sanch. d. lib. 8 disput. 4 nu. 5

Aduertas tamen, quod nonnulli sunt effectus istius clausulæ, & primò tollit impetrationem, & omnes eius effectus, qui ex impetratione oriri possunt Seraph. in decis Rot 365 numero 4, vbi numero 3, quod cum operetur viuificationem gratiæ, non potest allegari ad illius destructionem.

Secundò subreptionis, & obreptionis vitium tollit Menoch cons 1 nu 429 & de præsumpt. l. 2 q. 13 nu 11, & Nos diximus in 2 p. Collect. 400. Intellige de ea,

quæ prouenit, ex parte impetrantis non de illa, quæ oritur ex ipsa re ex Seraph. decis. Rot. 398.

Non tollit tamen vitium subreptionis, in præiudicium tertij Gabr. consi. 2. nu. 8 non solum habentis ius in re, sed etiam ad rem Rot. Bonon. diuers. decis. 30 nu. 219.

Tertiò actum iuratum comprehendit, vt docet Seraphin. de priuilegiis Iuramenti priuileg. 22 nu. 25. Immò ad causas pendentes refer, pro vt tenet Barba. in l. 2 § legatis nu. 97 cum seqq. ff de iudiciis.

Quartò inferior vti non potest hac clausula Menoc. tit. de testatoris potentia § 6 n. 13 & nõ operatur, nisi fuerit scripta manu Principis.

Quintò Clausula hæc & clausula ex certa scientia parem vim habent Mart. de claus. clausul. 72 nu. 7 & hæ geminatæ sunt efficaciores Marchesan. de commis. par. 2 p. 356 nu. 71. Non habet tamen vim clausulæ non obstante Trentacinq; var. resolut. lib. 1 tit. de rescrip. resol. 6. nu. 8. Item habet vim specialis expressionis ex Gabr. lib. 6 tit. de claus. col. 2 num. 93. Et illi æquiparatur concessio geminata Gig. de pensionib. qu. 97. nu. 6 Mascard. de probat. conclus. 1075 num. 5.

Non operatur tamen in præiudicium tertij Vitalis de Combanis vbi supra nu. 1 Gig. de pension. q. 29 nu. 4 & q. 79 n. 3 Brunor. à Sole in locis cõmunibus verb. clausula 27 Menoch. consi. 36. Item effectus facti non tollit, sed illos qui sunt iuris, vt per Seraph. decis. 265. num. 6. Item princeps non præsumitur priuilegio suo tollere statuta ciuitatis, etiam si in ipso priuilegio inserta sit clausula motu proprio, & Menoch. de præsumpt. lib. 6. qu. 36. nu. 5 & 7. Item concessio litè pendente facta sine litis mentione non valet etiam cum hac clausula Gabr. comm. lib. 2 tit. de iudic. conclus. 4 num. 20 & idem in priuil. resoluit idem Gab. lib. 6 de claus. conclus. 2 nu. 23. Item ius in re, vel ad rem quæsitum alteri non adimit Menoch. consi. 1 nu. 438 Sanch. d. lib. 8 disput. 21. num. 50. Item defensiones, & exceptiones competentes de iure non aufert Seraph. decis. Rot. Roman. decis. 289 nu. 1. Item Gratiam contra mentem concedentis nõ firmat Gig. de pensionib. q. 22 n. 15 & q. 29 n. 4 Mascard. de probat. conclus. 887 nu. 23. Item intentionis defectum non tollit de Franc. decis. 192 nu. 8 Flamin. de resignat. lib. 3 qu. 1 nu. 127. Item dispensationem non inducit Cou. in c. alma mater par. 1 § 7. n. 2 Nauar. consi. 66 nu. vlt. de sent. exco. Mart. de claus. clausul. 72 n. 15. Nec operatur, vt posterior dispensatio non facta prioris mentione minimè sit subreptitia, vt Notat. Sanch. lib. 8 disput. 22. nu. 8. Item non aufert benef. incompatibilitatem Gabr. d. conclus. 2. num. 48 Flamin. d. lib. 3. q. 1 nu. 126. Item defectus substantiales non supplet nec inhabilitatem remouet Mart. d. clausul. 72 nu. 15. Nec vitium supplet illegitimitatis ex Gabr. d. conclus. 2. nu. 45. Nec defectum ætatis. Nec defectum ordinis. Nec defectum bigamiæ Gabr. vbi sup.

Sed Siue.] CASVS. In hac parte ita figuratur: Cum quidam obtinuissent rescriptum à Summo Pontifice non solùm ad benef. vacat. sed etiam ad plures Ecclesias, & propterea certa, atque plura benef. ab executoribus petebant, fuit quæsitum quid iuris, ne daretur occasio captandæ mortis, & ne Ecclesia priuaretur residentia sui clerici: negatiuè in vtroque ca. videbatur respondendum, Sol. tamen est tenenda prout hic legimus, siquidem cum Pontifex habeat plenitudinem potestatis, cap. ad honorem, de aucto. & vsu pall. conuenit rationi, vt gaudeat maiori potestate in cõferendis beneficiis: non obstat prima ratio, quia verificatur in certo beneficio ratione personæ singularis, cap. ne captandæ, de concess. præb. in 6 nec etiam secunda, cum liceat aliquando causa tamen legitima suadente recedere à iure communi, iuxta, § hisi rigor. 1 qu. 7. Not. 1. benef. diuersa ratione considerata modò possunt, & modo non possunt conferri, & hoc contingit ob diuersam potestatem cõferentis. Not. 2 quod in beneficiis tria considerantur, videlicet quando sunt vacantia, quando sunt vacatura, & reseruationes, & hic intelligimus ipsos Collatores esse inæqualis potestatis, & duo vltima cap. non posse verificari respectu certæ personæ iuxta cap. ne captandæ sup. cit. Not. 3. pluralitatem benef. esse de iure prohibitam, & dispensatiuè permissam iux. ca. de multa de præb.

Solus Papa tribuit ius in beneficiis vacaturis. hoc dicit.

Sed siue motu proprio, siue ad alterius petitionem per rescriptum Apostolicum fiat prouisio, cæteris longè præstat. Nam cùm ex Lateranensi Concilio, ministeria, & beneficia Ecclesiæ tribui, aut promitti non debeãt, antequam vacent [a] Rom. Pontifex etiam in ipsius ius potest tribuere vacaturis. [b]

Est ergo inter Ordinarium, [c] Lagatum, ac summum Pontificẽ circa collationis potestatem quasi per gradus [d] ascensus quidam. Nam ad Episcopum omnium [e] quidem basilicarum, quæ in eius territorio positæ sunt, collatio regulariter [f] pertinet: vacaturam

a ¶ Antequam vacent.] Cap. 2 c. relatum, c. ex tenore de concess. præb. & per tot. vt euitetur votum captandæ mortis, fac. l. fi. C. de pac. Sed contra d. c. relatum de præb. Sol. illud ibi operatur receptio in canonicũ, vt clarius not. in d. cap. relatum, vbi signatum est contrarium, & no. in d. cap. 2. de conc. præb.

b ¶ Vacaturis.] Cap. 2 de præb. in 6 non tamen legatus de latere pôt hoc casu facere, quod ipse Papa ca. dilectus filius extr. de præb. dist. in § sequ.

c ¶ Inter ordinarium.] Id est, Episcopum. Sunt not. alij ordinarij, vt sunt minores collatores, & ij, quos consuetudo facit ordinarios: vt sup. eod. in prin. vbi not. hic autem intellige de Episcopo: vt demonstrant sequentia.

d ¶ Gradus.] Sumpta à scalis similitudine, prout dicimus de gradibus affinitatis.

e ¶ Omnium.] 16 q. 7 cap. omnes basilicæ.

f ¶ Regulariter.] Aliquando n. non ad Episcopum: vt in c. cum olim, vbi not. Abbat. de caus. possessionis & proprietatis. Et de hac materia, ad quem s. iure communi pertineat collatio dignitatum, & beneficiorum, habetur per Abb. & alios latè, in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. not. etiam in cap. qq de electione in sext. & per Ioan. And. in reg. quod aliqui. de regulis iuris in sext. in mercurial. præsertim in solutione quæstionis.

ALOYSIVS RICCIVS. Collatio benef. in diœcesi vacant. ad Episc. spectat hoc d. itaq; omniũ benef. Ecclesiast. Diœcesis collatio, & institutio de iure spectat ad Episc. c. nullus omnino 16 q. 7 c. conquerente, de offic. ord. c. ex frequentibus de instit. Inn. in cap. postulasti, de iure patron. limitatur tamen hæc ipsius potestas 1. in reseruationib. Papæ q. cum sit ordinarius ordinar. & illi soli collata sit plenitudo ptãtis in Eccles. c. qui se scit 2. q. 6 licet hãc ptãtẽ, in Ep. trãstulerit, pe-

Io. Bap.

nes ipsũ tamẽ maior remansit c. dudũ de præb. in 6 & ptãti Episc. p dictæ derogare sibiq; collation. reseruare pôt c. p senti, & c. licet, loco cit. in 6 gl. singularis verb. teseruamus, in extrau. execrabilis, Ioan 22.

Vsi Papæ reseruãtur benef. per extrau. citat. ad régimẽ eo. tit. & c. licet, & c. præsenti eit. quas in reseruationes sublatas fuisse in cons. Basil. refert Rebuff. tit. de reseru. nu. 38 sed quidq; d. sit de istis successerunt earũ loco reseruat. Regul. Cancel. quas quilibet Summus Pôt. immediatè post suã creationẽ ordinare solet, quæ postea expirant morte ipsius, & iterũ à successore denuò reassumuntur & publicãtur Benef. tamẽ vacan. pp crimen Hæresis reseruauit sedi Apost. Pius V. in constitut. sua incip. cum ex Apostol. ann. 1566 Idẽ reseruauit benef. quæcũq; recepta in cõfidẽtiã, q̃ vacant ipso iure, vt in bulla confidẽtiali habetur relata à Piasegio in sua praxi Episc. p. 2 c. 5 Reseruata item sunt sedi Apost. benef. contra formam Concil. Trid. collata ab ordinariis collatorib. cõstitut. eiusdẽ Pij V. & benef. per resignat. vac. si non conferantur iuxta formam constitut. Greg. XIII. incip. Humano vix iudicio.

Affecta etiã benef. p appositio. in manus Papæ sunt reseruata sedi Ap. nec amplius, quisq̃. pro ea vice de eis sese intromittere pôt extra. ad Rom. de præb. at si Papa det benef. in commendam, cessante commenda, censetur eo modo vacare, quo vacabat eo tẽpore, quo fuit cõmendatum Nau. c. 25 num. 126 & solus Papa illud confert. & si apponat in prouisione decretũ, vt resignetur benef. in manus eius, cum fuerit resignatũ à nullo cõferri pôt, p terq̃ à Papa. Itẽ si conferat Papa benef. inhabili, si vacaret pp huiusmodi inhabilitatẽ pertineret ad dispositionẽ Papæ; Cũ etiã Papa mãdat alicui prouideri de primo vacãte, primũ vacans remanet affectũ, & reseruatũ Mãdos. in Reg. 4. Canc. q. 4 Reb. loc. cit. nu. 30. Reseruata demũ sunt benef. Papæ, de q̃b. ordinarius collator intra sex mensiũ decursũ non prouiderit ca. licèt de suppl. negl. prælat. Vltra aút reseruationes Papales limitatur secundò Episc. facultas in conferendis benef. Iure patronatus quo alicui competit ius nominandi personam instituendam in aliqua Ecclesia.

a ¶ Non potest.] Habetur in c. 2 de concess. præb.

b ¶ Supra.] in § ex legationis, & sequ. sup. eod.

* Reseruare.] Omnes reseruationes & manus Papæ appositiones in Gallia sunt sublatæ per concordata tit. de reseruat. sublat. exceptis quæ in corpore veræ sunt clausæ. SOLIER.

c ¶ Ius tribuere.] Cap. 2 de præb. in 6 quod tamen hodie videtur immutatum per Concil. Trid. sess. 24 c. 10.

d ¶ Potestatis.] Vt traditur in c. significasti, de elect. in c. proposuit, de concess. præb.

ANT. TIM. Quæ summa est, licet non extendatur, eo vt possit Papa sine rationabili causa auferre rem meã à me, & altari dare secundum placitum suum secundum Abb. in ca. 1 de voto, & Innoc. in c. inquisitioni. de sentent. & re iudic.

e ¶ Negligenter.] Quia desidiosus erat, execrabatius: si autem infirmitate laborat magna, vel alienatus erat mente, vel alia iusta causa impeditus, ita vt nõ posset dici negligens, præbendam non perderet, facit cap. ommissa. de elect. in 6 & c. fi. de electio in antiq. c. quia diuersitatem, de concess. præb. Erit aút iudicis arbitrio statuendum, numquid possit dici negligens c. cupientes, de elect. in 6 & no. in ca. si clericus de præb in 6.

ANT. TIM. Est autem negligentia eius quod fieri debet, & pôt omitti. vide Ioan. And. in c. cupientes § quod super ext. de elect. vbi ponit differentiã inter negligere, & contemnere.

f ¶ Omittit.] Adde, & illa est alteri collata: nam si neglexi debitam petere, adhuc tamen illa non est aliis collata, adhuc eandem petere potero, cap. si tibi absenti. in fide præb. in 6 & not. in c. si clericus, de præb. in 6.

g ¶ Receptus.] Quia tunc habet locum quod dicitur in c. si clericus vers. verum vsque ad fin. de præb. in 6.

h ¶ Petere.] Quia gratia Papæ est extincta, & cum ea executoris potestas: sicut è cõuerso. c. si cleric. de præb. in 6 & de offic. deleg. c. accessoriũ cum suis concor. de reg. iur. in 6 & meritò extincta est talis potestas. Cum enim sibi forma tradita fuerit per rescript. super vno benef. tantum proximè vacaturo, illo omisso nihil supereft rescripto c. ex par. 1 de offic. deleg. & no. in c. si clericus de præb. in 6.

i ¶ Executoribus deputatis.] Siue ad prouidendũ, siue ad compellendũ dati fuerint, nõ est hic curandũ: licèt aliàs distinguatur cap. execut. de concess. præb. in sext. & de natura horũ executorũ, per Ab. in c. si. de præsump.

tamen præbendam suæ dispositioni reseruare non potest: [a] & longè minus in eadem alicui Ius tribuere. Legatus autem non modò vacantes intra suæ legationis terminos Ecclesias conferre, verùm etiam vacaturas: iuxta ea, quæ supra [b] diximus, reseruare poterit, licet eidem in vacaturis alicui ius tribuendi nulla sit facultas. At Apostolicus, & vbique vacantes donare, & vacantes suæ prouisioni reseruare * & in vacat. ius tribuere [c] potest, cum in ipso plenitudo resideat potestatis. [d]

Si clericus, cum mandatur prouideri de beneficio vacaturo, negligat petere præbendam, non poterit postea aliam petere, nisi fuerit in canonicorum receptus. h. d.

Quo tamen casu summus Pontifex de vacatura præbenda alicui prouideri mandat, si is, in cuius gratiam mandatum obtentũ est, præbendam quando vacat, negligenter [e] omittit, [f] non poterit postmodum prætextu dicti mandati, nisi antea in canonicum fuerit receptus, [g] aliam in ipsa Ecclesia vacaturam petere. [h]

Habens expectatiuam potest acceptare beneficium vacaturum primum, vel secundum, vel alterius: certum tamen acceptare non potest. hoc dicit.

Poterit tamen is, cui certis super hoc executoribus deputatis [i] ab Apostolica Sede huiusmodi gratia concessa fuerit, non solùm

primum in genere [a] vacaturum beneficium, vel præbendam, verùm etiam si rationabilis causa [b] subsit, secundum, & vlterius acceptare: certum tamen & expressum priusquam vacet, acceptare non poterit, ne captandæ alienæ mortis occasio ex benignitate gratiarum Sedis Apostolicæ tribuatur: [c] quod si de certo acceptatio secuta fuerit, nullam obtinebit roboris firmitatem, vt Bonifacianæ constitutionis [d] tenore latius continentur.

Rescripto Apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maximè circa literatas personas, h. d.

Inde [e] etiam licet beneficiatæ [f] personæ de alio beneficio, nisi primo illud, quod obtinet omnino dimittat, prouideri non possit: [g] nisi aut Cardinales, sint; [h] aut regum [i] filij per tale tamen rescriptum [k] maximè [l] circa literatas [m] personas, super hac pluralitate dispensari poterit.

Vbi de prioritate beneficij pluribus collati nõ

a ¶ In genere.] Et licet in genere quod non licet in specie, interdum est è conuerso. de quo dic vt cap. si sacerdos, de offic. ordin. & 23 dist. c. quamquam.

b ¶ Rationabilis causa.] Sed quæ erit causa rationabilis, fortè, quia primo debebatur alteri, vel dubitabatur an deberentur, & hoc ponunt Inno. Host. & Archid. Ioan. Andr. vt not. in c. ne captandæ de conces. præb. in 6.

c ¶ Tribuatur.] Contra Concilium Lateranense, vt in c. 2 de concess. præb. & in cap. detestanda, & c. ne captandæ, de concess. præb. in 6.

d ¶ Constitutionis.] ea. ne captandæ de conc. præb. in 6 vnde sumitur.

e ¶ Inde.] Id est eadem ratione quia scilicet prouisio facta per rescriptum sedis Apostolicæ præstat cæteris, vt sup. eod. § sed siue.

f ¶ Beneficiatæ.] Quæ tamen habeat beneficium sufficiens: aliàs secus; vt not. in cap. is cui in princ. de præbend. in 6.

g] Non possit.] Cap. de multa extr. de præben. c is cui. de præb. in 6 extraua. execrabilis, eod. tit.

Cardinales.

h ¶ Cardinales sint.] Quia Cardinales in seruiendo vniuersali Ecclesiæ singularum Ecclesiarum commoditatibus se exhibent, vt dicitur in extrauag. execrabilis fac. c. cum dilectus de clericis non residentibus. Item quia sunt, vel tenentur esse sublimiores cæteris virtutibus, & bonis moribus, c. miramur, distinct. 61 & in autho. de defensiciui, § nos igitur, & not. in d. extrauag. execrabilis.

i ¶ Regum.] Scilicet catholicorum: vt not. in extrauag. execrabilis, de præb. Et hoc ob generis claritatem, cuius quomodo sit habenda ratio dicitur, & not. in d. extrauag. execrabilis.

k ¶ Rescriptum.) A contrario sensu videtur hic inferri, quod Episcopi non dispensant circa pluralitatem quod multi tenent: vt latè not. in c. de multa extra. de præb. circa fin. Quidam tamen contra, cum quibus si teneas, Respondeo ad hanc literam, quod arg. à contrario sensu non est sumendum vbi resultat prauus intellectus, vel iurium correctio: vt eo. in l. conuentiuncula. C. de Episcop. & clerici. in l. 1 ff de off. eius. Vel expone quod facilius dispensatur per rescriptum Apostolicum, quam per alios collatores, & ita præstat alijs. vt dicitur sup. eo. § sed siue. Vel posset, quæ hic dicitur, restringi ad curata secundum op. eorum, qui volunt Episc. posse dispensare tantũ super simplicibus. Vel dic quod Episc. dispensat circa pluralitatem ex necessitate, sed per rescriptum Apostolicum, etiam si non subsit necessitas, quod in d. c. de multa.

l ¶ Maximè.] Implicat etiam non literatas, quod quotidie, & frequentius fit cum literati non indigeant tali dispensatione, cum vel vnum interdum non assequantur, & coguntur sæpè mendicare, vt dicit extrau. execrabilis de præbendis.

m ¶ Literatas.] Quibus ecclesia Mea per maximè nos- *Literat.*
citur indigere, vt circundata muro in expugnabili pugnatorum, & beliatorum, & ca. super Specula, § fin. de magist. facit c. nisi § per de fectum de renun. & c. inter cætera de offic. ord. & c. de multa § fin. de præbend. & not. in extrauag. execrabilis, de præb. *Io. Bap.*

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius § intelligentia cum tractat materiam pluralitatis beneficiorum sunt videnda. Primò quo iure & cur sit prohibita. Secundò quænam dicantur beneficia compatibilia, & quænam incõpatibilia. Tertio quæ differmia. Quartò qualiter vacent beneficia. Quintò quis possit dispensare in hac pluralitate, & an requirant iusta causa.

Quo ad primum pluralitas benef. prohibita est per Conc. Trid. q. 1 de refor. c. 4 & sess. 24 cap. 17 & habetur in extraua. execrabilis de pb. lib. 6 siquidem contra rationem naturalem est, vt quis curam specialem habeat gregis, quem oculis suis videre nequit, & quem pascere non põt, provt euenit in habentib. plura beneficia curata: & sic non nullæ sunt causæ, ob quas pluralitas beneficiorum est prohibita, quas nos successiuè explicabimus.

Prima igitur causa est cuius cultus diuinus minuatur siquidem defraudari solet cultus Diuinus, & magnum pati detrimentum: quia habens plura benefic. non facit plura sacra, nec plura recitat officia, sed vnum & tamen præcipuè ob cultum diuinum sunt instituta beneficia.

Secunda ne destitueretur Ecclesia suis operarijs cum vnus non possit plurib. in locis residere: nec plurium ministerium obire. Nec rationabile est per se ipsum suscipere, & velle seruire postea per substitutum. Nam electa est industria personæ beneficiarij non aũt substituti c. fin. 21 q. 2 cum alijs cumulatis per Regin. tract. 3 num. 277.

Tertia ad varia vitanda incommoda, & præcipuè auaritiam lucrum, & ambitionem ne sequatur inæqualitas iustitiæ distributiuæ, dum vnus varijs abundat beneficijs, & alij fortè digniores esuriunt, cum singulis Ecclesiasticis, & secundum meritum prouideri debeat de beneficijs, vt docent omnes.

Quarta ne fideles & præcipuè fundatores sua frustrarentur intentione, dum non fiunt illa ministeria, quorum intuitu plura fundata sunt beneficia, vt perquirendo varias fundationes fiet omnib. cognitum, & sic de alijs, vt hí in d. extra. execrabilis c. quia in tantum de præbendis. D. Th. Gab. & alij plures penes Vasq. c. 4 de benef. § 2 dub. 5 n. 160.

Quo ad secundum, beneficia dupliciter sunt incompatibilia nempé simpliciter, & sub conditione, simpliciter sunt incompatibilia quæ inuicem se, non compatiuntur, vt duæ dignitates vel vna dignitas cum beneficio curato, vel alio etiam simplici, quod requirit

residentiam c. quia nonnulli de cler. non residentibus. Itaque duo Episcopatus sunt ad inuicem incompatibiles, sic Episcopatus cum beneficio curato, & quocumq; alio, quod residentiam exposcit. Secundò duo beneficia curata sunt ad inuicem incompatibilia simpliciter, quia virumque exposcit residentiam & animarum curam curatum est incompatibile cum dignitate, vel pro natu vel beneficio perpetuò, vel administratione perpetua c. de multa de præbendis, & dignit. & d. extrauag. execrabilis. Quidem procedit de Parrochiali Vicaria perpetua, vt sit incompatibilis cum alia simili cum beneficio curato, & sic de aliis desuper expressis, c. 2. de offic. Vicar. clem. vnic. eod. tit.

Tertiò simpliciter sunt incompatibiles duæ dignitates tam sæculares, quam regulares, vt duę Abbatiæ personatus Præpositurę Decanatus, Archidiaconatus, & alia officia, ac administrationes perpetuæ, quę habent annexam dignitatem, & non solum ad inuicem sunt incompatibiles, sed etiam singulæ incompatibiles sunt cum beneficio curato, & omni alio residentiam requirente clem. vlt. de præbend. Trid. sess. 7. c. 4 Ita vt eo quod quis secundum obtinet beneficium nempe possessionem illius capit. vel per se stat quin possessionem capiat. vacat primum, vt habetur locis citatis, est benè verum quod DD. disputant de modo vacationis, vt fiat ipso iure in beneficiis curatis, dignitatibus personalib. seu officiis, & in his procedat tex. in cap. de multa & extrauag. execrabilis si verò esset beneficium curatum cum Canonicatu, vel essent duo beneficia simpliciter quæ residentiam requirunt, per assecutionem secundi non vacet primum ipso iure, sed daretur obtinenti optio dimittendi quod voluerit, vt post So. Andr. Lapum, Oldrad. Rebuff. Imol. Seraph. Nauar. Tusc. & nonnullos alios probat. Garz. par. 11. de benefic. capitul. 5 n 65 & sequ. vbi latissimè hoc explicat, & varias decis. cumulat.

Beneficia incompatibilia, ex conditione dicuntur, quæ sunt, in eadem Ecclesia, & sub eodem tecto, licet enim non requirant residentiam tamen sunt incompatibila ratione loci capitul. super eo de præbendis in sext. Clem. gratiæ de rescriptis, siue sunt similia, vt sunt duo Canonicatus, duæ dignitates, vel etiam duæ capellaniæ, non enim obtinere possunt sine dispensatione sum. Pontific. quia incompatibilia sunt ita Franc. in capitul. 1. numero de consuetut. in sexto vbi Domin. num. 14. Sylvest. Tusc. & alii, quos probat Garz. dict. capit. 5 n. 222. cum sequ. vbi varias decisiones cumulat. Verum procedit quando capellaniæ, essent institutiæ ad eundem effectum, & ad eadem munera, secus si ad diuersa munera, & effectus, & ideò in aliquibus locis solet quis retinere duas cappellanias, vt post nonnullos, quos allegat. Garz. dict. capitul. 5 num. 225 vbi numer. 229 bene subdit, vt in hoc standum sit rationali consuetudini, quia dum adest disputatio inter DD. attenditur opinio. quæ recepta est per consuetudinem. Benè verum est, vt talis consuetudo strictè interpretanda sit nec extendi debet ad varios casus, vt declarauit Garz. dict. cap. 5 n. 249.

Postremò in eadem Ecclesia non posset aliquis habere duas præbendas etiam si earum altera esset annexa dignitati, nec valet consuetudo in contrarium, etiam immemorabilis, nec etiam statutum Episcopi, capitul. literas, vbi omnes de concess. præb. & alii innumeri quos recensęt idem Garz. vbi supra, numer. 284. ad quem pro reliquis me remitto.

Quoad tertium differmia beneficia dicuntur illa, quæ sunt diuersarum specierum, vt Curatum, & simplex beneficium, vel hoc cum canonicatu, & sic de aliis diuersitatem habentibus, vt latissimè prosequitur Garz. vbi supra per totum præcipuè numero 282 & sequent. Azor. lib. 9. capit. 11. num. 25.

Quoad quartum, aut beneficia sunt vniformia, & sic primi generis incompatibilia, & tunc vacant ipso iure, aut sunt secundi generis incompatibilia, & sic differmia, & est necessaria sententia, vt habetur in dict. extrauag. execrab. latissimè post alios Less. li. 2. de instit. & iur. capitul. 34 num. 140 cum sequ. Garz. dict. capit. 7. per tot. vbi ab plura infert; sunt primi generis beneficia vniformia, vt duo Episcopatus, duo beneficia curata, duo Canonicatus, duæ dignitates, & omnia alia beneficia, quæ habent similitudinem, siquidem ipso iure vacat primum, dum non compatitur cum secundo, nec sententia est necessaria, quod latissimè prosequitur Garz. vbi supra num. 1 vbi varia tempora considerat, ante, quam post Conc. Trid. & varias decisiones refert præcipuè n. 100 cum seq. secundi generis sunt beneficia differmia, & ideo exposcunt, vt dicatur vacare primum, vt est benef. simplex cum curato, duo simplicia magni redditus, & sic de aliis, vt latissimè habetur loc. citatis.

Quo ad quintum est communis, vt summus Pontifex dispensęt ad libitum tam antequam post Conc. Trid. vt vnus duos habeat Episcopatus, vel beneficia vniformia, vel differmia; Episcopus, verò solum dispensat in duo beneficia si primum non esset sufficiens, sic etiam dispensat, vt quis sub eodem tecto habeat duo beneficia differmia, vt Canonicatum, & beneficium simplex, non habens residentiam, vt latissimè post alios sequitur Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. casi. 179. Orad. tom. 2. q. regul. q. 46 art. 2. Maceraten. variar. resolut. lib. 1. resolut. 112 cas. 68.

Item si à sede. CASVS. Cum orta esset controuersia inter quosdam Beneficiatos, sub prætextu quod vnus dicebat se primo obtinuisse beneficium ab episcopo, & ideo volebat præferri, cum prior intempore potiri sit in iur. capitul. qui prior de reg. iur. in 6 alter vero id negabat, & volebat præferri ea ratione, quod benefic. sibi erat collatum à superiori potestate, arg. c. inferior distinct. 21 de alio vero dubitabatur an esset beneficiatus auctoritate Apostol. & in dubio præsumptio fauebat ipsi ordinario taliter præsumeretur delinquere, quia præsumeretur negligens in conferendo, quod esset inconueniens arg. c. fin. de præsumpt. Sol. tamen prouę hic legimus, quia in obscuris maior præsumptio aliquando & aliquando maior prærogatiua attendi debet: vnde hac ratione suadente obiecta quęque videntur soluta, & ideo notandum est primo possessionem causare præsumptionem legitimæ collationis, vel institutionis arg. l. fin. C. de rei vendic. Not. 2. illum esse semper præferendum, cui aliquid obtinuit à superiori ei, cui aliquid simile collatum esset ab inferiori; quod facit pro præcedentia Doctorum, qui à diuersis potestatem doctorandi habentibus gradum Doctoratus acceperunt. Not. 3. regul. interpretandi rescripta, qua Pontifex in dubio intendit se conformare cum iure communi, iuxta cap. mandatum de rescrip.

constat, primò possessor. h. d.

Item si à sede Apostolica, aut à legato [a] & ab ordinario, eodem die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primo facta collatio non appareat, nemine possidente, [b] is erit cæteris præferendus, cuius conferens am-

a ¶ Legato.] Scilicet de latere, per ea, quæ nota supra § ex legationis.

b ¶ Possidente.] Aliàs enim possessor præfertur, capitul. si à sede de præbend. in 6 vnde sumitur. Magnum ergo est commodum possessionis leg. res alienas,

C. de rei vendi institut. de interdictis, § retinendæ, cap. in pari de re. iur. in 6 nisi isti qui possidet fuisset prouisum per concessum. & non possidenti eadem die per fiat. Cassador. in Reg. Cancel. decis. 13 Rebuff. in praxi beneficiaria in 2 parte 1 signaturæ, numero 1 & num. 12 Idem si vterque que possideret, nec apparet quis primò, cap. duobus, 2 respond. de rescript.

pliore gaudet prærogatiua. [a]

Maior prærogatiua præfertur, h. d.

Hac ratione [b] & ij, qui in aliqua Ecclesia in canonicos sunt recepti, debent in præbendarum assecutione cæteris siue legatorum, siue aliorum quorumcumque auctoritate antea [c] fuerint admissi, anteferri.

Qui dicatur receptus auctoritate Apostolica, h. d.

* Quod hic dicitur prouisum per fiat præferri prouiso per concessum non obtinet in Gallia vbi ambæ prouisiones æquè Apostolicæ censentur nec regula Cancellariæ recipitur qua statuitur signaturam per fiat præferri alteri per concessum sed indistinctè mutuo concursu se impediunt prioritate possessionis non suffragante, capitulum enim si à sede de præbend. in 6. loquitur vbi collationes à diuersis collatoribus emanarunt non autem ab odem Ioan. de Selua de benef. part. 3 q. 15 num. 3 In casu autem d. c. si à sede dato concursu prouisionum Papæ & ordinarij eiusdem datæ prævalere ordinarii collationem asserit Louet. ad regulam de infirmis resignantibus numero 77 habet enim Papa, inquid, solam præuentionem ex § declarantes de mandat Apost. in concordat. vid. probum ad Ioannem Monach. in capite enim cui numero sexto & seqq. de præb. in 6 SOLIER.

a ¶ Prærogatiua.] Fac. cap. per tuas de ma. & obed. & cap. si à sede de præbend. in 6 Sed quid si duobus confertur ab eodem sub eadem data, nec apparet cuius supplicatio fuerit à Papa signata? Respond. consulendus est Papa ipse, & secundum eius responsum procedendum, secundum Ioannem Andream in dict. cap. à sede sequitur Abb. in cap. sanè, de offic. delegat. in princip.

* Vsus Franciæ reprobat hanc opinionem nota margin. ad Ioannem de Selua de benefic. p. 3 q. 15 numero 2 Sed concurrentes & se collidentes prouisiones mutuò concursu se impediunt, vt supra dixi, quod verum est etiamsi alter collationem sibi absenti factam acceptare nolit vt in magno Regis consilio die 27 Iunij 1607. iu licatum refert annotator ibid. in princip. quæstionis. SOLIER.

Priuilegia, ex causa considerandæ non ex tempore

b ¶ Ratione.) Scilicet quod is habet magis priuilegium, cui facta est collatio à digniori.

c ¶ Antea.] Sed contra capitul. qui prior. de re. iur. in 6 Sol. illud procedit in his, quotum par est causa capitul. quoties vtriusque de re. iur. in 6 & not. in dicto capitul. qui prior secus si dispar sit causa, vt hic. Vnde dicit lex priuilegia, ff. de re. iud. fac. l. fin. C. qui pot. in pign. hab. & l. interdum, ff. in qui caus. pign. vel hypotheca. contrahat.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, § quod vbi eadem die fit collatio, vni à Papa, & ab ordinario alteri, & non constat de anterioritate horæ puncti, vel momenti potior est conditio possidentis, vt est text. notabilis in cap. si à sede lib. 6 de præbend. & sineuter possideat prouisus à Papa, vel eius Legato propter conferentis ampliorem prærogatiuam erit alteri præferendus. Ex quo text. colliges magnum effectum possessionis, vt propter illam possidentis prouisio præsumatur anterior [illegible] pataq. decis. 47 p. 3. Mascard. de probat. conclus. [illegible] m. 4 Rebuff. de pacific. possessoribus numero 297 vbi plenè. Nam eo ipso quod constat de possessione beneficij, præsumitur titulus cum fine illo possideri non possit Rot. decis. 423 num. 2 & decis. 594 numero 8 & decis. 802 numero 2 & 4. part. 1 diuers. & alios plures effectus possessionis vide in § commodum institut. de interdictis, & per Philippum Probum in addit. ad Monachum, in dict. cap. si à sede numero 3. & 4. Tiraque de primogenit. quæst. 17 opin. 11. Et propterea dicitur vulgariter, quod beatus qui possidet. glo. in verb. requirat in c. 1. § si iudex vers. si tres fratres de pace tenenda, & eius violatoribus. Immo qui possidet plus iuris in retinendo consequitur, quam actor in agendo Mandos. cum alij in reg. 33 quæst. 4 numero 2. Speculator in tit. de emphyteusi quæst. 66 numero 83 ad med. & possessione non solum æstimari in dimidia, valoris proprietatis cauetur apud Eusitanos in l. municipali, lib. 3 tit. 55 § 10 Valasc. conclus. 71 n. 47 tom. 1

Sed quæro quid si constat de certa hora, vnius prouisionis & de possessione alterius, quis sit præferendus, & videtur quod habens prouisionem, cum certa hora esset præferendus quia habens certam horam, præfertur cuicumque carenti hora Ias. in l. 1 numero 6 Rip. numero primo Socin. numero 12. ff. solut. mat.

Contrarium tamen tenuit Rota 'pro maiori parte in vna Fulgitanen. teste puteo decis. 321 numero 2 lib. 1 Dec. in l. ambiguis 85 sub numero 4 ff. de reg. Iur. & in cap. pastoralis sub numero 5 vers. sed considerando opiniones de rescriptis Maschar. de probatione conclus. 1234 numero 33 quia appositio horæ facit præsumptionem, sed non concludit necessariò, cum potuerit esse prior alia prouisio sine hora Cassod. decis. 20 numero 1. At verò præsumptio possessionis, est potentior præsumptione horæ, & vti talis apponitur in d. c. si à sede, & ideò possessio præfertur, quæ opinio magis mihi placet contra Menoch. de arbitr. lib. 2 centuria 1 casu 42 numerō 24. Nec Doctores pro contraria parte allegati loquuntur in concursu possessionis, & sic loquutur in casu diuerso eadem ratione si cum æquali collatione concurrit probatio possessionis, vtriusque captæ sub eadem die, est præferendus, habens possessionem, cum hora certa, cum in isto casu concurrant duo vincula horæ, & possessionis, quæ fortiora sunt vno videlicet solius possessionis, vinculo, § affinitatis in inst. de nuptiis ca. cum in adoptiuis C. de adoptionibus, & in terminis fuit resolutum in Rot. teste Menoch. decis. 12 num. 2. de restit. spoliat. Ista etiam prærogatiua possessionis potentior est clausula gratificatione contenta in gratiam possidentis sub eadem data, Puteus, decis. 299. n. 3. & 4. lib. 2.

Secundo quæro, quid si possessio non sit capta eadem die prouisionis factæ, sed postea, an tunc talis possessio habeat dictam prærogatiuam, vt ratione possessionis prouisio præsumatur anterior. Conclude, quod sic cum Puteo, decis. 721. lib. 1. per totam, vbi mota fuit Rota ex eo quod dict. cap. si à sede loquitur indistinctè, & alias esset magna restrictio eius, & quia nunquam posset ille text. verificari in prouisione Apostolica facta de beneficio vacante extra Curiam cum impossibile sit eodem die capere possessionem, & respondit Cassad. decis. 25. numero 1. verficul. sed solum procedit,

dum contrarium dicere videbatur. Et hanc opinionem tenuit maior pars Dominorum scilicet septem ex decem tribus contrarium tenentibus Allegat, & idem Puteus pro sua decis. Calder, cons. 7 de præbend. Gambara de officio legati lib. 3 numer. 666 Sarnen decis. 32 Simonet 6 & nouissimè fuit resolutũ in vna Ispalen. beneficij 2 Maij 1603 Coram Iusto, vbi propterea fuit decisum non obstare decretum irritans contentum in gratia Apostolica.

* Si tamen mentio possidenti collatarius ordinarii cedat vel decedat & conferatur Titio præfertur, indistincte prouisus aplior licet Titius prior sit in possessione, ratio quia possessio Titii venit ad suum titulũ & ex eius vigore ó. ã. ad titulum prouisi ab ordinario de quo loquitur d. cap. si à sede Cassad. decis. 15 num. 1. de præbend. SOLIER.

Auctoritate [a] autem Apostolica receptus, & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, [b] cui specialiter in ea re auctoritas Apostolica concessa fuerit, recipitur. Sed etsi mandatum legati ratum habeat Roman. Pontifex, atque id auctoritate sua muniat, [c] ex eo receptus non legati, sed Apostolica [d] intelligitur auctoritate receptus: atque ideò est in assecutione præbendæ omnibus post eum receptis in Ecclesia dicta præferendus [e]

Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur, nisi per alium modum, quam quo tacitè inest, fuerit facta expressio. h. d.

Aliud iuris est, si iis, ad quos aliàs pertinet [f] canonicorum receptio, facultas concedatur ab Apostolico, vt aliquem recipiant in canonicum eiusdem Ecclesiæ, ordinationibus fortè certum numerum [g] canonicorum præfigentibus non obstantibus: hoc enim casu non Apostolica [h] sed recipientium censetur auctoritate receptus: nisi quòd eum auctoritate Apostolica recipiant in literis caueatur expressè. [i] Quod si ad eos aliàs talis receptio non pertinebat: [k] Apostolica dicetur auctoritate receptus. Aliàs verò si literæ impetratæ certi numeri canonicorum, nullam fecerint mentionem, [l] quod illarum occasione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem.

Papa non onerat aliquem pluribus prouisionibus, nisi id exprimat. h. d.

Illud etiam omittendum non est, non solere [m] Apostolicum eundem collatorem pluribus onerare prouisionibus, nisi id velit se suis literis expresse [n] fuerit complexus.

a ¶ Auctoritate.] Conc. c. hi qui in fin. de præb. in sexto vnde sumitur.

b ¶ Mandato. Id est, literas reseruationis. Legatus enim vacaturã præbend. non confert. capitul. dilectus filius, extr. de præbend. sed benè reseruat suæ collationi & super ea conferenda, cum vacabit dat executores, capitul tertio & capitul quarto de offic. deleg. in 6 capitul. si Apostolicæ de præbend. eodem lib. & vot. in capitul. si eum, eodem titul. & lib. in princip.

c ¶ Muniat.] Dicẽdo expresse quod prouisus recipiatur auctoritate Apostolica, c. si eum Et capite si Apostolicę. de prebend. in 6 & confirmando non in forma communi, sed ex certa scientia, capit. pen. de cõfirma vtil vel. inutil.

d ¶ Sed Apostolica Cap. si Apostolicæ, de præbend. in 6. fac. l. 1 ante medium C. de iu vet enunc Sed quomodo ponitur hic aduersatiua; cum etiam sine tali confirmatione prouisus à legato dicatur prouisus auctoritate Apostolica? vt capitul. hi qui de præbend. in 6 & hoc eodem, § in princip. Respond. contrarium forte procedit quando legatus prouider ex speciali Papæ commissione, non iure legationis. Vel dicitur prouisus receptus auctoritate Apostolica respectu prouisi ab ordinario non respectu prouisi à Papa, nisi interueniat confirmatio papæ quo casu erit tanquam à Papa immediate prouisus.

e ¶ Præferendus.] capite si eum. in fin. de præbendis in sext.

f ¶ Pertinet.] In capite constitutus est, rescript.

g ¶ Numerum.] qui non debet excedere facultates Ecclesiæ, vt in capitul quoniam de vita, & honestat. cleric. & in capitul. ex parte de cõcess. præbend. & in authenthicum vt determinatus sit canonicorũ numerus, col. pen.

h ¶ Non Apostolica.] Cẽsetur enim Papa voluisse solum tollere impedimentum; cum potestatem iã hi, ad quos literę dirigebantur, haberent.

i ¶ Expresse.] Quo casu non erit locus coniecturis.

K ¶ Non pertinebat] Cap. hi qui de prebendis in sext.

l ¶ Mentionem.] Sed quid si fecerint literæ mentionem de numero, cum tamen Ecclesia non esset numerata? Respon. dic. vt per Abbatem in capite constitutionibus de rescript.

m ¶ Non solere.] Hoc non videtur habere locum temporibus nostris quibus multum possunt ordinarij conqueri de grauaminibus vt dicit Abbas in capite mandatum extr. de rescriptio. & fac. text. in distinct. capitul. mãdatum & in capitul. literis, & capit. Abbate de rescript. Nouissimè tamen in multis per cõcilium Tridentinum est ordinariis residentibus restituta, & ampliata potestas, & iurisdictio.

n ¶ Expresse.] Et ita seruat stylus curiæ: vt nota. in capit. mandatum de rescrip. Quidam tamen dicunt, quod in rescripto Papæ semper intelligitur illa clausula; Si pro alio non reseripserimus.

Alii tamen contra.

Sunt autem hæc pars est summoperè notabilis, atque vtilis; in ea autem satis erit CASVM ita in communi figurare videlicet quamuis clarissima sit iuris regula in rescriptis fines mandati diligenter esse custodiendos, capitul. cum dilecta de rescript. quoniam tamen summus Pontifex rescribendo diuersa agitur scima cum aliquando mentionem faciat de [illegible] & aliquãdo de vacatione, modo de [illegible] & aliquando de

pensione, modò de vna circumstantia, & aliquando de alia: modò de executione & aliquando de qualitate exequendi, qua de re propter hanc Rescriptorum diuersitatem, impossibile videbatur obseruare fines mandati, quia ad id faciendum opus erat cognoscere voluntatem rescribentis, capitul. mandatum in fin de rescript. & ideo quæsitum fuit quid iuris quamuis autem secundum ius commune tantum videbatur intelligenda cum Pontifex intentionem habeat se conformare cum dispositione eius § illud etiã supra eodem Solu. tamẽ vt hic legimus, quia voluntas rescribentis est præcipua regula in rescript. quæ tamẽ est sequenda secundum quod apparet explicata, vnde cessat ni fallor etiã onis difficultas, cum diuersa forma rescripti ostendat diuersam rescribeatis voluntatem. Not. primo quod regula in rescriptis est, vt fines mandati custodiantur etiam si videantur modo ampliandi, & aliquando limitandi si tamẽ voluntas rescribẽtis quæ aliquando est tacita, & aliquando expressa considereturr, secus videtur tenendum. Not secundo quod intelligentia Rescriptorum potest deſumi à contẽplatione circomstantiarum videlicet quis, quid cui, cur, quando vbi, quomodo. Not. tertiò quod rescripta continẽt quædam expressè, & quædam tacitè, & hinc redduntur. difficillima difficultas autem tollitur á regulis hic supra adnotatis.

Mandati Apostolici fines sunt diligenter custodiendi, nec extenduntur nisi ad casus expressos, etiam de consensu, & in præiudicium prosit. hoc dicit.

Sunt autem Apostolici mandati [a] fines diligenter custodiendi ideòque non debent ad casus alios, quàm expressos extendi. Vnde cum iniungitur, vt alicui de præbenda certi valoris prouideatur in præbenda minoris valoris [b] etiam impetrante volente, [c] mandatum impleri non poterit.

Mandatum faciens mentionem de collatione, non potest trahi ad præsentationem, vel institutionem. h. d.

Idem obseruari oportet, si cui de beneficio, quod ad alicuius collationem spectat, prouideri mandatur, hoc enim casu, de eo quod ad eiusdem præsentationem, vel institutionem pertinet, prouideri minimè poterit nec etiam e conuerso. [d]

Casus resignationis non includitur, nec verificatur in casu mortis. hoc dicit.

Eodem spectat, si quis ab Apostolica sede [e] mandatum suscipiat, vt ab aliqua beneficii resignatione recepta, idem beneficium alteri [f] conferat. Si enim is, qui resignaturus erat, rebus eximatur humanis, [g] mandato locus non erit: cum non [h] per resignationem vacuerit; sed per mortem.

Casus futuræ vacationis non verificatur in casu nouæ creationis. hoc dicit.

Idem obtinet si literæ [i] Apostolicæ sub dissimules & tamen sede vacante institutionibus in instituẽdos capite primo de institutionibus in sexto & capit. cum olim de maioris & obed. Idem videmus in generali Vicario capite ex frequentibus de institutionibus & capit. si de offic. vic. in sexto & nota in distinctionibus § cum autem.

a ¶ Apostolici mãdati.] Vt etiam cæterorum mandatorum: vt l. diligenter ff mandati: & hoc probatur multis infra subiectis exemplis, fac. c. cum dilecta de rescrip.

b ¶ Minoris valoris.] Vt capitul. cui de non sacerdotali. de præbendis in sexto Et sic quod est inductum in fauorem videtur in odium retorqueri, contra. l. quod fauore Cap. de legibus, hoc propter naturam mandati.

c ¶ Volente.] Nota casum in quo videtur quis non posse tsuo fauori renuntiare, l. si quis in conscribendo. Cap. de Episcop. audien & lib. si quis in conscribendo. C. de pact.

d. ¶ Econuerso.] Cap. cum in illis § cum autem de præbendis in sexto vnde sumitur. Nam vt ibi dicitur magna est Inter collationem & institutionem differentia. Hinc. est quod capitulum, vacante sede, non confert beneficia, quæ spectant ad collationem Episcop. capitulum secundo numero sede vacante, & capitulo vni. eodem titulo. in sexto & infra de institutionibus §

e ¶ Apostolica sede Idem si ab alio, qui hoc mandare posset, puta Legato, qui ad hoc haberet speciale mandatum, alias legatus hoc non potest vt capitulo penultim. § prohibemus, de offic. leg. in sexto & notatio in capitulum susceptum de rescriptione eodem libro vnde sumitur.

f ¶ Alteri.] Expresso, vel non expresso vel non expresso non curatur: licet interdum sit differentia, capitul. is cui de offic. deleg. in sexto & capite is cui de præbendis eodem libro.

g ¶ Humanis.] Argument. contra capitul si delegat. prima, respons. de offic. delegat. in sexto. Solut. de propria significatione vocabuli ab esse dicitur, qui non est in reb. humanis, l. mulieris. § fin digestis de verborũ significatione. Non sic in propria significatione dicitur is renunciasse qui mortuus est, cũ renunciatio sit voluntaria: mors, coacta, & necessaria. ideo secus & strictissima sit interpretatio in rescriptionem ad beneficia capitulo quamuis de præbendis in sexto facit libro commodissimè, ff de liber. & postbu. & notatur in capitul susceptum de rescript. in 6.

h ¶ Cum non, & capite.] Ratio: secus est si apparet alium esse de intentione mandantis, ca. susceptum de rescript. in 6.

i ¶ Literæ Apostolicæ.] Idem multo magis in literis reseruationis legati, vt notatum fuit supra.

* Ideò clausula hodie in prouisionib. apostolicis apponi solita siue præmisso siue alio quouis modo vacet, extédit

gratiam ad quemcumque modum non expressum & soluat ab obreptione commissa in exprimendo certum vacationis modum, Lofter. de re benef. lib. 3 q. 8 n. 61 dummodò tamen modus expressus verificetur saltem de facto alias gratia esset obreptitia & omnes clausulæ cum ea corruerent idem 70 & seqq. SOLIER.

per conferendo [a] beneficio proximè vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad aliud quod post illarum impetrationem [b] fuerit creatus, [c] non extenditur mandatum. [d]

Appellatione beneficij non venit pensio. h. d.

Et si quis literas super obtinendis beneficiis, vsque ad certam summam [e] impetrauerit, eidem non in pensione, [f] sed in beneficiis Ecclesiasticis erit prouidendum, nisi de pensione in literis mentio habeatur.

Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens, & merito potentiæ intelligitur de præsenti. h. d.

Eodem etiam spectat, quod si de conferendo alicui beneficio ad Episcopi [g] collationē spectare rescribatur, [h] illud ei conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia [i] ca. fin. de cler. non resid. per pensionem autem cuis non intitulatur, nec ad residentiam tenetur 16 quæst 1 cap. possess. & q. 6 cap illud cum illa etiam laice concedi possit, vt probatur ibi, & licet in conferendo sit liberalitas, non tamen est in ipsa collatione: sed in eo quod magis isti, quam illi confertur, quod dic. vt in cap. relatum, de præb. & in cap. fin. de instit. & licet in fauorē impetrantis dictum videatur de benefic. huic tamen fauori non potest renunciare propter intentionem Papæ, propter formam mandati, quæ diligenter est seruanda, vt sup. eod § sunt autem.

Casus in quo non potest renunciari.

ANT. TIM. Pensio. Idem videtur interdum quod census glo. in verb pensiones, clemen. 1 de supp. neg. prælat. vide quæ ibi alleg. cap. auaritiæ, de præbendis, & cap. prohibemus de censib.

ALOYSIVS RICCIVS. Disponitur in præsenti § quod appellatione benef. non venit pensio, vt latissimè post alios examinat Garz. d. c. 5 vbi distinguit. Nam temporalis non est beneficium; spiritualis verò est beneficium, media verò est impropriè beneficium, ex quo habet annexam spiritualitatem, nam pensionem habens tenetur Diuinum officium recitare, nempe officium *parvum* Beatæ Virginis.

Hinc infertur quod clericus primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutus, habens pensionem gaudet priuilegio fori. Quia habet aliquid spiritualitatis, & sic largo modo est beneficium Ecclasiasticum ita Gigas de pension. quæst. 28 num. 18 & alij, quos probat Salzed. ad Diaz. in pract. Canonic. capit 67 nu. 10 vbi ita refert iudicatum in supremo Regio Cōsilio, tenent etiam Iaf. Mandos. & Cassart. penes Garz. vbi supra numero 71 vbi numero 70 refert contrarium declaratum die 9 Iunij 1586 per Sacram Congregationem quando clericus non incedit in habitu, & tonsura, quia tunc haberetur tanquam laicus, & vti talis reciperet pensionem immò priuatur d. pensione si non incederet in habito, & tonsura clericali, vt post alios probat. Idem Garz. d. cap. 5 nu 11 & seqq.

Creatur dignitas cōstruitur Ecclesia, instituitur præbenda.

a ¶ Conferendo.] Siue certæ personæ, siue incertæ. Idem si contulisset fructus beneficiorum primi anni: qui vacare contingerit in diœcesi, vel prouincia, cum in his eadem sit ratio, vt not. in clem. literis de rescript.

b ¶ Impetrationem.] Id est post datam literarum, capitul. si eo tempore, de rescript. in 6 & clem. literas vbi nota de rescript. & procedit hoc etiam si paulo post fuerit beneficiū creatum. Inspicimus, ergo an extaret beneficium tempore datæ, sicut inspicimus ætatem impetrantis tempore impetrationis, capit. si eo tempore de rescrip. in 6 habetur in cap. dilectus, de præb. & in ceam te. de rescript.

c ¶ Creatus.] Creatur noua dignitas, capit. cum olim de consuet. & nouum beneficium clement. literas, de rescript. noua Ecclesia constituitur, capit. ad audientiā, de Eccles. ædific. noua præb. constituitur, capitul. dilecto, & capitulo vacante de præbend.

d ¶ Non extenditur mandatum.] Sed quid dicendum de beneficio olim creato, sed tempore datæ suppresso, nunc autem renouato: Pro & contra quæ nota. In capit. quamuis, de rescript. in 6 & magis est, vt extendatur: argument. not. capit. cum accessissent, in fin. & not. per Hostiens. & Ioan. And. in capit. significauit ante fin. de cens. & clem. literas, vnde hæc litera sumitur: de creato loquitur non de renouato fac. quæ ponunt Legistæ super rub. de noui oper. nunciat. Sed quid si dubitatur, an data præcedat creationem beneficij, vel contra, puta quia eadem die factum est vtrūque, nec apparet de prioritate, *an obtinebit impetrās?* Respond. sic vt latè nota in dict. clem. literas, non obstantibus quibusdam in contrarium facientibus, quæ ibi confutantur.

e ¶ Vsque ad certam summam.] Aliud si Papa scribat, vt prouideatur impetranti vsque ad talem summā. Aliud si scribat, vt prouideatur de præbenda tanti valoris, vel summæ. Primò enim casu potest prouideri de minori, sed non de maiori: quia mandati forma seruanda est, capit. cui de non sacerdotali de præb. in 6 & cum dictio, vsque, ponitur in literis intelligendum est, quod veniat ascensiuè, quasi scribendo Papa quod prouideatur de summa vsque ad centum libras, velit quod prouideatur vsque ad summam centum, & non vltra, fac capitul. 1 de arbit. in 6 cum suis concord & formaliter not. in cap. quamuis de præb. in 6 vnde sumitur.

Titulus a pensio. ne quid dist.

f ¶ In pensione.] Videtur enim Papa mandasse ei prouideri, de eo quod Prouidens per se non potest retinere, vt sunt benef. & per quæ quis institulatur, & obligatur Ecclesiæ, & tenetur ad continuam residentiam,

g ¶ Ad Episcopi.] Quorumcumque siue sint exempti, siue etiam sint Episcopi superiores, clem. si de beneficio, vbi etiam not. de præb. & dignit.

h ¶ Rescribatur.] Siue executori, siue Episcopis idem enim est in vtroque casu, saluo quod si rescribatur Episcopo, cum beneficium est deuolutum ad Papam, distinguitur, an per literas recitetur officium, an constituatur delegatus, c. licet, & cap pen. de offic. ord. & ca. cum aliquib. de resc. in 6 & no. in cle. cū de benef. de præb.

i ¶ Ex negligentia.] Si ex delicto, licēt sint opiniones, an hoc casu deuoluatur ad cap. vt per Doct. in capit. cum in cunctis in fin. de electio. vbi verò ex commissione Episcopi, Cap. vel alius haberet conferre, hoc non impediret executorem capit. fin. de præbend. in 6. aliàs facilè posset Episcopus eludere impetrantem; vt not. in clem. cum de beneficio de præb.

ipsius Episcopi [a] ad eiusdem capitulum deuoluta fuit : [b] quamquam ex contrario de eo, cuius ad Episcopum ex capituli, vel alterius cuiuscumque [c] siue ad sedem Apostolicam [d] ex ipsius Episcopi, [e] vel aliorum in hoc eidē succedentium [f] negligentia collatio fuerit deuoluta, hoc casu prouideri poterit.

Mandatum Apostolicum restrictionem recipit ex persona prouisi. h. d.

Interdum tamen licet mandatum generale sit, ex persona impetrantis recipit restrictionem : Vt si cui præbenda proximè vacatura simpliciter [g] prouideri mandatur, nam si talis nondum [h] in ea ætate [i] exiſtit, vt ad sacerdotium promoueri possit, sacerdotalis sibi præbenda conferri non poterit.

Ex loco sumitue rescripti interpretatio. h.d.

Ex loci quoque expressione rescripti sumitur declaratio : & ideo quamquam sub nomine Ecclesiarum ciuitatis, etiam Ecclesia [k] cathedralis comprehendatur : cùm tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis prouideri, ad cathedralem Ecclesiam mandatum huiusmodi non extenditur : [l] secus est si in aliqua Ecclesiarum prouinciæ [m] prouideri mandatur: tunc enim & Metropolitana [n] & cæteræ cathedrales Ecclesiæ, tali mandato includuntur.

a ¶ Episcopi.] Sed numquid negligent ipsius executoris, quando scilicet : eo sciente vltra sex menses vacauit beneficium quod conferre poterat, oberit ei? Resp. vt not. in cle. si beneficio, de præb. in verb. Episcopi.

b ¶ Fuit.] Intellige tempore prouisionis sue non datæ, & sic potestas huius executoris variatur secundum tempora. Simile in clem. vnic. de concess. præb. quam diu enim beneficium est in collatione Episc. confert illud, illo ad alium deuoluto non cōfert illud : ita est & de beneficio ad inferiores spectante, quod ipse non confert, donec ad Episcopum deuoluatur. Ratio : quia cum Episcopum Papa grauare voluerit, confert executor quandiu est in manibus Episcopi : licet enim ex deuolutione, proprium tamen est pro ea vice, & ipse nūc ex collatione grauatur, quando est in manibus alterius, non confert executor, quia Papa illum grauare noluit, vt not. in clem. si de beneficio de præb.

c § Cuiuscumque.] Hoc dicit : quia per quoscumque gradus siue proximos, siue mediatos ad Episcopū deuenerit, executor confert, quamdiu est in manibus Episcopi, clem. si de beneficio de præb. & ibi. Ioan. And.

d ¶ Ad sedem Apostolicam.] Nota ergo quòd beneficium deuolutum ad Papam semper confert executor, ex quo primus collator est de eis, qui per literas grauabantur, secus tamen est in benef. spectantib. ad collationem Papæ: quia vacarunt in Curia, vt in cap. 2 de præb. in 6. Tunc enim Papa confert iure proprio non deuoluto. Nam Papa dando executorem ad prouidendum, auferebat collatori potestatem, ca. si capitulo, de concess. præb. in 6. Ex quo ergo collatio de illo deuoluta est ad Papam, confert executor, vt hic, & cle. si de benef. de præb. Et licet aliás in benef. fiat stricta interpretatio. c. quamuis de præb. in 6 hic, tamē sit larga contra concedentem, c. cum dilectus, de consuetud. & not. in d. clem. si de beneficio.

e ¶ Episcopi.] Primi scilicet collatoris. Si enim de Archidiac. vel capitulo ad Episcop. demum per ipsius negligentiam gradatim ad Papam perueniatur, non confert executor, cui de collatione Episcopi scribebatur : & ita not. in cle. si de benef. de præbend.

f ¶ Succedentium.] Et sic habemus primò tempus Episcopi. Secundò tempus medium aliorum facientiū gradum inter ipsum, & Papam. Tertiò tempus Papale, primo & vltimo tempore confert executor, medio verò non. Et semper intelligas quòd temporis acceptionis elapsum non impediat executorem, clem. vnic. de concess. præb.

g ¶ Simpliciter.] Secus si in literis diceretur. Non obstantibus aliquibus, per quæ effectus gratiæ nostræ valeat impediri: vel differri : vt not. in cap. ei cui de præben. in 6 vnde sumitur.

h ¶ Non dum.] Ergo non inspicimus tempus datæ, sed tempus vacationis vt si tempore vacationis sit idoneæ ætatis, sequentem expectet, etiam sacerdotalem si tempore secundę vacationis, sit idoneæ ætatis. Sed immò contra d. cap. si eo tempore, de rescript. in 6. Solu. vt not. in cap. ei cui de præb. in 6.

* Vide in DD. CC. Philip. Franc. & nota ex capit. si eo tempore vnam & eandem gratiā esse diuiduam & posse partim nullam, & partim validam existere nec vtile per inutile viciari. SOLIER.

i ¶ Ætate.] Scilicet in vigesimo quinto anno, clem. generalem, de ætat. & qualit. & sup. de sacerd. in infer. gra. constitutis, § pen. Sed quid dicemus si iam sit sacerdos ordinatus, licet non sit in legitima ætate, an poterit conferri sacerdotalis præbenda? Respond. vt not. in capit. ei cui, de præbend. in 6. Vide etiam not. in capit. licet canon. de elect. in 6.

k ¶ Ecclesia.) Cathedralis cap. pallium, d. cap. & cap. 1. de au. & vsu pall. vbi de hoc, & per Host. in cap. requisisti, de testam. ad caput. cum tibi de verb. signif. immò interdum sola cathedralis comprehenditur: vt cap. cum clerici de verb. signific. quod tamen est speciale ibi ob periculum, quod potest imminere ex periurio, vt ibi, not. & in cap. quamuis, de præbend. in 6 vnde hoc sumitur. Item fit differentia in hac materia, vtrum simus in literis gratiæ, vel iustitiæ : vt per Butr. in capit. accepimus de ætat. & qualit. & latè de hoc habetur in cap. Rodulphus, 1. de rescrip.

l ¶ Non extenditur.] Simile in cap. quia periculosum de sententia excommunicationis in 6, sed num hoc casu prouideri poterit in cappellania, vel mansionaria Cathedralis Ecclesiæ? Quidam quod sic, alij contra, vt notat. in capit. quamuis de præb. in 6.

m ¶ Prouinciæ.] Cap. pro illorum, de præb.

n ¶ Metropolitana.] Immò videbatur contrarium per ea, quæ supra hoc eodem §. Quæ est ergo diuer-

sitatis ratio ? Textus in cap. eum qui, de præbend. in 6 reddit hanc rationem, videlicet quòd Papa videtur hoc casu velle facere vberiorem gratiam, quam casu superiore, quæ ratio in Metropolitana Ecclesia non concludit. Vnde expeditius est dicere, quod lex ita posita est, l. prospexit, ff qui & à quibus, cap. in causis, de re iud.

a ¶ Ad collationem.] Ergo non ad præsentationé c. eum in illis, § cum autē de præb. in 6.

b ¶ Simul.] Pone, mortuus, vel promotus est clericus, qui habet illa duo beneficia; vel duo clerici simul mortui sunt; puta, facto naufragio, vel promoti, vel renunciauerunt, nec potest apparere cuis prius, fac. capit. duobus de rescrip. in 6.

c ¶ Scripturæ.] Simile cap. si quis iusto § 1 de elect. in 6 & cap. si rector. dist. 43 in fin. & ff de vsufructus l. quoties, & sup. de elect. § quid si pluribus, faciūt not. in cap. in alternatiuis, de re. iuris in 6 & ff de leg. 2 l. cum pater, § fin. & l. hæred. § fin. ff ad Trebel. & quod not. in capit. cum dilecta, de rescr. argu. contra in leg. secunda, § si prius, ff de vulg. & pupil.

d ¶ Ad Ioannem.] Id est, ad collationem Ioannis: aliàs si non simul vacet de primo vacante prouidendum erit: vt not. in capit. mandato de præbend. in 6 vnde sumitur.

e ¶ Si verò.] C. cū in illis § fin. de præb. in 6 vnde sumitur.

f ¶ Non adiecto.] Ex quo enim Papa non addit alterum tantū grauare non intendit, not. in capit. cum in illis, § fin. de præb. & hoc intellige secundum determinationem, quam habes in c. fi. de præb. in 6

g ¶ Alterius tantum.] Sed qtid si spectaret quidem ad omnes: sed non successiuè, iuxta ea, quæ not. in c. ad audientiam de Eccl. ædific. puta, si Papa mandet prouideri de beneficio spectante ad præsentationem plebani, & Abb. sed plebanus præsentat Abbati, & Abbas præsentat Episcopo, poteritne de huiusmodi beneficio prouideri ? Respondeo affirmatiuè. Sufficit enim quod ad eos simul spectat præsentatio, ita quod non ad alterum tantum, cap. cum illis, § fin. vbi Perusin. secus si plebanus, & Abbas inter se pepigissent alternatim præsentare, iuxta clem. 2 de iure patron. & § sed vt facilius, inf. titul. proximo, & Papa scribere, vt prouideatur de beneficio ad vtriusque præsentationem spectante: quia tunc secundum aliquos in dict. § fin. non procederet quod hic dicitur, at si de beneficio spectante ad collationem vnius prouisio fuisset iniuncta, impleri non posset in beneficio, cuius collatio ad cum simul cum alio pertineret.

ordo scripturæ declarat mandatum. h. d.

Ex ordine quoque scripturæ rescripti interpretatio sumitur; veluti cum Ioanni de beneficio ad collationem [a] suam, vel Pauli pertinente, vt alicui prouideat mandatur. Nam si plura simul [b] beneficia vacare contigerit ad vtriusque collationem separatim spectantia, tunc ordo scripturæ [c] seruandus est: & de illo beneficio prouidendum erit, quod ad Ioannem [d] noscitur pertinere.

Cùm mandatur prouideri de beneficio spectante ad prouisionem, plurium, intelligitur coniunctim. h. d.

Si verò [e] de beneficio ad aliquorum collationem, vel præsentationem, spectante, non adiecto [f] communiter, vel diuisim prouisio iniungitur facienda in beneficio, quod ad collationem, vel præsentationem alterius tantùm [g] pertinet; adimpleri non poterit.

Ex insertione causæ elicitur interpretatio rescripti. h. d.

Item insertio causæ declarat rescriptum; sicut accidit, cùm clerico nullum beneficio obtinenti ob paupertatem [h] * per Episcopū de beneficio prouideri mandatur. Nam si ante quam ei prouisum sit beneficium fuerit assequutus, cessante causa [i] mandati, prouidere sibi Episcopus in posterum nō tenetur.

Ex simplici mandato de prouidendo non potest prouidere obtinenti aliud beneficium, nisi fuerit id expressum, quo casu solùm vnicum, & non curatum beneficium obtinenti prouidere poterit. h. d.

Nam & is, cui conceditur, vt idoneo [k] pos-

h ¶ Ob paupertatem.] nō est otiosum hoc verbum loquitur enim hic de literis in forma pauperum: aliàs appellātur literæ in forma, cum secundum de præb. Sed si de gratia speciali prouisū sit alicui, & postea ante vacationem adipiscatur aliud benefic. non expirat gratia. Ita not. in cap. si pauper de præb. in 6 vnde sumitur. Et no. quod cler. pauper faciens pro benef. non potest not. de ambitione, nisi postularet dignitatem aliquam: vt per Abb. in c. si per inquisitionem de elect.

Literæ in forma pauperum,

Literæ in forma cum secundū. Literæ iustitiæ.

* Paupertatem.] Hanc pauperum formam instituit Clemens IV. Vir Sanctissimus de qua enim text. in capit. si pauper Cleric. de præb. in 6, & quia mandatum sub huiusmodi forma concessum est conditionate si pauper est ideo expirat per assequutionem beneficij etiam modici. Et ista forma non habet Bullam cum filiis seruices, vt ostendatur. *Plus enim iustitiæ q. gratiæ* Ioann. And. in addit. ad specul. de clerico non resid. SOLIER.

i ¶ Cessante causa.] Quæ erat, quod clericus nullum habeat benef. concor. c. cum cessante, de appe. cum similibus. Sed num quid idem sit, si pauperi cler. prouisū sit de Vicaria ? Resp. aut Vic. est perpetua, vt ea. extirp. de præb. & tunc idem cap. postulasti, de rescrip. Aut temporalis, pene in terminis, c. cum ex eodem, in fin. de elect. in 6 & c. benef. de re iu. in 6 & c. peruenit 2 de appel. c. si de voto, extrauag. execrabilis, & tūc nō expirabit mādatum. Quia beneficiatus non est, cum beneficia sint perpetua, ita notatur in cap. si pauper. de præbend. in 6 & facit ad hanc literam, cap. si Episc. de præbend. in 6 quòd ius beneficiatum non beneficiat, cap. quia in tantum de præbend. clem. gratiæ de rescript.

k ¶ Idoneo.] Idem est si hoc verbum non apponatur, capit. causam quæ de elect. cum adeo, de rescrip. cap. fin. de præsump.

sit in sua, vel aliena Ecclesia prouidere beneficium, [a] aliud obtinenti prouidere non potest, nisi vel primo ille beneficium, quod obtinet omninò dimittat, [b] vel in concessione huiusmodi sit expressum, quod etiam beneficiatæ valeat prouidere personæ, quo casu vnicum [c] duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti prouideri poterit.

Pluralis locutio restringitur ad duo, h.d.

Sed si concessum fuerit, vt prouidere illi valeat, qui & alia beneficia noscitur obtinere, huiusmodi pluralitas debet solùm ad duo beneficia non curata [d] restringi.

Mandatum simplex de prouidendo non extenditur ad beneficium curatum, h. d.

Ex natura quoque, & beneficij qualitate Apostolicum rescriptum restrictionem recipit; nam si de quibuscumque beneficijs prouideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita [e] de ijs prouidendum non erit, [f] quibus huiusmodi cura noscitur imminere.

Mandatum, quamuis generale non extenditur ad electiuum, h. d.

Illi quoque, pro quibus scribitur, vt de personatibus: & dignitatibus [g] ad collationem, prouisionem, præsentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcumque prouideatur, de ijs prouideri non poterit, ad quos per electionem [h] * præficiendi assumuntur. [i]

Gratia alicui concessa, vt prouideri possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis, non expirat re integra per obitum concedentis secus si personæ essent expressæ, h.d.

Illud quoque omittendum non est. Quòd sicut nulla facta personarum expressione [k] sit gratiosè concessa facultas, vt auctoritate Apostolica, aliquibus personis idoneis, in certa Ecclesia prouidere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta, [l] conferre: huiusmodi de beneficio, nunquid poterit executor prouidere de tali beneficio, quod requirat sacrum ordinem? Et per hanc literam videtur quod non, sed dic, contra cap. ei cui, & cap. si pro clericis, de præbend. in 6 & not. in dicto capit. cum in illis.

a ¶ Beneficium.] Scilicet sufficiens, cap. is cui de præbend. in 6. vnde sumitur. Aliud enim si non esset sufficiens, vt ibidem not. fac. capit. quia in tantum extr. de præb. & quod no. supra, § prox.

b ¶ Dimittat.] Si ergo dimittat sibi prouideri poterit. Sed contra videtur capit. si motu, verficu. secus de præbend. in 6. Sol. ibi, à principio impetrauit ille, cui prouidetur, quo casu non sufficit beneficium primum dimittere, si tempore impetrationis tacuit: hic is, cui prouidetur, non fuit is, ad cuius petitionem gratia facta fuit: & ideo cum nulla in eo possit notari subreptio, sufficit quod postea dimittat, & dixit. Io. Monach. quod per hoc rescriptum nihil habetur actualiter: sed potentialiter: & ideo satis est quod sit habilis persona, quando potentia redigitur ad actum.

c ¶ Vnicum.] Notat. strictam interpretationem, ad idem cap. cum illis de præb. in 6.

d ¶ Non curata.] Sic igitur vtrumque vel alterum sit curatum, tali non poterit prouideri, fac. c. pluralis de re iud. in 6 & l. vbi numerus de restibus.

e ¶ Mentione non habita.] Etiam si in literis prouideri mandetur, quod animarum cura, si qua beneficio immineret non negligetur, not. in cap. cura in illis in princip. de præbend. in 6 vnum sumitur, quod die, vt habetur in clem. si dignitatem 1 respond.

f ¶ Non erit.] Quia maior idoneitas exigitur in curatis, quam in alijs capit. cum in illis, in princ. de præb. in 6. Hinc est quod cum patientibus defectum in ætate dispensant Episcopi in dignitatibus non curatis, secus in curatis, capit. vni. de ætat. & qualit. ordin. in 6 & est simile de si presbyterorum, cap. 1. Sed quid si mandetur alicui simpliciter prouideri de beneficio, nunquid poterit executor prouidere de tali beneficio, quod requirat sacrum ordinem? Et per hanc literam videtur quod non, sed dic, contra cap. ei cui, & cap. si pro clericis, de præbend. in 6 & not. in dicto capit. cum in illis.

g ¶ Et dignitatibus.] Etiam si curam habeant animarum, cap. cum in illis, § 1 de præben. in 6.

h ¶ Per electionem.] Electio igitur non continetur sub verbo prouisionis, vel dispositionis, simile in capit. deliberatione, 1 responso, de offic. deleg. in 6 facit quod not. in capit. fin. de elect. in 6 & capi. cum in illis, § 1 & § 2 de præbend. in 6. *Electio non continetur sub verbo prouisionis.*

* Per electionem.] Quia in electiuis cõtrahitur quoddam matrimonium cap. requisisti de testa. capit. sicut alterius 16 quæst. 1 quod in electione initiatum in confirmatione ratum & in consecratione dicitur consummatum licet de translat Epis. 11 sicut ex rescripto principis non fit matrimonium Carnale l. 1 cod. si nupt. eo rescripto posset ita nec matrimonium spirituale ne detur inuitæ sponsæ sponsus cap. nullus distinct. 61 & ex inuito matrimonio huiusmodi deterius inde contingat cap. 2 de sponsalibus. SOLIER.

i ¶ Assumuntur.) Et si inhibeatur in literis in electores eligent, clem. si dignitatem de præb.

k ¶ Expressione.] Nota quod personarum expressio multum operatur facit capit. si cui & cap. si Episcopus de præbend. in 6 & cap. is cui de offic. delegat. eod. lib.

l ¶ Legitimè deuoluta.] Scilicet secundum statuta Lateranensis, vel generalis Concilij cap. 2 de concess. præb. cap. ne pro defectu, de elect. & alia beneficia legati de latere conferre possunt, cap. venerabilis, de præbend. & not.

modi conceſſio, etiam re integra, per obitum concedentis non expirat, [a] ſecus ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda, eidem ſit data poteſtas non ob ſuam, [b] ſed eius cui prouidetur gratiam, vel fauorem. Illa enim expirat * omninò, ſi concedens re integra moriatur. [c]

Mandatarius cuius non eſt electa induſtria, poteſt alteri mandare, h. d.

Illud etiam [d] intereſt. Vtrum cui ab Apoſtolica ſede prouiſio [e] beneficio in certa Eccleſia, diœceſi, vel prouincia [f] certæ perſonæ facienda committatur, an de certa Eccleſia incertæ tamen perſonæ. Primo enim caſu licitè quis vices ſuas alteri committere poterit: ſecundo verò cum in eligenda perſona mandatarij electa videatur induſtria, prouiſionem ſibi commiſſam alteri demandare non poterit, [g] niſi forma commiſſionis id habeat, vt per ſe, vel per alium [h] hoc expedire valeat.

Beneficia eccleſiaſtica debent ſine diminutione conferri, h. d.

Poſtremò illud ſciendum eſt, tam Turonenſi [i] Concilio cautum eſſe, ne præbendæ aliquam ſectionem patiantur [k] quam

in capitulo primo, de offic. deleg in fin.

a ¶ Non expirat.) Quia cum ſpecialem gratiam continet decet eſſe menſuram, capit. ſi cui, de præb. in 6 cap. decet de reg. iur. eo. lib. Sed quid ſi fuerit generaliter conceſſa poteſtas diſpenſandi cum filijs ſacerdotum, ſi is cui talis poteſtas conceſſa eſt diſpenſauerit quo ad vnũ, an ſi moriatur concedens, talis poteſtas expiret morte concedentis. An vero per diſpenſationem quo ad vnum ſit perpetuata? Reſpond. vt per But. & alios in cap. ex tua ante fin. de fil. præsbyt. Et in materia nota vnã regulam, quam ponit Abbas in capit. fin. de præbend. Quod vbi actus validitas dependet à voluntate alterius non reuocatur per ipſius mortem, præſumitur enim quis durare in voluntate, in qua decedit, capit. minores de bap.

b ¶ Ob ſuam.] Quando ergo gratia eſt eius, cui ſcribitur non expirat: ſecus quando alterius, puta pro quo ſcribitur, vt hic.

* Expirat.] Mandatum tamen de prouidendo in forma dignum non expirat morte Papæ concedentis etiã quantumuis res ſit integra nam vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de certo beneficio vacante, gratia dicitur facta ex quo ſaltem habet ius ad rem ideo durat poſt mortem concedentis in capit. ſuper gratia de offic. delegat. in 6 vbi mandatur prouideri certæ perſonæ de incerto beneficio, ibi gratia non eſt facta ſed facienda ideo poterit morte concedentis re integra c. ſi cui nulla verſ. ſecus procedit de præbend. in 6. Idem die de diſpenſationib. in Franc. comiſſaria expeditis, & literis demiſſorialibus ad ordines ſuſcipiendos vt poſſint poſt mortem concedentis executioni demandari Garc. de benefic. part. 6 capit. 2 ex numero 300. SOLIER.

c ¶ Moriatur.] Vel renunciet, capitulo 1 de renunciat. in ſexto, ſed contra cap. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in ſexto, & cap. ſi Apoſtolica, de præb. in ſexto, Reſpond. vt not. in c. ſi cui in fin. eo. tit. & lib.

d ¶ Illud etiam.] Sumitur ex c. is cui, de offic. deleg. in 6.

e ¶ Prouiſio.] Etiam ſi committatur ei quod inquirat de illius vita, & conuerſatione clem. iudices, de offic. deleg. in 6.

f ¶ Prouincia.] Ergo non requiritur, quod beneficium ſit certum, ſed ſufficit quod ſit certa perſona, vt habeat locum ſubdelegatio, quod hoc caſu non habet locum, c. fi. de offic. deleg.

g ¶ Non poterit.] Et ſic intelligatur, cap. fi. § fi. eo. ff de legis enim cuius induſtria eſt electa ſubdelegat, fac. l. inter artifices, de ſolut. & latè in d. cap. fin.

h ¶ Per alium.) Ergo quod de iure communi non poteſt, poterit ex poteſtate commiſſionis, cap. is cui, & cap. fin. § vices de offic. deleg. in 6 &, Faciunt hæc ad quæſtionem an delegatus ab alio, quàm à principe habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi, ſubdelegare poſſit. Et quidam quod ſic: vt Io. And. in d. capit. is cui, quia ſicut iſti non habent à lege quod ſubdelegare poſſint? tamen ſi ad hoc haberent ſpeciale mandatum hoc poſſent. Sic dicendum videtur, quod licet delegatus ab alio, quam à principe non habeat hoc à lege: & ſic loquuntur, contraria tamen ſi habet hoc ab homine, ſubdelegare potetit fac. 1 2 reſp. de proc. in 6 & cap. fin. eo. tit. & c. pen. § porro, de elect. in 6 cap. 1 de offic. leg. in 6 & cap. 2. & capit. 1 de offic. leg. in 6 & cap. qui per aliũ & capit. poteſt quis de reg. iur. in 6 ſtandum erit igitur regulæ, cum contrarium non reperiatur. Nam & lex dicit, non referre an ipſe ordo decurionum elegerit, an is, cui ordo negotium dedit, ff quod cuiuſque vni. not. l. item eorum, § ſi decuriones, facit, cap. cum aliquibus de reſcript. in 6 & de præbend. cap. hi qui tuto § ſed quod veteri.

i ¶ Turonenſi Concilio.) Cap. maioribus de præbend.

Poſtremò CASVS. Quidam Epiſcopi volebant beneficia conferre cum aliqua diminutione, argumento c. niſi ne præbend. & quoniam tota diœceſis eſt eis commiſſa, fuit quæſitum quid iuris, & cum argumenta adducta faueant eorum voluntati, affirmatiuè videbatur reſpondendum, Sol. tamen vt hic habetur, ratio eſt quia non eſt recedendum ab illo iure, quòd diu iuſtum eſt iudicatum, niſi maxima ratio aliter ſuadeat, iuxta l. 2 ff de conſtitut. & cum ratione ſuadente liceat aliquando recedere à lege, vt ibid. ad not. Ideo obiectio non tenet. Not. primo collationem poſſe connumerari inter illos actus legitimos, qui non recipiunt conditionem. Not. ſecundò argumentum, penſionem regulariter non approbari à iure, & ideo videtur nulla de iure ſi ſine cauſa facta fuerit.

k ¶ Patiantur.] Sine iuſta cauſa, ex iuſta enim cauſa poteſt vna præbenda diuidi in duas, cum vacat, ſi facultates ſufficiant, cap. vacante de præb. fac. cap. cum cauſam, & cap. ſignificatum eod. tit. & cap. ad audientiam. De Eccleſ. ædifi. Et ſic erunt duo iura: ſed dua

ad vnam præbendam eligi non possunt. vt vnus vnam nec veteratem habeat, & alter alteram: vel quod vnus expectet quod que alia vacabit, immo cassanda est talis electio. cap. tua, & cap. dilecto, de præb. & ita formaliter, not. in cap. maioribus de præb. & ibi declaratur, & disputatur per Abbat. & Doctor. facit cap. vni. vt Eccles. benef. sine dimin. conferantur.

ex Lateranensi, [a] ne quis conferens beneficium Ecclesiasticum partem prouentuum suis vsibus [b] retinere audeat, cùm sine vlla debeat diminutione conferri.

a ¶ Lateranensi.) cap. prohibemus de censibus, & cap. vni. vt Eccles. benef. sine dimi. confer.

b ¶ Suis vsibus.) Nisi sint de mensa cle. quia regulares, § 1 de sup. negl. præl. vel nisi sit aliquis laudabilis vsus. Abba. in cap. 1 vt Eccle. benef. sine diminutione conferantur.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus iste text. facit mentionem de pensione. s. quod beneficium ecclesiasticum debeat sine diminutione conferri, videbimus primo quid sit pensio, secundo quotuplex sit, & tertio quando extinguatur. Quod ad primum, pensio est ius percipiendi fructus, ex alieno beneficio, durante vita pensionarij ex iusta causa concessa, vt post non nullos alios voluit Garz. parte prima, de benef. capitulo quinto, numero centesimo sexagesimosecundo siquidem ex alieno beneficio pensio percipitur durante vita pensionarij, quia illius morte extinguitur, vt dicemus in tertio requisito, & ex causa iusta conceditur aliàs peccaret concedens.

Quo ad secundum, vt in præterito § diximus pensio est triplex, scilicet temporalis spiritualis, & mixta, seu media, vt patet ex communi vsu, & praxi, & consequenter magis explicatione, quam probatione indigent.

Igitur primo conceditur pensio temporalis, alicui pro aliquo ministerio temporali exhibito extra ecclesiam vt militi vel Duci exercitus pro ecclesia pugnantibus, vt probant authores citati, & est per se notum etiam statuitur in Bulla Pij V. edita in anno 1572. incip. ex proximo notat etiam post alios Suarez tomo primo, de relig. tract. tertio, libro quarto, consilio vigesimosexto, numero tertio.

Secundo conceditur pensio clericis propter aliquod officium spirituale erga Ecclesiam, vt est illa, quæ datur coadiutori Episcopi: vel parrochi, vel datur Sacristiæ, vt ecclesiam præparet eique seruiat, & sic de alijs, & istæ pensiones sunt beneficium, quia quæ datur clericis, vt clerici sint: datur propter officium spirituale erga Ecclesiam, & etiam de rebus Ecclesiasticis, & consequenter spirituales sunt, & vendi nequeunt absque labe simoniæ sine consensu Summi Pontificis, vt probant authores citati præcipuè Suar. Regin. Garz. qui hoc latius prosequuntur.

Tertio denique est pensio media, quæ nempè clericis, & laicis dari potest. Si enim daretur clerico. vt inde congrue viuat, quamuis olim dicebatur pensio mere prophana, ac temporalis hodie tamen est spiritualis quia Pius Quintus, mandauit quod huiusmodi pensionarij teneantur officium Beatæ Virginis recitare, & consequenter licet illa annua pecunia natura sua vendi posset, ex quo est respectu fructuum. & spiritualis non est, nihilominus quia post Bullam Pij Quinti assignatur officium spirituale, & proinde absque labe simoniæ vendi nequit, nisi Summus Pontifex auferret ab huiusmodi pensionibus officium. Nam quatenus habet annexum officium, nec ipse Summus Pontifex posset pensiones vendere, quia venderet spirituale. Nam spirituales manerent pensiones ita post Sot. Vi-ctor. Cor dub. not. Vasq. in suo opusculo de beneficio, cap. 2 § 4 dub. 2 numero 171.

Et idem est si huiusmodi pensiones darentur laicis, quia eadem est ratio sunt enim annexæ spirituali cum ipsi etiam tenentur hodie recitare officium paruum Beatæ Virginis, vt habetur locis citatis. Tribus autem modis potest imponi pensio super beneficio.

Primo si quis renunciauit beneficio in alterius vtilitatem, vel illud cum alio permutaret, & sibi certam pensionem reseruaret. Sic etiam resignando beneficium alteri cum

Secundo imponitur pensio pro beneficio litigioso, quando per transactionem, & arbitrium Iudicis vni datur beneficium, & alteri datur certa pensio super dicto beneficio.

Tertio si aliquis per plures annos beneficio seruit, & amplius ei seruire non possit, vt cum Episcopus, vel Curatus dimittit beneficiũ suum, & ei assignatur pensio super eodem benef. ad suam congruam substentationem vt habetur locis citatis quod ommitto.

Agit author in præsenti, § materiam Tituli necessarij prosuscipiendis sacris ordinibus. Vnde notanda sunt nonnulla de seruiencia tam ad praxim quam ad theoricam, & ad ornatum Concilij Trid. sess. 21 canon. 2 & primo sciendum est de hac materia tractare Flamin. de resignat. lib. 1 quæst. 6 Zech. de republic. eccles. cap. de Clericis numero 7 Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 81 & nos diximus in collectanea decis. part. collect. 566. In tex. ibi [ad sacros ordines) vtrum ad minores ordines requiratur titulus negatiuam partem, de consuetudine seruari testatur Salced. ad Bernard. cap. 18 num. 5 in nouiss. Vgol. de irregul. cap. 61. num. 1. Emanuel in sum. tit. 2 c. 15 num. 16.

In textu ibi ne quis decipiat, clericus sæcularis idem in regularibus non professis, censuisse Sacram congregationem refert Garz. de benef. part. 2 cap. 5 num. 11. & 12 dicit habere locum tam in non professis, quam in nulliter professis sed Gregor. XIII. exemit, Religiosos Societatis Iesu, qui post tria vota simplicia ante solemnem professionem, possunt sine titulo ad omnes sacros ordines promoueri, de licentia sui Præpositi generalis, resoluunt Eman. vbi supra n. 1 Garz. d. c. 5 n. 13.

In textu ibi [nisi priùs legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum quod sibi honestè sufficiat ad victum.] Vide Nauar. de tractat. Miscel. 61 numero 3. Flamin. de resignat. lib. 5 q. 6 num. 155 vbi resoluunt hunc textum non esse intelligendum de beneficio, cuius redditu sufficiat, ad viuendum decenter, sed de beneficio, cuius redditus sufficientes sunt, ad viuendum, & pacificam possessionem obtinere debet promouendus Cened. pract. lib. prim. quæstio quarto num. vigesimo terertio.

In textu, ibi id vero beneficium resignare, non possit, vide Flamin. d. q. 6 num. 174 & lib. 2 q. 6 numero 1 & numero 36 Azor. instit. mora. lib. 7 part. 2 cap. 20 quæst. 7 Ledesm. in summ. part. 1 tract. de sacram. ord. cap. 7 concl. 10.

In textu ibi [patrimonium vero] vide Nauar. cons. 2 sub titul. de tempor. ordinand. & sub hoc decreto, aliquæ aliæ sunt à Cardinalium congregatione decisiones adductæ per Azor. part. 2 lib. 3 cap. 4 quæst. 3. & Garz. de benefic. part. 5 cundo cap. 3. num.

num. 74.

Quo ad titulum donationis alicuius, potest quis ornè cessitate vel vtilitate ecclesiarum,& si donatio esset realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit absque Episcopi licentia, donec beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat vnde viuere possit, resoluit Zech. de Rep. Eccles. cap. de clericis sub. num. 7 vers. 84.

Quod potest Episcopus ordinare subditos ad ordinè diaconatus ad titulum & pensionem Ecclesiarum matricium, non obstante, quod non participent de fructibus illarum, nisi post susceptum presbyteratus ordinem asserit. Garz d. cap. 5. num. 110.

Quod doctor in Sacra Theologia, vel alias persona graduata & literata si non habeat patrimonium, nec. beneficium possit legitimè ordinari sub titulo literaturæ, fatentur Emanu. in summ. tom. 2 c. 15 num. 15 quem refert & sequitur Gonz. ad reg. 8 Cancell. glos. 4 num. 36 Henriq. in sum. lib. 10 cap. 17 ad finem, & lib. 13 cap. 37 § 2 & lib. 14 capite 5 § 3

In tex ibi (verè ab eis obtinere) non posse quem prouidere ad titulum de futuro, & in spe etiam certa puta ad beneficium, quod quis spectat seu ad quod est præsentatus, nominatus, vel postulatus resoluunt Salsed. vbi supra num. sexto Eman. d. cap. decimo quinto numero 10

DE INSTITVTIONIBVS & iure Patronatus.

TIT. XXVIII.

Ius Patronatus.

- Constituitur.
  - Fundatione.
  - Dotatione.
- Acquiritur.
  - Donatione.
  - Successione.
- Tollitur.
  - Cessione
  - Destructione Ecclesiæ.
  - Constitutione Collegij.
  - Delicto.

In textu vbi (atque illa deinceps sine licentia Episcop. alienari aut extingui, vel remitti nullatenus possit) quod bona ad eius titulum quis est ordine sacro *insignitus prohibita sint alienari*, docet Spin. de testamen. gloss. 18 Gutier. pract. lib. 2. quæst. 65. nu. 10 Grat. discept. Forens. cap. 150 num. 2

In textu ibi (alienare,) procedere in permutatione docet Gonz. d. § 10 num. seq. Grat. d. cap. 159 num. 3

Quod ordinatus ad titulum patrimonij, qui post ordinationem illud retro donat, seu renunciat, vel aliena quamuis peccet mortaliter quia facit contra prohibitionem Concilij, in præsenti, maxime cum sit facta ob bonum publicum, & fauorem totius ordinis clericatus, & si castigari potest per Episcopum tamen non incurrit nullam suspensionem, docent Nauar. in Manu. c. 27 num. 158 versic. 2 Saleed. d. c. 18 num 13 Garz. d. c. 5 num. 165 Gratian discept. Forens. c. 159 num. 16 17 Reginal. in praui fori pœnitent. lib. 32 num 72 vers. porro.

In textu ibi [nullatenus,] quod inducit nulli tatem actus ipso iure, non aliam pœnam, affirmat Nauar. conf. 17 num. 2 & conf. 22 nu. 4 & conf. 22 de tempor. ordin. Flamin de resignat lib. 2 q. 6 num 16 Calder de potest. elig. cap. 10 num. 1 & de resolut. Emphyr c. 3 nu. 1 Molin. de iust. tract. 2 disput. 238 Gratian. vbi supra cap. 159 numero 18 Garz. d. c. 5 num. 166 Ceual. q. 527.

In text. ibi [sufficiens,] quod beneficium, aut patrimonium dicatur sufficiens in proposito, vide apud Emanid. c. 15 num. 9 Flamin. d. q. 6 num 14 Vge in de censuris c. 61 de irreg. nu. 6 Genuens. in praxi Archiep Neap. cap. 81 num. 2. Ledesm. in summ. part. 1. titul. de Sacrament. ordin. cap. 7. conclus. 7. Zerol. in praxi Episcop. par. 1 verb. benef. pag. 51 verbo & dimissoriæ § 5 dub. 4 & part. 2 eod. verb. ad fin. Beia. casum conscientiæ part. 4. casu 26. fol. 442. Garz. d. capite 5 numero 142 cum seq.

In textu ibi [antiquorum canonum pœna super his innouanda] *Cõcilium in præsenti innouare pœnam suspensionis*, de qua in cap. neminem, c. *sanctorum* 70 distin. testatur Supin. glos. 18 de testamentis, nu. 75 Zerol. in praxi episcop. part. 2 verbo dimissoriæ § 6 & verb. irregularitas § 2 Eman. d. c. 15 nu. 1 Oriz. cur de suspens. in sum resolut. in notru. 5 Comitul. responsa. moral. lib. 6 q. 38 Panch. de matrimon lib. 6 disput. 32 ad finem. Infra citati autem tenent per Concilium in præsenti solum, esse innouatam pœnam c. cum secundum Apostolum de præbendis & sic ordinatum sine titulo non esse suspensum nec aliquam pœnam incurrere, sed Episcopum cogendum esse *illi* prouidere Henriq. in sum. lib. 13. cap. 37. § 2. Gurier. practio lib. 2 quæst. 65 num 11 vers. Nec enim Medinæ Cenend. ad decretal. collectan. 33 nu. 2 & 6 ad finem Nauar. conf. 19 nu. 2 sub. tit. de tempore ordin. plures decisiones sacræ congregationis pro hac parte adducunt Gonz. ad reg. 8 Cancel. glos. 5 § 10 num. 22 Garz. d. cap. quinto numero 24 cum seqq.

Quod hęc bona, seu patrimonium ad cuius titulum fuit quis ordinatus habeat priuilegia quæ conceduntur à iure bonis Ecclesiasticis affirmat. Menoch. de reserip. possess. remed. 15 nu. 21 post Bald. & Dec. Gratian, discept. Forens. c. 159 num. 27 & saltem interim quod non extinguitur, per adeptionem beneficij Ecclesiastici Ceuall. qu. 527 num 4 Axeued. lib. 1 num 9 titulo 4 Spin d. glos. 18 nu. 72 quos refert. & sequitur Cennod pract. lib. 1 q. 11 num. 9.

Sed quæritur an donatio pro suscipiendis ordinib. filio simpliciter facta conferri debeat, seu imputari in legitimam. Negat, Gen. s. l. 29 Tauci nu. 21 vbi Tal.

nu. 16 Aiend. gloss. 3 numero 8 Duen. reg. 222 numero 3 Ripo. ebseru. 230 Iaffred. decis. 16 Gratian. reg. 95 numero 6 Roin. de successione cap. 7. num. 46.

DE INSTITVTIONIBVS & iure patronatus.

CVm supra titulo proximo dictum sit de collatione proprio iure, sequebatur videre de institutio. iux. § sisupra de præben. Ideò proponitur modo titu. iste qui diuiditur in 3 partes in prima habetur quid sit ius patronatus, in secunda quomodo acquiratur, & quale sit: in tertia quomodo finiatur, secunda ibi, constituitur autem tertia ibi to llitur.

a ¶ De institutionibus.] Late patet hoc verbum, adaptatur enim hoc verbum instituo, ad contractus, libro primo digestis si certum per. Ad obligationes, l. ex hoc iure. digestis de institutionibus & iur. Ad actiones libro primo ff de inter actio. Ad vltimas voluntates § ante hæredis instit. de leg. & in summa omnis ordinatio potest appellari institutio Vnde etiam hic liber est liber institutionom. Sed in hac materia beneficiali alia est instit. iuris translatiua: vt hæc de qua in tit. præsenti. Alia iurisiam translati executina, vt ea, que fit per Archi. vt capite ad hæc. & capite vt nostrum, de offic. Archid est & institutio auctoritabilis, quæ & ipsa videtur executiua iuris vt capite vni de capella. monachor. Sumitur autem continuatio ex § fin. de præben.

ANTON. TIMONTH. Postquam plures nominis istius, Instituere, significationes allatę sunt in gloss. dicamus, qui sit. Est igitur institutio secundum canones, Ecclesiæ seu Ecclesiastici beneficii collatio quasi ius habentem ad beneficium, per præsentationem intus, vel in beneficium statuens. Et secundum Goffr. institutio propriè est personarum prælatorum, & clericorum: collatio verò beneficiorum, & præbendarum.

ACcidit autem CASVS hic non figuratur. Nota tamen quod conferre beneficia ad præsentationem alicuius patroni diminuit potestatem ordinariam Not. 2 patronum non semper significare defensorem. Not. iuncto § fin. supra de prębend. significatum termini institutionis contra doctrinam quorund. Doctor. in capit. auctoritate de instit.

a ¶ Prælati.] Qui veniat appellatione prælatorum not. supr. de vita & honest. præl.

b ¶ Sed instituere.] Supra de præbend. §. fin.

c ¶ Est igitur.] Ista definitio sumpta est ex mente, Host. in summa huius titul. qui tamen addit vnum verbum simplex. dum dicit, ad beneficium simplex, & vacans. Et si per verbum simplex Hostien. vellet solum excludere Ecclesias collegiatas a bene sentiret quia in illis non cadit ius patronatus, ita vt patronus possit præsentare: vt habetur communiter in cap. cum in terra. extr. de elect. & in cap. nobis eod. Sed cum sint quædam beneficia non simplicia, in quibus vere cadit ius patronatus, vt declarat. Paul. de Cittad. in tractat de iure patron in 3 part sub Rub. ex quibus causis acquiritur ius part. consultius fuit illud verbum non apponere: & ita placuit cuidam Auditori Rot. Roman. ex primariis, quem consului super illo verbo. Aliter tamen definit. Abbat. Ioann. Andr. in Rub. extr. eod sed ea definitio videtur nimium prolixa.

ANTON. TIMO. Aliter definiit. Goff. est auctoritas, siue potestas prouenies ex beneficiis ante cõsecrationem Ecclesiæ collatis verum melius vt auctor in tex.

ALOYSIVS RICCIVS Videnda sunt pro intelligentia, quid sit ius patronatus secundo quod triplex sit tertio qualiter probetur quarto quisnam sint capaces iuris patronatus.

Quo ad primum ius patronatus est ius honorificum onerosum competens alicui in Ecclesia ex eo, quod ex diœcesani consensu Ecclesiam construxit fundauit, vel locauit ipse, vel is à quo ipse accepit, per cuius difinitionis, explicationem est sciendum, quod illa dictio honorificum explicat honorem debitum, patrono in sua Eccl. vt ei præstentur obsequia conuenientia, & honor præcipuus obseruatur in Ecclesia Montis Oliueti huius Ciuitatis in qua in die Palmarum datur parono à familia Orilien. palma, antequam detur singulis aliis, etiam si ibi adesset Prorex huius regni, & idem obseruatur in datione Candelæ in die Purificationis, solet tamen euitari hoc, & eodem tempore accedunt duo patres, quorum vnus patron. alter Domino Proregi, palmam, aut Candelam præsentant.

Dictio onerosum explicat onus, quod habet patronus defendendi suam Ecclesiam, illamque reparare, si reparatione indigeat, sic & etiam illam reædificare si collapsa sit, aliàs amittit ius patronatus, sic etiam habet onus defendendi bona eiusdem Ecclesiæ, ne dilapidentur quod intelligitur coadiuuando Eccleiasticos in iudicio, vel aliter modo licito, non autem, vt habeat patrouus administrationem bonorum Ecclesiæ patronatæ, quia nullam habet administrationem, vt expressis verbis determinatur in Conc. Trident. sess. 27 cap. 9 de refor. sic etiam in ca. præterea de iure

Quando dicatur prouideri per institutionem. hoc dicit.

ACcidit autem interdum, vt prælati [a] liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant, quod tunc euenit, cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis ius obtinet patronatus: tunc enim strictè sumpto vocabulo non conferre, sed instituere [b] dicentur eos, quibus præsentante patrono, prouidendum erit.

Quid sit ius patronatus hoc dicit.

Est igitur [c] Ius patronatus potestas præsentandi instituendum ad beneficium vacans.

Quod modis constituatur ius patronatus. hoc dicit.

patron. & ego ipse dixi in decis. 165. sed de Concil. melius hoc determinat;& omnem consuetudinem,contrariam tollit respectu cuiuscumque patroni secularis, seu Ecclesiastici, eiusque ordinis, & dignitatis sit per insrascripta verba patroni autem beneficiorum cuiuscumque ordinis dignitatis, etiam si communitates vniuersitatis collegia quæcumque clericorum existant in perceptione fructuum prouentum obuentionum quorumcumque beneficiorum etiam si verè de iure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione esset nullatenus nullaue causa, vel occasione se ingerant, sed illos liberè rectori,seu beneficiato,non obstante etiam quacumque consuetudine,distribuendos dimittant quòd etiam alij recentiores sequuntur, & sequi tenentur, dum sic determinatum est.

Dictio vtile specificat vtilitatem, quam habet patronus ex iure patronatus,vt si deuenerit ad egestatem, debeantur ei alimenta secundum suam conditionem, dummodo sit vera ægestas, vt in capit. quicumque de iure patron. cap. quæcumque 16 quæst. 7 vbi gloss. in verb. ad inopiam.

Postremò dicitur quod ex diœcesani consensu, quia in acquisitione iuris patronatus requiritur consensus
Io. Bap. Episcopi in fundatione constructione & dotatione, aliàs non acquiritur Ius patronatus secundum omnes in cap. nobis vbi Abb. & alij de iure patron. qui tamen consensus sufficit, si ex principio interuenerit siue ex post facto, vt docent communiter DD. & ita pluries fuit decisum, vt latissimè prosequuntur Lambertinus, & alij, quos probat Garz. dict. capite nono.

Verùm Vicarius Episcopi non habet hanc facultatem, nisi de speciali mandato Episcopi, vt per Calder. & Garz. in dict. capit. 19 & ego in dict. decis. 150. Attamen Capitulum sede vacante, potest dare hanc facultatem, quia totum succedit loco Episcopi, quibusdam exceptis, vt post Calder. & Pauin. & Garz. dict. capitul. 9 & tamen notandum ad complementum huius definitionis, quod Sacrum Concil. Trident. d. sess. 25 cap. 9. de reformat. non excludit ius patronatus ex sola constructione competens, sed comprehenditur in illo verbo, ex fundatione, vt post Zerol. & alios quos notat. Garz. in d. cap. 9 & ego ipse in *decis. 168* vbi nonnulla habes.

Quoad secundum duplex est Ius patronatus Ecclesiasticum. & laicale, Ecclesiasticum quod competit Ecclesiasticis intuitu Ecclesiæ, laicale quod laicis competit ex donatione, fundatione, & successione, vt ego ipse in decis. 169. Molfes. consil. 31 ad consuet. Neapol. tom. 2. Vasq. § 1 num. 1 per hoc enim distinguitur Ius patronatus laicorum & clericorum, quod ius patronatus Ecclesiasticum institutum sit de *quauis Ecclesia, laicorum* verò sit institutum, ex propriis bonis, siue patrimonio laicorum, vt locis citatis habetur. Quamuis plures teneant vnicum esse ius patronatus, & duo esse genera possessorum illius, vt sint vel Ecclesiastici, vel laicales, vt per citatos Auctores habetur.

* Imò triplex est ius patronatus laicale videlicet, Riccius id quod mixtum dicitur tunc tale debuerit nisi tamé quia cum magis dignum trahat ad se minus dignum ius patron. mixtum reputauerit laicum cum iuxta Capitulum,sed ius vnicum de iure præb. aliter se habet præsertim in Gallia nam verum quidem est in iure pat.mixto patronum laicum habere semestre ad præsentandum, & ius ipsius quoad hac reputari Eccles. d. cap. vnic. in cæteris autem non item quia laicus compatronus pt variare vt docet Lambertinus de Iure patr. parte 2. lib. 2. quæst. 7. art. 13. quod nunquam licet Eccles. cui tamen prodest qualitas laici cum patroni ad excludendam Papæ vel Legati præuentionem, & sic quod pinguius & cómodius est in vno transit in alterum propter communionem excepta vacandi facultate quæ personis Ecclesiast. vitio vertitur. Lambert. loco citat. SOLIER.

Quo ad tertium Ius patronatus probatur variis modis. Primò igitur Ius patronatus probatur per authenticas scripturas, per testes, num. probari non pôt,quia probatio per scripturas authenticas pro forma requiritur, vt censuit Congregat. Concilij de qua meminimus in decis. 140. num. 4. & scripturæ authenticæ dicuntur instrumenta, & sic de aliis scripturis, quæ ex archiuo publico, vel per publicum Actuarium cum requisitis solitis sint factæ authoritat. glos. in capit. 1 in verb. scriptura de fid. instrumentorum cum *aliis* cumulatis in d. nostra decis. 140. num. 5. Itaque libri visitationum, non probarent Ius patronatus, quia fiunt ad alium effectum nempè quo ad visitationem personarum & Sacramentorum, vt post *Veral.* & Seraphin. teneo ego ipse in citato loco num. 6 & proinde requiruntur alia adminicula, vt si adessent sententiæ in fauorem Iuris patronatus, & præsentatorum Seraph. decis. 1141. part. 2.

Probatur secundò per multiplices præsentationes cum legitimo tempore, si enim essent personæ, suspectæ, quæ scilicet soleant, & præsumantur vsurpare Ius patronatus, nam tunc cum multiplicibus præsentationibus requiritur spatium quinquaginta annorum, vt per illud tempus continuatis temporibus adsint præsentationes, ita disponitur in Sacro Concil. Trident. sess. 25. de reformat. capit. 9. Vasq. d. § 1. dub. 2. num. 6. & latè Garz. d. cap. num. 85. & suq.

Tertiò inscriptio literis marmoreis, positis ante fores Ecclesiæ, vt probet Ius patronatus fuit decisum, testatur Anna fing. 289. quod limita quando essent recenter scriptæ, quia sic non probarent sine aliis adminiculis, vt dixi dist. decis. 140. numer. 7.

Quo ad quartum omnes qui de iure non prohibentur siue sint laici, siue Ecclesiastici: siue mares, siue fœminæ sunt capaces Iuris patronatus, at illud possidere possunt etiam si esset monasterium, vt habetur in capit. cum autem de Iure patronatus cum aliis innumeris cumulatis per Garz. dist. cap. 9. & per Regin. d. lib. 30. tract. 3. num. 112.

Plus docent DD. quod Ius patronatus hæreditarium transit ad fœminas etiam nuptas extra familiam, & descendentes ex eisdem fœminis, nisi aliud eautum sit in concessione, seu fundatione, vt post Roch. de Curt. Molin. & alios plures probat Garz. dist. capit. 9. & dixi decis. 175. & qualiter procedat secundum consuetudinem Neapolitanam vide Molfes. ad casd. consuet. part. 4 quæst. 40.

Sed quid si fœmina succedat ad Ius patronatus, ipsaque nubat vtrum Ius præsentandi spectet ad fœminam, vel ad virum, & videretur dicendum quod spectaret ad mulierem, quia ipsa succedit, & consequenter habet ius præsentandi, hoc non obstante receptior est opinio, vt solus maritus habeat Ius præsentandi, quia dominium rei dotalis ad maritum spectat, & simul cum aliis bonis transit ius patronatus, vel ad summum simul cum marito honoris causa præsentabit vxor ita Tiraquell. Gratian. Guttierez, & alij, quos probat Garz. d. cap. 9. & ego ipse decis. 223.

Et licet alij teneant contrarium, tamen cho

procedit quando esset annexum aliis bonis inon datis in dotem, vel quando maritus ex vrbanitate patiat. cum ipso vxorem præsentare, vt ipse Garz. ait in loc. cit.

Constituitur autem. Hæc pars diuitur in secun. part. in 1. habetur quomodo hoc ius acquiratur, & quale sit in secunda qualiter institutio conueniat cum collatione secunda ibi, sunt aūt. prima pars iterum subdiuiditur, in 2. ppar. In prima demonstratur qualis sit acquisitio istius iuris quoniam constituitur. in secunda qualis sit ead. acquisitio postquam est constitutum, secunda ibi, successione. prima iterum subdiuiditur in 4. par. in prima ad not. qualiter hoc ius constituatur, in secunda quod iuris sit de præsentatione, & institutione postquam est constitutum: in tertia, an legatus de latere in eo habeat aliquod ius in quarta an patronus debeat Ecclesiam defendere, in qua tale ius est constitutum: secunda ibi, institutum. tertia ibi, legatus: quarta ibi, licebit, quo ad primum. CASVS. Cum quidam fideles deuotione moti concurrerent ad Ecclesias constituendas, & in eis ius patronatus, habendū, quidam id faciebant eas fundando, quidam construendo, quidam rædificando, & quidam dotando, vnum fuit quæsitum an istis modis hoc ius constituatur, Et negatiuè videbatur respondendum, quia cum Ecclesia construi non posset nisi de assensu diœcesani, cap. nobis, eo. vī ppea ex priuilegio hoc ius concedi, & sic tales modos non oportet attendi. Solut. tamen vt hic dicitur, si quidem hoc ius conceditur in remunerationem beneficij collati, quod modis prædict. originaliter confertur, & sic etiam cessat obiectio vnde not. beneficia beneficiis esse compensanda. Not. 2. Ecclesiam propter dotem æquiparari cum Matrimonio ad onera sustinenda. Not. tertiò causam propter quam datur dos tam in Matrimonio, quàm in Ecclesia facit l. pro onerib. C. de iur. dot.

a ¶ Ædificatione.] Cap. nobis ext. eo. c. Frigentius. c. præmentis, & c. monast. 16 q. 7 & hoc procedit etiā si fundans sibi tale ius expressè non reseruauerit, cap. significauit, vbi Abb. in 1 not. de test.

ANT. TIM. Et c. filiis 16 q. 7 vnde illud, Patronum faciunt dos, ædific. census, gloss. in capite piæ 16 quæst. 7.

b ¶ Dotatione.] Cap. nemo de cons. d. 1 c. filiis 16

c ¶ Similibus.] Pura fundatione id est, dum quis præbet solum, & agrum ad fundandam Eccles. vt no. in cap. piæ 16 quæst. & per Abb. in cap. ad audientiam, Eccles. ædific. Item dotatione, id est cum quis dotatæ Eccles. facultates auget: habetur in dict. cap. ad audientiam, & latè locis suis p eos, qui in hac materia confecerunt vberrimes tractat.

d ¶ Seruato.] Quis sit iste iuris ordo, dices vt inf. de const. & consecrat. Eccles. vel ait. & cap. nemo de consecr. distin. 1.

e ¶ Assignauit.] Vt de consec. d. 1 cap. nemo, & c. ad audientiam 1 de Eccles. ædific.

f ¶ Onera.] l. pro oneribus C. de iur. dot.

ANTON. TIMOTHEVS Si verò det, & assignet certa bona: sed non nomine dotis non habebit huiusmodi ius patronatus: nec dicetur patronus sed benefactor, capit. quantum, eod.

g ¶ Ad luminaria.] Auth. vt nullus fabricet oratorij, dom. § 1 col. 5.

h ¶ Custodum.] Id est sacerdotum fac, c. de monach. ext. de præbendis: & erunt ad minus duo clerici capit. præposuit de filiis presbyter. capit. illud 7 quæst. 1.

Institutum. CASVS. Cum Ecclesiæ iuris patron. duæ essent vacantes in vna cleric. patronat. intra sex menses volebat præsentare, in altera verò laicus intra quatuor plures præsentauit. vnde Episcopus in prima præsentatione volebat admittere, ne Ecclesiæ diu essent vacantes argum. cap. quàm sit de elect. in 6 secunda verò dicebat se post illum instituere, qui sibi magis placeret, cap. cum aūt eod. vnum fuit quæsitum quid iuris, Solut. vt hic legimus, quia clericus dēt diligenter animaduertere quis sit præsentandus, laicus verò cum cognitionem de reb. Ecclesiæ non habeat, ppea posset in præsentatione variare, primo præsentatus afficeretur aliqua iniuria, si statim reijceretur, cum in dubio præsumatur idoneus, cap. fin. de præsum. & hinc intelligimus Episcopum non habere optionem instituendi, nisi quando æquales præsentati apparent idonei: & sic intelligitur text. in contrarium adduct. non obstat, capit. quamuis de elect. habent locum in electionis confirmatione, in qua maius est periculum, & immò cautius erat agendum. Notat. decis. super eadem materia faciendas debere esse diuersas personarum qualitates, cap. erit distinction. 4. Notat. secundò neminem, ad aliquod officium legitimè propositum esse temerè reijciendum, sed prius examinandum, cum in dubio præsumatur idoneus, d. cap. fin.

i ¶ Remunerationis.] Ad quam tenemur. l. sed etsi, lege § consuluit ff de petit. hæred.

Constituitur autem tale ius variis modis: veluti Ecclesiæ ædificatione,[a] dotatione,[b] & similibus.[c]

Ædificans ritè vel dotans acquirit ius patronatus, & eum sequi debent commoda, quem sequuntur incommoda. hoc dicit.

Ædificatione acquiritur ius patronatus, cum quis Ecclesiam de consensu diœcesani, iuris ordine seruato,[d] construxit. Dotatione acquiritur, vt cum is, qui non fundauit, Ecclesiæ pro dote certa bona assignauit.[e] Sicut enim in carnali matrimonio ad onera[f] sustinenda dos assignari debet: ita etiam concedenda sunt Ecclesiæ quæ ad luminaria,[g] & ad custodiam, & ad stipendia custodum,[h] & ad cætera sacræ domui necessaria sufficiant.

Institutum est igitur, vt quasi cuiusdam loco remunerationis[i] ad præsentationem

patronorum in fundatis, vel dotatis Ecclesiis sacerdotes instituantur, nullo professionis, [a] vel sexus habito discrimine.

Ecclesiasticus patronus habet ad præsentandum menses sex: laicus quatuor; Ecclesiasticus non potest variare, laicus potest. h. d.

Sunt tamen [b] inter Ecclesiasticos, & laicos patronos, pleræque differentiæ. Nam ecclesiastico ad præsentandum sex mensiũ [c] conceditur spatium Laico quadrimestre [d] tempus datur. Et videtur optima ratione [e] inductum, vt longius præfigatur tempus Ecclesiasticis, quippe quibus semel facta presentatione amplius vniare minimè licet [f]

a ¶ Professionis.] Scilicet vtrum sit laicus, vel clericus, vel alias religiosus, facit cap. fin. de inst. b ¶ Tamen.] Quasi dicat, licet non sit habenda differentia inter laicos, & personas Ecclesiasticas quod ad ius patronatus obtinendum: sunt tamen inter eos pleræque differentiæ.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti §. incipit auctor enumerare differentias inter patronum laicum, & ecclesiasticum.

Primò, quod differunt clericus, & Ecclesia semestre tempus habent, ad præsentandum rectorem in Ecclesia, vel iure patronatus, vt habetur in c. quoniam in c. si verò in c. eam te, & in c. cum propter extra de iudiciis. Postmodum clarius aperuit Bonifacius VIII. in cap. vnico de iure patron. in 6.

Laico verò datur quadrimestre tempus ad præsentandum in iure patronatus d. cap. vnic. de iure patronat. in 6. infra quod tempus si non præsentauerit, sed in negligentia fuerit, non à tempore notitiæ, sed à tempore vltimæ diei quadrimestris infra semestre, Episcopus poterit prouidere, & illud conferre. Rot. in Nouis decis. 263. Bisignet. decis. 7 tit. de præbend. Bellamera decis. 107.

Sed si patronus in cap. dubium tempus, nominando idoneum, & habilem coram super ora præsentauerit sufficeret, etiam si amplius postmodum non insteterit, & nominatus non fuerit admissus, vel institutus Rot. in Nouis in decis. 212. Nam sufficit fieri præsentationem in Iure patronatus de idoneo, & habili, licet potuisset fieri de habilieri, & magis idoneo Cantuc. in decis. Nouis. 16 pa. 2 vol. 2 quæ conclusio præcedit in foro fori, non autem in foro conscientiæ Cnntuce. d. decis. 16.

Notandum tamen est quod Episcopus potest prorogare tempus, quatuor, vel sex mensium patronis ad præsentandum, qui terminum statutum à iure potest ex causa abbreuiare, & prorogare, & præcipuè dum hæc prorogatio respicit præiudicium ipsiusmet Episcopi prorogantis Lambert. p. 2 q. 1 art. 27. & 28 de iure patron. & diximus in decis. 217 vbi plures aliàs decisiones cumulamus.

Insuper potest Episcopus ponere Oeconomum, siue administratorem in bonis iuris patronatus, vt per illum administrentur in beneficium eius, qui præsentabitur, & proinde elapso tempore Episcopus instituit aliquam personam in d. iure patronatus pro illa vice saluo iure *veri* patroni, cap. 1 & 2 de iure patron. Vasqu. § 1. dub. 7 Regina d. tractat. 3 § aut saltem, & elapso tempore concesso patronis, habet ordinarius sex menses ad instituendum aliquem in d. iure patronatus, quo tempore elapso deuoluitur collatio ad sedem Apostolicam, vt in locis citatis habetur.

Et ex his potest videre, quæ differentia sit inter præsentationem, & institutionem, nam præsentatio fit à patrono, ratione iuris quod habetur in iure patronatus, institutio verò fit ab ordinario quando patroni inter se non concordant.

Secundò differunt, quia patronus laicus, potest variare in præsentando, clericus verò non c. quod autem cap. cum autem extra de iure patron. Franc. Mar. in decis. Delphinal. 479 Bisignet. decis. 6 tit. de consuetud. Quod intellige cumulatiuè non autem priuatiuè admitti cumulationem seu variationem, quia primum non posset non elegisse, vt habetur suprà citatos Authores, & adeo patroni laici variare possunt quod etiam si dicti patroni iurauerint non reuocare præsentatum adhuc cumulando variare possunt, licet sint periuri, vt habetur per Alexand. consil. 16 volum. 3. Rocch. de iure patronatus in verbo, honorificum qu. 13 Palleot. in decis. Nouis. Roman. 713.

Intellige tamen quod si præsentatio primo loco facta fuisset à pluribus, sic etiam variatio debet ab omnibus illis fieri, nec sufficeret illam fieri à maiore parte, vt post Ioan. Andream refert, & sequitur Lapus in alleg. 78.

Tertiò differunt, quia Papa in collatione, & prouisione sua non censetur derogare iure patronatus laicorum nisi id expressè exprimat Genuens. cons. 38. Amplia multò magis quando mandat alicui prouideri de primo vacaturo etiam si adijciat, etiam si dictum beneficium spectet ad collationem, prouisionem, electionem, & præsentationem quorumcunque; quia non intelligitur de præsentatione spectante ad patronos Lap. alleg. 85 vers. sed nunquid, quia si Papa concedat Legato quod possit conferre beneficia quæcunque etiam inuitis patronis non tamen intelligit de patronis laicis habentibus verè ius patronatus glos. in verb. præsentante in ca. cum dilectus de iure patronatus, quam sequitur Lap. alleg. 97. vers. quæ plus dicit. Amplia, vt nec Papa comprehendat beneficia iuris patronatus in reseruatione etiam vacantium in curia, vel apud sedem, vel per mortem cappellanorum suorum commensalium, quia non censetur præiudicare, patronis Lap. all. 97. Amplia, quia neque valet prouisio Apostolica ex causa resignationis de beneficio iuris patronatus spreto patrono, & ius non abdicatur à resignante Put. decis. 421. lib. 1. Extende etiam si esset derogatum iuri patronatus pro medietate, quia intelligitur sub conditione, si altera medietas consensit Put. dist. decis. 412. in fin.

c ¶ Sex mensium.] Capit. vnic. eodem in sexta.

d ¶ Quadrimestre.] Capit. vbi eodem in 6.

e ¶ Ratione.] Quia scilicet qui in vno gratiatur, in altero reuelatur l. cum qui. ff. de iureiurand. & ita videntur dicere Doctor. in cap. vnic. eod. in 6. & in Clementina plures eod. & vide quæ not. in cap. cum ves de off. ord.

f ¶ Licet] Cap. cum autem cap. pastoralis, cap. p. & si secundum Innoc. in præsentatio. facta patrono

Ecclesiastico habet vim electionis, in qua non admittitur variatio cap. publicato de electio. vt per Abba. in d. cap. cum autem, & nota in clem. 2 eo. tit. Et est ratio : quia clerici patroni pinguius ius habent, quàm laici arg. 16 q. 2 c. si quis Episcoporum. Vel hoc : quia clerici variare non debent, ideo hoc in pœnam eorum statutum est : vt not. in c. cum autem per gloss. Host. & Abb.

quod in laicis diuersum statuitur. [a]

Episcopus qui instituit secundo loco præsentatum in pœnam tenetur prouidere etiam primo præsentato, h.d.

Sed si laicus, cui plures præsentandi tributa est facultas primò Ioannem instituendum offerat: secundo loco [b] Paulùm vtrumque idoneum. [c] Ordinarius autem secundo loco præsentatum instituat, videamus an primus appellare valeat ? [d] Et statutum est de secundo factam institutionem infringi non posse. [e] Episcopum tamen, qui primo loco præsentatum dolo [f] recusauit admittere, recusato, vt competenti beneficio prouideat compellendum : [g] vt in eo puniatur, in quo [h] cum deliquisse constat.

Legatus de latere potest derogare iuri patronatus Ecclesiasticorum non laicorum, Ecclesiastico patrono reddatur ratio prouentuum patronatæ Ecclesiæ, secus laico, h.d.

Legatus etiam beneficium in præiudicium Ecclesiastici patroni vt supra tetigimus [i] tamen hoc non habet locum quando contradictio non stetit in puris terminis contradictionis : sed procedit hoc vbi non requiritur non solum consensus, sed actus perficiens consensum, vt in fine huius paragraphi, in quo non sufficeret Episcopi consensus, sed vlterius requiritur institutio.

a ¶ Statuitur.] Qui possunt variare, non recedendo à primo præsentato : accumulando; vt habetur in cap. cum autem eo. capit. quod autem eo. vt intellige hic patronum Ecclesiasticum, cui competit præsentatio iure Ecclesiæ : secus si iure patrimonij, etiam quæ sit clericis : quia tunc idem per omnia in eo quod in laico : argumento capitulo cum dilectus, eo. & not. Abb. in dict. capitulo cum autem. & not. etiam in clem. 2 eod. titul. & in capitulo cum dilectus extr. eod.

b ¶ Secundo loco.] Etiam post appellationem interpositam à primo præsentato nam & tunc quoque potest laicus variare, Abb. in c. pastoralis eod. vnde sumitur.

c ¶ Idoneum.] Sed quid aget prælatus, si timet, quod non idoneus sibi præsentatus fuerit fortè ad preces aliquorum ? Respond. vt per Abb. in cap. constitutis, in princip. de appellatio 2. Sed numquid peccet patronus, qui idoneum præsentat : poterat tamen magis idoneum præsentare ? Respond. ex nota. per Abb. post alios in d. c. constitutis, 2 de appell.

d ¶ Appellare valeat.] Licet expressè ad hoc hic non respondeatur : tamen implicitè satis benè habetur quid operetur hæc appellatio. fac capitulo pastoralis eod. Datur vltra appellationem etiam aliud remedium, vt scilicet præsentatus primo loco adeat superiorem debentis instituere per viam querelæ, & petet compelli recusantem instituere per hoc quod legitur, & nota in capitul. ex parte Hostensis, & in capitulo cum Bertoldus, de re iudic. & per Abb. in dicto cap. pastoralis.

e ¶ Non posse.] Secus tamen esset in patrono Ecclesiastico, secundum Abb. in capit. pastoralis, eod. Sed quid si habens instituere non instituit intra sex menses an fiet deuolutio ad superiorem, sicut dicimus in collatione ? Respond. non, tempus enim ad instituendum est arbitrarium Abbas in d. c. pastoralis.

f ¶ Dolo.] Sed quis probabit, quod Episcopus, malitiosè, & dolosè non instituerit ? Gloss. & Doctor. in capitulo pastoralis, eodem variè distinguunt, die. vt ibi & nota ex hoc, § quod licet aliàs contradictio sine iusta causa habeatur pro consensu, vt not. Archidiacon. in capitulo primo, de constitut. in 6 & Abbat. in capitulo quoniam in fin. de vita, & honestate cleric.

g ¶ Compellendum.] Sed si essemus in electo, qui peteret à superiore confirmationem posset eundem præcisè compellere ad confirmandum electus enim innititur pleno iure, & petendo confirmationem in dubio petit gratiam. Vnde dicit Ioan. And. in capit. postulationem de postula. prælator quod canonicè electus, si confidat de idoneitate personæ suæ potest superbè accedere ante superiorem, etiam capuccio, vel birreto non eleuato, & comminari quod nisi confirmetur habebit recursum ad superiorem : & hoc intellige in superiore citra Papam. Præsentatus vero consequitur ius, sed nõ adeo plenum, cum patronus variare possit, cap. cum aût de iure patronatus : vnde debet cum humanitate, petere institutionem, vnde petit gratiam expeditionis, id est vt expediatur citò, ne alius interim per patronum præsentetur, vnde debet leuare capuccium, & se curuare. Postulatus vero debet etiam genua flectere : vt per Doct. in d. c. postulationem.

h ¶ In quo.] Cap. quanto & cap. translationem de translatio. cap. si de immunit eccles. 17 q. 4 c. frater. & coepiscopus.

i ¶ Tetigimus.] In § ex legatione supra de præb end.

Legatus CASVS. Quidam legatus de latere volebat conferre beneficia iuris patronatus, quemadmodum beneficia libera, ad idque faciendum mouebatur illa ratione, quia est maior Ordinario c. pastoralis, de offic. ordin. quod non esset si id non posset, vnde fuit quæsitum quidiuris ? Sol. vt hic dicitur, quia licet ratio ista teneat respectu clericorum, respectu tamen laicorum secus, ne retardetur à beneficiorum collatione. Not. ius patronatus laicorum esse maioris efficaciæ iure patronatus clericorum vno respectu, secus alio. *Io. Bap.*

ALOYSIVS RICCIVS. Legatus de latere potest derogare de iure patronatus Ecclesiasticorum non laicorum hoc dicit Adde, & not. quod collatio, & institutio, vt pluries dictum est, facta consentiente, vel non consentiente patrono, & si à non nullis valida iudicetur venit tamen annullanda, Rot. in Nouis. in decis. 307. incipit permutatio. Dec. in cons. 117 Cassador. in decis. 2 num. 4 de locat. & conduct. Francis. Marc. in decis. 496 n. 3 in decis. 1142 n. 2 colum. 1 Cardinal. Paris. in cons. 43 volum. 4.

Amplia primò, vt dicta conclusio procedat etiam in Papa, vt non possit spreto patrono ius patronatus confer-

re etiam motu proprio Egid. Bellam. in decis. 745 nu. 1 idem Cassad. in decis. 4 n. 3 tit. de probat. vbi allegat Rotam in Antiq. in decis. 71 quam inuenire non potui, Cassad. in decis. 2 numero 1 Guid. Pap. in decis. 374 num. 4.

Sublimita hanc ampliationem posse Papam conferre inconsulto patrono Ecclesiastic. etiam non facta tunc expressa derogatione Cassador. in decis. 4 in fin. tit. de probat.

Amplia dictam sublimitationem, posse Papam conferre Ius patronatus spectans ad laicum, & clericum, quia maius dignum trahit ad se minus dignum Rota in Antiq. In decis. 266 incip. Nota quod Papa, Cardinal. Puteus in decis. 157. n. 3 lib. 1.

Amplia secundo principaliter, & legatum de latere posse conferre ius patronatus spreto patrono Guid. Papa in decis. 374.

Intellige supra dictam ampliationem in iure patronatus Ecclesiastico, non autem laico Nicol. Bertrand. inter consil. Boerij in cons. 33. n. 8.

Limita primam conclusionem valere collationem Iuris Patronat. spreto, & contempto patrono quocunque Patroni concessus superuenit Guid. Pap. in dicta decision. 374 ex Rota in Nouis. in d. allegat. decis. 307 Franc. Marc. in decis. 475 n. 2 Mohed. in decis. 268 & in decis. 326.

conferre potest, cum in laicis diuersum accidat. [a] Item Ecclesiastico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, [b] quod in laico minimè obtinet.

Patronus laicus potest deferre ad superiores clericos, qui dilapidant bona Ecclesiæ, cuius est patronatus, h.d.

Licebit tamen [c] patrono laico, [d] si sacerdotem ex collatis in Ecclesiam rebus fraudare cognouerit, aut honesta illum conuentione compescere, aut Episcopo, vel competenti iudici corrigenda denunciare, quod si talia agere tentet, & Episcopus Metropolitano eius hæc insinuabit: sin autem, & Merropolitanus talia gerat, Principis [e] hæc auribus (si aliter Ecclesiæ consuli non possit [f]) intimare non differet.

Ius patronatus transmittitur ad quoscumque hæredes, h.h.

Limita 2. validam esse collationem Iuris patronatus spreto patrono, si intra legitima tempora quadrimestre tempus tacuisset, nec reclamasset Franc. Marc. in d. decis. 498 n. 4. Put. decis. 412 lib. 1 idem Put. in decis. 781 n. 2 lib. 3.

a ¶ Accidat.] Vt probatur in cap. cum dilectus, & per ea quæ ibi habentur. Sed quid in Papa? Dic, quod potest conferre etiam laico patrono inuito: vt not. per Abb. in dict. capit. cum dilectus post not. in clement. literis, de præbend. Sed Papa non solet hoc facere, quin saltem mentionem faciat: & aliter collatio tanquam surreptitia non valeret faciunt quæ not. Abb. in c. 3 in 1 not. de iur. patro. & in c. illud eod. tit. in fin.

* Prouisio Papæ cum derogatione iurls patro. laici non recipitur apud nos quia tale ius inter patrimonialia reputatur quæ Papa in Gallia non attingit. SOLIER.

Ius patronatus Ecclesiasticum pinguius laculari

b § Exhiberi.] Vt in cap. Lateranensi de præbend. & capit. ex literis extr. eo. & habetur in capit. cum & plantare extr. de priuileg. Et quomodo sit reddenda ista ratio, vide tam per Innoc. & alios, in d. capit. cum & plantare, quam per Abbas in d. cap. ex literis. Et not. ex hoc quod hic dicitur quod quo ad quid pinguius est ius patr. Ecclesiasticum, quam sæculare.

Licebit CASVS. Quidam patroni laici volebant in omnibus defendere ecclesiam suiiuris patronatus contra institutum, quia hoc putabant proprium ipsorum patronorum. Et ideo quæritur fuit quod iuris? Solu. vt hic dicitur, siquidem defensio licet sit de iure promissa, hoc tamen intellige secundum qualitatem subiectæ materiæ, quæ est defendenda, & ideo obiectio cessat. Not. ex hoc text. patronum in hoc casu dici, & esse propriè defensorem cum eius officio, & opera conseruetur ecclesiæ ius sum. c ¶ Licebit tamen.] Quamquam sibi de temporalibus rebus ratio exhiberi non debeat: & sic dictio, tamen, rectè aduersabitur, & not. differentiam in iure, & in facto, & de eius natura habetur in l. quis ex argentarijs, § si initiura ff de edend. & per Bart. & Doct. in l. 1 ff si quis dicen. non obtem.

Io. Bap.

d ¶ Patrono laico.] Cap. constitutum, 16 q. 1 & c. filijs, 16 q. 7 immo quilibet de plebe poterit sacerdotem dilapidantem accusare: arg. capitul. plebs, dist. 63 & capitul. ex parte Adæ de testibus. Cum de rebus ecclesiasticis dentur actiones populares. Sed dic. quod in concursu semper erit patronus, & eius defendentes præponendi. arg. l. fin. § fin. cum l. seq. ff de adul. & leg. 1 ff de lib. causa. Et idem poterit patronus facere in ecclesia conuentuali: arg. c. Reatina, & c. nobis, & c. lectis, dist. 63 Sed in hoc est differentia: quia in ecclesia conuentuali patronus non præsentat, nec eligit. c. nobis extra eod. nec est contra 18 q. 2 c. Abb. quia ibi intelligitur elect. possess. id est, reqnisitio, quia facta elect. requiritur consensus c. cum in terra de elec. e ¶ Principis.] Etiam sæcularis puta Regis: cum sacerdos per ecclesiasticum iudicem compelli non potest: vt 11 quæst. 1 capit. Petimus, & distinct. 17 capitul. nec licuit, vel etiam cum iudex ecclesiasticus deest, vel alias est defes, capitul. ex transmissa de for. comp. & in capitul. filijs, 16 quæst. 7. Vnde sumitur hæc litera, habetur verbum Regis non autem Principis, sed non inconuenienter illud verbum immutatum, & repositum verbum est Principis. Primò quia principis verbum est latius respectu sæcularium, & includit non solum Regem, sed Imperatorem, Duces, Marchiones, & Barones: vt not. in clem. vni. de baptis. qui non sunt excludendi ab hac dispositione, maximè si non recognoscant superiorem. Secundò, quia includitur etiam Papa, qui interdum appellatur Princeps cap. corpora. de conse. distinct. 1 & not. ind. cle. vni. de quo si intelligas, non sunt necessariæ supradictæ subauditiones, & suppletiones.

De rebus Ecclesiasticis detur populares actiones.

f ¶ Non possit.] Hæc parenthesis non est in cap. filijs, 16 q. 7 sed si verbum principis referatur ad sæculares, est omninò valde opportuna, & quasi necessaria, per

ca quæ in supra proxima notula.

Io. Bap. Successione. Hæc pars diuiditur in 5 part. in prima agitur de acquisitione istius iuris per successionem, in secunda de acquisitione ciusdem per donationem: in 3 de eadem acquisitione per emptionem: in quarta adnot. quid iuris de occupatione præsentationis, & institutio. legit. in quinta demonstratur quis patronus debeat præsentare, & quem 2. ibi, donatione, tertia ibi, sed si quis, quarta ibi, modum, quinta ibi, interdum. Quo ad primum CASVS ita figuratur. Cum quidam ecclesiarum, patroni reliquissent ius patronatus pluribus, & huiusmodi successores non conuenirent inter se in præsentando, fuit propterea dubitatum quid de iure esset circa hoc agendum arg. capitul. si quis iusto de elect. in 6 videbatur successionem esse nullam si patroni inter se non conueniant, vel aliás successio non esset omnino clara Sol. tamen vt hic legimus, quia vel conuentione, vel pœna, vel alio simili modo possunt remoueri inconuenientia, quæ inde orirentur, & propterea etiam oppositio in contrarium facta non videtur obstare. Not. primò quod hoc ius est indiuisibile, sicut ius eligendi, vt ex d. cap. si quis iusto colligitur. Not. secundò argumenrum quod cum causa vnus potest puniri pro alio, iuxta caput. sine culpa, de regul. iur. in 6. Not. tertiò argumentum lite durante prouidendum esse ne res litigiosa reddatur deterior iuxta not. tit. de eo qui mittitur in possess. causa rei seruandæ.

Successione quoque ius patronatus acquiritur: [a] quod quidem procedit, siue sui, siue extranei, [b] siue ex testamento, siue ab intestato sint hæredes. [c]

Plures succedentes vni habent vocem vnius, nec hæres patronũ institutũ mutare potest, h. d.

Plures tamen ab vno [d] ex patronis Ecclesiæ relicti hæredes, vocem dumtaxat vnius habebunt in præsentatione Rectoris: [e] nec iam institutos mutare poterunt. [f]

Si patroni in præsentatione non sint concordes, attenditur maior, & melior pars, h. d.

Et si fortè in plures partes patronorum se vota in præsentando diuiserint, [g] ille præficiendus est Ecclesiæ, qui maioribus [h] iuuatur meritis, & plurium * approbatur consensu.

a ¶ Acquiritur.] Capit. 1 cap. 3 extr. eo. & clem. plures eod. bene dicit acquiritur non constituitur, vt dixerat in principio.

ANT. TIM. Et ideo filius, qui repudiauit hæreditatem paternam, non erit patronus in huiusmodi bonis, secundum Fel. col. 3.

b ¶ Extranei.) Sed contra videtur, l. 1 § sub conditione, C. de lat. liber. toll. & l. filij, ff de iur. patron. Sol. facilius transmittitur ius patronatus ecclesiæ, quam libertorum, quasi habeat plus realitatis, q̃. ius patron. libertorum, quod videtur habere plus personalitatis, cum hinc inde versetur respectus personæ, & hinc ius patronatus ecclesiæ transfertur cum vniuersitate rerum. Item donari potest, vt in cap. cum speculum, & c. illud, eo quod non accidit in iure patronatus personarum, licet pater possit vni ex liberis libertum assignare, l. 1 & per tot. ff de lib. assigna. & pro hac opi. videtur tex. in cle. plures eod. Vbi ius patronatus transfertur in hæredes, nec distinguitur in quos, meritò, & de hoc per Abb. in cap. 1 & in d. c. cum sæculum de iure patro. vbi post antiquos, inquit, quod si filia dotata non succedit patri, quia renunciauit hæreditati, non succedit in iure patronatus vná cum masculis. Item quod ius patronatus regulatur ab hæreditate, etiam inter filios. Vnde si in loco prout in Anglia esset consuetudo quod solum primogenitus, & non alij succederet in hæreditate, idem esset in iure patr.

c ¶ Sint hæredes.] Et in quocumque numero cle. plures eo. Sed an alio titulo quàm hæreditario poterit hoc ius patronatus relinqui, puta legati? Et respond. est affirmatiuè, cum etiam donari possit, vnde, & legati, cum legatum donatio sit, instit. de leg. post princip. ita Io. Andr. Abb. & alij in ca. cum sæculum eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur hic ius patronatus transmitti potest ad quoscunque hæredes. Nota ex isto, § quod ius patronatus laicum iure hæreditario transfertur ad hæredes non tamen ad illos qui hæreditatem repudiant Franc. Marc. decis. Delphin. 1137 vol. 1 Cur. Ian. in cons. 87.

Intellige requiri tamen apprehensionem, nec sine illa transire ad hæredes, vt habetur per Verall. decis. 135. & decis. 420 lib. 2 Calder. consilio 12 de iure patron.

Quæ declaratio limitatur quod transit possessio iuris patronatus ad hæredes dictante statuto, quod transeat recta via quia habebit locus in iure patronatus.

Intellige secundò ad omnes hæredes pertinere, ex quo ius patronatus diuidi non potest, Franc. Marc. decis. 145 & in decis. 1139. vol. 1.

Intellige tertiò, venire etiam in fideicommissarium vniuersalem Guid. Pap. decis. 507 contrarium tamen tenuerunt infrascripti scilicet, quod in fideicommissarium nullo modo transferatur ius patronatus, vt putat Bart. in lege quia perinde § restituta ff ad Trebellianum Lamber. de iure patronatus lib. 1 part. 2 q. 11. art. 35 num. 2 de Curte in eodem tractat. verbo ipse, vel is quæst. 9 Caball. Milleloqu. 145 n. 1 remissiuè Ferret. cons. 134 num. 8 Peregr. de fideicommiss. art. 6 nu. 31 & Cened. Collect. iuris Canonic. 5 n. 4 part. 1.

Et denique intellige transmitti ius patronatus ad hæredes extraneos Franc. in decis. 85 n. 1 Ferret. cons. 343 n. 17 Franc. Marc. d. decis. 1135 in fin. vol. 1 Anch. cons. 81 quem sequitur Cassad. decis. 1 de iure patron. n. 3 & Lancellot. decis. 482 n. 1 par. 1.

d ¶ Ab vno.] Secus ergo si plures à pluribus, vel vnus à pluribus: vt not. in cle. fin. eod.

e ¶ Rectoris.] Et clerici cum eadẽ sit ratio, licet quidã cõtra vt no. in c. postula. ext. eo. & in cle. plures eod. tit.

f ¶ Poterunt.] Nec mirum cum nec hi, quibus succeditur à prima presentatione resilire possint, quod est multo minus: vt no. su. § sunt tamen & conc. c. querimoniam eod.

g ¶ Diuiserint.) An aũt requiratur quod patroni tempore præsent. simul conueniant, an vero quisque possit præsentare per Abb. in c. quoniam eod. in fin.

h ¶ Maioribus.] Cap. si fortè dist. 63 & c. quoniam eod. an autem requiratur, quod maioris sint meriti, & plures eum præsentent copulativè? dic vt habetur in c. Eccles. vestra de elect. & in c. 2 de offic. custo & in c. 1 de his quæ fi à ma. parte c. Et numquid saluent conscientiam qui eligunt, vel præsentant idoneum cum possint præsentare magis idoneum. no. in c. licet 8 q. 1 & ponit Ab. in c. constit. de ap. & no. remissiuè sup. eo. § sed si laic.

* Plurium.] Quod si in æquas partes scindantur vota patronorum? habebitur ratio meritorum aut locus

crit

erit gratificationi ca. quoniam de iure p. c. si forte dist. 62 vel dicet Instituens patronus inter præsenta. arg. c. si duo dist. 79 SOLIER.

a ¶ Inter eos.] Quid si non inter eos, sed inter Episcopum, & patronos Resp. ponendus est œconomus in Ecclesia donec sopita fuerit contentio c. cum vos, de off. ord. & per Abb. in capite primo ext. eod.

b ¶ Solemnia.] Sic c. considerandam & c. si plures, 16 q. 6 vbi diffusè de materia notatur

c ¶ Ordinet.] De virtute, & efficacia huius verbi vide per Anto de putr. in c. si Archiepiscopus de tempor. ordin & latius per Abba. in cap. super eo super gl. 2 de offic. deleg.

Commendare

d ¶ Ordinandam.] Cap. quoniam eod. & patronus non præsentantibus post quatuor menses liberum ius instituendi; & prouidendi deuoluetur ad Episcopum: secus tamen est in materia electionis, vt latè d sputat panor. in d capite quoniam, post antiquos.

e ¶ Commendare.] Idem est, quod deponere l. commendare ff de verbor sig. & l. Ludus ff posset & 22 q. 2 c. ne quis arbitretur & c. 1 de depos Quand. comméd. est laudare, l. si vero § cum quidam ff dep. l. sciendum: ff de edil. edict & l. ea quæ, ff de contra temp. Sed hic commendare est Ecclesiam alicuius custodiæ committere vt no. in c. nemo. de elec. in 6 vbi de materia per glo. & Doct. latissimè, & vide per Abb. in capite bonæ de appella.

f ¶ Parrochialis sit Ecclesia.] Habes hic vnum speciale parochialis Ecclesiæ concor. c. nemo de elec. in 6 de aliis in cap. licet, de elect. in 6 & capite si Apostolica de præbend in sexto & capite extirpandæ § qui vero. de præb. in antiq. & clem. vni. de off. Vicar.

g ¶ In sacerdotio.] Vt possit interim ipsi Ecclesiæ in sacerdotali ordine seruire. Et not. quod parrochialis Ecclesia potest intitulata dari etiam non presbytero, capite licet & capite cum ex eo de elect. in 6 & cap. secundo de instit. cod. lib. commendari autem hic œconomus ad conseruandum non ad augendũ c. quoniam dist. 85 licet quando & etiam ad aug. c. Imperatorum de iuram calum. c. dilectus de c. mon.

p ¶ Reseruandos.] Cap. hæc huius placiti, & ca. tem non 3 quod fuit inductum per caput nemo de electio. in 6 vnde sumitur, & ibi not.

h ¶ Semestris temporis.] Sed *nunquid finitis sex mensibus poterit ordinarius eam iterum eidem vel alteri commendare?* Respond. vt not. *in capite nemo de elect. in 6.*

i ¶ Vnica.] Ergo duas commendatas habere non licet; sicut nec duas intitulatas; sed quod quis possit habere vnam *commendatam*, & aliam intitulatam non prohibetur, vt 21 q. 1 c. qui plures.

K ¶ Episcopo.] Ad quem regulariter spectat callatio, vnde ad eundem spectabit vacãtis Ecclesiæ custodia: vt per Abb. in cap. ad aures, de excess. prælat & in cap. cum venissẽt de instit. & in ca. bone de appel. nc. etiam in c. cum vos de offic. ord.

l ¶ Ecclesiastica persona.] Hoc ideo dicit quia persona Ecclesiastica facilius cogitur, puta per suspensionem vel subtractionẽ beneficij c. consuluit distin. 74 & not. in c. cum vos de offic ordin.

m ¶ Minus idonei.] Sic patet quòd patronus laicus licèt præsentet indignum. non est priuatus nec priuãdus potestate præsentandi: secus in collegio vel persona ecclesiastica cap. cum in cunctis de electio. & not. in c. cum vos de offi. ord.

ANT. TIM. Benè verum est, quòd præsentans indignum mortaliter peccat quia infideliter agit in offic. sibi cõmisso, vt dicũt communiter Do. & Summistæ.

n ¶ De causa.] Puta scandalũ magnum: arg. c. 1 & c. 2 sed pro modico scãd. non dimit. Epis. Eccl. ordinare c. quoniã de iur. patr. & not. in c. cum vos, de offic. ord.

o ¶ Oecon.] Patr. enim se de rebus Eccl, intromittere non debet, nisi quo ad def. 16 q. 7 c. decernimus, & c. filiis sed is custodiet: qui habet Eccl. instit. vt hoc § in 1 not. Constituetur

Si Ecclesia ob patronorum discordiam detrimentum patiatur, potest Episcopus interdicere diuinis. h. d.

Quod si ita simultates inter eos [a] ortæ fuerint, vt sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit, si aliter prouideri non poterit, præcipere debet Episcopus, vt ibi Missarum solemnia [b] non celebrentur, donec patroni ad concordiam redeant, quod si intra quatuor menses factum nõ fuerit tunc ordinet [c] Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundùm Deum iudicauerit ordinandam. [d]

Episcopus potest ex causa Ecclesiam patronatam secundum certam formam commendare. h. d.

Quod si necessarium, aut expediens esse duxerit, poterit etiam interim Ecclesiam alicui commẽdare: [e] ita tamen vt si parrochialis sit Ecclesia [f] nemini commendetur: qui non sit in sacerdotio [g] constitutus: nec huiusmodi cõmenda vel intra semestris [h] temporis spatium vires suas porriget, nec in vnius persona, nisi vnica [i] fieri poterit.

Episcopus in Ecclesia iuris patronatus laicorum ex causa potest ponere Oeconomos, qui colligant fructus erogandos, in Vtilitatem ecclesiarum hoc dicit.

Erit etiam Episcopo [k] facultas in Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona [l] præsentationẽ non habet, si vel minus idonei [m] præsententur, vel alia de causa [n] aliquos in eis instituere non valeat, Oeconomos [o] ponere, qui fructus percipere debeant in Ecclesiarum vtilitatem erogandos, aut his qui quandoque instituentur fideliter seruandos. [p]

Patroni possunt conuenire de præsentando alternis Vicibus, & plures simul possunt præsentari, Vt de ipsis Episcopus eligat instituendum. hoc dicit.

Sed vt faciliùs prouideatur Ecclesijs, [a] non inconueniens visum fuit patronos [b] ipsos inter se posse liberè [c] conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus [d] præsentando: quibus etiam ex eadem causa permittitur, vt plures ad vacantem Ecclesiam præsentare valeant, ita vt vnus ex eis eligi possit per Episcopum [e] & admitti.

Ius patronatus donari potest, sed ob donationem non præiudicatur in rebus Episcopalibus. hoc dicit.

Donatione [f] quoque ius patronatus acquiritur. Vt cum ius quod quis in Ecclesijs habet, in aliquem liberaliter confert, quæ si fiat Ecclesiæ, aut loco religioso, [g] quamuis absque assensu Episcopi facta fuerit, efficax est censenda, sed per eam Episcopalibus iurib. in aliquo non derogatur.

Ius patronatus non potest vendi nisi cum vniuersitate. hoc dicit.

Sed si quis dato prætio huiusmodi sibi ius comparare ausus fuerit, talis contractus irritus * erit, & inanis [h] nisi tale ius cum vniuersitate [i] rerum temporalium transferetur.

charitatem 12 q. 2 & dist. 75 cap. quoniam quidam, & 10 q. cap. si quis Episcopus nisi sint talia, quæ seruando seruari non possunt l. lex. quæ tutores. C. de admin. tutor & ff de pet. hær. l. diuus & 10 q. 1 capite si quis Episcopus.

a ¶ Ecclesijs.] Quarum dispendiosa est vacario, capit. quam sit de elect. in 6.

b ¶ Patronos.] Omnes. Facit quod no. in cap. quia propter versic. vel saltem de elect.

c ¶ Liberè.) Id est sine superioris auctoritate. Item liberè, id est etsi non vacet Ecclesia: vt not. in clem. plures, eo. vnde sumitur. Eadem ratione videtur, quod patroni plurimum Ecclesiarum possint inter se diuidere, scilicet vt vnus sit patronus in vna, alius in alia. arg. tamen contra in l. quædam ff de fami. hersc. & in l. quædã ff de alim leg. dic. vt nota in d. cle. plures.

d ¶ Vicibus. [Fac. in c. fin. de præb. in 6.

e ¶ Episcopum.] Vel alium habentem ius instituendi, cum eadem sit ratio.

Io. Bap Donatione. CASVS Quidam Ecclesiæ patronus donauit suum ius patronatus cuidam Canonico eius amico, & cum Episcopus se opposuit fuit dubitatum an donatio teneret, cum enim Ecclesia tale ius concedendo videatur respicere qualitatem personæ, propterea non videbatur ipsam fore admittendam argumento cap. fin. de locat. Sol. tamen vt hac legimus, quia in hac parte Ecclesiæ nullum fit præiudicium & ideo etiam obiectio non tenet. Not. quod id et quilibet posset ius suum donare donatio tamen est ita intelligenda vt dicatur facta sine læsione iuris alterius,

f ¶ Donatione.] Cap. ex insinuatione eo capite vni. eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS Ius patronatus donari potest; sed ob donationem non præiudicatur iuribus Episcopalibus hoc dcit, Adde quod donatio Iuris patronatus facta laico sine Episcopi consensu nulla est Rotin antiquis decis. 873 Verall. decis. 144 Rot. in Nouis. decis. 404

Intellige tamen, quod si consensus superuenerit post donationem laico factam, vel post donatoris mortem, donatio valida erit, & præsentatus à donatario præfertur præsentatis ab hæredibus donatoris Verall. decis. 144 lib. secundo.

Intellige secundò quod etiam si donatio fieret per compatronum filio alterius compatroni, patre adhuc viuente, similiter necessarius est ordinarii consensus alias non vacet Veral. decis. 130 lib. 2.

Intellige tertio quod si laicus alteri laico ius patronatus donauerit Legatus de latere generalem ptãtem habens, confirmare poterit & loco consensus Ordinarij erit veral. dec. 144 li. 2.

Intellige quarto posse fieri donationem Iuris patronatus compatrono absque ordinarij consensu Teralla decis. 130 & 284 lib. 1.

Consensus Epi siue ordinarij ideo in Iure patronatus concessione requiritur, vt videat loci idonei erectionem, ac Ecclesiæ erigendæ, inspiciat quantitatem dotis disponat modum regendæ, & gubernandæ Ecclesiæ Card. cons. vlt de iure patro. fauore et Ecclesiæ, contingat in choari, & non finiri, ac cõsumari videat post modum non sufficientet dotari, vt per Abb. panconf. 89 vol. 2 vel potius quia ista spiritualia à laicis tractari propria auctoritate nequeant, vt per eundem Pancõs. vol. 1 Roch de Curt de iure patr. in verb. per eo que diecesani consensu q. 3

Hinc est quod construens benef. eum authoritate & consensu Episc. acquirit Ius patronatus etiam si illud sibi non reseruau. Rot. in antiq. in decis. 255 Puteus decis. 379 Cantuc. in decis. Nouiss. 167 par 2 vol. 2.

g ¶ Religioso.] Idem si eidem, vel alt. Eccles. c. vni eo. in 6 vnde sumitur idem si laico, sed cõpatrono, c. ex insinuatione eodem quãquam tunc non est propriè donatio, sed potius proprii iuris relaxatio cum quilibet patronus habeat ius in solidum: vt p. Ab. in d. c. ex insinuatione, secus si laicus non sit compatronus ea illud & c. cum laici. extr. eod.

* Contractus irritus.] Et in super venditor excomunicationis & interdicti pœnis subiacet & iure pat. ipso iure priuatus existit conc. trid. sess. 25 c. 9 de reform.

SOLIER,

Sed si quis. CASVS. Quidam patronus volebat vendere suum ius patronatus quomodocunque posset, ea ratione motus, quia si de eo habetur dominũ, vt præsupp. ob notorã dominis videtur propterea id ei esse licitum iuxta l. in te mandata. C. mandati Sol. tamen vt hic habetur quia hoc ius si de se cõsideretur, non recipit æstimationem. Non obstat obiect. quia illa potestas limitatur propter qualit. subiectæ materiæ, vt cõting. in casu isto Not inde argument. illud, quod directè non potest alienari, indirectè sæpè esse alienabile, & hoc contingit quia dñ mutare naturam.

h ¶ Inanis.] c. quia clerici. eo. adeo quod emptor pot. de facto, & sine iudic. processu spoliari, cum in actib. not. in iustis possit iudex extra iudicial. procc. fac. c. quoniã de fil. presb. & not. per Ab. in d. c. quia clerici.

i ¶ Cum vniuersitate.] Cap. ex literis cap. cum seculum. extr. eod. fac. l. 1 ff de fundo dot. & l. in modicis de cõtra emptio & quædã ff de acquire. dom. erga

Minus dignum trahitin accessionẽ magis dignum. Io. Bap.

patronatus potest esse accessorium rebus temporalibus & sic magis dignum potest accedere minus digno, & de hoc per Abb. in d. c. ex literis ante fin. Quemadmodum CASVS. Ob controuersiam non tam in er Episc. & patro. Eccles. circa præsentationem ac institut. cum vnus mitteret falcem in ius alterius, fuit dubitatum an id liceat, & argum. tit. de supplen. neglig. Prælat. affirmatiuè erat respondendum Sol. tamẽ vt hic legimus, quia si secus esset, daretur occasio priuandi alterũ iure suo sine culpa, & causa. Non obstat obiectio, siquidẽ potestas supplendi negligentiam non conceditur inter Prælatum, & patronum Not. de iure canonico inuadere ius alterius esse tale crimen, vt posset puniri etiam excommunicatione.

ALOYSIVS RICIVS. Ius patronatus non potest vendi, nisi cum vniuersitate bonorum, vnde si venderetur, venditio esset simoniaca, & nulla c. quæsitum de rerum permutatione,& c. quærelam, de simonia & Sacro. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 9. Nisi cum vniuersitate bonorum, cum qua in emptorem transit ius patronatus cap. ex literis, & cap. cum sæculum, de iure patron. vbi Doct. latè Rot. in verb. ipse, vel id quæst. 22.

Et sic infertur quod cum hæreditate vendita transit ius patronatus in emptorem, in qua communis sententia est transire, vt per d. cap. ex literis,& cap. cum sæculum,de iure patron. quia hæreditas est quid vniuersum l. 2. ff. de verb. significat. l. hæreditas ff. de petitione hæredit. Felin. in c. causam quæ n. 8. de præscr.

Infertur secundò, vt transeat etiam in fideicommissarium vniuersalem Bar. & Alex. in l. quia perinde vers. restituta, ff. ad Trebell. Roman. in l. si patroni in princip. tit. eod.

Infertur tertiò, vt transeat etiam in vsufructuarium omnium bonorum, vnde præsentatus ab vsufructuario omnium bonorum præsentato ab hærede, quia transit cum vniuersitate bonorum, etiam sine consensu Episc. vt fuit dictum per decis. Rot. in vna Alex. Benef. 29. Mart. 1590. & d. cap. ex literis, & c. cum sæculum.

Quartò infertur, quod in confiscatione bonorum veniat ius patronatus, vt post alios agunt Rochus d. verb. ipse, vel is quæst. 29.

Sed circa supradicta aduertendum est, quod licet Doctores communiter teneant, vt ius patronatus transeat cum re vendita, seu alias alienata non sufficere, quod inhæreat rei particulari, vt fundo, vel palatio, sed oporteret quod adhæreat vniuersitati, id est, quæ absque alia expressione, contineat in se iura vniuersitatis, vt villa, vel castrum, quæ in se continet iurisdictionem onere districtam Abb. in cap. ex literis Rochus verb. ipse vel in nu. 41. Camer. q. 5. art. 2.

Episcopus non potest spernere patroni præsentationem, Patronus non potest quem propria auctoritate instituere, sub pœna excommunicationis. hoc dicit.

Quemadmodum autem ad præsentationem patroni[a] debet Episcopus clericos instituere,[b] & quod spretis fundatoribus de vacanti Ecclesia disposuerit erit irritum :[*] ita etiam patronus auctoritatem Episcopi negligere non debet. Quod si laici[c] ausu temerario propria auctoritate ad institutionem processerint, tam ipsi anathemate[d] feriendi, quàm etiam perperam instituti clerici communione sunt priuandi,[e] qui si etiam adhuc perstiterint, à ministerio ecclesiastico, & ordine deponendi erunt.

Patroni putatiui præsentatio tenet. h. d.

Interdum accidit, vt eius, qui patronus non est,[f] præsentatio tamen rata sit habenda. Vt cùm ordinarius ad eius præsentationem clericum instituit, qui & iuris patrona-

a ¶ Ad præsentationem patroni.] Cap. illud. in fin. eod. cap. decernimus. 16. qu. 7. sed contra de supp. neg. prælat. Sol. illud propter negligentiam patroni, ob quã potestas deuoluitur ad eum, ad quem institutio pertinet, etiam si non sit Episcopus. Notat. in clement. 1. de supp. neg. prælat. Abb. in cap. illud eodem. An autem sit idem si indignum præsentauerit No. sup. eod. §. erit, & in ca. cum vos de offic. ord.

b ¶ Instituere.] An & restituere depositum? Et idem videtur, cum hæc habetur pro noua receptione, & videtur hoc sentire Butr. in ca. ex transmissa in fin. de renunc. Vide not. in cap. quamuis, de rescr. in 6.

* Erit irritum.] Dummodo patronus conqueratur aut præsentet infra semestre, vel quadrimestre aliàs secus & interim collatio Episc. pleno iure expedita erit in actu validitatis sub periculo resolutionis, & post. dictum tempus valebit incommutabiliter per ea quæ tradit Molin. ad Regul. de inform. Resign. num. 60. & seqq. SOLIER.

c ¶ Laici.] Quid si sit clericus patronus, nõ laicus ? Resp. idem vt in cap. 1. 16. q. 6. & tenet Abb. in c. præt. 1. co.

d ¶ Anathematè.] Cap. Præterea. 1. eod.

e ¶ Priuandi.] Et ita non est ipso iure suspensus qui recipit ecclesiam à laico : vt plenius not. in capit. præterea eod.

Interdum accidit. CASVS. Quidam tantum possessionem habebat istius iuris patronatus, & nihilominus non solum volebat præsentare, sed etiam volebat beneficium sibi conferri, vnde fuit quæsitum an posset, etne verus patronus priuaretur iure suo in primo cap. negatiuè videbatur respondendum : in secundo verò cũ posset melius cognosci, quam à se ipso, affirmatiua dabatur responsio. Cæterum solut. est sequenda quæ hic habetur, quia cum verus Patronus non potest semper cognosci, oportet vt putatiuus pro vero *in dubio habeatur*, & cum affectio propria decipiat sæpè hominem, propterea non conuenit seipsum præsentare, quibus cõsideratis nec etiam obiectiones aliquid obstant. Notat. primò pessessorem alicuius rei, esse dominum putatiuum, iuxta l. fi. C. de rei vendica. Not. secundò esse maximè inconueniens aliquem seipsum idoneum iudicare ad aliquod officium exercendum. Not. tertiò vnã & eand. rem esse non posse causam, & substantiam, vt etiam Philosophi docent. *Io. Bap.*

f ¶ Non est.] Et hoc est quod faciebat dubitandi rationem, cum ius præsentandi pertineat ad patronum, c. decernimus, & c. filiis 17. q. 7. & hic per tot. Sed cũ præsentare fructus sit iuris patron. velut fructus rei materialis pertinet ad possessorem bonæ fidei, & non ad dominum, §. si quis à non domino. insti. de re. diui. & not. in cap. graui de restit. spol. ita & iste fructus iuris præ-

sentãdi, vt latius per Ab. in c. consult. eo. vnde sumitur. a ¶ Possessor.] Et bonæ fidei : secus simil. quia tunc instit. est remouendus, vt tradunt omnes in c. consult. eo. quia velut possessor malæ fidei non facit fructus suos. Sic nec qui est in quasi possess. præsentandi mala fide. Quando autem quis dicatur esse in bona, vel mala fide, dic. vt per Doct. in c. consult. Bald. cons. 13. hoc tit. Old. cons. 1. Rot. Rom. decis. 287.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto §. quod olim quasi possess. operabatur probationem, & manutentionem iuris patronatus, vt habetur etiam in ca. consult. de iure patron. c. quærelam de elect. & c. cum olim. de eã possess. Rot. decis. 7. de iure patr. in nouis, & decis. eo. tit. in antiquis decis. 49. nam in præsent. quæ fit vigore iuris patron. attenditur quasi possessillius, c. consult. de iure patro. cum paria sint quem esse patron. vel in quasi possess. iuris præsentandi, vt per Card. cons. 69. in 2. dub. & seq. Butr. & Abb. in d. c. consult. de iure patro. vbi dicunt quod præsentatio facta ab eo, qui est in quasi possess. iuris præsentandi prefertur præsentationi factæ à proprietario iuris patron. quod in terminis firmat. Rot. decis. 14. nota tamen quod quasi possess. acquiritur ex vnico actu, vt voluerunt Alex. cons. 744. col. 3. Seccin. cons. 358 col. 1. vbi per vnicum actum in his, quæ non solent concedi ratione amicitiæ, vel familiaritatis acquiritur quasi possess. vt in actu elect. & præsent. secundum Innoc. in c. cum Eccles. Sutrina de causa possess. & propriet. Dec. cons. 115. col. 2 & cons. 124. col. 1.

Hodie tamen post Concil. Trid. in d. c. 9 non sufficit docere de quasi possess. nisi doceatur de legitimo titul. Ratio est quia per dictum Concilium derogatur, non solum titulo, sed etiam quasi possess. cuiuscumque iuris patron. aliter acquisiti, quam ex fundatione constructione, vel donatione, & ideo, vt quasi possessio possit suffragari est docendum de titulo legitimo, ita declarauit Sacra Congreg. Concil. Trid. dicens.

Hoc decretum Concilij habet locum in petitorio, & in possess. vnde admittenda non est præsentatio, aut præsentati institutio facienda nisi prius verificato iure patron. ex decret. Conc. quod etiam tenuit Rota in vna Reat. n. iuris patron. 28. Oct. anni 1587. coram Robust. & in vna Compsana iuris patron. 23 Iunij 1600. Coram Litta, vbi etiam fuit resolutum cessare manutentionem & alia quæcunque remedia possess. quandiu prætensus possessor iuris patron. non docet de titulo; minimèque posse talem possess. suffragari aduersus reseruationem. Qui enim prætendit suum ius patron. esse ex fundatione, dotatione, aut constructione probare tenetur Mohed. decis. 20. n. 2. Caput aq; decis. 132. num. 1. p. 2.

b ¶ Credebatur.] Sola ergo credulitas sine possessione non sufficit, & sic debet limitari quod habetur in l. Barbarius scilicet quòd cõmunis error facit ius. fac c. quærelã. de elect. & c. cũ olim. de causa poss. & propr.

c ¶ Remoueri.] Quia quod legitimè factum est, non debet irritari, licet ad eum casum deueniat, à quo incipere non potest dist. 55. cap. præcepta. l. 1. § casum, ff de postul. & 30. q. 7 cap. neque furiosus, fac l. sancimus C. de admin. tut. & l. Gracchus. C. de adult.

d ¶ Seipsum.] Sed numquid saltem filium? Et non videtur, cum censeatur vna persona cum par. 25 q. 3. § hac auctorit. & l. fin. Cap. de imp. & aliis subst. communiter contra, vt per Abb. in c. ex ore. de his quæ fin. à maior part. cap. & in cap. fin. de instit. & in ca. consuluit, cod. per gloss. & per gloss. & innoc. in c. quia clerici eod. Et facit quòd suffragium patris proficitur filio l. illud, ff. quòd quisque iur. Nec ob. quod pater, & filius videatur eadem persona: nam hoc est iuris fictione, non verè. Sed videtur adhuc contra : quia quidquid quærit filius, quærit patri. § 1 insti. per quas person. nob. acquir. cum simil. Resp. non quærit patri in spiritualis, in quibus non curatur de patria potestate, cap. si annum de iud. in 6.

ANT. TIM. Potest tamen præsentari vnus de patronis si huiusmodi præsentatio facienda est à pluribus, si præsentabitur à maiori parte : nam præsentatur quasi à collegio Abb. in cap. quoniam co. titul.

e ¶ Clericus.] Quia ex vi iuris patron. solum consequitur præsentationem, licet sit cler. ipse pat. c. fin. eo.

f ¶ Præsentare.] Non solum ob rationem, quæ sequitur, verum ét quia differentia debet esse inter præsentatum, & præsentantem, baptizatum, & baptizantem, dantem, & recipientem debitum de c. fin. de instit. ca. baptiz. l. 2. ff de stip. seruor. plures tñ patroni possunt vnum ex ipsis præsentare : arg. c. cum in iure, de offic. deleg. Sic & decuriones possunt dare tutorem vnum ex seipsis l. vbi absunt, ff. de tutor. & cur. da. ab his. Et electores eligunt prælat. ex se ipsis, c. ne pro defectu, & c. quia propter de elect. & ita not. c. consuluit, extr. eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Nemo potest seipsum præsentare concordat tex. in c. per nostras de iure patron. vbi inter præsentantem, & præsentatum debet esse formalis distinctio, quemadmodum inter instituentem, & institutum, nam nemo potest se ipsum instituere c. cum nostram de institutionib. & inter baptiz. & baptizatum vt nemo possit seipsum baptizare, c. debitũ de baptiz.

Quod adeo verã est conclusio textus nostri, vt nullus possit seipsum præsentare, vt nec etiam procurator patronum in iure patron. præsentare potest. Nisi adsint alij compatroni, ipsiusque præsentationem acceptauerint nomine illorum non sui, Aldobrand. in decis. nouiss. Rom. 185. vol. 2. Verall. decis. 397. lib. 2.

Habetur in præsenti § quod nemo potest se ipsum præsentare, vt ex textu in c. per nostras de iure patro. & voluit etiam Abb. cons. 25. num. 1. vol. 2. Butr. & reli. in ca. fin. de instit. quia vt ambitiosus est repellendus cap. inscriptis 8 q. 1 c. 15. qui 2 q. 6 l. si quamquam C. de Episc. & cleric. & non ambitione, sed labore vnumquemque ad honorem conuenit peruenire l. contra publicam C. de re militari.

Secunda est ratio, quia debet esse actualis, distinctio inter præsentantem, & præsentatum c. cum ad nostram de instit. & inter baptizatum & baptizantem c. debitum de baptizmo, & à simili facit tex. in l. prætor ff de tutoribus, & curat. & hæc est ratio quare persona electa non videtur computanda inter eligentes, vt augeat numerum eligentium, quia à se ipso oriri non debet c. didicimus 24 q. 1.

In praxi tamen aduertendum est quem eligi, & præsentari ab aliis compatronis, vt per Bart. cons. 23. n. 19 volum. 2 Rolan. cons. 3 vol. 1 Calder. cons. 7 de iure patron. Hodie verò in praxi seruatur, vt patron. constituat procuratorem cum potestate præsentandi, nam talis procurator virtute prefati mandati poterit clericum patronum ad eiusdem beneficium patronatus præsentare Lap. alleg. 8 & cap. fin. de conces. præbend. vbi latissimè Mandos. Abb. Boic. Ioan. And. &

tus erat possessor, [a] & patronus credebatur, [b] nam si postea ius patronatus alius in iudicio euicerit, institutus non debet propter hoc ab ecclesia remoueri. [c]

Nemo potest seipsum præsentare. h. h.

Licet autem patronus alios præsentet: seipsum [d] tamen, quanquam clericus : [e] sit, præsentare [f] non potest, quantũuis idoneus

Anch. & ita fuisse decisum in Rota, & iuxta eam quotidie seruari testatur Caput aq; decis. 138. part. 2.

* Ista praxis non obtinet in Gallia, neque enim potest Vicarius aut procurator suo constituenti conferre; quia collator non potest sibi ipsi per se conferre nec potestatem conferendi dare, c. fin. de institut. felin. in c. sanè l. 2 in fin. de officio delegat. poterit tamen subst itutus conferre subst ituenti, quia à Domino cessetur constitutus l. item eorum § 1 quod cuiusque vniuers. nom. not. in c. 1 in c. is qui & in cap. si duo de procurat. in 6 SOLIER.

a ¶ Immiscere.] Immò hoc ipso tanquam ambitiosus debet repelli. 8 q. 1 c. in script. & 1 q. 6 c. sicut l. quamquam, C. de Episc. & Cler. l. quæ omnia de procura. fac l. contra temp. C. re milit. lib. 12 & c. mitamur dist. 61. Sed cõtra videtur quod dicitur in c. cum in iure de elect. Resp. ille non eligit: quia fuit primo ab aliis electus, & postea ipse consensit.

b ¶ Debeat.] Et si aliter faciat, perderet ius conferendi, vel præsentandi, per ea, quæ Abb. in c. ad aures, de exceſſ. præla. in fin. si tamen Episcop. motu proprio conferat benef. patron. Io. Bap. valebit collatio. Item potest patron. supplicare Episc. quòd sibi benef. conferatur, fortè propter indigentiam, vt per Abb. in cap. per nostras. eod. vnde sumitur.

Sunt autem. Hæc pars subdiuiditur in 2. part. in 1 habetur inter collationem, & institutionem similitudo: in secunda inter eas. d. dissimilitudo, secunda ibi, dissimiles sunt, quoad primum. CASVS. Commodè non figuratur. Sed loco eius est adnotan. quod inter quosd. scholares Canonist. orta fuit, qu. circa naturam Collationis, & institut. quidam enim dicebant nullam penitus dari similitudinem inter eas, quia de natura collationis est, vt sit libera concessio, & de natura institut. vt dependeat à præsentatione. § fin. sup. de præb. Quidam verò tenebant oppositum respectu beneficij conferendi, & eius cui veniret conferendum siquidem, & natura benef. & actus conferendi id suadebat, vt possent euitari inconuenientia, quæ aliter inde orirẽtur, qua de re fuit quæsitum quid iuris. Solu. vt hic legimus, quia cum reperiantur sub vno genere, oportet, vt ſ giant naturam eius, & sic habent in hoc similitudinem, qua ratione suadente etiam Obiectio alterius non tenet, not. ex hac part. argum. quod similitudo datur inter ea, quæ saltem aliquo respectu sunt eiusdem naturæ, quod regulariter à rationis identitate cognoscitur cap. 4. & ibi, gloss. in versi. similitudine, de confirmatione.

c ¶ Non est.] Vt sup. eod. § proxi.

d ¶ Instituere.] Alias iure instituendi priuabitur, vt

Abb. in cap. ad aures, de exceſſ. prælat. fac. cap. fin. de institutio. Poterit tamen conferre filio, vel aliis consanguineis idoneis, vt notat. sup. in præceden. § Caueat tamen hic conferens, ne carnali moueatur affectu cap. 1 de præbend. & sup. de confirmat. § illud.

e ¶ Accipientem.] Conc. 24 quæst. 1 capit. dicimus, & l. 1 ff. de aut. tutor. Nec potest quis vicem plurium personarum sustinere. 16 quæst. 1 cap. presbyteres l. nemo Cap. de assess. cap. singula, di. 89. l. & si plures, ff. de pact. Arg. contra. ff de adopt. l. si consul. cap. cum inter Canonicos, de elect. Sed si ordinarius collator conferret alij potestatem conferendi, numquid possit ab illo beneficiũ recipere, vt sic non videatur sibi ipsi conferre? Respond. Distinguendum est, an collator transferat omnimodam potestatẽ in aliũ: & tunc potest ab illo beneficium recipere, cũ ille conferat iure proprio: aut transtulit tamquam in suum commissarium, tunc secus: quia repræsentat personam collatoris. Nec facit contra, quod Papa dat potestatem suo Confessori, & nihilominus potest ab illo ligari: & absolui: vt habetur in capit. ex parte primo, & in capit. sane secundo de offic. deleg. & capit. nemo, quæst. tertio, quia respondetur, vt per Abb. in cap. fin. de instit.

f ¶ Regulariter.] Vt cap. secund. & constitutus, de conceſſ. præbend. Papa tamen tribuere potest ius etiam vacaturis, cap. 2. de præbend. in 6. & sup. tit. proximo. § est ergo, & propterea dicit regulariter.

g ¶ Promissiones. Concor. capit. nulla cap. relatum cap. ex tenore, cap. constitutus, & cap. fin. de conceſſ. præbend. Nam quæ ratio militat in collatione, scilicet, vt vitetur votum captandæ mortis, cap. secundo de conceſſ. præbend. militat etiam in præsentatione: Posset tamen patronus fortè absuturus dare vni potestatem præsentandi in genere, licet Episcopus ius conferendi soli Vicario generali possit committere: vt per Abb. in cap. constituturus de conceſſ. præb. De ratione diuersitatis dic, vt per eundem in cap. fin. eod. tit.

Dissimiles sunt CASVS. Capitulum certæ Ecclesiæ Cathedralis sede vacante volebat præsentatos instituere, idem intendebat facere Vicarius Episcopi vigore generalis mandati, nec attendebant an præsentandi essent in sacris, & quod patronis debeat conseruari ius percipiendi vitæ necessaria: vnde fuit dubitatum an id esset de iure permittendum, siquidem sicut Ecclesiæ non potest con- Io. Bap.

sit, & quibuscumque studiis iuuetur, & meritis. Cùm nullus Ecclesiasticis sese officiis vltrò immiscere[a] debeat.[b]

Nemo sibi beneficium confert, velut nemo se præsentat. h. d.

Sunt autem institutiones collationibus in quibusdam similes, in quibusdam verò dissimiles. Sunt, quia quemadmodum is, qui seipsum præsentat, instituendus non est:[c] ita etiam is, ad quem pertinet collatio, seipsum non potest instituere,[d] cum inter dantẽ, & accipientẽ[e] distinctio debeat esse personalis

Vacaturi beneficij, nec collatio, nec præsentationis promissio tenet. h. d.

Item quemadmodum vacaturæ præbendæ, non tenet regulariter[f] collatio: ita etiam promissiones[g] de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus quis ius obtinet patronatus nullo iure subsistunt.

Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos. h. d.

Dissimiles sunt, quia etsi capitulũ, sede va-

strui sine consensu Diœcesani paragrapho ædificatione, supr. eod. ita quoque videtur dicendum aliquem in ea non posse instituí, nec aliquid fieri sine eiusd. voluntate Sol. tamen est tenenda quam hic legimus, quia cum institutio dependeat á præsentatione, nequit propterea in ea obseruari illud, quod in collatione requiritur: patronis autem à principio fuit illud ius concessum, ideo non debent postea eo priuari, quibus obseruatis etiam obiectio videtur cessare. Not. institutionem habere quædam specialia propter qualitatem præsentationis, sine qua institutio est nulla § institutum & § quemadmodum sup. eo. Not. 2 vná cum glos. in vers. ad inopiam quod subuenire pauperi est de præcepto generali, & aliquando est de obligatione speciali, vt contingit in Ecclesia respectu patroni pauperis.

Poterit etiam Vicarius conferre beneficia ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi resignationes ex causa permutationis ab episcopo habeat, vt tenent omnes DD. in capitul. fin. de offic. vicarij.

Sic etiam vicarius habens facultatem conferendi beneficia poterit illa conferre etiam extra diœcesim sicut Episcopus potest Rot. decesion. 5 & vltima de offic. Vicarij in Antiquis Boerius, decis. 30 & ratio huius sententiæ est, quia iurisdictio voluntaria cuius est collatio beneficiorum, exerceri potest extra territorium d. c. 2 & DD. d. capit. nouit. Iaſ. in l. fin. ff de iurisdictione omnium iudic.

Huic § illa subnecti potest quæstio. apud canonistas disputabilis. an scilicet Vicarius Generalis, Episcopi possit instituere præsentatum. Nam partem affirmatiuam tenuit glos. in cap. ex frequentibus in verb. officialium extra de institut. glos. in cap. fin. in verb. non possunt & ibi Archidiac. Domin. Franc. de offic. vic. in 6 Ioan. And. Imo. Abb. & alij in dict. capitul. ex frequentibus in verb. officialium Aufrer. ad Cappellam Tholos. quæst. 148 vbi Summus Pontifex deteſtatur quandam prauam consuetudinem, quod Clerici recipiant Ecclesiastica beneficia sine consensu episcoporum, vel officialium suorum, qui hoc de iure possunt, & sic officiales episcopi de iure possunt transferre ius, & conferre titulum ecclesiastici beneficij in clericos. Nihil enim aliud refert ille consensus ad beneficia recipienda, nisi quandam translationem iuris, & tituli à superiore factam, & consequenter institutionem, vt declarant Doctor. ibi, & Abb. in author. eodem tit. num. 7.

Secundò argumentantur Doct. hoc modo capitulum sede vacante potest instituere capit. 1 vbi Doct. de institut. in 6 sed capitulum sede vacante gerit vices episcopi, glos. in cap. vnic. in 2 notab. de maiorit. & obed. in 6 ergo etiam vicarius episcopi, qui eius vices gerit.

Sed contrariam sententiam quod vicarius generalis episcopi sine mandato speciali non possit instituere tenuerunt Card. in clem. 2 quæstio. 8 de iure patron. & Imol. ibi circa finem vers. sed quid si clericus, quos in refert in hanc partem Rolan. cons. 47 numero 21 mouentur ex text. in cap. fin. de offic. vicar. in 6 vbi vicarius episcopi non potest conferre beneficia sine speciali mandato, ergo nec instituere poterit, quia verbum conferre comprehendit etiam institutionem Rub. vt eccles. benef. sine diminut. conferant. Abb. in capit. authoritate, n. 8 extra. de institut.

Secundò adducebat Rebuff. in loco prælegato hanc rationem. Institutio, & destitutio tanquam correlatiua, pertinent ad episcopum capitul. cum ex iuncto, vbi Abb. numero 3 in cap. conquerente, num. 2 de offic. ordin. sed vicar. episcopi non potest quem destituere, & priuar. benef. ex generali commissione ca. licet vbi glos. Ancar. Domin. Franc. & alij de offic. vicar. in 6 capit. 1. in verb. episcopos de cappell. Monach.

Tertiò præter scribentes adduco tex. in c. 13 sess. 14 apud Concil. Trid. in decret. de reformat. Vbi patrono non licet quoquo modo præsentare aliquem ad beneficia sui iuris patronatus, nisi episcopo loci ordinarij, ad quem institutio ipsius beneficij pertinet, ergo non licebit vicario præsentare, & per consequens non poterit

---

cante, beneficia quæ ad collationem Episcopi[a] pertinent, conferre non possit; [b] præsentatos tamen à patronis potest, si idonei[c] sint admittere, & instituere.

Vicarius licet non conferat sine speciali commissione, tamen instituit, h. d.

Idem obtinet in vicario: quia licet sine speciali concessione[d] conferre non possit, præsentatos tamen instituere[e] minimè prohibetur.

a ¶ Episcopi.] Solius cap. vnic. ne sed. vacant.

b ¶ Possit.] Cap. illa, extr. ne sed. vac.

c ¶ Idonei.] Hoc intelligitur etiam si non fuisset appositum: vt l. vt gradatim, ff de mu. & hon. & c. causam quæ de elect. arg. est ergo quod poterit examinari instituendus, de quod vide per Abb. in ca. in Lateranensi de præb. post princ.

d ¶ Concessione.] Capitul. fin. de offic. vic. in 6.

e ¶ Instituere.] Cap. ex frequentibus, de institut. Ratio differentiæ est: quia collatio est quædam donatio, ideo in vicarium non transit per rationem, quæ ponitur in cap. fin. de offic. vic. in 6 institutio vero est quædam collatio non libera, vt sup. de præbend. § fin. fac. cap. decernimus, 16 q. 7 & c. nobis eod. Et in quibus capitulum episcopo succedat, sede vacante habetur in capitul. cum olim, & in capitul. his quæ de maior. & obed. & in c. cum vos, de offic. deleg. per Abb. & per eundem in cap. verum, de for. compet. & est de ea re tract. Franc. de Pauinis.

ALOYSIVS RICCIVS. Vicarius licet non conferat, sine speciali commissione, tamen instituit, adde quod vicarius habens speciale mandatum sine dubio confert beneficia etiam libere collationis vt in textu nostro habetur, & in c. fin. de offic. vicarij in 6.

Quod autem dicitur speciale debere esse mandatum conferendi intellige, vt non tamen, ad certa beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis sit. Hoc enim non valeret, sed solum specialiter exprimi debet quod facultas ei datur conferendi beneficia. Debet tamen esse generalis Rot. decis. 5 de offic. vicar. in nouis, glos. in cap. præsenti, § prohibemus verb. cuiuscumque de offic. de legat. in 6. Rusin. de benefic. cap. 10 n. 7 & tunc dicitur generalis, veluti si data esset facultas ad conferendum beneficia certi loci, seu certæ partis diœcesis dummodo ibi sint plura beneficia secundum Rebuff. in tit. de vicarijs episcoporum, n. 23 Rusin. supra. n. 6 aut ad conferendum beneficia certis. mensib. vacantia Cuccus l. 2 n. 305.

Sufficitque ad conferendum habere mandatum generale cum libera. Cinus in Repet. l. 1 ff de offic. procuratoris Ferrettus consi. 382 qui idem, ait in habente mandatum cum clausula quod possit omnia facere, quæ posset constituens, si personaliter adesset, nam ista verba mandatum cum libera præferuntur, ex eisque id concessum videtur quod sine speciali mandato expediri non potest, vt diximus supra.

vicarius instituere, maximè per distinctionem illam quoquo modo, quæ includit omnes casus similes, dissimiles, æquales, & maiores expressis, & indirectos, vt respondit Ioan. Ceph. cons. 149 n. 15 & 13 nu. 22 & 76 n. 16 & 121 n. 1 lib. 1.

Ad contraria, quæ superius allegata sunt, & primo ad text. in d. c. ex frequentibus respondeter quod ibi dicitur secundum Abb. num. 8 posse clericos instituí ab officialibus episcopi qui hoc de iure possunt, & sic ab illis qui habent speciale mandatum, non autem ab alijs ponderando illud relatiuum, qui, quod restringit secundum Bart. in l. omnes populi ff de iust. & iur. quasi quod illi episcoporum vicarij possint instituere, quibus de iure est permissum: & ideò cum non permittatur nisi habentibus mandatum speciale, vt dixi supra, non infertur necessario quod illis hoc sit permissum ex generali commissione.

In Rectorem parrochialis Ecclesiæ potest præsentari etiam non in sacris constitutus, licet secus in libera collatione, h.d.

Sunt etiam in eo dissimiles, quod in rectorem parrochialis Ecclesiæ, & non in sacris constitutus [a] præsentari potest, dummodo vacante potest instituere, dict. capitul. 1 vbi Doct. de instit. in 6 & tamen nec potest conferre beneficia spectantia ad collationem episcopi, cap. illa, & ibi Doct. extra ne sede vacant. cap. vnico § cum verò eod. tit. lib. 6.

Nec obstat argumentum de destitutione ad institutionem tanquam correlatiuis, & quod sicut vicarius sine speciali mandato destituere non potest, eodem modo nec instituere. Nam istud argumentum non procedit in spiritualibus, in quibus nec versamur, quia spiritualia facilius dantur quam tolluntur c. inter corporalia in princ. de transl. prælat. Dec in capitul. nihil tam naturale, num. 7 ff de reg. iur. & ideo licet vicarius destituere non possit absque speciali mandato, potest tamen instituere.

Secundo respondetur ex intentione Rebuff. in loco superius allegato quod ille text. damnat clericos, qui ecclesiastica beneficia recipiunt sine consensu episcopi, vel officialium suorum, qui de iure possunt, ex quo consensu non infertur necessario auctoritas instituendi, quia potest intelligi de alia prouisione, quam institutionis, vt de collatione cum tex. se non restringat tantum ad institutionem.

Vel & tertio potest intelligi text. in dict. capitul. ex frequentibus, de institutione, quæ non confert titulum beneficij, sed habenti iam illum ex intentione. Couarr. capitul. 20 n. 7 vel vicario episcopi dat authoritatem administrandi curam animarum iuxt. text. in cap. 1 de cappell. Monachi in 6 Quia vicarius generalis episcopi absque speciali commissione potest habenti beneficium, vel eius vicario authoritatem hanc exercendi curam animarum impartiri, secundum Imol. & alios communiter in dict. capitul. ex frequentibus, vt refert Couarr. in dict. c. 20 n. 7.

Pro vt etiam non obstat text. in capitul. 23 sess. 14 apud Concil. Trid. in decreto de reform. Quia licet dicat text. institutionem fieri non debere, nisi ab episcopo loci, & quod propterea, per illas dictiones quoquomodo, & nisi, videantur exclusi similes casus dissimiles æquales etiam maiores expressis, ac indirectos, tamen respondetur, vicarios non esse similes nec æquales, nec maiores episcopis, sed vnum & idem cum illis capitu. non putamus, cum glos. in vers. videtur vbi Archid. n. 8 Anchar. n. eod. Gemin. n. 1 ideo exclusi non censentur sed Archid. Archipresbiteri Decani, & Præpositi, vt probatur in ca. nullus 19 q. 7.

Ego autem sequor partem affirmatiuam, quæ est communis communior, & magis communis, & satis commodè probatur in dict. capit. ex frequentibus iuncta glos. ibi in verb. officialium. Nec aduersatur intellectus supra in responso ad partem prædictam, tum quia cauillosus reputatur per Abb. ibi, num. 8 tum quia esto quod subsisteret per illud relatiuum, qui, & restringeretur ad officiales episcoporum, qui de iure possunt instituere, non tamen sequitur quod restringat vel tantum ad illos officiales, quibus fuerit permissum, & quod illi tantum instituere possint quibus fuerit mandatum. Namque cum plures sint species vicariorum episcopalium, vt scripsi supra, lib. 1 q. 3 potest illud relatiuum, qui, restringere text. ad officiales Episcoporum, qui possunt hoc est ad generales ad exclusionem foraneorum quia generales vicarij episcoporum habent ordinariam iurisdictionem, & idem tribunal. & Consistorium cum episcopis, non autem foranei vt & ideo quia instituere clericum in beneficio spectat ad iurisdictionem episcopalem c. conquerente, vbi latè, Abb. nu. 2. extra de offic. ordin. post spec. tit. de iurisdict. om. iud. n. 32 c. cum exiniunctо in fine, vbi Abb. extra de hæret. & d. c. ex frequent. vbi Abb. Vicarius Generalis Episcopi poterit instituere sicut episcopus. Ad text. in cap. fin. de offic. vic. in 6 respondetur quod loquitur de collatione beneficiorum, quæ licet quandoque sumatur pro institutione, vt superius dictum fuit 3 tamen differt ab institutione secundum glos. in dict. capitul. fin. in verb. non possunt, quod probatur, nam capitulum sede vacante potest instituere, dict. capitul. 1 vbi Doct. de instit. in 6 & tamen nec potest conferre beneficia spectantia ad collationem episcopi, cap. illa, & ibi Doct. extra ne sede vacant. cap. vnico § cum verò eod. tit. lib. 6.

Ampliatur primo, vt vicar. possit recipere, & admittere resignat. simplicem in eius manib. factam alicuius benefic. spectantis ad episcopi institutionem. vel collationem, tanquam ipsius institutionis præambulum, vt per similia latè Pauin. comprobat in cap. sede vacant. 3 part. q. 2 n. 11 cum seqq

Ampliatur secundo, vt non solum Vicar. Episc. præsentatum instituere possit, sed etiam ex officio, vel ad istantiam partis cogere ecclesiastic. patron. post præsentationem ad dandam, & conferendam partem congruam vicario cum qua valeat vitam suam, & cætera consequentia supportare Cappel. Tholos. q. 148 & seq. Dicens ita fuisse obseruatum per glos. in c. fin. de offic. vicar. in 6 & tex. in clem. 1 de iure patron.

Ampliatur tertio, vt si sit discordia de iur. patr. potest de illa eccles. tollere reliquias, & ostia claudere, & inhibere ne celebret. in ea, & ibi constituere œconomum, qui conseruet fruct. donec de rectore prouideatur, vt de episc. leg. in c. 1 de iur. patr. & c. cum vos extra de offic. ord. Berrh. de episc. circa princ. n. 150. ad finem tit.

Limitatur vt vicarius episcopi non possit se ipsum instituere sicut nec præsentare c. per nostras de iure patron. c. fin. extra de institu. Paris. de potestate cap. sede vacant. 2 part. princ. q. 5 n. 9 vbi ampliat etiam in substituto quod non possit substituentem instituere.

[a] ¶ Constitutus.] Et sic apparet, quod capitul.

Præterea de ætat. & qualit. quantum ad institutionem est correctum? vt not. in capit. fin. de instit. in 6 & in c. 1 de constit. in 6 in ver. facti.

ALOYSIVS RICCIVS. In rectorem parrochialis ecclesiæ potest præsentari etiam non in sacris constitutus, h. d. vnde animaduertendum est, quod nominatio facta per patronos etiam de non clerico, dummodo nominatus antequam præsentetur personaliter ordinario sit Clericus effectus; nam duo tempora in hac materia inspiciuntur primum nominationis, alteram præsentationis, videlicet quando nominatus à patronis personaliter subijcitur, oculis Ordinarij, qui debet illum instituere, vt possit videre, & examinare an sit idoneus ad regimen beneficij cap. cum nobis, & cap. cum olim, & cap. vlt. de election. in 6 quamuis igitur patroni primo tempore laicum nominent non propterea fit irritus actus cum illa nominatio non tribuat ius aliquando nominato, Sarnen. ad regulam de non tollen. iur. quæstio. 1 vnde Abb. in capit. vlt. de iure patronatus numer. 4 dicit per nominationem, seu electionem à patrono factam non transferri aliquod ius speciale in electum cum ille actus nominandi, sit tantum quoddam initium ad institutionem obtinendam, & in his terminis quod nominatio facta per patronos laicos etiam de non clerico ad beneficium sit valida fuit tantum per Rotam in vna Burgen. Abbati c 19 Decembris 1588. Coram Penia, vbi ad iura in capit. Sacramenta, & in capit. munera de elect. & aliàs relata per Lambert. de iure patronatus, lib. 2 p. 1 qu. 7 art. 7 dicentia præsentationem de laico factam esse nullum, fuit responsum quod sunt intelligenda de præsentatione propriè dicta, quæ tunc fiat cum præsentatus. Coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem acceptaturus.

do aliàs sit idoneus, & infra tempus à iure constitutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit, promoueri valeat. Collatio autem fieri non potest, nisi in persona eius, qui saltem sit in subdiaconatu [a] constitutus.

Potentia actui proxima habetur pro actu ex dispensatione, h. d.

Cum his tamen, qui in minoribus sunt ordinibus constituti, si tales sint, quia infra breue tempus [b] possint in presbyteros ordinari, dispensari [c] poterit.

Patronis defertur circa honorem, & vitæ necessaria subministranda, h. d.

Defertur [d] autem patronis non solum circa præsentationem: verum etiam circa honorem processionis, [e] & circa necessarium vitæ subsidium. Nam si, aut ipsi, aut illorum filij ad inopiam [f] redacti fuerint, illis erit modestè [g] ab Ecclesia succurrendum. [h]

Ius patronatus tollitur cessione, collegio, constitutione, Ecclesiæ destructione, h. d.

Secundum honor. processionis. Tertium quod consequitur alimenta, si deueniat ad inopiam. Adde, & quartum, quod ponitur sup. eod. § licebit, scilicet ius defendendi. Ita enim sibi ecclesiæ suæ incumbit defensio, vt possit presbyterum denunciare, si sit dilapidator, vel alias inhonestus: vt habetur, 16 quæst. 7 cap. filijs, & per Abb. in cap. nobis eod.

ANT. TIMO. Plures habet vtilitates patronus ab Ecclesia, vnde illud patrono debetur bonorum onus, vtilitasque, præsentet, præsit, defendat, alatur egens. Sunt, & patrono ab ecclesia certa quædam onera: nam tenetur eam defendere ab omnibus oppressionibus, vt 16 q. 7 c. filijs.

a ¶ In subdiaconatu.] Nec mirum, cum, & in Episcopum possit subdiaconatus eligi, capitul. à multis, de ætat. & qualit. & supr. de elect. § igitur.

b ¶ Breue tempus.] Argument. quod non interest quod fiat, in præsenti, an breui tempore post, censentur enim inesse quæ fiunt in continenti, l. lecta, ff si cert. pet. Et habetur pro accincto proximè accingendus l. penult. ff de mil. test. Et qualiter interpretabimur hanc breuitatem temporis, vide quæ traduntur in cap. præterea, de ætat. & qualitate.

c ¶ Dispensari.] Per Episcopum: nam ex quo ius permittit dispensari, nec Papa ius dispensandi sibi reseruauit, dicetur id etiam inferioribus concessum secundum Ioan. And. in capitu. licet canon. de elect. in 6 & sequitur Abb. in dict. capit. præterea.

d ¶ Defertur.] Not. ex hoc, § tria, quæ consequitur patronus ex iure patronatus, primum quod præsentat, patrono debetur honor præ cæteris laicis in sessionibus, vel actibus similibus. Vel dic vt per Abb. in capitul. nobis, eod. vnde sumitur.

e ¶ Processionis.] Sed qualis est hic honor processionis? Respond. quidam intelligunt, quod cum patronus vadit ad ecclesiam, debet prælatus cum clericis sibi obuiam procedere, quod intellige si patronatus sit magnus, & cui hoc conueniat, puta Rex, vel magnus Princeps, & hoc seruatur Venetijs in Ecclesia Sancti Marci, in qua Dux habet ius patronatus.

Vel aliter, quia patrono debetur honor præ cæteris laicis in sessionibus, vel actibus similibus. Vel dic vt per Abb. in capitul. nobis, eod. vnde sumitur.

f ¶ Ad inopiam.] Sed quale est istud priuilegium patroni pauperis cum ecclesia teneatur subuenire pauperibus indistinctè 16 quæst. 1 capitul. quoniam, & 12. quæst. 2 capitu. aurum? Respond. largius subueniret patrono quàm alijs, capitul. cum in officijs de testam. & not. in capitul. quicumque 16 q. 7. Item pauperes non habent actionem contra ecclesiam: vt not. in capitul. sicut hi, distinct. 47 & capitul. exigunt 1 quæst. 7 & per Butr. in capitul. 1 de empt. & vendict. sed patronus habet actionem per capitul. quicumque, & cap. nobis, eodem.

g ¶ Modestè.] Habita ratione qualitatis personæ ipsius patroni: argument. l. ius alimentorum, ff vbi pupil. educa. & magis ei, qui quandoque fuit diues quam ei, qui numquam: vt capitul. non cogantur, distinct. 41.

h ¶ Succurrendum.] Intellige quando patronus in summam egestatem deductus est, vt accidit Perusiæ in nobili, siue de familia Guidalotorum, cui ad extremam inopiam redacto subuentum fuit à Magnifica Sapientia noua, in qua habebat præsentationem quorundam scholarium, & quæ fundata fuit à quodam episcopo illius familiæ. Item intellige quando familiæ supereft, vt not. in capitul. quicumque 16 quæst. 7 & capit. nobis eodem.

Tollitur. CASVS ita figuratur. Cum orta esset controuersia inter episcopum certæ diœcesis, & quosdam ecclesiæ patronos, episcopus enim dicebat ius

patronatus

patronatus esse extinctum cessione, tam tacita, quam expressa, vel loci consumptione & destructione seu alicuius delicti grauitate, aliter enim Ecclesia grauaretur, quia ius ei altero ex ijs modis acquisitum non teneret: quod esset inconueniens, argument. capite 1 de consuet. Patronus autem dicebat oppositum per cap. decet de reg. iu. in 6 Solut. tamen est sequenda, quam hic legimus: & ratio est quia ius patronatus in hac part. est simile seruituti vsus fructus, vnde non obstat. cap. decet quia verificatur regulariter, & ex parte sui secus causa aliqua legitima concurrente, & tua dente. Not. primo argumentum quod extincto fundamento, extinguitur quoque ædificium de super factum, vt census, Emphiteusis, & simil. Not. causam extinctionis istius iuris reduci ad voluntatem, culpam & rem ipsam.

Tollitur ius patronatus cessionis vt puta cum quis id Ecclesiæ, in qua ius habet huiusmodi, conferendum duxerit. [a] Item si quis Ecclesiam sine sui reseruatione iuris [b] collegiatam [c] fieri patiatur, [d] eo amplius constat, si ædes sacræ incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio suo corruerint, extingui ius patronatus necesse est. [e]

Patronus delinquendo amittit ius patronatus. hoc dicit.

Sed & si patronus ausu nefando Rectorem vel clericum ipsius Ecclesiæ per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausus fuerit tam alias pœnas, [f] quam iuris patronatus amissionem [g] sustinere debet. Idem iuris est si patronus renunciaret ius patronatus quod ita procedit si enim ipse fundaret ius patronatus ad libitum potest illud renunciare, & mutare, si verò ius patronatus descendat ab eius antecessoribus, & tunc. renuntiatio nocet tantum renuncianti, non autem illis qui ordine successiuo vocantur. ad ius patronatus post mortem renunciantis, quia prior in gradu nõ potest præiudicare sequentibus in gradu glos. in l. peto § fratre in verb. ex familia ff de leg. 2 & in proprijs terminis tenet gl. in c. vnic in verb. idem de iure patron. in 6.

Potest etiam extingui per derogationem summi Pontificis si expresse id constet: nam potest summus Pontifex derogare cuicumq; iuri patron. si expresse id velit, vt latissi. probat Couar. lib. vni pract quæst. c. 36 & ego ipse dec. 195 Igitur si in rescrip. Papæ non fiat mẽtio iurispatronatus, non censetur ei derogatum, & potius reseriptum præsumitur subreptitium, & in hoc omnes conueniunt.

Secundo si ius patronatus pert. ad Eccl. & in rescripto summi Pont. adsit clausula generalis derogatoria (ad cuiuscumque præsentationem bene. pert.) tum dicitur derogatũ iuri patronatus Clericorum vt habetur locis citatis.

At si simul ad Clericos, & ad laicos spectaret ius patr. non censetur ei derogatum per dictam clausulam quia in re ind. non debet laicus detinere damnũ ratione socij Couar. d. capite 36 num. 1 Reg. vbi sup. nu. 227 § not. est 4.

Tertiò si solum spectet ad clericos requir. special. derogatio, nec suffi. gen. & in hoc omnes conuen. etiam si adsit claus. (ad cuiusc. present. spectat vt laic.) vt habetur locis citatis, & post Couarr. & alios post Reginal d. tract 3 n. 227 & procedit etiam si laici patroni essent in pacifica possess. & non constaret se esse veros Dominos, vt post alios probat Couarr. libr. 1 var. resolut capitul. 6 nu. 6 quem sequitur, Vasq. capitu secundo § primo dub. 11 numer 28 quia sufficit bona fides possessoris, vt non censeatur summus Pontifex derogasse in genere. Est benè verum quod per talem derogationem non intelligitur derogatum iuri patronatus spectanti ad Reges, Duces Marchiones, aliosque principes præcipuè habentes Iura imperij, nisi impresse in rescripto Pontificio fiat mentio, vt notant citati authores, & habetur in reg. 4 Cancellariæ vt Refert. Reginal. loco citato latissimè Garz. part. 4 de benef. capite 1 num. 214 cum seq.

ANT. TIM. Ea, per quæ istudius patronatus tollitur, vel transit in aliam personam quæ his versibus à quibusdam afferuntur.

Iura patronatus transire faciat nouus hæres.
Res permutatur donatio venditioque.

Adduntur alij modi, vt in text. Verum si publicentur omnia bona alicuius propter crimen, etiam læsæ maiestatis per sæcularem iudicem, filius non priuatur iure patronatus, quod pater habebat: nam illud à Papa habet. Arc. in cap. filijs 16 quæst. 7 intellige quando lis est cum aliqua vniuersitate sæculari.

a ¶ Duxerit.] Quo casu Ecclesia remanebit libera: vt habetur in capitul. 1 eod in 6 Et idem esset si patronus venderet ius patronatus ipsimet Ecclesiæ, quia adhuc remaneret libera, non ratione contractus, quia improbatur à iure: sed quia patronus ob delictum suum venit spoliandus, vnde consequenter Ecclesia remanet libera, vt per Abb. in capitul. quia clerici. eod. in fin.

b ¶ Reseruatione iuris.] Ergo si reseruabit sibi ius, poterit præsentare in Ecclesia collegiata, vel coeligere, quod satis videtur posse fieri, capitul. nobis eod. Sed contra capit. sacro sancta & capitul. Messana. de elect. Solut. vt ibi.

c ¶ Collegiatam.] Quod quando accidat, dic, vt per Abb. in capit. nobis. eod.

d ¶ Patiatur.] Benè patiatur, quia aliàs eo inuito non potest Ecclesia patronata fieri collegiata, vt concluditur in cap. nobis, eod. & in cap. cum accessissent. de constitut.

e ¶ Necesse est.] Quia sublata substantia necesse est accidens interire, l. si seruum, § 1 ff de act. emp. & inst. de vsufruct. § fin Fortè idem si Ecclesia detineretur ab infidelibus, argument. l. cum loco ff de relig & sumpt. funer.

f ¶ Pœnas.] Quæ ponuntur in capite in quibusdam, § fin de pœn.

g ¶ Amissionem.] Et sic ius patronatus deuoluetur ad Ecclesiam, cui facta est iniuria, 17 quæstiones quarto capitul. si quis deinceps & capitul quisquis, & habetur in capitul. in quibusdam, & in capitul. ad aures de pœn.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabilis ex isto § causas ob quas Ius patronatus tollitur, 1 extinguitur combustione Ecclesiæ patronatæ, vt docent omnes sic etiam per simoniam. Item per hæresim, vt post alios notat Reginaldus. lib. 3 tract 3 num. 233.

Extingitur etiam per renuuciationem, si nempé patronus renunciaret Ius patronatus quod ita procedit si enim ipse fundaret ius patronatus ad libitum potest illud renuciare, & mutare, si verò ius patronatus descendat ab eius antecessoribus, & tunc. renuntiatio nocet tantum renũcianti, non autem illis qui ordine succeſſiuo vocantur. ad ius patronatus post mortem renunciantis, quia prior in gradu nõ potest prę-iudicare sequentibus in gradu glos. in l. peto § fratre in verb. ex familia ff de leg. 2 & in proprijs terminis tenet gl. in c. vnic in verb. idem de iure patron. in 6.

tronus efficiatur hæreticus * :cum enim bona hæreticorum vniuersa sint confiscanda:[a] merito cum ista vniuersitate [b] etiam Ius patronatus interibit.

* Si patronus efficiatur hæreticus] In Gallia ius pat. per hæresim ó extinguitur sed interquiescit ita vt patr. ad gregem Eccles. reuersus aut conuersus ius pristin. Patronatus recipiat Beug. & Pinson de benef tit. de onerib. Ecclesiam § 6 n. 12 & 13 SOLIER.

a ¶ Confiscanda.] vt cap. excommunicamus 1 & 2 de hæret. in antiq. & cap. eum secundum de hæred. in 6.

b ¶ Vniuersitate.] Cum qua, & aliàs ius patronatus transit cap. ex literis, eod. & sup. eod § donatione.

DE CLERICIS NON residentibus.

DE CLERICIS NON Residentibus.

TIT. XXIX.

Clerici nõ residẽtes
- Qui puniẽdi.
  - qui deserũt sine causa.
  - Qui nolunt.
- Qui excusandi
  - Papæ inseruientes.
  - Negotiis Ecclesię.
  - Ob studia.

PEr proximos præcedentes, titulo præsupponitur, Clericos esse beneficiatos, vnde cum propterea teneantur Ecclesiæ seruire, Ideò post titul. præcedentes proponitur modo iste qui diuiditur in 3 part. in prima habetur qualiter Clerici teneantur ad residentiam: in secunda qualiter excusentur: in tertia fit Epilogus supra dictorum: secunda ibi iuste: tertia ibi, hæc

ALOYSIVS RICCIVS Omnes obtinentes beneficia curata tenentur residere hoc dicit ex non residentia Episcopo non nulla mala sequi manifestum est, nam Celerici efficiũtur irreligiosi sęculares irreuerentes perit doctrinæ puritas pauperes nimis patiuntur, & alia munera pastoralia obiri non possunt Concil. Trident sess. 23 capit. 1 & non nullas hæreses ortas esse probat Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punitione libro 3 capitul 4 nam vt ait Saluator lupus rapit, & dispergit oues quando non adest pastor Ioann. 5 & lupi sunt Tiranni, vel hæretici proinde præcipua vigilantia Episcopi debet versari circa residentiam, dicitur enim Episcopus Nimphagogus, & pronubus, ideo cum eius assiduè præsentialiter commodari debet Greg Nazianz. in Apolog. 1

Episcopi enim obligantur de iure diuino ad residentiam, vt latè per Gonzalez, gl. 41 num 8 etiam si sit Cardinalis cap. 1 de clericis non residentibus ita vt sępè declarauit Sacra congregat. Concilij, vt officium inquisitoris etiam maioris non excuset Episcopum à residentia in propria diœcesi, & non residentes multis plectuntur pœnis, de quibus in Conc. Triden. sess. 6 c. 1 de reformat. sess. 24 c. 1 & in Constit. Pij IV. quæ in Bullario est 17 Parisius de resignatione beneficij l. 1 q. 10 nu. 32 cum sequent.

Et propterea ad effectum, de quo supra statutum est, Episcopus habeat proprium domicilium in sua Ecclesia seu diœcesi Rota in decis. 10 nu. 2 de appellat. in nouis & decis. 83 eod. ti. in antiq. Fel. in cap. dil. num. 2 de resc.

Sed quæro an hodie beneficia curata post Concilium Tridentinum sess. 23 de reformat c. 1 § eodem omninò & per totum requirant magis enixam, & præcisam residentiam, quã ante dictum Concilium concludo quod sic, ac propterea quamuis Parrochus posset ante Concilium studiorum causa per septennium de ordinarii licentia abesse vt probatur in capite cum ex eo 33 de electione lib. 6 latè per Bernardinum Diaz. & ibi ad. ditionatorem Salcedum in praxi crim. cap. 51 Nauarr. in Manuali. capite 23 num. 120 Rebuffum in praxi tit. de dispensatione de non residendo n. 25 Hodie tamen ordinarii minimè possunt talem licentiã cõcedere, nec Parrochi studiorum causa absentiam facere, vt declarauit Sacr. Conc. Tridentinus congreat. dicens.

Obtinentibus Parochiales Ecclesias post Conc. Trid. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur.

Et potest esse ratio nã cum hodie per d.c. 18 sess. 24 Eccl. Parrochiales prouideãtur per cõcursum, præsupponitur quod ille q, tanquã idoneus Parrochialem Ecclesiam, per concursum alios superando assecutus fuerit iam prius ita studuerit, quod studiorum causa abesse necesse non sit & ideo cessat occasio absentiæ, ne sub hoc prætextu seruitium defraudetur.

Et quia post Conc Trid. promulgationem nonnulli occurrerunt, ad Sedem Apostolicam pro obtinenda licentia de in absentia studiorum causa fructus percipiendi, & eam obtinuerint in graue Parrochialium Eccle. præiudicium resultabat, Pius IV. fecit quamdam constitutionem sub data 24 Nouemb. 1564 quę est in Bullario 113 per quam sanciuit quod tales licentiæ concessæ nullatenus suffragarentur nisi ordinarij cõsensus accedat.

Sic etiam Rector, Parochialis abesse non potest pro legendo in Ciuitate Cathedram Grammaticæ, quamuis alius idoneus qui legeret non inueniatur, vt dixit eadem Sacra Congregatio per hæc verba.

An deficiente magistro Grammaticę in ciuitate possit in ea curatus habitare relicto idoneo Vicario & approbato cum congrua mercede in Parrochiali, dummodo solemnibus interfit, congregatio censuit non posse.

Et quamuis Episcopus queat in suo seruitio occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis & fructus in absentia percipient nam seruiendo Episcopo Ecclesiæ inseruire dicuntur, cap. de cetero cap. ad audientiam de clericis non residentibus, l. fin. tit. 8 Parcita prima q̃ iura non sunt derogata per Conc. Trident. sess. 24 ca. 12 vers. præterea de reformatione, vt consuluit Nauarrus cons. 1 & 2 de Clericis non residentibus.

Ita. vt etiam locum habeat in Canonicatibus Doct. Magistr. vt fuit resolutum in Rota in vna causa Placentina fructuũ 114 Martij an. 1550 testę Puteo decis 294 incipit in vna Placentina lib. 6 quod est satis notandum.

Tamen non potest Episcopus Rectorem Ecclesiæ Parrochialis extrahere à seruitio Parrochialis, & illum occupare in seruitio ipsius Episcopi Ecclesiæ Cathedralis vt exerceat officium Vicarij, Visitatoris vel secretarij seu in alio Ministerio occupetur, vt similiter Sacra Có-

cil. Trident. Congregat. censuit dicens.

An Episcopo liceat pro Cathedralis Ecclesiæ seruitio, & item suo aliquem ex curatis suæ diœcesis ex ipsorum Ecclesiis constituto in illis idoneo Vicario ad certa negotia adhibere, qui quando in huiusmodi sunt seruitio suis Ecclesiis minimè abesse censeãtur: Congregatio censuit non licere, & iterum.

An si Episcopus iudicauerit expedire vti opera alicuius curati pro secretario foraneo possit abesse vel excusetur à residentia dummodo cura suæ Ecclesiæ diligenter exerceatur, Congregatio censuit non posse. Item.

Episcopus non potest vti opera Parrochi in visitatione, vel alio seruitio suæ diœcesis nisi pro tempore duerum mensium à Concilio permisso, & idoneus Vicarius deputetur.

Sed sanè videtur quod supradicta etiam locum habeant inspecto loco iuris communis quia d. tex. in d. c. de cætero, & c. ad audientiam solum loquitur de Canonicis, & licet aliqui Doctores extendant, vt á fortiori locum habeant in aliis beneficiis dummodo concurrat, dispensatio Episcopi, vt Ioan. And. In d. c. ad audientiam vers. dici potest quem ibi sequitur. But. num. 9. Cardinalis, q. 4. Imola num. 13. Anania in principio Anchat. notab. 3.

Tamen hoc non ita indistinctè admittendum est, sed ita demum si concurrat vtilitas Ecclesiæ iuxta distinctionem Abbatis in d. cap. ad audientiam nu. 8 Ioannes Selua de benef. 4 p. q. 6 nu. 33. Rota in vna Calaguritana fructuum 18 Martij 1558 corã Bubalo, quæ hodie est decis. 222 par. 2 diuersorum, in impressis, vbi propterea fuit resolutum, quod Episcopus Calaguritanus non potuit extrahere quendam portionarium Ecclesiæ Cathedralis non capitularem, vt exerceret officium Vicarij generalis in eadem diœcesi, & quod illud non redundabat, in vtilitatem Ecclesiæ num. 6 aliud dicat quoad Vicarium electum à Capitulo sede vacante, quia ille faciet fructus suos non residendo cum Paulno de officio & potest capitul. Sede Vacante, 2. par. q. 10 sub num. 5 Rebuff. in praxi titulo de Vicaria num. 4.

Immò, & quod magis est Parrochus non excusatur, à residendo pp. officium inquisitoris, vt pariter eadem censuit Congregatio dicens Inquisitoris officium exercens à residentia Parrochialis non excusatur.

Neque etiam excusatur subcollector Apostolicus, vt sequentibus verbis Sacra respondit congregatio. á residentia non excusatur, exercens officium sub Collectoris Apostolici.

Neque lis mota super eadem Parrochiali, in solo petitorio non autem in possessorio eum à residentia excusare valet, & censuit ipsamet Sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum, obtinens Parrochialem Ecclesiam per prouisionem Sedis Apostolicæ, & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum fructuum, & prouentuum, ad dictam Ecclesiam Parrochialem pertinentium possessionem 3 licet in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuit per aliquem, in petitorio tamen tenetur ad residentiam in dicta Ecclesia.

Lege etiam Hispana 27 tit. 3 lib 1 recopilationis dicitur iustum esse quod omnes curata beneficia in illis Regnis possidentes in suis Ecclesiis residere, & inseruire teneantur & exhortatur Prælatos, vt desuper particularem curam adhibeant.

Hodie tamen post Concil. Trident. talis exemptio moderatur, & limitatur quoad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alias quascunque personas curam animarum habentes in propriis Ecclesiis residere nolentes, vt plenè habetur in constitutione 115 eiusdem Pij Papæ IV. incipit in suprema.

In reliquis verò prædicta exemptio Curialium salua, & intacta remanet l. præcipimus in fine, C. de appellat. l. sancimus, C. de testam. Caputaq. decis. 81 num. 7 & 8 part. 2. Menoch. de Præsumpt. lib. 6 Præsumpt. 36. à num. 1. cum seq. dummodo non disponatur ad fauorem illegitimæ prolis, vt cauetur per Constitut. 120. Pij V. incipit quæ ordini Ecclesiast. alia etiam plura circa priuilegia Curialium di xi in gloss. 4 à num. 147 vsque 159.

si conferatur beneficium non idoneo ad residendum, & patronus priuandus est beneficio, & collator conferendi potestate. h. d.

DEbent autem hi, quibus Ecclesiastica ministeria sunt committenda, tales deligi, qui & residere * in Ecclesia, & curam demandati sibi officij per se ipsos [a] valeant exercere: quod si alter actum fuerit, & qui recepturus fuerit, quod contra sacros Canones acceperit, amittet, & qui dedit, largiendi

DEbent autem.] CASVS. Quidam Clerici beneficiati volebant in suo beneficio residere, & cum ab Episcopo loci ad id cogerentur excusabant se ea ratione, quod beneficia sunt eis concessa, ne cogerentur mendicare, iux. not. in c. cum secundum, de præb. ac etiam grauarentur multiplici onere, cum teneantur ad horas Canonicas c. 1 de celebr. Missæ clemen. 1 eod. quod videtur inconueniens. Sol. tamen vt hic legimus, quia beneficia, & Sacramentum Ordinis eis annexum sunt ad hunc finem à principio regulariter instituta, & ordinata, vt clerici ad diuersa seruitia pro salute fidelium teneantur, & ideo etiam obiectiones videntur cessare cum ipsa sint causæ partiales, & limitatiuè locum habeant. Not. primò benef. Eccles. de iure communi requirere residentiam, licet de iure speciali aliter aliquando postea contingat. Not. 2 quod in promotione clericorum ad beneficia eligitur industria personæ, & ideo promouentur magis idonei, cap. constitutis, de appell.

* Residere.] *Ius speciale Gallis circa residentiam* vt nec ipse Papa possit circa residentiam cum obtinentem Theologalem præbendam dispensare quia ex concordata § 1 de collat. tenentur ad omnes residentiæ, lecturæ, & Prædicationis idem de Parrochis, aut Curatis: nisi licentia Apostolica auctoritate Regia firmetur & vtrumque diploma in summo tribunali verificetur, Ferret de abusu. lib. 3 cap. 1 n. 13. si tamen ex fundatione insita sit residendi necessitas nulla dispensatione siue Papæ, siue Regis relaxari potest idem ibid. improbatur etiam in Gallia omnis non residentiæ consuetudo in benef. illam de iure requirentib. ac statutum quo in vna dumtaxat hora præsens totius diei distributiones vsurpat. vt pragmatica sanctione cauetur, § iubet, tit. quo quisq; tempore debeat esse in Choro, nec enim ille titulus per Concordata fuit abrogatus non secus ac hi tres alij quomodo Diuin. Officium sit celebrandum qualiter horæ Canonicæ dicendæ sunt. Et de his qui tempore Diuini seruitij vagantur per Ecclesiam vt nostri passim ingerunt. SOLIER.

a ¶ Per seipsos.] 21 quæst. 1 & dist. 70 cap. sanctorum & distinc. 71 cap. clericos, & dist. 91. cap. Eleuterius, & c. 3 eo. Quando que tamen potest quis deseruire per Vicarium, vt cum Parrochialis Eccles. annexa est dignitati, vel præb. Item si rationabilis consuetudo aliud induxerit: vt per Abb. post antiquos in d. capitul. 3.

ANT. TIM. Residentia enim respicit personam nam residere in Ecclesia est in ea seruire benef. & eius curam habere personaliter, Goffr. c. quia non nulli, de cler. non resid. Et non residere dicitur, si personaliter non persistit, & beneficio non inseruit secundum gloss. An verò sit de iure diuino, disputatum fuit in Trident. Concil. Vide quæ scribit de hoc Thom. Campegius in opusculo de residentia Episcoporum, & quando teneatur residere, & in quo casu non, vide S. Tho. in 2. 2. qu. 185. art. 4 & Caiet. in art. 4 vbi sustinuit eam sententiam, quod esset de iure diuino residentia.

a ¶ Priuabitur.] Non ipso iure, sed per sentẽtiam, ob verbum, priuabitur, quod futuri, temporis est, secundum aliquos in cap. Rodulphus, de rescrip. & per Alexandr. in l. Imperator, ff de iu. fisci. Sed immò contra, quod ipso iure, capitul. cum in cunctis de elect. Solut. illud capitulum procedit solùm in dignitatibus ibi positis, & quoniam fuit facta collatio patienti defectum in ætate, in moribus, in sciẽtia, & in natalibus: in aliis verò non habet locum illa pœna, quæ imponitur ipso iure. Quod autem hic dicitur, habet locum in conferente beneficium ei, qui non valet per se in beneficio residere: aliàs tamen est sufficiens, vt not. Abb. in cap. ex tuæ ext. eod. in fin.

ANT. TIM. Ita ex gestis, capitul. quia nonnulli, & c. relatum, & demum toto titulo de cler. non resid. & capitul. peruenit. 2 de appell.

b ¶ Ecclesias.] Sed videtur species simoniæ, quod residere in Ecclesia, vel non residere est causa consequendi fructus, vel non consequendi? Respondeo, quod hoc fit lege permittente, capitul. cum secundum, de præbend. & sup. de præben. § 1. Vel dic quod non debet quis residere ad consequendos fructus principaliter: sed gratia inseruiendi diuinis, in consequentia tantum consequitur fructus: aliàs si Canonicus principaliter accederet ad Ecclesiam propter lucrum esse simonia saltem mentalis. Not. in cap. vnic. de cler. non resid. in 6 & per Abb. in c. ex par. 2 de offic. deleg.

c ¶ Necessaria.] Sed & si subsit huiusmodi necessaria causa, debet nihilominus peti licentia ab Episcopo capitul. relatum eod. & de consecrat. distinct. 5. capitul. non oportet, & not. in capitul. inter quatuor ext. eo. propter necessitatem tamen subito occurrentem posset quis se absentare sine licentia prælati, habetur in dict. capitul. relatum, & in cap. inter quatuor. Idem secundum aliquos, si consuetudo esset, quod non requiratur licentia, Episcopus autem non dabit licentiam nisi ex causa, & non nisi relinquat vicarium, is qui vult abesse, se, vt per Abb. in cap. fin. eo. & in ca. licet de præb. & in cap. quoniam, § 1 vt lit. non contesta.

d § Moniti.] Et ista monitio sufficit, quod fiat per viam simplicis requisitionis, nec requiritur solemnis citatio, sed sufficit, quod sit extraiudicialis Abb. in cap. peruenit. 2. de appellat. & in capitul. ex tuæ ext. eod. & in capit. qualiter eodem titul. & an requirantur plures, vel sufficiat vna per Abb. in cap. cum causam de offic. deleg.

ANT. TIM. Vide quæ pulchrè disposuerit circa hanc materiam residentiæ Concil. Trid. sess. 6 cap. 1 & 2 de reformat. late etiam Nauar. in Man. c. 25 nu. 121 Curatis enim præcepto diuino mandatur suas oues curare, & agnoscere. Ioan. 21 vide Concil. Trid. sess. 23 cap. 1 de reformat. & in Bulla Pij IV. de residentia prælatorum, & cap. incipiente. In suprema militantis Ecclesiæ, & cap. vltra canones antiquos.

e § Congruo tempore.] Quod erit arbitrio Episcopi computandum, qui considerabit circũstantias debitas viarum, & distantiæ, cap. cum sit Romana de appellat. & in ca. cupientes post princip. de elect. in 6.

f ¶ Expectati.] Puta per mensem post receptionem literarum, cap. qualiter vbi not. extr. eodem.

g ¶ Priuari poterunt.] Vt cap. inter quatuor, eod. & habetur in cap. ex parte eod. & hoc intellige nisi monitus legitimam habeat excusationem superuenientem, ob quã venire non potuerit, vt quia erat infirmus, 7. quæst. 1 c. præsentium, vel ob capitales inimicitias, cap. bonæ, de elect. vel ex alia causa simili: vt in cap. inter, & c. fin. eod. in quibus casibus, si procederetur, contra ipsum, non præiudicaretur ei, arg. cap. in nomine Domini, ext. de testa. & est valde not. quod impedimentum superueniens, ei, quis dedit operam rei illicitæ, non sit ei imputandum contra l. 2 ff si qui caut. sed secundum Abb. in dict. c. inter quatuor potest dici, quod imputabitur isti absentia, vt puniatur alia pœna, quam priuationis.

potestate priuabitur. [a]

Qui sine causa non residet, post monitionem priuandus erit, & quæ sint iustæ causæ non residendi. h. d.

Si tamen ab initio idonei ad residendum reputati, postea Ecclesias [b] vel præbendas sibi concessas, sine iusta, & necessaria [c] causa deferant, si moniti, [d] & congruo tempore [e] expectati [f] non redierint, eis priuari poterunt. [g]

Quæ sint iustæ non residendi causæ. h. d.

Iustæ non residendi causæ sunt, veluti si quis aut Romano Pontifici, [h] aut proprio

ANT. TIM. Nota; quod vltra pœnas, quæ irrogantur in foro contentioso, clerici non residentes in beneficiis suis, & in eis officia sua non implentes: sed voluptatibus vacantes peccant mortaliter, & nihil iuris habent in fructibus rerum ecclesiasticarum: & si dictos fructus recipiunt, restituere tenentur secundum Arch. Floren. 3 par. tit. 2 c. Nam redditus Eccles. sunt stipendia seruientium d.c. quia nonnulli 1 de cler. non resid. vide Conc. Trid. in dd. locis sess. 6 & 23 & Man. Nau. loco citato.

Iustæ CASVS. Cum clerici teneantur ad residentiã, vt sup. est demonstratum, fuit propterea dubitatum inter scholares, an aliquo casu possent ab ea excusari, & ratio dubitandi est, quia obligatio acquisita non potest tolli, sicut res Ecclesiæ non possunt alienari arg. capit. nulli de rebus Eccles. non alienan. Solu. tamen vt hic habetur, quia à iure aliquando debemus recedere, § nisi rigor. 1 q. 7 & hinc cessat quoque obiectio not. ex hoc tex. ad argumen. quod etiam iura, quibus alicui est aliquid acquisitum, possunt cum causa aliquando limitari, quia mens legislatoris est semper sequenda, l. siue ll. contra legem, ff de legib.

h ¶ Romano Pontifici.] Cap. dilectus, eod. & per Abb. in capit. olim de verb. sign. Seruientes enim Papæ, videntur seruire vniuersali Eccles. Sed quid dicemus de eod. quid est in seruitio legati de latere? Doc. videntur sentire, quod sit idem quo ad suam prouinciã. Vide per Abb. in d. c. cum dilectus, vbi, & quid in seruientibus Archiepisc.

ANT. TIM. Causas obiter enumerat Concil. Trid. sess. 24 c. 1 his verbis. Nam cum Christiana Charitas,

vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Eccles. vel reip. vtilitas aliquos nonnumquam abesse postulent, & exigant, &c.

Epiſcopo [a] obſequium exhibeat. [b] Item ſi iura, & negotia Eccleſiæ ſuæ fideliter proſequatur [c] aut ſi vt ſtudiorum cauſa [d] abeſſe poſſit, eſt alicui ſpecialiter indultum, [e] & ſi quæ ſint aliæ ſimiles. [f]

Ad memoriã iuuandã conducit repetitio. h. d.

Hæc de præbendis, & dignitatibus, atque illarum prouiſionibus [g] dixiſſe nos ſufficiat. Verùm quia in hoc tractatu diffusè immorati ſumus, vt ſequentia præcedentibus melius contexamus, [h] quædam in memoriã [i] reducimus.

Epilogus totius libri.

Perſonarum ergo quidam laici ſunt, quidã clerici. Rurſus clericorum quidam ſunt in ſacerdotio conſtituti, quidam in ſacris, licet non in ſacerdotio, quidam nec in ſacris, nec in ſacerdotio, Eorum rurſus, qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, quidam ſunt in celſiore gradu, vt Epiſcopi: quidam in inferiore, vt presbyteri. In ſacris verò dicuntur conſtituti diaconi, & ſubdiaconi. Qui verò, nec in ſacerdotio: nec in ſacris reperiuntur, ij ſunt qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti.

Tam clerici, quam laici poſſunt eſſe monach. h. d.

Cæterũ, quoniã adhuc quidã in Eccleſ. sũt, qui non minus in laicatu, [k] quã in clericatu conſtituti Domino deſeruiunt, vt ſunt regulares, ac Monachi: reſtat, vt de

a ¶ Proprio Epiſcopo.] Cap. de cætero. Idem in prælatis inferioribus: vt per Abb. in dict. capit. de cætero quotidianas tamen diſtributiones non habebit: non dantur enim nõ reſidentibus, aut his, qui habentur pro reſidentibus: ſed intereſſentibus tantum diuinis, vt in d. c. de cætero & in cap. olim de verſ. ſignific. per Abb.

b ¶ Exhibeat.] Nota ergo, quod Epiſcopus licitè vtitur ſeruitio aliquorum ſuorum canonicorum, etiam ſubtrahendo eos ab officio diuino quotidiano, & illi reputantur præſentes, & de numero, not. in capitul. ad audientiã, eo. Sed non debent eſſe plures, quam duo, licèt quidam dicant hoc eſſe arbitrarium.

c ¶ Proſequebatur.] Cap. ex parte 2. eod. Sed numquid is, qui abeſt intentus negotiis Eccleſiæ percipiet quotidianas diſtributiones? Et non videtur cap. cum non deceat de election. in 6 & not. ſup. hoc eo. § in verbo proprio Epiſcopo. In contarium tamen fac c. 1 eod. in 6 Dic vt ibi.

d ¶ Cauſa.] Vera non palliata, vt exiſtentes in ſtudio, ſed non intrantes ſcholas, & non attendentes non gauderent hoc beneficio, Abbat. *in cap. 1 ante fin.* de iudi. per tex. in l. ſi quis C. de domeſt. & profec. l. 12 Idem Bald. in procem. digeſt. & per Card. in procem. clem. & Archidiac. in c. de quibuſdam, d. 31. Idem ſi inhoneſtè viuerent Abb. & ſupradict. per l. agentes, aliàs incipit, per id tempus C. de curi, & ſtationar. l. 12. Immò fortè ſi talis abſens ſtudiorũ cauſa reuertatur ignarus, poterit benef. priuari, 2. Butr. in c. quãuis, de ætat. & qualit. Sed de quibus ſtudiis intelligẽda eſt hæc lit. Et vid. de ſtudiis Theol. c. fin. de magiſt. & c. licet de præb. Sed an, de ſtudio iuris ſcientia? Et idem videtur c. cum ex eo de elect. in 6. vide per Abb. in c. tuæ eo. & in c. licet eo. tit. & per eundem conſ. 89 & per Card. in clem. ſanè, in 6 qu. de ſtatu Monach. Et hic perciperet etiam quotidianas diſtribut. ſi in Eccleſ. nulli alij ſunt prouentus, præterquã quotidianæ diſtribut. vt not. in d. c. licet. de præb. & per Guil. de monte Laud. in c. vni de cle. non re. d. in 6 Fel. in conſ. 18 Rebuf. in tract. de priu. ſchol. in priu. 31 n. 12.

ANT. TIM. Quod autẽ tẽpus eſt conſtit. in quo conceſſ. eſt cler. vt ſint abſentes, à ſua Eccl. & non reſidere propter ſtudiũ? Reſp. quinquennium habetur in ca. fin. de magiſt. vide Conc. Trid. ſeſſ. 5 c. 1 de reform.

e ¶ Specialiter indultum.] Licèt hic dicat licentiã hãc ſpecialiter indulgeri, non tamen debet prælat. petenti illam denegare: vt per Doct. in c. relatum, eo. & in c. licet de præben. Sed immò contra, cap. fin. de magiſt. vbi ipſo iure ſine aliqua licentia, videtur competere hæc facultas? Sol vt per Abb. in d. cap. licet.

f ¶ Similes.] Vt puta ſi detineturquis aliquã corporali infirmitate. c. ad audient. eo. & c. vni. eo. in 6. Idẽ ſi terreretur metu tyranni exiſtentis in loco Ab. in c. tanta de exceſſ. præl.

ANT. TIM. Sunt & aliæ cauſæ, puta, mortales inimicitiæ, & alia iuſta impedimenta, vt habetur in cap. relatũ, & cap. inter quatuor. de cler. non reſid.

g ¶ Prouiſionibus.] Nõ dicit collationibus, vel inſtitutionibus, ſed prouiſionibus. Latum enim eſt hoc verbum aptum comprehendere non ſolum ſupradicta, verum, & electionem, poſtulationem, & nominationẽ, & præſentationẽ. Not. in cle. fi. de elect. Domi. conſil. 15 reuerende & in ſumma omnẽ modũ per quẽ Eccl. prouidetur. Domi. & Peruſi. in c. cum in illis, § 1 de præb. in 6 & per Feli. in ca. in noſtra, & in cap. eam te, de reſcrip. fac not. per Bald. ind. in l. Barbarius, ff. de offic. præto. col. pen. Immò hoc verbum, prouideas, notat prouidentiam nõ ſolum Eccleſiæ impetratæ, ſed etiam impetrantis. Bald. in cap. fi. de præſum. *Prouiſionibus verbũ.*

h ¶ Contexamus.] Arg. quod rubricæ ſunt continuandæ, l. 2. ff de ſta. hom. & quod continuatio, ſiue ſubordinatio poteſt fieri etiam à remotis, lib. 1 ff ſi tab. teſt. nul. extab. & not. in rub. C. qui admit. & traditur in rub. ff de leg. 1 Dum tamen inter facentes materiæ non ſunt multum diuerſæ, lib. 2 § 4. C. de iu. vet. enuc. quòd certè non eſt hic, vt ſup. de præbend. in princip. & fac. inſtitut. de leg. in princip. & § fin. inſtitut. per quas perſonas nob. acquir.

i ¶ In memoriam.] Quam velut enagatio impedit, ita intellectus ordo artificiosè confirmat: vt notat. in procemio inſtitut. ciuil. § igitur alioqui labilis eſt l. peregrè, ff. de acquir. poſſ. & l. 1 § ſi quid autem in tantam. Cap. de iur. vet. enucl.

k ¶ In laicatu.] Clericatus enim non eſt de ſubſtantia regularitatis, vel Monachatus: ſed ſolum tria vota, de quibus habetur in cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum. Immò canones antiqui, vel non admittebant, vel ægrè admittebant Monachos ad clericatum, cap. nemo 16. quæſt. 1 & per tot.

a ¶ Pauca.) Respectu eorum, quæ traduntur in compilationibus Gratiani, Gregorij, Bonifacij, Clementis & aliorum, vel etiam multiloquium interdum appellatur breuitas: vt not. in l. fin. C. de vsufruct. & habit.

DE REGVLARIBVS, & Monachis.

his pauca [a] subijciamus.

Io. Bap. CVM persona Ecclesiast. alia dicatur Clericus, & alia Regularis, & Monachus, & hactenus auctor loquutus sit de clericis, sequebatur videre de regularibus, ideo post tit. præc. proponitur mod. tit. iste, qui diuiditur in 3 partes, in prima habetur intentio auctoris in secunda explicatio materiæ propositæ: in tertia an liceat inuenire nouam religionem: secunda ibi, monachi: tertia ibi nouissimè.

DE REGVLARIBVS, ET Monachis. [b]

TIT. XXX.



Regulariter valet argumentum à regulari ad monachum, & è contra. h. d.

QVoniam verò siue de regularibus agendum sit, siue de monachis, eadem ferè [c] iura seeuantur, ne verbosa fiat euagatio, [d] dirigamus sermonem in personas monachorum idem etiam [e] intellecturi, & de regularibus cæteris. Nam, si quid in ijs [f] propriè seruetur, seperatim ostendemus. [g]

b DE Regularibus & Monachis.] Cum copula ponatur inter diuersa, dubitari potest qui sint regulares, & qui monachi. Et quidem regulares dicuntur omnes, qui regulam, & tria substant alia vota cuiuslibet religionis approbatæ profitentur, videlicet paupertatem, castitatem, & obedientiam: vt in capitul. cum ad monasterium, de stat. reg. & in hoc monachi cum regularibus conueniunt. Vnde hoc respectu aliquando monachorum appellatione omnes regulares continentur. Abb. in capitulo secundo, in princ. de postu. per illum text. ibi & per text. in capitulo primo, & capit. monachi, 16 quæstio. prima. Sed dissident in eo, quod quo ad cætera votis exceptis, regulares sunt cuiusdam laxioris regulæ, vt habetur in capit. quod Dei timorem de stat. monach. & in § fugitiuos infra eo. Alij vero licet aliqua promittant, non dicuntur propriè monachi, vel regulares, vel regulam habere: sed potius certum viuendi modum, licet modus ille sit ab Apostolica sede comprobatus, & de hoc not. in clem. 1 de relig. do. & in clem. cum ex eo. de sententia excommunicationis, & per Abb. in rubr. eod. Vbi infert, an, & quando dispositio loquens de regularibus comprehendat fratres de tertio ordine, & Iesuitas, & mulieres Mantellatas, & similes.

ANT. TIM. Regulares secundum Goff. sunt, qui ad viuendum regulariter, id est sub aliqua certa regula, & ordine se adstringunt, vt monachi, fratres, canonici regulares, &c.

QVoniam vero. CASVS hic non figuratur. Notat. tamen inde argumentum quod omnes regulares religiosi in essentialibus conueniunt, differunt autem secundum maiorem, & minorem perfectionem.

c ¶ Fere.] Quia non per omnia eadem seruantur iura, cum regulares regulæ interueniant laxiores, & possint parrochialibus ecclesijs præponi capit. quod Dei timorem, de stat. monach. fac. § fugitiuos, inf. eod. & c. 2 de postulat.

ANT. TIM. Videtur, quod regularis se habeat tamquam genus, monachus vero tanquam species. Vnde omnes monachi sunt regulares: non autem è contra omnes regulares monachi.

d ¶ Euagatio.] Simile est inst. quod cum eo, qui in aliena potestat. Et est argu. contra legentes, & consulentes: qui vtuntur multiloquio. fac. l. 2 § contrariam, C. de iur. vet. enuc. & quod habetur in l. ampliorem, § in refutatorijs, C. de appel. & auth. de referend. post princ. & in auth. tabel. post medium, & c. tales d st. 23 licet pro illis faciat l. antiquitas, & quod ibi not. C. de vsu. & hab. & § fin. supra titulo proximo.

e ¶ Idem etiam.] Nam similium eadem est disciplina, vt hic, & inst. quod cum eo, qui in alie. in primo, & ff de in rem. vers. l. 3 § prouide, & § quoties.

f ¶ In his.] Scilicet regularibus.

g ¶ Ostendemus.] Quod facit infra eod. §. fugitiuos.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § quod religionis nomine venit propriè vniuersitas approbata In qua tria vota substantialia promittuntur argument. c. ex nulla de voto. Largè autem omnis vniuersitas approbata in quæ promittuntur obedientia superiori, vel regulariter viuitur in communi, quia omnia supposita vniuersitati huiusmodi sunt religiosi largè, religiosus autem propriè est qui tria substantialia vota promisit in religione probata secundum Io. Andr. in clem. 1 de decimis.

Largè autem religiosus dicitur qui profitetur ita quod non licet retrocedere, licet non profitetur omnia vota, vel qui regulariter viuit in communi, vt sunt Iesuitæ patet ex recitatis per Archid. part. titul. 14. & sunt quatuor regulæ ab ecclesia comprobatæ, sub quarum aliqua militant omnes religiosi præter quam Car-

tusinenses, habentes statuta pro regula: prima fuit Beati Basilij, sub qua militant omnes religiosi Orientalis ecclesiæ, seu græci sub qua etiam in Occidente aliquando fuerunt Carmelitæ, sub qua etiam fratres Hermenij aliquando fuerunt licet nunc dicantur esse sub regula Augustini.

Secunda fuit beati Augustini, sub qua militant omnes Canonici regulares, fratres prædicatores Heremitani, seruitæ Sanctæ Birgittæ, ordo S. Hieronimi, ordo Sancti Ioannis Hierosolymitani, & hospitalanorum sancti Antonij, & Cruciferorum.

Tertia Beati Benedicti, sub qua militant monachi nigri, de quibus in clem. ne in agro de statu. monach. Inter quos reformati sunt qui dam, sunt quidam in congregatione quæ dicuntur Sanctæ Iustinæ: Cistercienses, Camaldulenses, Celestini, Ordo montis oliuarum, ordo montis Fani seu Sylue strini: qui inter istos soli non sunt exempti.

Quarta Beati Francisci sub qua militant soli minores, hæc omnia ex Archid. ex quibus patet quæ religiones suo tempore essent approbatæ, de quibus etiam plenè habetis per Capic. in decision. 115 & Delphin. 1017.

Et religio considerari potest quantum ad nouitios, ideſt eos, qui habitu religionis excepto nondum ad aliquam professionem obstricti experiuntur religionis authoritatem, & dicitur habitu religionis, & non probationis accepto, quia si nouitio daretur, habitus professorum adhuc non esset ipso facto ex hoc professus: debet tamen ei dari habitus nouitiorum, quando non vult statim, aut infra triduum esse professus, & sic dandus est habitus distinctus vbi sunt patentes distincti, vbi autem non sunt distincti, vt vbi benedicitur habitus professorum, dandus est nouitio habitus non benedictus, sed sufficit quod non daretur ei cum benedictione tunc actu facto, & consuetudo interpretatur, vt quilibet pubes rationis capax possit esse nouitius propriè 29 q. 1 per tot. & cap. cum sumus, quod intellige, si potest religionem intrare, vnde licet ante annos pubertatis oblatus à parentibus, vel alios, quis possit habitum religionis accipere, tamen propriè non est nouitius, quia non potest experiri, quid sit castitas nec malitia supplet ætatem, & sic patet quo tempore possit quis esse nouitius quia in 15 anno inchoante masculus, & fœmina in 13 quia non potest aliquis ingredi, nisi completa pubertate. ita tenet Ioan. Andr. de reg. c. beneficium lib. 6.

Monachi fiunt. Hæc pars subdiuiditur in 2 partic. in prima habetur quomodo monachi fiant, in secunda quomodo viuere debeant postquam sunt facti: secunda ibi, is igitur: 1 pars iterum subdiuiditur in 1 part. in prima modi isti referuntur, in secunda ijdem modi explicantur, secunda ibi, ex paterna: quoad primum CASVS non figuratur. Not. tamen causam dist. quia homo respectu religionis, aut est in potestate patris, & hinc datur vnus modus: aut est sui iuris & sic aut fecit votum religionis, & hinc datur alius modus, aut non fecit votum & hinc datur tertius modus.

Ex triplici capite quis fit monachus, & impubes à patre traditus monasterio post annum pubertatis, potest redire ad sæculum, si velit, hoc dicit.

Monachi [a] fiunt aut ex paterna deuotione, aut ex propria professione, aut ex voti emissione. Ex paterna [b] deuotione monachus quis efficitur, cum pater filios impuberes monasterio offert. [c] Quo casu si impuberes sacram tonsuram, vel velamina susce-

cum verbum à menes quod Latine sonat vnus vel solus 16 q. cap. si cupis, & cap. placuit ibidem. Ducit etymologiam monachus à monos Græcè, Latinè est vnus. Differunt autem à conuersis, & oblatis, vt per Abb. in cap. non est de regula, & transl. ad rel. Nam conuersi sunt, qui offerunt se, & sua mutando habitum, & profitendo: laici tamen sunt, quia non promouentur ad ordin. oblati verò sunt qui se, & sua offerunt monasterio habitu non mutato vide glo. 1 c. vt lex. 27 qu. 1 Monachi autem videntur propriè esse, qui habitum mutant, profitentur, & ad ordines promouentur 16 q. 1 per multa cap.

Ex paterna. Hæc pars subdiuiditur in 3 p. in prima explicatur modus ingrediendi religionem ob paternam deuotionem, in secunda declaratur qualis sit professio ingredientis propriè dicta: in tertia demonstratur qualiter votum cogat aliquem ingredi religionem: secunda ibi propria professione, tertia ibi, is quoque, quo ad primum CASVS ita figuratur. Quidam paterfa. habens filios intuitu sanctitatis voluit eos offerre monasterio, & religioni D. Bened. vnde fuit quæsitum an posset, & primo negatiue respondebatur per dictum Euangelicum, si vis ad vitam ingredi. Si vis dicit tex. quod verbum denotat liberam, & propriam voluntatem. Sol. tamen vt hic legimus, & ratio decisionis est, quia homo in eius impubertate non habet vsum rationis nisi maximè diminutum, secus in superioribus ætatibus. Non obstat obiectio, quæ tenet de filio puberi not. 1 paternam potestatem extendi etiam ad salutem animæ, quæ tamen in hac parte limitatur quando filius habet legitimum vsum rationis. Not. 2 seruire Deo esse actum à princ. liberæ voluntatis, secus postea, arg. obligat. ciuilis, l. sicut, C. de act. & oblig.

Propria professione. Hæc pars iterum subdiuiditur in tres partic. in primo ponit distinct. de professione: in secunda eam declarat in tertia soluit dubium circa clericos, secunda ibi, expresse: tertia ibi, & si contigerit quoad primum CASVS non figuratur not. tamen dist. esse veram, quia voluntas declaratur, aut factis, aut verbis.

Io. Bap.

Io. Bapt.

a ¶ Monachi, &c.] Sumitur ex cap. monachum 20 q. 1 & fac. cap. cum virum extr. eod. habetur per Doct. in cap. 2 eodem.

ANT. TIM. Id est solitarij latinè; est enim Græ-

b ¶ Ex paterna, &c.) Dictio ex, quæ hic ter inculcatur, non semper vniformiter, aut propriè sumitur, nam cum impropriè remotam causam significet, vt in l. 1 § ex incendio, ff de incemtu & naufr. vbi Bart. & propriè propinquam, vt in l. non dubium, C. de ll. & in l. 1 C. si fer. extero ve & per Ab. in c. qualiter, de elect. & per Bart. in l. prætor. § 1 ff de bon. aut iud. possid. hic & impropriè, quo ad paternam deuotionem, vel votum ad monachationem habet se potius inchoatiuè quam perfectiuè; quo vero ad professionem, vel solemne votum sumitur propriè, & causam designat proximam, cum ista faciant quem monachum verè, & irreuocabiliter, vt inf. per tot. Alio tamen loquendi modo vtitur text. in c. monachum 20 q. 1 vnde sumitur.

ANT. TIM. Vnde parentes filiorum curam habere tenentur; nam habent ratione principis in filios; & è conuerso etiam filij parentum, quibus in necessitate existentibus; ita vt sine ipsis viuere nequeant, tenentur non intrare religionem, sed manere apud eos, vt eis subueniant ratione, & pietate suadente, S. Thom. 2. 2 q. 189 a. 6.

c ¶ Offert.] Sed an id possit, matre inuita; vel

inuito patre? Quidam quod præfertur voluntas contradicentis l. Sabinus ff com. diui. c. in re communi, de re iu. in 6 Alij quod voluntas patris; argum. de patri. potest. in princi. inst. Prima communior. Nec an in spiritualibus patria potestas est magnopere in consideratione apud Innoc. & alios in c. 2 eod. cum Deus sine distinctione præceperit honorari patrem, & matrem, faciunt not. in c. 1. 20. q. 1 Sed an sola mater patre non contradicente? Respon. commun. quod sic, & pro hac fauor religionis l. sunt personæ ff de reli. & sumpt. Sed an pater, qui habet filium in potestate patris sui, & sic aui, possit offerre, auo inuito, commun. quod possit, vt in d. cap. 2 vide quæ not. Abb. in cap. officij de elect.

a ¶ Quintodecimo.] Hodie decimoseptimo, cum per Concilium Trident. nũ nemo profiteri possit ante 16. annum & anteà facta professio nullum pariat effectum, vt in sess. 22 sub tit. de reg. & monial. cap. 16 vnde tolluntur not. in c. illud, 22 q. 1 & in c. 1 de cler. per sal. prom. per Abb. Sed numquid aliquis petere potest restitutionem in integrum? argum. quod sic, c. ad nostram eod. Tu dic contra. Nec enim deceptus est, qui Christo se coniunxit; & in talibus censetur quis maior, vt & in matrimonio, c. ex parte de restit. spol.

ANT. TIM. An pueri sint reciptendi ad religionem vide S. Tho. d. q. 89 art. 5 qui latè disputat.

b ¶ Professi fuerint.] Expresè, vel tacitè: vt infra eod. § per propriam & in c. cum virum eod.

c ¶ Habuerint.] Cap. significatum de regular.

d ¶ Coacta.] At quod quis ad bonum cogi non debet, hilarem enim datorem amat Deus. Sed si filius oblatus potest exire, quid operatur oblatio? quod ante pubertatem non poterit exire sine consensu parentum, quod posset, nisi interuenisset huiusmodi oblatio: vt not. c. 2 & c. significauit eo.

e ¶ Inuitus.] Cap. vbi dist. 74 & per tot.

ANT. TIM. Vnde quis non debet cogi ad intrandum religionem, neque à patre, neque ab alijs: bene licet inducere suauiter tamen, non autem violenter, aut simoniacè, aut mendacijs aliquibus: vt per S. Thom. 2. 2 quæstio. 189 articul. 9. Vide quæ vltra canones antiquos disposuit Concil. Trident. in hac materia sess. 25 capit. 17 & 18 titul. de regularibus, & monialibus.

f ¶ Parentes.] Sed an tutores Felin. tenet tutorem posse quidem reuocare pupillum à monasterio; sed non offerre. Innoc. contra cum contrariorum sit eadem disciplina, vide per Abb. in capit. 2 eo. & facit quod legitur 20 q. 2 c. 2.

g ¶ Irritare.] Nota ergo, quod impubes inuitis parentibus monasterium ingredi, nec per ingressum factum ante eam ætatem, desinit esse in patria potestate,

rint quintodecimo [a] ætatis anno moneri debent, & inquiri, vtrum in ipso habitu permanere cupiant, si permansuros se professi fuerint, [b] vel professionem à se prius factam ratam habuerint, [c] vlterius pœnitendi locum non habebunt. Si vero ad sæcularem habitum reuerti maluerint, redeundi licẽtia concedenda erit: quia satis inutile est, vt coacta [d] seruitia Domino præstentur. Qua etiam ratione constitutum est, ne quis inuitus [e] ordinari debeat.

Si impubes præter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus possunt parentes intra annum reclamare, secus si sit pubes, hoc dicit.

Quod si impubes præter parentum voluntatem tonsuram accepit monachalem: parentes [f] id factum irritare [g] valent. Sed si intra annum ad proprium Episcopum, vel alium competentem iudicem non reclamauerint, non secuto Sayr. decis. 51 sub tit. de sent. excom. Nauar. cons. 17 eod. tit.

Sed quæritur an parentes, qui cogunt filios Religiosorum vitam suscipere, vel qui eos ab eo vitæ genere prohibent incidant in excommunicationem latam, negat Azori. Instit. Moral. part. 2 lib. 2 cap. 21 quæst. 15.

Et merito Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 19 de regular. censuit audiendum esse regularẽ qui asserit se per vim, & metum professionem emisisse, de qua materia comment. 4 de regular. num. 73. Eman. q. regular. tom. 3 Lessi de iustitia lib. 2 cap. 41 dub. 7. n. 63 latissimè Sanchez de matrim. lib. 7 disput. 37 quod procedit etiam in ordine militarium, Gonzal. ad reg. 8 cancell. glos. 8 n. 61.

An autem professio ob metum reuerentialem paternum facta valeat, quod non, tenet Sayr. decis. 91 de regularibus, & nos in colle&. 932 part. 4 prope finem.

Et in verbo quinquennij eiusdem Concilij adde Paris. de resignat. lib. 13 quæstio. 5 numero 45 cum seq. Eman. tom. 3 quæst. 17 art. 16 Azori. Instit. Moral. part. 1 libr. 12 capit. 4 colum. 1077. Spin. in pecul. testam. glos. 12 princip. numero 62 Beia Respon. casuum conscient. part. 4 cas. 18. Flores Variar. lib. 3 quæstione 23 numero 68 vbi resoluit hoc decretum non procedere quando illud quinquennium semper curriſſet tempore inhabili, vt puta vel durante pupillari ætate, aut durante metu, & eius causa, aut vero durante aliqua causa nullitatis irremissibilis alicuius inhabilitatis personalis.

Et in textu eiusdem Conc. ibi, transferatur ad laxiorem religionem, vide Nauar. cons. 56 sub tit. de regul.

ANT. TIM. Quia pueri, & puellæ ante pubertatis annos naturaliter sunt in potestate patris, quo ad dispositionem vitæ ita S. Thom. 2. 2 d. quæstio. 189 art. 5 habetur ca. 5. 20 quæst. 2 & capit. oportet.

ALOYSIVS RICCIVS. Iste § hodie non procedit, ex quo quis non debet cogi ad intrandam religionem, neque à patre neque ab alijs per Concil. Trid. sess. 25 capit. 18 de regular. vbi infligitur pœna excommunicationis cogentibus, quam pœnam. Amplia procedere contra cogentes fœminas ad monasterij ingressum, non vt profiteatur nec vt habitum sumat, sed vt ibi sæculari detento educetur, donec ætatis aptæ matrimonio sit, vt voluit Nauar. cons. 56 sub tit. de sent. excom. & cons. 6 de regularibus Soar. tom. 5 disput. 23 sect. 5. Limita tamen ingressu

Azori. Instit. moral. part. 1 lib. 12 cap. 14 qu. 12 vers. in conc. Trid. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib. 18 cap. 19 num. 412 cum seq. & nos in collect. 521 parte 3 Sayr. de regular. decis. 55 vbi resoluit quod non obstante hoc Decreto Concilii Trid. & iure communi generalis, & superior religionis ad laxiorem et religionem de iusta causa transitum concedere potest cum mês, & intentio Concilij non fuerit tollere has facultates Sayr. d. 10

Sed quæritur an Regularis Professus in vna religione, & strictiorem ingredies si ante emissam professionem redeat ad primam intelligatur redire ex tunc an vero ex nunc. vide Trius. decis. 33 part. 1 vbi resoluit quod intelligitur redire ex tunc non vero ex nunc.

mauerint, reuocare amplius non poterunt.[a] Si vero in grandiori ætate[b] adolescentes seruire Deo elegerint, non est potestas parentibus prohibendi.[c] *

Professio est duplex, tacita, & expressa, & potest fieri etiam ante annum. h. d.

Propria professione monachus efficitur quis aut expressè, aut tacitè. Expressè, vt si quis post annum[d] probationis habitum suscipiès monachalem, regulis monasterii obstringi se velle profitetur.[e]

priè. Not. neminē esse regulariter recipiendum ad Religionem, nisi prius de eo factum sit aliquod periculum Not. secundum argumentum, neminem esse ad aliquod efficium promouendum nisi de eo prius aliquod periculum fiat Not. 3 Religiones differre inter se etiam in tempore, vt appellant probationis.

d ¶ Post annum.] Post tamen ætatem legitima concor. c. ad Apostolicā eod. & c. Gonzaldus 17 q. 2 quandoque statuitur biennium. 19 q. 2 c monasteriis quandoque triennium, vt infra eod § proximo, & cum iura varia sint circa temporum constitutionem, videtur id esse arbitrarium, quod satis per docto. admittitur, in docto capite ad Apostolicam licet quidam inter casu & casum distinguant regulariter tamen seruatur spatium anni. sed an dicatur annum compleuisse qui postquā steterit in monasterio per sex menses exiuit, & interuallo interposito stetit per alios sex menses, & sic possit ad professionem recipi, & videtur posse, argum l. fin. § qui sæpius, ff de ambig. In contrarium fac. l. interdum § quoties, digestus de pub. & hoc tenent Abbat. in dicto capite ad Apostolicam licet quidam primam teneant.

e ¶ Professetur.] Per quæ autem verba possit professio fieri, & quæ sint de illius substantia, habetur per Doctor. in c. porrectum. eod.

ANT. TIM. Professio expressa secundum Doctores quinque de necessitate requirit. Primò quod profitens compleuerit 14 annum masculus fœmina 14 capit. puella 20 quæstio 2 ca. 1 de regul. li. 6 hoc veteres canones, vide tempus prorogatam vsque ad 16 p. 1 Cōcilium Tridentinum licet in singulis requiratur. 18 ca. quia in insulis. de regul. Secundo, quod professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, vel de eius licentia. Tertiò quod fiat religioni approbatæ c. vnic. de vot. & vot. red. in 6 Quartò quod prælatus requirat. concilium capituli. Quintò quod fiat de tribus votis, vide quæ per Concil. Trid. de professione ordinata sunt sess. 25 cap. 15 16. *Io. Bap.*

ALOYSIVS RICCIVS Quia in § monachi habetur, quod monachi fiunt, paterna deuotione, aut propria professione, aut voti emissione nunc in præsenti § postquam de primo capite aliquid ibi tractauimus, videndum est aliquid de professione religiosorum. Vñ author diuidit professionē in expressam & tacitam expressa dr si quis post annum probationis habitum suscipiès monachalem regulis monasterij obstringi se velle profitetur, ad cuius professionis validitatem quinque substantialia requiruntur, primo quod fiat elapso anno probationis.

Professio enim regularis nec expressè nec tacitè fieri potest ante annum probationis elapsum Nauar. cons. 9 numero secundò de voto, & cons. 39 numero primo de regularibus, & quamuis communiter dicant doctores, professiones tacitas non tolli per Conc. Triden. intelligunt de professione tacita post annum inde fit, vt hodie vna sit tantum species professionis tacitè nempè, per delationem habitus nouitiorum, & professorum communis non manifestè distincti per integrum annum sublatis aliis duobus modis tacitè profitendi ante annum probationis.

Item in textu ibi] occulte ferendi habitum suæ religionis) vide Eman. tom. 2 quæs. 76 art. 3 Suar. tom. 5 disput. 23 sess 4 num. 34 Reginald. in praxi fori pœnitentiali libr. 18 nu. 466 resoluit Episcopum monachum teneri portare habitum suæ Religionis, & peccare mortaliter, si deferat habitum suæ religionis: non tamen manere excommunicatum tanquam apostatam, docet Ledesm. in sum part. 2 tract. 32 c. 3 prope finem.

a ¶ Non poterunt.] Nisi ita longe absit monasterium, vt intra annale tempus non possit inueniri, tunc enim maius spatium habebit arg. 17 q. 2 c. si quis incognitus, & not. in cap. 2. 20 quæst. 1 Sed à quo tempore curret annus iste? Item numquid erit continuus, ita quod cedat ignoranti? Resp. vt not. in d. c. 2

b ¶ Aetate.] Id est adolescētia, quod satis exprimit.

c ¶ Prohibendi.] Soluitur enim per talem ingressum patria potestas, vt no. in c. 1 20 q. 1 & in l. si ex causa. § Papinianus, ff de minor. & per Abbat. post alios in c. 2 eod. mortuus enim quo ad mundum fingitur. 16 q. 1 cap. placuit, idem esset si pater intraret monasterium, nam incontinenti soluitur patria potestas: quia cum pater transeat in potestatem Abbatis, non potest alium habere in potestate. l. si arrogator, ff de adopt. not. in auth. ingressi, & in auth. si qua mulier, C. de sacro sanct. eccl. tacit, c. cum summus, eod.

* Prohibendi.] Aliud moribus nostris seruatur solerique summa Regni tribunalia domorum regularium superiores ad filios parentibus exhibendos & relaxandos compellere teste Ferreto de abusu, lib. 2 cap. 1 in fund SOLIER.

Expressè Hæc pars iterum subdiuiditur in 3 partic. *Io. Bap.* in prima declaratur professio expressa in secunda professio tacita in tertia demonstratur differentia inter eas secunda ibi, tacitè tertia ibi, verum autem. Quoad primum CASVS ita figuratur. Quidam scholares ingressi sunt religionem D. Francisci, sed in professione emittenda non eundem modum obseruarunt, siquidem professionem fecit vnus ex eis à principio, alius intra annum, & alius post annum, qua de re fuit quæsitum quid iuris, & primo nulla distinct. videbatur attendenda, sed satis erat voluntatem ingredientis obseruare, cum professio simpliciter monachum faciat, § 1 supra eod. sol. tamen vt hic habetur, quia aliquando necessarium est periculum facere de ingrediente, & hoc erit secundum qualitatem casus com. Non obstat obiectio, quia professio in illo § accipitur largè & impropriè, hic verò pro-

Limita tamen primo vt possit tempus professionis arbitrio superioris prorogari si tamen nouitii fuerint habiles si vero fuerint inhabiles tantum per sex menses potest professionem differre ita Rodriq. tom. 3 qq. reg q. 15 art. 10 asserit ex Sac. Congreg Limita secundo, vt profiteri possit ante annum nouitiatus completum, quando nouitio collatum fuit beneficium regulari, Gonzal. in 8 reg. cancell. glos. 8 nu. 87 & similiter plerique rationabiliter cõcedunt posse coniugem alterum ante consummatum matrimonium ingredi religionem ac iusta veteris dispositionem potest bimestre profiteri, ne aliter coniux cogatur tanto tempore professionẽ expectare Henriqu. de matrimonio lib 2 c. 5 § 8 Sanchez lib. 2 disput. 24 numero 6 Rodriqu. quæst. regul. tom. 3. quæst. 13 art. quar.

Et huiusmodi annus debet esse cõtinuus affirmat Nauar. consil. 52 num. 4 & cons. 41 num 3 de reg. Henriq. in sum lib. 13 c. 4 § 2 in medio Flamin. de resinat. lib 3 q. 13 num. 11 quod potest compleri extra monasterium cum licentia resoluunt. Nau. d. cons. 52 nu. 4 & cons. 41 num. 3 de regular. & cons. 10 de Clericis non resid. & quod annus probationis possit impleri abeo, qui nondum expleuerit annum dicimum sextum, & vi talis probationis possit probatus admitti ad professionem expleto 16 anno, tenet Nauar. cons. 30 de regul num. 1 Regin. lib. 18 num. 385 propè finem, & nouitiusetiam de consensu Prælati, & conuentus non potest renunciare anno integro probationis Nauar. cons. 33 de regular. Beia Respons. casuum consc. part. casu fin. in vltimis verbis vbi à principio probat professionem nouitii ante annum probationis factam in mortis articulo esse validam, teneri tamen nouitium si conualuerit, & exea infirmitate non decesserit complere postea integrum probationis annũ, & professionem de nouo emittere vide Eman. tom. 3 qu. 15 art. 6 Ledes. cap 7 concl. 1 diffic. 1 & allegans se non esse professum probare debeat decidit Rot. diuers. decis. 216 par 2 Nec in dubio professionem præsumi affirmat decis. 108 lib. 1 & an possit professio per testes probari vide apud de Franc. decis. 483.

Secundò exitur hodie ætas 16 annorum, vt in Concil. Triden. sess. 25 capite 5 de regular vnde esset irrita si vel vnus dies deesset de an. completo Sanch. tom. primo lib. primo disput. 16 numero quarto & sat esset diem esse cæptum, sic tamen post horam, & momentum, quo fuit assumptus habitus ad fauorem matrimonii spiritualis, vt ibi per eum, & Rodiquez 10 tertio q. 19 art. quarto quæ professio inualida, ob defectum ætatis non includit obligationem tanquã voti simplici capite primo de regu. in sexto Caie. 2. 2 q. 88 art 9 vers. tertio notandum & Conc. Triden satis declarat sess. 25 capite 15 de regularibus neque hoc casu malitiam supplere ætatem dixi ego ipse in decis. 122.

Alia requisita ad professionem vide apud Amillam in verbo professio.

Profiteri potest, quis etiam ante annum ab ingressu. hoc dicit.

Si tamen ante tempus [a] probationis regulariter præfinitum, is qui conuerti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate [b] per se, vel per alium professionem recipiente, regulari obseruantia obligatur, [c] & vere monachus est censendus.

Ex causa post annum potest professio differri. Vt si ingressus monasterium sit incognitus. Et seruus triennio in monasterio commoratus per monachationem sit liber. h. d.

Quemadmodum autem discretus Abbas ex causa [d] ante probationis tempus [e] professionem recipere potest ita ex causa inter dum proferre. [f] Vnde si quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium [g] monachalis habitus [h] concedendus non erit

a ¶ Ante tempus.] Sed contra: quia professio facta ante annum non tenet capit. Gonsaldus, 17 quæstio 2 iuncto capitulo vides distinctio. 10 & capit. quæ contrarius. de re. iur. in 6 & l. non dubium C. de ll. Item contra de cap. 2 & cap. 3. eod. in 6 Sol. hic legis prohibitio non habet perpetuam prohibitionis causam, ideo actus in contrarium gestus non annullatus, no. in d. ca. vides & in capit. tua de sponsa. duorum, & per Abb. in c. ad Apostolicam extra eod. Vel dic secundo quod prohibitio, de qua in contrario cum concernat solũ fauorem prohibiti, habet vim exhortationis tantum, & cum concertat fauorem prohibiti, non mirum si potest per eũdem renunciari, fac. dist 4 § hæc & si legimus l. si quis in conscribendo C. de pact. Vel aliter d. quod vbi prohibitio non impeditur obligatio quę quæritur Deo principaliter sed tãtũ obligatio quæ quæritur homini: quia in dubio nõ videtur de hoc lex cogitasse. fac capite debitores de iur. iur. Aliter etiã sol Io. And. vt habetur d. c. ad Apostolicam distingue tamen, hanc materiam vt habetur in d. ca. 2 ca. 3 eod. in 6.

b ¶ Abbate,] Sed numquid solus Abbas sine capitulo potest recipere quem in monachum, & videtur posse cap. ad Apostolicam, eod. & videtur innuere hæc litera. Plures contra quod immo de necessitate teneatur requirere consiliũ capitul. recep. nõ valeat: vt habetur in c. nouit ext de his quæ fi à præl· tale tamen consil. non tenetur sequi vide p. Ab. in corpore. eo & q, no in c. si eo. c ¶ Obligatur.] c. non solum, & c. conct. eo in 6 quæ sunt contra Sol. liter in monasterio mendicantium ante annum professus non obligetur in spẽ eorum religioni, obligatur tamen in genere ad religionẽ, q̃ elegeris, & hoc speciale est in mendicantib. de quib. non loquitur hic.

d ¶ Ex causa] Iusta & rationabili, non aũt si in hac ad patrimoniũ monachandi nã hoc casu licet professio valeat, respectu tamen finis malefacere, & ob id bona monasterio non applicarentur c. constituit 20 q. 3 Abb. in ca. præter de offic. deleg. & in c. in præsentia de proba. & in c. cum dilectus de his quæ vi me. cau.

e ¶ Tempus.] Scilicet ordinarium vnius anni, cum alioquisit arbitrarium: vt no. sup eo § prox. & in c. Consarius 18 q. 2 innuit hæc litera.

f ¶ Proferre.] Id est, protelare & in longius ducere, quia contrariorum eadem est disciplina.

g ¶ Ante trien.] Sed cũ iste dep. seruus furt. fecerit sui corp. quo ré fur. vsu c. trien. cũ nec spa. longi tẽp. possit seruus fugitiuus præsc. vt l. 1 C. de seru. fugit. Resp. oper. hoc fauor eccl. Posset tñ dici q, eccl. dẽt recõpensare damnum dño 14 q. 6 cõperimus simile est in c. q. 17 q. 4

h ¶ Habitus.] Vrũ ergo quo tẽpore prob. deb. esse in habitu priore, & prop. non monac. c. leg. d. 53 & c. mult. d. 54 & c. super eo ext. qui cl. vel. vouẽ. Pr. tñ videtur, quòd deb. esse in habitu monac. cũ nõ aliter possit exp. ass. ordinis & quia hic dicit. conced. non erit intel. cum effectu ita vt cum reijcere non possit vt no. in c. fi. 17 q. 2.

ne si fortè post annum statim præstetur, postea seruus, aut aliàs inhabilis [a] ad monasterium depræhendatur. [b] Quod si seruus [c] per triennium [d] in monasterio commoratus, postea monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficietur.

Ordinatus ignorante domino si fiat monachus, fit liber alias dominus potest intra annum recipere seruum. h. d.

Quinimò si prius ignorante domino ad sacra ministeria ordinatus monachus fieri elegerit, iugum seruitutis euadet: [e] aliàs intra vnius anni spatium domino, & seruilem fortunam probare, [f] & seruitium suum recipere licebit.

Prædicatores, Minores, & Mendicantes non possunt profiteri ante lapsum anni, & recipientes professionem puniuntur. h. d.

Quod tamen de facultate recipiendi ante annum professionis dicitur, non est perpetuum. Prædicatores enim, & Minores, [g] aliique Mendicantium [h] ordines ante annum [i] probationis elapsum quemquam ad sui ordinis professionem, vel sæculi renunciationem faciendam, recipere non possunt, quod si fortè contra fecerint, & is qui sic receptus fuerit, eorundem ordini minimè alligabitur, & receptores à receptione ad professionem quorumlibet suspensi, tam excommunicationi, quàm alijs pœnis, [k] quæ huiusmodi regularibus pro culpis infligi solent [l] grauioribus subijciendi erunt.

Delatio habitus tacitam ostendit professionem, & vnus quisque debet se conformare cum habitu, quem gerit.

Tacitè profitetur quis, cùm idoneis coniecturis [m] apparet, quod perpetuò vult domino

a ¶ Inhabilis.] Puta oneratus ære alieno. de quo dic. vt latè per Anton. de Butr. in cap. 1 de obligat. ad ratio redden.

ANT. TIM. Plura sunt, quæ reddunt aliquem inhabilem, & prohibent, ne possit fieri monach. vel religios. Primò si non sit debitæ ætatis c. ad nostram. de reg. Secundo si sit seruus, vt hêt hic. Tertiò si sit obnoxius debitis. Quartò si sit in dignitate Episcopali sine licentia Papæ. Quintò si cõsummauerit matrimon. vel post sponsalia rẽ cũ vxore habuerit. Sextò si coactè, & non voluntariè, cap. 1 de reg. vide Summist. in verb. 1 cle.

b ¶ Depræhendatur.] Caueri ergo debet, quòd infirmari, vel vituperari potest. supra qui promou. non poss. in princ.

c ¶ Quod si seruus.] Sumitur ex c. si seruus 2 vers. debent 20. dist. 54.

d ¶ Per triennium.] At ad clericatũ extra claustrum annus sufficeret, vt not. in cap. seruus 2 vers. debent enim d. 54 Diuersitatis ratio est, quia clerici sunt in publico, monachi latent.

e ¶ Euadet.] Nota ergo hic, quod in habentibus symbolum facilis est transitus: nam hic seruus, si fiat de laico monachus, licet domino illum intra annum recipere, vt hic in c. si seruus dist. 54. Sed si fiat primò clericus, & postmodum monachus, etiã domino inuito, fortè hoc operatur characteris impressio, non tamen vt à seruitute, sit à contractu, vel delicto ante ingressum perpetrato liberatur, vt per Ab. in cap. 1 de eo. qui furt.

f ¶ Probare.] Puta probando, quod illum cœpit in bello licito, nam & fideles ita cap. seruit. fiunt vt per Ab. in cap. 1 de conuer. infid. licet consuetudo nõ videatur hoc seruare, vel alio modo legitimo, & fac c. si seruus d. 54. Annus autem iste incipit domino currere à die scientiæ: nõ autẽ ordin. ipsius serui: vt no. in d. c. seruus.

g ¶ Et Minores.] Capitulo 2, & capitulo 3 eo. in 6.

h ¶ Mendicantium.] Cap. eod. num. 6.

i ¶ Ante annum.] Sed an post annum præsumatur professio, nisi probetur? Resp. negatiuè, cum sit facti, & ita Abb. in c. nuper de testibus,

k ¶ Aliis pœnis.] Not. quod quis multiplici pœna punitur Ratio: quia altera per se sufficiebat, not. in capitulo, at si clerici in fin. extr. de iud.

l ¶ Solent.] Inspecta ipsa consuetudine, & ordinationibus, quæ sunt secundum regulam.

Tacitè. CASVS. Quidam accepit habitum Religiosorum Sancti Francisci ipsumque vltra annum retinuit, sed numquam expressè declarauit voluntatem suam perseuerandi in Religione, vnde quæsitum fuit, an propterea teneatur ad regulam eius, & cum non constet de voluntate sua, negatiuè erat respondendũ: Solut. tamen est tenendi, quam hic legimus, si quidem idem est voluntatem declarare factis, & verbis: non obstat obiectio, quia voluntas eius qualitate facti fuit declarata. Not. primo taciti & expressi eandẽ esse virtutem in ijs, quæ respiciunt salutem animæ. Not. 2. vitam hominis debere esse talẽ, qualis est habitus, § penult. suprà de vita, & honestate prælat. *Io. Bap.*

m ¶ Coniecturis.] Quales, sunt quæ hic ponuntur statim, vel quia ipsemet fuit confessus, vel confitetur nunc: quod voluit relinquere sæculum secundũ Innocent. & Host. in cap. statuimus eod. vel quia dimisit beneficium, quod habebat non protestando, quod non intendit per hoc dimittere sæculũ, vel de bonis propriis disponendo, vt no. in c. consuluisti & ca. statuimus, in antiquis & in c. non solum eo. in 6. Habitus ergo etiam nouitiorum cum proposito mutandi vitam obligat quem religioni, saltem in genere, vt non possit ad sæculum amplius redire. Sed an talis vsque adeo sit verus monach. vt matrimonium postea contractum non teneat? Respond. vt latè no. per Abbat. in d. c. consuluisti, & per eundem in c. consuluit, qui cler. vel vouen.

ALOYSIVS RICCIVS. Tractat. nunc de tacita professione, & disponit, quod per delationem habitus inducitur tacita professio, vnde sciendũ est, quod si quis intra annum, & triduum habitum monachalem intra Monasterium portauerit professionem fecisse præsumitur ita tradi Abb. in c. ex parte cap. ad instrumenta,

cap. significatum de reg. Sed id distinct. quadã temperandum, est nam aut in monasterio sunt distincti habitus illorum, qui professionem fecerant, & nouitiorum aut sunt indistincti, primò casu aut est distinctio latens, vt puta quia habitus professorum solum benedicitur, & hoc casu per delationem talis habitus, nõ præsumitur professio, nisi post annum, & triduum, aut est distinctio patens, & tunc si portet quis habitum professorum statim post triduũ præsumitur profiteri sed si portet habitum numquam profiteri videtur: si verò habitus est indistinctus tunc per delationem anni, & tridui creditur quis professionem fecisse, & hæc sunt ea quæ tradit Abbas in capitulo ex parte de regular. Butr. in capitulo 2 eodem in titulo idem dicendum est in Monacha quæ per veli susceptionem præsumirur profiteri, vt dicit Abbas in capitulo cum virum de regular.

in religione [a] seruire, & vitam ducere monachalem; vt puta habitum post annum [b] retinẽdo * vbi is nouitiis, & professis, communis & indistinctus [c] est: vel professorum [d] habitum suscipiendo, vbi is distinctus habetur vnde, [e] & Toletano Concilio [f] inductum est, vt clerici, qui se fingunt [g] habitu, & nomine Monachos, & non sunt, corrigantur, & veri Monachi [h] fiant.

Quod intellige quando habitus, aut alius actus professionem inducens factus est intra clausira, nam si extra tunc nullo temporis spatio inducitur professionis præsumptio, vt in capitulo porrectum & ibi Innocen. & Ioan. And. de regul. quod procedit etiam si delatus esset habitus extra clausira cum nominatione. Nam hoc casu non præsumitur professio ita Mohedan. decis. 73. Puteus decis. 156 lib. 1. in vna Calaguritana. Ita etiam si is, qui detulit habitum extra clausira monasterij pluries confessus esset se professum fuisse ita Mohed. d. decis. 73.

Aduertè secundò quòd quis dicitur tacitè profiteri quando hæc quatuor præcederent, primò quod animo profitendi quis ingressus fit monasterium. Ad probandum autem quod animo profitendi vel non inrrauerit quis religionem parentes pro filiis admittuntur Crot. in tractat. de testamen. part. 4. num. 3. Secundò quod sciat actus, quos facit, pertinere ad professos. Tertiò quod sponte non metu se ingessit. Quartò quod post modum triduo in eodem præposito perseueraverit, vt vt tradit Abb. in capitul. vidua, & in capitulo ad nostram, de regul.

Quod intellige quando quis portasset habitum, vel alios actus fecit in ætate legitima, scilicet pubertatis, secus autem in impubere qui nunquam præsumitur profiteri ita Abbas in capitulo significatum, num. 5. de regul. nisi pubertatem attigerit per annum, & triduum permanserit in monasterio, tunc enim præsumitur professus, vt ibi Abb. declarat, sequitur Decian. consilio 18 vol. 3 in dubio autem præsumitur quis professionem fecisse in ætate legitima Abbas in capitul. cum virum num. 6 de regul. quod intelligitur quando quis detulit habitum continuo per annum, quia tempus debet esse continuum, ita sentiunt Bart. & Angel. in l. fin. § quoties ff de public.

Item procedit cui dubio standum sit secus autem quoad probationem plenariam, quia si contrarium apparet tolleretur huiusmodi præsumptio, quando constaret aliter de mente illius, qui actum fecit, vel habitum portauit, vt puta quia contrarium protestatus esset, vel matrimonium contraxisset, aut alio modo expressè mentem suam declarasset ita post multos, quos allegat dicit Decius in consilio 18 volu. 3 Barbat. consilio 59. columna secunda, volum. 2.

a ¶ In religione.] Scilicet approbata capitulo vnic. de voto in sext. & clem. 1 eod. Secus ergo si extra religionem, quantocumque tempore portauerit talem habitum in capitulo, vt cler. eo. & in cler. vbi not.

b ¶ Post annum.] Scilicet completum, licet non exciderit: vt not. in clement. eos eo. Debet ergo is, qui non vult obligari, talem habitum intra annum deponere, quod intellige de pubere, & de eo qui sponte recepit, vel saltem portauit, vt ibidem not. Item intellige, nisi deferens contrarium fuerit protestatus, vt Abb. post antiquos in ca. vt clerici eod.

* Post annum retinendo.] In Gallia requiritur indistinctè quod per quemquidem retineat habitum regulare ad reducendam tacitam professionem ita cauetur, ordinatione felicis recordati Ludouici XIII. quam Parisiensem vocant, art. 9. SOLIER.

c ¶ Indistinctus.] Etiam si esset aliqua distinctio latens: vt quia licet non sit differẽtia in colore, & scissura; differentia tamen est, quia habitus professorum benedicitur: non autem nouitiorum. Vel quia habitus professorum, datur ante altare, nouitiorum in alio loco. Vel quia habitus professorum datur per Abbatem, nouitiorum per alium. Et hanc materiam intellige, vt habetur per Abbat. in ca. ex parte eod. & in clem. eos eodem, vbi copiosè scribitur.

d ¶ Professorum.] Hoc casu secundum Abb. in cap. ad nostram, eo. in fin. debent quatuor concurrere, scilicet diuersitas habitus, scientia, libera voluntas, & tridui perseuerantia: quibus concurrentibus obligatur quis religioni in genere, non in specie. Idem tenet Abb. in ca. super eo.

e ¶ Vnde.] Id est, hac ratione delationis habitus, de qua dixerant immediatè.

f ¶ Concilio.] Vt in c. clerici. extr. eod.

g ¶ Fingunt.] Ex causa non honesta: puta iocosè, vel causa explendæ libidinis. Not. per gloss. & Abb. in c. ex tuarum de priuil. & fac 27 q. 1 c. vidua, & cap. ex literis de sponsal. Vel intellige de his, qui deferunt habitum extra monasterium, secundum Hostien. & Innocent. quos sequitur Ioan. And. in cle. eos, eo. & ponit Abbas, in capitul. porrectum, eod. Vel loquitur de his, qui protestantur, quod per delationem habitus, non intendunt profiteri, vt per Abb. in capitul. vt hi qui. eod. Vel intellige de his, qui ingrediuntur monasterium, vbi non seruatur regula antiqua: vt ibidem per eundem, & de hoc latè per Archidiac. & alios in capitul. quod interrogasti, dist. 27.

h ¶ Veri Monachi.] Supple, vel veri clerici, vt in capitul. vt clerici, eod. vnde sumitur. Datur enim optio, vtrum velint esse clerici, vel Monachi simi. in capitul. cum causam de elect. & argumen. 16. quæst. 1 cap. nemo potest argument. contra 27 quæst. 1 c. cui duo, & capit. quid interrogasti, dist. 27. Sol vt not. in dict. capitul. vt clerici, & not. hic & in capituarium, de priuil. vbi gloss. & Abb. quod vbi constat de animo deferentis habitum: scilicet quod non intendit profiteri, talis delatio, quantumuis diuturna, non inducit professionem. Secus tamen si quis monialium habitu indutus, in monasterio monialium profiteretur: quia secundum Ioan. And. quem etiam sequitur Ab. in dict. capit. tuarum, valet talis professio, licèt is compellatur intrare monasterium monachorum. Io. Bap.

Verum autem. CASVS. Dubitatum fuit inter scholares an inter professionẽ tacitam, & expressam sit aliqua

differentia,& primo negatiuè videbatur respondendũ, quia per vtramque Religiosus dicitur voto Religionis obligatur. Sol. tamen,vt hic legimus si quidem votum ita obligat sicut fuit modus viuendi,& ideo effectus est diuersus,& obiectio non tenet. Not.quod causa obligationis aliquando consideratur simpliciter, & aliquando cum aliqua qualitate adiecta, & hinc est quod effectus postea reperitur diuersus,arg.§ per rescriptũ sup. de collatio.

a ¶ Interdum multũ.] Interdum etiam nihil quo ad quædam : vt ecce professio tacita inducta per lapsum anni non habet triduum ad pœnitendum, prout nec expressa : licet aliud sit in tacita, quæ per assumptionẽ habitus intra annum inducitur, vt no.in c. 7 eo. in 6 vnde sumitur. Item quo ad dissolutionẽ postea cõtracti matrimonij nihil inter expressam, & tacitã interest: quia semper dirimit, Ioan. Andr. in dict. cap. Ab. in cap. cum virum,eo.in antiq.

b ¶ Non mutato.]Cap. sicut eo.in antiq. cap.3 eod. in 6 habitus enim non facit monachũ, sed professio regulæ, capit. portectum, de regul.

c ¶ Præcisè.] Id est, absolutè, & necessariò, & sine dist. vt not. in c. contra, Christianos, de hæret.1 in 6. & per Ab. in c. ex parte de reseri. fac. l. miles, § decem. ff de re iudi. & l. sed & hæ.§pen.ff de procu.& de hoc,verbo traditur per Legistas in lege omnes populi.ff de iustit. & iur. & in l. stipulatus sum, damnum,ff de verb. obl. per Bal. in auth. hodie,de iud. & in l. 2. C. de execut. re. iud.

d § Sciens, & prudens.] Secus si forte laboret furore, c. sicut eod.vel inuitus deferat cap. cum virum eod. & 20 quæst. 3. capitul. presens.

e ¶ Triduo.] Similis dilatio temporis in l. fin. C. de error aduoc.

Et si contigerit.] CASVS. Quidam Canonicus Mediolanẽsis meus amicus deuotione motus ingressus fuit Relig.Capuccin. & cum haberet præb. fuit dubitatum, an tale benef. sit factũ vacans,cum Regul. sint incapaces huiusmodi benef. sæcular. c.2 & ibi Doct. de statu Monachor. Solut. tamen vt hic legimus,quia potest de Relig.exire,& vitam clericalem ducere non obstat obiectio siquidem ipsa tenet de Regul. professo, Not. inde argu. quod benef. non dicuntur vacantia propter contracta sponsalia,sed solum propter contractum matrimonium quia spons. dissoluuntur,§ dissoluuntur, infra de spons.

Io. Bap.

f ¶ Probationis annum.] Sumitur ex cap. benef. eod. in 6 & per hanc literam dici posset , quod si minor 14. ann. Religionem ingrediatur,beneficium suum ante finem anni 17 stante Conc. Trid. sess. 25 sub titulo de reg. cap.16 conferri non poterit : vt not. per Ioan.And. in dict. cap. beneficium.

g ¶ Conferendum.] Immò contra capit. ex transmissa de renunc.vbi tenuit collatio facta intra annum probationis. solut. vt not. in c. benef. eo. in 6. Et idem erit si ingressus non habeat quidem ius in re, sed rem tantum : quia eadem ratione tale ius non creditur perire, vt ibidem ab eodem not. sed nũquid *contra* constitutum in probatione *poterit* benef.conferri. Et non puto, cum hic sit statu dubius l. qui status ff de re mili.& l. qui de libertate, ff de lib. cau. & quia per hoc induci posset ad religionem dimittendam , quod esse non debet,12. q. 2 cap. bonæ rei. & capit. quorundam de elect. & cum,& plantare,de priuil. quod intellige de benef. quod per regulares possideri non posset ad Episcopatũ autẽ in sæculari Eccles. eligi posset, cap. nullus, de elect. in 6 & § propterea infra eod. sed numquid talis vocandus erit ad elect. Episc.sede vacante,si sit in monasterio vicino? Resp. vt prolixè no.in dict.c.benef.

h ¶ Portione.] Sed quid fiet de reliqua portione? Resp. secundum aliquos, reseruabitur constituto in probatione , licèt actualiter dari non debeat? nã sic non benè probaretur. Alij quod in vtilitatem Eccles.expendetur. Alij aliter, vt not. in cap. benef. eod. in 6.

i ¶ Beneficio.] Etiam si sit curatum.

k ¶ Assensus.] Et in his terminis est fortè intelligendum cap. ex transmissa , de renunc.

l ¶ Professionem.] Non solum expressam : sed etiam tacitam, cap. beneficium, eod. in sext.

* Conferri poterit.] Si tamen postmodum non profiteatur, sed sæculum repetere contingat poterit in Gallia per viam regressus benefic. etiam repetere, vt ad Flamin. Paris. de resignat. lib. quæstion. Firmacc. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Doctores omnes, qui post Concilium Tridentinum scripserunt, extendunt decretum Concilij Tridentini, sess. 15. Can. 16. etiam ad renunciationem beneficij , de qua quidem renunciationis, materia , quod procedat etiam in renunciatione beneficij etiam ante ingressum intuitu religionis facta , nisi paulo ante professionem , quando scilicet ad illam est receptus à fratribus , & omnia sunt parata , ita vt moraliter loquendo professio indubitanter sequi debeat , resoluunt. Emanuel. tom. quæstion. 37. articul. secundus Flamin. Paris. de resignat. lib. 3. quæstion. num. tertio , cum seq.

Ponit differentiam inter expressam, & tacitam professionem. h. d.

Vtrum autem quis expressè professus fuerit,an tacitè , interdum multum [a] interest. Expressa enim professio , etiam sæculari habitu non mutato, [b] illi religioni præcisè [c] obligat , quam quis professus fuerit. Tacitè verò facta infra probationis annum, per habitus,qui profitentibus tantum datur susceptionem, non illi specialiter, cuius est susceptus habitus : sed generali religioni recipientẽ obligat, dum tamen legitimæ sit ætatis, ac sciens, & prudens [d] triduo [e] in eis habitus delatione perseuerauerit.

Beneficium non vacat per Religionis ingressũ ante professionẽ, nisi de cõcensu ingressi. h. d.

Et si contigerit,eum qui religionem ingreditur, beneficium retinere intra probationis annum [f] non erit alicui conferendum, [g] sed interim per alium assignata sibi congrua de prouentibus portione [h] beneficio [i] inseruiendum erit, si tamen ingressi ad id accedat assensus, [k] aut quod mutare voluerit liquido appareat, aut legitimam professionem [l] emiserit, beneficium alteri liberè conferri poterit. *

Sed quæritur vtrum renunciatio, seu donatio bonorum, facta abexistente adhuc in sæculo prætextu, & intuitu ingressus religionis stante dispositione huius cap. valida, sit negat Ledesm. lib. 2 cap. 41 numero 40 vers. 2. Affirmant hoc decretum non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus. Quarant autem in sum. Bullar. verb. monasteria, & conuentus pag. 330 versic. dubium illud Gratiani decis. 37 num. 2.

Sed an testamentum ante ingressum religionis factum sequuta professione rumpatur, & an ante professionem possit expressè reuocari vide Crass. § testamentum quæst. 34 num. 2 Fachin. li. 6 controuers. cap. 14 & 15. Menoch. succes. creat. li. 2 § 20 num. 29 Guttie. in capit. quamuis pact. verb. dum nuptui tradebatur num. 4.

Aduerte tamen hoc decretum non procedere in testamentis donationibus causa mortis, & codicilis Nauarr. comment. 2. de regular. numer. 50 Thesaur. decisio. 56 Henriq. decis. 22.

Sed quatenus in d. c. habetur [cum licentia] nota quod debet interuenire ante actum, vel in ipso actu iuxta Doctrinam Bar. in l. si quis mihi bona § iussum de acquirenda possession. Tiraqu. de iure Mar. glos. 6 num. 3 cum sequ. Cassan. in consuet. Burgund. Rubr. 4 § 2.

Is quoque CASVS. Quidam fecit votum ingrediendi Religionem Iesuitarum, postea pœnitentia ductus cogitabat de promotione ad dignitatem eccles. sæcularem, & si eam non obtinuisset de ingressu alterius religionis, vnde fuit quæsitum quid iuris, & primo videbatur dicendum, talem debere gaudere in hoc plena libertate, quia coacta seruitia Deo non sunt grata, § primo in fin. supra eod. Sol. tamen vt hic habetur quia votum à principio est voluntatis, sed ipsum obseruare est necessitatis, qua ratione suadente nec etiam obiectio tenet. Not. minus perfectum contineri in magis perfecto, quando sunt eiusd. ordinis. Not. 2 votum considerari aliquando simpliciter, & aliquando certa solemnitate adhibita, & hinc dantur de eo duæ species.

a ¶ Compos mentis.) Licèt sit corporis impotens, infirmitas enim quantumuis grauis nullitatem actus non inducit, nisi mentis exilium inducat capitul. ex transmissa, vbi Ant. & Abba. de renunciat. fac. capitul. Gonsaldus 22 quæst. 2 sed furiosus etiam si benefaciat sanæ mentis non præsumitur capit. sicut vbi Abb. eo. fac. not. per legistas in leg. furiosum C. qui testam. fac. pos.

b ¶ Emisit.] Vel furore liberatus ratam professionem habuit, vt capit. sicut eod. sed an sufficiet tacita ratihabitio? Respond. vt not. per Abb. in d. cap. sicut in fine.

Qui vitam regularem vouit, monasterium ingredi debet, non obstante quod fuerit prælaturam consequutus, h. d.

Is quoque, qui votum de ingressu religionis compos mentis [a] emisit, [b] vt monachus fiat, cogendus erit. Vsque adeo enim Deo voti ligat emissio, vt etiam si quis post votum prælaturam fuerit consequutus, Domino tamen promissa reddere sit compellendus. [c]

Per votum solemne derogatur simplici. h. d.

Illud quæri potest: Si quis post votum de certa religione intranda [d] emissum aliam religionem etiam laxiorem, [e] ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidem ne possit voto non obstante priore, licitè remanere, [f] in qua specie cum per secundum solemne votum priori simplici derogari potuerit, respondsum est, posse monachum in ea religione, in qua professus est remanere; eidem tamen pro voto non completo, pœniten-

ANT. TIMO. Est autem votum secundum S. Thom. deliberata, & spontanea promissio Deo facta de his, quæ sunt Dei 2 q. 88 art. 1 vide Magist. in 4 sent. dist. 38 & ibi Doct.

c ¶ Compellendus.) Quia debet prælaturam dimittere, & monasterium ingredi, licèt postea canonicè electus Episcopatum recipere possit, capitul. per tuas, de vot. & vot. red. & ex hoc nota differentiam inter matrimonium carnale, & spirituale; nam carnale tollit votum prius emissum matrimonio non consonum, capit. 1. de voto, & voti red. in 6 secus spirituali, vt hic & in dict. cap. per tuas, nam inter episcopum, & eccles. contrahitur matrimonium spirituale, capitul. 2 de transla. & sup. de corep. vsu subl. § 1 & tamen per hoc matrimonium non est sublatum votum religionis præcedens, & sic carnale videtur fortius. Sed contra videtur capitul. qui post. eodem in 6 & infra eo. §. proxim. Solut. vt ibi in verb. remanere. An autem quod dicitur habeat locum in alijs dignitatibus diuersis ab Episcopatu, vide per Abbat. in d. capit. per tuas.

d ¶ Intranda.] Nota verbum: quia aliud est religionem profiteri, quod potest fieri etiam habitu non mutato cap. sicut: & cap. porrectum, eo. in antiq. & capitul. constitutionem, eo. in 6 quia habitus, & cap. aliud vouere de intrando, vel profitendo, & tunc loquitur hic, & cap. qui post. eo. in 6 sicut & diuersum est vendere à promissione de vendendo.

e ¶ Laxiorem.] Quia de arctiori non dubitatur: quia etiam quod esset professus posset ad strictiorem transire, capitul. licet. eod. Voluntatem enim, & propositum non infringit, qui commutat in melius, cap. peruenit, de iureiur. cap. scripturæ, de vot. & vot. redemp. & sic non esset locus tunc pœnitentiæ imponendæ, de qua hic secundum Arch. vt no. in c. qui post, eo. in 6.

ANT. TIM. An quis possit votum factum commutare in melius sine prælati auctoritate, est quæstio apud Theologos, de qua vide per S Thom. 2. 2 quæst. 88 art. 12 quo in loco fuse Caietan. examinat hanc quæstionem. Nota præterea secundum sententiam S. Thom. quod potest etiam regularis accedere ad laxiorem regulam si melius obseruetur 2. 2 q. 189 art. 8.

f ¶ Remanere.] Sed contra sup. eod. § proxim. & capit. per tuas de vot. & voti redem. vbi coniugium spirituale, quod non videtur minus esse efficax professione, non præiudicat simplici voto de religione intranda, imo debet quis prælaturam deponere, vt votum impleat solut. in contrarijs promotus habebat conscientiam erroneam, quam deponere non poterat. Vnde erat sequenda, fecit, quod not. in capitulo per tuas, de simonia. vel solue vt per Abbatem in c. per tuas eod.

simplici, & solemni. Vnde pro intelligentia, est sciendum, quod votum est duplex simplex, & solemne, simplex est quando quis animo deliberato corde, vel voce Deo castitatem, vel ingredi aliquam religionem promittit mediatè, vel immediatè, mediatè quando fit sanctissimæ Virgini, vel alteri sancto, immediatè quando ipsi Deo s. Tho. & omnes in 4 distinct. 38 Sotus quæst. 2 artic. 1 Angel. Syl. Cajet. Nauarr. capit. 12 per tot. Votum autem solemne est quando tali promissioni subsequitur personæ traditio realis in alterius potestatem scil. quando nouitius, vel nouitia facit professionem. Tunc enim votus solemne castitatis, & religionis emittit, vt notant omnes supra, & sic omnia alia vota, quæ in vniuerso fiunt tantum simplicia dicuntur, vt tradit Paludanus communiter approbatus secundum Nauar. cap. 12 num. 31 & Sot. supr. votum tamen solemne dicitur illud, quod solemnizatur per professionem tacitam, vel expressam, factam in religione approbata, vel per susceptionem sacri ord. text. est in c. rursus qui clerici, vel vouent. S. Th. 4 distinct. 38 & in add. 3 p. quæst. 83 art. 1.

tiam [a] imponendam.

Votum simplex, & solemne, quid, hoc dicit.

Est autem [b] in proposito votum simplex, quod non est aliqua professione munitum. Solemne verò est, quod quis per professionem tacitam, vel expressam comprobauit.

Semel factus monachus cogitur remanere in monasterio, h.d.

Is igitur qui legitima in ætate constitutus, habitum semel [c] induit sponte, [d] religiosum propositum vltrò susceptum, deserere non poterit: sed proprio Abbati [e] obediens in castitate, in proprio deget monasterio.

Monachus non potest aliquid proprium habere: nec contra hoc potest Papa dispensare, hoc dicit.

Sed nec aliquid proprium [f] possidere debet: & si quid habet, totum in continenti ad aliam vitam regulariter non cogitet. Nota 2 Religiones differre inter secundum magis, & minus perfectum, & hinc est licitum esse aliquando transire de vna ad aliam capitul. licet, eodem, & ibi Doctor. Nota tertio, inter fideles dari tria hominum genera, videlicet Laicorum, Clericorum, & Religiosorum, quibus potest addi quartum nempè illorum qui à Doctorib. dicuntur gerere certum viuendi modum, vt sunt confratres alicuius spiritualis confraternitatis, de quibus per Doctor. in capitul. 1. de for. compet.

a ¶ Pœnitentiam.] Quæ tanto debet esse durior quanto fuit votum manifestius, capitul. vnic. de vot. & vot. redempt. in 6 capitul. 1 de pœnitent. & remission. & not. 22 quæst. 4 capitul. nemo, & distinct. 81 cap. clericus solua, & distinctione 19 capitul. Anastasius, & capit. de homine de celeb. miss.

b ¶ Est autem.] Capit. vni. de vot. in capit. per tuas.

Io. Bap. Isigitur. Hæc pars subdiuitur in 2 partes, in prima habetur qualis debeat esse vita monachorum, in secunda qualiter superiores, inter eosd. sint eligendi, secunda ibi, vt autem. Quo ad primum CASVS, ita figuratur. Quidam religiosi humiliati nolebant pœnitentia ducti, monasterio superiori obedire, & vitam regularem ducere, sed bona possidere, ad aliam religionem cogitabant transire, de proprio monasterio exire, ac etiam nonnulli ad vitam clericalem volebant promoueri, vnde fuit quæsitum quid iuris, in quibus omnibus videbatur de iure eis licentiam esse concedendam, quia omnia illa, quæ sunt perfectionis, sunt quoque liberæ voluntatis, iuxta dictum Euangelicum: si vis perfectus esse, & cætera si vis dicit text. quibus accedit, capitul. fin. 14 quæstione prima Solu. tamen prout in hac parte habetur quia isti religiosi à princip. ad talem viuendi regulam seipsos obligauerunt, qua ratione suadente apertè constat etiam obiectionem non tenere, si quidem ipsa locum habet in princip. secus autem postquam facta est obligatio de tali viuendi regula. Not. vitam regularem reduci ad hoc capitul. vt monachus in religione non solum tria vota religionis obseruet, sed etiam in ea perseueret, & de transitu

c ¶ Semel.] Immo contra: quia adhuc habet triduum ad deliberandum post talis habitus susceptionem, ca. ad nostram eod. Sol. hic in eo, qui prius vouit ingressum religionis, & postea habitum suscepit, ibi in eo, qui exorsus est à susceptione habitus, & cum dubitari possit, quo id animo fecerit, ideo datur triduum secundum Abbat. in contrario, vel in contrario fuerat quis illectus, & erat vicinus pueritiæ, & non fuerat in probatione, vt not. in c. pro huius 20. q. 3.

ANT. TIM. Vnde adeo verum est hoc secundum s. Thom. quod post perfectè absolutam professionem non potest amplius votum deserere, quod neque ipse Papa potest facere, quod ille, qui est professus religionem non sit amplius religiosus: ita tenet s. Thom. contra aliquos iuristas aliter tenentes, vt inquit ibi 2. 2 q. 88 art. 11. per decretalem ad monasterium, de stat. mon. quod intelligendum est stante monachatu non posse Papa dispensare, vt declarat Cajet. ibi. Sotus vero aliter sentit de iust. & iu. li. 7 q. 1 art. 2.

d ¶ Sponte.] Secus si coactè, cap. 1 & quæ ibi Doct. & c. ad nostram, eo. & 20 q. 1 c. sicut, & qu. 3 per tot. dummodo talis sit coactio, quæ cadat in constantem virum cap. cum dilectus, quod met. cauf. sed & conditionalis coactio impedit, cap. prolatum quod met. cauf. nisi quis ex timore propter maleficium intraret religionē, vt not. in cap. 1 d. qu. 3 sed contra videtur, quia coacta voluntas in voluntas est, c. meritū 15 q. 1 l. fin. mulier ff quod met. cauf. Respondeo in hac materia debet esse spontanea fac. not. in c. Abbates quod met. cauf. argu. contra in c. maiores § item quæritur de bap.

e ¶ Abbati.] Sine cuius licentia, nec literas quidem audebit à quoquam recipere: vt per abb. in c. cum l. & A. de re iudic. & aliter faciens, vel delinquens punitur solo abbatis arbitrio sine. consensu cap. abb. in capit. reprehensibilis de appel. sed latius per eundem in cap. Ioan. eo.

f ¶ Proprium.] De facto, & tamquam proprium, sed quando dicitur monachus proprium habere? Respon. secundum Ioan. And. & Ab. in cap. cum ad monasterium de stat. mon. quando non habet administrationem, & aliquid tenet illud celando Abbati. Vnde si habet administrationem, vel est in studio cum licentia supe-

rioris licitè aliquid detinet, nec ob id dicitur habere proprium si paratus sit illud dimittere ad nutum superioris. Facit, quia idem videmus in seruo, qui non dicitur habere aliquid proprium, licet habeat peculium, l. quam Tuberonis, ff. de pecul. & per abb. in cap. Ioannes, eod.

ANT. TIM. Diuitiæ vero in communi retentæ non sunt contra professionem paupertatis religionis, seu monachalis, sed proprio, vnde habere aliquid proprium in communi non derogat perfectioni religionis: s. Thom. 2. 2. quæst. 88.

ALOYSIVS RICCIVS. Agit nunc de voto paupertatis, & disponit monachos nihil possidere posse, & ita censuit sacra congregatio præcipiens quod regulares tam fœminæ, quam masculi non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis superioribus, à quibus primò subueniendum est necessitatibus earum, vel eorum quibus munera destinata fuerunt. Itaque monialibus non licet possidere propria, *& si quid legatum relictum datum donatumue fuerit* vel earum labore, vel industria partum, tradi debet Abbatissæ, vel Abbati, quæ ex eo primum monialis ipsius cuius causa id quæsitum est necessitati prouidebit reliquum conferri debet in vsum monasterij referunt Nauar. in comment. 2 de reg.

Et an liceat monialibus fœminis nutu, & consensu superiorum retinere, & possidere redditus siue census certos ad vitam sibi pertinentibus, propinquis, vel amicis assignatos ad suæ vitæ vsus necessarios. Vide Syluestr. in sum. verb. religio num. 7 Nauar. de restitut. tom.... lib. 3 c. 1 num. 166. Croz. de statu relig. vbi resoluit religiosos habentes census, & redditus annuos non peccare, & asserit Concilij prohibitionem habere tantum locum in redditibus, vt proprijs, & irreuocabilibus, per prælatos, & sine eorum licentia distrahendis dicit etiam Clem. VIII. in motu qui incipit. Religiosæ Congregationis edito 3 kal. Iulij anni 1594 multa vetare religiosis vtriusque sexus, exceptis militaribus circa largitionem munerum.

Et an Monachus factus Episcopus habeat bonorum, seu fructuum dominium, & proprietatem negant. D. Thom. 2. 2 q. 88 art. 11 ad 4 & q. 185 art. 8 Nauarr. de reddit. Eccles. par. 1 defens. monit. 11 & 13.

Et professio facta cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio non valeat sed vitietur ex tali adiectione, vtpotè contra substantiam illius resoluunt Abb. in cap. fin. num. 7 de condition. appos. & in cap. final. in 6 Menoch. li. 3 de succes. creat. § 21 numero 177. Spin. in speculo testamentorum gl. 12 nu. 12 Ceuall. Comm. contra. commu. q. 83 Qui Clerici vel Monachi intelligi de retentione seu reseruatione bonorum ad vsum professionis in domo propria pro suis necessitatibus tanquam obedientiarij, & ex voluntate prælat. Nauar. in cap. non dicatis 12 q. 2 notabit. num. 33. 41 & 42 cum sequens, & in c. nullum 18 q. 2 num. 3 cum seq.

a ¶ Contra eam.] Etiam si sibi fuerit aliquid relictum quia non debet illud capere sine licentia superioris, cum tale relictum acquiratur monasterio, secundum Abb. in cap. cum ad monasterium eod. & latius in c. 1 de sta. mona. & de hoc vide Conc. Trid. sess. 25 in tit. de regularibus c. 2 & c. 3.

resignabit. Nam abdicatio proprietatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam [a] nec Summus Pontifex [b] possit licentiam indulgere. Et si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte, is est Christiana sepultura priuandus, [c] & sepultus exhumandus, [d] prout etiam B. Gregorius se feciſſe narrat.

Potest monachus transire solum in arctiorem religionem, h.d.

Sed nec temerè [e] monachus de monasterio in monasterium [f] migrare permittendus est: nisi monasterium, ad quod transitum facere cupit, districtius [g] existat. Quo casu nullo obstante priuilegio [h] prælatus monacho sine difficultate debet transeundi licen-

b ¶ Summus Pontifex.] Aliqui dicunt, quod Pontifex potest prius facere de monacho non monachum, & eidem postea permittere, vt possit habere proprium.

c ¶ Priuandus,] Nisi in puncto mortis ostenderit contractionem: arg. c. à nobis de sent. excom.

d ¶ Exhumandus.] Si possit fieri sine scandalo. c. sup. de stat. monac.

e ¶ Temerè.] Nota duo, quæ requiruntur ad hoc, vt quis possit transire in aliam religionem. Primò, vt absit temeritas, & leuitas. Secundò, quod religio, in quam vult transire sit strictior, & fac. cap. Ioan. cap. super eo. & cap. sanè, & cap. licet eo. & 20 quæstio. 4 per totam.

f ¶ In monasterium. Sed contra videtur, quod transire, de vno monasterio in aliud non est postulare, cap. ex parte de temp. ord. nec debet iste transitus prohiberi, cum tam in primo, quam in secundo, tria substantialia religionis obseruantur Sol. imo large est apostata, vt not. per Abb. in cap. Ioan. an si. eo. & licet hic in substantialibus non sit præuaricator, tamen quo ad obedientiam quam debet est prælato, c. sicut de iureiur. sed cui ex duob. monasterijs applicabantur bona istius transeuntis de vno in aliud, maximè si licitè transeat? Resp. vt per Abb. in capit. quæ à te de cler. coniu. & in c. ne relig. de reg. & in c. cũ omn. 2 de priu.

ANT. TIM. Quando autem sit licitum transire de vna religione in aliam dicit s. Thom. & enumerat tres causas. Primo, zelo perfectioris religionis: secundo, propter declinationem religionis à debita perfectione. Tertio propter infirmitatem, vel debilitatem, ita 2. 2 q. 88 a. 8 in primo casu debent petere licentiam propter humilitatem, secundo requiritur superioris iudicium in tertio est necessaria dispensatio verum quia hodie data sunt multa priuilegia regularib. ideo non est facilè sine licentia Papæ transire de religione in religionem, & non incidere in excommunicationem per Bull. Martini V. quæ incipit viam ambitiosæ, & Sixti IV. incipiente. Regimini.

g ¶ Districtius.] Quid dicemus de eo, qui intrauit religionem vbi non seruabatur regula antiquitus instituta demum monasterium reformatur numquid is qui fuit ingressus dissolutionis tempore, possit compelli ad obseruantiam regulæ reformatæ? Respond. vt per Abb. in c. sup. eo. tit. Item sciendum quia per licitum transitum ad primum monasterium transiens est pœnitus à primo separatus etiam intra probationis tempus, & antea q̃ profiteatur in secundo monasterio: Abb. in c. ex transmissa de renunc. fac. not. per eundem in capit. Abbat. de verb. signific. Et fortè non poterit amplius ad priorem religionem reuerti. De quo die, vt per But. in c. intelleximus de æt. & qual.

h ¶ Priuilegio.] Conçor. c. licet eo. Et sic not. quod vbi

tiam indulgere, [a] ne videatur propositum impedire diuinitus [b] inspiratum.

Statur iudicio Abbatis quæ religio sit arctior. hoc dicit.

Quod si fortè probaliter dubitatur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem transire, an ad laxiorem: ex charitate, an ex temeritate superioris [c] est iudicium requirendum: ne fortè Angelus Satanæ in lucis [d] Angelum se transformet.

Mendicantes solum in ordinem Carthusiensium migrare possunt. h.d.

Mendicantibus verò approbatis, [e] qui pretextu arctioris ducendæ vitæ ad monasterium confugiunt, etiam si auctoritate Apostolica fuerint muniti. Clemens [f] quintus sacro approbante Concilio interdixit, ne vocem, aut locum in capitulo talis monasterij haberent, neue ad prioratus administrationes, aut quęcumque officia assumi possent. Sed nouissimè Martinus [g] quartus omninò vetuit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine Carthusiensium, sine speciali sedis Apostolicæ concessione transire, tam recipientibus quam receptis, ipso facto excommunicationis pœnam incursuris.

Abbbates debent perquirere fugitiuos: & Monachi non poßunt præesse Ecclesijs parrochialibus licet secus sit in regularibus. h.d

Fugitiuos [h] verò debent Abbates sollicite perquirere [i] & vt ad monasterium, & frugem melioris vitæ reuertantur opportunis remedijs, [K] prouidere, nec ordinarios, [l] qui eorum suppleant negligentiam expectare,

Summatus est in præcedenti. h. d.

Singuli quoque monachi per villas, & oppida non debent discurrere: nec per quascũque [m] parrochiales Ecclesias disponi. Quod in regularibus cum regulæ inseruiant laxiori, specialiter cautum non inuenitur: ideoque illis cum minori difficultate paro-

vbi priuilegium posse diuinæ inspirationi præiudicare, parum aut nihil operatur.

a ¶ Indulgere.] Et si nõ idulgeatur nihilominus poterit monach. exequi propositum suũ fac. ne per Ab. n. c. adde renunciat. vbi amplius quod hic dicitur in clerico sæculari volente transire ad regularẽ vitam. Sed quid si talem licentiam non petijt, an per Abbatem reuocari possit, quidam quod sic vt not. in capitul. intelleximus de æta. & qualit. & in capitul. mandamus, 19 quæst. 3 Alij contra. capitulo. sane. eod Dic vt per Abbatem in capitul. licet eod.

b ¶ Diuinitus.] Facit ad illud, quod monachus electus in Papã possit inuito Abba. acceptare, cum talis electio credi debeat inspirata diuinitus, de quo in capite quam sit 18 quæstio 3.

c ¶ Superioris.] Non intelligas de Abbate, qui immediatus superior est monachis: q̃ a non debet esse iudex quodammodo in causa propria: sed de eo ad quem religiosus appellaret, si grauaretur à superiore immediato, vt per Abb. in capitul. licèt eod. simil 11 quęst. primo capitulo pervenit & capitulum nullus de iur. patron authen. de sanctis Episcopis, § si à clero coll. 9

d ¶ Lucis.] Capitul. nec mirum vigesimo sexta quæstione quinta & 29. quæst. primo §. primo.

e ¶ Approbatis.] Quales sunt Prædicatores, Minores, Eremitæ S. Augustini, Carmelitæ. de quibus in capitu. vni § sanè de reli. domib. in 6 vbi habetur, qui sint mendicantes: nota. in clementi eodem in glos in verbo quos libet.

f ¶ Clemens.] Cle, 1 eodem.

g ¶ Martinus.] Vt in extrauagantibus communibus, in extrauag. quæ incipit, viam ambitiosæ cupiditatis.

h ¶ Fugitiuos.] sed quis dicetur fugitiuus? Respond. secundum Ioann. Andr. & Abbat. in capit. fin. eod. ille qui moratur extra Monasterium, & celat se Abbati. facit. l. quis sit fugitiuus, ff de ædil. edict. Et eo ipso, quod religiosus recedit de monasterio, & non est sub obedientia prælati est Apostata. Innocent. in capit. fin de renunciation. Ab. in capitul. fin. eodem. Nouitius tamen, si sine licentia superioris recedat de monasterio, non potest fugitiuus appellari vt per Ab. in capit. statuimus eod.

i ¶ Perquirere.] Et vagabundum recipere, ne animæ incurrat detrimentum. sed contra 27 quæst. 1 capitul. si monachorum, & capitul. si quis rapuerit. solut illud vbi priora monasteria redarguuntur de dissolutione, ita nota in capitulo Ioannes eodem.

K ¶ Remedijs.] Puta excommunicando, & faciendo excommunicatũ denunciari ab Ecclesiarum prælatis: vt per Abbatem in capit. fin. eodẽ, & circa hanc materiã plura remedia oportuna inuenit, & introduxit nouissimè Cõcilium Triden. in session. 25 sub titulo de regularibus capitul. quarto, & capitul. quinto & capitul. 11. & capitul. decimo tertio.

l ¶ Ordinarios] capitulo quanto de offic. ordinar. & per Concil. Trident. session. 25 in tit. de regula, capitul. decimoquarto, sed an monach. possit de licẽtia Abbat. perpetuo extra claustrum morari? Respon. vt per Abba. post antiques in capitul ex rescripto. de iure iur.

m ¶ Quascumque.] Istã generalitatem declara, & intellige vt late habetur per gloss. Abbat. & alios in capitul. secun. & in capitul. quod Dei timorem, de statu monachor. vnde sumitur, & vide per Ant. de Butr. in capit. sicut de sup. negl. pręl. Et videtur notab. hæc determinatio. cum liceat mona-

cum de monasterio detrahere gratia docendi, immo (quod longe minus est) vt sit Episcopi cubicularius Abba. in capitulo clerici 2 de vita, & hon. cleri.

a ¶ Permittitur.] Vt late habetur in capitulo quod Dei timorem. de statu. Monachorum, & aliquid per Abbat. in capitulo, cum ad nostram, de elect.

chialibus Ecclesiijs præesse permittitur.[a]

Quomodo, & qualis sit eligendus in Abbatem hoc dicit.

Vt autem inuiolabiliter monastica disciplina custodiatur, de congregatione monachorum [b] Abbas eligendus est, quem ordo vitæ & meritum magis poposcerit ordinari, vt

Vt autem.] CASVS. Monachi Augustiniani contendebant inter se de superioribus eligendis si quidem dicebant quidam, non esse superiores eligendos, cum quilibet sponte talem sibi eligit viuēdi Regulam, quidam verò alij volebant eos forte esse constituendos, quia omnes æqualiter ad eandē regulam tenentur, & propterea vnus non videbatur magis idoneus quam alius, qua de re quæsitū fuit quid iuris Solu. vt habetur, hic si quidem frustra darentur regulæ nisi constituerentur aliqui quorum vigilantia essent exequendæ, vt dicebat Iurc consul. in l. 2 ff de orig. iur. ad hoc autem prudenter consequendum non quilib. videtur idoneus, iuxta doctrinam Apostol. dicentis: Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, & capitul constitutis de appellat. Non obstant obiecta, quia etsi aliquid promittat in obseruando tamen sæpè est trangressor, qui ad obseruantiam discretè, & prudenter debet cogi, & ideo non quilibet indifferenter est idoneus. Not. neminem ad aliquod Regimen esse promouendum, nisi peritus, & prudens existat circa pertinentia ad tale Officium, cum turpe sit ignorare ius, in quo quis versatur l. secunda ff. de origine iur. Nota 2 quod superior, & subditi debent esse vnius & eiusdem, professionis, Not. 3 argumentum summopere vtile fore in quolib. regimine constituere visitatores quorum opera, ac etiam timore iustitia longe melius custoditur.

b ¶ Monachorum.] Clericus ergo sæcularis non elegetur in Abbatem capitul. cum ad nostram, de election. & in capitul. cum in magistrum, eodem titul. immo non solum debet esse professus, verum etiam expresè professus, vt possit in Abbatem eligi, dicto capitulo, cum in magistrum, vbi Abba. & nota supra eodem § vtrum, & infra § proximo. Immo debet esse de eadem congregatione, capitul. Abbate 2 18 quæstion. secunda, & per tot. Nisi fortè in tali congregatione non reperiatur idoneus: quia tunc sumetur de alio, capitul. quam sit 18 quæstion. secunda, vbi nota & capitul. de officio de election. vel nisi monachi huic fauori; scilicet, de suo gremio eligendi Abbatem renunciarent, vt per Abba. in dicto capitulo, offic. argument nota in capitul. cum inter canonicos de Election. Electus tamē in Abbatem in alieno monasterio non habebit amplius vocem in primo monasterio; etiam si ex consensu capituli sibi hoc reseruauerit vt per Abba. in capitulo constitutus de elect.

ANTO. TIMO. Debet autem Abba. annum saltem, 23 inœpisse Doctor in clement generalem de æta. & qualit. ord. & esse presbyter cap, 1 eod.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti. § author ponit qualiter Abbas eligi debet. Vnde sciendum est, quod in Abbatem electus, debet esse cautus in regimine humilis, castus misericors, discretus, & sobrius c. si quis Abbas 18 q. 2 quoniam primò humilitas in prælatis commendabilis est ca. ecce 99 distinct. Et humilitate ipsa nihil fulget in Episcop. ceruice splendidius, cap. contra morem in fin. 100 distinctio Sancta itaq; [teste August. in sermone de superbia] venerabilis quę humilitas tu Dei filium descendere fecisti in vterum Sanctæ Mariæ Virginis tu eum fecisti inuolui vilibus pannis virtutum ornamentis, tu eum circumcidisti in carne, vt nos circumcideret, in mente; tu eum corporaliter flagellasti, vt nos à flagello peccati liberaret tu eum coronasti spinis, vt nos coronaret suis ęternis rosis, tu eum infirmari fecisti, qui medius cunctorum erat, & solo verbo lauas omnia & vniuersa, vt infirmos sanaret. Et denique secundum Ambros. super Lucam 7 bona Humilitas nihil appetendo totum quod contemnit adipiscitur nihil excelsius humilitate quæ quasi semper superior nescit extolli, quia id affectat, quod infra se iudicat.

Secundò debet esse castus quia tēpore gratiæ non generis successio, sed vitæ perfectio quæritur c. recurrat § his ita respondetur in fi 32 q. 4 castitate enim absente omnia opera sunt imperfecta cap. tunc 34 q. 5 quæ quidem castitas non ferro quærenda, vt recitatur inibi. Vnde castitatis fidem Deo vouentes irritam faciendo, damnationem incurrunt capite primo 27 quæstio. prima.

Tertiò misericordiæ opera adimplere tenetur. ita Glos. in c. humanum genus in verb. inferre 1 distinct. & hic est quod misericordiam negantes Christum qui est misericordia negant ca. omnis 7 qu. 1 iustitia enim teste Chrysost. super Matthæum sine iustitia non est misericordia sed fatuitas.

Quarto depromendū est etiam necessariam fore discretionem prælato in corrigendo c. ponderet 50 distin. imò discretio ipsa est omnibus necessaria quoque in viuendo vt scilicet virtutis eligamus, & vitia reprobemus cap. hinc etenim 49 dist. discretio enim omnium virtutum mater esse dignoscitur cap. præsentium & ibi glos. primò q. prima.

Quinto & denique debet esse sobrius, & ille dicitur qui in cibo, & potu temperans est, quasi sine ebrietate sobrietatis nomine etiam temperantia significatur, vt per S. Tom. in c. 3 q. 543 c. 1 & temperantiæ partes sunt continentia clementia, & modestia secundum Cicer. lib. Rhetor. & hæc temperantia prodest animæ, & corpori quia nihil sic homini sicut moderata refectio c. nihil enim sic de consecr. distinct.

De electione aūt Abbatissæ animaduertas, quod debet esse triginta annorum c. indemnitati de elect. lib. 6 Turrecrem, in cap. iuuenculus 20 q. 1 Dec in cap. cum in cunctis num. 49 de elect. Conc. Vero Trid. sess. 25 de regular. & monialibus. c. 7 exigit, vt Abbatissa Prioriſſa, & Præposita non eligatur minor annis 40 quæ octo quidem annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Nec. vtique Abbatissa ipsa posset eligi in Abbatissam, si non foret professa expresse d. c. indemnitati & Anna allegat. 51 num. 7.

Debetque itidem eadem Abbatissa esse virgo, & sic vidua esse nequit & quantum cumque castè vixerit in monasterio ita gl. in cle. attendentes de stat. regular. Abb. in c. cum in cunctis de elect. vbi firmat, quod non solum Abbatissa non potest esse aliqua quæ fuerit vidua: Sed etiam nec illegitimè nata, patiensq; defectum in natalib. & sequitur etiam Dec. ibi num. 52 & Felin. in c. & meminerimus, nu. 4 de accusat. imo si Abbatissa permiserit se corrōpi est ipso iure priuata vt firmauit Cresc. decis. 31 lib 2 & violans non solum Abbatissam sed moniales etiam & præsertim in monasterio Canuertitarum in Vrbe, etiam quod Card. fit incur-

vt vni tantum [a] præsit monasterio, qui cautus [b] sit in regimine, humilis, & discretus; & cui monachi cum omni obedientia, & deuotione subiaceant.

Non professus non potest eligi in Abbatem: sed bene in Episcopum. h. d.

Et propterea cùm in magistrum [c] assumi debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, [d] qui subesse, non nouit; Religiosus qui regularem ordinem ante non fuerit expressè [e] professus in Abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam [f] eligi [g] non poterit: quamquam ad episcopalem dignitatem talis in sæcularibus, vel regularibus; [h] Ecclesiis eligi minimè prohibeatur.

Visitatores creandi, & quid agere debeant, hoc dicit.

Visitatores quoque in capitulo creandi sunt secundum formã generalis Concilij, [i] qui visitationis officium exequantur, [k] & omnia, quæ Viennensi Concilio [l] constituta sunt, fideliter obseruari faciant, & de statu

ritpœnam excommunic. latæ sententiæ cuius absolutio tantummodo reseruatur summo Pontif. vt disponitur in motu proprio Leonis X. 35. Imò hæc eatenus vera dispensare queat cum bastarda, & corrupta, vt in Abb. eligi possit, vt per Felyn. post alios in d. c. meminimus, sub n. 4 sed si accusetur Ab. tunc vtique septé testes in præsenti re requiruntur qui re ipsa absque vila fint infamia cap. præsul. 2. cu. 5.

Et generaliter de modo in elect. seruãdo vide Nauar. consi. 4. tit. de elect. & consi. 83 de reg. Eman. q. regul. tom. 2 q. 51 ar. 6 & nos in collect. 4 par. collect. 75 1. Quærant in summa Bullar. verb. Abb. vbi refert constit. Gregor. XIII. Romæ public. d. 4. Ianu. 1583 incip. exposcit debitum, quæ in fin. sic ait: Districtius inhibentes omnibus, & singulis dictorũ monaste. conuent. superiorib. & personis aliquam Abb. aut aliam Præfectam perpetuam, seu ad vitam. Sed triennalem tantum eligere, & præficere vllo modo audeant, vel præsumãt, & administratione monasterij per triennium, à die finitæ administrationis incohandum abstineant, quo elapso iterum eligi possunt.

a ¶ Vni tantum.] Concor. 20. q. 4 c. fin. & 21. q. 1 c. vnum. Sed contra videtur. c. 1 de priuil. in 6 & c. cum singula. de præb. eod. lib. Sol. hic loquitur in monasteriis separatis, & in contrariis loquitur in connexis, & vnitis: vt per Abb. in c. fin. de reli. dom. fac. not. in cap. constitutus de elect. Vel dic. quod non potest præesse duobus monast. quod non negatur in contrariis simil. cap. de multa de præb. & in cap. cum nostris, & cap. literas, supra de concess. præbend.

b ¶ Cautus.] Fac. c. si quis, & c. Abb. 18 q. 2.

ANT. TIM. Habetis magnam auctorit. in monach. suos, quos potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris: nisi specialiter alteri de iure reseruatis, secundum Innoc. in c. nuper. de sent. excomm. & S. Thom. in 4 sent. dist. 18 q. 2 art. 1 & Arch. Flor. par. 3. tit. 25. c. 77.

c ¶ In magistrum.] Cap. cum in magistrum, de elect. & c. ordin. d. 9 & c. miserunt, d. 61 & 16 q. 1 c. si cleric.

d ¶ Præficiendus.] Simil. cap. indecorum de ætat. & qualit. & l. fin. Cap. de leg. tuto & l. sic euenier, ff de adult. & l. filiũ habeo ff. ad Macedo & 1 q. 1 c. præstote.

e ¶ Expresse.] Cap. nullus & cap. indemnitatibus de cle. in 6. Vnde cautela est, vt huiusmodi professio fiat in scriptis: vt elect. obsistentibus scriptura obuiet, vt 17 q. 1 c. omnes fœminæ, & 1. q. 7 c. saluberrimum & not. in dist. cap. nullius.

f ¶ Prælaturam.] Puta Prioratum, Gardianatum, vel Magistratum, secundum diuersa nomina talia prælatorum: qui religiosis præsunt, c. fundamenta, & c. quorundam, & c. nullus, & no. de elect. in 6.

g ¶ Eligi.] Posset tamen iste non expressè professus postulari, secundum Io. And. & Abb. in cap. 2 de test. quia ius nouum cap. nullus de elect. in 6. loquens de elect. cum sit pœnale, non extenditur ad postulationem. Item poterit is eligere si sit saltem tacitè professus. not. in d. cap. nullus.

h ¶ Regularibus.] Quasi dicat interdum cathedralis Eccles. sæcularis est, id est, sæcularium canonicorum: interdum regularis: & vtroq; casu tacitè professus, in Episcop. eligi poterit. Sed quæ ratio quòd in cathedrali regulari eligitur non professus, in aliis non? Respondeo secundum Lauren. Tanc. Goff. Comp. ob excellentiam Episc. dignitatis, vt Episc. etiã sæcularis immediatè præsit monach. vt no. in c. nullus de elect. in 6. vnde sumitur.

i ¶ Concilij.] Capit. pœn. ext. de stat. monach. & ad hoc vide quæ statuit Conc. Trid. in sess. 25. c. 20 sub tit. de regularibus.

k ¶ Exequantur.] Sed quæri potest. An hi visitatores habeant iurisdictionem ordinariam, an verò delegatã? Quidam vt Innoc. & Goff. quòd ordinariam, cum habeant à lege, iuxta no. in c. cum ab Eccles. de offic. deleg. & in l. more maiorum, ff de iur. om. iud. & infra de iud. c. § est & alia. Alij quòd delegatam: cum in c. pœn. de stat. monach. vnde hic § sumitur, dicat Romanus Pontif. Vice nostra studeant visitare. Et hoc tenet. Host. quod & verius videtur, cum talia verba delegatam iurisdictionem designent; vt not. in cap. 1. de cleric. ægro. in 6 & ca. cum aliquibus de rescript. eod. lib. & hanc videtur firmare Abb. in d. cap. penult. in visitatoribus; licet secus dicat in præsentibus.

l ¶ Viennensi Concilio.] Quod dicitur in Clem. 1 de stat. monach.

ANT. TIM. Visitatores, qui habent ordinariam iurisdictionem sunt Episc. Archiepisc. Archidiac. Decani, Abb. & Prælati religionum, & Legati Sedis Apostolicæ. Ordo autem quem debent tenere visitando, est is, qui præscribitur in c. Romana de censibus lib. 6. Scilicet vt primò proponant verbum Dei; Deinde inquirant, de vita & conuersatione ministrantium in Eccles. & de aliis quæ spectant ad officium. Religiosi verò sua sequantur instituta, & consuetudines.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § habetur visitatores regul. qualiter creandi sunt, & quid agere debeant. Vnde sciendum est visitatores religiosorum debent audire partem & admittere legitimas defensiones elem. pastoralis in fin. de re. iud. Feder. consil. 55.

Amplia, & potest monachus, de facto Spoliatus suo in quo est professus petere restitut. Feder. vbi suprà.

Amplia, vt visitatores religiosorum, & capitul. eorum possint amouere prælatos criminosos Feder. de Sent. cons. 145 n. 1 vbi dicit hoc procedere siue fin. [gener.

les visitatores, siuè simplices.

Declara, vt non procedat in Archidiac. Visitatore, qui solum de leuibus cognoscere potest Feder. d. cons. 145. n. 2. circa finem. Contrarium quod immò visitator non possit amouere prælatum, nisi hoc habeat in speciali facultate tenet Feder. d. consil. 145 n. 3 versic. 6 ex mente c. ibidem allegat Innoc. & Hostiens. in cap. singulis de statu monach.

Limita primò, quia visitatori est parendum, nisi in singulis monast. doceant de sua facultate Feder. de Sen. cons. 145. nu. 3 sed non facta copia.

Limita secundò, quia visitatores deputati ad visitandum monasteria in capite & in membris visitant capita immediata videlicet prælatos immediatos, non autem prælatos mediatos pro vt est generalis Feder. de Sen. cons. 145. num. 6. vbi latè pro vtraque parte, & hanc partem vti veriorem.

Limita tertiò, quia non possunt visitatores visitare, & corrigere monachos per transitum venientes ad monasteria visitationis, quia delegata iurisdictio non prorogatur de persona ad personam Feder. de Sentent. cons. 145. num. 7 in fin.

monasteriorum; & obseruantiis regularibus diligenter inquirant: [a] & tamen spiritualibus quam in temporalibus corrigant; & reformẽt quæ viderint corrigenda: & omnia secundum Honorianæ constitutionis [b] tenorem prosequantur.

Non debet quis inuenire vel fundare nouam religionem. h. d.

Nouissimè sciendum est generali Concilio semel, [c] atque iterum [d] cautum esse, ne quis in posterum nouã religionem, [e] inueniat. [f] Sed quòd quicumque ad religionem conuerti voluerit, vnam de probatis assumat. [g]

Fundans nouam domum religiosam debet assumere regulam de approbatis. h. d.

Similiter etiam de iis, qui religiosam domum de nouo fundare voluerunt* cautum est vt regulam, & institutionem de probatis assumant. [h]

a ¶ Inquirant.] An autem per hanc potestatem, quæ reperitur data visitatoribus, derogetur iuri Episcop. vide quæ notat. in capit. pen. de stat. monach.

b ¶ Constitutionis.] Quam habemus inc. fi. de stat. mo.

Nouissimè. CASVS. Quidam fideles deuotione moti volebant fundare nouam Religionem, cum antiquæ sibi non placerent, fuit quæsitum quid iuris, & cum nos habeamus cultum Dei potius augendum cap. pen. de constitut. affirmatiuè erat respondendum. Sol. tamen aliter hic facta fuit, quia ad sedem tantum Apost. spectat cognoscere an expediat Ecclesiæ inuenire, & construere nouam relig. vnde hac ratione considerata cessat quoque obiectio in contrarium adducta. Notat. grauiora non esse amplianda, vel mutanda nisi cum consensu, & cognitione legitimi superioris. Nota. secundò nouos viuendi modos regulariter esse damnatos, ne temerè recedatur ab eo, quod diu bonum iudicatum fuit l. 2. ff de constitut. princ.

c ¶ Semel.] Vt cap. fin. de relig. dom. in antiquis.

d ¶ Iterum.] Vt cap. 1 de relig. dom. in 6. adde, & tertio, vt extrau. Ioan. 22 quæ incipit sancta Romana.

e ¶ Nouam Religionem.] Sed contra l. 1 ff de colleg. illic Sol. illud de iure ciuili: hoc de iure canonico, cui in hoc stare debemus. Et intellige quod hic dicitur nõ habere locum si quis inueniat nouum viuendi modum, non facta professione: vt sunt Fratres S. Francisci de Tertio Ordine, qui appellantur. Fratres de Pœnitentia: quia tales non dicuntur inducere nouam religionem, nec sunt propriè, & strictè religiosi. Not. in cle. 1 de relig. dom. Abb. in c. causam quam de iud. vbi & alij Fel. in cap. Eccles. S. Mariæ de constitut. in princ.

f ¶ Inueniat.] Sed quid si inuenerit quis, quæ pœna erit contra inuentorem statuenda? Resp. primò, nõ est tutus in foro poli, & apud Deum. Nam in errorum barathrum facilè ruit qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponit, c. ne innitaris de const. & apud homines fortè ipso facto incurrit excomm. sent. per extrauag. Ioann. 22. quæ incipit, sancta Romana. Dico fortè: quia illa extrauag. videtur loqui in casu speciali, vnde posset aliquis dicere, quod tamquam pœnalis, & odiosa sit restringenda: generaliter tamen illã intelligit Abb. in cap. fin. de religios. dom.

g ¶ Assumat.] Sed quid assumat quis religionẽ de non approbatis, & professionem emitrat. an sit huiusmodi professione ligatus? Et non videtur secundum Host. in cap. is qui monasterium. Tu de hoc vide quæ dicuntur per Doct. in c. quod verum, de vot. in 6.

* Fundare voluerint.] Vt Monasterium virorum, vel Monialium, Ordinis iam approbati posset alicubi rectè fundari & construi. Quatuor copulatiuè requiruntur in Gallia. Primò diploma Regium Ferret. de abusu, lib. 2. c. 1 & 4. Secundò, licentia Episc. Nouel. 13 c. 10 Concil. Trid. sess. 25 c. 3. Nisi in loco exempto construeretur. Quia tunc recurrendum est ad Papam cap. auctoritate de priuil. in 6. Tertiò, consensus eorum quorum interest Ferret. ibidem. Quartò, verificatio Senatus ibidem. SOLIER.

ANT. TIM. Regulæ: approbatæ relig. sunt quatuor: Basilij, Bened. Aug. & Franc. sub quibus omnes religiosi militant, exceptis Carthus. qui suas ordinat. pro regul. habent. An autem sit tantum vna religio, an plures dicantur esse relig. & variæ lege s. Th. 2. 2. q. 188 art. 1,

h ¶ Assumant.] sed numquid Episc. possit dispensare: contra id quod hic dicitur, & in iur. concor. Resp. neg, cum Episc. non dispenset contra generale concil. c. cũ dilecti de elect. imò fortè talis Episco. incurreret sent. excomm. per extrau. Ioan. 22. quæ incipit sancta Rom. Eccl. simile est quod nemine citra Papã licet S. Canonizare, c. 1 & cap. 2 de reli. & vene. sanct. & sunt hæc contra eos, qui cogitata sua sanct. Patrum constit. anteponunt. sunt enim magistri errorum, quia veritatis discipuli esse noluerunt, c. quod autẽ iniquius. 24 q. vlt.

ANT. TIM. No. quod non solũ prohib. noua relig. vt d. c. ne nimia de relig. domi. sed etiam nouus ordo, vt in c. relig. in 6 eo tit. & nouæ relig. habitus. Vide Caiet. in s. Th. loc. cit. 2. 2. q. 188. artic. 11. vbi quid dicendum sit de noua inst. Tertianorum disp. & determinat.

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM DIVISIONE, ATQVE illarum administratione.

CONtinuatur hæc materia de rebus per text. ¶ præsentis tit. in prin. sed not. quia cum secundum ordinem doctrinæ conueniebat explicare primò in vniuersali iuxta not. su. in rub. de iure can. ¶ ropterea tit. iste à princ. proponitur: qui in tres diuiditur partes, in prima enim adnot. vt dixi, continuatio: in secunda ipsarum rerum diuisio: in 3 quo ordine. res istæ sint explicandæ proponitur, secunda ibi summa: tertia ibi, videamus.

a ¶ Rerum.] Accipe verbum hoc largissimè, vt comprehendat res temporales, & spirituales, corporales, & incorporales, iuxta ea, quæ habentur in l. rei, ff de verb. sig. & in l. 1. ff si cert. pet. & per Ab. in c. 1 de reg. iur. & no. in cap. 1 de rebus Eccles. non alien. in 6 & passim.

* Spirituales.] Spirituale id omne dicitur quod à Spiritu sancto ex illius gratia immediatè procedit, siue sensui corporeo nequaquam expositum vt sunt virtus & dona ipsius spiritus, siue sensui expositum per corporalia quæ se habeant ad ipsa spiritual a eodem modo quo se habet corpus humanum ad animam veluti sunt omnia materialia sacramentorum, sine quibus ipsa sacramenta consistere non possunt vt fusius declarat Bellarm. in Can. 1 num. 3 & seqq. 1 q. 1 & in Can. si quis objecerit, num. 4 ad finem 1 q. 3. SOLIER.

SVperiori libro CASVS. Hic non figuratur not. tamen continuationem fieri ad remotà, vt factum quoque fuit ab imperat. in prin. tit. instit. de rer. diuis. not. 2 quod non de reb. simpliciter in hoc lib. tractatur, sed de rebus Ecclesiast.

b ¶ Superiori libro.] Imitatio principij libri secundi institutionum iuris ciuilis, & est arg. quod etiam in principiis librorum facienda est continuatio.

c ¶ De iure personarum.] scilicet à titulo de iure personarum vsque huc, licet inserti sint aliqui tituli, qui licet principaliter non tractent de personis: habent tamen materiam annexam, & dependentem, vt est ille de præbendis cum aliquibus sequentibus, vt in d. tit. in prin. fac. l. cum de lanionis § asinam, ff de fid. instit. l. quæ relig. ff. de rei vend. l. arbor ff com. diu. cap. super eodem de parroch. & per Abb. in cap. quando in princip. de iud.

d ¶ Videamus.] sicut promisimus supra, de Eccles. constitut. §. fin.

Summa Rerum. CASVS hic non figurarur, notat. tamen causam diuisionis, quia homo constat ex anima, & hinc dantur res spirituales, constat etiam ex corpore, & hinc habentur res temporales, spiritualibus enim anima, temporalibus verò corpus conseruatur.

e ¶ Diuisio.] Hæc diuisio sumpta fuit ex his, quæ ponunt Ab. & Doct. In cap. consuler, de simc. & in cap. quando, de iud. faciunt quæ ponit Ioann. de Sel. in tract. de beneficio: part. 1 quæst. 7. num. 76. & num. 34 & Gramma. in tract. de permut. beneficiorum in princ. num. 75 & Rochus de Curte in tract. de iure patro. in verbo ius nu. 2.

f ¶ Spirituales sunt.] Not. tamen quod licet plures & plures sint res spirituales, diuersimodè tamen sunt spirituales. Quædam enim secundum essentiam vt dona Dei, capit. 1 vbi not. 1 quæst. 1. Item sanctorum

DE RERVM [a] *DIVISIONE ATQVE illarum administratione.*

TIT. I.

*Res Ecclesiasticæ sunt aut spirituales * aut temporales. h. d.*

SVperiore libro [b] de Iure personarum [c] exposuimus: modò videamus [d] de rebus Ecclesiasticis, illarumque tractatione. Summa rerum Ecclesiasticarum diuisio [e] in duos articulos deducitur. Nam aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt [f] quæ spiritui deseruiunt, atque animæ causa sunt institutæ, vt Sacramenta Ecclesiæ, altaria, & his similia. Temporales sunt, quæ non tam

reliquiæ. Quædam propter statum, vt est religio. Quædam quia dependent à potestate spirituali. Quædam ratione officij. Quædam, quia annexa spiritualibus. De quibus omnibus per Abb. in cap. consulere, de sim. vbi ponit, quis sit effectus an vno vel alio modo res vt spiritualis.

Aqu. in suis opus. in tract. de sacramentis, fac. illud Lucretij, de rerum natura, lib. 1.

Nec voces cernere sensus
Quæ tamen omnia corporea constare necesse est Natura.

spiritus quàm corporis [a] gratia pro Ecclesiasticis ministerijs, sacrorumque ministrorum vsu sunt comparatæ, vt sunt prædia, domus, [b] & fructus decimales. [c]

Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales; & corporales diuiduntur in sacramenta, in res sacras, sanctas, & religiosas, h. d.

Rursus [d] spiritualium quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt, quales sunt virtutes, [e] & dona Dei, aut quæ in iure consistunt. [f] Corporales sunt, quæ tangi, & humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, [g] quædam sacræ [h] sunt, & sanctæ, quædam religiosæ. [i]

Subordinat sequentia ad præcedentia, h. d.

Videamus igitur nunc de spiritualibus: [k] & quidem incorporales, cum de his tam supra opportunis locis loquuti fuerimus, quam etiam infra suo tempore dicturi simus, specialem tractatum minimè exigunt. [l] Itaque tractemus iam de corporalibus, ac primum de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi, ac demum de rebus temporalibus, atque illarum administratione.

DE SACRAMENTIS.

TIT. II.

Quid sit Sacramentum, h. d.

Sacramentum [m] est inuisibilis gratiæ visibilis [n] Sacræ.] Ita quod non Sacramenta: nam & sacramenta sunt sacra.

i ¶ Religiosæ.] De quibus infra, de rebus sacrosanct. & relig. vt tit. seq.

K ¶ De spiritualibus.] Tanquam [dignioribus fac. § aliam, instit. de bon. poss. l. 1 & l. 2 ff de alb. scrib.

l ¶ Exigunt.] Argum. contra l. si seruus seruũ, § inquit lex. ff ad leg. Aquil. & fac. l. sanctio legum, ff de pœn. & l. doli. ff de verb. oblig.

DE SACRAMENTIS.

Continuatio huius materiæ habetur in §. fin. sup. titul. prox. sed secundum ordinem Doctrinæ, & ad imitationem Theolog. in præsenti titulo tractatur de sacramentis in communi. Diuiditur autem tit. iste in duas partes, in prima explicatur materia proposita, in secũda proponitur quid infra sit declarandum: secunda ibi, hic circa. *Io. Bapt.*

m ¶ Sacramentum.] Hæc pars subdiuiditur in tres partes, in prima habetur quid sit sacramentum: in secunda quotuplex sit: in tertia quæ sint eius causæ: secunda ibi sacramentorum: tertia ibi, constat, quo ad primum CASVS non figuratur, not. tamen quot per corporalia recipimus spiritualia.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro intelligentia tituli videnda sunt, quid est sacramentum, secundo quod sunt, tertio ad quid fuerint instituta.

Quoad primum quia Concilium Trident. sess. 7. de Sacramentis agens nullam sacramenti nobis determinatam tradidit definitionem, ponam sententiam libri, qui secundo loco sancto succedit concilio Cathechismi, scilicet Concilij Trid. ad Parrochos, qui in tract. de sacramentis p. 154 ex omnibus definitionibus, quæ passim á Doctoribus traduntur illam D. Augustini ait locum primum tenere his verbis; sed cum multæ rationes sint, quæ ad hanc rem explicandam aptæ, &

a ¶ Quam corporis.] In consequentiam tamen bene comparatæ gratia spiritus, cum spiritualia sine temporalibus subsistere non possint 1 q. 3 c. si quis obiecerit, & infra de reb. Eccl. alien. in prin. Et propterea non dixit simpliciter huiusmodi res comparatas causa corporis, & non spiritus, sed non tam, & c. qui dicat quod & spiritui deseruiunt, licet principaliter, & immediatè corpori.

b Domus.] Intellige de domibus profanis, quæ tamen sunt in dominio ecclesiæ, & fortè alicui locatæ, non autem religiosis, quæ magis sunt de membro spiritualium rerum.

c ¶ Decimales.] Fructus dicit non ius decimandi, quia illud spirituale est: vt infra de decim. in principio ca. ad hæc, extr. de decim. fac. not. per Abb. in capit. 2 de iuram. calum.

d ¶ Rursus.] Subdiuisio.

e ¶ Virtutes.] 1 quæst. 1 cap. 1.

f ¶ Consistunt.]Vt est ius eligendi, ius patronatus secundum quosdam, præbend. quatenus consideratur tanquam ius, & alia similia, de quibus sparsim fuit dicendum tam supra, quam infra secundum opportunitatem materiæ, vt proximè immediatè dicitur.

g ¶ Sacramenta.]Imo contra, quod Sacramenta non sunt corporalia, vt cap. inter corporalia, de transl. Sol. accipe ibi corporalia, id est temporalis, & profana. Vel aliter Sacramentum, id est, gratia quæ confertur per susceptionem sacramentorum est incorporalis: & sic tollitur contrarium. Sed adhuc contra: quia Sacramentum Pœnitentiæ non potest dici corporale, cum nihil ibi sit, quod tangi possit? Respond. licet in tali sacramento nihil sit, quod tangi possit, tamen potest & debet sensu corporeo percipi, & explicari per enunciationem verborum: quæ faciunt, vt hoc quoque sacramentum possit dici corporale, vt per D. Thom. de

accomodatæ videantur nulla tamen plenius, & dilucidius eam demonstrat quam definitio à D. Augustino tradita, quam deinde omnes Doctores scholastici sequuti sunt, sacramentum, inquit, ille, est signum rei sacræ cap. sacrificium de cons. d. 2 Sot. 4 d. 1 quæst. 1. art. 2. vers. satis, vel vt alijs verbis in eandem tamen sententiam dictum est, sacramentum est inuisibilis gratiæ visibile signum ad nostram iustificationem institutum.

Quoad secundum respondeo quod sunt septem secundum septem diuersitates hominum in Ecclesia, Sacramentum primum est intrantium, vt Baptismus. Secundum est pugnantiũ, vt confirmatio. Tertium est vires resumentium, vt Eucharistia. Quartum est resurgentium, vt Pœnitentia. Quintum est executiuum, vt extrema vnctio. Sextum est ministrantium, vt ordo, Septimum est nouos milites introducentium, vt matrimonium.

Et vtrum omnia septem Sacramenta conferant gratiam respond. quod quamuis olim fuerint, qui cæco ducti errore dixerint matrimonium non conferre gratiam, vt aiebat glos. verb. pro beneficijs in c. is igitur 23 d. & gloss. 2. & glossa verb. dispensata in cap. Honorentur 13 quæst. 2 vt refert Nauar. cap. 22 n. 63 hodie tamen in Concil. Flor. supra Trident. sess. 27 canon. 6 de fide determinatur omnia septem Sacramenta gratiam conferre non ponentibus obicem, & idem habetur sess. 14 capit. 1 tenet. s. Thom. 2. 2 qu. 100 art. 2 ad 6 & in 4 dist. 25. qu. 3 art. 2 & dist. 26 q. 2 art. 3 & communis Nauar. c. 22 n. 3 Sot. 4 dist. 1 q. 3 art. 1. 3 & 4.

Quoad tertium respondetur, quod excellentia muneris patet qualis, & quanta dignitas fuerit, magnificentiaque largitoris, venerat enim filius hominis in hunc mundum peccatores saluos facere medicus ipse sapientissimus, vt sanaret ægrotos vulnerum nostrorum efficacissima septem scilicet instituit sacramenta, quæ ab ipso solo instituta fuisse de fide determinat Concil. Trident. sess. 7. canon. 1 sic inquiens si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino Nostro instituta, & cet. Anathema sit quod habetur in iure antiquo in capit. ad abolendam de hæret. D. August. lib. de vera religione D. Amb. lib. 4 de sacrament. cap. 4 & omnes, vt tradit Nauar. cap. 33 numero 2 & in præludio 10 num. 4 Cathec. Rom. p. 122 latissimè Couarr. li. 1 variar. resolutionum, cap. 10 numero 3 vbi ait in tantum esse verum, quod ecclesia nec Apostoli potuerint sacramenta instituere reprobata opinione illorum, qui dixerunt Sacramentum Pœnitentiæ fuisse ab vniuersali Ecclesia in Concilio Niceno institutum, vt ait glos. in principio de pœnitent. d. 5 & illorum qui asserebant Vnctionis extremæ sacramentum fuisse à D. Iacobo institutum, vt infra dicetur, & tangit Sot. de iusti & iur. q. 5 art. 2.

SAcramentum est.] Multæ dantur sacramenti definitiones, vt videre est per Host. in summa super titul. de sacram. iterand. § 1 sed quæ hic ponitur videtur esse receptior, vt per Nic. Plo. in tract. de sacramentis in præludijs, vbi videndum pro declaratione. Item videndus est. Beatus Antonin. in sua summa in 3 parte in titul. 14 cap. 11 & fac. c. sacrificium, & quod ibi not. per Doctor. de consec. d. 2.

bilis forma [a] ita quod eius similitudinem gerens, & causa existat. [b]

Sacramentorum quædam necessaria sunt, quædam Voluntaria, h.d.

Sacramentorum summa diuisio [c] hæc est, quod aut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt, quæ sine interitu salutis æternæ prætermitti, & contemni [d] non possunt: vt sunt Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema-vnctio: quæ omnia ad particularem cuiusque profectum sunt principaliter [e] instituta. Voluntaria sunt quæ sine salutis dispendio, pro cuiusque arbitrio recipi possunt, & refutari: qualia sunt ordo sacer, & Matrimonium: & hæc ad totius Ecclesiæ [f] profectum, & subsidium principaliter pertinent.

Necessariorum Sacramentorum quædam deseruiunt ad ingressum Ecclesiæ, quædam ad progressum in Ecclesia, quædam ad egressum ab Ecclesia, h.d.

a ¶ Visibilis forma.] Id est sensibilis: ponit tamen, de visu, quia excellentior omni sensu.

b ¶ Existat.] Hæc postrema verba non ponuntur in canone sacrificiorum de consec. dist. 2 sunt tamen apposita ad designandam differentiam inter sacramenta legis veteris quæ significabant quidem gratiam sed non conferebant, & sacramenta nouæ legis, quæ & significant, & conferunt, vt habetur in locis congestis in superiori notula, & nouissimè per Conc. Trid. in 7 sess. sub titul. de sacramentis in genere, in canon. 2. 6 & 7.

Sacramentorũ. Cum auctor diuidendo procedat, propterea CASVS hic non figuratur. Not. tamen causam diuisionum: si quidem ratione finis datur meo iudicio prima diuisio. ratione qualitatis indigentiæ vitæ humanæ datur secunda: ratione denique reiterationis datur tertia, hinc not. quod si adhuc alijs respectibus sacramenta considerarentur, alijs quoque modis diuiderentur: Not. 2 res ob diuersum respectum diuersam habere naturam. *Io. Bapt.*

c ¶ Summa diuisio.] Hæc diuisio ponitur in capit. veniens per gloss. & doct. de transact. Alij tamen aliter diuidunt; scilicet quod sacramentorum quædam sunt necessitatis, quædam dignitatis, & dignitatis sacramenta appellant Ordines: vt not. in d. loc. & per Host. in sum. de sacram. non iteran.

d ¶ Prætermitti, & contemni.) Id est, prætermitti ex contemptu: nam secus si ex necessitate, vt infr. tit. 1. § sed quanquam, & c. debitum de bapt. & cap. baptismus, de consec. d. 4 & cap. si de præsb. non baptiz. Be vide de necessitate sacramentorum Concil. Trident. sess. 7 in tit. de sacramentis in genere, c. 4 & sub tit. de bapt. cap. 5.

e ¶ Principaliter.] Benè principaliter: quia in consequentiam tendunt ad perfectum totius etiam Ecclesiæ Arg. auth. vt iud. sine quoquo suffr. post princ.

f ¶ Totius Ecclesiæ.] Et propterea magis accuratè danda, vt 1 q. 1 § eccl. & ea. præter. in fin. dist. 32 & magistraliter traditur hæc materia in Concil. Trident. session. 7 & multis alijs locis, in quibus antiquæ, & modernæ hæreses sanctissimè damnantur. Item traditur

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

[c]ompendiosè hæc materia per Euge. Quartum in vnio[n]e Græcorum versiculo quinto de ecclesiasticorum sacramentorum veritate.

ALOYSIVS RICCIVS. Author in præsenti § agit materiam sacramentorum necessariorum, vnde nota quod sacramentorum quædam sunt absolutè necessaria, vt Baptismus, nisi quis enim renatus fuerit ex aqua, & c. 10. 3.

Quædam ex præcepto, vt Eucharistia semel in anno, vt habetur in capit. omnis de pœn. & remis. dicemus infra de vsu Euchar. & confirmatio volenti accipere primam tonsuram, vt in Concil. Trident. sess. 23 cap. 24 de reformat.

Quædam sunt necessaria ex suspensione, vt pœnitentia est necessaria illi, qui in aliquo interiori, vel exteriori incidit mortali peccato.

Quædam sunt necessaria respectu Ecclesiæ, vt ordo, quia per ipsum creantur Ministri Ecclesiæ, quædam sunt necessaria quia per ea commodum consequitur finem, vt confirmatio quæ perficit Baptismum Extrema-Vnctio perficit pœnitentiam. Matrimonium vero per prorogationem conseruat multitudinem in ecclesia.

Et licet hæc diuisio videatur, assignari à Chatech. Romano de Sacramentis pag. 168 respondetur tamen breuius, & commodius videlicet, quod aut sunt necessaria, quoadtotam Ecclesiam, & sic omnia sunt necessaria, vt supra probatum est, vel loquimur de vnoquoque fideli in particulari, & sic non vnicuique omnia, sed quinque priora, reliqua duo ita sunt necessaria, vt non contemnantur, nam sine hoc quod quis ordinetur, vel matrimonium contrahat, potest saluari Concil. Trid. sess. 7 can. 4 & sess. 6 de iustific. c. 7 & can. 5 vide Canisium in Doctrina Christiana de sacrament. c. 5 & 6 Sot. 4 d. 1 q. 64.

Et rursus [a] necessariorum quædam ad ingressum Ecclesiæ sunt comparata: vt baptismus: [b] quædam ad progressum in Ecclesia, vt confirmatio, [c] pœnitentia, [d] Eucharistia: [e] quædam ad egressum ab Ecclesia, vt extrema-vnctio. [f]

Secunda distinctio Sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non possunt, quædam non imprimunt: quæ iterationem admittunt, h. d.

Rursus [g] sacramentorum quædam characterem [h] imprimunt, quædam vero non. Quæ characterem imprimunt, iterari non possunt, vt baptismus, [i] confirmatio, [k] ordo sacer. [l] Cætera verò, quæ characterem nullum imprimunt, iterari minimè prohibentur, [m] vt Eucharistia, [n] vnctio, [o] pœnitentia, [p] matrimonium. [q]

Sacramenta constant elemento, & Verbo. hec dicit.

a ¶ Et rursus.] Subdistinguit necessaria, & quæ principaliter tendunt ad cuiusque particularem profectum.

b ¶ Baptismus.] Dist. 32 c. præter hoc § porro.

c ¶ Confirmatio.] De consec. d. 5 c. spiritu sancto.

d ¶ Pœnitentia.) Quæ & ad reditum est comparata. 26 q. 7 c. his qui & de pœn. d. 3 c. 2 § 2.

e ¶ Eucharistia.] Quod propterea & viaticum dicitur. 26 q. 6 ç. qui recedunt, & c. de his.

f ¶ Vnctio 26 q. 7 c. ab infirmis.

g ¶ Rursus.] Hæc est secunda principalis diuisio, quæ complectitur omnia septem sacramenta.

h ¶ Characterem imprimunt.] Id est signum quoddam à cæteris distinctum animæ indelebiliter infigunt. Ita exponitur in vnione Græcorum, & Armen. ver. 5 Ecclesiasticorum, & per Conc. Trid. sess. 7 in tit. de sacramentis in genere, c. 9 & sess. 23 c. 4

i ¶ Baptismus.) 1 q. 1 cap. sacramenta, & cap. manus.

k ¶ Confirmatio.] 1 q. 1 cap. manus. Et licet tam in baptismate, & confirmatione character] que imprimatur: hoc tamen accidit diuersimodè. Nam per baptismum participat quis spiritualia, & disponitur anima ad facilius suscipiendum gratiam Dei. Sed in sacramento confirmationis efficitur fortior: & infunditur gratia contra diaboli insidias. Ita Abb. post 5. Thom. in cap. quanto de consu. & in rub. de baptism. post Innoc.

ANT. TIMO. Dictum Abbatis relatum hic à gloss. quod per baptismum participat quis spiritualia, & disponitur anima ad facilius suscipiendum gratiam Dei, licet quo ad vltimam particulam, si simpliciter, & secundum proprietatem verborum intelligatur, sit falsum: quia per baptismum non solum anima disponitur ad suscipiendam gratiam: sed realiter suscipit, nisi ponat obicem, vt est communissima sententia omnium Theologorum. Et fides Catholica tenet in Concil. Triden. sess. 7 can. 6 si vero per, disponitur', interpretamur efficaciter præparatur ad habendam gratiam, quam suscipit in dicto sacramento, cum eodemmet tempore disponat, & conferat gratiam, quod recipit id quod post ea declarat per aliud verbum quod addit in materia: nam sic etiam loquuntur, Doctores Alex. de Ales. 1 p. quæst. 11 membr. 2 & 5. Thom. in 4 d. 1 q. 4 & 5 de bapti. vbi inquit, quod character est qualitas, quæ habilitat, seu disponit animam ad suscipiendam gratiam Dei, ex quo iudicatur se non accipere verbum disponitur in propria, & strictiori significatione, sed in latiori. Vel dicamus fortasse, non male quod disponitur ad gratiam, id est ad plenitudinem gratiæ, quam deinde recepturus est in sacramento confirmationis, de quo sacramento mox loquitur in ead. gloss. in sequentib. verbis.

l Ordo sacer.] Cap. de homine, & c. de his, & cap. dictum, de consec. dist. 5 & per Host. in sum. de sacra. non iterand, § & quæ sint iteranda.

m ¶ Prohibentur.] Quemadmodum tota die videmus iterari: & facit versus.

Fons, ordo, chrisma non, cætera sunt iteranda.

n ¶ Eucharistia.] De consec. dist. 2 c. quotidie, & cap. si non frequentibus.

o ¶ Vnctio.) Per ea, quæ allegat Host. in summa de sacram. non iteran. § & quæ sint. Et not. quod licet hoc sacramentum supra dicatur necessitatis, hoc verum est respectu contemptus, alias secus: vt per Abb. in c. quanto, de consecr.

p ¶ Pœnitentia.] Sed contra capit. in capite cum seq. distinct. 50 l. & cap. quamuis, de pœn. distinct. 3 Soluhic loquitur de pœnitentia priuata, & non solemni quæ non modo iterari potest, verum etiam debet, cap. omnis, extr. de pœnit. & remis. contraria de solemni, quæ non debet iterari. Facit supra qui promo. non poss. § pœnitens.

q ¶ Matrimonium.) Cap. aperiant, 32 quæst. 1 & de secund. nupt. per tot.

ALOYSIVS

ALOYSIVS RICCIVS Secunda diuisio Sacramentorum est, quod quædam sunt reiterabilia, quædam iterari minimè possunt, & hæc sunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo nam non possunt iterari, ita quod si sacerdos mortuus à Domino resuscitaretur nullum horum triũ haberet reassumere sacramenterum sanct. Tho. 4 dist. 2 qu. 1 & est text. in ca. licitè 22 quæst. 7 & c. quod quidem 1 q. 1 Armilla verbo sacramento num 1 quod est contra in alijs etiam in matrimonio, quod morte dissoluitur naturali, si verò mortuus coniugarus surrexisset aliam si vellet posset ducere vxorem quædam alia sacramenta laudabiliter honorificèque frequentantur modò digne, vt pœnitentia, & Eucharistia, vt suis locis dicetur.

Alia quædam iterabilia sunt, & secundum aliquos non frequentabilia, vt extrema vnctio, & matrimonium. Sednescio qualiter hoc dicant cum extrema vnctio vt infra vtdebis quoties opus fuerit debeat iterari etiam si in eodem anno quis ter quaterue ad extremum vitæ peruenit.

Matrimonium etiam absque vllo peccato potest laudabiliter iterari, & viro, mortua vxore. licet aliam ducere maximè ex duabus causis. Prima cum vrget necessitas. secunda & fortior causa est quis cum vult. illud D. Paul. Chorint. 7 ad implere melius est nubere quam vri, & ego ita fortissimè complexionis agnoui virum qui ob animæ suæ periculum vitandum septies duxerat vxorem, ex quarum vnaquaque filios habuit, quorum aliquot diuersarum Religionum habitum sumpserunt, vt ego vidi.

Constant autem.] CASVS ita figuratur Cum videamus Ecclesiam multa disposuisse circa sacramenta, vt nouissimè habetur in Concil. Trident pluribus in locis, propterea fuit quæsitum, an sint iuris humani? præterea si sacramentum est forma, vt in prin. istius titul. non videtur posse habere formam, rursus si possunt administrari etiam à malis ministris, inde videtur dicendum, ipsos esse tamquam instrumentum inanimatum. solut. tamen vt hic legimus; causa autem sol. satis illa videtur, quod Iesus Christus Dominus noster ita ordinauit, & sic cessant obie. Not. in sacramentis reperiri diuersa ob diuersum respectum, & hinc est quod in eorum administratione quædã requirunturde necessitate sacramenti, , quædam de necessitate præcepti; vt rectè Theologi animaduertunt. D. Th. par. 3 suæ sum q. 64 art. 2

a ¶ Constant.] Fac. 1 q. 1 cap. detrahe.

b ¶ Et verbo.] Vnde si aliquis proferat verba, & non immergat, non baptizat: quia nec sola verba, nec solum elementũ sacramentum faciunt ca. detrahe. 1 q. 1 Vnde falsa est Gandulphi opin. dicentis solum elementum constituere sacramentum : arg. capite sacrificium de consecrat. dist. 2 Et quod Asinus bibens illam aquã dicitur bibere sacramentum : sicut de mure dicimus, capit. qui benè non custodiunt de consecr. dist. secunda Nam. vt quidam dicunt, aqua baptismatis in eodem instanti incipit ac desinit esse sacramentum, scilicet in vltima prolatione it sius formæ. Ego te baptizo, &c. vt not. in c. 1 de consecr. dist. 4 & in d. ca. detrahere. argum l. quod autem, § fin. ff. de don. inter vi. & vx. & l. debitrix. ff ad Vellcia.

ANT. TIM. Not. illud quod dicitur in glossa quod aqua baptismalis in eodem instanti incipit, & desinit esse sacramentũ id est, materia sacramenti, ex mente quorundam in gloss. in cap. 1 de consecr. dist. 4 in verb. sacramentum. vbi determinant. quod aqua tantum in baptismate non est sacramentum, nisi adsint verba, quę accedunt elemẽto tanquam forma, dicit quod aqua incipit, & desinit simul in prolatione vltimæ syllabæ, quæ tunc signat completum esse sacramentum nõ autem ipsa aqua, aut ante, aut post remanet sacramẽtum; sed res sacra. Opus enim est, vt in sacramento cõcurrant simul materia & forma, elementum, & verba secundum omnes Doctores Ista autem simultas intelligitur secundum modum humanum, quia Euangelistæ loquuti sunt hominibus.

Constant[a] autem sacramenta elemento, & verbo,[b] Elementum hic accipimus quid quid[c] sub visibili natura inuisibilem gratiam designat, & continet. Verba sunt quæ formæ visibilis efficaciam, exprimunt:[d] ergo[e] accedente verbo ad elementum sacramentum fiet.[f]

Non Ecclesia, sed Christus instituit sacramenta: quæ tamen dicuntur Ecclesiæ quia illa per ea sanctificatur, & illa ministrat. h. d.

Illud quoque scire nos oportet, quod non Ecclesia sed ipso Domino instituente,[g] sacramentis vtimur: sed tamen ideò Ecclesiæ sacramenta nuncupamus, tum quod per ea sanctificata, & Cælesti Sponso matrimonij

ALOYSIVS RICCIVS Concludit Author in hoc § sacramenta elemento, & verbo constare, vnde notandum quod in omni sacramento reperiuntur tria inueniri sacramentum solum, vel res sola vel sacramentum & res sacramenti simul quod exemplo patebit frequenti Eucharistiam sumens in mortali peccato recipit tantum sacramentum & non rem sacramenti id est, gratiam, communicans spiritualiter recipit rem sacramẽti ideſt gratiam, non autem sacramentum ille autem qui digne communicat, recipit vtrumque sacramentum & rem *sacramenti scilicet gratiam, ita tangit sylu. verb.* sacrament, & habetur in capit. cum Matthæs. de celeb. Missarum.

c ¶ Quidquid.] vnde in hac materia appellatione elementi continetur non solum aqua sed etiam panis, vinum, oleum, & sic de singulis.

d ¶ Exprimunt.] Non ergo omnia verba, quæ in confectione sacramentorum proferuntur, dicuntur constituere sacramentum, sed ea quæ sunt formalia, de quibus intelligit: puta. Ego te baptizo in nomine, &c. Hoc est enim corpus, &c. sed per alias orationes, quæ primò funduntur super aqua, vel pane, & vino, non constituitur sacramentum, vt not in cap. detrahe. prima quæst. primo.

e ¶ Ergo.] Reassumptiuè stat, non illatiuè

f ¶ Fiet.] sed quæritur si in littore maris baptizetur quis an tota aqua consecretur, aut non? Et Videtur quòd illa solum, quæ baptizandum tangit: argu. l. 2 § Celsus ff de relig. Vel potest dici quod & illa quæ istam tãgit, arg. l. qui relig ff de rei vendic.

ANT. TIM. Quo ad hanc. quæstionem, rectè soluit primo modo. nam solum illa aqua creditur esse materia sacramenti babtismi in actu ipso, quæ tangit, & abluit corpus baptizati, ideò ea sola dicitur consecrata

g ¶ Domino instituente.] Vt & in Concil Trident. sess. 7 in tit. de sacrament. in gen in c. 1 vnde Eccl. n. sacramentorum nec addere, nec detrahere potest.

fœdere [a] coniuncta sit, tum quòd illorum dispensatio [b] eius credita sit ministerio.

Etiam malus minister & hæreticus potest ministrare sacramenta. h. d.

Ergo qui baptizat [c] qui absoluit, [d] & in singulis sacramentis diuinitus oporatur. Dominus est: [e] ministri verò in Ecclesiæ in conficiendis sacris mysteriis, vel dispensandis, præter nudum nihil sibi vendicare valent, [f] cum non propriam, sed eius, qui sacramenta instituit: personam referant: [g] nec vlla ex ipsis sanctificandi virtus emanet. Vnde quamquam eos inculpatos esse deceat: [h] si tamen mali sint, vel à Catholica communione se iuncti, nihilominus & conficere sacramenta, & dispensare poterunt [i] veluti [k] enim per lapideos canales ad areolas aqua transfunditur: & Solis radii per loca fœtidissima transeuntes nulla contractus maculatione contaminantur [l] sic multo magis sacramenta nulla ministri fœditate commaculantur,

Spiritualis potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione Ecclesiæ. h. d.

Hoc tamen sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem Ecclesiæ concordem [m] habeant, Cæterum, si aliud agere intendant puta sacris illudere mysteriis, vel aliud Primo casu quando tantum est in mortali semper licet ab eo Sacramenta recipere, licet ipse mortaliter peccet sic conferendo, dummodo ego illum ad hoc non induxerim, inducere aurem ministrum duobus tantum casibus licet, 1 quando ipse tenetur, scilicet quia cum parochus sit tenetur die Dominica celebrare, & tunc possum illum inducere, quia in tali casu ego vtor Iure meo ad quod ille tenetur. secundo casu quando Paschate vel in articul mortis teneor sacramẽta recipere tunc possum illum inducere S. Th. 3 p. q. 64. art. 6 in absolutionem & in 4 dist. 5 q. 2 & not. Caie. propositiones; secũdo casu quãdo minister est excommunicatus, si nõ est publicè denunciatus, vel non est publicus Clerici percussor possũ ab eo recipere sacramenta sicut dictum est de existente in mortali peccato, vt patet in extrauag. ad euitanda, quam ponit Nauar. c. 27 n. 35 & c. omnes & c. 22 n. 4 si autẽ denunciatus publicè, vel publicus Clerici percussor, vel quocũque in Ecclesia præcisus, tãtum Baptismus in necessitate potest ab eo recipi secundum omnes, & habetur sup. n. 10 differentia 14 & c. si quẽ forte, & c. subdiaconus 24 q. 1 S. Th. Cai. Ard. Dur. Scot & Palud. quos citat. d. n. 30 etiam pœnitẽtia in articul. mortis, etiam ab hæretico, vt latè Sot. 4 dist. 1 q. 5 art. 6.

a ¶ Matrimonij fœdere.] Vnde sicut vxorem societas vitæ rerum meriti quodam modo dominam facit l. 1 ff. re. ann. sic & eccl. quæ est quædã spiritualis vxor, potest dici domina sacramentorum.

b ¶ Dispensatio.] Ratione ergo dispensationis dicuntur sacramenta Ecclesiæ. sic & ius Papyrianum fuit appellatum ratione compilationis, licèt Papyrius nihil de suo adiecerit, vt not. l. 2 post princ. ff. de orig. iu. fac. quo not. in l. 2 C. in quibus caus. coloni. censiti, & c. lib. 11

c ¶ Qui baptizat.] Per virtutem, non per ministerium, ca. aliud de consecra. dist. 4

d ¶ Qui absoluit.] Per virtutem cap. aliud de consecr. dist. 4 1 q. 1 c. intra ætat.

e ¶ Dominus est. Jc. panis de consecr. dist. 2 & cap. baptismus de consecr. dist. 4 & cap. verbum de pœn. dist. 1 & per Abb. in in extirpandæ § qui verò, de præb. in reper.

f ¶ Valent.] Nam neque qui plantat aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat. 1 quæst. 1 ca. multi.

g ¶ Referant.] Ca. baptismus de consecrat distinct. 4

h ¶ Deceat.] Cum lumen sint mundi, ca. sacerdotes, dist. 93 & aliorum patres ac magistri. c. quis dubitet distin. 96 & quia necesse est, vt munda sit manus quæ aliorum sordes diluere curat. 1 q. primo ca. necesse, & c. in grauibus. 3 qu. 7 quia ad exemplum bonæ actionis instituuntur. c. quia Episcopus 5 q. 3 & 1 quæst. 1 capite si qui Episcopi talem.

i ¶ Poterunt.] 1 q. 1 c. significastis, & c. multi & c. dedit, & traditur p Abb. & alios in ca. vestra de cohab. mulie. & cleric. Quantum tamen ad rescriptionem sacramentorum ab hæreticis distinguendum est, num. sciẽter quis recipiat, quo casu non confertur gratia, an ignoranter, quo casu conferturvt per Inn. & Ab. in ca. fraternitatis, de hær. Et hoc quod hic dicitur, reformatur nouissimè per conc. Trid sess. 7 in tit. de sacrament. in genere c. 12 & eadem sess. intitu. de baptis. 4 & sess. 14 sub rubr. de ministro huius sacr. & absolutione cap. 6

ALOYSIVS RICCIVS Etiam malus minister & hæreticus potest ministrare Sacramenta hoc dicit est tamen circa præsentem § articulum distinguendum, quod, aut talis Minister est tantum in mortali peccato aut est excommunicatus, vel præcisus ab Ecclesia.

k ¶ Veluti.] 1 q. 1 cap. intra cum plurib. sequẽt & c. secundũ dist. 19 & 1 q. 1 c. hanc regulam in fin. fac. 15 quæs. vlt. c. fin & c. nihil. in fin. dist.

l ¶ Contaminantur.] Immo cõtra dist. 49 capit. Sacerdotes & prima quæstione primo capitulo sic populus, cum simil. sol. non pollicitur sacramentum fœditate ministri, nisi opinione vulgi: vel nisi quantum est in ipso ministro: vt per Abbatem in capite vestra de cohabitio. mulier. & clerico vel in ipso suscipiente: vt primat. quæstione primo capite multi § siue ergo. malorum tamen ministrorum orationes potius nocent quam prosunt vt per Abbatem in rubr. de vit. & honestate clerie. facere c. fin. in fin distinctione 83

m ¶ Concordem.] Vnde commendatur factum Alc Episcopi Alexandriæ, de quo prima quæstione primo capite spiritus sanctus. & capite sic autem cum pluribus, sequenter & quod hæc concors intentio requiratur determinat. nouissimè Concil. Trident. session. septima in titul. de sacramentis in genere cap. vndecimo & anathematizat tenentes contrarium.

quod Ecclesiæ non consentiat, nihil agitur. [a] Sine Fide [b] enim spiritualis potestas exerceri quidem potest, sine Ecclesiæ intentione * non potest.

Cognitio specierum debet subsequi cognitionem generis. h. d.

His circa sacramenta generaliter [c] cognitis, exordiamur nunc de singulis etiam specialiter dicere: & quia baptismus fundamentum [d] est, & ianua cæterorum, meritò ab eo principium sumamus.

DE BAPTISMO, ET eius effectu.

TIT. III.

a ¶ Agitur.] Fac cap. quod autem ait 22. qu. 3.

b ¶ Sine fide.] 1 q. 1 c. quod autem cum multis sequ. & aliis sparsim per tot. d. q.

* Sine Ecclesiæ intentione.] Nullum enim sacramentum confici potest cui tria copulatiuè non adsint scilicet, materia consentanea forma certa lege præscripta, & minister aptus pium fixumque habens sacramenti ipsius peragendi propositum, & intentionem, quorum si vnum abfuerit nullum dicitur sacramentum esse confectum, Ant. Cuiaf. institut. lib. 5. tit. 1 num. 23. SOLIER.

c ¶ Generaliter.] Et benè, cum generalium cognitio debeat præcedere cognitionem particularium, § his itaque instit. de iust. & iur.

d ¶ Fundamentum.] Capitul. veniens, ext. de presbyter. non baptiz. quo fundamento deficiente super ædificari non potest, 1. q. 1 cap. cum Paulus, cap. fin. de presbyter. non baptis.

DE BAPTISMO, ET EIVS effectu.

Continuatur titul. iste per § fin. supr. titul. proximo. Diuiditur autem in 6 part. in prima habetur quid sit baptismus: in secunda qualis sit eius effectus: in tertia quis possit baptis. in quarta quis debeat baptis. in quinta, an hoc sacrament. possit reiterari: in sexta quid extrinsecus sit in eo obseruandum secunda ibi, non tamen, tertia ibi, baptizandi: quarta ibi non tamen quia: quinta ibi, quod si quis, sexta ibi, postremo.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro generali intelligentia huius tituli est sciendum: primò quid sit Baptis. secundò vnde dicatur: tertiò quotuplex sit: quartò, quænam est eius materia: quintò, quænam est forma.

Et quo ad primum Baptis. est sacrament. regenerationis, per aquam in verbo vitæ, vt habetur in Cathec. Rom. tit. de baptis. nu. 5 dicitur sacramentum, quia est loco generis, & sic est signum rei sacræ. Dicitur regenerationis quia per baptismum homo renascitur denuo, ex aqua, & spiritu Sanct. & sit filius Dei adoptiuus iuxta illud Ioan. 1 dedit eis potestatem Filios Dei fieri. Denique subdiuiditur per aquam in verbo vitæ: quia aqua est materia, & verba sunt forma huius sacrament.

In sacramento hoc sicut in aliis tria sunt, nempe sacramentum, & est ablutio exterior. quæ significat interiorem ablutionem, à sordibus peccatorum factam per infusionum gratiæ iustificantis in animam baptizati: secundò, est res tantum, & ipsa gratia, quam significat ablutio externa: tertiò, est res, & sacramen. simul, & est charact. baptis. indelebiliter impressus in anima: & dicitur res sacram. quatenus per sacramen. seu illâ ablutionem exteriorem producitur: dicitur sacramen. quatenus est signum disting. fidelem ab infideli, vt latè docet D. Th. communiter receptus 3 par. q. 66. art. 1.

Quo ad secundum dicitur à nomine græco, quod latinè idem significat, quod immersionem in aquam, seu ablutionem, vt habetur in Catheciſ. titul. de baptis. n. 3 & per ipsam immersionem repræsentatur sepultura Christi iuxta illud ad Colos. 2. Consepulti ei per Baptis. vocaturque à patribus principium primorum mandatorum, quia est ianua qua ingreditur in societatem Christianæ vitæ, & omnium sacramentorum, sæpè aliàs vocatur sacramen. fidei, ac illuminatio: quia in ipso baptizati profitentur fidem, & per illam illuminatur. Vocatur etiã purgatio, sepultura, plantatio ac crux Christi: quia per ipsum expurgatur baptiz. à peccato, illique moritur, & complantatur Christo eiusque Cruci, vt post Dionis. & Chrysost. no. Catechis. loco cit. D. Th. 3. par. q. 66 art. 1 vbi omnes eius expositores, & post alios Cabrera. nu. 15 Maldonat. in tract. de baptis. cap. 1 quæst. 1.

Quo ad tertium Baptismus triplex est fluminis. Flaminis, & sanguinis. Baptismus fluminis fit aqua naturali, nempè per ipsam immersionem, vt supra explicauimus, Flaminis fit per Spiritum sanctum. nempè dum quis habet intentionem suscipiendi Baptismum, seu commoditatem non habet se baptiz. & proinde requiritur, quod si hic talis habeat peccatum mortale, debet habere veram contritionem peccatorum suorum, quia sola attritio non sufficit. Ratio est clara, nam attritio non potest peccatum mortale remittere, & sic fieri de attrito contritum est sacramenti tantum Baptismi, & pœnitentiæ si enim recipiens Baptismum fluminis haberet peccatum mortale ei satis est attritio quia mediante sacramento Baptismi, consequitur postea remissionem peccatorum. Sic etiam per matrimonium, quod habet etiam hoc priuilegium, vt ex vera sententia post alios probat Vasq. tom. 2. 3. p. disp. 150. Suarez, tom. 3 disp. 27 & disput. 29 sect. 2. At Baptismus flaminis, licet habeat eundem effectum remissionis peccatorum, vt Baptismus fluminis non tamen confert eandem gratiam, sed iuxta dispositionem optantis Baptismum, & si non habet effectum, ex opere operato, sed solum ex opere operantis cum diuino auxilio, cum quo secum affert gratiam sanctificantem, & remissionem peccatorum. non autem characterem, qui est proprius effectus sacramenti re ipsa suscepti.

Itaque Baptis. Flaminis pluries recipi potest, quia post vnam contritionem peccatorum, ac votum recipiendi Baptismum, potest iterari hoc idem, vt patet ex terminis, & latissimè prosequitur Suar. dict. tom. 3. disp. 22 sect. 1 § tandem solet Maldonat capitul. 2. de Baptismo.

Est etiam notandum, quod verus Baptismus, qui verè, & propriè sacramentum est, & de quo Eccles. (confitetur, dicens confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum) est solius baptismus fluminis, siquidem flaminis, & sanguinis dicuntur baptismi in ordine ad Baptismum fluminis, quatenus eius vicem supplere possunt, & producere eius spiritualem effectum, nempè remissionem peccatorum cum infusione gratiæ iustificantis, at non supplet vicem & obligationem suscipiendi verum Baptismum, data commoditate illum suscipiendi D. Th. par. q. 66 art. 11 vbi Suar. in commentar. alios cit. & post alios Reginald. lib. 27 sub n. 18 & 9 Vasq. dict. disp. 150 fluminis solum est sacramentum: sanguinis illum excellit ob aureolam Martirij vt docet D. Th. p. 3 q. 66 art. 10 & sic qui scit necessarium esse baptis-

mum ad salutem tenetur, habere voluntatem re ipsa suscipiendi baptis. & adimplere præceptum Christi, qui verò hoc nescit satis est habere voluntatem, seruandi totam legem diuinam, & quærendi remedia, quæ à Deo ordinata sunt ad consequendam salutem, & peccata delenda: quia virtualiter habet propositum suscipiendi baptismum pro vt colligitur ex actib. Apost. 10 ex facto Cornelij Centurionis.

Quo ad quartum materia baptismi est, aqua naturalis sic enim Christus mandauit nisi quis renatus fuerit ex aqua, vt post varia concilia, & patres Scholasticos latissimè Suar. d. tom. 3 disp. 20, Reginal. d. lib. 17 n. 10 & varias rationes reddunt, cur Deus voluit aquam naturalem etiam materiam remotam baptis. sed ratis est ratio relata per catechis. tit. de baptis. num. 10. siquidem cum sit sacramentum omnibus necessarium debeat habere materiam quæ vbique reperiretur, vt est aqua. Secundò, quia significat effectum baptis. nam sicut Baptismus delet maculas animæ, & cupiditatum ardorem magna ex parte extinguit: ita aqua abluit maculas corporis; & ipsamet corpora refrigerat, quæ significatio non fit ita benè per aliud elementum, prout fit per aquam. Proinde si aqua rosacea, vel alterius liquoris admisceretur aquæ naturali, & non præualeret aqua naturalis non conficeretur sacramentum: quia dum sola aqua naturalis est materia, illa præualere debet, & sic si præualeret aqua naturalis conficeretur sacramentum, minister tamen peccaret mortaliter, & si scienter id faceret esset grauissimè puniendus, & in hoc omnes conueniunt post D. Thom. dict. qu. 66 art. 4. Itaque neque lixiuium, neque ius, neque aqua in qua decoquuntur herbæ, radices, vel elixantur carnes, vel pisces, & sic de aliis est apta materia Baptismi. Nec etiam nix, glacies, quatenus manent in propriis qualitatibus, si verò liquefiant in aquam, tunc sunt materia. Idem dicendum de aqua quæ continetur in luto, aut panno non enim est apta materia nisi exprimatur. Quę nullo modo fieri debent nisi in casu necessitatis alias minister grauissimè peccaret, & puniendus esset ita post Sylvest. verb. baptismum 2 num. 2 Reginald. d. lib. 27 num. 12 vbi non nullos alios Authores allegat, & quod aqua naturalis sit materia patet ex dictis supra, quod autem ablutio actualis sit materia proxima patet ex terminis siquidem actualiter debet aqua abluere, corpus Baptizati: nam sicut aqua quæ corpus non tangit non potest abluere corpus ablutione reali, sic etiam non conficitur sacramentum, nèc interius abluitur anima, nisi actu tangatur corpus Baptizandi, per ipsam aquam vt post D. Tho. loc. cit. aliosque patres Scholasticos probat Suarez. d. disp. 20 sect. 2.

Hinc inferunt citati auctores non esse verum Baptismum si aqua solum tangeret vestes baptizandi, & nullo modo tangeret corpus. si tamen aliquo modo corpus tangeret, & etiam capillos probabilem est valere Baptismum, & sic aspersione collatum fuit, & verisimile est quorumdam solum capillos tetigisse aquam. Quamuis ad maiorem securitatem dum non sumus certi aquam baptizalem tetigisse corpus baptizandi debere iterari Baptismum sub conditione, vt post alios probat Sot. in 4 dist. 7. quæst. vnic. art. 7 verfic. & quid Reginald. vbi supra num. 15 Vasquez tom. 2 in 3 part. disp. 145 qui etiam dicunt locum habere etiam si aliqua, vel aliquot paucis guttis aquæ quis aspergatur, vt non sufficiat ad Baptismum, & sic reiterandus est ad minus sub conditione, quia moraliter non potest hic dici ablutus aqua baptis. Ita etiam non est satis ad baptismum si abluitur vt crus matris, in quo infans continetur, quia modus ille non sufficit ad abluendam personam infantis, quæ cum sit persona separata ac distincta à persona matris, vt patet, quia proprio corpore, & anima constat, non abluitur ablutione matris, vt etiam habetur in cap. qui in maternis de consecrat. dist. 4. At si opera obstatricis aqua sic mitti posset in vterum matris: vt pertingeret vsque ad infantem; addita vera forma verborum censetur verus Baptismus, quia nihil necessarium adesset ad Sacramentum, & in casu necessitatis posset hoc practicari, & ob maiorem securitatem, si postea infans viuus egrediatur, ex vtero posset reiterari baptismus sub conditione, vt post Gabriel in 4 dist. 4 quæst. 2 art. 3 dub. 2 notat. Reginald. d. lib. 37 num. 16 Maldonat. cap. 1 de baptis. quæst. 6 part. 1. Verum infans, existens in vtero matris est capax baptis. flaminis: potest enim Deus illum sanctificare; quia potestas ipsius non est alligata Sacramentis sicut Ieremiam, & Ioannem Baptistam sanctificauit, sic etiam capax est Baptismi sanguinis; vt si pro fide Christi, aut pro iustitia mater occidatur, licet enim interfactoris intentio solum feratur in matrem, tamen de se extenditur etiam ad infantem, quem illa gestat in vtero, & eius mors sequitur ex illius morte ita D. Thom. Communiter receptus d. art. 11 ad 8 latissimè Vasq. d. tom. 2 disp. 133 cap. 7 num. 68. sed expectanda est totalis egressio infantis ex vtero matris, vt baptizetur. At si mors immineat, potest baptizari pars quæ egrediatur: & si pars egressa sit caput, non reiteratur Baptismus, sed supplentur solum aliæ ceremoniæ: si verò sint alia membra rebaptizatur sub conditione, si verò mater moriatur, & credatur infans viuere in eius vtero: aperietur vterus matris, vt baptizetur infans, si verò mater damnatur ad mortem; suspenditur executio sententiæ vsque dum mater peperit, & sic innocens infans excusat nocentem matrem, l. prægnantis, ff. de pœnis, l. Imperator, ff de statu homin. D. Thom. d. art. 11. ad 3 Couar. & alij quos probat. Reginal. d. lib. 27 n. 17 & 18 mortui verò nullo modo baptizandi sunt, vt falsò plures hæretici credunt; Quia sacramentum Baptismi consistit in applicatione materiæ, & formæ ad proprium subiectum viuum; nec vnus pro alio baptizari potest, & alia verba Apost. 1 Corinth. 15. Quid faciunt qui baptizantur pro mortuis. Intelliguntur quia dum baptizantur adulti credebant in resurrectionem mortuorum, vel secundum alios intelliguntur de baptismo flaminis, vt latissimè Maldon. d. q. 6 p. 1.

Quo ad quintum Christus sic instituit formam Baptismi scilicet baptizantes eos in nomine Patris. & Filij & Spiritus sanct. vt habetur Matthæi, cap. vlt. Ideoque hæc est forma essentialis, quæ non completur, donec integrè sit pronunciata per ministrum. Itaque si minister solum diceret te baptizo, non est verum Sacramentum, quia non est vera forma, sic si diceret in alia forma, vt inferius explicabit.

Ratio est clara, quia ad essentiam huius formæ requiritur, vt exprimatur persona baptizans sic persona baptizata, & distinctè exprimantur personæ sanctissimæ Trinitatis. de qua materia post, D. Thom. d. qu. 66 art. 5 & alios Patres, & Scholasticos latissimè tractat. Bellarmin. tom. 2 controuers. in lib. de baptismo, tit. 3 Suar. d. tom. 3 disp. 21. Vasquez tom. 2 disput. 142. vnde si omittatur pronomen ego non vitiaretur forma; quia subintelligeretur persona ministri in verbo baptizo, si omitteretur dictio amen nec etiam vitiaretur forma.

Et proinde ne minister peccet, vtatur forma consueta per Ecclesiam latissimè Vasquez locis citatis Maldonat. cap. 1 de baptismo, quæst. 3 vt etiam ex forma baptizandi intelligamus, nos non accipere baptismum in alio nomine quam in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt latissime locis citatis habetur; hic etiam Baptismus datus nomine genitoris geniti, & procedentis ab vtroque probabiliter valet, quia exprimuntur personæ Trinitatis: nam Pater est genitor, Filius est genitus, Spiritus sanctus est procedens ab vtroque, & consequenter adest etiam expressiò Trinitatis, & etiam vnitatis essentiæ in tribus personis in illo pro nomine,

seu particula in nomine, & sic speculatiuè defendi potest vna cum gloss. in cap. multi de consecrat. dist. 4. Caietan. & aliis pœnes Suarez, & Vasquez locis citandis, valere baptismum. Practicè tamen grauissimum est peccatum, & nullo modo faciendum, & quia dubium est, an sit verum sacramentũ, consequenter est reiterandus Baptismus sub conditione, vt relatis variis opinionibus, & author. probat. Suar. d. disput. 31 sect. 3 & 4 quem sequitur Reginald. d. lib. 27 num. 20 & latissimè Vasq. disput. 144 num. 3 vbi contraria soluit, & idem probat si quis baptizaret aliquem in nomine primæ, & secundæ, & tertiæ personæ, quia non distinctè, sed confusè exprimuntur, & sic nullus esset baptismus, vt locis citatis habetur & latissimè Cabrera tom. 3 in commentar. art. 5 qu. 66 fol. 981 cum sequenti, & denique omnis error in forma Baptismi mutans sensum essentialem verborum vitiat sacramentum, siue dicatur in nominibus Patris, quia non faceret essentiam communem tribus personis, sic etiam si alia lingua proferret quis formam, quæ latinè non significaret in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & sic de alijs, vt locis citatis habetur secus tamen si esset error in grammatica, vt si quis diceret ego te baptizo, in nomine Patri, Filium, & Spiritu sancto, & sic de alijs quia error grammaticæ non mutat sensum huius formæ, si tamen completa forma, quis diceret, & Beatæ Matiæ, & sic de alijs, & intelligeret hoc esse necessarium, vt Beata Virgo concurrat ad baptismum prout concurrit sacrosancta Trinitatis, esset error in forma, & non valeret Baptismus, secus si ex causa deuotionis, & deprecationis ea verba adiungeret minister nam valeret baptismus, grauissimè tamen peccaret si ferenter id faceret, mutando consuetam formam Ecclesiæ, vt latissimè prosequitur Suarez, d. disput. 22. sect. 4 præcipuè circa finem. Quæ forma simul cum materia debent esse, vt fiat sacramentum; nempè dum ablutio sit proferatur forma verborum, antequam finiatur ablutio proferatur forma, & è contra, vt omnes notant, & habetur in Cathechis. hic num. 19.

BAptismus. CASVS. Hic non figuratur, sed nota, quod anima abluitur ad similitudinem corporis: nota secundò baptismum successisse circumcisioni.

Baptismus operatur animæ ablutionem, & in locum circumcisionis est institutus. h. d.

BAptismus [a] est ablutio [b] corporis exterior, quæ adhibita certa verborum forma [c] interiorem animæ ablutionem [d] designat, & operatur. [e] Veluti enim circumcisio [f] in populo Dei, in fidei iustitiæque signaculum instituta, ad significationem [g] purgationis originalis veterisque peccati paruulis valebat; sic & baptismus ad hominis innouationem valere cœpit.

Licet in baptismo plena contingat peccatorum remissio non tamen contingit plena nouitas. h. d.

specialis, Baptizandi fides, si sit adultus, aliàs baptizari poterit in fide parentum. Et Ecclesiæ expressio vocalis formæ à Christo institutæ. Ablutio per elementum, Et quòd ablutio, & verborum prolatio fint actus contemporanei, quæ latæ prosequitur, Nic. Plo. supra citato.

a ¶ Baptismus.] Ita paucis immutatis verbis definit Hostiens. in summ. eodem in princ. & Nico. Plo. in tractatu de sacramentis in prima part. cap. 1. Dantur, & aliæ plures definitiones: vt per Cardinal. Arac. in lib. institut. Theologicarum lib. 2 cap. 11. Et quinque sunt de substantia baptismi Baptizantis intentio, siue generalis, siue

b ¶ Ablutio.] Et sic operatio transiens. Vnde baptismus non est aqua, quia tunc esset res permanens.

c ¶ Forma.] Quæ sunt ista, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quæ in tantum sunt in forma, vt si dicatur: Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroque, non sit baptismus. Idem si dicatur: In nomine Iesu Christi: Vel in nomine Trinitatis. Vide latè per Cardin. Aracæi, in suis script. Theologicis, lib. 1 cap. 11 & per Plo. in tractat. de sacramentis in prima parte, cap. 1.

d ¶ Ablutionem.] In est ergo in baptismate duplex ablutio, exterior corporis, interior animæ, quæ fit per Spiritum sanctum. Nam aqua, & verba nil prodessent, nisi Spiritus sanctus baptizaret interius, cap. per aquam de consecrat. distinct. 4. Vnde & duplex paternitas, & filiatio reperitur in baptismo. Vna exterior, in qua baptizans est pater, alia interior, in qua Spiritus sanctus est pater: & ideo omnes Christiani dicuntur filij Dei, & inter se sunt fratres spirituales: quia habent eundem patrem spiritualem in ista secunda natiuitate. Facit quod not. in cap. ad mensem 11 quæst. 3 & ponit Abb. in cap. debitum in vltim. not. eodem.

e ¶ Operatur.] Ad hoc vide Concil. Trident. sess. 7 in titul. de sacramentis in genere, cap. 2 & cap. 6 & cap. 8.

f ¶ Circumcisio.] simi. in cap. ex quod de consecrat. distinctione. 4 facit caput. maiores, extra eodem.

g ¶ Ad significationem.] Alij ad sanctificationem, vt capit. ex quo de consecrat. dist. 4 prima verior.

Non tamen. CASVS. Cum homo per eius conceptionem, & postea per proprias eius operationes in varias incidisset calamitates, & imperfectiones. fuit propterea quæsitum, an per baptismum posset ab eis liberari, & cum per ipsum dicatur renasci, vt omnes communiter admittunt, videbatur propterea, in de recuperare anticuam eius perfectionem, cæterum solut. aliter hic legimus, quia baptismus est institutus in remedium animæ, quæ Deo debebat reconciliari i vnde non obstat obiectio, siquidem per hanc regenerationem anima restituitur solum in gratiam Dei, & remanet ei forma concupiscentiæ ad exercendas virtutes, vt Theologi docent. Nota primo in Christiano post baptismum susceptum remanere aliquid de antiquo homine, cum ista renouatio operetur circa spiritualis. Not. secundo baptismum dici fundamentum, quia per ipsum homo renouatur.

Non tamen [a] ex quo quisque baptisatur, statim etiam in eo omnis vetus infirmitas [b] absumitur; sed renouatio ad remissionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam, & operationem spiritualium: cætera verò sunt in spe, donec recompleantur, quod erit in resurrectionis tempore. Quamuis ergo in baptismate plena [c] fiat peccatorum remissio, non propterea plena nouitas, [d] & mutatio contingit.

Cura baptisandi ad solos sacerdotes, spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest baptisare, h.d.

Baptisandi autem cura ad solos sacerdotes [e] pertinet; eiusque ministerium, nec ipsis diaconibus explere permittitur absque Episcopo vel presbytero, [f] nisi his procul absentibus vltima languoris cogat necessitas [g] quo casu & laicis fidelibus, atque ipsis mulieribus baptizare permittitur. [h]

Presbyter negligens in baptisando quomodo puniendus, h. d.

Presbyter verò cuius negligentia commissum est, vt quis sine baptismate ex humanis

a ¶ Non tamen.] Pro intelligentia istius literæ vide Concil. Trident. in 5 sess. in primo decreto de peccato originali in fin. & per totum illud decretum, & fac. capitulo non ex quo de consecr. distinct. 4 vnde sumitur.

b ¶ Vetus infirmitas.] Id est, originale peccatum, quod contrahitur in ipsa infusione animæ quia tunc tres vires principales animæ debilitantur, de quo in cap. quæris, de consecr. dist. 4 & in cap. non ex quo dist. 4 remissiuè.

ANT. TIMO. Quod dicitur hic, in textu, quod per baptismum omnis vetus infirmitas non statim absumitur, si per veterem infirmitatem peccatum originale interpretemur, sumendo peccatum originale pro culpa, quæ in infusione animæ contrahitur, sic simpliciter non est intelligendum. Esset enim hæretica positio contra Concil. Trident. determinationem sess. 5 c. 5. Nam baptismus illud quod propriam, & veram rationem peccati habet totum tollit: per quod sacramentum incorporamur passioni, & morti Christi, ita Diuus Hieronymus ad Oceanum, & Diuus Chrysostomus in Ioan. Homilia 24 (latè Origines homilia 5 super Ioan. Sed id ita intelligendum quod remaneret peccatum, id est, infirmitas contracta per peccatum, & fomes, vt inquit Diuus Augustin. libro primo, & in alijs locis, cum qua remanent cæteræ pœnalitates. Vide rationes apud Thomam tertia parte quæstio. 69 articulo primo, & secundo, Diuus Bonauentura 4. sententiarum, distinct. 4 part. 1 quæstio. 2.

c ¶ Plena.) Quoad reatum mortis æternæ, & omnem pœnam originalis peccati. Vide per Abbat. in capit. 1 § vna vero de sum. Trinit. & fide cathol.

ANT. TIM. Dicitur hic in glossa quod baptismus tollit omnem pœnam originalis peccati. Pro cuius rei intelligentia nota quod dicit Diuus Bonauentura in 4 sententiarum dist. 4 parte prima, articulo primo. quæstio. secunda. Nam distinguendum est de pœnis, cum quædam sint æternales, quædam temporales. Temporales rursus quædam imponuntur, quædam assumuntur, quædam contrahuntur. Baptismus igitur absoluit ab omni pœna peccati originalis, & æternali, & temporali, facis actione assumpta, seu imposita sed non ab omni contracta, vt à fame, siti, infirmitate, fomite, & similibus, vide rationem apud eum.

d ¶ Nouitas.] Nam relinquitur originale peccatum ad pugnandum dum sumus in via, sed debilitatum, & superatum, & ad mortem æternam non impatabile, cap. per baptismum de consecr. dist. 4.

ANT. TIM. Quod dicitur in gloss. relinqui peccatum originale ad purgandum, intellige fomitem, qui est pœnalitas relicta nobis ad exercitium, & ad purgandum, vt gloriosius coronari mereamur, vide S. Bonauentura, & Sanctus Thomas locis citatis.

Baptisandi autem CASVS. Videmus baptismum conferri modo à sacerdotibus, modo à viris maximè improbis, & infidelibus, modo etiam à semetipso, vnde dubitatum fuit de eius ministro, cum enim diuinitus in eo operetur dominus, § ergo qui baptizat. supra tit. proximo non oportebat assignari certum ministrum eoque minus, quo datur baptismus flaminis §. quod quidem infr. eod. Sol tamen aliter hic fact. fuit tum ratione congruentiæ, tum quia in regeneratione est imitanda generatio naturalis: & ideo argumenta in contrarium adducta non obstant. Not. primo etiam congruentiam esse fundamentum iuris, & ideo quædam dicuntur legitima vigore congruentiæ; Nota secundo baptismum ab hæreticis collatum, aliquando omnino tenere. Not. tertio ob diuersum baptismum dictum euangelij, nisi quis renatus fuerit, esse ita intelligendum, vt verificetur aliquando actu, & aliquando intentione. Io. Bap.

e ¶ Sacerdotes.] Capitulo constat. de consecratione, distinct. quarta, vnde sumitur, & nouissime per Concilium Tridentinum sessio. 7 in titulo de sacramentis in genere, capitulo decimo. Sed contra. capitulo sanctum de consecratione distinctione quarta. Respond. ibi in casu necessitatis, vt hic etiam statim dicitur, fac. cap. in necessitate dist. 4.

f ¶ Presbytero.] Id est, licentia presbyteri. Sed contra capitulo diacon. & capitulo diaconi distinct. 93. Respond. vt ibidem not.

g § Necessitas.) Quæ legem non habet fac. de consecratio. distinctione quarta, capitulo sanctum, & capitulo in necessitate.

h ¶ Permittitur.] Capitulo diacones, distinctio. 93. Sed quid si diaconus vel etiam laicus baptizat. non instante necessitate? Respond. valet baptismus, sed vt vsurpatores alieni muneris puniendi erunt: vt per Abb. in capitulo quanto de consuetudine.

ALOYSIVS RICCIVS. Cura baptizandi ad solos sacerdotes spectat; sed & causa necessitatis quilibet pót baptizare, pro quorum intelligentia notandum, quod in casu necessitatis, omnes possunt esse ministri huius sacramenti, tam fideles, quam infideles etiam hæretici, & satis, est eos adhibere materiam aptam, & proferre congruam formam, & intentionem habere conferendi baptismum, vel faciendi, quod per illam actionem Ecclesia, vt est de fide certum in Trid. determinatum, d. sess. 7 de baptis. casu 7 & solum sup-

excesserit, deponendus erit.[a]

Baptizati ab hæreticis, schismaticis, paganis, vel alias facinorosis, non sunt denuo rebaptizandi. h. d.

Sed & si qui ab hæreticis, [b] siue schismaticis, vel etiam à paganis, [c] aut aliàs facinorosis baptizati fuerint quasi baptizati non fuerint, iterum baptizari [d] non debent. Antiqua tamen [e] patrum induxit institutio, vt qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad sanctam Ecclesiam redierint : aut vnctione chrismatis, [f] aut impositione manus, [g] aut sola professione [h] fidei ad sinum matris Ecclesiæ reuocentur.

Nemo se ipsum baptizare potest. h. d.

Sed quamquam [i] baptismus ab hæreticis, schismaticis, vel paganis susceptus valeat : ipsum tamen se baptizare nemo poterit. Sicut enim in carnali generatione, [k] qua proles ex viro, & fœmina nascitur alius est, qui carnaliter gignit, alius qui gignitur : sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua, & spiritu sancto renascitur,

plenæ sunt ceremoniæ præuia abiuratione hæresis, & reconciliatione, vt ibidem habetur canon. 11 & latissime Vasq. d. tom. 2 disput. 147 cum seq. Maldonat. cap. 1 de baptismo quæst. 5. Sed si cessaret necessitas : & tunc de iure non sunt veri ministri, si tamen facto baptizarent, esse verus baptismus, sed peccaret mortaliter, quia administrare sacramentum est res magni momenti, & sic ministris ex officio hoc relinquitur faciendum, & dum materia est grauis, vtique peccatum est mortale Nauarr. in sum. ca. 22. n. 7. Sotus, & alij quos probat. Vasq. dic. disput. 147. Immo efficeretur irregularis ille, qui sine necessitate administraret hoc sacramentum, dum id eis non competit ex officio sed ex sola necessitate igitur de iure minister ordinarius baptismi est sacerdos vt in capitul. constat de consecrat distinct. 4 D. Tho. communiter receptus 3 part. quæst. 67 artic. 2. cum enim sacerdotis officium sit consecrare corpus Christi, & alijs ministrare, consequenter datur ei etiam facultas recipiendi omnes dispositos ad mensam Domini, & prima dispositio fit per baptismum, quo efficitur fidelis. Ex officio tamen solus Episcopus, & parochus, est minister baptismi, & præsente parrocho non potest ordinarius sacerdos baptizare, nisi de licentia parrochi : & ita se habet communis praxis, & de iure etiam procedit, alioqui valeret baptismus, sacerdos tamen peccaret mortaliter, non tamen fieret irregularis, vt notat Nauar. in sum. capitul. 27 nu. 102 & hoc magis expresse probant alij communiter, quos sequitur Suar. dict. tom. 3. disput. 31. session. 4. Reginald. dicto libro 27 numero 37. & Vasquez dict. disput. 147.

Nota etiam quod in conferendo baptismum hunc ordinem esse seruandum, vt digniores præferantur alijs, vt parrochus sacerdotibus simplicibus, clericus laico, vir mulieri ; fidelis infideli, non præcisus præciso, hoc est non excommunicatus præfertur excommunicato, suspenso ab officio, vel degradato, semper tamen præfertur magis instructus in hoc ministerio, & ideo si fœmina [vt solent esse obstetrices, quæ in hoc sunt instructæ] præfertur etiam viris, vel clericis non habentibus eandem peritiam. Quæ omnia post. D. Tho. 3 part. quæst. 67 art. 4 Sylvest. & alios prosequitur Reginald. d. li. 27 n. 44 & seq.

a ¶ Deponendus erit.] 1 quæstio. 1 cap. neque, & cap. si quis per ignorantiam, & de consecr. dist. 4 cap. quicumque,

b ¶ Hæreticis.] Concord. c. siue cap. à quodam. cap. Romanus, cap. hi qui c. de Arrianis, de consecr. dist. 4 cum plurimis simili, & nouissimè idem firmatur per Concil. Trident. sess. 7 sub titul. & rubr. de baptism. cap. 3.

c ¶ A paganis.) Sed contra cap. quod à paganis de consecr. distinct. 4 Sol. ibi non in forma Ecclesiæ fuerat traditus baptismus. Item contra dist. 62 c. nulla ratio. & 1. cap. 1 & l. traditio. ff de acqu. re. dom. & de consecr. dist. 4 capit. quomodo ergo. Quomodo ergo paganus baptismum tradere dicitur, quem non habet? Respond. fit hoc auctoritate legis, sic, & creditor in casu dominum rei sibi obligatæ in alium transfert, quod tamen non habet, instit. quib. alijs lic. vel nou. § 1. Item hoc casuale contrarium regulare, 1 q. 7 c. Dalbertum, & not. in cap. Romanus de consecr. dist. 4. Paganus tamen leuare non posset, vt declaratur in Conc. Maguntin.

d ¶ Iterum baptizari.] Cap. rebaptizari, de consecr. distinct. 4. & nouissimè per Concil. Trident. sess. 7 de baptismo, cap. 12.

e ¶ Antiqua tamen.] Vt in c. ab antiqua, de consec. d. 4 c. 4 c. hi qui. 1 q. 1 à qua antiquitate non est recedendum, nisi euidens error ostendatur, fac. cap. itaque. dist. 19 & per Abb. post glos. in cap. quanto de translat.

f ¶ Chrismatis.] Cap. ab antiqua de consec. d. 4 & c. hi qui. 1 c. 1.

g ¶ Impositione manus.] Reconciliatio sic fiet imponetur eis manus ab Episcopo, & dicetur. Accipe spiritum sanctum, sicut in actib. Apostolorum factum esse legitur baptizatis à Ioanne, cum ipsi dicerent Apostolis : Neque si spiritus sanctus sit auditiuus manus eis Apostoli imponebant dicentes : accipe spiritum sanctum, & si non erant chrismati antur, vt not. in c. vt hi de quibus de consec. dist. 4.

ANT. TIM. Modus hic reconciliationis desumptus est ad verbum ex glos. in verbo impositione d. cap. hi de quibus de consecr. dist. 4.

h ¶ Sola professione.] Si manus erat eis imposita : alias suppleretur, 1 quæst. 1 capitul. ecce, & tunc dicitur fieri professio, cum interrogantur, sciamus, an ipsi recte credant,

i ¶ Sed quamquam, &c.] Ratio est dubitandi ad decisionem sequen.

k ¶ Carnali generatione.) Not. ergo quod spiritualis generatio imitari debet naturalem in quantum potest : sicut etiam legitima. Et ex hoc Abb. in c. debitum eo. tenet, quod nemo possit alium baptizare, vel de sacro fonte lauare, & si idem non potest esse suus pater carnalis, & si præcedat baptizandum in plena pubertate. Simile in §. minorum instit. de adop. Ancharanus tamen putat sufficere si 14. annis baptu-

zansprædat baptizandum. Idem fortè in cuante secundum Abb. cuius tamen interuentus non videtur de substantia baptismi secundum eundem in d. cap. debitum.

a ¶ Qui generetur.] Concor. c. per tuas aliás per nostras de iu. pa. & § interdum, sup. eo. tit. & ca. fin. de inst. & l. 2 ff de stip. ser. Et nemo debet oriri à semetipso, cap. dicimus, 24. quæst. 1 argum. contra in l. si cons. ff de adopt.

b ¶ Mortis articulo.) Et sic not. quod vbi aliqua requiruntur ad substantiam, & pro forma actus nisi formalia illa, & substantialia interueniant, non tenet actus, etiam si ex necessitate substantialis, & formalis solemnitas obseruari non possit, necessitas ergo non facit desinere solemnitatem substantialem. Sed contra c. sanctum, & c. in necessitate. de consec. dist. & sup. eo. § baptizandi. Sol. sacerdotium in ministro non est de substantia baptismi sicut, & alia quædam de quibus, in § pen. infr. Sed adhuc contra, infra de pœnit. § quod autem, & § seq. vbi qualitas in ministro sacramenti pœnitentiæ est de substantia talis sacramenti, & per Concil. Trid. sess. 14 cap. 6 vbi agitur de ministro talis sacramenti. Sol. aliud in sacramento baptismi, aliud in sacramento pœnitentiæ. sed adhuc contra: quia vbicumque obligatio dirigitur in Deum, defectus formæ non vitiat actum, nor. in capitu. sacro. de sent. excommun. & per Abb. in capitul. porrectum, ante fin. de regul. Solu. illud apud ecclesiam triumphantem, hic militantem, quod satis innuit etiã hæc litera.

c ¶ Immergendo.] Quid si aliquis immergat se ipsum, alio tamen dicente: Ego te baptizo, &c. numquid satisfiat formæ? Resp. negatiuè, nisi enim ipse qui verba illa profert. immergat, non potest verè dicere ego te baptizo, &c. secundum Abb. in ca. debitum eod.

d ¶ Responsum est.) Vt in c. debitum eodem.

e ¶ Denuo.] Non tamen illicò, sed debet aliquo tempore differre, vt appareat, an habeat rectam intentionem, & differendus est baptismus saltem per quadraginta dies: vt in c. ne quod absit, distinct. 4 licet multi hoc non seruent. Vnde festinanter baptizari, quiescente calore primæ deuotionis sæpé ad errores vomitu redeunt: vt per Abb. in c. debitum, eo. & comparari possunt tritico, quod cecidit super petram, quod & citò natum fuit, & citò etiam exaruit, vt in Euangelio.

f ¶ Baptizandum.] Primo tamen restituere debet extorta per vsurariam prauitatem, & illicitè. cap. Iudæi, vbi nota, de consecr. dist. 4. Alia verò licitè quæsito non tenetur relinquere: sicut multi simplices credunt, pro hoc, capit. sicut Iudæi, de Iudæ sequitur Abb. in cap. debitum eodem.

g ¶ Euolasset.] Cap. debitum, eodem & de pœnit. dist. 7 cap. fin. versi. nullus expectet, cap. Apostolicam, & c. fin. de presbyt. non baptiz.

h ¶ Martyrij.] Cap. baptismi vicem, c. catechumenum, cap. non dubito de consecrat. distinct. 4.

i ¶ Necessitatis.] Cap. fin. de presbyter non baptiz. & c. baptismus de consecr. dis. 4 fac. illud. Aug. in Psalmes, 103. Coronat Deus intus voluntatem, cum non inuenit facultatem affectum enim Deus pensat non effectum. *Affectũ pensat Deus nõ effectũ. Baptismi. Flaminis. Sanguinis.*

k ¶ A quibusdam.] Vt per August. num. lib. 4. de baptismo, contra Donatistas, cap. 22 & per Host. in sum. eo. versi. quod sint eius, & iam ab omnibus hoc dictum vsurpatur.

l ¶ Fluminis.] Id est, aquæ cum verbo, 1 qu. 1 cap. detrahe. & c. debitum eod.

m ¶ Flaminis.] Id est, spiritus sancti. c. Apostolicam de presbyter. non baptizat.

n ¶ Sanguinis.] Capit. martyrij, & ca. baptismi vicem cum simil. de consecr. dist. 4.

o ¶ Contineatur.] cap. verus, de consecrat. distinct. 4.

p ¶ Aliud.] Cap. aliud de consec. dist. 4.

q ¶ Non possit.] Et sic reuincitur prava quædam opin. quæ temporibus Bernardi inualuerat, neminem scilicet sine actuali baptismo saluari posse, cuius errorem idem confutauit epist. 77 ad Hugonem scribens, & de hoc etiam vide Magistrum sententiarum lib. 1. distinct. 4.

alius debet esse qui spiritualiter generet: alius qui generetur. [a]

Fides sacramenti supplet sacramentum fidei, hoc dicit.

Vnde de Iudæo, qui in mortis articulo [b] constitutus in aquam seipsum immergendo [c] dixerat: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, responsum est, [d] denuo [e] ab alio illum baptizandum [f] esse, vt ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, alius qui baptizat: quamuis si talis continuò decessisset, protinus ad patriam euolasset, [g] non propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

Baptismus alius fluminis, alius flaminis alius sanguinis, h. d.

Quod quidem & de illo rectè creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrij [h] subijt sacramentum. Baptismus enim inuisibiliter ministratur, quẽ non contemptus religionis, sed terminus necessitatis, [i] excludit. Vnde scitè scriptum à quibusdam [k] repetitur, baptismum alium esse fluminis, [l] alium esse flaminis, [m] alium vero sanguinis. [n] Cùm baptismi virtus, & efficacia, non tam ablutione corporis, quàm fide cordis contineatur: [o] & aliud [p] sit per ministerium baptizare, quod sacerdos exequitur, aliud per potestatem, quam Dominus non vsque adeo sacramentis adiunxit, vt sine illis eorundem gratiam tribuere non possit. [q]

Paruuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesiæ, & non debet minor esse virtus baptismi, quam circumcisionis, h. d.

Non tamen, CASVS in tota hac parte ita figuratur. *Io. Bapt.* Homines indigentes baptismo in diuerso statu reperiuntur, nam quidam sunt pueri, quidam adulti, & istorum quidam dementes, quidam dormientes, quidam

quasi

quaſi coacti de quibuſdam dubitatur, & alij ſimil. vnde quæſitum fuit an eis indifferenter debeant baptizari, & quamuis affirmatiuè reſponderi poſſit ea ratione quia inijs quæ ſunt commodi, & vtilitatis quilibet in dubio dicitur conſentire iuxta vulg. regul. à doct. adno. in l. cum quid ff ſi cert. peta ac etiam quoniam Deus vult. omnes homines ſaluos fieri, tamen Solut. eſt tenend. iuxta id, quod in hac parte habetur, quia ad hoc ſacramentum recipiendum ſatis eſt, vt recipiens non opponat obicem. Non obſtãt autem argumenta: quia obex in recipientibus aliquando reperitur, & aliquando ſecus: atque fides requiſit. modo actu & aliquando habitu eſt neceſſaria, vnde nota. primo ad hoc ſacramentum recipiendũ non eſſe neceſſariam voluntatẽ actualem, cum aliquando ſufficiat habitualis, vt dixi. Not. 2 voluntatẽ ſecundum quid coactam, eſſe nihilominus voluntatem: Not. tertiò ſuſceptionem baptiſmi obligare ſuſcipientẽ ad obſeruandum, quæ ſunt religionis Chriſtianæ Not. quarto, non dicitur aliquid eſſe factũ ſi de eo probabiliter dubitetur quia quoad Eccl. quæ de occultis non iudicat ca. ſicut. cum ſeq. de ſi non idem eſt non eſſe, & apparere.

Non tamen,[a] quia fide cordis baptiſmatis virtus continetur, ideo minus paruulos,[b] qui credere ob ætatem non poſſunt, vnda ſalutaris abluit, cùm & ij non per vſum, ſed per habitum[c] fidei, quem ſuſcipiunt in baptiſmatè, credere non malè credantur, & in fide parentum, & Eccleſiæ, alio profitente, baptizati ob fidei[d] ſacramentum rectè fideles[e] dici poſſunt: & cum circumciſio[f] tam adultis quàm paruulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptiſmus, qui ſuccedit in locum ipſius & generalior tamen exiſtit, cum tam viri, quàm fœminæ[g] baptizentur minoris videatur effectus, tam adultis, quàm paruulis eſt conferendus.[h]

Tam mater, quam filius in ipſo articulo parturiendi, poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus. h. d.

Is quoque, cuius mater, vel prægnans, vel in ipſa hora, qua parturit mortis vrgente periculo,[i] baptiſmatis gratiam receperit baptizari poterit:[k] nec propterea bis baptiſatus reputabitur. Cum vtique ad maternum corpus, cum eſſet in vtero, pertineret,[l] nec ibi regeneratio reperiri poſſit, vbi generatio non præceſſerit: nec in hoc infanti qui naſcitur aliquid mater participat, cum vniuſcuiuſque propria voluntas[m] in confeſſione, ſit attendenda.

Muti, ſurdi, & ægrotantes baptizari poſſunt. hoc dicit.

Muti quoque & ſurdi, item ægrotantes,[n] qui proſe reſpondere non poſſunt, aliis pro ſe profitentibus rectè baptizari poterunt.

a ¶ Non tamen.] Ratio eſt dubitandi eius quod hic continetur. Et de hoc vide nouiſſimè per Concilium trid. in 5 ſeſſ. in decreto de peccato originali, quod eſt primum, verſicu. ſi quis hoc Adæ.

b ¶ Paruulos.] Concord. cap. maiores, eod. & cap. paruuli. cum pluribus ſequent & capite quæris, diſtinct. 4

c ¶ Habitum.] Id eſt aptitudinem, & ſic illa verba, qui non crediderit, &c. referuntur ad aptitudinem, ſicut etiam cum dicimus, matrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio individuæ vitæ conſuetudinem retinens, 27 quæſt 2 § 1 inſtitutio. de patria poteſt. in princip. Nam verbum retinens intelligendum eſt quo ad aptitudinem, ſic etiam conſueuit dici de iuſtitia, quatenus eſt creatura. l. iuſtitia. ff de iuſt. & iure.

ANT. TIM. Valde impropriè videtur hoc in loco explicare gloſſ. habitum, id eſt, aptitudinem, neque enim ſolum aptitudinem, id eſt, pœnitentiam habet ad agendum, qui hẽt habitum infuſum: ſed habet virtutem ipſam realiter, licèt pro tunc non exeat in actum. Quod ſi per aptitudinem intelligas facultatem producendi ad actum ex habitu, erit interpretatio, licet aliqualiter dura. Qui enim habet fidem in habitu, licèt ſemper non operetur actus fidei: plus tamen habet, quam aptitudinem ad credendum & ad fidem.

d ¶ Ob fidei.] Baptiſmus ſacramentum fidei dicitur, quia in fide Chriſti conſecratur, & in fide Eccleſiæ confertur: vel qa in nomine Trinitatis confertur quam offerentes, & oblati tenentur credere, & confiteri: vel etiam alia ratione, prout nota. in capit. nihil de conſecra diſt. 4

e ¶ Fideles.] Sic in cap. paruuli fideles, de conſecrat. diſt. 4

f ¶ Circumciſio.) Argum. à maiori, & con cor. capitul. maiores, eodem.

g ¶ Fœminæ.] Quæ licèt non circumciderentur, offerebantur tamen vigeſima octaua die in templum, ibi, & nomẽ imponebatur, Baptiſmus igitur generalior eſt.

h ¶ Conferendus.] Sed an cum adoleuerint paruuli, & nolint baptiſmum ratum habere, ſint eorum arbitrio relinquendi, vel cogendi ad Chriſtianã vitam? Et quidam hoc ſunt auſi affirmare: quorum tamen opinio damnata, & anathematizata fuit per Concilium Tridentinũ in 7 ſeſſion. ſub titul. de baptiſmo, c. 14

i ¶ Periculo.] Concord. capitulo baptizari diſtinctione quinta.

k ¶ Poterit.] Licèt contra teneret Iulianus hæreticus. Sed contra, quia ſi mater manumittitur, & partus cenſetur manumiſſus, inſtitut. de ingen. § 2 Item partus eſt pars viſcerum matris l. 1 ff de vent. inſpi. Solut. vt nota in capitul. final. ad matris, de conſecrat diſtinct. 4

l ¶ Pertineret.] Facit. ca. ſi ad matris, cum ſeq. de conſecr. diſtinct. quarta, & leg. prima, ff de ventre inſpic.

m ¶ Propria voluntas. Intellige propriam vere ſi baptizatur adultus, & intelligens: alias dicetur propria iuris, & diuinæ legis interpretatione, ſi baptizandus ſit paruulus vel non intelligens alio profitente, infra eodem § proxim. & capitul. paruuli, cum ſeq. de conſecrat. diſtinct. 4

n ¶ Aegrotantes.] Nota, quod infantes, muti, ſurdi

ægrotantes, æquiparantur, quod satis conueniens est, ignorantes quodammodo, & per alios liberari, cum & ignorantes, & per alios fuerint obligati, vt de consecrat dist. 4 cap. quæris facit quod & pro ignorante fidei iubere possunt: vt l. fide iubere, ff de fideiu. & igneranti etiam actio acquiritur l. fi à furioso, ff si cert. pet. & concord cum hoc, cap. paruuli, & c. ægrotantes de consec. d. quarto.

a ¶ Perdurare.] Simile de sentent. excommuni. capit. à nobis, nã semper perdurare præsumitur voluntas, nisi probetur mutata: vt capit. per latum de his que vi metusue cau. fiunt & l. eum qui, ff de prob. & l. Lucius, ff de leg. 2 in fin Sed quid si quis ab infantia fuit amẽs numquid prodest ei si baptizetur? Argumen. quod sic, ff de legat. 2 l. cum pater, § surdo, quia perinde habetur ac si tunc sit infans: quia nullo pecato grauatur nisi originali. 3 quæst. 9 capit. in dicas, & notat. in cap. maiores. § fin. eod.

b ¶ Non suscipiunt.] sed quid si excitati à sono ratum habeant? Resp non prodest, quia nihil recipit, & ideo non est quod ratum habeat, sed iterum erit baptizandus: vt nota in ca. maiores, in fin. eodem.

c ¶ Obsistentem.] simile de consecr. distin. 4 cap. quæris à me: & ff ad Maced. l. si filius, & ff de acquir. hæred. l. 2 § si is.

d ¶ Omninò coactus] Vt puta si ligatis pedibus ac manibus baptizaretur, fac. l. qui testamento, § fin. ff de testam.

e ¶ Tamquam.] Veritatem denotat hæc dictio, non similitudinem, sic in capite ex parte vbi Abb. nota de sponsal Vnde, si dicatur: Titius ab omnibus vitetur tam quam excommunicatus dicetur verè excommunicatus argum nota per Ab. in capite. fin. ne cler. vel monach. in princ. Natura tamen sui similitudinem denotat.

f ¶ Conditionaliter volens.] Et sic coacta voluntas voluntas est conc. l. mulier. l. fi ff quod me cau. & 15 quæst. 1 cap. merito queritur Idem est in sacramento matrimonii 22 quæst 4 cap. inter cætera, & cap. veniens de sponsalibus Videtur tamen impedire matrimonium spirituale, capit. perlatum, de his quæ, vime tus ve caus. sed ibi fuit iustus metus mortis, qui caderet in constantem virum: sed datis terminis paribus idem esset in vtraque Item hæc coactio conditionalis non impedit sacramentum ordinis dist. 74 c. vbi ista & nota in cap. maiores, § fin. eod. sed numquid. ille, qui conditionali coactione recipit ordinem tenebitur continere? Resp. vt not, in dict. § fi.

Dormiens & amens, si ante somnum, & amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt. h. d.

De dormientibus, & amentibus quæsitum est, & planè si priusquã dormirent: aut amentiã incurrerent non baptizandi propositum haberent, quia in eis eadem perdurare [a] voluntas intelligitur, si sic immersi fuerint, characterem Sacramenti non suscipiunt: [b] secus autem si prius cathecumeni extitissent. & baptizandi propositum habuisset, tales enim in necessitatis articulo baptizare consueuit ecclesia. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem [c].

Inuitus baptizatus characterem suscipit, & cogendus est ad obseruantiam fidei: secus si penitus sit coactus. h. d.

Sed & si quis non sponte, dum tamen non omninò coactus [d] baptismatis susceperit Sacramentum, Christianitatis characterem suscipit, vt puta cum quis terroribus, atque suppliciis ad vndam salutarem trahitur, & ob id tamquam [e] conditionaliter volens, [f] licèt absolutè non velit, est ad fidei Christianæ cogendus obseruantiam [g] Ille verò qui numquam consentit, sed penitus contra dicit nec rem, nec characterem [h] Sacramenti suscipit. Plus est enim expressè contradicere, [K] quam minimè consentire.

Is, de quo non est præsumptio, quod sit baptizatus, debet sine metu iterationis baptizari. hoc dicit.

Illud in dubium venire non debet, [l] quoties nulla extant indicia [m] inter propinquos, & familiares, quibus aliquos baptizatos

g ¶ Obseruantiam.] Vt cap de iudæis dist. 45 & capit. maiores § fin eod. multo magis igitur si sponte baptizatus est cap. quidam, de apostatis.

h ¶ Characterem.) sed quare amens, vel dormiens, vel absolutè coactus baptismi sacramẽtum non recipit, cum in baptismo non requiratur intentio baptizati, sed baptizantis? 1. q. 1 cap. sicut ficti, & de consec. dist. 4. ca. solet. Hæc quæstio soluitur per literam superioris, § & per §. fin. cap. maiores eod. Quia amens, & dormiens qui ante catechumeni fuerunt, recipiunt bene sacramentum: qui verò semper inuiti fuerunt, & contradixerunt, non recipiunt. quia adhuc præsumũtur inuiti: & nemo inuitus ad fidem cõpellitur. Nec obst. d. cap. sicut, & c. solet, quia fictione exprimũt licet corde dissentiant: & ideo sacramentum recipiunt, quia ecclesia dare intendit: sed tale sacramentum non proficit ad remissionem peccatorum, nisi cum fictio recesserit, cap. tunc valere de consecr. dist. 4 & per Ab. cap. fin. eo cuius dicta procedunt in foro poli

i ¶ Plus est enim.] sic ca. sicut de simon & cap. Petrus, de homi & q. 4 cap. quia præsulatus, cum concor allegatis in cap. maiores, § fin de baptism.

K ¶ Contradicere.] Argum. quod ad fidem nullus debet compelli inuitus sed sicut libera voluntate petiit, ita libero arbitrio conuertatur vt cap. de Iudæis & cap qui sincera distinct. 45 & 23 q. 5 ca. ad finem: Arg. contra. 23 q 6 ca. 1 vbi habetur quod Paulus coactus venit ad fidem sed illud diuino iudicio fuit factum, cuius facta ad consequ. trahi non deb. Vel d. vt no. in c. maior, § fin, eod.

l ¶ Non debet.] Vt in c. paruul. cum 4 seq. de conf. d. 4 & c. fin. de presbit. non baptiz in.

m ¶ Indicia.] Bene, dicit, indicia: quia non requiritur

plena probatio: immò sufficeret vnus testis, veluti in consecratione Ecclesiæ: secus tamen in ordine, cap. Afros. distinct. 99 de ratione diuersitatis dicitur prima q. 1 § ecce. sed quid si probet quis se ordinatum, & contra eum excipiatur illum non fuisse baptizatum, numquid tunc crederetur vnius testimonio quoad baptismũ? Quidam quòd non, vbi fieret alteri præiudicium. Vnde non sufficeret vnicus testis ad probandum baptismum si sub ea conditione ei esset relictum legatum, si esset baptizatus: quia hæredi præiudiciũ fieret, vt not. in cap. placuit de consecrat. dist. 4. Cum autem sufficit vnus testis, is debet esse Christianus, non Iudæus, vel Paganus, nota. in cap. cum itaque de consecrat. dist. 4.

a ¶ Iteratum videatur.] Concor. c. cum itaque, & c. si nulla, & c. fin. de presbyt. non baptiz. vbi infert Abb. quòd qui non recordatur, vtrum dixerit aliquam horam, puta tertiam, vel sextam, tenetur iterare. Item si non apparet, quòd Ecclesia fuerit consecrata, quòd debet consecrari. Et generaliter vbi actus ex necessitate debet explicari, si de eo ambigitur, debet iterari, licet propriè non possit dici iteratus, & facit ratio quæ immediatè sequitur. Qua autem forma sit baptismus concedendus si probabiliter dubitetur, an quis sit baptizatus, vide tex. & quæ ibi Doc. in c. 2 eo.

esse doceri possit, eosdem baptizari minimè prohibendos esse. Quod enim factum esse nescitur, nulla ratio finit, vt iteratum videatur: [a] nec temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.

Suspicio vehemens pro veritate habetur. h. d.

De eo tamen, qui Christianis parentibus natus inter Christianos est fideliter conuersatus, tam violenter præsumitur, quòd baptizatus fuerit, vt hæc præsumptio pro veritate sit habenda, donec euidentissimis argumentis contrarium probatum fuerit. [b]

Iterum scienter baptizatus debet seuerissimè puniri: ignoranter verò bis baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate. h. d.

Quòd si quis sciens, & prudens iterum baptizari sustinuerit, arctissimæ pœnitentiæ [c] subijciendus erit: quod si ignoranter nulla quidem imponenda erit pœnitentia: sed nisi magna cogat necessitas, ordinari non poterit. [d]

Iterantes baptismum sunt deponendi ab officio, & beneficio. h. d.

Illi quoque, qui ausu temerario in homine iam baptizato cœleste lauacrum iterare ausi fuerint, excommunicationis mucrone percussi ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico deponentur. [e]

b ¶ Probatum fuerit.] Nata primum, quòd violenta præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, fac. c. vt nostrum, vt Eccles. benè. Item quòd violenta præsumptio admittit probationem in contrarium 35 q. 3 c. extraordinaria & 27 qu. 1 cap. nec aliqua. cap. proposuisti, & c. causam matrimonij, de probat & per gl. in ca. ferrum, dist. 50 & per Abb. in cap. is qui de iurisd. Debet tamen probatio, talis esse euidentissima, vt hic & cap. fin. de presbyter. non baptiz. & c. quia verisimile, de præsumpt. & l. non est verisimile, ff quod met. caus.

Io. Bap. Quod si quis. CASVS. Præsupponitur quosdam esse baptiz. sed postea istorum quidam volebant rebaptizari. quidam verò de facto fuerunt rebaptizati, vnde quæritum fuit quid iuris, quamuis autem rebaptizatio videatur permittenda ad similitudinem aliquorum sacramentorum, quæ possunt reiterari, & præsertim ob maiorem deuotionem, & vt ille nequeat excusari ab obligatione fidei: solut. tamen aliter hic facta fuit, tum ob charact. iam impressum, tum etiam quoniã cum baptis. sit ianua ingrediendi relig. qui per eam est ingressus, amplius non oportet ingredi siquidem perpecãtum exeat, habeat remedium pœnitentiæ reingrediendi: Non obstant obiecta primo ob dissimilitudinem inter hoc sacramentum, & alia, secundò quia in receptione istius sacramenti, satis est habere deuotionem congruam: & in necessarijs ad salutẽ nulla admittitur excusatio iuxta not. per docto. in c. 1 de constitut. cum vulg. quæ in casu nostro non erat necessaria, cum sufficienter semel baptis. conferatur. Not. primò reiterationem alicuius actus non esse faciendam, quando inde sequeretur aliquod inconueniens. Not. secundò, aliquem puniri aliquando ob culpam & aliquando causam iuxta cap. sine culpa de regulis iuris in 6. Not. tertiò, non tantum voluntatem, sed etiam scientiam requiri hoc, vt aliquis dicat. esse in culpa alicuius mali.

c ¶ Pœnitentiæ.] Quã habes in ca. qui bis ignoranter, de consecr. d. 4 & vide de non rebaptizandis paruulis Concil. Trident. sess. 7. in tit. de baptis. ca. 13.

d ¶ Non poterit.] Erit ergo in potestate cuiusque mihi ordines auferre: quia poterit me dormientem rebaptizare: quod videtur durum. Ideo quidam dicebant quòd hic intelligitur de ignorantia iuris, quæ non excusat. Tu intellige prout litera iacet, & indistinctè, & hic est vnus casus, in quo alicui fit fine sua culpa præiudicium: arg. 1 q. 5 c. 1 fac] prospexit, ff qui & á quibus; sed contra 1 q. 4 cap. placuit, vide Abb. in cap. ex literarum de apostat.

e ¶ Deponentur.] cap. fin. eod. & per Abb. in cap. ex tuarum de apostat.

Postremo. CASVS. Quidam volebant baptis. conferre nulla iuris solemnitate obseruata, ea præsertim ratione, quia secundum Theolog. cum sacramenta sint à Christo instituta, non potest Eccles. aliquid addere, vel detrahere, accedit ad id text. in cap. cum inferior. de maiorit. & obed. Oppositum tamen hic legimus, & hæc solut. probat. quia Sancta sanctæ, & piè sunt administranda, & ideo Eccles. circa sacrament. administ. multa statuit ratione congruentiæ, essentialia enim vtique non potest Eccles. statuere cum statuta sint à Christo, & sic intelliguntur Theologi, ex tex. in arg. adducto, hodie autem habemus etiam Conc. Trident. sess. 7 de sacram. vbi leg. Si quis dixerit septem sacramenta nouæ legis, &c. non esse instituta à Christo anathema sit, vnde dicas, instit. ratione essentiæ, Eccles. Io. Bap.

autem ratione congruentiæ multa circa illorum administrationem, addidit, vt in eod. concil. habetur. Not. primò potestatem Eccles. esse circa sacramenta in statuendo quæ circa illorum administ. conueniunt secundum congruentiam: Not. 2. constitut. obligare ad culpã etiam quando ob neglectum non obseruantur: Not. 3 vltra intrinsecam solemnitatem in sacram. institutam à Christo, requiri etiam solemnitatem extrinsecam institut. ab Eccles.

Multa fiunt in baptismo, quæ non sunt de eius substantia. h. d.

Postremo sciendum est, quòd licet verbo tantum, & elemento baptismatis substantia contineatur, & forma: [a] multa tamen à sanctis patribus [b] ad eius decorem fuerunt solemniter constituta, vt immersionis numerus, exorcismi, [c] clericorum exufflationes, [d] salis [e] benedicti exhibitio, saliuæ contactus, [f] inunctio: [g] quæ si ex neglectu prætermissa fuerint, omissio culpæ reos arguet.

Baptismus non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem. h. d.

Illum etiam nouissimè Viennensi Concilio [h] constitutum est, ne quis in priuatis domibus, [i] sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, [k] aliquos audeant baptizare: nisi Regum, [l] vel Principum [m] liberi baptizandi fuerint: vel talis necessitas [n] emerserit, propter quã ad Ecclesiam absque periculo [o] accessus haberi nequeat.

a ¶ Et forma.] cap. 1 & cap. penult. eod. & 1 q. 1 c. detrahe. Et cum de substantia baptismi sit elementum, sequitur quòd non posset quis baptiz. in aqua rosata, cum non sit elementũ: licet posset in aqua aliquantulum transformata: vt in lixiuio, vel brodio, vel aqua lutosa: vt per Abb. in d. cap. penult.

b ¶ Patribus.] Etiam à tempore Apostol. vt per Dionys. de Eccles. Hierarc. & traditur notissimè per duos Reuerendis. Cardinales secundum Vvarmiensem, in tract. de sacra. c. 37. & Aracæli, in tracta. itidem de sacram. c. 13.

c ¶ Exorcismi.] capit. siue, cap. ante, cap. sicut, de consecrat. d. 4.

d ¶ Exufflationes.] c. siue de consecr. d. 4.

e ¶ Salis.] capit. ex in cap. sal. cælestis, de consecrat. distinct. 4.

f ¶ Contactus.] cap. postea de consec. d. 4.

g ¶ Inunctio.] cap. 1 § quia vero, de sacra-vncti. c. deinde de consec. dist. 4 sunt etiam & alia, puta cereus, & patronus, quæ omnia constituunt numerum octonarium, & his versibus concluduntur.

Sal. oleum, chrisma, cereus, chrismali, salina.
Flatus, virtutem baptismatis figurant.
Hæc cum patrinis non mutant, sed tamẽ ornant.

h ¶ Concilio.] Cle. 1 eod. vnde sumitur,

i ¶ Domibus.] Concor. auth. vt in princ. de sacram. my. non fin.

k ¶ Deputati.] De maio. & obe. c. his quæ c. 2 de c. mona. & tales Eccles. dicuntur baptismales, c. 1 de no. ope. nuncia. Et quia renascimur per baptismum dicuntur matrices, c. ex transmissa, de præs. & clem. 1 de sent. excom. & not. in clem. 1 eod.

l ¶ Regum.] simile c. fi. de offic. deleg. & c. ne aliqui, de priuil. in 6.

m ¶ Principum.] Non autem tyrannorum. Et intellige hic de principe, qui habeat notabilem potentiam: & quòd sit quasi comparandus regiæ potestati, arg. l. 1 fi. de re. dub. licet princ. appel. multipliciter sumatur: vt not. in clem. vni. eod.

Nobilitas & necessitas æquiparantur.

n ¶ Necessitas.] Not. quòd necessitas, & nobilitas æquiparantur, alibi nobilitas, & literatura, c. de multa de præb. extrauag. execrabilis, eo. tit.

o ¶ Periculo.] Fortè pueri baptiz. existentis in mortis art. vt c. penult. eo. vel deferentium qui sint obsessi. Sed quid si deferens puerum ad baptis. remotũ videns in eo signum futuræ mortis, nec habens secũ aquã proijciat puerum in puteũ dicendo: Ego te baptizo &c. nunquid puer sit baptiz. & ita possit sepeliri in sacro? Respon. vt habetur per Abb. in c. penult. eo. At si baptizet. in domo priuata exceptis casibus permissis, puniri poterit contrafaciens pœna arbitraria: vt not. in cle. vni. eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Baptis. non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem, & ita quod nullus debet baptiz. filios domi habetur in cle. vnic. de Baptis. sed in Eccles. in quib[9] sunt ad hoc fontes specialiter deputati, nisi necess. vrgeat propterquã nequeat ad Eccles. absque periculo deferri, vel nisi sint filij Regum, vel principum 3 quare maxima oritur controuers. si verba huius cle. comprehenderẽt quoque filios principũ, seu titul. Regni Neap. vt valeat baptiz. in eorum domibus priuatis, & prima facie videretur dicendũ quod non, ex quo verba diriguntur ad magnos principes qui secundum Bald. in cons. 123 vol. 1 intelligẽdi sunt de maioribus principibus, qui regibus æquiparantur secundum Rodulfum, in tract. de orig. Ducum Italiæ adeo quod secundum Paset in cons. 12 sub d. dispos. non continetur Marchio Mõtis Ferrati, licet bene Marchio Brandeburgensis sequitur Alciatus in tractat. de sing. certam, c. 23 n. 5. Tamen prædictis non obstantibus contrarium sensit Abb. & Panormit. in dict. cle. vni. n. 6 de baptis. vbi voluit à dicta dispositione non esse excludendos Duces, Marchiones, & Comites, qui iure merito possunt principibus æquiparari, & istos explicat i 1 Principe Achaiæ, Salerni, & Taranti, qui principes fuerunt Neapol. igitur dicta dispositio comprehendet quoq; titul. huius regni, quod euidenter probat etiam quia ipsi titul. tãquam perpetuò inuestiti censendi sũt supremi principes in eorum titulis, & omnia possunt, quæ potest Imperator in toto Orbe Curt. sen. cons. 49 & in specie de Marchione Mõtisferrati loquitur Natta in cons. 487 n. 9 Laderch. in cons. 71 vol. 1 vbi loquitur non solum de March. Montisfer. sed de alijs, de quibus mentionem facit Roland. in cons. 20. n. 30 volum. 1 Menoch. cons. 31 vol. 1 & propterea Cassa in Catal. glor. mund. in 5. parte consid. 47 voluit, quod Marchiones & Duces æquiparantur Imperator. & regibus in suo Marchionatu vnde quo ad ipsos verificatur dictũ glos. Ab. Anchar. & Benif. dum affirmant, rectum in d. cle. 1 de baptis. mentionem facientem de princip. comprehendere etiam eos, qui subsunt Regibus & Imperat. quales sunt isti nostri Principes, qui cum sint inuestiti de me-

ro, mixtoque Imperio habent omnia, quæ ad iurisd. &. pertinent priuatiuè ad regiam, ad text. in c. Imperialé de prohibita feudorum alienat. Thesaur. decis. 150. latè de Ponte in tract. de Laudemio, quæst. 24. Hinc est quod Rex inuestiens vassallum de mero, & mixto Imperio cum regalibus priuat se Iurisdict. & emolumétis Afflict. decis. 272. Boër. decis. 264 Gramm. decis. 30 Thesaur. decis. 132 Bellam. consil. 15 col. pen. Parisius, consil. 1 vol. 2 & Guid. Pap. decis. 241.

De SACRAMENTO CHRISMATIS.

TIT. IV.

Fideles post receptum baptismum debent chrismari. h. d.

DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

COntinuatur hæc materia per gloss. 1 titul. eius, vel dicas secundò quod iuxta ordinem sacramen. post baptis. sequitur confirmatio, vt hic habetur in princip. vnde meritò post titul. præcedent. proponitur iste: qui diuiditur in quinque partes: in prima habetur vnio inter hoc, & præced. sacram. in secunda adnot. effectus in tertia minister. In quarta quomodo sit conferendum: in quinta quid habeat commune cum sacram. præced. secunda ibi, igitur: tertia ibi, vnde: quarta ibi, accedent quinta ibi, illud commune.

ALOYSIVS RICCIVS. Ad intelligentiam huius tituli est videndum, primò quid sit sacram. Chrismatis: secundò, vnde dicatur: tertio, quæ sit eius materia: quartò, quæ sit forma: quintò, quisnam sit eius minister: sextò, in qua ætate sit conferendum: septimò, cur confirmandus soleat leuiter in maxilla cedi.

Quo ad primum est sacramentum, quo fides, gratia, & vita spiritualis, inchoata in baptismo, confirmatur, augetur, atque perficitur, vt habetur in Cathechismo Roman. tamen duplex est differentia inter baptismum, & confirmationem, primò, quia finis baptismi est natiuitas, spiritualis, finis verò confirmationis est augmentum, & perfectio talis vitæ, secundò ab effectu, nam effectus baptismi est gratia illuminans baptizatum in fide. Effectus verò confirmationis est gratia confirmans illum, vt nullo pœnarum, suppliciorum, ac mortis periculo, vel metu à veræ fidei confessione deterreatur.

Quo ad secundum dicitur, ab effectu quia baptizatum confirmat in gratia, dum per hoc sacramentum augetur gratia baptismalis, & incipit confirmatus esse perfectus miles Christi, & confirmatur ad pugnam contra dæmones, & hoc facit character in hoc sacramento & sic aliqui patres vocant illud sacramentum confirmationis, signaculum Dominicum, ac signum Christi, vt in capitul. Spiritus sanctus de consecrat. d. 5 Melchiades Papæ sic ait Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam, & qua a in hoc mundo ota ætate victuri inter visibiles hostes, & pericula gradiendum est in baptismo regeneramur ad pugnam, in baptismo abluimur, & post baptismũ roboramur, latissimè Maldonat. de confirmat. q. 5 probans ex varijs patribus, quod est ex fide, hodie inuisibiliter dari gratiam Spiritus sancti, quæ in primitiua Ecclesia dabatur, visibiliter per impositionem manuum Apostolorum, qui erant ministri huius sacramenti.

Quo ad tertium, materia huius sacramenti est Chrisma confectum, ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & de balsamo, quod odorem significat bonæ famæ per Episcopum benedicto, vt habetur per Concilium Flor. & Suar. tom. 3. disp. 33 sess. 1 Reginal. lib. 28 nu. 6 & seq. Maldonat. in d. tractat. de confirmat. q. 2. Itaque tria sunt necessaria primò, vt chrisma sit ex oleo Oliuarum; secundò sit ex balsamo, & tertiò, sit solemniter consecratum ab Episcopo, nec alio Chrismate vtendum est, in collatione huius sacramenti, si tamen oleo non consecrato cui esset confirmatus non esset iterum confirmandus, c. pastoralis de sacram. non iterandis, vbi mandatur solum esse adhibendas. & supplendas cæremonias, & idem tenet de sacramento Extremę-Vnctionis, vt sit validum, si oleo non consecrato fiat. Maldonat. in tract. de Extrem. Vnc. qu. 1 post solutionem quinti argumenti Caluini, vers. deinde quia.

Materia verò propinqua, est ipsamet vnctio Chrismatis facta in fronte baptizati in figuram Crucis, vt latissimè prosequitur Suar. d. disp. 33 sess. 3 Reginal. d. lib. 28 num. 9.

Quo ad quartum, forma huius sacramenti sunt verba prolata à Ministro, scilicet signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Amen, vt habetur in Conc. Flor. in instructione Armenorum, & omnis alia forma dissimilis vitiat hoc sacramentum, pro vt dictum est de forma baptismi, sicut in quo fit professio fidei, fit expressa inuocatio sacrosanctæ Trinitatis, ita in Confirmatione, in qua datur robur fidei, fit etiam expressa inuocatio eiusdem sanctissimæ Trinitatis, ita semper Ecclesia docuit, & docet, & ex Apostolorum traditione, accepit, vt habetur in Catechismo hoc tit. nu. 22 & Suar. disp. 33 sess. 5 Reginal. d. lib. 28 num. 12 & seqq.

Quo ad quintum, Minister huius sacramenti determinatur per Concil. Trident. sess. 7 de Confirmat. Can. 3 vbi si quis dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem, anathema sit, & post alios, quos cumulat Suar. d. tom. 3 disput. 36. sic etiam Maldon. d. quæst. secund. vbi hæreticorum errores confutant, varijs rationibus, sed hæc vnica ratio est, quæ habetur in Catechis. notat. titul. num. decimo tertio quia sicut in ædificijs constituendis inferiores Ministri omnem materiam parant, & componunt, absolutio tamen operis ad Architectum spectat. Ita hoc sacramentum, in quo perficitur ædificium spirituale à nullo alio ex officio, quam à summo Sacerdote, qualis est Episcopus, opus erat administrari.

Quo ad sextum, omnes homines baptizatos, cuiuscumque sint ætatis esse capaces huius sacramenti, nam soli Infideles excluduntur, vt habetur in cap. omnes fideles de consecrat. distinct. 5. At de consuetudine Ecclesiæ, rationabiliter introducta, non confertur, nisi pueris habentibus vsum rationis, nempè post septennium, vt intelligant hoc sacramentum fuisse institutum, ad conferendum Robur ad pugnandum contra hostes, nempè Dæmonem, Carnem, & Mundum: & in hac ætate, quia peccare possumus indegemus hoc robore, & auxilio, quod latius prosequitur Suar. d. tom. tertio, disputatio. vigesima decima quinta, sessione prima, & secunda Reginald. d. lib. 28 n. 22 & 23 Mald. d. q. 2 § 4 causa; est benè verum, quod licet aliqui sint amentes, & consequenter non sint vndequaque apti ad pugnam, quia carent vsu rationis: attamen apti sunt suo modo vt per characterem consignentur in milites, Christi, & perfectionem, seu augumentum gratiæ habitualis recipiant, nec effectu prædicto fraudandi sunt, quamuis constit. essent in art. mortis, vt habetur loc. cit.

Quo ad septimum, in fine datur pax confirmato, vt intelligat se gratiæ Cœlestis, plenitudinem, & pacem,

quæ exuberat omnem sensum consecutum esse: pacemque per victoriam, & victoriam per prælium, obtineri, & quod non coronatur, nisi qui legitimè certauerit, vt notatur in Catechismo, de sacramento Chrismatis, num. 25.

QVamuis autem continuo transituris regenerationis sufficiat beneficium: victuris tamen etiam confirmationis auxilium est necessarium. [a] Ita enim coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt vnum ab altero, nisi morte præueniente separari non debeat. [b]

Chrismatis Sacramentum operatur augmentum gratiæ, h.d.

Igitur omnes fideles [c] post baptismum [d] paracletum per manus impositionem accipere debent, vt perfectè Christiani inueniantur. Spiritus sanctus enim, qui super aquas baptismi salutifero descendit [e] lapsu, in Fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, [f] in Confirmatione robur, & augmentum præstat ad gratiam.

Soli Episcopi Chrismant, h.d.

Vnde cum cæteras vnctiones simplex sacerdos, [g] vel presbyter valeat exhibere, hanc non nisi summus sacerdos, hoc est Episcopus conferre debet, alioqui nulla excusante consuetudine [h] chrismatio irrita habebitur, & vacua: nec inter Ecclesiastica sacramenta reputabitur, [i] cum manum [k] imposuisse præter Apostolos * quorum hodie vicem sustinent Episcopi, nulli alij legantur.

QVamuis autem CASVS. Quidam cholares volentes docti apparere, dubitauerunt, an sacramenta baptismi, & confirmationis haberent inter se aliquam vnionem, putabant enim eam non dari, quia aliter non viderentur duo sacramenta, sed potius vnum Sol. tamen vt hic legimus, quia vnum post aliud est conferendum, & cessat obiectio. Not. hoc sacramentum esse necessarium victuris ob pugnam: vt docet glos. rubr. & ideo in collatione vnitur iuxta modum, qui in tex. legitur.

a ¶ Necessarium.] Quia victuris, in hoc mundo inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, & in baptismo regeneramur ad vitam: post baptismum confirmamur ad pugnam, capitul. 2 de consecrat. dist. 5.

b ¶ Non debeat.] Facit. capitulo primo, & capitulo, de his de consecr. dist. 5.

Igitur omnes fideles. CASVS. Quidam ob gratiam per baptismum susceptam putabant hoc sacramentum gratiam non conferre, siquidem cum eam habeant, vt præsupponitur, non videtur alio sacramento ad ipsam consequendam opus esse: Solu. tamen vt hic legimus, quia ob pugnam habendam erat necessarium etiam tale augmentum, & obiectio in contrarium facta non obstat, sicuti apparet. Not. 1 sacramentum hoc conferre gratiam, & augmentum ad illam. Not. 2 gratiam augeri, sicuti augetur charitas; Not. 3 hoc sacramentum conferre perfectionis Christianæ augmentum.

c ¶ Omnes fideles.] Scilicet adulti, vel saltem alicuius capacitatis, vt infr. eod. § prox. argum. l. vt gradatim, ff de mun. & hon. & l. 1 cum ibi not. C. de sacrosanct. eccl. nam infantibus, vel paruulis sufficit solus baptismus, capitul. quæris de consecrat. dist. 4 & not. in capit. 1 de consec. dist. 5.

d ¶ Post baptismum.] Sic olim oftia prius lauabatur in litore, & postea offerebatur in holocaustum: vt not. in c. 1 de consec. dist. 5.

e ¶ Descendit.] Conferendo aquis vim generatiuam capit. nunquam de consecrat. distinct. 4. & capitul. 2. de consecr. dist. 5.

f ¶ Innocentiam.] Ad quam denotandam baptizatis statim datur vestis candida, cap. accepisti, & cap. venit. de consecrat. dist. 4 & not. in c. 2 de consecr. dist. 5.

Vnde CASVS. Quidam sacerdotes inferiores volebant hoc sacramentum conferre ea ratione moti, quia licet eis, quod est plus nempè baptizare, & consecrare per reg. plus de reg. iur. in 6 Solu. tamen vt hic dicitur, quia Episcopi cum sint superiores, debent habere aliquid plus quam inferiores sacerdotes, obiectio autem non tenet, siquidem ista duo sacramenta sine respectu sunt magis necessaria. Not. Episcopis esse reseruata quæ respiciunt perfectionis plenitudinem, iuxta nota per Doct. in capitul. quanto de consuetud. cum similibus.

g ¶ Simplex sacerdos.] Etiam Episcopo delegante: sed benè delegante Papa, vt latè per Doct. in capitul. quanto de consuet. & per Archiepiscopum Florent. in tertia parte summæ titulo decimoquarto, in § de ministro, fac. capitulo presbyteris, cum sequ. de consecrat. distinctione 4.

h ¶ Consuetudine.] Capitul. quanto, de consuetud. nam præscriptio quantumuis longissima requirit capacitatem in præscribente, vt per Ioan. Andr. in capitul. 2 de præb. & sic limita, capit. 1 de rescript. in 6 & l. 1 § ductus aquæ ff de aqua quot. & æsti. Secus est incompetentibus ratione iurisdictionis, vel dignitatis Episcopalis, non autem ordinis, vt in dicto capitulo quanto, & in capitulo accedentibus, de excess. prælat. & in capitulo cum contingat. de foro competenti.

i ¶ Reputabitur.] Et meritò cum nullum characterem imprimat. Et sic nota quod ordinatio, & ritus Apostolorum circa sacramenta habent impedire characteris impressionem, vt per Abb. in capitul. quanto de consuetud. Sed quid si Romanus Pontifex prohibeat episcopos conferre tale sacramentum, an valeat collatio facta post prohibitionem. Respond. vt per Abb. in d. cap. quanto.

K ¶ Cum manum.] Ratio, ab antiqua patrum ordinatione. Est & alia ratio, quæ ponitur per Abb. in capitu. quanto, de consuetud. quia perfectio actus communter reseruatur superiori. Vnde cum hoc sacramentum sit confirmatio, & perfectio baptismi, vt hic. congruum fuit illud reseruari superioribus. fac. cap. nihil cum ibi traditis, de elect. & quod huius sacramenti exhibitio est Episcopis reseruata, vide nouissimè per Concilium Trid. sess. 23 circa princip. capitul. 4.

* Præter Apostolos.] Hinc est, quod Philippus diaco-

nus Domini Discipulus, cum Samariæ plurimos ad fidem conuersos baptizasset, ipsam tamen manus impositionem, seu Chrismationem solis Apostol. concessam minimè vsurpauit. Sed postmodũ venientes Samariam, Petrus & Ioannes Apostoli orauerunt pro his qui baptizati erant, vt per impositionem manus, reciperent Spiritum sanctũ. Nondum enim inquit, Diuus Lucas act. 8 in quemquã illorum venerat, sed baptisati tamen erant vnde videre est in Ecclesia Dei iam tunc fuisse hierarchicũ ordinem institutum vt non omnia omnibus indistinctè licerent Spondanus in Epit. ad Baron. ad ann. 35. num. 11. SOLIER.

Accedent. CASVS. Fuit dubitatum an hoc sacramentum ieiunis, & à ieiunis sit conferendum, illud enim videbatur satis, vt in gratia recipiatur, & conferatur, cum tribuat gratiæ augmentum, vt habetur supra eodem §. 1. Solu. tamen hic aliter legitur, vel ob rationem communem, quia sancta sanctè sunt administranda, vel maior dispositio requiritur ad perfectionem, vnde his consideratis obiectio nil videtur concludere. Nota primo in sacramentis administrandis tam actiuè, quàm passiuè desiderari etiam aliquam accidentalem dispositionem. Not. secundo causa suadente licitum esse recedere aliquando à can. legum dispositione.

a ¶ Legitimæ sunt ætatis.] Sed quæ erit ætas legitima? Quidam dicunt de 14 annis, quotempore etiam ad minores promoueri possunt. cap. 2 dist. 77. Alij dicunt 25 argument. l. 1 ff de minor & not. in capit. vt ieiuni de consecrat. distinct. 5. Neutra tamen seruari videtur in practica, cum etiam trimi, & quatrimi deferantur ad Episcopos chrismantes, quod fortè non bene fit.

b ¶ Ieiunis Episcopis.] Quod ieiunium, & in aliorum sacramentorum exhibitione seruandum est 22. q. 2 capitul. honestum, & de consecrat. distinct. 2 capitul. liquidò; quod tamen malè videtur seruari, fac. capitul. vt ieiuni capitul. vt Episcopi de consecrat. dist. 5.

c ¶ In fronte.] Quo in loco non licet presbyteris, cap. presbyteris de consecrat. distinct. 3 cum sequ. & de significatione locorum, & vicium, quibus quis inungitur, vide in capit. nouissimè de consecrat. distinct. 5.

d ¶ Periclitantibus.] Vitanda enim mora est vbi periculum timetur, capitul. baptizari, de consecrat. distinct. 5 capit. ne quod absit, de consecrat. distinct. 4. cap. de Syracusanæ, distinct. 28 Arg. contra. l. si debitori ff de iudi. & l. quod dicimus, ff de solu. Solu. illud in contractibus: hic in periculo animæ, vt not. in d. cap. baptizari.

Illud commune.] In hac parte duo docentur communia: secundum ibi commune etiam quoad primum CASVS. ita adnot. Quidam volebat baptizari, vel chrismari nullo adhibito, vt vocant patrino, ea præsertim ratione, quia nemo potest saluari per operam, & diligentiam alterius, sed per semetipsum tãtum, cum virtus, & vitium suos tantum teneat auctores, leg. sancimus, C. de pœn. Solut. tamen aliter hic legimus, quia patrinus consulendo, & admonendo, & quid simile faciendo summopere potest adiuuare, hinc intelligimus qualiter ad obiectionem sit respondendum, siquidem per operam alterius summopere quis adiuuatur ad salutem. Vnde not. diligentiam, & curam Ecclesiæ erga salutem fidelium. Not. 2 patres, & patrinos teneri tali obligatione, vt doceant suos filios quæ sunt fidei.

Ieiunis, & à ieiuno debet dari chrisma, nisi necessitas aliud cogat. h. d.

Accendent igitur qui legitimæ sunt ætatis [a] ad confirmationem ieiuni, vt à ieiunis Episcopis [b] sacro chrismate in fronte [c] deliniti per manus impositionem paracletum recipiant. Planè infirmis, & morte periclitantibus, [d] vel qualibet causa impeditis; nulla de ieiunio habita ratione manus imponi poterit.

In Baptismo, Confirmatione, & Catechismo debent patrini interuenire, h. d.

Illud commune est tam his, qui baptizandi sunt, quàm etiam illis, qui confirmationis munus recipere debent, vt aliquem in patrinum [e] habeant, qui eosdem in religione Christiana, & fide Dominica instituat, & pro eis apud Deum quasi fideiussor [f] existat, quod & in catechismo [g] obseruandum erit.

Patrini non debent esse plures, vel non baptizati, vel confirmati, h. d.

c ¶ In patrinum.] Capitul. in catechismo cũ pluribus seq. de consecrat. distinct. 4 & de cogn. spirit. per totum. Sed isti patrini non sunt de substantia, vt not. sup. tit. proxim. § postremo.

f ¶ Fideiussor.] De consecrat. distinct. 3 capitul. vos ante, & hæc est causa quare in catechismo, & confirmatione, quod qui non est Christianus non offerat puerum, cum enim nostram fidem quis non tenet, qualiter docebit, & qualiter erit obses pro puero? quæ ratio cessat in baptizante.

g ¶ In catechismo.] Capitul. in catechismo de consecrat. dist. 4 & c. peruenit, 30 q. 1.

ALOYSIVS RICCIVS. In Baptismo, Confirmatione, & Cathechismo, debent patrini interuenire. Pro ornamento huius § nota, quod confirmatus armatus ad pugnam, vt supra multoties est replicatum. At qui pugnam gladiatoriam subeunt, instrui debent ab aliquo, quomodo se seruare debent incolumes in certamine, & inimicos offendere: & hunc effectum indicant patrini in hoc Sacramento, & sic inter patrinum, & confirmatum patrem, & matrem contrahetur affinitas, seu cognatio spiritualis.

Notandum tamen est, quod ad hoc vt contrahatur compaternitas, in hoc Sacramento, & in Baptismo necessarium est, patrinum tangere debere personam baptizatam, ac confirmatam, etiam si sit adulta quouis modo tangat, siue suscipiat in vlnas suas siue alio modo, quia eadem ratio est in adultis ac in pueris, vt post Nauar. c. 22 num. 32 & 38 & alios plures probat Sanchez lib. 7 de Matrimonio disp. 56 n. 5 & seq. Reginal. lib. 31 n. 152 § secundum est.

Notandum secundo, quod si baptismus, vel confirmatio nulliter conferantur, vt quia non esset sacramentum, vtique non contraheretur compaternitas, nam

Admonendi tamen sumus, quod nec plures [a] quemquam in baptismo, aut in confirmatione suscipere debent: sed vnus tantum siue vir, siue mulier; nec quemquam quispiam tenere, vel leuare poterit, qui ipse baptizatus [b] non sit, vel confirmatus.

Parentes non possunt esse patrini propriorum filiorum, nec Abbates, vel monachi alienorum, h.d.

Parentes [c] quoque proprios filios: vel Abbates, [d] vel monachi [e] alienos de sacro fonte suscipere, aut in confirmatione tenere non debent.

Nec baptismus, nec chrisma possunt iterari, & vtrumque conferri potest tempore interdicti, h.d.

Commune etiam illud est vtrisque, quod & neutrum (vt paulo ante diximus) iterari [f] potest, quippe quod ambo characterem imprimunt: [g] & quod interdicti tempore ob imminens, ex dilatione periculum vtrumque conferri, & pro vtroque chrisma confici poterit, vt infra suo loco [h] latius exponemus.

ob sacramentum contrahitur, secus tamen si dubium sit an valuerit sacramentum, vt prosequitur Sanchez d. lib. 7 de matrimonio disput. 62. vbi plura alia scitu digna ponit de cognatione hac spirituali.

a ¶ Nec plures.] Cap. non plures de consecr. dist. 4. Sed contra capit. quod autem 30 qu. 4 Sol. maritus, & vxor pro vno reputantur cum sint vna caro, iuxta illud: & erunt duo in carne vna. pro qua sol. facit. cap. si quis ex vno dist. d. 4. Vel dic aliter, vt not. in dict. capitul. quod autem. Sed an vnus possit esse patrinus in baptismo, & idem in confirmatione? Respo. tantum ex necessitate cap. in catechismo. de consecr. distinct. 4 qua cessante singuli per singula sunt habendi: ita n. latius extenditur charitas. Sed an actus valeat si idem sæpius interueniat? Respond. affirmatiuè, quemadmodum, & si plures patrini eidem actui interueniant cum omnibus contrahitur cognatio: vt in c. fi. de spi. cogn. in 6 & per Abb. in cap. contracto. eo. tit. quod tamen hoc videtur correctum per Concil. Trident. quod ita arctauit hanc materiam, vt vnus tantum possit interuenire in patrinum, & si plures interueniant, non contrahitur spiritualis cognatio: vt in sessione, 24 in decretis de reformatione matrimonij, cap. 2.

b ¶ Baptizatus non fit.] Si tamen aliter fiat non impeditur propterea baptismus, cum talis in casu baptizare possit; & patrinorum adhibitio non sit de substantia, vt no. supra tit. prox. § postremo. Sed fuerunt instituti ratione, de qua in § proxim. vbi not. & sac. dist. 47 § necesse.

ALOYSIVS RICCIVS. Patrini non debent esse plures, vel non baptizati, vel confirmati, nota ad hoc. § quod vnus vir, & vna mulier, vel vnus vir, aut vna mulier tantum possunt esse patrini, & ex præcepto ecclesiæ non aût de necessitate sacramenti sunt patrini intra dispositionem Trident. sess. 24 de reformat. Matrim. c. 2 & latissimè de patrino agunt D. Thom. 3 p. q. 67 artic. 7 & 8. Si tamen parrochus plures patrinos admitteret, quamuis aliqui dicant, vt solum patrinus, primo tangens baptizatum, vel confirmatum contrahat cognationem receptior est opinio, omnes contrahere cognationem spiritualem. Ratio est quia licet Trid. determinet numerum, tamen si de facto fiat contractum non annullat factum, & sic remanet incorrectum ius antiquum, vt omnes contrahant compaternitatem vlt. de cognat. spirit. in 6. latissimè post alios Sanchez d. lib. 7 de matrim. disput. 57. vbi plura alia scitu digna ponit.

c ¶ Parentes.] Cap. si vir. de spi. cognit. possent tamen ex necessitate, vt in c. ad limina. 30 q. 1 & not. Abb. in d. cap. si vir.

d ¶ Abbates.] Cap. non licet de consec. dist. 4.

e ¶ Monachi.] 16 q. 1 cap. placuit, & 18 qu. 2 cap. peruenit. Idem forte in alijs regularibus vt sup. de regular. in princ. Sed contra c. doctos, 16 q. 1 & c. omnes, 30 q. 1 Sol. vt not. in cap. non licet. de consecr. dist. 4.

Commune etiam. CASVS. Quidam dubitauerunt, an hoc sacramentum posset reiterari, vel potius debeat reiteratio prohiberi sicut in baptismo: putabant enim talem reiterationem esse admittendam ad maius robur habendum pro victoria in pugna consequenda: Sol. tamen vt hic legitur, quia licet ista duo sacramenta, quoad necessitatem simpliciter considerata, conueniant, tamen cum ad salutem debeat quis primo admitti, deinde pro ea pugnam habere, propterea sufficienter prædicta sacramenta semel conferuntur: non obstat obiectio, quia sicut pugna est cõtinua, ita illud robur ex parte sacramenti semper est præsens; Not. argumentum quod ob identitatem rationis quæ sunt diuersæ naturæ eo iure consentur.

f ¶ Iterari.] Cap. non licet, & c. rebaptizare, & c. dictum, & c. de homine de consecrat. distinct. 4. Sed contra 1 qu. 1 c. manus, Solu. ibi agitur de manus impositione consecratoria, non confirmatoria, vt ibi not. Si tamen fuerit iterata confirmatio mitior pœna imponitur, quam si fuerit iteratus baptismus de quo vide per Archiepisc. Floren. in sua summa sub tit. nostro vers. effectus autem.

g ¶ Imprimunt.] Vt de sacram. § 1.

h ¶ Suo loco.] Vt infra de Ecclesiast. interdicto. § pæn. & fin.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

ET si homo habeat augmentum gratiæ ad pugnam per sacramen. confirmationis §. 1. supra titul. 1. quoniam tamen sæpè incidit in peccata, & amittit gratiam; ad cuius recuperationem cum instituta sit pœnitentia, propterea post tit. præcedentem proponitur iste qui diuiditur, in 4. partes, in prima habetur quid sit pœnitentia, & cur sit instituta, in secunda quod sint eius species; in tertia, in quibus constat. in quarta soluuntur quædam dubia circa eam orta: secunda ibi sunt autem: tertio ibi, constat: quarta ibi medicos.

POenitentia est. CASVS in hac parte ita potest figurari quidam rector volens inducere suos scholares ad recipiendum hoc sacram. multas rationes adducebat,

adducebat, quidam tamen se opposuerunt tacite, dicentes ipsum non esse necessarium cum eorum iudicio ad victoriam consequendam in pugna de peccato etiam commisso sit satis habere Sacramentum confirmationis. § primo supra titulo primo, vnde fuit: quæsitum quid iuris. Sol. vt hic legimus, quia hoc Sacramentum est datum ad resurgendum si homo esset lapsus propter peccatum; cum per seipsum resurgere nequeat illud vero in obiectione adductum cum sit ad pugnandum ob causę diuersitatem non concludit: Vnde not. primò pœnitentiam præsupposito peccato actuali esse ita necessariam sicut & baptismus: Not. secundo pœnitentiam esse secundam naufragij tabulam, quia est instituta contra peccatum actuale.

Quid sit pœnitentia. h. d.

Pœnitentia[a] est Sacramentum, quod contritione, confessione, & satisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remissionem.

Pœnitentia instituta ad finem, ad quem baptismus, & confirmatio, vel pœnitentia habet se ad baptismum, vt scapha ad nauem. h. d.

Multiplex[b] enim Dei misericordia, ita lapsis per iciunium fletum, & plantum, nempe per externam pœnitentiam, & sic hypochrisis est fortis dolorem ostendere quem animo non geras. Pœnitentia vera est, fortis dolorem ostendere, quem animo geras, & hic dolor pœnitentiam significat, non autem hypochrisim, vt falso hæretici putant.

Secundò sumitur pœnitentia pro actu pœnitendi seu pro displicentia prioris rei, quæ antea placebat, & hoc non sine dolore, vt in Beatis quos non sine dolore pœnitet suorum peccatorum, & nollent se diuinam bonitatem offendisse, sed ibi dolor esse nō potest neque clamor neque luctus, vt scriptura docet, vel sumirur cum dolore, vt sumitur in nobis viatoribus, qui non solum noluissemus peccasse, sed de peccatis commissis nos pœnitet propter Deum, ob cuius amorem de peccatis commissis dolorem habemus, & pro eis quærimus. Deo satisfacere per pœnitentiam, & hoc modo pœnitere, est pro peccatis pœnitentiam tenere ca. pœnitentio il secundo, de pœnitentiis, dist. 2 in extrauag. 1 de priuileg.

Tertiò modo sumitur pro satisfactione, per sacerdotem iniuncta pœnitenti, pro peccatis commissis: vt pro iciunio oratione, & sic de aliis, capitul. falsas de pœnit. distinct. 5 & est omnis alia pœna voluntaria, qua aliquis in se punit quod peccando, vt sicut voluntariè peccauit, ita voluntariè Deo satisfaciat, vt habetur locis citatis, & in Cathechis. Rom. hic n. 2 cum seq.

Quo ad quartum, finis pœnitentiæ est vltra remissionem peccatorum, quæ est effectus penitentiæ, vt vita in melius commutetur, vt Docet. D. Thom. 3 part. quæst 90 art. 4 vbi suar. in Commentario dicti Artic. si quidem triplex solet assignari finis pœnitentiæ. Primus est vt deleat siue destruat peccatum, omnemque culpam, & maculam animæ abstergat quod sit per veniam, & remissionem ex parte Dei & per odium, & detestationem peccati ex parte hominis, vt in Trident. sess. 14 capitulo tertio, & in Catechis. Rom. hoc titu. nu. 8

Secundus finis est satisfacere Deo pro peccato commisso, quod fit per pœnitentiam, mediante virtute passionis Christi principaliter, vt in Conc. Triden. sess. 4 capite primo.

Tertius denique finis est, vt pœnitens reconcilietur cum Deo hoc est in eius gratiam redeat, cuius odiū propter peccatum incurrerat, & hic homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus; nempè faciendo aliquid quod magis placeat Deo, quam displiceat illi peccatum & hoc est meritum passionis, & mortis Christi, oblatum Deo per pœnitentiam, & sic de aliis, vt habetur in Concil. Trid. sess. 6 tit. vbi agitur de iustificatione, & præcipuè, cap. 5 cum seq.

ALOYSIVS RICCIVS Ad ornamentum huius tituli, videndum est, primò quid sit pœnitentia, secundo, vnde dicatur, tertiò quot modis accipiatur, & quartò quisnam sit eius finis.

Quo ad primum pœnitentia est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, vt habetur per Diuum Ambrosium in cap. pœnitentia de pœnitentia distinctione prima, & cum ea coincidit definitio Diui Gregorii homil. 34 ibi pœnitentiam quippè agere est, & perpetua mala plangere, & plangenda non perpetrare, & coincidunt plures aliæ definitiones relatæ per D. Bonauent. tom. 1 opuscul. part. 3 centilioque sect. 51 D. Thom. 3 part. quæstio 85 articulo primo, ad tertium, & plures alii recentiores. & patet ex terminis.

Nam pœnitentia non solum est odium peccati commissi, & sic peccata plangere quatenus sunt offensa Dei Sed etiam includit propositum efficax amplius non peccandi, & hoc vult. illa definitio.

Quo ad secundum pœnitentia si propriè sumatur, dicitur pœnæ tementia, siue punientia quoniam dolorem ac retractationem prioris facti, vel omissi significat vt habetur per Isidor. in exhortatione ad pœnitentiam D. Thom. Nauar. & alios, quos probat Suarez tom 4 in princip. & non nulli allii contra Caluinistas, & alios hæreticos nostri temporis qui conantur voce pœnitere deducere ad pone tenere; vt idem sit atque postea sapere. Quos quidem hereticos rectè improbant omnes Catholici.

Quo ad tertium pœnitentia trib. modis sumitur.

Primò sumitur duplicitur primo metaphoricè vt sumitur Genes. 6 cum Deus videns peccata hominum, dixit pœnitet me fecisse hominem. Nam vt docet D. Ambros. in lib. de Noe, & Arca capit. 4 quem alii Catholici sequūntur, tanta erat malitia hominū vt etiam Deus, qui nec irā nec odio mouetur, videbatur ad iracundiam conuitatus, vt eū peniteret se fecisse hominē 2 sumitur propriè quādo nos pœnitet fecisse aliquod, vel omisisse, quod fecisse, vel omisisse nollemus, & ita sumitur illud Ioelis, c. 2 Cōuertimini ad me in toto corde vestro in iciunio & fletu, & plantu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum, & hic dolo est pœnitentia. Deus enim in verbis citatis, (vt omnes Catholici exponunt, & sumitur ex Trid. sess. 14 cap. 1) quasi digito ostendit, qua via debeant omnes ad ipsum redire, nempe per totum cor, id est, per internum dolorem, &

a Pœnitentia.] Multæ ponuntur pœnitentiæ definitiones seu descriptiones, nam præter hanc. alia ponitur in capit. ecce § fin de pœnitent. distinct. 1 alia in capitul. pœnitentia, de pœnitent. distinct. 3 Plures ponit Hostien in summ. eod. aliam Magister sententiarum, lib. 4 distinct. 13. de quibus per Archiepisc. Flor. in sua summa. eod. tit. & per Nico. Plo. in suo tractatu de sacrament. in princip. quartæ partis, sed & hæc satis rem ipsam demonst. licēt fortè regulis logicorum ex amussim non respondeat.

b ¶ Multiplex.] Id est, multipliciter subueniens, facit. cap. multiplex, de pœn. distinct. 1.

a ¶ Iudicio.] Id est, proprio motu, vt capitul. non potest, capit. ecce, capitul. porro, & capitul. facilius, de pœnitent. distinct. 1 non quod pœnitentes ipsimet iniungant pœnitentiam: quia si ita intelligitur, frustra claues essent datæ sacerdotibus, vt de pœn. distinct 1 § alii, & cap. agite.

b ¶ Naufragio.] Scilicet peccatorum.

c ¶ Tabula.] Duæ sunt tabulæ. Prima est baptismus, vbi purgatur vetus homo, & nouus induitur, vt capitu. deinde, distin. 26 Secunda est pœnitẽtia qua lapsi post baptismũ per pœnitẽciam resurgimus capitul. secuada vbi etiam not. de pœniten. distinct. 1 Alii quod prima tabula est nauis 2 est scapha qua naufrag. periculũ euitatur.

Io. Bap. Sunt autem. CASVS. in tota hac parte ita figurari potest. Quidam ad pœnitentiam venientes modò priuatim modò publicè, & modo solemniter admittebantur, quod non videbatur conuenienter factum, quia cum gratia restituatur tantum à Deo, propterea tantum coram eo videbatur satis pœnitere accedit etiam quod Ecclesia non iudicat de occultis capitul. sicut. de simonnia de & ideò per actus exteriores non oportet, vt gratia restituatur. Sola. tamen hic aliter facta fuit, & ratio est quia cum pœnitẽtia re˜piciat peccatũ aliquando est occultum aliquando est occultum: aliquando publicum tantum, & aliquando non tantum publicum sed etiam maximè graue: ita pœnitentia debet esse eiusdẽ qualitatis argumento, capitulo primo, eodem, licet autem gratia restituatur tantus à Deo, quoniam tamen peccator reconciliari debet aliquando Deo tantũ & aliquando Eccl. quoque cui cum reconciliari debeat secundũ qualitaẽ delicti, propterea diuersa introducta fuit species pœnit. & ideo cessant obiectiones in contrarium factæ: Vnde not. primo causam distinction. de pœnitentia, quæ est, vt dixi peccati, peccatori suæ reconciliationis diuersa qualitas, quæ propterea diuersum quoque producit effectũ. Nota secundò argumentum, Ecclesiam non cognoscere occulta, vt etiam dicit text. in capitul. sicut cum sequent de simon.

d ¶ Tres species.] de quibus per Abb. in capit eodẽ & per Nic. Plo. in tract. de sacrament, capitul. 1 in 4 part. & per Archiep. Floren. in titul. de pœnit. verſic. de patr. & per Host. in in summa eodem verſic his prælib.

ALOYSIVS RICCIVS Tres sunt species pœnitentiæ, & pœnitentia solemnis iterari non potest, & pœnitentes ad sacros ordines reddit inhabiles hoc dicit.

In præsenti § ponit Author, quotuplex sit pœnitentia, & respondit quod est triplex, vna dicitur solemnis altera publica, & tertia secreta Sacramentalis Rayn. & D. Thom. quos refert Sylu. in verb. pœnit. nu. 1 & habetur in Conc. Colon. de confess. § tertia itaque.

Pœnitentia verò solemnis est illa quę olim solita erat imponi in priuata Ecclesia, quæ cum illa forma & solemnitate imponebatur, quæ traditur in capite 50 distinct. D. Thom 4 distinct. 14 & Refert Ang. Silu. Quę pœnitentia imposita fuit 1 omnium peccatori Adæ parenti nostro à Deo, vt habetur in Gen 3 quæ pœnitentia hodie non est in vsu Sed sicut olim pœnitentibus super capita cinis imponebatur aqua benedicta eos aspergendo, sic hodie seruatur hæc cæremonia in Ecclesia) quæ inde traxit originẽ vt in ipso capite ieiunii id est, in prima die Quadragesimæ omnibus cuius benedictus super capita imponatur atque benedicta aqua aspergãtur ad significãdum omnes nos peccatores esse filiosque illius primi publici peccatoris.

Publica est illa, quæ à iudice Ecclesiastico in foro Eccl. imponitur, vt quando præcipitur alicui seculari esse in eccl. sine calceis cum Cand. accẽs. in manu, eo quod aliquem delinquentem extrahit de Ecclesia vel quando imponitur pro blasphemia vt aliquantulum sit in Eccl. humi iacens terram osculando. Pœnitenti secreta est Sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditum, & confitentem legitimè sua peccata, cum iusto dolore, & proposito satisfaciendi absoluit ab eis vt habetur per Nauar. c. 22 n. 11 depeniten. quod sacramentum fuit iustitutum à Domino nostro Iesu Christo, vt probat latè Sot. 4 distinct. 14 in text. & quæst. 1 articu. 1 2 partes tamen integrales Sacrament. pæn. sunt tres scilicet contritio confessio & satisfactio, tex. in capit. perfecta & glo. in capit. quantus de pœniten. distinct. 1 & Concil. Trident. sess. 14 cap. 3 & Can. 4 Quæ tres partes pœnite. figerantur per tres illas dictas, quibus itur ad terram promissionis.

e ¶ Maiora scelera.]'Et vulgata. Quæ autem sint hæc, habetur in c. at si clerici, § 1 de iud.

f ¶ Epi˜copus.) Non autem inferiores.

g ¶ Serie.] De qua in capitul. in capite, distinct. 50

h ¶ Vilescat.] Cum frequentia, & iteratio contemptum pariant l. obseruandum, ff de offic præfi.

i ¶ Expositum.) § pœnitentes, supra qui promo. non poss.

K ¶ Quippe quæ.] Bona ratio: nam si fabricatum destruit, multò fortius impedit fabricandum, argume. l. patre furioso, ff de his quæ sunt su. vel alien. iur.

* Sacerdotibus.) pœnitentia publica à sacerd. confessariis numquam ne peccator detegatur, in foro autem exteriore admodũ parce nec nisi ex peccato publico imponenda est quamuis olim etiã in occultis criminib. quæ grauiora essent numquam imponeretur vt Catech. Rom. tradit; concedit tamen conc. Trid. c. 8 sess. 24 auctoritaté Ep. publicæ hoc pœn. genus, in aliud secretum commut. quam const. minimè de confessariis intellige posse ait Nauarrus in manuali capite 8.

sibus humanis subuenit, vt non solum per baptismi, & confirmationis gratiam: sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes æternæ vite reparari velit. Vnde qui dona regenerationis violauerint proprio iudicio [a] condemnantes per Sacramentum pœnitentiæ ad criminum remissionem, quasi ex naufragio [b] arrepta tabula [c] ad portum peruenient.

Tres sunt species pœnitentiæ, & pœnitentia solemnis iterari non potest, & pœnitentes ad sacros ordines reddit inhabiles. h. d.

Sunt autem pœnitentiæ tres species [d]: Quædam enim est solemnis: quædam publica, quædam priuata. Solemnis est quam propter maiora [f] scelera Episcopus [g] in capite ieiunii seruata certa rerum serie [h] delinquentibus solet imponere, quæ quidem ne vilescat [i] Ecclesiæ auctoritas, iterari non debet. Et tales pœnitentes ad sacros ordines (vt supra exposuimus) [k] inhabiles reddit, quippe quæ [l] nec aliter potest sacerdotibus imponi, quam si prius Cœlestis militiæ

tit. de sigillo confessionis versic. vndecimo, ne sic per huiusmodi publicam pœnitentiam frangeretur sigillum confessionis. SOLIER.

a ¶ Exuti.] Can. confirmandum, dist. 50 & in cap. Sacerdos de pœn. dist. 6.

b ¶ Solemnitate.] de qua habetur in c.d.50.

c ¶ Non sint.] Vt cap. plurimos, dist. 72. cap. si illud dist. 45 fac. 2. q. 1 cap. si peccauerit, & l. nihil ff de re iu. & per Abb. in c. 1 eod.

d ¶ Proximo suo.] Scilicet homini Christiano, qui propriè videtur dici posse proximus. Sed & de fideli erit hoc intelligendum, si peccatum, quod scandalum induxit, consistat in præuaricatione legis naturalis, per ea quæ Abb. & Doct. in cap. nouit. de iudi. in 3. not.

e ¶ Præbeant.] Dic. ergo, quod aut delictum est graue, & scandalizans totam vrbem: & tunc laico imponitur pœnitentia solēnis quę, & publica est, vt statim dicitur cap. in cap. dist. 50 & 29 quæst. 6 cap. fin. Aut est graue, sed nō generat scandalum: & tunc aut est occultum, & tunc non imponetur pœnitentia neque solemnis, neque publica, siuè delinquens sit clericus, siuè laicus, dicto capitulo in capit. & per Abbat. in cap. 1 de pœnitent. & remissio. Aut est publicum, sed non scandalosum, & tunc imponenda erit pœnitentia publica, sed non solemnis, dicto capitul. fin. iuncto d. capitul. 1 & ita firmat Abbas in capitul. quæsitum, de pœnit. & remission. & vide de hoc per Concil. Trid. sess. 24 in decretis reformationis cap. 8.

f ¶ Solemnis.] Cum in simplici publica non seruentur quæ ponuntur in capitulo in capite distinctione 50. Et de hac vide qui citantur supra in proxim. § in 1 notul.

g Sacerdoti.] Tanquam Deo, vel Dei ministro.

h ¶ Concilio.] Capitul. omnis eod.

i ¶ Sapere.] Sunt autem annorum discretionis tres gradus secundum Hostiens. & Abb. in cap. omnes eod. Primus cum quis est doli capax: & hic sufficit ad confessionem, & solet hoc contingere in septennio, vel post capit. 1 & cap. 2 de delict. puero l. 1 c. si aduer. delict. l. 3 C. si mi. se ma. dixe. Fac capitu. eos de consecrat. dist. 4 & l. 1 C. de fal. mo. & capitul. lit. & quod ibi notat. de de sponsi. impub. Secundus gradus est pubertas: & hic requiritur ad matrimonium, & religionis ingressum, c. 2 de de sponsi. impuber. capitu. 1 de reg. iur. in 6. Tertius est exacta adolescentia, vt in l. 1 ff de mino. & hic seruatur quo ad bonorum administrationem. Obseruantia tamen videtur habere, quod quo ad confessionem seruetur primus gradus: quo ad Eucharistiam secundus, & hoc fortè non est malum, secundum Abb. in dicto cap. omnis, propter reuerentiam tanti Sacramenti.

Tres gradus discretionis iuxta tres ætates.

exuti [a] fuerint.

Publica delicta, publica pœnitentia lui debent. h. d.

Publica pœnitentia est, quæ publicè nulla seruata iuris solemnitate [b] peragenda iniungitur: qualis est peregrinatio, certi habitus delatio, & his similia, cum etiam manifesta peccata non sint [c] occulta correctione purganda, rectè constitutum est, vt qui publicè peecando proximo suo [d] scandalum præbuerint, publicam etiam pœnitentiam à propriis sibi sacerdotibus impositam peragentes emendationis exemplū præbeant. [e]

Solemnis, & publica pœnitentia non conuertuntur. h. d.

Apparet itaque ex his, quòd licet omnis solemnis pœnitentia publica sit: non tamen omnis publica est solemnis. [f]

Vnusquisque semel in anno debet confiteri, & Eucharistiam sumere: nisi de consilio sacerdotis abstineat. h. d.

Priuata, aut secreta pœnitentia est quæ in occulto, Deo fit, & sacerdoti. [g] Statutum est enim generali Concilio, [h] vt omnis fidelis quàm primum sapere [i] cœperit omnia [k] sua [l] peccata proprio sacerdoti [m] confiteatur, & iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus [n] adimplere studeat, suscipiens reuerenter ad minus [o] singulis annis in Paschate [p] Eucharistiæ sacramentum: nisi

k ¶ Omnia.] Benè omnia: quia confessio non debet fieri per partes confitendo vni sacerdoti partem peccatorum, alteri aliam partem: sed omnia vni sunt confitenda: aliàs confessio parum prodesset, vt per Abb. in cap. omnis eodem in princip. immò debet non solum vni omnia confiteri: sed etiam eodem contextu si recordetur, vt per Abb. in cap. ex parte, de offi. ordinari.

l ¶ Sua.] Non autem aliena. Et facit contra mulieres impudicas reuelantes etiam participes, & hoc verum nisi proprium peccatum nō posset bene detegi absque participibus. Vt puta, si concubuit cum matre, sorore. Nam hæ circumstantiæ cum aggrauent peccatum, sunt manifestandæ, facit de pœnit. dist. 5 in princip. & Doct. in capit. omnis, eodem.

m ¶ Proprio sacerdoti.] Sed quis est proprius sacerdos? Resp. presbyter parrochialis, Episcopus, eius Vicarius generalis Legatus prouinciæ, & ipsius pœnitentiarius, Archipresbyter, vt per Abb. in cap. omnis, eod. & not. in cap. 2 eod. in 6 & in cap. 2. de offi. leg. in 6.

Proprius sacerdos quis.

n ¶ Propriis viribus.] Capitul. Pœnit. de pœnit. dist. 3 & cap. omnis eod. Posset tamen pater adimplere per filium, cum censeantur vna persona 35 quæst. 3 § hac auctorit. & not. in dict. cap. pœnit. & per Tiraquel. in leg. si vmquam in præfat. num. 15 C. de reuocand. dono quod fortè, & in extraneis posset admitti, vrgente necessitate.

o ¶ Ad minus.] Melius tamen esset sæpius, quod olim fiebat, vt infra titul. proxim. in princip. & in cap. & si frequentius de consecrat. dist. 2. Et quod hic dicitur, habet locum in laicis: de religiosis dic. vt in clem. ne in agro § sanè, de statu regul.

p ¶ In Paschate.] Facit contra eos, qui suscipiunt sacram. in die Iouis sancti, de quo narrat Abb. in ca. omnis eod. vidisse se inter valentes Theologos magnam quæstionem, & se fuisse super hoc consultum, qui respondit.

vt ibi per eum.

a ¶ Sacerdotis.] Scilicet proprij secundum Abb. quod multi malè aduertunt cap. omnis eod. vnde sumitur.

b ¶ Arcebitur.] Nota causam, in quo non excomm. arceatur ab ingressu Eccl. & non otiosè dicit, arcebitur quod verbum denotat violentiam: quia, & brachium sæculare ad talè arcendum inuocari poterit, capitu. 1 de offic. ordin. & 23 q. 4 capitu. administratores.

c ¶ Sepultura.] Hoc est contra regulam illam: Cui communicamus viuo, communicamus, & mortuo. Fal. etiam in alio casu 23 quæst. 5 c. placuit, & c. monachi, de statu monach. & c. 1 de torneamentis, & c. quia in omnibus, de vsur. & capitu. super eo. de rapt.

Io. Bap. Constat igitur.] Hæc pars diuiditur in duas particulas in prima referuntur partes istius sacramenti, in secunda explicantur: secunda ibi, contritio, quoad primum CASVS. non figuratur, nota tamen causam distinct. si quidem hoc sacramentum consideratur ex parte pœnitentis tantum, & hinc datur contritio: aut in habitudine ad sacerdotem, & sic talis respectus, vel incipit à pœnitente, & tendit in sacerdotem, & hinc oritur confessio: aut è contra à sacerdote in pœnitentem, & inde datur satisfactio.

Io. Bap. d ¶ Constat.] Fac. de pœnit. dist. 3 cap. perfecta, & de pœnit. dist. 1. § alij & § ex his.

Contritio.] Hæc pars subdiuiditur in tres particulas, in prima describitur contritio: in secunda explicatur confessio: in tertia declaratur satisfactio: secunda ibi, confessio: in tertia ibi, sed nec contritio quoad primum CASVS. non figuratur, not. tamen quòd sicut peccatum committitur voluntate ita eius culpa tollitur oppositum voluntate, licet quoque requiratur ob gratiam, quæ inde est conferenda.

e ¶ Contritio.] De hoc latè per Archiepisc. Florent. in summa in titul. de contritione Plo. in tract. de sacra. in quarta parte cap. 2 Host. in summa eod. § quot & quibus, in vers. prima igitur: quibus locis habetur, quid contritio ab attritione differat.

Io. Bap. Confessio.] Hæc pars diuiditur in 2 particulas: in prima definitur confessio. in secunda ead. explicatur: secunda ibi, quod autem quoad primum CASVS non figuratur: not. tamen argumentum, quoad remedia, tam spiritualia, quam corporalia nequeunt defectibus nostris applicari nisi prius ipsi cognoscantur. Not. 2 arg. quo confessio fori poli differt à confessione fori.

f ¶ Confessio.] De his descriptionibus p Plo. in tracta. de sacramentis in quarta parte cap. 3 & per Archiepiscopum Florent. in summa in titul. de confess.

g ¶ Canonica.] Sed an sit canonica, si quis velit per nuncium vel epistolam confiteri? & videtur, vt 30 q. 3 cap. qualis. Tu dic contra cap. quem pœnit. de pœnit. dist. 5. Et hic est vnus de casibus, in quo non potest quis per alium, quod potest per seipsum. fac. l. inter artifices, ff de solut. Nec obstat, contrarium: quia non dicitur ibi, quod in scriptis confessio recipiatur: sed quod accepta in scripturam redigantur, ne mandentur obliuioni.

Nec per epist. quis nec per nũcium potest confiteri.

fortè de sacerdotis [a] consilio ex causa duxerit abstinendum: alioqui & viuens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, [b] & moriens Christiana carebit sepultura. [c]

Pœnitentia constat contritione, confessione, & satisfactione. h. d.

Constat [d] igitur pœnitentiæ sacramentum tribus partibus, contritione cordis, confessione oris, & operis satisfactione. Contritio [e] nihil aliud est, quam dolor pro peccatis voluntariè assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi: Confessio [f] (vt Augustino placet) est per quam morbus latens spe veniæ aperitur: vel confessio est canonica [g] peccatorum coram proprio sacerdote facta declaratio.

Tribus casibus potest quis confiteri non proprio sacerdoti, si obtineat licentiam ab eodem vel ab Episcopo, vel confiteatur fratribus habentibus generalem potestatem audiendi confessiones. h. d.

Quod autem dicitur. *Coram proprio sacerdote*, ita demum obtinet, si nulla legitima causa [h] subsit eius declinandi iudicium. Cæterum, si quis vel proprij sacerdotis imperitiam [i] vereatur, vel aliàs eius vitam, & mores suspectos habeat, & propterea alieno sacerdoti [k] confiteri voluerit, licentiam

Quod autem CASVS in tota hac parte ita figuratur: quidam pœnitentes non certo, & proprio sacerdoti, sed cui magis placebat, volebant peccata sua cõfiteri: & ideo de Episc. potestate non curabant & aliquando etiam laicis confitebantur: sacerdotes autè confessione audita, & ipsam reuelabant, & à quolibet casu indifferenter absoluere volebant, vnde quæsitum fuit quid iuris siquidem in fauorem pœnitentium, & sacerdotis facit summopere potestas ordinis, quam recipiunt sacerdotes in eorum promotione ad sacerdotium à Deo solut. tamen est tenenda, quam in hac parte legimus: & ratio est, quia in administrat. istius sacramenti pœnitentiæ requiritur, tam potestas ordinis quam iurisdictionis, iuxta notat. in cap. omnes, eod. Do- *Io. Bap.*

cet. Caiet. in 1 tom. opusc. tract. 7 & hinc cognoscimus obiectionem cessare, cum in collatione ordinis prædicti non semper vtraque potestas conferatur. Notorum pœnitentiæ simile esse cum foro exteriori, quia sicut in vno datur iudex proprius, ita & in alio: & ideo sæpè tenet argumentum ab vno ad aliud.

h ¶ Legitima causa.] Puta si plebanus sit hæreticus, sollicitator ad malum, pronus ad reuelandum. De quibus cau. per Plo. in tract. de sacra. in 4. parte, c. 10.

i ¶ Imperitiam.] Quo casu secundum quosdam pœnitens non tenetur petere licentiam à proprio sacerdote, cum habeat à iure, vt not. in c. fi. de pœnit. dist. 6. Sed id videtur expressè contra cap. omnis, § pars autem eod. & contra hanc literam, quæ inde sumitur.

k ¶ Alieno sacerdoti.) Executionem scilicet habenti ob ea, quæ not. in c. omnis, eo. aliàs non potest habere locum prorogatio, vt ibi per Abb. nisi proprius sacerdos alij committeret quod audiret: tunc enim non requiritur, quod habeat exec. fac. no. per Ab. in c. fi. de of. or.

prius postulet, & obtineat [a] à proprio: cum aliter illum alienus quacunque suffragante consuet. [b] non possit absoluere, vel ligare. [c]

Confessus habentibus generalem auctoritatem audiendi confes. consequitur absolutionẽ. h. d.

Si quis tamen regularibus generalem audiendi confessiones potestatem habentibus, [d] & locorum ordinarijs præsentatis, & ab iisdem approbatis confessus fuerit, Parisiensis Doctoris [e] reiecta sententia, non magis eadem peccata tenebitur iterum confiteri, quam si ea proprio sacerdoti iuxta generalis Concilij dispositionem confessus fuisset.

Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem. h. d.

Episcopus quoque [f] subdito suo, vt quamuis idoneum sibi deligat confessorem facultatem concedere poterit. Cùm non minoris [g] esse debeat efficaciæ ab episcopo obtenta licentia, quàm à Parrochiali sacerdote.

Necessitas facit affectũ reputari pro effectu. h. d.

Sed & si pœnitendi vrgeat necessitas, [h] nec desiderandi locus, aut tempus proprium sacerdotem offerat: & si is, cui quis confitetur soluendi nullam potestatem habeat: tanta tamen est vis confessionis, vt dignus fiat venia ex desiderio sacerdotis, qui proximo suo criminis turpitudinem confiteri non refugit, Votum enim [i] pro opere reputatur, cum operis, perficiendi facultas deest.

In perpetuum est in monasterium detrudendus, qui reuelat confessionem. h. d.

Sed siue proprius sacerdos, siue alius pœnit. audiat, cauebit omninò, ne aut verbo, aut alio quouis modo [k] confitente prodat. Quoniam qui peccatũ in pœnit. iudicio sibi detectũ reuelare ausus fuerit, non solũ à sacer. officio deponendus erit, verũ etiã ad agendũ perpetuò pœ. in arctũ monast. detrudẽdus. [l]

a ¶ Obtineat.] Quid si ille maliosè recuset? Videtur quod possit ire ad alium, cap. licet de regul. vel ibit ad superiorem, si potest, vt illum compellat. Vel superior ipse dabit licentiam arg. cap. nullus de iure par. & not. in cap. omnis eod.

b ¶ Consuetudine.] c. si episc. eod. in 6. Esset enim hæc consuetudo ecclesiis onerosa, vnde non valet, capit. 2 de consuet. & ex ea infringeretur metus Ecclesiast. disciplinæ, cap. cum venerabilibus de consuet. esset etiam hoc contra obedientiã principis præscribere, c. merito, & c. cum non liceat, de præscript. Et hoc fortè etiam procederet in Imperatore, qui subest suo parrocho vt per Abb. in cap. nouit de iud. & in regib. vt per Abb. in c. omnes de maio. & obed. Quid de monialibus? Resp. vt per Abb. in cap. 2. de capel. monach.

c ¶ Ligare.] cap. quod autem supra eod. & 9 quæst. secunda, cap. 1 & capit. 2 & de parroch. capit. nullus. Et ideo dixit ligare, quia cuicunque volo possunt confiteri peccata mea petendo salubre consilium animæ. Sed ille non potest ligare, vel absoluere, vt in capit. si episcopus, eo. in sexto. Sed num sacerdos non proprius tenetur credere ei qui dicit se licentiam habuisse à proprio? Respondeo affirmatiuè: arg. not. in cap. fin. de pœnit. dist. sext. in clem. 1 de priuil. in gloss. quarta. Nec enim præsumendum est mentiri eum, cui statim vult cõfiteri.

d ¶ Habentibus.] De qua potestate apparet in cle. 2. vers. statuimus, de sepult. vel apparebit ex propriis priuilegiis.

e ¶ Doctoris.] Id est, Ioannis de Poliaco, cuius sententiæ reprobatio tanquam hæreticæ habetur extrauag. communit. in tit. de hæret. quæ incip. Vas elect. Quidam tamen dicunt, quod non sufficit priuilegium, nisi etiam concurrat licentia proprij sacerdotis, quod tamen communiter non tenetur secundum Abb. in capit. omnis eodem.

f ¶ Episcopus quoque.] Non solum parrochialis sacerdos, vt habetur in capitul. si Episcopus, eodem, in 6 & ibi traditur, & in clem. religiosis, de priuileg.

g ¶ Minoris.] Immò maioris cum ei, & parrochus subsit.

h ¶ Necessitas.] Concor. c. quem Pœnit. vers. tanta. de pœnit. dist. Prima, & capitul. qui vult de pœn. distinctione sexta, capitul. sanctum de consecrat. distinctione quarta fac. not. in capitul. si Episcopus in fin. eod. in sexto, & in capitul. pastoralis de offic. ord. § 1 vbi Abb. & idem in capitul. 1 de his qui fil. occi. & in capitu. Deus eod. & in cap. secundo, de furtis, vbi de magna vi contritionis, & nouissimè per Conc. Trident. sess. 14 cap. 4.

i ¶ Votum enim.) sic in cap. quis aliquando vers. votum enim, de pœnit. distinct. 1.

k ¶ Quouis modo.] Sed quid si sacerdos indigeat prudentiori consilio? Respondeo debet illud requirere siue expressione personæ, cap. omnis, eo. Quid si Episcopus excommunicat. omnes huius criminis conscios, an confessor debeat reuelare? Respondeo, vt not. in cap. sacerdos, de pœn. dist. 6. Et est differentia, *vtrum quis quid sciat in* pœnit. an in confessione. Nam si quis sciat in pœnitentia citra confessionem adductus in testem debet reuelare, secus si in confessione sciat: quia potest libere iurare se nescire, vt per Abb. in cap. sacerdos, de offic. ordin. de pluribus similibus. qq. vide per Abb. in capit. omnis eod.

l ¶ Detrudendus.] Immò videtur, quod suscipere debeat ignominiosam successionem, c. sac. de pœn. d. 6. Sol. illud iure veteri hoc nouo. vt not. in cap. omnis eo. licet quidam dicant vtramque pœnam imponendam, quod non videtur verum argum. l. 1 C. de furt. & l. vbi repugnantia, ff. de re. iur.

ALOYSIVS RICCIVS. In perpetuum est in monasterio detrudendus qui rumpit sigillum, & ratio est, quia sigillum confessionis, & sic tenere secreta peccata est de iure diuino positiuo à Domino nostro Iesu Christo ob multas, causas quas ponit Nauar. in cap. sacerdos de pœnit. distinct. 7 num. 33.

Amplia primo, vt non solum confessor teneatur sub sigillo peccata audita in confessione Sacramentali celare; sed etiam quæ audiuit in ordine ad eandem confessionem, vt dum pœnitens genuflexus coram sacerdote, incipit confiteri peccata sua, & haberet casum aliquem reseruatum, vel de quo confessarius debeat alios peritiores consulere: Nam adhuc tenetur ea sub sigillo confessionis tacere, & in hoc omnes conueniunt.

Amplia secundo, vt etiam interpres, qui assumit partes pœnitentis, vel confessarij linguam ignorantis tenetur ad hoc sigillum, quia participat de actu clauium.

Amplia tertio, vt etiam consulens qui actu confessionis adhibetur pro consilio, secus si extra confessionem, tunc enim solum tenetur sub secreto naturali seruare famam proximi, vt etiam cum communi sententia probat. Nauar. capitul. 8 num. 7 Suar. disput. 33 sess. secunda, & sess. 4 n. 6.

Amplia quarto, vt duret etiam post mortem pœnitentis secundum Sotum 4 dist. 21 quæst. 2 Ang. & alij, quos narrat Nauar. cap. 8 n. 7.

Amplia quinto, vt procedat etiam si confessarius reuelaret peccata ad correctionem pœnitentis, quia secretum confessionis, est maioris momenti, quam adhibere tale remedium pœnitenti. Verum confessarius potest illi denegare absolutionem, si non ostendit verum Animum se abstinendi in futurum perpetuo à peccatis, & occasionem peccatorum relinquere ita D. Thom. dist. 21 q. 3 art. 1 ad tertium.

Amplia sexto, vt omnis qui audiuerit, vel scit alterius peccata quocumque modo audiuit, vel sciat, vt cum in necessitate quis laico confitetur, & ille qui malitiosè audiuit occultando se, & ille qui se finxit confessorem, & interpretes, & nuncius, & qui alicuius peccata inuenerit scripta D. Thom. 4 distinct. 21 Rich. & Sot. quos refert, & sequitur Ang. confess. vlt. num. 16 sed si quis faceret confessionem coram omni populo sacerdoti, vtrum talis sacerdos teneatur ad sigillum vide Candelabr. Aureum, titul. de sigillo num. 39 vbi quo ad illos qui simul secum, audierunt talia peccata non tenetur seruare sigillum cum iam omnibus talia peccata patefacta sunt, & quo ad illos, qui nesciunt teneatur.

Amplia septimo, in casu quod si sacerdos in articulo mortis audiuisset confessionem alicuius, qui erat debitor alterius, non posse confessarius reuelare illud debitum creditori. nisi licentiam habuisset à d. pœnitente, quia reuelaret confessionem. Immo dum licentiam haberet reuelandi, ita cautè id faciat ne inde oriatur scandalum, quod violasset sacerdos confessionis sigillum, vt tenent plures recentiores post. Sylues. in verb. confessores 3. §. 2. Nauarr. capit. 4. Manual. numero 19.

Nunc limita, & primo, in sigillo naturali, quod potest in multis modis frangi, etiam sine peccato mortali vt quando hoc præcepit superior, vt capit. qui ambulat 5 quæstio. 5 capit. intimatur de testibus cum ibi notatis per Innoc. Panormit. & Felin.

Limita secundo, quando occultatio, talis secreti noceret animæ, & corpori, honori aut rei familiari alterius, vt tradit Nauar. cap. 8 numero 3 & in cap. inter verba 11 quæst. 3 concluf. 6 & qualiter hoc intelligatur vide Sylua confessio. 3 n. 23.

Limita tertio, de licentia pœnitentis quia cum sigillum sit inductum in gratiam eiusdè pœnitentis vnicuique licet renunciare iuri suo, quando renunciatio non cadit in damnum alterius l. quod fauore C. de leg. At nunc in potestate pœnitentis est etiam publicè confiteri peccata sua, ad maiorem erubescentiam igitur in facultate pœnitentis est dare licentiam istam confessario, vt audita in confessione possit alijs manifestare.

Sacerdos non debet quem absoluere, de casibus reseruatis Papæ, vel Episcopo, h. d.

Illud etiam animaduertere sacerdotem oportet: ne quem scilicet ab his criminibus absoluendo liberare tentet, quorum absolutio, aut Apostolico, aut proprio ordinario est reseruata, [a] vt puta si pœnitens clericum enormiter læserit, [b] Ecclesiam combusserit, vel fregerit [c] falsum [d] commiserit, Cardinalem, [e] vel Episcopum [f] insecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, & in alijs casibus. [g]

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus, h. d.

a ¶ Reseruata.] Nemo enim debet suos terminos transgredi capitulo primo, cum concordantijs, ibi allegat. de sepul. & de huiusmodi reseruationibus vide nouissimè per Conc. Trid. sess. 14 capitul. 7.

b ¶ Læserit.] Vt in capitulo si quis suadente diabolo, 17 quæstion. quarta, capitulo si quis in clericos, de sententia excommunication. excipiuntur tamen multi casus, vt ibi nota. & infra de sentent. excommunicat. per tot.

c ¶ Fregerit.] Quo casu post quam delinquens fuit denunciatus, non potest ab alio à Papa, ante potest etiam ab Episcopo, habetur in capitulo conquesti, & in capitulo tua de sententia excommunicat.

d ¶ Falsum habetur.) In cap. dura, § fin. de fals.

e ¶ Cardinalem.] Cap. felicis, de pæn. in 6.

f ¶ Episcopum.] Cap. si quis, de pæn. in 6.

g ¶ Casibus,) De quibus nota in capitulo si episcopus, eodem, in sexto, & per Nico. Plo. in tract. de sacrament. in quarta part. capit. 5 & capitul. 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Sacerdos non potest quem absoluere à casibus reseruatis Papæ, vel Episcopo hoc dicit. Ex isto, § nota quod non nulli sunt casus, qui summo Pontifici reseruantur, & primo omne ius canonicum, & sic generaliter, sumitur pro constitutionibus summorum Pontificum, pro decretis sacrorum Conciliorum, præcipuè vniuersalium. factis pro bono regimine totius, Ecclesiæ & etiam ad confutandos hæreticos, sic etiam comprehendit omnes bullas Pontificias etiam in corpore iuris non clausas: Quandoque præsius sumitur, & intelligitur illud iuris corpus, quod quinque continentur libris, & communiter nominantur sextus Decretales Decretum, Clementina, & extrauagantes. vt latè post alios quos allegat. Molefes. tract. 9. de legib.

Secundo reseruantur omnes casus clarè, vel dubiè contenti in bulla Cœnæ Domini, vt habetur per Quarant. in compendio Bullar. titul. casus reseruat. fol. 165.

Tertio Casus, violationis immunitatis Ecclesiæ secundum terminos constitutionis Gregerij XIV. incip. cum alias nonnulli.

Quarto violationis clausuræ monialium ad malum finem, vt habetur per eundem. Quarant. in citato loco.

Quinto prouocantium, & pugnentium in duello, vt in terminis Concil. Trid. sess. 29 de reformat. capit. 19 vbi habes quid ad duellum solemne requiratur, & constitutionis Gregorij XIII incipit ad tollendum.

Sextò simoniæ realis, vel confidentialis scienter contractæ, vt per eundem Quarantam, citato loco habetur.

Septimo reseruatur casus si quis suadente diabolo cler. percusserit vt habetur per tex. si quis suadente vbi excõmu. omnes percutientes quaslibet ecclesiasticas personas, vt ecclesiasticæ sunt, & de nonnullis alijs censuris, quæ summo Pontifici reseruantur, vide late Molfes. in summa Mor. theol. tit. de censuris.

Casus tamen ad episcopum reseruati, propriè peccatum significant, cuius absolutio episcopo reseruetur & ita distinctum esse à censura. commutatione, & dispensatione votorum, ac iuramentorum, absolutione irregularitatũ & similium, vt concessa facultate per episcopum alicui confessario absoluendi à casibus episcopalibus. ex proprietate sermonis non veniant censuræ, &c. desuper expressa, vt tamen episcopi tollant hanc ambiguitatem, tam in edicto reseruationis casuum quam in licentijs, quas confessarijs concedunt exprimere solent, quos casus concedunt, & quos sibi reseruant.

Secundo absolutio quarundam censurarum, & irregularitatum spectat etiam ad episcopum, etiam dum absolutio reseruata est summo Pontifici, dum adest legitimum impedimentum quo minus pœnitens adire possit ad sedem Apostolicam, vt docet Nauar. communiter receptus c. 27. suæ sum. n. 89.

Tertio incendium reseruatur episcopo, quoties quis ex proposito seu mala intentione fecit, & cum effectu sequatur cap. pessima 23 q. 8 Caiet. & alij quos probat Suar. sect. 3 n. 9.

Quarto reseruatur ex consuetudine vniuersalis ecclesiæ blasphemia publica in Deum, & B. Virginem.

Quinto reseruatur homicidium voluntarium non autem casu sic etiam mutilatio, seu abscissio membri, quæ debet esse realis, & cum effectu sequuta, nec sufficit sola percussio cum voluntate abscissionis membri, vel homicidij, vt docet Nauarr. cap. 27 nu. 258 cum sequ. Suar. sect. 3 Reginal. lib. 1 num. 136 cum seq. Vasq. tom. 4 in 3 part. q. 91 art. 3 dub. 2 & Ratio est euidens quia nunquam quis incurrit *in* casum reseruatum, nisi cum effectu solus completus sit, secundum proprietatem *ipsius*.

Sexto reseruatur crimen falsitatis, ideſt quis curauerit dicere veritatem, & postea falsitatem deposuit, vel veritatem tacuit, vt probat Sylvest. in verb. casus q. 4. Nauar. & alij, quos sequitur Reginald. loco citato.

Septimo sacrilegium, rapina, siue furtum commissum in ecclesia maximè surripiendo rem sacram [sic enim secundum iniustes est duplicatum sacrilegium] & sic absolutio ad Episcopum spectat.

Octauo reseruantur diuinationes, magiæ, sortilegia, incantationes beneficia, inuocationes dæmonum, abusus sacramentorum, excommuni consuetudine totius Ecclesiæ reseruatus episcopo locorum.

De eo tamen quæsitum [a] est, si Episcopus subdito suo concesserit, vt sibi possit idoneum [b] eligere confessorem an tunc ille, quem is elegerit in casibus; qui eidem Episcopo specialiter reseruantur absoluendi habeat facultatem: & cum in generali [c] concessione illa minimè veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus, responsum est, electum hunc huiusmodi non habere potestatem.

Contritio, & confessio sine satisfactione parum proficiunt, h. d.

Sed nec contritio [d] multum [e] proficiet: nec confessio, nisi ambabus adducta fuerit satisfactio, quæ nihil aliud est, [f] quam quædam iniuriæ illatæ compensatio. Nullus enim [g] delictorum accipit veniam, nisi (si nulla necessitate fuerit impeditus) qualemcumque, & si longè minorem, quam debeat pœnam soluerit. [h] Nec sufficit mores in

a ¶ Quæsitum.] Cap. si episcopus eo. in 6 vnde sumitur.

b ¶ Idoneum.] Qui sciat soluere & ligare, c. cuem pœnit, de pœn. dist. 1 vers. quare & ca. qui vult, de pœn. dist. 6. & cap. sanctum est, in prin. de cons. distinct. 4 ca. omnis eod.

c ¶ In generali.] Cap. fin. de offic. vicar. in 6. c. in generali de reg. iu. in 6. in cap. frater 10. quæst. 1 l fi. C. quæ res pign. obl. pos. vide per Felin. in cap. fin. de offic. ord. & de his casibus Episcopo reseruatis an possit vicarius aliquid decernere, vide per Concilium Triden. in sess. 24 cap. 6.

Sed nec CASVS. *Io. Bapt.* Quidam germani cum haberent de peccatis contritionem, & sacerdoti fuissent canonicè confessi, nolebant tamen satisfacere, prout à sacerdote erat eis impositum: siquidem dicebant ipsi: si peccata gratis sunt remissa, nulla alia requiritur satisfactio, si vero non gratis, ergo de rigore iustitiæ debeant remitti; vnde fuit quæsitum quid iuris, Sol. vt hic legimus, quia cum peccatores peccent etiam contra iustitiam debent quoque huic virtuti satisfacere c. nullus, de pœn. distinct. 1 vnde quamuis peccata remittantur gratis, tamen etiam iustitiæ est satisfaciendum, licet non reddatur æquale debitum, vnde cum obiectio videatur inde cessare, non requiritur alia, solut. Not. arg. quod commissa contra iustiam, non remittuntur, nisi accedente, satisfactione, propter quam licet semper reddatur dubium, cui debetur, non tamen semper æquale: sed aliquando inæquale.

d ¶ Contritio.] Incipit nunc dicere de tertia parte pœnitentiæ scilicet de satisfactione.

e ¶ Multum.] Cum nihil credatur actum, cum aliquid supereſt agendum, l. fin. C. ad Sylla.

f ¶ Nihil aliud est.] Descriptio ex mente s. Thom. super 4 distinct. 15 q. 1 qui addit, & hæc verba (secundum iustitiæ æqualitatem, vel quantitatem. Aliam ponit Petr. de Palu. Aliam Anicl. de quibus per Archiepisc. Flor. in titul. de satisfactione) & per Nic. Plo. in tract. de sacram. in 4. p. c. 7. Aliter etiam definitur in c. satisfaction. de pœnit. d. 3 & c. quærat § quod autem dd.

g ¶ Nullus enim.] Cap. nullus, de pœn. dist. 1 vnde sumitur, & hoc intellige quantum ad ecclesiam.

h ¶ Pœnam soluerit.] Quam pœnam potest sacerdos moderari, & terminare, & si in canone certa sit. vt per Abb. in c. 2 de emptio. & vend. & in cap. Deus eod. & cap. mensuram, de pœni. distinct. 1 non debet tamen de facili recedere: vt per Abb. in d. c. 2 sed quod hic

dicitur, vtrum intelligatur de interiori pœnitentia? Resp. vt not. in c. nullus, de pœn. d. 1.

a ¶ Eleemosynis.] Ad quæ etiam circa pœnitentiam aliquam, vel satisfactionem tenemur pauperibus, & in tantum vt licet pauperes non habeant aliquam actionem contra diuites ad victualia communicanda, tamen possint implorare officium iudicis, vt eos compellat, cap. sicut, vbi etiam not. dis. 47. & per Abb. in capit. 1. de empt. & vend.

b ¶ Ieiunijs.] Capit. non sufficit, de pœn. d. 1 vnde sumitur.

Medicos.] In hac parte tria soluuntur dubia: secundum ibi si quis, tertium ibi, nec infirmis: quoad primum

Io. Bapt. Casvs. Quidam medicus non curauerit, ægrotum prius mederi medicina spirituali, vnde fuit dubitatum an posset propterea ab ingressu Ecclesiæ arceri, & quamuis negatiuè videbatur respondendum, quia ob culpam alterius nemo debet grauari, cum tantum suos teneat auctores l. sancimus, C. de pœnis. Sol. tamen hic aliter habetur: quoniam Ecclesia nihil voluit omittere pro salute fidelium & sic etiam medicos voluit ad id obligare, quod & nouella constitutionem Pij Quinti est innouatum, & passim receptum, & propterea cessat obiectio: Not. primo homines induci ad salutem aliquam indirectè: Not. 2 argume. quod infideles non possunt esse medici fidelium.

melius commutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de his, quæ facta sunt, Deo satisfiat per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, [a] orationibus, & ieiunijs. [b]

Medici qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt, sunt ab Ecclesiæ ingressu arcendi, hoc dicit.

Medicos etiam admonere oportet, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia [c] moneant, & inducant, [d] vt medicos vocent animarum. [e] Vt postquam fuerit ægrotanti de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius [f] procedatur. Si quis autem medicorum secus fecerit, ab Ecclesiæ ingressu arcebitur, [g] donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit. [h]

Qui habuit propositum confitendi, potest absolui, si ægritudo morbi non posset confiteri, h. d.

Si quis autem in infirmitate constitutus pœnientiam petierit, & dum ad eum inuitatus sacerdos properat, morbo oppressus obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, & pœnitentiam [i] moriturus, & per manus impositionem reconciliationem [k] accipere poterit.

Deputatis Vltimo supplicio sacramentũ pœnitentiæ, & Eucharistiæ non negatur, h. d.

infirmitas corporis, & ex alijs quinque causis: vt per Abb. dicto loco.

g ¶ Arcebitur.] per sententiam, non ipso iure: habetur in c. in pœnis de reg. iur. in 6 in cap. quisquis, de elect. leg. in criminali, C. de iur. omn. iud. sed cum nullo modo seruetur quod hic dicitur, quæritur, an hæc dispositio, vel eius effectus sit ipso iure sublatus? Respond. negatiuè secundum, Host. cum consuetudo iuri non præiudicet, nisi sit rationabilis: vt supra de iur. nat. consu. & const. § sed hæc de ea, cum ibi not. est tamen hoc constitutione Pij V. innouatum, & passim receptum.

h ¶ Satisfecerit.] Ad arbitrium iudicis, cum pœna certa non statuatur, c. de causis, de offic. deleg. l. 1 in fin. ff de iu. de lib. Vbicumq; enim pœna non statuitur, ad arbitrium iudicis imponitur. No. in c. sane de celebr. missa.

Si quis autem. Casvs. Sæpè homines incurrunt in talem statum, vt nequeant amplius confessionem inchoatam perficere, vnde dubitatum fuit, an isti possint postea à peccatis absolui ratio enim dubitationis fuit, quia iudex nequit iudicare, nisi causa cognita ca. 1. de offic. ord. Sol. tamen vt hic legimus, siquidem constat de voluntate eius, quæ ob impotentiam confitendi, pro complexa reputatur, vnde argum. non tenet, quia cognitio habitualis cum causa sit fauorabilis videtur in tali casu sufficiens: Not. primo argum. confessionem virtualem æquiparari cum actuali not. secundo Ecclesiam declarare actus humanos in meliorem partem ob salutem fidelium, iuxta c. 2 de reg. iur.

Io. Bap.

i ¶ Pœnitentiam.] Id est, absolutionem, sic 26 q. 6 cap. is qui.

ANT. TIM. Quod dicitur hic, & in summario depromptum est d. c. is qui 26 qu. 6 in quo videntur esse quædam duriora. Vide quod ibi disponitur per Concil. Trid. sess. 14 de pœn. c. 9.

k ¶ Reconciliationem.) Quæ sit priuare, & per simplicem sacerdotem ne sit contra c. qui recedunt, 26. q. 6. sic Turrec. Archid. & Bellam. in c. is qui dict. causa & q. vnde sumitur: quibusdam tamen omissis.

Nec infirmus. Casvs. Quidam in carcere detentus debebat vltimo supplicio puniri, quod quidem, cum sibi esset denunciatum, petebat sibi administrari sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ in salutem animæ suæ, & cum sacerdos id denegasset ea ratione, quia ob timorem

Io. Bap.

c ¶ Ante omnia.) Nimirum cum anima sit corpore longè pretiosior 12 q. 1 c. præcipimus, & 24. q. 3 cap. si habes, & l. sancim. C. de sacrosanct. Eccles. Ideò prius consulendum animæ quam corpori argum. c. vbi periculum, de elect. in 6 & distinct. 42 c. quiescamus, & c. fin. 7 q. 7 & l. 1 § 2 ff de carbon. edict. Item quod dicit ante omnia exponit Host. antequam curam corporis medicus aggrediatur: aut de salario paciscatur, quod non improbat Abbas in cap. cum infirmitas, eod. vnde sumitur.

d ¶ Inducant.] Intellige hæc verba cum effectu. Nec enim sufficit medicum leuiter monere, nisi & cum effectu ægrotum inducat ad vocandum sacerdotem, vt traditur in c. cum infirmitas. eod.

e ¶ Animarum.] Id est, sacerdotes, sicut enim homo constat anima, & corpore: Ita habet medicum animæ, & corporis.

f ¶ Salubrius.) Cum infirmitas corporis nonnumquam ex peccato procedat, c. cum infirmitas, eod. Obuenit

timorem mortis posset probabiliter dubitari de eius conscientia ac etiam argu. gloss. super § 1 in ver. grauiter ægrotantibus infr. de extrema vnctio. fuit propterea quæsitum quid iuris. Sol. vt hic legimus quia remedia præcipua salutis æternæ nemini canonicè dispositò sunt deneganda, cũ expressa voluntas tollat præsumptionem, quæ poterat esse in contrarium, & in sacramentis conferendis non militet ead. ratio, & ideo etiã obiectio videtur cessare, vnde not. quod ecclesia tanquam pia mater omnibus fidelibus in quouis statu constitutis piè voluit subuenire, vt vitam æternam acquirã Not. 2 morituris ex Decreto iudicis ministranda esse sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ

a ¶ Iura.] Vt in clẽ. 1 eod. cap. secundo, de furt. 13 q. 2 c. ante pen & c. quod in te eod.

b ¶ Si petant.] Not verbum, & fac. capite significasti in fi. & quod ibi not. extr. de eo, qui duxit in mat. quam pol. per adult.

c ¶ Censura.] cap. quærenti, de verbor signif. & infra de Eccles. censu.

d ¶ Inteligatur.] Non tamen de proprietate verborum. Nam viaticum non intelligitur proprie appellatione pœnitentiæ: immo sunt duo sacramenta separata, quod satis apparet ex diuersitate titulorum, & ita not. Abb. in ca. quod in te, eod.

e ¶ Concessum.] Idem & multo magis de sepultura Ecclesiastica, capitulo antepenultimo, decimatertia quæstione vltima, & not. per Doctores in cap. ex parte 2 de sepult. & in clement. prima eod. Licet suspensus non debeat deponi sine licentia iudicis, quam tamẽ facilè concedet. l. prima, secunda & tertia ff de cadau. punit. Secus tamen in his, qui se ipsos confodiunt vel occiduntur à iudice sed impœnitens moriuntur, cap. placuit. 25 qu. 5

Nec infirmis solum, sed etiam vltore gladio morituris in hac parte iura [a] subueniunt cum vltimo damnatis supplicio, pœnitentiæ sacramentum si petunt, [b] non solum negari non debeat: verum etiam sint censura [c] ecclesiastica ab ordinarijs locorum coercendi, quicumque aduersarentur, quo minus id consequantur, quod ipsum, & de Eucharistia quoque intelligendum erit. Cùm quibuscumque pœnitentia non negetur, viaticum quoque quod verè pœnitentibus, exhibetur intelligatur [d] esse concessum. [e]

DE EVCHARISTIA.

TIT. VI.

DE EVCHARISTIA.

In. cap. CVm fideles debeant accipere sacramentum Eucharistiæ post susceptam pœnitentiam cap. omnis de pœniten. propterea post tit. de pœnit suo iure sequitur iste de Euchar. qui diuiditur in quinque par. in prima habetur quando à fidelibus sit suscipiendum: in secunda quando, & quoties à sacerdotibus sit consecrandum: in tertia à quo sit administrandum: in 4 quibus sit denegandum: quinta, ex quibus constet, & quid contineat. secunda ibi inualuit, tertia ibi, sed nec ab omnibus, quarta ibi, item quamuis: quinta ibi constat.

ALOYSIVS RICCIVS, Pro generali intelligentia huius tituli, notandum est primò quid sit Eucharistia, secundò cur ita vocatur, tertiò quisnam illud instituit, quartò qualiter differat, ab aliis sacramentis, quintò q̃nam sit apta materia, sextò sit ne consecrandum in azimis, vel in fermentato, septimò quidnam vtraque materia significet.

Quo ad primum Eucharistia est sacramentum corporis, & sanguinis Christi, sub speciebus panis, & vini in stitutum ad spiritualem hominis refectionem. Itaque institutum significat causam efficientem, quia Christus instituit, ad spiritualem hominis refectionem, significat causam finalem, quia hic est finis huius sacramenti ac effectus sacramentum corporis & sanguinis significat materiam, & formã sub ratione sacramentã di, ostenditur enim per sacramentum, quæ dillæ species sunt signum rei sacræ & sic sub illis speciebus corpus, & sãguinis continetur, ad refectionem spiritualem hominis, vt habetur in Trid. sess. 13

Est tamen notandum quod licet sub vna tantum specie hoc sacramentum non significet, perfectè spiritualem refectionem. Attamen ratione rei sacræ contentæ in hoc sacramento, subhispeciebus, hoc ratione corporis & sanguinis Christi; ita perfectum est sacramentum sub vna specie, prout est sub vtraque. Ratio est, quia concomitanter sub vna specie est totus Christus, prout est sub vtraque, quamuis hoc non sit ex vi consecrationis.

Insuper notandum est quod D. Thom. antequam ageret de hoc altissimo sacramento, quo Christus Dominus suo corpore, & sanguine super substantiali esca & suauissimo potu dulce nos pascit, & cælestibus, donis abundè ditat, agit de Baptismo, & Confirmatione ille enim est regenerationis spiritualis nostræ initium, hæc autem in statu virili, & perfecto constituit hominem, vt tandem reddatur capax Eucharistiæ, quam in cibum perfectorũ nutrimentum, & consummationem vitæ spiritualis Christus instituit, & ideo vnusquisque debet se præparare, vt fructus sentire valeat, & percipere possit huius altissimi sacramenti.

Quo ad secundum Eucharistia significat bonam gratiam, & ideo quia contineat Christum, qui est fons, & author omnis gratiæ, sic etiam quia præsignificat vitam æternam, quæ dicitur gratia Dei ita etiam hoc sacr. vocatur gratiarum actio tum quia Christus in eius institutione gratias egit Deo, tum etiam quia in hoc sacramento quotidie Deo aguntur gratiæ pro omnibus beneficijs ab eo receptis, & præcipuè pro eius institutione meritò igitur sic vocatur; & hoc modo dicitur etiã sacrificiũ; quia in ipso immolatur Christus offertur Deo Patri ac toti sanctissimæ Trinitati, vt in Trid. sess. 22 cap. 1 vocatur etiam communio, quia per hoc sacramentum homo communicat, & participat de corpore, & sanguine Christi. Dicitur sacramentum pacis, & charitatis, quatenus significat vnionem fidelium inter se, & cum Christo; per ipsum enim sacramentum homo copulatur Christo vt capiti, & sub hoc capite ita connectitur cum alijs membris Christi, id est, fidelibus vt vnum corpus fiat cum illis. Dicitur viaticum; quia est cibus spiritualis viatori, nempè homini constit. in via huius viæ, & munit, & parat nobis viam ad æternam felicitatem, & propter hoc tribui solet morituris, vt sic muniti, & fortificati per gratiam ipsius, ad æternam perveniãt felicitatem. Postremo vocatur cæna, quia in vlt. cæna Ch. illud instituit Quatenus verò vocatur Ostia significat passio. Ch. quem mortuus est, qua mortuus est

pro nobis & Deo Patri offert in Missa, pro salute viuorum, & mortuorum vt latius authores citati prosequuntur.

Quoad tertium de fide est, quod Christus Dominus in vltima cœna illud instituit, pridie quàm pateretur, vt habetur Luc. 22. Math. 26 & sæpè alias, & in Conc. Trid. sess. 13 & sess. 22 per totam.

Quo ad quartum pluribus modis differunt, præcipuè tamen in hoc quia reliqua Sacramenta consistunt in vsu, & actione, nempe applicatione materiæ ipsorũ ad susceipientem ita, vt applicatione absoluta, desinant esse Sacramenta, nec habent esse permanens, & sic non potest esse baptismus, nisi quis baptizetur, quo baptizato desinit esse sacramentum, At Eucharistia in suo esse intrinseco non dependet ab vsu, & applicatione ad susceipientem, sed per solam consecrationem materiæ, cum debita forma & intentione ministri, & perficitur sacramentum, etiam ante vsum, & sic habet esse permanens, quamdiu conseruãtur species sacramentales continentes corpus, & sanguinem Christi. Itaque dum in Prixide seruatur Eucharistia verè & realiter est sacramentum, etiam si nullus sit, qui illam percipiat, & communicet, vt est de fide certum, & habetur in Conc. Trident. sess. 13 cap. 3 & 6 can. 7.

Sunt etiam aliæ differentiæ, quia hoc est omnibus aliis dignius, quia tanquam sol inter alia eminet, nam illam continet, Eucharistia verò continet Christum, fontem, & authorem gratiarum omnium, sic etiam in aliis sacramentis non mutatur materia in aliam rem, vel naturam, sed manet, quod prius erat; At in Eucharistia materia, id est panis, & vinum mutatur in substantiam corporis, & sanguinis Christi, & sic de aliis vt habetur in Trid. d. sess. 13 c. 1 & seq.

Quo ad quintum materia huius sanctissimi sacramenti de fide certum est, quod panis ex tritico, & aqua naturali confectus, sit vera materia corporis Christi, vinum verò ex vuis confectum sit apta materia sanguinis eiusdem Christi, vt in Trident. sess. 13. 21 & 22 in capit. firmiter de sum. Trinit. & fid. Catholic. & ratio est quia cum in Euangelio legamus Christum consecrasse panem, sine dubio appellatione panis intelligitur panis triticeus, & ita se habet communis vsus Ecclesiæ, ex Apostolica traditione, & per præceptum etiam confirmatus, & sic panis ex auena, ordeo, fabis, aliis leguminibus, castaneis, & omni alia materia, quæ non est verum trit. cum, non est apta materia, & proinde non conficeret sacerdos, si in illa materia consecraret, vt omnes docent, At si materia illa ex communi vsu populi haberetur pro verò tritico, vt est spelta, seu Iermanum, (nam hoc est verum frumentum) sic etiam siligo, vt est quædam species frumenti selecti ex farro, vt dicunt verè conficeret sacerdos, quia pro vera materia existimatur, ex communi vsu populorum.

Quo ad sextum siquidem quilibet sacerdos tenetur seruare ritum quem profitetur & proinde si latinus consecraret in pane fermentato peccaret grauiter, & puniri posset tamquam trangressor legis c. fi. de celebrat. Missarum sic etiam Græcus ad euitandum scandalũ sui populi tenetur celebrare in fermentato vt habetur per Suar. tom. 3 disput. 44 sess. 3 § dico primo De Bertis qu. 5 artic. 1 nu. 9 Reginal. lib. 29 nu. 22 & habetur in Catechismo Rom. tit. de Eucharist. & ratio huius diuersitatis, est quia Latinus credit Christum in vltima cœna in Azimis consecrasse, quam fecit in festo Azimorum, & sic primo, die Azimorum, vt habetur Ioann. 13 & in tali. Festo non licebat Iudæis comedere panem fermentatum. Et secundo quia panis Azimus magis quã fermentatus significat puritatem, & sanctitatem quam debent habere fideles accedentes ad hoc sacramentum vt docet Catechis. numero 13 ex illo Apostol. 1 Corinth. 5 itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ sed in azimis sinceritatis, & veritatis. Itaque fermentũ significat malitiam qua carere debent accedentes ad hoc sacramentum Græci verò credunt oppositum, Christum sciicet in fermentato consecrasse, & quia fermentatus, est verus panis, & sic vera materia, nec variatur essentia huius præcepti, id circo hoc tolerat Ecclesia Catholica, vt latissimè locis citatis habetur.

Quo ad septimum patet ex superius dictis, siquidem Christus est nostræ vitæ, alimentum, & ideo sicut ad alimentum vitæ corporalis, requiritur cibus, & potus ita etiam ad refectionem, siue alimentum vitæ spiritualis. secundò declaratur per vtramque materiam hæc admirabilis conuersio sacramentalis, quia sicut quotidie videmus ex naturali virtute conuerti panem, & vinum in sacramentum carnem, & sanguinem: sic faciliter, & infideles, ac indocti etiam Christiani, quasi manu ducuntur ad credendum, diuina virtute facilius conuerti posse panem in corpus, & sanguinem Christi, ratio est accidens, quia quod natura cõuenienter facit multo magis, & efficere potest Deus, qui est supra naturam, & naturæ Auctor. Tertiò declarat coniunctionem fidelium, in vnum corpus misticum Christi quia sicut, ex multis granis panis vnus, & ex multitudine racemorum vnum vinum efficitur, ita ab his duabus speciebus sacramentalibus, panis & vini significatur & declaratur qua ratione ex multitudine fidelium, tanquam ex multis mẽbris fiat vnum corpus Ecclesiæ, dum vinculo huius sacramenti, arctissimè colliganter & tanquam vnum corpus efficiuntur ita ex D. Thom. 3 p. qu. 74 art. 1 ex Trid. sess 13 cap. 2 & 4.

Maximum est Eucharistiæ sacramentum. h.d.

EST autem inter cætera Eucharistiæ Sacramentum maximum, [a] & oblationes ōnes longè antecellit. Vnde sicut præstantius

EST autem. CASVS Quidam fideles ad libitum volebant communicare, cum cõmunio si cibus spiritualis: quidam vero nullo modo cum enim susceperint sacramen. pœnitentiæ, dicebant se non indigere S. Eucharistia, cum per pœnitentiam iam gratiam sint consequuti, vt supra tit. proximo vidimus, & præcipuè in princ. vnde fuit quæsitum quid iuris? sol. vt hic legimus, quia, hoc sacramen. est vtile animæ vt cibus corpori, & ideo dicitur cibus spiritualis: & cum sanctè dignè ac deuotè sit susceipiendum, propterea obiectiones non videntur aliquid concludere. Not. 1 fideles in primitiua Ecclesia maiorem habuisse perfectionem quàm habeant hodie. Not. 2 licèt fideles hodie ob diminutionem charitatis maiori indigeant auxilio, ne tamen sacramenta contemnantur, sequenda est prouisio Ecclesiæ. Lo. Bap.

a § Maximum.] Non sunt ergo omnia sacramenta inter se paria vt quidam ariolantur, quod anathematizat Tridentina synodus in sextimo sess. capite 6 sub. tit. de sacramentis in genere. Eucharistiæ igitur sacramentum est cæteris maius ratione sanctitatis, & contenti: quia continet verum corpus saluatoris. 1 qu. ca. multi At Baptismus est maior, ratione efficaciæ, cap. nullus de pœn. dist. 7 Matrimonium ratione significationis ca. debitus de bigamis, cap. acutius dist. 16 licèt quidam hunc modum non admittant Chrismatis ratione conferentis, cap. de his eum sequ. de consecr. dist. quinta & supra de sacramentis Chrismatis § primo ordo ratione status, in quo constituit, vnde versus.

Maior in effectu baptiſmus, corpus in eſſe: Coningium ſigno maius, ſed chriſma miniſtro.

Charitas tamen, cum non ſit in ſacrificiis, nihilominus plus confert. Not. in cap. nihil de conſecr. d. 1.

ANT. TIM. Quod adnotatur hic in fine de charitate deſumptum eſt ex dict. capitu. nihil. de cõſecrat. diſtinct. 2 iunct. gloſſ. Et verum eſt, ſi ita intelligatur quod ſacramentum illi, qui non eſt in Charitate, & non eſt diſpoſitus ad recipiendam gratiam, nõ confert. Sed charitas, & gratia, quæ eſt res ſacramenti ſuſceptione vtique. Nam quis ſacramento vti malè poteſt, benũ malè accipiendo Ita in cap. ſicut Iudas, de conſecrat. diſt. 2.

a ¶ Excoli.] Argument. quod honor proportione meritorum eſt exhibendus.

b ¶ Frequentiſſima.] Vt cap. quotidie cum ſeq. de conſecr. d. 2.

c ¶ Impediretur.] Vel niſi ratione pœnitentiæ iniunctæ in illis diebus à communione ceſſaſſet 32 quæſt. 2 2 capit. admonere, & not. in c. & ſi non frequentius, de conſecr. diſt. 2.

d ¶ Vicibus.] Scilicet in Paſcha, in Pentecoſte, & in Natali Domini: vt in cap. & ſi non frequentius, & capit. omnis, de conſec. d. 2.

e ¶ Semel ſaltem.] Scilicet in Paſcha, capit. omnib. de pœnit. & remiſ. & ſub tit. 1 § priuata, dicit ſaltem, quia melius eſt ſæpius.

* Semel ſaltem.] Sunt tamen qui pluries communicare tenentur. 1. Enim moribundi debent, hoc ſacramentum ſuſcipere, Silueſter, & Angelus in X. Euchariſtia aliàs mortaliter, peccant: vt ſcripſit Angel. quod tamen Silueſter, negat, ibid. 2. Quicumque tenentur, certis diebus Miſſam celebrare. 3. Monachi debent ſingulis quibuſque menſibus ad hoc conuinium accedere Clem. ne in agro § ſanè de ſtatu Monach. idem de Monialibus, etiam ſtatuit Concil. Trid. ſeſſ. 25 c. 10. 4. Obligatur quis ad communicandum certis diebus ex ſtatuto ſuæ ſocietatis, vt tradunt Angelus Silueſt. vbi ſuprà. SOLIER.

Inualuit tamen. CASVS. Quidam ſacerdotes volebant non tantum ſingulis diebus, ſed etiam ſæpius in die celebrare, & conſecrare, ea præſertim ratione, quia quo plus imploratur diuinum auxilium, eo videtur melius, cum conuerſatio fidelium in cœlis eſſe debeat. ſol. tamen vt hic habetur, ſi quidem quælibet humana actio eo eſt melior, quo eſt facta, & regulata à meliori, & magis rationabili regula; & propterea etiam obiectiones non videntur aliquid concludere, quia actus cõſecrandi, & celebrandi debeat aliqua regula regulari, Not. 1. Eccleſiam ſingulis diebus Deum rogare pro ſalute populi, No. 2 ſolum cauſa legitima ſuadente recedendum eſſe à lege, quod facit ad materiam diſpenſationis.

eſt cæteris: ita etiam diligentius excoli [a] debet.

Quilibet ſemel ſaltem in anno communicare debet. h. d.

Et quidem circa prima fidei cunabula frequentiſſima [b] erat apud fideles ſanctiſſimi viatici ſuſceptio: ſed cum poſtea paulatim tepeſcente Charitate ratius homines cõmunicarent conſtitutum fuit, vt niſi quis maiorib⁹ fortaſſe criminibus impediretur, [c] tribus ſaltem vicibus [d] in anno communicare deberet, donec refrigeſcente pœnitus religionis ardore, eò tandem ventum eſt, vt ſemel ſaltem [e] * ſingulis annis, Vnuſquiſque Cœleſtis menſæ debeat eſſe particeps.

Quotidie ſacerdotes hodie pro populo ſacrificare debent ſed ſemel tantum non pluries, niſi ex magna cauſa, vel in Natiuit. Domini. hoc dicit.

Inualuit [f] tamen, vt Deo quotidie ſacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidie labimur, [g] ideo etiam Chriſtus quotidiè myſticè pro nobis immolatur, [h] in quo tamen illud cauendum eſt, ne Sacerdos quacumque præfulgeat dignitate amplius quàm ſemel in die celebret: niſi aut aliter faciendum Domini Nat. [i] ſuadeat, aut vrgẽs cogat neceſſitas. [k]

f ¶ Inualuit.] Qui vſus multum commendatur nouiſſimè per Conc. Trid. ſeſſ. 22 capit. 2.

g ¶ Labimur.] Saltem venialiter cap. ſi enim de pœn. d. 2 & cap. de quotidianis, de pœn. d. 2. immò pluries in die, iuxta illud: Septies in die, &c.

h ¶ Immolatur.] Id eſt, Chriſti immolatio facta pro nobis in ſacramento corporis, & ſanguinis eius repræſentatur, facit cap. iteratur. de conſecr. diſt. 2.

ANT. TIM. Verba hæc deſumpta ſunt ex gloſſ. in verbo immolatur in d. cap. literatur, quæ ita declarari poſſunt. Licet enim in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento corpus D. N. Ieſu Chriſti verè & realiter: & non ſolum repræſentatiuè, & tantum ſignum, vt hæretici malè, & impiè blaſphemantes aſſerũt, quatenus ſacra Euchariſtia ſacrament. eſt, & ſignum, poteſt dici quod ſignificat, & repræſentat: & ſpecies illæ panis & vini repræſentant Corpus Chriſti, quod eſt ita realiter, & myſticè ac incruento quotidie immolatur pro peccatis noſtris in ſacrificio Miſſæ Doct. in 4. ſen.

i ¶ Natiuitas.] cap. te referente de celeb. Miſſ.

k ¶ Neceſſitas.] ſed quæro exemplum neceſſitatis? Reſp. vt ſi Parrochianus infirmus vellet communicari, nec eſſet reſeruata Euchariſtia in prima miſſa. Item quando in Eccleſia conſueuerunt duæ miſſæ celebrari, & presbyter qui debebat alteram celebrare, deficit, facit capit. cum creatura, de celebrar. miſſar. Item ſi ſuperueniret Epiſcopus, aut alia magna perſona, quam non deceret diem per tranſire ſine miſſa argumentum, capite primo de celebrar. Miſſar. Item in caſu capite ſufficit, de conſecratione, diſtinctione prima, notat. per gloſſ. & Doctor. in capite conſuluiſti, de celebratione miſſar. ſed aduerte, in omnibus caſibus, in quibus licet celebrari pluſquam ſemel, intellige, ſi prius non repicit vinum purificationis etiam in die Nat. Dom. pro hoc, quod not. in d. c. ſufficit & per Ab. in d. c. conſuluiſti, & in c. ex parte de cele. miſ. Et in hoc dicit, Hoſt. errare ſe vidiſſe magnos viros Falſa nõ eſt illa opi. quod quidcuid ſanguini Chriſti comiſcetur, ſanguis fit, inde c. ſufficit, & in d. c. ex parte.

Satis enim felix [a] est qui semel [b] dignè celebrat.

Presbyter tantùm debet exhibere Eucharistiã non inferior, nisi subsit necessitas. h. d.

Sed nec ab omnibus nec passim omnibus tantum sacramentum exhiberi docet: nam veluti solus sacerdos [c] illud conficit, ita etiã nemo præter eum exhibere poterit. Quod si presbyter aliter quàm per semetipsum infirmum, vel alium communicet, & Rhemensis Concilij dispositione, sui gradus periculo subiacebit. [d]

Necessitas non habet legem. h. d.

Permisit tamen Laodicense Concilium [e] si necessitas vrgeret, vt diaconus præsente presbytero, Eucharistiam iussus errogare possit.

Sacerdos constitutus in peccato mortali quo ad seipsum est suspensus, non quoad alios. h. d.

Immò & sacerdotes si qua criminali macula sese infectos: esse sentiant, ab huiusmodi exhibitione abstinere debent. [f] Quãquam si peccato mortali, vel minori excommunicatione illigatus celebret, & Sacramẽta conferat licet grauiter peccet, [g] nullam tamen irregularitatis [h] notam incurrit; &

a ¶ Felix.] cap. sufficit de consecr. dist. 2 c. te referente de celebrar. missar.

b ¶ Qui semel.] Et ideo Aug. quotidie celebrare nec laudat, nec vituperat cap. quotidie, de consec. dist. 2. Vnde ob difficultatem huius frequentationis statutum arctans sacerdotem ad quotidie celebrandum non valet. Quod est not. pro institut. benef. de quo per Abb. in c. significatũ de præb. & in ca. consuluisti, de cele. mis.

ANT. TIM. Quo ad verba D. Aug. lege ea in d. c. quotidie & hunc art. examinatum à S. Thom. par. 3 q. 80 art. 10. Nam circa vsum huius sacramenti duo possunt considerari, vnũ ex parte sacram. cuius vsus est semper laudabilis, & semper proficuus. Aliud ex parte mentis, in quo requiritur magna reuerẽtia, & deuotio, quæ non semper inuenitur in hominibus. Vnde defectus semper est ex parte hominum. Quid, si quis, inquit, se ad hoc quotidie paratum veniat? laudabile est quod quotidie sumat. Vide Diu. Bona. 4 sent. d. 12 par. 3 art. 2 qu. 2 & Alex. par. 4 qu. 11 memb. 1 art. 4 § 1. Alterum quod infert glos. est, quod statutum arctans sacer. ad quotidie celeb. non valeat, est opinio Abb. in d. c. consuluisti de celeb. mis. Cuius ratio est, quia difficile est, quod quis sit quolibet die ita dispositus, vt missam valeat celebrare, & nititur dispositioni text. in d. cap. significatum de præb. vti de illo, cui præbenda data est in ecclesia cum hac conditione: vt quotidie celebraret, ad interrogationem respondit Pontifex Alex. vt quanto frequentius potest, salua honestate, & debita deuotionem missarum solemnia celebret.

ALOYSIVS RICCIVS. Quotidie sacerdotes hodie pro populo sacrificare debent; sed semel tantum non pluries, nisi ex magna necessitate, vel in Natiuit. Domini h. d. pro cognitione huius § vide c. cum creatura de celebratione missarum Trid. sess. 23 de reformat. cap. 14. Sot. Syluest. & alij pœnes Scortiam, lib. 2 cap. 5 n. 8 vbi plura concernentia ad materiam habes.

Sed nec ab omnib. CASVS. Quidam fideles sciebant suum Parrochialem sacerdotem esse non tantum peccatorem, sed etiam criminali macula infectum, & propterea nolebant ab eo communicari, sed vel ab aliis sacerdot. vel eorum ordine à diacono quia dubitabant de vrrtute sacramenti ob inhonestam vitam sacerdotis, vnde fuit quæsitum quid iuris? solut. vt hic legimus: quia cui est concessa potestas antecedentis, dicitur etiam concessa potestas necessarij consequentis: nec obstat obiectio, quia gratia Dei non potest aliquo modo decolorari ob delicta ministri c. si iustus 1 q. 1. Not. primò quod officium sacerdotis circa hoc sacram. consistit, & in consecrando, & in administrando: Not. 2. bonitatem in sacerdote requiri de necessitate præcepti: vt præcipuè adnot. in d. capitulo, si iustus. Nor. irregularitas non causatur à quolib. crimine differẽter, licet inde oriatur suspensio quia à contrario suspensio etiam quoad alios causata irregularitatem postea producit iuxta cap. 1 de sent. excommunic. in 6.

c ¶ Solus sacerdos.] Contra eos, qui mentiuntur omnes Christianos in sacramen. ministrandis habere parem potestatem: quos anathematizat Conc. Trid. in 7 sess. cap. 10 de sacram. in genere.

ALOYSIVS RICCIVS. Presbyter tantum, debet exhibere Eucharistiam non inferior, nisi subsit necessitas hoc dicit pro intelligentia huius § nota, quod solus sacerdos, ritè ordinatus exclusa omni alia persona est minister huius sanctiss. sacramenti, vt fuit pluries de fide determinatum in Concil. Niceno can. 14 Lateranen. Florent. & sæpè alias, & nouissimè in Trident. sess. 22. capitulo 1 & can. 2 & sess. 23 can. 3 vbi damnantur Lutherus, & alij eius sectatores qui falso tenent, quod omnes baptizati siue mares, siue fœminæ, etiam pueri habẽt potestatem offerendi sacrificium sed est hæresis manifesta; quia hoc sacrificium conficit, & offert solus sacerdos, ex persona Christ, & per characterem sacerdotalem, solum recipit hanc facultatem, & proinde solus sacerdos, ritè ordinatus habet hanc potestatẽ, vt supradiximus, & habetur in Concilijs citatis, & post D. Th. 3 par. q. 82 art. 1 aliosque patres, & scholasticos probant Suar. tom. 3 in 3 par. disp. 82 Scortia d. l. 2 c. 5 num. 1 Reginald. l. 29 suæ prax. num. 15 & seqq.

d ¶ Subiacebit.] cap. peruenit, de consec. dist. 2.

e ¶ Concilium.] capit. præsente, dist 93. Et nota quod quando presbyter est præsens, non sufficit necessitas, sed requiritur etiam iussus, capitul. diacones, distinctione 93. sed presbytero absente sufficit sola necessitas. Et erit exemplum de ista necessitate, si tot sint, qui velint communicare, vt non possit presbytero omnibus sufficere, & idem intelligas de baptismo: vt not. in d. c. diacones.

f ¶ Debent.] Quia quo ad se ipsos sunt suspensi, cap. fin. vbi etiam not. de cohab. mul. & cler.

g ¶ Peccet.] Et ob id puniendus sit ad sui prælati arbitrium? vt not. in c. fi. de cler. excomm. vel deposito mini.

h ¶ Irregularitatis.] Capit. fin. de cler. excomm. mini.

Sacramenta ab eo collata virtutis effectu nõ carent [a] cum non à collatione, sed à participatione quam in sola perceptione consistit videatur esse remotus. [b]

Scænicis, & Histrionibus non est danda Eucharistia: pro cæteris autem maximè infirmis; semper debet esse parata. h. h.

Item [c] quamuis regulariter nullus etiam si quem Sacerdoti [d] peccatorem, & impœnitentem esse liqueat, [e] ab altari sit arcendus; scænicis tamen, atque histrionibus, [f] cæterisque personis huiusmodi quandiu tam detestandas artes exercuerint, sacra communio deneganda erit. Nec enim Euangelicæ disciplinæ congruit, vt pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami [g] contagione fœdetur. In cæteris prospiciet presbyter, [h] vt si quis infirmatus fuerit, ita Eucharistiam paratam habeat, vt nemo sine communione moriatur.

Sacramentum Eucharistiæ constat visibili forma veritate corporis, & spirituali virtute. Et in calice poni debet vinum aqua mixtũ. h. d.

Constat [i] autem Eucharistiæ Sacramentum visibili forma, veritate corporis, & virtute spirituali. Forma visibilis est panis, [k] & vini, vinum verò hoc loco intelligimus aqua permixtum; [l] nec enim in Calice Domini, aut vinum solum, * aut aqua sola offerri

a ¶ Non carent.] Quia à quocumque etiam criminoso sunt recipienda 15 q. 5 ca. fin. dum tamen toleretur 38 d. ca. consulendum fac. sup. de sacram. § pen. vbi no. & c. fi. de cler. excomm. mini. vnde sumitur.

b ¶ Remotus.] Dum modo non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, & c. vt in ca. fi. de cler. excomm. mini. Et de hac materia, sanctè ac copiosè statuit Concil. Trid. sess. 22 in princ.

Item quamuis. CASVS. Quidam scænici, & simil. publici peccatores volebant sumere hoc sacramentum Eucharist. ad idq. mouebantur, quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ac etiam videbatur Ecclesia tolerare publicas meretrices, & cum à sacerdotibus id denegaretur, fuit propterea quæsitũ quid iuris? sol. vt hic habetur quia cum venia non concedatur nisi correpto ca. peccati in regu. iur. in 6 de casu nostro ob perseuerantiam peccati non constat de correctione: & ideo nec obiectio videtur obstare, quia Ecclesia aliter iudicat homines quo ad forum poli, & aliter, quoad forum fori. Not. 1 Ecclesiam quamdam mala tollerare, sed non quoad forum animæ: Not. 2 Ecclesiam prouidere ne quis decedat sine hoc sacramento.

c ¶ Item quamuis.] Dixit qui possent exhibere, nunc quibus possit.

d ¶ Sacerdoti.) secus notoriè esset impœnitens 23 q. 5 c. placuit. & no. in cap. pro dilectione, de consec. d. 2.

e ¶ Liqueat.] Intellige hoc quando ille, quem sacerdos scit esse impœnitentem poscereet Eucharistiam in manifesto; nec enim sacerdos negando debet peccatorem prodere. Nam & Dominus noster Iudam impœnitentem communicauit, c. sicut Iudas de consec. dist. 2 & 1 q. 1 cap. Christus. sed si impœnitens in occulto peteret sacramentum, sacerdos conscius denegare debet, secundum Thom. in 4 sent. dist. 9 q. 5 & de hoc vide plene per Arch. Flor. in sum. in tit. de singulis sacramentis vers. quibus sit danda & per Nic. Plot. in 3 part. cap. 4.

f ¶ Histrionibus.] Intellige de his quis turpibus, & illicitis verbis ludunt; secus si honestis licet iocosis, quos audire non est peccatum mortale; vt not. in cap. donate dist. 86. Immò talibus potest dari aliquid pro mercede, secundum S. Th. 2. 2. q. 68 art. 3.

g ¶ Infami.] Tales enim sunt infames l. 2 § ait prætor. ff de his qui no. inf. fac. cap. pro dilectione, de consec. dist. 2 vnde sumitur.

h ¶ Presbyter.] Cap. presbyter. de consecr. dist. 2. Et de hoc nouissimè per Conc. Trid. sess. 13. cap. 6 sanguinem tamen sacerdotes seruare non præcipiuntur: quia opus esset nimia cautela in eo seruando; ergo ne fundatur, ad cautelam non seruatur, vt no. in d. c. presbyter.

Constat autem. In tota hac parte CASVS. ita figurari potest; quidam sacerdos non his vinum nec panem volebat in alia materia consecrare: quod quidem putabat esse licitũ, qa virtus Dei non est certis rebus alligata, c. debitum de baptis. vnde fuit quæsitum quid iuris? sol. vt hic legitur. certa autẽ decisionis ratio assignari commodè nequit, cum sacramenta nouæ legis sint instituta à Christo, & ideo standum est institutioni præscriptæ quoad omnes, ꝑꝑ q̃. institutionem, nec est obiectio vi aliquid cõcludare, cum præcipuè in huiusmodi materiis ad constitutionem Eccles. & ad Ecclesiam sit recurrendum si alioque dubium oriretur. Not. 1 hominem vniri cum Deo ꝑ corporalia, & inde cognoscimus quanta sit bonitas diuina erga hominem. Not. 2 excellentiam huius sacramenti, & propterea quantum excedat alia.

i ¶ Constat.] c. cum Matth. vers. distinguendum est. de celebr. miss. & vide de hoc, & quæ sequuntur per Conc. Trid. sess. 13 cap. 1 & seqq.

k ¶ Panis, & vini.] vt in c. 1 & in c. in sacramento de consec. d. 2 & per totum, & c. cun. Matth. de celeb. miss.

l ¶ Aqua permixtum.] c. 1 & c. 2 & in sacram. de consec. d. 2 & per totum, sed quid si sacer. per obliuionem omisit aquam, vel è contra omisit vinum, & potuit aquam, an conficiatur sacram. prolatis verbis canon. Resp. vt not. per Ab. post alios in c. cum Marthæ. in fi. de celeb. miss. Et vide prolixè de hoc in c. cum omne, & c. in calice & per tot. de consecr. dist. 2.

* Vinum solum.] Namque vino aquam à Domino admixtam fuisse cum sanguinis sacramentum instituit Conciliorum auctoritate, & sancti Cypriani testimonio comprobatur; cap. sic in sanctificando, & cap. non operat. de cler. dist. 2 scripserint tamen Theologi posse etiam sine aquæ immixtione verum sanguinis sacramentum confici, cap. scriptura, & dist. 2 vbi autem maior, aquæ copia quam vini adhiberetur sacramentum non conficeretur Angel. & Syluester in verb. Eucharistia. SOLIER.

DE EXTREMA-VNCTIONE.

CONtinuatur tit. iste prout legimus in princ. eius: vel dicas secundo cum hoc sacram. sit vltimum inter sacramenta necessaria propterea vltimo loco, & sic in hoc tit. explicatur; Diuiditur autem in 3. part. in prima continuatur hæc materia: in secunda eadem explicatur in 3 proponitur de quo in sequen. sit tractandum: secunda ibi, sciendum est: tertia ibi postquam.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro generali intelligentia huius tituli sciendum est, primò quid sit extrema-vnctio, secundo vnde dicatur, tertio quæ est eius materia, quarto quæ eius forma, quinto quibus dandum hoc sacramentum.

Quo ad primum extrema vnctio, est sacramentum nouæ legis, à Christo Domino institutum, vt sacra vnctione, & oratione Sacerdotis in certis partibus corporis infirmi, probabiliter periclitantis de vita, corporis, & animæ efficiatur saluus, vt latissimè post varia concilia, & patres probat Suarez disput. 39. sect. 1 & 2 Maldonat. de extrema vnct. q. 1. sed satis est determinatio Trid. sess. 14. de sacramento extremæ vnctionis can. 1 his verbis. Si quis dixerit extremam vnctionem non esse verè, & propriè sacramentum à Christo Domino nostro institutum, & à B. Iacobo Apostolo promulgatum; sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum anathema sit. Nam per vnctionem, materia, & forma sacramenti ostenditur, & etiam ceremonia: sic etiam prohibetur, ne quis ex fidelibus sine sacramento extremæ vnctionis decedat, cùm nec ipsa necessaria sit ad salutem, vt docet Concil. Trid. sess. 14. de extrema vnct. can. 2 his verbis. Si quis dixerit sacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec leuare infirmos, nec confortare, non esse amplius curandum, quod ad Presbyteros Ecclesiæ adhibeantur, ad eum modum quo in Rubrica Matthæi de celebratione missæ præscribitur, anathema sit. Quæ omnia ex Concilio Tridentino, & ex Apostolo Iacobo, qui dixit: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit remittentur ei. Quod latiùs prosequuntur Auctores citati.

Quo ad secundum dicitur extrema vnctio tum quia datur hominibus existentibus in extremis, tum etiam quia inter sacras vnctiones quas Christus Ecclesiæ suæ commendauit hæc vltima sit administranda, siquidem baptizatus vngitur in vertice vnctione sacra, secundo confirmatus vngitur in fronte ab Episcopo conferente sacramentum confirmationis, tertio sacerdos dum ordinatur vngitur in manibus, quarto episcopus dum consecrat vngitur in vertice, quinto infirmus vngitur in extremis, & ideo dicitur extrema vnctio.

Quo ad tertium dicitur extrema vnctio, quia vngitur in extremis partibus corporis, vt in oculis, auribus, naribus, ore, manibus, pedibus, renibus, & hæc est materia huius sacramenti, vt habetur in cap. 1 de extrema vnct. & in cap. 2 eiusdem tit. & in cap. 1 de consecr. dist. 2 & in cap. Cum Marthæ de celebr. miss. & in cap. Ecclesiarum dist. 11 & in cap. Sicut enim de consecr. dist. 2 & in cap. Sanguinis eiusdem dist. & in cap. Vtrumque de consecr. dist. 2 & in cap. Quia passus eiusdem dist. & in cap. Hoc sacramentum de consecr. dist. 2 & in cap. Corpus eiusdem dist. & in cap. Cum pluribus eiusdem dist. & in cap. Consuetudo eiusdem dist. & in cap. Sacramentum eiusdem dist. & in cap. Secundum eiusdem dist. & in cap. Tertium eiusdem dist. & in cap. Sed primum eiusdem dist. & in cap. Secundum eiusdem dist. & in cap. Tertium eiusdem dist.

DE EXTREMA VNCTIONE.

TIT. VII.

Ponit continuationem, h. d.

HActenus loquuti fuimus de his Sacramentis, quæ ad ingressum, [a] & ad progressum [b] in Ecclesia comparata sunt, consequens nunc est, vt de ijs videamus, quæ propter egressum [c] ab Ecclesia sunt constituta.

Extrema Vnctio exhibetur his, de quorum morte dubitatur, h. d.

Materia vero proxima est ipsamet vnctio, facta infirmo oleo sacro, & sic per ipsam vnctionem fit sacramentum cum debita forma, & intentione Ministri, quæ vnctio siue fiat per modum Crucis, siue quouis alio modo non interest: nec quia adest determinatio Concilior. nec traditio Ecclesiæ, nec aliquod præceptum, ecclesiasticum, vt fiat signo Crucis, prout est in sacramento confirmationis, & sic satis est quocunque modo fiat vnctio sacra: tutius tamen est & magis pium fieri per modum Crucis, quia sic est communis vsus ecclesiæ, vt post gl. in c. nunquid de consecr. dist. 5 Syluest. & alios, quos probat Suar. d. disput. 40 sect. 2 n. 3.

Quo ad quartum forma sunt illa verba sacerdotis ad singulas vnctiones, videlicet per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid per visum peccasti, vt habetur in Trid. sess. 14 hoc tit. c. 1 in fin. post alios Suar. d. disput. 40 sect. 3 Reginald. d. lib. 28 num. 54 & ideo omnis alia forma, quæ eundem sensum haberet, esset apta forma. vt prosequuntur citati Auctores, & latissimè Maldon. d. q. 1 § denique in nonnullis antiquis, vbi alias formas refert, & in omnibus vnctionib. eadem est forma mutata tamen parte qua inungitur cum, ſi. vnguntur oculi, dicitur *per visum, quando aures*, dicitur per auditum, quando nares per odoratum, & sic de alijs, his, ſi. omnib. modis communiter peccatur, & peccari solet, & consequenter meritò his partib. applicatur medicina, vt docet D. Thom. communiter receptus in 4. dist. 24. q. 2 art. 3 quæstion. 2 post alios Suar. de sect. 3. Verum non omnes prædictæ vnctiones sunt de essentia huius sacramenti, quia vna sufficeret, ex quo adimpleretur, quicquid per hoc sacram. percipitur vt infirmus vngatur oleo. At ex præcepto Ecclesiæ docent D. Thom. loco cit. Suar. d. n. 8 Reginald. vbi supra, solum omitti possunt duæ vnctiones in pedibus, ac renib. quæ omittuntur in fœminis, propter honestatem, & sic contrarium faciens grauiter peccaret, si partes quinque sensuum non vngeret, vt locis citatis habetur, est etiam notandum quod per primam vnctionem si non ponatur obex ex parte recipientis remittuntur omnia peccata: Nam Deus non dat veniam dimidiam, attamen seruanda est forma, & consuetudo Ecclesiæ, quæ per tales vnctiones deprecatur Deum pro remissione omnium peccatorum, quæ quouis modo infirmus commisit.

Quo ad quintum sacram. extremæ vnctionis datur fidelib. eo tempore, quo sunt sui compotes, & cognoscere possunt quid circa eas agatur, & ad deuoticnem, & fiduciam valeant excitari per hoc sacram. ita D. Th. loc. cit. Debetque esse fidelis, & capax rationis, & non in malo statu, & etiam, vt sit in periculo vitæ nec aliter cõferri põt, & licet disputent DD. an B. Virgin. datum fuit, & dari potuit hoc sacram. Verior opinio affirmat: quia licet non potuit in ea tollere peccatorum reliquias, cum eas non habuerit, nec etiam tenenda erat à diabolo, ex quo confirmata erat in gratia, tamen augmentum recipere poterat, & etiã roborari in hoc si per dæmones passura fuisset tentationes ita Alb. magnus D. Anton. & alij quos probat. Vasq. to. 2. 3 p. disp. 119 Aduerte tamen quæ non põt dari perpetuo amentibus: quia sicut non sunt capaces pœnitentiæ; ita nec extre. vnct. quæ est sacram. consummatiuum pœnitentiæ. Etiã quia non põt animam infirmi alienare, & confortare excitande in eo fiduciam diuinæ Misericordiæ, & sic de alijs, quæ esse nequeunt in eis qui carent vsu rationis ita ex cõi, & vera snia probant Suar. to. 4 disp. 42 sect. 1 & sic etiam pueri non indigent hoc remedio, & sic eis non confertur hoc sacram. adultis nec etiam dari põt dum sani sunt, & si de facto eis daretur, non valet collatio: quia est sacram. morientium, & sic illis tantum datur qui habent vsum rationis, & sunt in probabili periculo mortis D. Th. in add. ad 3 p. q. 32 art. 2 Nau. c. 22 n. 13 Camarot. tract. 10 de extr. vnct. c. 5 dub. 3 vt non sit expectandus 14 ann. sed datur eis cum primum deuotè suscipere possunt, & sic damnatis ad mortem non datur extr. vnct. quia sunt sani corpore, & vt violenter occidantur. Nec etiam bellaturis, aut nauigaturis cum probabilis mortis periculo quia sani sunt corpore, & morte violenta pereunt, & in hoc omnes conueniunt. Sic è contra si per violentiam incidissent in morbum, & iam sint in loco, vbi põt eis hoc sacram. ministrari; vt quia lætale vulnus acciperint, põt eis hoc sacram. administrari; quia verè ægrotant, & per accidens est causam ægritudinis fuisse violentam, & in hoc omnes DD. conueniunt, vt post Nauar. c. 22 n. 13 & alios prob. Suar. d. disp. 42 sect. 2 n. 6 Regin. li. 18 n. 68 Camarot. d. c. 5. dub. 2 si tamen infirmus careret peccat. actualib. posset ei dari hoc sacram. quia satis est, vt peccare potuerit, ita post alios quos probat Suar. d. sect. 2 n 8 & seq. vbi varijs rationib. hoc probat; notat etiam Regin. loc. cit. n. 69 & sic datur adulto in articulo mortis baptizato, quia insunt ei in agno certamina, & sic virib. indiget, quæ dantur ei per hoc sacramentum, vt per Palud. Sylu. & alios, vt per Camarot. tractatu 10 de extrema vnctione cap. 5 dub. 3.

Hactenus. CASVS non figuratur. Not. tamen quod rectus ordo docendi est, vt victima coniungantur primis, & è contra. *Io. Bap.*

a ¶ Ad ingressum.] Vt est baptismus.

b ¶ Ad progressum.] Vt est confirmatio, pœnitentia, Eucharistia.

c ¶ Ad egressum.] Vt est extrema vnctio. Sed cum

vnicum sit Sacramentum ad egressum, cur de eo plurali numero loquitur, contra. l. vbi numerus, ff de testi? Fortè respectu multiplicis vnctionis quæ fit in varijs locis. Sic alias licèt ordinis Sacramentum sit vnum, tamen de eo loquimur numero multitudinis: quia plures sunt ordines: vt legitur & not. 1 q. 1 c. remissionem §. sed notandum. Et hoc videtur de mente Flo. Archiep. hoc eo. tit. in prin. Dum dicit, quod licet sit vnicum sacramentũ tamen sunt plures vnctiones Vel fortè posuit numerum pro numero: propter antecedentem pluralem locutionem. Vel quia iterari possit, vt habetur in c. presbyteros, dist. 95 & supr. de sacram. § rursus. Videtur quod ad eam adaptari possit pluralis locutio.

Sciendum igitur, grauiter ægrotantibus; [a] & de quorum morte * probabiliter timeri potest, certas corporis partes [b] sanctificato oleo [c] à presbyteris [d] ex institutione diuina [e] inungi debere. Quæ quidem inunctio non minus [f] interius animæ, quam exterius corporis sanitatem operatur, [g]

Duæ sunt species Vnctionis exterior, & interior, h. d.

Sunt enim vnctionis duæ species, [h] Exterior, quæ materialis, & visibilis, & interior quæ spiritualis est, & inuisibilis.

Io. Bap. Sciendum est. CASVS. Quidam fideles nolebant hoc sacrmentum aliter accipere, quia putabant ipsũ non esse necessarium cum recepissent alia præcedentia piè, ac canonicè & præcipuè ob sacramentum Euchar. in quo adest Christus, vt de fide habemus; quidam verò alij singulis diebus ipsum recipere cupiebant cum in sacris literis habemus, quod nescimus diem, neque horam, vnde dubitatum fuit quid de iure sit tenendum: Sol. vt hic habetur, quia gratia pôt augeri, vt supra vidimus, & quando fidelis reperitur constitutus ob ægritudinem in probabili mortis periculo maiori indiget auxilio, & ideo prima obiectio non obstat, nec etiam secunda: quia Christus operatur secundum ordinem à se datum, licet tali ordini non sit alligatus: No. primò secundum qualitatem indulgentiæ humanæ datum esse remedium: Not. secundo remedia diuersa homini data directè non habere locum post mortem eius.

a ¶ Grauitate ægrotantibus.] Et propterea appellatur extrema vnctio; quia confertur constitutis in extremitate vitæ, vt statim subditur. Sed numquid conferri poterit hoc sacramentum propinquis morti ex alia causa, quàm ex infirmitate naturali: puta suspendendis, vulneratis? Resp. non, secundum Scotum in 4 dist. 13. Nisi tamen quis vulneratus in longam infirmitatem incidisset. De quo per Nic. Plo. in suo tract. de sacram. in 5. par. cap. 1 vbi & alia. Item vide per Archiepisc. Flor. hoc eod. tit. verſ. quibus debet dari. Et quod dicit, ægrotantibus, adde & pœnitentibus, c. illud dist. 93.

* De quorum morte.] Modo tamen sint ægroti verba enim Apostoli Iacobi hoc Sacramentum ægrotis quamuis in periculo mortis constitutis dumtaxat, non etiam sanis conferendum demonstrant. Rationem assignat Nauarrus in summa cap. 22. §. 5. quia his, qui vel vi morbi, vel magna ætate paulatim deficiunt, veluti iudicij defectum patientib. propter magnam sensuum debilitatem, hostis generis humani acrius insidiatur, & insultat quam ijs, qui morte violenta cadũt cum iudicio integro decedant. SOLIER.

b ¶ Partes.) Id est, locis & organis quinque sensuum, scilicet in oculis propter visum: in auribus propter auditum; in naribus propter olfactum; in ore propter gustum; in manibus propter tactum inunguntur tamen à quibusdam renes, vel scapulæ ob vim appetitiuam, & pedes ob vim motiuam. Sed hæc postrema non sunt de necessitate, vnde in eis seruabitur consuetudo ecclesiæ; vt per Archiep. Flor. in sum. eo. titul. verſ. in quibus partibus. Quid si aliqui mutilati sint in illis organis? Resp. debet fieri inunctio in partibus magis propinquis ad organa amissa. Sed quid si quædam membra numquam habuit. Puta quod sit cæcus natus. Videtur quod omitti possit inunctio in illo loco, quia per visum numquam delinquit, vel secundum Archid. pôt dici, quod cum peccatum essentialiter sit in voluntate non in sensu, cæcus natus dicitur per visũ cæcus natus, non secundum operationem imperatam, sed elicitam; quia fortè concupiuit videre inordinatè, & de hoc sacram. vide per Conci. Trid. sess. 4 per tot. in 2. part.

c ¶ Sanctificato oleo.] Scilicet oliuarum; non autem nucum, vel lauri; vt latè per Archiep. Flor. in sum. hoc eo. titul. verſ. materia. Sed quid si quis non habeat oleum, & inungit chrismate an teneat inunctio? Resp. vt not. in c. presbyteros, dist. 93.

d ¶ Presbyteris.] An idem licebit Episcopis? Et non videtur argum. l. cum prætor. ff de iudi. Tu dic contra c. illud dist. 93 & quod hic dicit, presbyteris, fit expressio gratia maioris frequentiæ, quo casu non procedit argum. l. cum prætor auth. cass. & irrita, C. de sacrosc. eccles. c. 1 vbi Ab. de iniur. Item licet hic plurali num. loquatur, tamen in casu necessitatis vnus sufficiet, cap. quæsiuit vbi no. Abb. de verbo. signif.

e ¶ Institutione diuina.] Bene diuina institutione. Nemo enim potest instituere sacramenta, nisi Dominus Iesus Christus, vt sup. de sacramentis, § illud, quod est contra eos, qui dixerunt, quod Iacobus Apostolus instituit hoc sacramentum cum in c. 5 suæ epistolæ dicit; infirmatur quis in vobis, &c. Cum nullus Apostolus potuerit instituere sacramentum, sed benè publicare institutum quod in hoc sacramento patet; cum ante epistolã Iacobi videatur de eo constare; vt Marci 6 vbi dicitur quod vngebant Apostoli infirmos, & sanabantur, vt latè traditur tam per Nic. Plo. in suo tract. de sacrament. in præfatione quintæ partis, quam per Archiep. Flo. in sum. eiusdem tituli in princ. & de hoc vide nouissimè per Conc. Trid. sess. 15 c. 1 & c. 3 & c. 4.

f ¶ Non minus.] Immo principalius, cum enim duo sint huius vnctionis effectus, sanitas animæ, & sanitas corporis. Prima est principalis. Secunda accessoria. Et inde est quod ex hoc sacramento non semper sequitur corporis sanatio: quia illa non conceditur, nisi quatenus conferat spirituali sanitatis; vt N. c. de Plo. in suo tract. de sacram. c. 5 quintæ partis, & per Archiepisc. Flor. in sum. eod. tit. verſ. effectus, vbi latè & aliquid per Abb. in c. 1 de sacr. vnctio.

g ¶ Operatur.] Nam quemadmodum ob peccatum citius præsumitur quis mori c. quia fronte, vbi not. extr. de appell. c. cum infirmitas, extr. de pœn. & remiss. sic ob perceptionem sacramentorum, in quibus dimittuntur peccata credendum est. quod recuperet sanitatem, cum contrariorum eadem sit disciplina.

h ¶ Duæ species.] Cap. 1 in prin. de sacr. vnct. in prin.

a ¶ Cor

Exteriore visibiliter inungitur corpus. Interiore inuisibiliter cor inungitur.[a]

Nomen debet esse consequens rei. h. d.

Hæc quòd in extremitate vitæ constitutis exhiberi consueuit, meritò extremæ vnctionis nomen [b] est sortita.

Magis dignum trahit adse minus dignum. hoc dicit.

Sanctificatum aũt oleum hoc loco accipimus, non modo, quod ipsum totum consecratum est, sed etiam quòd est consecrato admixtum.[c]

Transitum facit ad sacramenta Voluntaria. hoc dicit.

Postquam hucusque de ijs Sacramentis, quæ quoquo [d] modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquum nunc est vt de ijs loquamur, quæ dignitatis [e] sunt, & voluntatis. [f]

DE SACRAMENTO, ordinis.

TIT. VIII.

a ¶ Cor inungitur.] Locum ponit pro locato: quia pro corde animam intelligit: quæ sedem habet in corde. Vel fortè ideo facit cordis mentionem: quia non fructificat vnctio in anima, nisi ex corde. & voluntate procedat, facit illud Euangelii, non quod intrat & c. ex corde autem procedunt & cap.

b ¶ Nomen.] Quod rei debet esse cõsequẽs.

c ¶ Admixtum.] Quia sacrum tamquam dignius trahit ad se non sacrum cap. quod in dubiis de consecr. Eccles. vel altar. & 14 qu. 2 cap. non æstimemus. fac l. quæ religiosis, ff de rei vend. leg. si alienif de solut. argum contra in cap. ex literis de iur. patr. Et quod hic dicitur oleorum commixtione, non habet locum, si vinum commisceatur sanguini dominico: quia vinũ admixtum non transit in sanguinem. De ratione differentiæ per Abb. in c. quod in dubiis & facit. no in cap. presbyteros, d. 93 in cap. cum Marthæ. de celeb. missarum

d ¶ Quoquo modo.] Hoc ideo dicit, quia nõ sunt necessitatis, necessitate præcisa, adeo quod nullo casu saluari quis possit sine illis; sed quia sunt necessaria qãdo potest quis ista consequi, nec potest quis illa omittere sperando, & de industria & volũtate, & fac. capit. debitum. de baptismo capit. Apostolicam. de presbyteris non baptiz. & capit. sæpe vicem & capit. cathecumenum de consecrat. distinctione quarta, & sup. de baptism. § sed quamquam, & capit. qui vlt. de pœnitent. distinctione sexta de pœnit distinctione prima cap. quis aliquando versic. votum pro opere, & supr. de pœniten. § sed etsi.

e ¶ Dignitatis.] Referas ad ordinem solum, qui appellatur sacramentum dignitatis, quod non nisi dignis dignè & à dignis conferri debeat cap. remissionem § sed notandum, & 1 quæstione 1 capite si quis Epist. § ecce.

f ¶ Voluntatis.] Referas ad vtrumque, scilicet tam matrimonium, quam ad ordinem.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

CONtinuatio, quæ habetur suprà tit. proximo. § fin. demonstrat quod auctor modo incipit tractare de sacramentis voluntatis, sed quoniam sacramentum ordinis est dignius ratione potestatis, Ideò proponitur nunc tit. iste, in quo ipsum explicatur: diuiditur autem tit. iste in 3 part. in 1 adnot. quæ sint sacramenta voluntatis: in secunda describitur ordo in tertia proponitur de quo in seq. sit tractandum: secunda ibi, est autem: tertia ibi, vnde, & cum in toto isto tit. casus figurari non posset propterea solum est adnota. 1 quod cùm ista duo sacram. sint voluntatis, ideo ad ea nemo directè cogi potest, dico directè ob id quod legimus in capitul. 1 de ætat & qualit. ordin. cum simul. Not. 2 quod ex deffinitione ista posset dubitari, an prima tonsura etiam secundum canonist. sit ordo. qui si accipitur large, dubium videtur solutum, quia primo tonsuratus, videtur aliquod officium habere, iuxta cap. psalmista, distinct. 23

ALOYSIVS RICCIVS Pro huius tituli intelligentia videda sunt primò quid sit ordo: secundò, quid sit eius minister: tertiò, an requiratur de essentia quod ordinatus tangat instrumentum sibi porrectum: quartò quæ ætas requiratur in vno quoque ordine: quintò, quibus temporibus possunt ordines administrari: sextò quæ scientia requiratur in vnoquoque ordine: septimò & vltimo ad quę officia diuina tenentur ordinati.

Quo ad primum ordo est sacramentum, quo potestas spiritualis significatur, & traditur in ordine ad sacrosanct. Ch. corpus consecrandum Sot. de Iust. & Iur. in 3. 24 distin. aliás definitiones ponit Silu. ordo in princ. & Nauar. c. 22 nu. 17 vbi quod ordo est sacramenta: administrantium habitudo legitima cuique ratione ministerii sui conueniens, aliasque ponit Mag. 4 dist. 24 vbi quod ordo est signaculum Eccl. per quod spirituał. potestas traditur ord.

Quo ad secundum respondetur quod 1 solus Eps ex offi est huius sacramenti minister 5 Conc. Trid. sess. 23 can. 4 secundo Ab. habent á Iure primam tonsuram, ordines quæ minores conferre tertiò. Epi quicumque proprij tantum titulares hæretici etiam degradati depositi interdicti excommu. suspensi irregulares si de facto ordinare attentauerint licèt mortaliter peccent, ordines vtique conferunt Sylu. verb. ord. 3 q. 1 & 6 Vict. n. 236 Sot. 4 dist. 25 qu. 1 art 1. 4 sacerdos simplex ex commissione Papæ ordines minores conferre poterit Couar. lib. 1 var. resolut. c. 10 num. 10

Quo ad tertium dicas affirmatiuè Pal. d. 24 q. 1 pro quo facit text. in c. subdiaconi cum tribus seq. 23 dis. vbi habetur quod subdiac. accipiat libtum similiter alii alia instr. Intantum quod sylu. d. verb. ordo 2. q. 5 vers. 3 dixit. indubitanter esse tenendum quod tactus sit essentialis & hanc opinionẽ ait probabiliorem sot. 4 dist 4 q. 1 art. 3 vers. vnum autem seq. Nauar. c. 22. nu. 17 Ego autem in re tam graui, in qua eius illa iura dicunt accipiat de manu. Episcopi non auderem á cõe cum D. Tho. & alijs recedere manu quia omnes dicunt securius esse tangere.

Quo ad quartum dico, quod licet de iure antiquo per multa iura quæ citat sylu. & sot. sup. aliter fuerat de ætate cõst, núc aũt Iure nouo per sacr. Conc. Tri. inst.

sunt multa hoc modo videl. quod seruetur antiquum. Ius quoad primam tonsuram, in quo septennium requir Eccl. & in primis trib. min. ord. 11 Acolito autem requir. 12 ann. vt ex ea. singuli 77 de probat. Ang. Sylu. & Armil. verb. ætas num 6.

Quo ad subdiaconatum requir. olim decem. & octo, annor. inchoatur ætas, in diaconatu viginti, presbyteratu viginti quinque colligunt ex hoc omnes sumistæ ex clem. generalem de ætat. & qualit. ordin. hodie sunt per Conc. Trid. sess. 23 de reformat. c. 12 nullus ad subdiaconatum ante 22 Diconatum ante 23 ad Sacerdotium ante 25. annor. inchoatum promoueri potest, test, quæ habent locum quoad regulares etiam mendicantes omnibus suis priuilegiis quoad hoc in totum sublatis.

Quid sit ordo. hoc dicit.

VOluntatis sacramenta sunt (vt paulò ante [a] exposuimus) ordo sacer, & matrimonium. Est autem ordo [b] nihil aliud, quam signaculum quoddam [c] Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas [d] traditur ordinato, de cuius speciebus, differentiis, & gradibus, satis videtur superiore libro [e] di-

Quoad quintum distinguas, quod aut loquimur de Papa, vel Episcopo, aut de maioribus ordinib. si loquitur de Papa dic. quod quolibet anni tempore quemlibet ordinem administrare pôt, & rom. est clara quia est supra Ius Canon. & consequenter illud alterare mutare irritate, & in omnib. dispensare pôt, quæ ex ipso Iure sunt determinata côis omnium catholicorum sic et Papa pôt dispensare vt quilibet ordinand. à quolibet Episcopo extra tpa ordinetur, vt quotidie videmus, ergo melius ipse si verò loquimur de Episcopo dicas quod de iure ordines sacros sex anni dieb. tm̃ conferre pôt videlicet in sabbato quatuor temporum, & in sabbato ante Dominicam Passionis, & in sabb. sancto, vt per Conc Trid sess. 24 c. 8 Ang. verb. ordo 4 n. 2 sil. eo verb. ord. q. 6 not. Ab. & Menoc. in c. literas de tẽpor ord.

Et Episcopus potest qualibet Dominica & Festo de præcepto ordines minores conferre ad text. cum glo. in c. de eo de tempor. ordin. Nauar. ca. 25 nu. 71 sed quæritur num. Epus possit 4 min. ordines, & subdiaconat. simul conferre eod. die, negatiuè Resp. vt per Host. & alius relatos ab Angel. in verbo ordo q. 7 sot. 4 dif. 23 q. 1 art. 4 vers. 3 pôt quod verum est de iure Sed fal. ivbi contraria seruatur consuetudo poterunt simul conferri omnes Couar. loc. cit. dicens hanc consuetudinem non esse à Concilio Tridentino sublata.

Quo ad sextum tamen de hoc agi in S. Conc. Trid. sess. 23 c. 24. 11 & 13 & 14 & latissimè in conc. 4 Mediol. sub. Cardin. Borromeo vbi multa poterunt videre q̃ quis quasi impossibile est in totũ seruari posse omitto in particulari tractare vnusquisq; enim Prælatus Iudicabit in suo Episcopatu quid sibi oporteat facere secundum abundantiam, penuriamve ordinandorum, quos in Christo Iesu hortu, vt videant quos elegerint ne si cæci cæcis ducatum præstent omnes in foueam cadant.

Quoad vltimum scil. ad quæ offi. diuina, vel hora. Canon. teneantur ordinati dico ordinatos in duplici esse differentia quidã enim sunt beneficiati, & alii nullũ habentes beneficium nunc ergo sic beneficium quodcumque Ecclesiast. curatum simplex, vel Cappellaniam collatiuam habentes etiam si tantum primam tonsuram habeant quod etiam in Curato verificari potest, qui intra annũ vnum posset esse sacerdos tenetur ad offi. diuinum, vt tenent omnes infra si autem nullum benef. habent (quidquid olim fuerit 1 tonsura & etiam quatuor minoribus initiati ad nihil tenentur ordinum ratione subdiaconus aũt, & super nullum habens beneficium tenetur rõne sacri ordinis caritatem ordini annexam seruare, horas canonicas dicere, côis omnium vide maximè Sot. de Iust. & Iur. li. 9 q. 7 art. 2 Nauar. c. 25 n. 97 & 108 Cord. in tract. de casib. q. 186 vbi latè de beneficiat. & qui hẽt Cappel. institit. à testatore sine collatione facta ab ordinario, vel elect. in bona spiritual. nõ tenet. rõne dictæ capell. simplicis horas recitare vt benè declarat Cord. sup. qualiter autem habens pensionem teneat. dicere offi. paruum B. Mariæ Virg. tradj Nauar sup. ex motu proprio Pij V.

Quæritur tamen pro cõplemento totius materiæ an ille qui habet ita tenue beneficium quod non sufficit ad eius substentationem teneat. dicere offi. qñ alia rõne non tenet. q̃ propter benef. Ang. Armil. Couar & alii quos refert. & seq. Nauar. c. 25 n. 102 & Cord. in tract casuum q. 186 tenent. tenuitatem beneficij non excusare sot. in l. 10 de Iust. & iur. qu. 6 art 3 sot tenet talem non teneri, si quantitas non excedit summam octo aureorum scutorũ.

* Dictis ab Aloysio Riccio addè ordines seruatis vnius anni Eccles. interstitiis concil. Trid. sess ant. super dispensat. à suo Episcopo in propria diœcesi, si sacr. sunt aut in aliena de diœcesani consensu esse conferendos glosl. singularis in clem. vnica de priuileg. nulla tamen incurritur irregularitas aut censura ex inobseruatione interstitiorum quia in iure nulla exprimitur quamuis alias Sixtus V. per suam constit. quæ incipit sanct. & salutare interst. seruanda præceperit sub pœna suspensionis & irregul. quia côstit. huiusmodi fuit postmodũ à Gregor. XIII. renoc. & res ad terminos iuris communis redacta teste prola in praxi Episcopali in verb. ordo. SOLIER.

a ¶ Paulò ante.] Supra de sacram. tit. generali, § 1 fac. cap. veniens, & quod ibi not. de transactio.

b ¶ Est autem ordo.] Istam definitionem posuit Magist. sentent. in 4 dist. 24 quæ côiter recipitur, vt per Archiepiscop. Flor. in summ. hoc eod. tit. in princip. & per Nic. Plo in tract. de sacram in 6 parte cap. 1.

c ¶ Signaculum quoddam.] Declara: secundum Petr. de Palu. quem sequitur Archiepisc. Flor in summ. eod tit. quia in collatione cuiuslibet ordinis adhibetur aliquod signum visibile, per quod vnus ordo ab alio distinguitur: puta clauis, liber, calix, & similia. Et de hoc sacram. varie astruimur nouissimè per Conc. Tri. sess. 23 d ¶ Spiritualis potestas.] Per hoc verbum designatur differentia, quæ est inter char. bapt. qui est in potentia passiua & char. ord. qui est in potentia actiua. Cum enim potentia sit nomen côe ad actiuam, & passiuam potentiam: potestas importat actiuam tantũ Arch. Flor. in summa, eod. in princip. Item per hoc verbum demonstratur, quòd prima tonsura non est ordo, cum per eam nulla tonsurato conferatur potestas: sed solum capacitas ad ordines, Et secundum Pet. de Pal. est quædam dispositio congruitatis ad ordines, sed necessitatis respectu beneficii & iurisdictionis Ecclesiasticæ quæ non cadunt in laicum, vt late per Archiepisc. d. loco. Nec ob c. cum contingat ext. de ætate, & qualitate, quia ibi ordo accipitur large: put. dicimus regularib. quod sunt ordinis S. Francisci, vel S. Dominici, adsciti in capitulum illorum Monasteriorum. Sic tonsuratus tantum deputatur inter clericos solum ad chorum sine speciali officio.

e ¶ Superiore libro.] A titulo de iure personarum

vsque ad titulum de præbendis exclusiuè, latissimè per Archiepiscopum in summa eodem tit. cap. 16 & per Nicol. Plot. in suo tractatu de sacramentis in sexta parte.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

ALterum voluntatis sacramentum est matrimonium, ideò de eo est videndum iuxta § 1 in fin. supr. titul. proximo, cæterum cum tractare de matrimonio contingat dupliciter primò in communi, secundò in specie, & primus modus secundum ordinem doctrinæ debeat præcedere, ideò præponitur hic titul. iste 3 qui diuiditur in 4 par. in prima habetur definitio matrimonij, in secunda eiusdem excellentia: in tertia adnota. eius bona: in quarta demonstratur ex quibus constat: secunda ibi, & meriti, tertia, ibi consequuntur: quarta ibi, initiatur.

ALOYSIVS RICCIVS. Ad intelligentiam huius tituli prius scire debes, quid sit matrimonium? secundò vnde dicatur: tertiò vocetur ne aliis nominibus: quartò, quotuplex sit: quintò, inter infideles sit ne matrimonium.

Quo ad primum scias quod matrimonium est viri, & mulieris materialis coniunctio, inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, vt habetur in capitul. illud in fin. de præsumptionibus, & in Catechis. Roman. hoc tit. nu. 3 quæ quidem continet in se quatuor causas scilicet causa efficiens, remota supponitur quia Christus hoc Sacramentum instituit, vt docet Molfes. capit. 4 in summa, num. 9 & 29 coniuges verò sunt causa efficiens proxima matrimonij, nam ipsi coniuges per mutuum consensum se coniungunt, & sunt etiam res, quæ coniunguntur in matrimonio, & consequenter, consensus ipsorum est materia, vt autem verbis, exprimitur est forma, vt in citatis locis habetur.

Dicitur ergo primò, coniunctio quia in hac coniunctione consistit essentia matrimonij, quæ quidem coniunctio oritur, ex mutua traditione coniugum, vt post D. Th. Ledesm. & alios plures notat. Sanchez, disp. 1 n. 6 Reginal. l. 31 suæ prax. n. 2 & seq. maritalis.

Dicitur, ad differentiam aliarum coniunctionum, siquidem datur coniunctio ad bellandum, nauigandum, ambulandum, & sic de aliis. Datur etiam coniunctio *fornicatoria*, & *illicita*, quarum neutra est matrimonium, sed sola coniunctio maritalis, vt habetur loc. cit.

Dicitur viri, & fœminæ, vt explicetur subiectum matrimonij, & etiam causa efficiens proxima, vt ex dictis patet.

Dicitur inter legitimas personas, hoc est, non habentes impedimentum, aliquod dirimens, quia sic non esset matrimonium.

Postremò dicitur indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, tum, vt ostendatur hanc coniunctionem maritalem, non esse sicut est fornicaria, quæ citò dissolui potest, pro vt etiam soluuntur aliæ coniunctiones, sed esse coniunctionem perpetuam, quia quod Deus coniunxit homo non separet Matth. 19.

Quo ad secundum dicitur à matre, quia fœmina nubit, vt mater fiat, & matris officio fungatur rectè educando filios, vel dicitur matrimonium quasi matris munium, hoc est officium D. August. lib. 19 contra faust. cap. 16 Abb. in cap. ex literis, de conuers. infidel. sic etiam quia induceretur confusio, nam Patrimonium dicuntur bona fortunæ, ob munium seu diligentiam Patris in acquirendo, vt tot. tit. C. de fundis patrimonialibus, & sic etiam quia mater est certior patre, nam illa nouit, & scit filium, Pater verò credit, & sic partus sequitur ventrē C. de rei vendicatione. Sic etiam ob honorem matris, quę cum sit ante partum onerosa in partu dolorosa, post partū laboriosa in educatione prolis, ideò releuatur in hoc vt à matre dicatur matrimonium, pro vt etiā habet alia priuilegia à iure C. assiduis C. qui potior. in pign. habeant & latius probat Couar. in tract. de sponsal. part. 2 cap. 1 & alij initio citati.

Quo ad tertium, matrimonium, varijs modis vocatur, nam vocatur coniugium, à coniungendo, quia legitimata mulier, cum viro legitimato, quasi vno iugo adstringuntur, vt simul liberorum, & domus curam gerant, & sumitur ex Genes. cap. 24 vers. 67 vbi Rebecca cum videret virum suum Isaac obuiam venientem caput suum velauit pallio, nam omnia nomina, sunt imposita ad exprimendum, varios effectus, ac munera matrimonij, & sic etiam dicitur matrimonium rationibus relatis supra, vocatur nuptiæ, quia puellæ, quæ nubebant, pudoris gratia se velabant, quo significabatur, quod viris obedientes, & subiectas eas esse oporteret, & sic coniuges non solum coniuncti debent esse corpore; & sic dicuntur duo in carne vna ad debitum, quod ad inuicem reddere debent, sed etiam dicuntur coniuncti ex effectu nam matrimoniū est indissolubile, & sola morte soluitur, vt supra diximus, sic etiam quia animo debent esse coniuncti, vt sint vnius voluntatis, l. fin. c. de impuber. & alijs substitut. Glos. in § 1 de patria potest.

Dicitur consortium, quia maritus, & vxor eandem sortem sequuntur, & omnis vitæ consortium retinent. & ideò Genes. 2 cum Deus instituit matrimonium dixit faciamus ei adiutorium simile sibi. Dicitur connubium, quia, quia simul nupti sunt. *Dicitur contubernium* ratione status nempè inter seruos, sed de iure. Canonic. inter eos est verum matrimonium, c. 1 de coniugio seruorum.

Quo ad quartum, matrimonium est duplex, scilicet Naturale, seu vt est officium Naturæ, & vt est sacram. vt habetur in Catechis. hic nu. 4 & seq. & D. Tho. in 4 d. 26 q. 1 art. 1 quem omnes sequuntur, vt notat. Sanchez, l. 2 de matrim. disp. 2 n. 2 siquidem matrimon. est conforme iuri naturali, quia natura intendit se ipsam conseruare, per indiuiduorum multiplicationem, & sic non solum indiuiduum intendit homo per naturalē propensionem conseruare, sed filios habere qui pater nam memoriam conseruant, & sic pater in filijs repræsentetur, & hoc per, fit matrimonium. Christus igitur approbauit matrimonium naturale, dum inuitatus fuit ad nuptias Ioan. 2 sed postea instituit vt sacramentum esset, vt per citatos authores habetur.

Quo ad quintum, scias quod infideles sunt incapaces sacramenti, quia carent baptismo, quod est ianua omniū sacram. vt latè in tit. de baptismo diximus, ideò est solus contractus humanus, & in propriè appellatur sacramentum, quatenus scilicet aliquo modo designat vnionem Christi cum Ecclesia, vt habetur in ca. gaudemus de diuortiis, & nos diximus in praxi matrim. decis. 264.

Verum si infideles conuerterentur ad fidem matrim. efficeretur sacramentum, nec opus esset vt iterum contraheretur coram Parrocho, & testib. quamuis lauda-

ctum esse, vnde solum nunc restat: vt ad matrimonij materiam orationem vertamus.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

TIT. IX.

bile est si Eccles. benedict. receperint, tales coniunges post Baptis. vt post Nauar. Ledes. Rodr. & alios probat Sanchez d. lib. 2 disput. 9 tota.

Benè verum est quod si infideles plures habeant vxores fide susceptâ, primæ vxori adhærebit. Rom. est quia nulli licuit plures vxores hâre, nisi cui fuit Diuina reuelatione concessum: & quia prima est legitima vxor, ideo illam retinebit dimissis alijs, d. ca. gaudemus § quia verò de diuort. & in hoc omnes fideles conueniunt.

Si tñ vnus coniugum, infidelium, conuertatur ad fidem, & alter nolit conuerti pót fidelis cohabitare cum coniuge infideli: quia multoties fidelis coniux est eam conuers. coniugis in fidel. ad fidem, docent Apostol. 1. Corint. 1. At hoc procedit qñ infidel. coniux vellet eum coniuge fideli cohabitare, quia si nollet secũ cohabitare non pót sine blasphemia, vel sine peccato mortali, tunc non solum non tenet secum cohabitare, sed soluit coniugium, & conuersus ad fidem pót ad libitum cum fideli contrahere matrim. interuenientib. aliis canonicis requisitis, vt in ca. quanto vbi omnes de diuortijs, & sic patet quod non errare vera matrimon. quo ad sacram. sed potius provt erat officium naturæ, & dum vnus solus coniux conuertitur, nam solueretur matrim. iuxta superius explicata; post alios Reginald. d. l. 31 num. 35 & diximus 264 vbi plures author. cumulauimus, de qua esset materia vide latè Sanchez, vbi nonnulla cumulat atque pertractat.

Quid sit matrimonium. h. d.

Matrimonium est [a] viri, & mulieris [b] cõiunctio [c] indiuiduam [d] vitæ [e] consuetudinem [f] continens, cum diuini, [g] & humani iuris communicatione.

Matrimonium præcedit alia sacramenta ratione loci, in quo institutum est, temporis, latitudinis, & mysterij. h. d.

Et meritò inter alia sacram. matrimonium quoque adnumerari meruit, [h] cum

Io. Bap. MAttimonium Casvs non figuratur. Not. tamen quod cum reguletur tam à lege diuina, quã humana, soluuntur inde multæ quæst. sed per legem humanam intellige Ecclesiast. iuxta text. & ibi communiter doct. in cap. 1 eod. ext.

a ¶ Matrimonium est.] Conc. d. 27 q. 2 in princ. cap. illud de præsump. l. 1 ff de rit. nup. & institut. de pa. pote. in princip. l. aduersis C. de crit. expi. hær. l. 1 ff de re. amor.

b ¶ Viri, & mulieris.] quia in pari sexu non potest esse matrimonium, licet legatur de Nerone sceleratissimo Imperatore qui duxit in vxorem, vel matrim. sibi coniunxit Spotum quendam adolescentem forma conspicuum. Quod nec naturali iure fieri potuit, nec ciuili; instit. de iur. nat. gent. & ciuili. in prin. l. cum vir C. de adult. auth. vt non luxurientur homi. contra nat. Et ideo non fuerunt ab initio creati duo homines, vel duæ mulieres: sed primum homo 2 fœmina 33 q. 5 cap. mulierem § fi. Et dicit viri, & mulieris, non virorum, & mulierum nam eodem tempore mulierum, & virorum pluralitatem lex ciuilis, & canonica detestatur, cap. gaudemus § quia verò de diuort. licet in veteri testamento de Patriarchis aliter legatur, quod factum fuit diuina dispensatione, & mysterio. De ratione dispensationis per Archiepisc. Flor. in 3 parte summæ titul. 14 cap. 9 § sciendum, & Moder. in tract. de spons. in prin. c ¶ Coniunctio.] scilicet animorum, cap. cum initiatur & c. matrim. 27 q. 2 l. nuptias ff de reg. iur. sed cum hic tractetur de matrim. quatenus est perfectum, nihil impedit verbum coniunctio referri ad coniunctionem corporum, & animorum, argument. not. in l. 2 ff. de offic. procu. & fac. l. doli clausula, ff de verb. significat.

d ¶ Indiuiduam.] scilicet quantum ad propositum, vt not. inst. de pat. pote in princ. facit l. 1 ff de iu. do. Nam quantum ad exitum diuiditur interdum matrim. de iure ciuili, vt apparet in l. consensu. C. de repud. Idem, & de iure canonico, quo ad totum, vt in c. tuæ de procur. & in cap. vt lit. non cont. Item quantum ad fœdus c. ex publico de conuers. coniug. vbi de hoc fac. cap. gaudemus de diuortiis.

e ¶ Vitæ.] Matrimoniũ igitur morte soluitur: vt § deinceps aut. de nup. Vnde & si quis miraculosè resurgeret, non rediret ad vxorem, maximè alteri copulatam: vt no. in c. 2. 32. q. 7.

f ¶ Consuetudinem.] Cuius indiuiduæ consuetudinis ratione non poterit vnus sine alterius assensu orationi vacare, vel continentiam vouere: vt 27 quomo. 2 § cum ergo. Sed si ex consensu voluerent, & facto voto commiscerentur, filius ex tali coitu spurius nasceretur: vt not. in cap. ministri. d. 81.

g ¶ Diuini.] Fac. l. 1 ff d. rit. nupt. & l. ne qs. C. de Iudæ, vbi coniunges debent esse eiusdem religionis, & not. 27 quæst. 2 in princ.

Et meritò CASVS cum orta esset controuersia inter quosd. schol. de excellentia matrim. & aliorum sacram. præter tamen Euchar. dicebant enim quidam matrim. esse inferioris conditionis quàm sit quodlibet aliud, quia vxorati dant operam reb. carnalibus, in quibus maxima imperfectio reperitur, secundum Apost. explicantem concupiscentiam carnis: vnde quæritum fuit quid iuris? solut. vt hic legimus, quia non est dubiũ matrim. diuerso respectu esse dignius, & minus dignum aliis, quelib. enim res diuersa ratione cõsiderata diuersam secundum Philos. & Theol. dicitur habere naturã, nec obstat obiectio, nec D. Paul. est modò præd. intellig. quantum facit ad institutum nostrum, quia personæ vxoratæ non contraxerunt matri. vt darent operam rebus carnalibus, sed vt haberent remedium contra concupiscentiam carnalem, quæ est peccatum, c. nam concupiscentiam, de const. Not. 1. nobilitatem, & excellentiam aliquando oriri etiam à causa extrinseca. Not. 2. matrim. esse sacram. idest rei sacræ signum, quia designat, & demonstrat vnionem in text. explicatam.

* In Gallia tamen toleratur matrimonium inter Catholicum & Caluinianum, & è contra quia vbi existentes hæretici rectè contrahunt, & iuris politici sunt capaces. SOLIER.

h ¶ Meruit. contra opi. hæret. qui negant coniugium esse sacram. contra quos nouissimè est Conc. Trident. sess. 7 c. 1 & sess. 24 in pri. & c. 1 & sparsim per tot. sed quæritur an hoc sacram. conferat gratiam? Quidã quod non, quodin eo pecunia interueniat, de quo, d. 95 § 1 & c. 1 & c. quod à patribus, & c. seq. & 1 q. 1 c. multi & 25 q. 5 cap. aliter. Et quòd etiam inter infideles, quibus gratia non imprimitur, coniugium contrahatur, vt inf. § 1 & c. quanto, de diuor. & ita no. 1 q. 1 cap. quidquid, & in c. veniens, ext. de presbyt. non bapti. & in c. pen. qui matri accusare pos. & 32 q. 2 c. honoramur. Tu dic contra, per ea, quæ, not. Abb. in c. 1 § scire de sacra. vn. post Theologos, & nouissimè per d. Conc. Trid. sess. 24 c. 1. Nam matrim. fuit institutum in statu gratiæ, vt per S. Thom. in 4 dist. 26 art. 4 & art. 8. Nec ob interuentum pecuniæ, quia id toleratur ob onera matrimonij c. salubriter, & c. quia frustra de vsur. Et ob id potius respicit carnalitatem, quã spiritualitatem, licet si pecunia reciperetur pro bene-

dictione, esset simonia c. cum Eccles. de simon. & quod ibi non nec dos est de esse matrim. Infideles verò contrahentes matrim. non recipiunt gratiam, non quod id proueniat ex defectu sacram. sed ob eorum incapacitatem, ac si in peccato existens Eucharist. recipiat: vel fictus, aut conditionaliter coactus recipiat baptismum. Vide de hac materia per S. Thom. 4 sent. d. 26 q. 2 art. 3. & post eum per Abb. in d. c. 1 de sacram. vnctio.

ANT. TIM. Nota circa ea, quæ dicuntur in hac glos. & 1. circa dictum illud quòd matri. fuit institutum in statu gratiæ contra communem Doctorum opi. sequentem Magistrum in quarto sent. dist. 26 in princ. Cum alia sacramenta, inquit, post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint; matrimonij sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum à Domino, &c. Pro cuius dicti declaratione notandum, quod matrimonij consideratio variatur secundum status hominum. Nam si consideretur, quatenus ordinatur ad procreationem, fuit institutum ante peccatum: si autem quo ad remediũ, quod præbet contra vulnus peccati, fuit eius institutio post peccatum tempore legis naturæ, secundum determinationem plenam in lege Moysis. Secundum quod repræsentat mysterium coniunctionis Christi, & Eccles. institut. habuit in noua lege. Quantum ad alias vtilitates, quæ ex matrim. consequuntur, habet à iure ciuili, & secundum eam significationem illius coniunctionis. Cùm sit sacramentũ nouæ legis institut. habuit á Christo Matth. 19 quo loco illud commendauit, vide S. Tho. parte 3. in addi. q. 42 art. 20 alij vt 5. Bon. quod institutum fuit in officiũ naturæ ante lapsum: in remedium post lapsum. Vide per eum. 4 sent. d. 26 art. 1 q. 1 & 2.

Secundo ad id quod dicitur quod interuentus pecuniæ, & dos toleratur ob onera matrimonij. Not. quod cum dos non sit aliquid de essentia, & in ratione matrimonij faciendi, sed extraneum quid post præstatur ob onera matrimonij; idcircò benè dicit glossa, quod simonia non committitur in datione dotis. Et benè dicit, quod permittitur interuenire in contractu matrimonij tanquam quid extraneum sacramento, non quod de se dos non sit licita, sed quod si respiceret matrim. vt sacramenti prætium, tunc non esset licita in hoc respectu & saperet naturam simoniæ. Tertio illud, quod infideles contrahentes matrim. non recipiunt gratiã, quòd aliàs conferret, si essent fideles, id verò dictum est, quia illud, quod abusiuè matrim. dicitur, & defectu infidelitatis non est verè sacram. si personæ contrahentes fuissent fideles, vtique fuisset verè sacram. & contulisset gratiam, vnde id dicitur cõtigisse ex incapacitate personarum, in quibus defecit fides, quo minus fuerit verè sacramentum, & contulerit gratiam.

cæteris,[a] loci,[b] temporis,[c] amplitudinis[d] & mysterij[e] ratione etiam præcellat. Si quidem ab orbis primordio in Paradiso à Deo ipso institutum est, vt esset omnibus, etiam infidelibus commune, quod in aliis minimè contingit.

Quod mysterium contineat matrimonium. hoc. dicit.

His[f] illud quoque accedit, quod animorum consensus, & corporum commixtio, quæ in matrimonio intercedunt: primum quidem charitatem significant, quæ consistit in spiritu inter Deum, & iustam animam, vel Ecclesiam. Alterum verò sacrosanctum coniugium designat, quod inter Christum, & Ecclesiam per incarnationis[g] mysterium est contractum.

Bona matrimonij sunt sacramentum fides proles, & fornicationis remedium. h. d.

Consequuntur & inde præter sacramentũ, & alia bona: vt puta fides,[h] & proles,[i] & quod humana infirmitas in ruĩnam turpitudinis prona, honestate excepta coniugij minimè læditur.[k] Quodque ab initio institutionis, in quo sacramentum, & res sacramenti, quæ sequuntur: fide scilicet, & prole posset esse, vt per Host. in sum. de matrim. § & quare contrahitur vers. in sacram. & conc. ca. omne itaque 27 qu. 2 & 32. qu. 2 § his ita.

Consequuntur. CASVS. Cum homines matrim. contrahentes diuersum finem habeant, fuit propterea dubitatum, an bona matrim. tot sint quot in præsenti tex. adnot. his accedit text. in cap. 4 de frigid. & mal. solut. tamen est sequenda quam hic legimus, & ratio est, quia matrim. consideratur 4 modis videlicet, vt contractus, vt officium: vt remedium: & vt Sacramentum: hinc cognoscimus quatuor esse eius bona, quæ sunt fides, proles, euitare peccatum carnis, & significare vnionem, sup. in § prox. adnot. non obstat obiectio quia dicit Nauar. in relectio de finib. humanor. actuum: finis alius est hominis, & alius rei: primo modo est multiplex; secus secundo respectu.

a ¶ Cæteris.] scilicet sacramentis.

b ¶ Loci.] Quia ordinatum *in* paradiso: vt statim dicit, & est 32 q. 2 § licita.

c ¶ Temporis.] Et cum sit cæteris antiquius, hac etiam ratione proponendum, argum. not. in l. vinum, ff si cert. petat.

d ¶ Amplitudinis.] Quia consistit etiam inter infideles, c. gaudemus, de diuort.

e ¶ Mysterij.] De quo subdit incontinenti & no. *in* c. debitum de big. & per Abb. in ca. 1 de sacr. vnct.

f ¶ His.] scilicet, quòd matrimonium præcellat cætera sacram. ratione loci, temporis, & latitudinis. Et ponit nunc triplex sacram. quod per matrim. carnali copula consummatum designatur, de quo per Abb. in capit. debitum, de big. & not. in cap. acutus dis. 26 & per Archiepisc. in sum. in 3 parte cap. 10 versic. 1 scilicet.

g ¶ Incarnationis.] Et respectu istius significe. & finis habet matrim. inseparabilitatem, vt per Archiepisc. Flor. in sum. in tertia par. tit. 14 c. 10 ver. 1 & sine hoc primo bono numquam est inter fideles matri. licet sine his, quæ sequuntur: fide scilicet, & prole possit esse, vt per Host. in sum. de matrim. § & quare contrahitur vers. in sacram. & conc. ca. omne itaque 27 qu. 2 & 32. qu. 2 § his ita.

h ¶ Fides.] Hoc bonum habet matrimonium à natura speciei, quo respectu habet pro fine fœdus humanæ societatis, fidem, & amicitiam, & communicationem in operibus ciuilibus.

i ¶ Proles.] Et hoc habet natura generis, quo respectu habet pro fine procurationem prolis, & educationem, institutio de iur. natur. gent. & ciuil. in princ.

k ¶ Læditur.] Hoc tamen non obstante, sacerdos

& diaconus, magis puniretur si matrimonium contrahat, licet de facto, quam si fornicetur cap. presbyteros dist. 28 & not. in § his ita 30. q. 2.

Io. Bap. Initiatur CASVS non figuratur. Nota tamen causam distinctionis, matrimonium enim aut est futurum, & hinc dantur sponsalia: aut est præsens, & sic consideratur dupliciter etiam: videlicet vel respectu perfectionis intrinsecæ, & sic datur consensus de præsenti, vel respectu perfectionis extrinsecæ, & hinc requiritur copula.

DE SPONSALIbus.

Io. Bap. QVoniam matrim. initiatur sponsalibus, § fi. supra tit. prox. Ideo conuenienti ordine proponitur hic tit. iste, qui diuiditur in 6 partes, in prima habetur quid sint sponsalia: in secunda qua iuris solemnitate contrahantur: in tertia an tantum purè, & simpliciter debeant contrahi: in quarta à quibus contrahantur: in quinta qualia sint postquam sunt contracta: in sexta an, & quomodo dissoluantur: secunda ibi, contrahuntur: tertia ibi, rursus: quarta, ibi, non tamen: quinta ibi initiantur: sexta ibi, dissoluuntur.

ALOYSIVS RICCIVS, Pro generali Tituli cognitione videnda sunt primo, quænam dicatur sponsalia, secundo vnde dicuntur, tertio quotuplicia sint, quarto quæ ætas requiratur, quinto quibus modis contrahantur, & sexto quibus modis dissoluantur.

Quoad primum sponsalia sunt mentio, & repromissio futurarum nuptiarum, l. prima cum sequentibus, ff. de sponsalibus.

Quoad secundum est notandum quod ex more sibi spondendi per parentes tutores, vel amicos alijs vxores, futuras, dicta sunt sponsalia, & etiam quia spondere est sponte promittere, & hoc contractu ad validitatem sponsaliorum requiritur spontanea promissio.

Quoad tertium in duplici sunt differentia sponsalia, quædam enim per verba de futuro, quædam autem per verba de præsenti Couarr. de sponsalibus p. 1 cap. 1 n. 1 sponsalia de futuro sunt vt sup. futurarum nuptiarum mutua, vel reciproca promissio s. Thom. in 4 dist. 27 quæst. 2 art. 1 & in addit. 3 part. quæst. 43 art. 5 Victo. num. 157 Nauar. cap. 22 num. 25 Syl. Arm. & omnes verbo sponsalia Sot. de iust. in 4 distinct. 27 quæst. 2. art. 1 vbi sic ait sponsalia sunt mutuæ promissiones viri, & fœminæ de contrahendo matrimonio, qui omnes fundantur in cap. nostrates 30 quæst. 5 & gl. verbo sequitur in principio 27 q. 2.

Dixi mutua, vel reciproca quia ad hoc, vt sponsalia dicantur, vtraque pars promittat oportet Nauar. Couar. Syl. supra, & alij quamuis multi tantum dicant futurarum nuptiarum promissio, vt Angel. Arm. Vict. & alij

Quæritur vtrum sponsalia sint de essentia Matrimonij respondeo, quod non nam sine illis potest matrimonium de præsenti contrahere So. distinct. 27 q. 1 art. 1. verbo hinc sequitur, Viguerius c. 16 § 7. vers. 7.

Si non sunt de essentia, quare inuenta Triplici de causa ex congruitate esse inuenta. Prima ad soluendam, & augendam amicitiam contrahentium, vnde D. August. ait institutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim trahatur, ne habeat maritus vilem cito datam quam non suspirauit dilatam. Secunda ad interim videndum sint ne aliqua impedimenta. Tertia ne alicui fieret præiudicium propter quod interdicta sunt Clandestina matrimonia Viguerius supra.

tutum præceptumque fuit sanis ad officium, vt natura multiplicaretur, idem vt eadē subleuaretur postea fuit ægrotis indultum ad remedium.

Matrimonium initiatur, ratificatur, consummatur sponsione, consensu, copula, h.d.

Initiatur autem matrimonium sponsione, consensu ratificatur, & copula consummatur. De quibus singulis distinctius dispiciamus.

DE SPONSALIBVS.

TIT. X.

Quid sint sponsalia, & vnde dicantur, hoc dicit.

Quæritur quæ differentia datur inter sponsam de futuro, sponsam de præsenti, & coniugem vel vxorem resp. sponsa de futuro est illa quæ alteri de futuro promissa est, sponsa de futuro est illa quæ alteri de futuro sponsa de præsenti contraxit, per quæ verba de præsenti illa dicitur quæ per verba Matrimonij Sacramentum conficitur, sed nondum est copula sequuta, vxor autem, vel coniux illa appellatur quæ iam à viro suo est cognita glos. verbo, vt vxore in cap. 3 de sentent. excommunicat. Couarr. 1. p. de sponsal. c. 1 num. 3 qui multa allegans ait in sacris literis vxorem etiam pro sponsa accipi probat latissimè Sot. 4 d. 27 q. 2 art. 1.

Quæritur vtrum iura quæ imponunt pœnas contrahentibus Matrimonia Clandestina extendantur ad contrahentes sponsalia clandestina de futuro vide Couarr. de matrimonio 2. part. cap. 6 numero 23 vers. & constat Arm. verbo sponsalia n. 2 Caiet. sum. verbo sponsalia & alios.

Quæritur vtrum qui accessit carnaliter ad alicuius sponsam de futuro dicatur adulterium commisisse resp. quod non, Couar. 1 p. cap. 1 n. 11.

Quæritur vtrum qui peccauit cum sponsa alicuius de futuro teneatur, necessario hanc circumstantiam confiteri resp. quod non, Couarr. supra num. 13.

Quæritur vtrum sponsus de futuro occidens Clericum turpiter cum sua sponsa inuentum teneatur Papam adire pro absolutione Respond. quod quamuis clericum cum vxore matre sorore, vel filia fornicantem per cutiens non teneatur Papam, adire cap. 3 vers. fin. de sentent. excommunicat. vbi & vbique communis percutiens tamen illum cum sponsa de futuro inuentum tenetur, secundum communem per Couarr. vbi supra num. 22 quamuis, ipse patet satis esse absolutionem ab episcopo petere.

Quoad tertium respondetur ad contrahenda sponsalia de futuro requiri vtroque iure ætatem septem annorum de desp. impub. capitulo vnico, eod. tit. 6 text. in lege sponsalibus, ff de spons. s. Thom. 4 distinct. 29. quæst. 2 & in addit. 3. p. qu. 43 art. 2. Angel. numero 5. Sylu. est. quæst. 2 Arm. num. 4 Nauar. cap. 22 num. 26. Sot. d. 27 quæst. 2 art. 2 conclus. 11 Couar. de sponsal. 1 par. cap. 2 num. 1 Flores Theolog. quæst. in 4. d. 27 art. 4 & omnes.

An dictum septennium requiratur completum respondend. quod sic s. Thom. relatus, & sequutus à Sylu. supra & alijs Couar. supra numero 2 ex cap. literas &

cap. ſequenti de ſponſal. impu. glos. in Clem. fin. de ætate & qualit. Abb. Corſet. & communis Sot. ſupra.

Quæritur an malitia ſuppleat hanc ſeptem annorum ætatem reſpond. quod quamuis Abb. & alij, quos refert Couar. ſup. num. 1 teneant quod non, ipſe tamen Couarr. ſequutus s. Thom. 4 d. 27. quæſt. 2 art. 2. Ioan. Andr. Dominicum. & Franciſcum in cap. vnic. de ſponſal. in 6 glos. in cap. iuuenis de ſponſal. communiter receptam, & Bald. cons. 44 volum. 4 contrarium tenet, imo quod ſuppleat ſentit Sotus ſupra Hoſtien. Innoc. & alij quos refert, & ſequitur Sylueſt. ſponſalia q. 2.

Quid ſi non ſit ſeptennium completum, ſed parum deficiat reſpond. Primo in omni materia, vt in auditione Miſſæ recitationem horarum furto ieiunio, & alijs poteris exemplificare quæ propter paruam quantitatem mortalia non dicuntur, vt ſoluit Nauar. 11 n. 4. id manuali, & communis.

Secundo reſpons. quod quamuis Abbas ſtrictè loquatur dicens quod ſi vnus dies tantum deficiat ſponſalia erunt nulla, contraria tamen opinio eſt communis, quam tenet s. Thom. relatus & ſequutus à Sylu. ſupra Sotus 4 diſt. 27 art. 2 cum multis alijs ibid. relatis immo quod ſi deficeret vna hebdomada, & aliquid amplius erunt valida, imo in rigore ait s. Thom. valere quamuis contrahantur, in medio ſeptimi anni quod tamen poſtea arbitrio boni viri reliquit iudicandum.

Quæritur quæ differentia datur inter ætatem requiſitam ad ſponſalia & ad matrimonium reſpond. quod in ſponſalibus requiritur, eadem ætas in vtroque contrahentium, in matrimonio vero diuerſa requiritur in vno quoque, in viro ſcilicet annorum ætas 14 in fœmina vero 12 vt ex s. Thom. & multis tradit Syl. ver. ſponſalia q. 2 § 3. Nauar. cum commun. cap. 22. n. 26. Sot. diſt. 27. q. 2 art. 2 ad ſecundum.

Quæritur vtrum ſponſalia inualida propter defectum ætatis contra, & ſint valida aduenient ſeptennio per tacitum contrahentium conſenſum ad ſponſalia deductum reſpond. quod ſic vt probat glos. vbi Abb. & Doctor. in capit. literas de ſponſal. impu. & probat. text. ſecundum Abb. ibi in c. duo pueri eodem titulo & in cap. vn. eod. tit. in 6 Couar. de ſponſal. 1 p. c. 2 n. 2.

Quoad quintum ſponſalia contrahuntur duobus modis ſcilicet abſolutè, & conditionaliter, ſimpliciter autem quinque modis, primo ſimplici promiſſione, vt accipiam te in meum, ſecundo per fidei dationem, vel iuramentum cap. inter virum de ſponſal. tertio quando ambo impuberes, vel alter eorum maiores tamen ſeptennio contrahunt per verba de præſenti, quia licet non valeant prout matrimonium de præſenti, valent prout ſponſalia de futuro cap. 1 de ſpons. impu. in 6. quarto per annuli ſubharrationem c. ſi quis deſponſauerit 27 q. 2 quinto dando arram.

De tertio aũt modo grauiſſima eſt inter Doctores quæſt. vtrum ſponſalia per verba de præſenti contracta ab alijs, qui debita carebant ætate, & ideo fuere nulla valeant ſaltem, & habeant vim ſponſaliorum de futuro, Abb. & alij & Nauar. in Manual. cap. 22 num. 57. patrem tenent affirmatiuam per tex. iudicio meo expreſſum in c. 1 § 1 de ſpons. in 6 quam credo veriorem contra Bart. & aliorum communem, quam conatur defendere Couar. 1. part. de ſponſalibus capit. quinto auctor. 102.

Quoad ſecretum ſponſalia diſſoluuntur multis modis: primo quando ipſi contrahentes mutuo diſſenſu ad inuicem ſe abſoluunt ſicut mutuo ſe conſenſu colligauerunt, & hæc quamuis ſponſalia ſint iurata, communis eſt canoniſtarum in capitul. 2. de ſponſal. vt rectè declarat. multis citatis Couarr. ſupra s. Thom. Alex. de Ales. Sot. Maior. & alij, quos refert, & ſequitur Sylu. ſupra, quæſt. 10 Angel. Armil. Nauar. & Sot. ſuper quod intellige etiam ſi ſponſalia talia propter Deum principaliter ſint iurata per Authoritatem Doctorum, & fundamenta, quæ adducit, & ſequitur, Nauar. capitul. 22 & Couar. dict. capitul. 5 numero 1 quamuis Angel. Sylu. Innocent. & Abb. quos refert Nauar. ſup. contrarium dicunt quando iuramentum factum fuit intuitu Dei ſanctum.

Secundo ſponſalia diſſoluuntur fornicatione ſequuta, ſpensa. enim fornicante ſponsus liber eſt ab obligatione cap. quemadmodum de iureiur. vbi probant ſecundum Abb. & Doct. idem eſſe etiam ſi ſunt iurata no. in cap. ſi quippe 27 quæſt. 2. Præpoſit poſt alios in capit. de illis de ſponſalibus Ang. ſupr. numero 29. Sylueſt. vers. 7 Armil. numero 12 Sot. ſup. ver. 7 Nauar. cap. 5 numero 2.

Quod eſt verum etiam ſi ſponſa vi præcisa eſſet cognita quia non tenetur ſponsus eam acceptare. Eam enim ducens bigamiæ irregularitatem incurreret, glos. in cap. Rector. 17 q. 2 glos. cap. quemadmodum, ver. Oſculum in fin. de iureiur. quam ibi ſequuntur Ioann. And. Abb. Imol. & alij s. Thom. 4. d. 33. quæſt. 3. art. 1 in ſolutione ad vltimum, & hubes infra 2. part. de irregũ. bigamiæ.

Idem erit ſi ſponsus fornicetur, non enim tenetur ſponsa cum illo contrahere, licet illa bigamia non incurrat. Abb. in dict. cap. quemadmodum in principio, & cons. 44. colum. 1 lex Hiſpan. 6 tit. 1 part. 4 Couar. & alij ſup. quod procedit volente illo, cui facta eſt iniuria ſi enim ſponsus velit non obſtante fornicatione ſponsam ducere, tenetur illa conſentire, ſimiliter & ille Nauar. Sylu. Couar. & alij ſupra.

Quod procedit etiam ſi poſt ſponſalia intellexit ſponsus Virginẽ non eſſe, quam talem putabat, quia non tenetur illam ducere ſecundum omnes.

Tertio ſponſalia poſſunt diſſolui quando ſponsus eſt abſens, & vagatur, per orbem, in quo casu, nota quod aut loquimur, de Iure Ciuili, aut de Iure Canonico, de Iure Ciuili, cui minimè in hoc eſt ſtandum, ſi ſponsus vagetur per orbem, & neſcitur vbi ſit expectari debet per triennium tex. in l. 2 C. de repud. lex Hiſp. 8 tit. 1. partita 4 ſi autem ſponsus ſit intra prouinciã per biennium ex iuxto impedimento expectari debet l. 2 C. de ſpons. l. ſæpè ff eod.

An aũt dicta diſtinctio ſeruari debeat Iure Canonico non eſt decisum, quapropter perdiuersæ ſunt opiniones Ioan. And. enim Hoſt. & Anton. capit. de illis de ſpons. sylu. ſponſalia quæſt. 10 s. Anton. 3 part. tit. 1 ca. 18 § 1 & alij dicunt hanc diſtinctionem etiam iure canonico ſeruandam, quod etiam dicunt Abb. Ioan. And. & Hoſt. in cap. ſicut de ſponſal. col. 2.

Sed idem Abb. Card. & Præpoſit in dict. cap. de illis Angel. ſponſalia, numero 26 Nauar. cap. 22 num. 26. vers. 10 Couar. 1 c. 5 numero 7 & alij id negant dicentes ſponſam iure canonico non teneri ad expectandum ſponſum vagantem per orbem, ſed Iudicis licentia poſſe matrimonium cum alio contrahere, quod non ita abſolutè eſt intelligendum ita Couar. ſuper his verbis, Credo vt autem hæc diligentius abſoluam ſponſum in loco propinquo abſentem, vel expectandum eſſe, vel requirendum vt intra certum tempus contrahat matrimonium ex ratione illius, cap. de illis de ſpons. quod ſi iuſto impedimento detineretur non temerè ſunt ſponſalia ſoluenda, ſed attenta ſponsæ qualitate, cui forsan ex mora periculum paretur quod colligitur, ex Hoſt. dict. cap. de illis.

Quarto ſponſalia ſoluuntur per lapſum temporis præſtituti ad matrimonium de præſenti contrahendum non per illum is per quem non ſtetit quamuis fieret liberatur, & alteri pœnitentia impenenda eſt propter violatam fidem, capitu. ſicut ex literis de ſponſal. cum ei ad not. Angel. ſponſalia numero 17 Sylu. quæſt. 10. vers. 5 Couar. ſupr. numero 8 Nauar. c. 22 numero 27. vers. 7. qui omnes Nauar. excepto intelligunt quando terminus à principio fuit ſponſalib. appoſitus ad re-

ſtringendam obligationem, ſecus ſi ſponſalia à principio ſimpliciter facta fuerint & poſtea adiectum pactum fuit ad ſolicitandum ad implementum obligati.

Quod procedit etiam ſi ſponſalia fuerunt iuramento firmata, quia ille per quem non ſtetit liber erit à periurio; hunc caſum tradunt omnes ex capit. ſicut deſpons. vbi glos. Card. Præpoſ. Abb. & alij.

Quinto ſoluuntur ſponſalia de futuro etiã iurata per ſubſequens matrimonium de præſenti iam copula non conſummatum, c. ſicut cap. inter ea. de illis de ſpons. s. Thom. in 4 diſt. 27 & in addit. 3 p. q. 23 art. 3 Ang. num. 23 Syl. qu. 10 vers. 3 Armilla num. 13. ad fin. Sot. 4. diſt. 27 quæſt. 1 art. 5. vers. reliqui Caſus Nauar. c. 22 num. 26 vers. 3 & communis quam ſoluit Couar. 1 p. c. 5 num. 9. vbi ait in hoc caſu minimè iudicis declarationem requiri Flores Theol. quæſt. 4. diſtinct. 24. concl. 2.

Sexto ſponſalia ſoluuntur per alterius ingreſſum religionis etiam ante profeſſionem factam s. Thom. 4. diſt. 27 q. 2 art. 3 ad primum Ang. ſponſalia numero 21 Sylu. q. 10 vers. 2 Armilla n. 22 Nauar. c. 22 numero 25 Sot. diſtinct. 27 q. 2 art. 5 Card. in Summa q. 181 & alij per text. in cap. veniens qui cler. vel vouent, quamuis Couar. ſup. num. 11 & alij quos refert. Nauar. ſup. dicunt profeſſionem eſſe emiſſam requiri, ſed opinio prior eſt probabilior.

Septimo ſponſalia iure ſoluuntur ex ſolo impuberis diſſenſu quando contracta fuerunt in minori ætate, qui tamen diſſensus non admittitur ante perfectam ætatem ſcil. in viro vſque ad 14 in fæmina vſque ad 12 annum, ſæpè enim impuberes contraherent, ac ſæpè à contractibus reſilirent gl. Card. & Præpos. in c. de illis 1 de deſpons. impub. Ang. ſpons. numero 37 Sylueſt. qu. 10. vers. 12 Armil. n. 23 Sot. 4 d. 27 q. 2. art. 5. ver. tamen Nauar. c. 22 num. 27 vers. 6 Couar. 1 p. c. 5 § 1 Flores Theol. q. 4 diſt. 27 art. 4 quam aliquibus concluſionibus liber amplius declarare.

Octauo quibus ſeptem modis à Couar. tactis Octauũ notare liber ex communi omnium ſcilicet, quando quis poſt votum ſimplex caſtitatis ſponſalia contrahit, tunc enim non tenent c. rurſus qui cleri, vel vouent, ſi aũt quis poſt ſponſalia voueret caſtitatem votum non teneret, quia eſſet in præiudicium tertij Sot. & omnes ſup. Nauar. c. 22. n. 27. vers. 10.

Denique ſoluuntur ſponſalia pluribus alijs modis quandoque ſania Iudicis Eccleſiaſtici quod frequentius eſt, quandoque ipſo iure gl. in c. de illis, de deſponſal. impub. Henricus Præpoſitus, & alij per iura quæ allegat. Couar. 1 p. de ſponſal. c. 5 in fi. & s. Thom. 4. d. 25. q. 2 art. fi. & ſup. quibus iuſtis cauſis non exiſtentibus pater filiorum pœnitentiam faciet ſecundum Can. pen. 29 qui ſic ait ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum à communione triennio ſeparentur, & ſimiliter filij ſi ſint in culpa in cap. ſi quis parentes 31 q. 3.

SPonſalia ſunt CASVS hic non figuratur. Not. tamen quod obligatio de re futura contracta tenet.

a ¶ Sponſalia.] Concor. l. 1 l. 2 ff eod. & c. noſtrates, 30 q. 5. Sed an ſine ſponſalibus poſſint eſſe nuptiæ? Et non videtur, cum res non poſſit eſſe ſine ſuo principio: argum. l. 1 ff de origi iu. Tu dic contra, vt not. in dict. l. 1 ff eod. nec enim ſponſalia ſunt matrimonij neceſſarium, & ſubſtantiale principium.

* Duplex eſt ſponſaliorum genus alia enim fiunt per verba de futuro alia autem per verba de præſenti cap. ſi verum de ſponſalib. hæc in Gallia ſunt prohibita ordinatione Bleſenſi, art. 44 & Senatus Conſultis prohibitum eſt, neſacerdos exigat in ſponſalib. conſensum de præſenti: ſi ſecus faxit locus datur prouocationi ab abuſu Monac. ad l. 3 de ritu nupt. cæterum dum puella ad nuptias ambitur, dicitur ſperata, dum promittitur, pacta ſeu ſponſata, dum ducitur nupta nuncupatur vide leg: ſuſpiramus dilatas gandemus pactas, ſtipulamur ac repromittimus ſponſas habemus, ſeu ducimus nuptas. SOLIER.

Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum mentio, & repromiſſio, & dicta ſunt à ſpondeo, quod per ea ſibi inuicem ſe futuros coniuges viri, & mulieres ſpondent. b

Sponſalia contrahuntur re, verbis, literis, & conſenſu, h. d.

Contrahuntur c autem ſponſalia varijs modis, vt puta re, verbis, literis, & conſenſu. Re cõtrahuntur per nudam ſubharrationẽ,d

b ¶ Spondent.] Scilicet forma ſtipulationis ſecundum veterem morem: vt l. 2 ff eod.

Contrahuntur.] Hæc pars poſſet ſubdiuidi in aliàs part. ſed breuitatis gratia CASVS in ea commodè, & in communi ita poteſt figurari, quidam contrahebant ſponſalia modis omninò diuerſis: videlicet aliquando verbis, & aliquando literis, aliquando re, & aliquando conſensu, vnde ob hanc diuerſitatem dubitatum fuit quid iuris, ſiquidem tanta varietas videtur occaſionem dare dubitandi de voluntate contrahentium, accedit quoque, & id quod conſenſus cum in qualib. obligatione ſit neceſſarius, ſuperfluè videtur conſtituere modum contrahendi diſtinctum ab alijs, cæterum Solut. eſt ſequenda prout hic legimus, quia cum ſponſalia ſint, contractus ad ſimilitudinem illarum obligationum. contrahuntur, quæ à contractu originem habent, § fin. inſtitut. de obligat. & cum non dubitetur de voluntate contrahentium, vt præſupponitur, idco ceſſat prima obiectio: nec etiam tenet ſecunda, quia licet conſenſus in qualibet obligatione ſemper ſit neceſſarius, diuerſimodè tamen adhibetur. Nota primo hominem diuerſis modis obligari ad futurum matrimonium. Nota ſecundo, argumentum voluntatem hominis diuerſis ſignis poſſe explicari: nota tertio, argumentum quod intelligentia alicuius rei dubiæ habetur à cognitione circumſtantiue eiuſdem. *Io. Bap.*

c ¶ Contrahuntur.] Sequens diuiſio licet explicite non reperiatur in textu aliquo, vel etiam per aliquem doctorem: viſa tamen eſt commodiſſima ad pertractandam magiſtraliter totam materiam: & procul dubio eſt, de mente iurium: vt apparet ex ſequentibus, & videtur eam ſenſiſſe, & quaſi poſuiſſe Abb. poſt Hoſtienſ. in capitulo primo, de ſponſal. duorum ſimile inſtitut. de oblig. capitul. fin.

d ¶ Nudum ſubharrationem.] Scilicet à conſenſu de præſenti: quia tunc eſſet matrimonium, ſubharratio enim regulatur ſecundum verba præcedentia: vt per Abb. & Doct. in c. fi. de de ſpon. impub. Et ibidem per eundem definitur, quod eſt deſponſatio mutuo conſenſu interueniente facta per immiſſionem annuli, & dicit de mutuo conſenſu non exprimendo, an ſit conſenſus ſuper matrimonio de præſenti, vel de futuro quia etiam per ſubharrationem interdum matrimonium contrahitur, vt ibidem per Doct. ille autem intendit definire ſubharrationem, tam quando per eam contrahitur matrimonium, quàm cum contrahuntur ſponſalia, vt appa-

ret

ret ibi per eum in sua dist. in fin. c. Et in dubio ex subarratione matrim. præsumitur, arg. 30 q. 5 c. nostrates & ca. fœminæ & d. 27 c. quod interrogasti & no. in d. c. fin & in c. si quis vxorem cum c. seq. 27 q. 1 & licet Abb. in sua de scriptione faciat solum mentionem de immissione annuli: tamen quoque etiam aliarum rerum vel insigniũ datione fit talis subarratio: vnde monosyllaba (vel) in litera posita videtur posita inter genus, & speciem: vt & in rub. C. de seru. & aqua & de hoc vide per Host in sum. eod. § quod sint species, & no. in c. tener de re. iur cap. fœminæ 30 q. 5 & in cap. si inter eod.

vel annuli immissionem. [a]

Qualiter contrahitur matrimonium verbis h. dicit.

Verbis, [b] vt si inter virum, & mulierem promissio super futuro matrimonio intercesserit, veluti altero alteri vice mutua dicente: *Ego te accipiam in meum* [c] *maritum & ego te in meam vxorem*, siue in hunc sensum verba similia [d] protulerint

Literis qualiter contrahatur matrimonium hoc dicit.

Literis, vt cum absentes inter se de futuris nuptiis per epistolam [e] pacisc untur, quod ipsum, & per nuncium, [f] vel procuratorem fieri poterit.

Procurator ad contrahendum matrimonium non potest substituere, nisi hoc habeat in mandatis, hoc dicit.

Procurator tamen ad hoc specialiter [g] constitutus ob magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum [h] imminere, alium substituere non poterit nisi hoc ei specialiter commissum [i] fuerit:

contrahi Matrimonium hoc habetur ex isto textu, ex qua conclusione infertur ad quod vtr. matrimoniũ possit per procuratores inter absentes celebrari & an sit sacramentum resp. quod licèt Caiet in quadam q. adiecta 3 parti, & Durand. 4 d. 26 q. 3 Vict. n. 244 & Vigu. c. 16 § 7 vers. 4 teneant non esse sacramentum falsum iura tamen, cum contrarium, immò quod possit per procuratores contrahi sit determinatũ per gl. in c. fi. de procurator. in 6 & in multis Iuribus, quam gl. ibid. versic. idoneus citat Ang. matrim. c. 4 n. 8 & quod sit sacramentum est probabilior & comun. ista quam defẽdũt supra dicti maximè sotus.

Ex quibus iuribus, & doct. No. 1 enim requiri vt tale matrim. validũ esse dicatur primũ quod procurat. speciale mãdatum habeat secundũ quod mandatum sit datum de certa persona speciali, & determinata: tenuit quod constituens talem procuratorem in eodem proposito, & voluntate perseueraret quousque procurator contraxerit text. in d. capite fi de procurator in septimo & omnes supra.

Secundo nota, non requiri quod reuocatio mandati fuerit expresse facta, satis enim est mandatum implicitè reuocari v. g. per contrarium actum, vt si post mandatum primum vni procuratori factum, antequam ille contrahat secundum mandatum eidem vel alteri procuratori faciat de alia ducenda quo casu. tacitè primum reuocatur tex. in capite fi. de proc lib. 6 Couar sup. numero 11 Ang. matr. 2 num 18 sylue. d. q. 9 idem erit si ante contractum matrimonii à procuratore is qui mãdatum dederit cum alia matrimonium contaxerit, etiã ignorante procuratore, Abbatem in capite causis de elect. n. 6 quam refert, & seq. Couar Angel. syl. supra. Quæritur qui modus Practicus seruari debeat in contrahendis sponsalib. de futuro, vel matrimonio cum procuratore Resp. que si contrahantur sponsalia procurator, dicet in hunc modum Promitto tibi, & de mandato Petri vel. Ioannis Domini mei, & nomine eiusdẽ quod ipse te ducet in vxorem & hoc in animam suam cui puella respondebit. Promitto tibi nomine Domini tui recipienti & sibi per te quod ego ducam ipsum in virum nisi steterit per ipsum, & hoc iure &c.

In matrim. verò de præsenti dicetur sic Petr. vel Io. Dñs meus mandat ibi quod ipse per me siue med. & ibi nũciante accipit te & cons. inter tamo. in vxorẽ suã, cui puel. vt ego te mediant. cõsẽsu tuũ recip. in meũ viriũ tũ ipse te mediãte me in suã recipiat & in eũ cõsẽtio tãq; in Dominum & maritũ Io. An. in c. proc. de proc. in 6 quem refert, & sequitur Syl. Mart. 5 q. fin.

a ¶ Immissionem.] Quæ facienda est in 4 digito, in quo dicitur esse vena vsq; ad cor pertingens ideo in signum mutuæ dilectionis eidẽ immittitur annulus, & hæc annuli immissio est actus promissiuus, & ex se non designat contractum aliquem: sed regulatur secundũ præcedentia sicut dicimus in arrhis instit. de contrah. empt. in prin. & quid operatur hæc annul. immissio vide latè per Abb. & Doct. in c. nu. de spon. impub. fi.

b ¶ Verbis.] Concor cap. si inter eod. vnde sumitur & ca. is qui fidem. eo. tit. & ca. 5 de spons. duorum.

c ¶ In meum.] Arg. quod in contractu matrimonii prius debet fœmina loqui & interrogari. Et hoc fortè bona ratione, cũ enim illa sit variabilis, cautius est prius perscrutari consensum, ne vir primò consentiens remaneat cum dedecore, ea post modum consentire nolente arg. contra in c. si inter eo & in ca. licet de spons. ducrum.

d ¶ Similia.] Nota ergo, quod in contractu matrimonii non est statuta certa forma verborum de quo no. per Abb. in c. si inter eod.

e ¶ Epistolam.] De hoc vide latè per Host. in sum eod. § qualiter contrahatur.

f ¶ Nuncium.] Hic videatur quintus modus, licet non explicetur in principio dist. fortè quia comprehenditur sub modo verborum. vel literarum: arg. not. in l. 1 ff quod me causa. Et hic modus videtur seruatum in Beatiss. Virgine quæ internuntio Gabriele facta est spõso altissimi Sed quid si illum qui nuntium misit, ante pœniteat quam puella consentiat sed ipsa, & illa post talem pœnitentiam forte vt ignorans de mutata voluntate viri consentiat? Respondeo per Hostiarium in sum. eodem § qualiter versiculum quod si pœniteat.

g ¶ Specialiter.] Nec enim aliter facta const. valet, quo ad hoc etiam si sit mandatum generale cum quibusdam expressis clausula sub secuta iuxta ca. qui ad agendum de proc. in 6 & not. in c. si. eo tit. & lib. vnde sumitur.

h ¶ Peric.] Vnde vbi per. maius ibi agẽd. est cautius ea. vbi periculum de elect. in 6.

i ¶ Commissum.] C. fi. de proc. in 6 cũ conco. ibi alleg.

Si duo impuberes, quorum malitia non supplet ætatem, & qui pubertati non sint proximi, vel etiam alter tantum sit impubes, per verba de præsenti matrimonium contraxerint tales, contractus resoluitur in sponsalia de futuro. h. d.

Consensu contrahuntur sponsalia, vt cum pubes, & impubes, vel duo impuberes, non proximi [a] pubertati, & in quibus ætatem prudentia [b] non supplet, [c] matrimonium per verba cõtrahunt de præsenti. Licèt enim verba in præsens matrimonium [d] sonent: Iuris tamen interpretatione in sponsalia de futuro resoluuntur. [e]

Quod non valet vt ago, valet vt valere potest. hoc dicit

Quocasu dicta sponsalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, cõiugium quod ab initio, ætate impediente, vt matrimonium non tenuit, per aduentum pubertatis minimè conualescit, nisi per carnis copulam subsequutam, vel alium modum [f] contrahentes cum eiusdem perseuerantia voluntatis ad pubertatis tempora peruenisse euidenter constiterit.

Per matrimonij contractum inter impuberes nascitur publica honestatis iustitia. h. d.

Per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non sicut agebatur, publicæ honestatis, iustitia * censetur inducta.

In re dominanda potius effectum attendimus, quam modum. h. d.

Et ideo hoc casu consensu contracta sponsalia dicimus: quia si verba spectes, non sponsalia, sed ipsum matrimonium contractum videri poterit. Censuerunt autem iura eos, qui cum non possent coniugium de facto contraxerunt, voluisse [g] etiam in casu quo possent contrahere: ideoque saltem vt sponsalia valere conuentionem.

[a] ¶ Non proxi.] Intellige quòd hæc duo copulatiuè debẽt interuenire nec enim sola proximitas ætatis sufficit ad contrahendum inter impuberes matrimonium: sed requiritur, quòd sint habiles ad se commiscẽdum carnaliter ca. de illis vbi nõ eo nisi tu incipias à secundo. Sed quo deprehendi poterit hæc coeundi potestas, quæ ætatem supplei? Quidam vt Tãc. si inter impuberes copula interceſſerit; alii quoniã colligetur ex corporis aspectu, & aliis signis extrinsecis Dic. vt no. per Ab. in c. de illis eo & per Doc. in ca. 1 § 1 de despons. imp. in 6

[b] ¶ Prudentia.] id est vigor quidam naturalis & coeũdi potentia quæ iuterdum malitia appellatur. c. de illis vbi Ab. & c. fi. eo & ar. in c. non in sola 32 q. 1 Et notandũ est quod interdum eidem rei conueniunt contraria nomina sic & altum profundum dicimus, profundum altum. Sic Grammatici obesum, tam pro macio quam pro pingui vsurpant. sic Legistæ creditum pro debito l. cum in corpus ff de acquirendo venditionem pro empt. l. ex vendit. C. de pac. l. vet. ff. de act. ẽpt.

[c] ¶ Supplet.] No. ergo quod in matrimoniis malitia supplet ætatem sic etiam in delictis doli capacit. supplet ætat. in ca. pueris de delict. puero ũ § in sum. inst. de obli. quæ ex delicto nascun. l. sed & si quæcunque § 1 ff ad leg. Aquil. l. 5 C. si mi. sema. dixer. l. 2 C. de his quæ ve. impe. c. monachus nouitius dist. 77 & doli capacitas facit impuberem obligari, ex iuramento habetur in cap. ex literis. secundo & in auth. sacram puberum. C. si aduer. vend. Non tamen supplet ætatem quo ad ingressum eligẽdi vt per Inn. in capite de illis, eo & in cap. postulasti de reg. nec quo ad facultatem condendi testamentum: vt habetur in l. qua ætate ff die. testamentũ fac lib. fi. C. dic. testamentum milit.

[d] ¶ In præsens matrimonium.] Quod ob ætatem valere non põt, vnde videbatur quod nec in vim sponsaliorum capite cum super de off. dei quæsitum ff eo l. multum interest Ca si quis alteri vel sib.

[e] ¶ Resoluuntur. Not ergo si quod ago non valet vt ago, valet vt valere potest capitul. a nobis de despa imper.

[f] ¶ Alium modum.] Puta quia simul cohabitauerunt, vel se coniuges nominabant, & amplexabantur vt coniuges: vt notatur in capite primo § primo de despo. impub. in sexto vnde sumitur.

[g] ¶ Voluisse.] Quia nemo præsumitur eligere viam, per quam iudicia sua subuertantur, libro tertio de militari testamento & traditur in capite Quintauallis de sureiur. & in capite cum ordinem de sess. & in capite præsentata de restitutione & in capite cum ex officii de rescriptione.

* Publice honestatis iustitia) quæ nihil aliud est nisi propinquitas ex sponsalibus prouenies robur trahens ab ecclesiæ institutione; ex eo quod non est honestum vt quis eã ducat quam suus cõsanguineus desponsauit capite ad audientiam & capite sponsam de sponsalibus atqui ita hoc impedimentum quod impedit contrahendum & dirimit contractum vt ostendit Sanch. de matrimonio libro septimo desp. sexagesimo octauo numero primo in fine. neque ex consanguinitate neque ex affinitate procedit. sed ex quadam quæ in matrimoniis cõsiderabatur honestate inductum est ex sponsalibus per verba de futuro vsque ad quartum gradũ impediens hodie vero ex concilio Tridentino ex validis tamẽ sponsal. primum gradum non excedens sessione 24 capite tertio de reformat matrimoniorum in matrimoniis enim contrahendis non solũ quod licet sed quod honestũ est cõsiderabũt libro semper digestis de ritu nuptiarum SOLIER.

Rursus contrahuntur.] Hæc similiter pars in plures partes posset diuidi: iuxta institutum tamen mihi propositum CASVS. in communi ita in ea figurari potest. Volentes quidam sponsalia contrahere, noleb.

Sponſalia contrahuntur tripliciter, purè, in diem, ſub conditione: & qui contraxerunt ſponſalia purè compellendi ſunt etiam matrimonium contrahere, & conſanguinei contrahentium non debent cum ipſis contrahentibus contrahere. h. d.

Ruſſus [a] contrahuntur ſponſalia aut purè, aut adiecta die, aut ſub conditione. Purè [b] vt cum vir & mulier ſe inuicem futuros coniuges pollicentur. Et hoc caſu nullus conſanguineorum [c] aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio ſibi copulare poterit: [d] immò qui contraxerunt, vt ſe inuicem recipiant, & mutua coniugali affectione pertractent, moneri, niſi rationabilis cauſa obſiſtet, Eccleſiaſtica cenſura compelli [e] poterunt.

Si per contrahentem ſponſalia in diem, non ſtetit quo minus matrimonium contraheret intra terminum, cum alia poſt modum matrimonium contrahere poterit. h. d.

Dies adjicitur ſponſalibus; cum quis intra certum temporis ſpatium aliquam ſe ducturum in vxorem conuenit: in qua ſpecie ſi per eum non ſteterit, quominus intra præfixum terminum [f] cum eadem matrimonium contraheret, liberè ad nuptias alterius tranſire poterit.

Sponſalia contracta ſub conditione, euaneſcunt conditione deficiente, niſi ab ea receſſum fuerit. hoc dicit.

id facere purè, & ſimpliciter, ſed potius ſub conditione, vel tempore adiecto, & quamuis primo videbatur id eſſe eis denegandum, quia ſponſalia iſta tali modo cõtracta vel impedirent libertatem mattimonij ob tacitam dilationem, vel abſolutè conditionem aliquam non recipiunt, cum per ea matrim. initietur arg. c. 2 de elect. in 6. actus enim legitimi conditionem non admittunt c. actus de reg. iur. eod. lib. Sol. tamen eſt tenenda quæ hic habetur, quia cum ſponſalia ſint tamen contractus, & non ſacramentum, licerinde matrim. poſtea oriatur, propterea dñt regulari, vt cæteri contractus, in quibus id legimus eſſe permiſſum § omnis inſt. de verb. oblig. non obſtant obiecta tum ob rationẽ decidendi adductam, cum quia voluntariè id faciant & c. addu. in caſu noſtro limitari debeat, quia non eodem modo electio operatur. Not. qualiter in matrimonio conditiones reperiri poſſunt: licet ſit ſacramentum: Not. 2 libertatem matrim. aliquando limitari ob voluntariam temporis dilationem: No. 3 conditiones reperiri ita diuerſas, vt aliquando vitient, & aliquando vitientur, iuxta notata etiam per doct. in c. fi. de condit. appoſit.

a ¶ Ruſſus.] ſecunda diff. ſponſalicrum fac. c. 2 ſponſalia c. ex literis. c. requiſiuit eod.

b ¶ Purè.] Immò contra; quia non videtur quod ſponſalia purè contrahi poſſint cap. it. quemadmodum de iur. & § vnius infra eodem? Reſp. contractus dicitur omninò purus, & ſine omni conditione, ex quo non fuit certa conditio expreſſa: conditio ergo ſubintellecta non facit actum conditionalem l. conditiones quæ extrinſecus, ff de condi. & idem & c. ſignificaſti, & quodibi not. de elect. & per Ab. in c. 2 eo. & diffusè per Legiſtas in l. 3 ff de leg. 1.

c ¶ Nullus conſanguineorum.] Reſtringe hanc generalitatem ſecundum iura communia, & antiqua ad terminos, c. non dẽt conſang. & affi. ne ſequatur quartum abſurdum, de quo per Doct. in c. ſponſ. eo. immò nouiſſimè hæc generalitas eſt reſtringenda ad primũ gradũ: vt per Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 3 in decretis reformat. matim. vbi diſponitur, quod impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non excedat primum gradum.

d ¶ Poterit.] Si ſit in 4 gradu, iuxta c. non debet, vel in 1 ſecundum Concil. Trid. in loco alleg. in prox. ſuperio. no. Et ſi de facto contrahatur non tenebit, cum publicæ honeſtatis iuſtitia contrahendum matrim. impediat, vt per Abb. in cap. ſponſam. in fi. eod. & c. 1 § 1 eod. in 6.

e ¶ Compelli.] Quidam hoc intelligunt cum ſponſalia ſunt iurata: alias ſecus cum c. 2 c. ex literis, ca. 2 requiſiuit cum aliàs in compulſione ſemper videantur ponderare iuramentum & fidei interpoſitionem. Sed contrarium vſ teneri communiter, cum hæc compulſio fiat ratione peccati vitandi; quod committitur, etiam ſi iuramentum non interueniat, cum Deus non faciat differentiam inter ſimplicem loquelã, vel pactum, & iuramentum c. 1 c. 2 & c. 3 de pactis c. iuramenti 22 q. 5 licet magis peccet, veniens contra iuramentum, c. pen. de iure iu. Vide per Abb. in c. 2 & in c. ex literis, 2 eo. & in c. ad aures ext. quã met. cauſ. Immò in tantum non eſt licitum reſilire à ſponſalibus, vt etiam ſi cum alia poſteriore interuenerit iuramentum debeat cum prima contrahere, Inn. & Abb. in c. ſicut & c. requiſiuit eo. & no. hic quod compellitur quis ad factum: quia non pót ſolus intereſſe, ſpiritualia, enim æſtimationem non admittunt.

f ¶ Terminum.] Ergo ſi purè fuiſſent ſponſalia contracta temporis lapſu non finirentur: arg. l. Imperator, ff de poſtul. l. obligationum. § placet ff de action. & obl. Sed contra fac. c. cum dilecti de dolo. & contu. & l. Celſus, § 1 ff d. arbit. ſed hic aliud vſ propter periculum fornicationis, vel aliter ejque terminus opponitur obligationibus ad ſollicitandum implementum; & tunc lapſus termini non liberat, & ſic loquitur, d. l. Celſus: Quandoque adlimitandam, vel finiendam obligationem, & tunc ſi per promiſſorem non ſtet, lapſus termini liberat ab obligatione. Sed quare cenſebitur terminus adiectus ad limitandã obligationem potius quam ad ſollicitandum implementum adiectus? Reſpondeo, vt per Abb. & cæteros in cap. ſicut, & in cap. de illis eod. ille caſus videtur dubius, & nota ſecundum eundem, quod ſi à principio ſponſalia fuiſſent purè contracta, ſi poſtea ſponſus, & ſponſa de certa die matrimonij contrahendi, conuenirent, poſt lapſum dicti termini non eſſet obligatio diſſoluta. Sed adhuc contra lib. 2. Capit. eodem, & l. ſæpè. ff eodem. Sol. vt in d. cap. de illis.

Sub conditione[a] celebrantur sponsalia, cùm quis si quid fiet, vel contigerit, nuptias se contracturum pollicetur: veluti si dictum fuerit; *Ego te in vxorem accipiam; si centum mihi dederis*[b] *aut si pater meus cõsenserit.*[c] Quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit,[d] nisi consensus de præsenti, aut carnalis sit inter eos commixtio[e] subsequuta, * cùm his casibus à conditionibus recessum[f] videatur.

Turpes conditiones adiectæ sponsalibus, vel matimonio non vitiant, sed vitiantur. h. d.

Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quæ honestæ sunt,[g] & canonicis institutis non contrariæ; nam si turpes sint; aut impossibiles,[h] ob fauorem matrimonij debent pro non adiectis[i] censeri.

Conditiones, quæ sunt contra substantiam matrimonij vitiant matrimonium. h. d.

Si tamen non solùm turpes sint, sed etiam contra substantiã vel naturã coniugij, puta[k]

a ¶ Sub conditione.] Et in hoc matrimonium carnale differt à spirituali. quia illud non pót contrahi sub conditione, vt habetur in c. 2 de elect. in 6 & dét statim conditio apponi non ex interuallo: quia tunc reijcitur in c. de illis de cond. app. Et nota quod omnis conditio à iure non reprobata pót apponi in matrim. vt hî in cap. sup. per cod. con. app.

b ¶ Dederis] Dummodo ista datio non sit adiecta in modum pœnæ c. Gemma. eo. l. Titia. ff de verb. oblig. l. fi. C. de sponsa. l. 2 C. de inut. stip. sed contra d. l. si ita stip. fuero, § si tibi nupsero, ff de ver. obl. sol. vt per Abb. in cap. de illis, de cond. appo.

c ¶ Consenserit.] Et sic nota quòd matrim. conferri potest in alterius arbitrium: & non solum parentis, vt hic: verum etiam extranei c. super eod. & cap. per tuas de cond. apost. & ex hoc habes vnam differentiã inter actum matrimonij contrahendi, & tastamentum conficiendi, quod in alterius potestate conferri potest. l. captatorias, & l. illa institutio, ff de he. instit. de quo in cap. cum tibi ext. de testa. ratio differentiæ esse potest, quod matrimonium est de iure diuino, vnde solus consensus sufficit qualitercunque habeatur. Sed testamentum dependet ex gratia, quia confertur effectus eius in id tempus, quo testator non est futurus dominus, scilicet mortem, vnde satis est, quòd ipsi soli permittatur libera disponendi facultas: vt not. in d. l. illa institut. & per Abb. in d. c. super eo.

d ¶ Poterit.] Adeo quod etiam copula sequens nihil operabitur: vt not. Ab. in c. sup, eo. de condit. appos.

e ¶ Commixtio.] Operatur ergo copula duo: nam & purificat sponsalia, & eodem momento ea transfundit in matrimonium: nota Gl. & Abb. in c. de illis de condit. app. Item not. hic duos casus, in quibus conditio apposita in sponsalibus tollitur, scilicet quando interuenit consensus, & quando copula.

* Commixtio subsequuta.] Aiunt communiter Doctores sponsalia de futuro transire in matrimonium per subsequentem copulam iuxta cap. veniens, cap. is qui de sponsalib. & cap. à nobis, § fin. de sponsalib. impuber. quod tamen hodie verum non est cum per Concil. Trident. matrimonium debeat celebrari coram Parrocho, & duobus, vel tribus testibus; aliàs irritum declaratur, sess. 24 c. 1 de reformat. matrim. SOLIER.

f ¶ Recessum.] Huic literæ multa ob. Et quod non est præsumendum quem recedere à iure suo cap. super hoc de renuncia. Et quod præcedens consensus præsumatur durare c. maiores de baptis. Et quod si pendente condicione res tradatur, & postea non existat conditio, res tradita reperitur, ff de condict. indebit. l. sub cond. & l. quòd si ff de peri. & com. rei, vendit. Et quòd conditionalis consensus nullus est ante conditionis euentum, l. cedere diem, ff de ver. signi. Et quod qui primò, & vltimo contradicit, medio tempore non consentit. d. 28 c. quia non sunt culpæ, & c. cum Marthæ versi. Si tunc igitur in cœlum de celeb. miss. & 1 q. 1 c. iudices. Si ergo nullus præcessit coitus, solus consensus super coitu matrimonium non facit cap. fin. de sponsa. duorum l. nuptias, ff de re. iu. Sol. hæc omnia quod fauore matrimonij inducta est præsumptio contra superiores regula. c. is qui eo. cap. de illis de condit. app. quia per carnalem copulam ipso facto videtur consensum exprimere de præsenti, & à cõditione recedere fac. l. sed Celsus. § fin. ff de contrah. emp. & not. in cap. per tuas de cond. app. Quid si ante coitũ protestetur se nolle propter hoc recedere à conditione? Resp. neque hoc prodest, c. cum M. de const. c. sollicitudinem, de appe. Quid si contrahatur matrim. sub conditione, quæ est omnino extitura? item quid si primo contraho cum vna sub conditione, deinde cum altera pure? Resp. de his & similibus, q. vt habetur in d. c. per tuas.

g ¶ Honestæ sunt.] Nota ex hac litera duas regulas. Prima quòd conditio inhonesta, vel impossibilis, quæ non est contra substantiam matrimonij, fauore matrimonij habetur pro non adiecta, vnde vitiatur, & non vitiat: licet regulariter in cæteris contractibus vitiet, & non vitietur, § impossibilis, inst. de inutil. stip. Secunda, quod omnis conditio apposita contra substantiam coniugij viciat matrimonium, & non vitiatur: & multo magis alium contractum non ita fauorabilem. Ratio est, quia remota substantia alicuius actus remouetur, & ipse actus, c. tua eo. & ad cognoscendam substantiam alicuius actus debemus semper inspicere virum talis actus sine illo possit consistere Bart. in l. prolatam C. de sent. & inte. lo. om. iud. & per Abb. in cap. fi. de condit. app. Sed contra videtur, l. cum præcatio. ff. de præca. vbi pactum contra substantiam præcarij vitiatur. Sol. illud procedit; quia pactum ibi apponitur in vim modi, non conditionis Bart. in auth. ingressi. Cap. de sacrosanct. Ecclesiæ. Immo in l. vbi ita donatur, ff de dona. caus. mort. fortè, quia modus actum non suspendit secus conditio, l. cum ab eodem ff de contrah. empt. Sed an consuetudo possit tollere substantialia actus, puta quòd fiat electio ad voluntatem certæ personæ? Respondeo negatiuè, capit. cum in terra de electio. vbi Abb. notat. & fac. notat. in capite secundo de consuet. in sexto, vbi consuetudo non potest inducere quòd à Vicario appelletur ad Episcopum.

h ¶ Impossibiles.] Impossibilitas autem quotuplex sit, & quando dispositionem vitiet, vide per Abb. in c. fin. de pact.

i ¶ Pro non adiectis.] Facit. l. generaliter ff de verb. oblig.

k ¶ Puta.] Per exempla trium hic subiectarum conditionum extinguntur tria bona matrimonij, s. prolis,

fides, ſacramentum, de quibus ſup. tit. prox. in fi. Sed & alia reperiri poſſunt ſimilia, puta ſi contrahatur cum aliqua ſub conditione quòd ſi committat adulterium, liceat ei à matrimonio recedere, & aliam ducere. Nam licet hæc videatur conditio reſolutiua, idem tamen operetur quod ſuſpenſiua vt per Ab. in c. fi. de cond. appoſ. & hoc eſt mulieribus prædicandum, ne ob ſimplicitatem decipiantur, primum Hoſtie. Et intellige hanc materiam quam vterque conſentit conditioni contra ſubſtantiam: ſi autem alter vel contradicit, vel etiã tacuit, tenet matrimonium, ſi fuit proceſſum ad conſummationem; vt ibid. Ab. poſt alios. Item ex hoc intellige id quod hæc, de quib. hic, vt impediant matrimonium, debent deduci in pactum expreſſum: ſecus ſi ſit propoſitũ in mente retentum; vt per Ab. in c. commiſſum eod. ex hoc infert, quod inter Beatiſſ. Virg. & Ioſeph, fuit verum matrimonium, licet omninò B. Virgo in copulam non conſenſerit, in hoc tamen multi multa opinantur, de quo vide quæ habentur 27 q. 2 § cum ergo, & cap. Beata, & per Abb. in d. cap. commiſſum.

a ¶ Euitaueris.] Hæc conditio eſt contra bonum prolis.

b ¶ Inueniam.] Hæc conditio contra ſacramentum, quod eſſe debet indiuiduum.

c ¶ Adulterandam.] Et hæc contra bonum fidei.

d ¶ Effectu.] Quid ſi quis ingrediatur religionem, & profiteatur ſub verborum forma; Profiteor talem religionem, ita quod poſſim proprium habere, & matrimonio vti, an teneat monachatus, & ingreſſus? Reſp. vt latè habetur per Abb. & alios in cap. fi. de condit. appoſit.

Non tamen omnibus. CASVS. Cum ſponſalia indifferenter, & à quolib. cuiuſuis ætatis contraherentur, fuit propterea dubitatum, an tenerent; ante pubertatem in videbantur nulla arg. § 1 inſtitut. de authori. tut. accidit etiam quod cum ſit quædam diſpoſitio ad matrimonium, vt conſtat. § fi. ſuprà tit. proximo, oportet vt præſupponat diſpoſitionem naturalem, quæ in tali ætate ob defectum naturæ, & intellectus non reperiatur. ſol. tamen vt hic legimus, quia cum facillimè diſſoluantur § diſſoluuntur in eo. non debent regulari vt reliqui contractus, qua decidendi ratione ſuadente intelligimus quoque vt puto quod obiectiones non tenent. Not. limitat. ad communem regulam, qua cauetur quod impuberes non obligantur ſi de facto per ipſos tantum aliquid contrahatur; Nota ſecundò circa matrim. ſimpliciter conſideratum reperi duas ætates.

Is. Bap.

e ¶ Minores ſeptennio.] Id eſt, infantes; vt not. in proœmio ſexti. Qui verò ſunt maiores vſque ad pubertatem dicuntur pueri, vt in de proœmio; & per Abb. in c. veniens de voto & vo. re. & concor. cum hoc ca. literas, c. acceſſit, c. ad diſſoluendum, & c. duo pueri. de deſponſ. impub. & 30 qu. 2 per tot. & c. 1 de deſponſ. impub. in 6. ſeptennium autem debet eſſe completum, nec ſufficeret eſſe cœptum, vt iuribus ſuprà allegatis. Sed dubitatur an hæc ætas ex prudentia præueniri poſſit, vt accidit in matrimonio. Quidam quod ſic? vt not. in c. ſponſam. & c. iuuenis ec. & per s. Th. 4 ſent. d. 26 art. 4. Sed certè in contrarium eſt com. opin. vt per Abb. in d. c. iuuenis, & in d. c. Gemma. cum ætas peruenire non poſſit, cum illa requiritur reſpectu diſcretionis, l. ætate vbi not. de teſtam. & latè per Abb. in d. c. iuuenis.

ALOYSIVS RICCIVS. Minores ſeptẽnio non poſſunt ſponſalia cõtrahere, & contra lapſũ temporis non conualeſcunt, ex quo textu nota, quod ad cõtrahendum ſponſ. vtroque iure requiritur ætas ſeptem annorum, vt ca. vnic. de deſponſat. impub. & l. ſponſalib. ff de ſponſalib. s. Thom. 4 diſt. 29 q. 2 & addit. 3 p. qu. 43 art. 2 Nauar. c. 22 num. 26 Sot. qu. 2 art. 2 concluſ. 11 Couar. de ſponſal. 1 p. ca. 2 num. 1 Flores Theol. qu. in 4 diſt. 27 art. 4 & omnes.

Ampliа quod dictum ſeptennium requiritur completum, vt docet D. Thom. relatus, & ſequutus à Syl. ſuprà, & aliis Couar. ſuper. num. 2 ex c. literas, & cap. ſeqq. de deſponſat. impub. gloſſ. in clement. final. de ætate & qualit.

Amplia ſecundò, quod malitia non ſupplet hanc ſeptem annorum ætatem Couarr, ſup. num. 1.

Limita ſi non ſit ſeptennium completum, ſed parum deficiat nam parum, pro nihilo reputatur, vt in additione Miſſæ recitatione horarum, forti ieiunio, & aliis poteris exemplificare, quæ propter paruam quantitatem mortalia non dicuntur, vt reſoluit Nauarr. 11 num. 4 in manuali, & communis.

Limita ſecundò, quod quamuis Abb. ſtrictè loquatur dicens, quod ſi vnus dies, tantum deficiat ſponſalia erunt nulla, contraria tamen opinio eſt communis, quam tenet S. Thom. relatus, & ſequutus à Syl. ſupra Sot. 4 diſtinctione 27 artic. 2 cum multis aliis ibidem relatis, immò quod ſi deficeret vna hebdomada, & aliquid amplius erunt valida immò in rigore (ait s. Thom.) quamuis contrahatur in medio ſeptimi anni, Quod tamen, poſtea arbitrio boni viri relinquit iudicandum.

Sed quæritur, quæ differentia datur inter ætatem requiſitam ad matrimonium? Reſpondetur, quod in ſponſalibus requiritur eadem ætas, in vtroque contrahentium, ſcilicet ſeptennium. In matrimonio verò diuerſa requiritur in viro ſcilicet ætas 14 in fœmina verò duodecim, vt ex Tho. & multis tradit Syl. verſi. ſponſalia, quæſt. 2 § 3 Nauarr. cum communi capitul. 22 num. 26 Sot. diſtinct. 27 quæſt. 2 art. 2 ad ſecundum.

Quæritur ſecundò, vtrum ſponſalia inualida propter defectum ætatis conualeſcant, & ſint valida aduenientе ſeptennio, per tacitum contrahentium conſenſum ad ſponſalia deductum? Reſpondeo, quod ſic, vt probat Gloſſa vbi Abb. & Doctor. in capite literas, de deſponſalib. impuber. & probat. text. ſecundum Abb. ibi in capitul. duo pueri eodem titul. & in capitul. vnic. eodem titul. in 6 Couar. de ſponſal. prima parte, cap. 2 numer. 2.

si alter dicat alteri; *Tecum contrabo, ſi generationem prolis euitaueris*: [a] *vel donec aliam honore, vel facultatibus digniorem inueniã* [b] *aut ſi pro quæſtu, adulterandam* [c] *te tradideris* matrimonialis contractus quantumcunque ſit fauorabilis, omni carebit effectu. [d]

Minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere, & contracta lapſu temporis non conualeſcunt, niſi noua voluntas acceſſerit. hoc dicit.

Non tamen omnibus, cuiuſcumque ſint ætatis, licet ſponſalia contrahere; nam inter minores ſeptẽnio [e] celebrata nullius roboris

efficaciam sortiuntur: ideoque si infantes, [a] vel vnus maior septennio, alter minor sponsalia contraxerint, ipsi vel parentes [b] pro eis: nisi per cohabitationem [c] eorum mutuam, siue aliàs verbo, [d] vel facto [e] eosdem in eadem voluntate factos maiores perdurare liquidò appareat, sponsalia huiusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minimè conualescunt, [f] & ideo cum sint nulla ratione defectus consensus, publicæ honestatis iustitiam, [g] non inducunt.

Nixus copulæ in septennem inducit publicæ honestatis iustitiam, h.d.

Si tamen cum ea quam nondum septennem domum quis traduxerit copulæ nixus interceſſerit, aliud [h] statuendum erit.

Qui contraxerunt sponsalia, debent compelli ad matrimonium, nisi aliquid triste timeatur, h.d.

Initiatum igitur sponsalibus matrimonium fide consensus ratificari debet. [i] Quod si qui de contrahendo matrimonio fidem sibi dederunt, se inuicem admittere omninò

2 ¶ Infantes.] Id est, minores septennio, l. si infanti, C. de iur. deli. quæ ætas quidquid videt ignorat. l. 1 C. de fal. mon. Et not. quod licet quoad pubertatem sit in sexu differentia in numer. annorum capitul. plures de desponsa. impub. & infra titul. 1 § sed qui sint, tamen secus est quoad infantiam: quia vterque tam masculus, quam fœmina debet esse septennio minor, vt hic, & capit. literas, & capit. accessit. de despons. impub. simile in ætate legitima, quæ in vtroque incipit post 25 ann. in l. 1 ff de minor. l. 1 C si mi. se ma. dixe. instit. de curat. in princip.

b ¶ Parentes.] Concor. capitulum fin. 3 quæst. 2 & cap. 1 in princip. de despons. impub. in 6.

c ¶ Cohabitationem.] De hoc not. late in capitul. final. 30 quæstione secunda.

d ¶ Verbo.) Non solum ratificando expresse; sed etiamsi post septennium ad inuicem se sponsos vocent: vt not. in capitul. 1 de despons. impub. in 6.

e ¶ Facto.] Vt quia post septennium simul iacent, & osculantur inuicem, vel quia sponsus venit ad domum sponsæ, vel mittit iocalia tanquam sponsæ, vel quid simile: vt in capitu. 1 de desponsat. impub. in 6 & per Abb. in capitul. literas, eod. titul. Et sic nota, quod non refert verbo fiat, vel facto cap. dilecti, & cap. vt nostrum, de appel. concord. cap. ex parte de restit. spolia.

f ¶ Conualescunt.] Cap. non firmatur vbi late per Ioan. Andr. de regu. iur. in 6 leg. quod ab initio ff de reg. iur.

g ¶ Iustitiam.] Hoc impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, nec ex consanguinitate causatur, nec ex affinitate: quia ante carnis commixtionem non est orta affinitas: sed ex consensu præstito in legitimis sponsalibus: & fuit hoc impedimentum ab ecclesia inductum propter honestatem dumtaxat, quia quandoque graues inimicitiæ oriebantur inter consanguineos, cum vni desponsatam alius consanguineorum quærebat in vxorem ducere. Et ar pellauit ecclesia hoc impedimentum publicam honestatem: quia non poterat dari congruentius nomen, eum non posset attribui alicui ex cognationibus, de quibus infra de tripl. cognation. Istud ergo impedimentum est de per se ex sola honestate ab Ecclesia inductum, & impedit matrimonium inter coniunctos vsque ad quartum gradum, cap. sponsam, eod. & cap. 1 de sponsalib. in c hodie per Conc. Trid. sess. 24 cap. 3 incipit iustitia. non excedit primum, declarat Abb. in cap inuenis eod.

h ¶ Aliud.] Quia inducceretur publicæ honestatis iustitia ob nixum, licet ætas fortè in altera non sit legitima ad sponsalia, capitul. iuuenis, vbi Abb. eodem Hostiens. in summ. eod. § cuis effectus, vers. effectus etiam, & in versic. quis possit contrahere.

ALOYSIVS RICCIVS.. Nixus copulæ in septennem inducit publicæ honestatis iustitiam hoc dixit, ex isto § videretur dicendum quod per consummationem culpæ, sponsalia de futuro transeunt in matrimonium iuxta tex. in capit. is, qui fidem de sponsalib. & matrimo. & quid iudicandum sit quando culpa præcedit, & sponsalia subsequuntur, disputant. Sot. in 4. dist. 27 quæst. 2. art. 4. Felin. in cap. cum M. n. 78 de constitutione. Angles Flores Theol. in quæst. de essent. matrim. pag. 322. Sylvest. in summa verb. matrim. il. 2. numer. is, tamen ex dispositione Concil. Trid. sess. 24 de reformat. matrim. cessat dispositio dict. capitul. is, qui fidem, quam opinionem tenent Nauarr. in Manual. cap. 23 numero 144. Spin. in specul. testament. in glo. 15 princip. numer. 55 Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 1 Gall. in consuetud. Alexand. in glos. maritus quæstio. 1 Gutier. lib. 1 canonic. car. quæst. capitul. 18. Perez. libro 5 titul.... lib. 1 pag. 42 volumine primo, versicul. in primis enim.

Initiatum igitur. Hæc pars, & si plures contineat part. in communi tamen CASVS. Ita *fo. Lap.* potest in ea figurari. Præsupponuntur contracta sponsalia, vel à sponsis in diuersa ætate constitutis, vel ab eorum parentibus, & cum contrahentes post factum non conueniant, quæritur fuit, quid iuris, ob naturam enim istius contractus quod facillimè posset rescindi, § dissoluuntur, infra eod. dubium videbatur solutum, si per contrahentes sint contracta, si vero per parentes videbatur respondendum iuxta princip. titul. instit. de nupt. Sol. tamen vt hic habetur, quia in dubio, regulariter omnis promissio est de iure exequenda, iuxta not. in capit. 1 de pact. Non obstant obiecta, quia quoad contrahentes repugnat iuri, & rationi, vt temerè recedant, quoad parentes verò ius ciuile hodie intelligi debet iuxta not. in cap. 1 desponsalibus impuber. Not. primo argumentum quod spiritualia facilius contrahuntur, quàm dissoluantur: Not. secundo malos euentus semper esse euitandos, & præcipuè vbi maius est periculum, facit capitul. vbi periculum, de elect. in 6 Not. 3 præcipuam coactionem esse à iure regulariter reprobatam. facit cap. maiores de baptism.

i ¶ Debet.] Concor. cap. 2. & cap. requisiuit, eod. Sed contra. in l. 1 C. eod. Quidam quod illa lex est abrogata: vt not. 27 quæst. 2. cap. desponsatas alij & Cyibi, quod contrarium procedit quando renunciatum est sponsalibus, vt quod hic dicitur quando non est renunciatum tractat Abb. in cap. requisiuit eod.

noluerint,[a] inſtar eorum, qui ſocietatem[b] interpoſitione fidei[c] contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt diſſolutio tolerari[d] poterit. Cum coactio[e] difficiles ſoleat exitus frequenter habere.

Non ſunt audiendi impuberes volentes diſſoluere ſponſalia, ſed expectandum tempus pubertatis, h. d.

De illis, qui infra annos aptos matrimonio ſponſalia contrahunt, quæri poterit: & ſanè ſiue vterque, ſiue alter reclamet, & antequam ad annos matrimonijs aptos peruenerint, ſeparari poſtulent, non ſunt audiendi,[f] ſi verò alteruter iſtorum ad pubertatis annos peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cum ſponſalia contraherentur,[g] ſi is qui minoris eſt ætatis ad pubertatis annos perueniens reclamauerit, nec in alterum conſentire voluerit, iudicio Eccleſiæ[h] ſeparari poterunt.

Mulier viri potens contrahens cum impubere, non poteſt reſilire: ſed impubes factus pubes, h. d.

Mulier quoque, quæ nubiles annos at-

a ¶ Noluerint.] Abſolutè reſtituerint.

b ¶ Societatem.] Nota argument. de ſocietate ad matrimonium, fac. l. verum § fin. & l. actione, § diximus, ff pro ſoc.

c ¶ Fidei.) Siue per iuramentum: quia æquipollent. cap. peruenit de fideius. & 25 quæſt. 5 cap. iuramentum.

d ¶ Tolerari.] Not. verbum quod deſignat quandam diſpenſationem: & eſt quædam permiſſio comparatiua, fac. capitul. veniens qui cle. vel vo. Multa enim tolerantur, ne deterius contingat. capit. cum iam dudum, de præbend. alias mero iure deberent compelli, vt habetur in capitul. ex literis z. eodem. Tanere tamen dicebat in capit. 1 eodem, vnde ſumitur, hanc literam continere ius commune, vt ibidem, not. prima verior. Ex quo nota caſum, in quo Eccleſia non compellit quem ad pœnitentiam: ſed patitur aliquem ſtare in peccato, vt euitetur maius malum futurum. Et videtur ex hoc notanter probari, quod tolerandum eſt minus malum veriſimiliter futurum, licet poſſet illud non contingere: nota per Abb. in cap. requiſiuit eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Qui contraxerunt ſponſalia habent compelli ad matrimonium, niſi aliquid triſte timeatur hoc dicit, pro ornamento iſtius, § tres ſunt diſtinguendæ concluſiones, prima ſit concluſio legitima ſubſiſtente cauſa, iudicem tantum modo monere debere ſponſos, & ſic nullo modo illos ad contrahendum coarctare DD. communiter in c. ex literis de ſponſalibus Abb. in c. requiſiuit, n. 4 huius tit. Alex. conſ. 212 n. 5 vol. 5 Gabriel. conſ. 159 & in cons. 186 n. 2. vol. 2. Nauarr. in Manual. capit. 22 n. 27 & 72 Ledeſma q. 43 a. 1 vers. 3 concl. Triuiſ. de priuileg. ſpons. priuil. 1 n. 3 priul. 1 n. 3 Franiſc. Marcus dec. 521 n. 2 p. 1 diuerſor. Rot. Maceraten. in deciſ. 2 lib. 1 Lanfrancus, decis. 51.

Secunda ſit concluſio ad iudicandum an ſit iuſta vel iniuſta cauſa contrahendi remittitur arbitrio iudicis Abb. in cap. requiſiuit, nu. 4 quem refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud lib. 2. cent. 5 caſu 455 num. 2. Alexand. conſil. 212 n. 5 vol. 2. Gabriel. in d. conſil. 159. n. 3 & cons. 186 n. 9 Henriq. in ſumma Theolog. moral. lib. 11 de matr. cap. 14 § 7 circa finem Rot. Roman. in deciſi. 497 n. 2. tum quia Eccleſia debet eſſe difficilis ad finalem compulſionem, præſertim quando dignoſcitur pertinacia Abb. in d. ca. requiſiuit, n. 8 in fi. Ferr. cons. 171 num. 6 cum ſeq. & Gabriel. in dict. cons. 186 num. 5 & 11.

Tertia ſit concluſio inter cauſas iuſtas, ac legitimas non contrahendi, eſt magna diſparitas inter ſponsos, puta ſi vnus erat ditiſſimus alter vero pauper Paris. cons. 58 n. 37 vol. 4 Cacheran. cons. 23 item vnus nobilis, alter vero ignobilis, vt fuiſſe deciſum in Rot. Rom. teſtatur Cæſar de Graſſis in deciſ. 2. de ſponſal.

Secunda cauſa eſt capitale odium ortum inter præfatos Gabriel. dict. cons. 186 n. 8 capitul. requiſiuit vbi Abb. n. 4 deſponſal. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. Cent. 5 caſu 455 n. 3 cum ſequent. Thadeus Piſanus in Rubric. quod modis ſponſalia diſſoluantur, numero 9 Triuiſ. de priuileg. ſponſal. priuileg. 7 & iſtud procedit etiam ſi odium eſſet cauſatum culpa ipſius ſponſi Roman. conſ. 190 n. 5 Rot. Maceraten. deciſ. 2. Ledeſ. de ſacramento matrimonij art. 1 verſicul. 5 conclus. & fuit in Rot. reſolutum in vna Abulen. matrimonij 28 Maij 1593 coram Blanchetto, & iterum in vna Valentina matrimonij 16 Ianuarij 1579 coram Clemente VIII. & iterum in vna Hiſpalen. 8 Februarij 1580 coram de Rubeis.

Tertia cauſa eſt timor exhæredationis, puta ſi parentes exhæredare velint, nam pluries hæc cauſa fuit à Rot. Roman. approbata, & viſa releuans ad recuſationem implementi ſponſalium præſertim in vna Tullen. matrimonij 1596 coram Pœnia, & iterum in vna Toletana matrimonij 27 Ianuarij 1595 & in vna Romana matrimonij 15 Februarij coram Orano, quod procedit etiam ſi præfata ſponſalia eſſent iurata ſecundum Ruinum conſil. 203 n. 5 vol. 1 doct. communiter in citato capitul. requiſiuit, Sylu. & reliqui Summiſtæ, in verbo ſponſalia, n. 10 & Seraph. optimè loquens in deciſ. 1258 n. 1 & 2.

Quarta cauſa eſt ſuſpicio morbi Gallici argumento textus in capitulo literas de coniugio leproſorum Maior. de irregular. libro 2. capitul. 19 facit text. in cap. quemadmodum § quid ſi poſt de iureiurando, & fuit in Rota reſolutum in vna Toletana matrimonij 27. Iunij 1595 coram Illuſtriſſ. Seraph. vt in deciſ. 1122. n. 8.

e ¶ Coactio.] Nota ergo ex hoc, quod matrim. debet eſſe liberum non ſolum in princ. contractus ſponſalior. ſed etiam ex poſt facto in contractu matrimonij. Ex quo infert Abb. in cap. requiſiuit, eodem quod ſi quis ſponte contraxiſſet ſponſalia de futuro, & compellatur metu ad contrahendum matrim. per verba de præſenti, quod tale matrimonium non tenet. Plura tamen vrgent contra, de quibus in dict. cap. requiſiuit.

f ¶ Audiendi.] Propter facilitatē ætatis. Et eſt arg. quod impubes de eo, quod facit ante pubertatē, reclamare nō valet: arg. d. 28 c. de his, & 20. q. 1 c. illud, & ff de neg. geſt. l. Pomponius.

g ¶ Contraherentur.] Declara vt in capitul. de illis, de deſpons. impub. vnde ſumitur.

h ¶ Iudicio Eccleſiæ.] Sic capitul. de illis, & capitu.

à nobis, de despons. impuber. & sic oportet, quod sponsalia dissoluantur in iudicio Ecclesiæ tantum: nisi fortè vinculum superueniat, puta matrimonium cum alia: vel votum solemne: tunc enim ipso iure soluta sunt: argument. capit. si inter eodem, & capitul. 1 de sponsalibus duorum.

tingens ei, qui nondum matrimonio erat aptus, nupsit, [a] cum in eum semel [b] consenserit, amplius dissentire non poterit: nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam suum negauerit præstare consensum.

Contrahens sponsalia cum impubere coactè non tenetur expectare impuberem, h. d.

Hæc tamen de his dicta intelliguntur, quæ sponte cum minoribus sponsalia contraxerint.

Si quæ enim non tam sponte sua, [c] quam à parentibus coacta cum impubere contraxerit, & domum traducta fuerit licet aliquando ibi inuita permanserit, si puerum vsque ad annum decimumquartum minimè expectandum duxerit, ei alium sibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit.

Sponsalia contracta à parentibus non tenent, nisi filij assentiant, h. d.

Non absimile est quod de sponsalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, [d] frequenter contrahunt, statuitur: nam si quidem ipsi filij expressè consenserint, vel tacitè, vt si præsentes fuerint, nec contradixerint, [e] obligantur: & ex eis oritur publicæ honestatis iustitia.

Ratificatio tam tacita, quam expressa æquiparatur consensui, præcedenti, h. d.

Idem etiam obtinet si filij tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignorantes eadem sponsalia post scientes, & prudentes ratificarunt [f] tacitè, [g] vel expressè: alias ex sponsalibus contractis à parentibus pro filijs, nec ipsi obligantur, [h] nec publicæ honestatis iustitia inde exoritur. [i]

Sponsalia dissoluuntur ipso iure quando non habetur ratio voluntatis contrahentium, h. d.

capitul. 1 de desponsat. impuber. Immo dic, quod in effectu iuris non est differentia: vt per Abb. in d. cap. 1 & quatenus ibi dicitur, impuberem, omnino implere debere voluntatem paternam, intelligitur ex debito honestatis, non necessitatis.

a ¶ Nupsit.] Id est, sponsalia contraxit: quia matrimonium contrahere non poteras, sic capit. de illis, 1 cum capitul. seq. de desponsal. impuberum.

b ¶ Semel.] Argument. quo semel probatum non possum amplius reprobare, 3 quæst. 4 capitul. offeratur, & 8 quæst. 2. dilectissim. & 20. quæstion. 3 capitul. eos qui, & 32 quæst. 5 capit. horrendis, & distinct. 4 capitul. in istis. Item argument. quod contractus claudicat. Quod licet aliquando contingat: tamen non accidit in matrimonio, quod non potest constare, nisi ex duobus consensibus, capitul. tua eodem. Et quod hic dicitur, & in capitul. de illis vnde sumitur, de desponsat. impub. non accidit ratione, vel ex natura matrimonij: sed ratione promissionis, vnde si contraheret cum alia, teneret, etiam si iuramentum interueniisset, capite. si inter eod. & not. plenius in dict. cap. de illis.

c ¶ Non tam sponte sua.] Electiuè stat verbum comparatiuè, id est, non sua sponte: sed coacta à parentibus. Et sic nota quod etiam minæ parentum inducunt iustum metum, maximè in muliere. Habenda tamen esset ratio qualitatis parentum, & minarum. De hoc habetur in capitul. ex literis, de desponsat. impuber. & in capitul. accedens, de conuersion. coniugator. & in capitul. final. qui cleric. vel vou. per Innocent. in capitulo causam matrimonij: de offic. delegat. per Peru. in capitulo primo, §. fina. de desponsat. impub. in 6 per Legistas in l. prima § quæ onerendæ, ff quarum re. act. non detur, & in l. quæ dotis, ff solut. matrimon. & in l. Titia, ff de verb. obligat.

d ¶ Puberibus.) Quid si impuberibus? Videtur quod omnino sequi debeant voluntatem paternam: vt in capitul. 1 de desponsat. impuber. Immo dic, quod in effectu iuris non est differentia: vt per Abb. in d. cap. 1 & quatenus ibi dicitur, impuberem, omnino implere debere voluntatem paternam, intelligitur ex debito honestatis, non necessitatis.

e ¶ Contradixerint.) Ergo qui tacet hoc casu consentit, cap. qui tacet de re iur. quia agitur de re naturaliter appetibili.

f ¶ Ratificarunt.] Ex hoc nota, quod licet ad contrahendum matrimonium requiratur specialissimum mandatum tamen gestum sine vllo mandato potest ratificari, & valet. Et sic nota generaliter quod subsequens ratihabitio specialissimo mandato æquipollet: vt hic, & cap. 1 § fin. de despon. impub. in 6 vbi Perus. & in cap. cum quis, de sent. excommu.

g ¶ Tacitè.] Interuentu alicuius actus: sola enim taciturnitas non sufficeret, Perus. in ca. 1 § fin. de despons. impub. in 6.

h ¶ Obligantur.] Not. filios non esse in potestate parentum quoad matrimonium, c. fin. de iudic. in 6 secus, de iure ciuil. l. sicut proponis C. de nu. & inst. co. tit. & l. Paulus de stat homi. Sed in hac materia stamus iuri canonico: vt not. in §. 6. gradu instit. de grad. & c. pœn. de secund. nup. Sed consueuit quæri, an pater teneatur dotare filiam quæ nupsit: in hac quæst. multipliciter distinguitur, vt per Abb. in cap. 1 de despon. impub. & Perus. in cap. 1 § fin. co. tit. in 6.

i ¶ Exoritur.] Licèt hæc litera loquatur de sponsalibus contractis per parentes, idem tamen est si per alium quemlibet: vt not. in cap. 1 § fin. de despons. impub.

Dissoluuntur. Hæc pars in duas partes est subdiuidenda: in prima demonstratur qualiter sponsalia dissoluuntur ipso iure: in secunda qualiter facto hominis, secunda ibi facto hominis: quoad primum breuitatis gratia CASVS in ea ita potest in communi figurari. Quidam cum sponsalia contraxissent, pœnitentia postea ducti diuersimodè statum mutauerunt,

vel

vel cum alia perſona matrimonium contrahendo, vel ordinem ſacrum ſuſcipiendo, vel religionem aliquam ingrediendo, vel conditionem per conſenſum vel aliquam qualitatem mutando: vnde fuit dubitatum an ſponſalia ſint ipſo iure ſoluta ob dictũ enim prophe relatum à gloſſ. ſuper c. 3 de pact. negatiuè reſpondebatur, quòd poſſet confirmari per l. ſicut. C. de action & oblig. ſol tamen eſt ſequenda prout hic legimus, quia cum ſponſalia ſint diſpoſito quædã ad matrimonium: vt ſupra ſuo loco eſt dictum, ſequitur inde, quod quando talis diſpoſitio non eſt ampliùs cõgrua ob mutationem modo prædic. factam, conſequenter inutilis reddatur, nec obſtat obiectio, quia ſemper eſt ſeruanda quoniam legitimè & cano obſeruari poteſt argumento c. ſciſcitatus de reſcrip. Not. primò legitimè contracta, niſi cauſa legitima aliter ſuadeat, ſemper ſunt ſeruanda. Not. ſecundò quod maior virtus aliquando tollit, & aliquando perficit minorem facit c. 3 de iure iuran. Not. tertiò limitation. ad l. contractus ſupra citat.

a ¶ Diſſoluuntur.] De hoc dicit, vſque ad finem tit. Et vide de hac materia per Hoſt. in ſũ. eod. § qualiter diſſoluatur. Et cauſæ ex quibus ſponſalia diſſoluuntur comprehenduntur his verſibus.

Crimen, diſſenſus, fuga tempus & ordo ſecunda.
Morbus, & affini vox publica cumque reclamat:
Quolibet iſtorum ſponſalia ſoluit eorum.

Alij ponunt verſus, qui ſequuntur.

Lepra ſuperueniens furor ordo ſanguis & abſem.
Læſaque virginitas membris damnũ: minor ætas.
In hæreſim lapſus fideique remiſſio prorſus.
Sponſos diſſociant, & vota futura retractant.

Quorum verſuum declaratio apparet tam ex his quæ ſequuntur, & præcedunt, quam ex his, quæ not. Hoſt dicit loco.

Diſſoluuntur [a] Sponſalia, aut ipſo iure, aut facto hominis, ipſo iure tunc dicuntur ſponſalia diſſolui, vt cum nulla habita ratione voluntatis, & conſenſus partium, ex certa ſuperueniente cauſa diſtrahuntur, vt ex contractu matrimonii, ſacrorum ordinum ſuſceptione, religionis ingreſſu cognationis interuentu.

Matrimonium per verba de præſenti contractum tollit ſponſalia præcedentia, & iuramento firmata ſed matrimonium contractum per verba de præſenti non irritatur, etiam ſequuta copula. hoc dicit.

Si quis igitur eam quæ tibi deſponſata fuerat per verba ſibi iunxerit de præſenti, etiam ſi inter te, & ipſam ſponſalia iuramento firmata extitiſſent, dum tamen copula [b] non interuenerit: nihilo minus per ſecundum matrimonium etiam te inuito, tolluntur: licèt fidem frangentibus ſalutaris ſit iniungenda pœnitentia: quanquam ſi prius per verba contraxiſſes de præſenti, ita firmum maneret matrimonium, vt per ſecundum etiam ſecuta copula tolli non poſſit [c] Nec enim vt pactionis fidem [d] interdum frangi iura ſubſtinent: ita etiam fidem conſenſus [e] aboleri permittunt.

Per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & ingreſſum monaſterii diſſoluuntur ſponſalia. hoc dicit.

Item ex contrario. Si quis ſacris ordinibus fuerit inſignitus aut religionem fuerit ingreſſus pari ratione ſoluuntur ſponſalia [f] Conſultus [g] tamen egerit, qui certam mutuo futuro fuiſſet vi præciſa, vel metu cognita, arg. not. per Inno. & per Abb. in c. in ſuper. qui mat accuſare poſſ. & per eundem Abb. & alios in c. conſulationi eod. & conco cum hac litera c. ſicut & c. ſi inter & c. is qui eod. & c. 1 & c. fin. de ſpon. ducrum cum pluribus ibi adduct.

c ¶ Non poſſit.] An autem hoc habeat locum in foro poli, vide per Abb. in cap. is qui eod. & an Papa poſſit approbare conſuetudinem contra id quod hic dicitur vide per eundem in c. ſi de ſponſa duorũ. d ¶ Pactionis fidem] Id eſt ſponſalia de futuro facta per pactum. Omnis enim pactio quã tumuis ſimplex, fides poteſt appellari, hinc veniens contra promiſſionem dicitur venire contra fidem l. 1 ff de pacti l. 1 ff de conſtitu. pecu. Et promiſſio appellatur fides religionis inſtar, quia ſicut in religion. credimus, quod non videmus: ita in promiſſione credo te facturum quod promiſiſti licet non videam Vnde Tullius, fides à fiendo dicitur, id eſt, quod fieri debeat quod eſt promiſſum, vel ſecundum Abb. in c. 1 de fideiuſſore à ducrũ firmitate. e ¶ Fidem conſenſus.] Id eſt matrimonium contractum per verba de præſenti.

f ¶ Sponſalia.] Hoc verbum diuerſimodè terminatur Nam ĩ quãtum reſcipit religionis ingreſſum poteſt intelligi non ſolum de ſponſalibus de futuro, ſed etiam de præſenti: vt habetur in c. ex publico de conuer. coniug. Et ita poteſt procedere quod dicitur de Machario in ca. ſcripſit. § ecce 27 q. 2 & facit, c. commiſſum eod. Sed inquantum reſpicit ſacrorum ordinum ſuſceptionem, intelligitur ſolum de ſponſalib. de futuro

b ¶ Copula.] Cuius virtus eſt, vt faciat tranſire ſponſalia per verba de futuro contracta, in ſponſalia contracta per verba de præſenti vt ſupra eo § ſub conditione: vbi no. & in c. is qui, eo Niſi tamen ſponſa de vt not. in c. 2 de vot & vo. redẽp. in 6 per extr. Io. quæ ineip. Alter t. antiq; & hab. ide ex parte 2 de conuer. cõiug. Diuerſit. ind. relig. fauor: & quia relig. & profeſſi ſũt mortui mundo, 16 q. c. placuit, & latè not. in d. c. 1 & alia eſt cauſa monachi, alia clerici 16 q. 1 & alia Facit pro diuerſit. quia ſi aliter dic. nõ eſſet æqualit. inter mares & feminas: quia viri dup. remed. poſſẽt mat. imped. & ſponſ. diſſol. ſcilicet per ingreſſum relig. & ſuſceptionẽ ord. fæminæ ſolo relig. ingreſ. cũ ſacrorũ ord. nõ ſint ca.

g ¶ Conſult. Jc. cõmiſ. eod Et põd. hoc verbũ quod import cõſil. Vnde quod hic dicitur nõ eſt poſitũ ĩ neceſ. & cõſil. cõtẽdit. nec is qui ſpõſ. cõtr. nt. de periur. vulgi opi-

nione, vnde sine peccato potuisset religionem intrare & non contrahere, alii tamen aliter: vt latè in dict. c. commissum.

a ¶ Religionem.] Scilicet approbatam, & in qua promittatntur tria vota. Nec enim sufficeret, si fieret de tertio ordine, vel si mulier esset, si fieret mantellata: vt per Abbatem in c. ex parte de conuer. coniug.

ALOYSIVS RICCIVS Per susceptionē sacrorū ordinum, & ingressum monasterii dissoluuntur sponsalia h. d. nulli dubium est, per solemnem Religionis professionem matrimonium ratum dissolui, vt Trid. docet sess. 24 can. 6 latissimè post alios sánchez d. lib. 2 disp. 13 Reginal. d. lib. 31 nu. 36 cum eum seq. & sic manens in seculo potest ad libitum matrimonii contrahere, aduerte tamen quod religio debet esse à sede Apostolica approbata.

lierem se ducturum in vxorem fortè iureiurando firmauerit, si antea contrahendo iusiurandum seruauerit, posteaque nulla subsequente carnali copula religionem [a] ingrediatur.

Affinitas superueniens dirimit sponsalia de futuro. hoc dicit.

Item si [b] inter sponsum, & sponsam affinitas superueniat, vt puta si sponsum propinquā sponsæ cognouisset; aut mānifestum sit, [c] aut de hoc sit publicè diffamatus, [d] aut spiritualis inter eos cognatio [e] intercesserit, dissoluentur inter eos sponsalia, nec ad matrimonium perueniri poterit. [f]

Verum non procederet si quis susciperet maiores ordines, vt habetur in extrauag. Ioan. 22 incip. Antiquæ de vot. Sot. & alii, quos post Sanch. lib. 7 de matrim. disput 4 probat Reginal. d. lib. 31 nu. 37 Ratio est quia religio est status maioris perfectionis & obsequium Deo gratissimum, nec impediendum est per matrimonium quando non interuenit iniuria proximi, vt supponimus. At ordines sacri non sunt talis perfectionis, & sic non habent vim soluendi matrimonium ratum Item ex dispensatione Summi Pontificis facta cum iusta causa. Ipse enim hanc facultatem habet interpretandi hanc obligationem non oriri, stante legitima causa, quamuis plures affirment, vt non possit Summus Pontifex dispensare, sed prior opinio probabilior est & ita plures summi Pontifices egerunt, vt Martinus V. Eugenius IV Paulus III Pius IV. Gregorius XIII vt post. Nauar. ca. 22 Enchir. nu. 71. D. Antonin. Caiet. & alios innumeros probat Sanchez d. libr. 2 disput 34 cum duob. seqq. Reginal. d. lib. 31 nu. 38 Causæ autem legitimè sunt plures, prima est notabilis disparitas inter contrahentes, & non nullis aliis diximus in § initiatum igitur

Quod autem diximus de religione approbata procedit de omni religione, in qua fit solemnis professio, vt etiam sicut Equites Hierosolymitani, quia verè & propriè sunt religiosi, & sic disponitur per eorum constitutiones approbatas per summos Pontifices. vt post Nauar Cordub. & alios probat sanchez disput 17 lib. 2 n. 6

Quod attinet ad matrimonium consumatum, vt nec per professionem emissam in Religione approbata soluatur, nisi vterque coniux ingrediatur in religionem de communi consensu, & professionem simul emittant est etiam certa, & vera, quia sola morte naturali soluitur hoc matrimonium. Quando verò fit diuortium est separatio quo ad mutuam habitationem, vt latè Molfes. in 9 part. summæ Moral. Theolog. Ratio diuersitatis est, quia matrimonium ratum significat vnionem Christi cum ecclesia, & cum anima existente in gratia; matrimonium verò consumat. non solum significat talem vnionem per charitatem, sed etiam per carnem ab ipso assumptam, vt habetur in c. debitum de bigamis Et quia non repugnat dissolui vnio Christi cum anima iusti; quia iam dissoluitur per peccatum mortale: ideo vinculum matrimonii rati dissoluitur At repugnat dissolui vnitatem Christi cum Ecclesia per naturā assumptam. Quia quod semel assumpsit nunquam dimisit, nec dimittet: ideò matrim. consum. dissolui nequit viuentibus ambobus coniugibus, vt latissimè post alios profeq. sanchez d. li. 2 disput. 13 n. 3 Reginal. d. l. 31 n. 30 Conc. dis. put. 26 n. 53 & ideo requi. vt ābo cōiug. relig. ingrediantur & ambo professionem emittant vt dictum est c. Agath. 27 q. 2 c. cū his de conuers. coniugat & solum manenti in sæculo permittitur, vt omittat votum castitatis perpetuę si non possit sustpicio incontinentiæ, vt habetur locis citatis & post alios notat Reginal. d. lib. 31 n. 40 & est praxis ordinar. & vidi plures sic seruari.

b ¶ Item si.] Concor. cum hoc c. 2 de cōsangui & affini & c. veniens 1 & 2 & c. ex literis de eo qui cog. consan. vxor. capite præterea eo.

c ¶ Manifestum sit.] Quidam exponunt ita quod notorium quasi non sufficiat impedimentum manifestū vt not. in c. 2 de consang. & affin. sed male, vt ibidem per Ab. Nam cum manifestum in plus se habeat quam sacra: vt not. in c. vestra de cohabi. mul. & cler. & fama per se suffi. vt hic & d. c. 2 Ergo multo magis manif.

d ¶ Diffamatus.] Not. quod sola fama probat impedimentum matrimonii & licet hic habetur solum de fama circa affinitatem, idem tamen dicendum est de quolibet alio impedimento, cum sit eadem ratio c. cum dilecta. de confir vtil. vel inutil. Ratio est: quia agitur de modico præiudicio cum sit de futuro matrimonio, vel id ob periculum animæ vt latè per Abb. in c. 2 de consanguin. & affinit.

e ¶ Cognatio.] cap. veniens. de spiritual. cogna.

f ¶ Poterit.] In tantum quòd ille, qui allegat hoc impedimentum affinitatis non possit repelli, quasi allegans propriam turpitudinem, cum illa regula non militet hoc casu ob periculum animæ c, præterea 2 eod. & per Abb. in c. 2 de consang. & affin.

ALOYSIVS RICCIVS Affinitas superueniens dirimit sponsalia de futuro h. d. pro intelligentia huius § scias quod affinitas est proximitas personarum, ex quocunque coitu seminum commixtione, intra naturale vas sequuta omni carens parentela, quæ diffinitio colligitur ex iis quæ tradit S. Th. 4 dist. 40 & Ang. Matrim. 3 imped. syl. matrim, 8 q. 15 Couar. 2 part. de matrim. cap. 6 § 7 in princip.

Dixi ex quocunque coitu, quia non tantum ex licito sed etiam ex fornicatione nascitur affinitas, San. Thom supr. in addit ad tertio p. quæst. 55 art. tertio Sott. d. 41 quæstione vnic. articulo secundo Nota tamen, quod quamuis affines propriè dicantur viri, & vxoris cognati dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur lib. non facilè § affines ff de grand. affinit. tamen nonnunquam affines consanguinitate coniunctos, vt tradit. Pæstus Pompeius. & in hac significatione accipi videtur l. viri, ff vbi pupil. educ. debet. & in l. ius fam. C. de relig. sumpt. fun. clare in l. si mul. ff ded. inter vir. & vxor. Nā quę l

uerat, eandem postea affinem vocat, & affinitatem quod pro consanguinitate accipimus, vt in c. 35 qu. 3 & in c. hæc salubriter 35 q. 8. Dixi seminum commixtione sequuta, quia licet quis mulieris intret clausura pudoris si intus non seminauerit, non contrahitur affinitas text. in c. extraordinaria 35 q. 3 s. Thom. 4 d. 41 artic. 1 quem referunt, & sequuntur Syl. Arm. Nau. Vig. & omnes supra.

Secundò, quia si vir non intret clausura, tamen seminat intus, vel semen intus intrat (quod fieri posse etiam in vase virgineo, aiunt omnes maximè s. Thom. quem refert, & sequitur Diaz de Iugo in prac. can. 77 de stupro) inducit affinitatem, quia fit seminum commixtio, vt omnes supra citati tenent.

Dixi intra naturale vas, quia per actum Sodomiæ non inducitur secundum s. Thom. & communem in 4 d. 41 Ang. matr. 2 impedimenti 15 nu. 5 Syl. & omnes, quos refert, & sequitur Nauar. sup. Sot. 4 d. 41 quæst. vnic. art. 2.

Amplia primò, per copulam vi præcisa, vel conditionali habitam Couar. 1 p. de matr. c. 6 § 7 nu. 2.

Amplia secundò, quod contrahitur etiam per copulam habitam cum dormiente (quod fieri potest) secundum Card. & Præpos. quos refert, & sequitur Couar. suprà.

Sed quæritur quomodo hæc affinitas impediat matrimonium? Resp. in affinitate diuersa esse genera, & gradus. Primum genus est, quod consistit in persona, quæ quamlibet mulierem dicto modo cognouit, & sic omnes consanguinei talis viri sunt affines mulieri ab eo cognitæ in primo genere: Et è contra consanguinei talis cognitæ, efficiuntur affines illam cognoscentis. In secundo vero genere sunt consanguinei viri consanguinei vxoris. Et sic persona addita personæ, per carnis copulam, siue matrimonium mutat genus. Genus autem affinitatis computatur sicut gradus consanguinitatis. De quibus talis sit regula. In eodem gradu sum affinis Petro; in quo vxor eius est mihi consanguinea s. Thom. Nau. & omnes suprà.

Nota tamen quod in d. 1 genere sicut olim eodem modo durabat & impediebat affinitas ex culpa illicita, sicut ex licita vsque ad septimum gradum, & postea vsque ad quartum gradum cap. non debet de consanguin. & affin. & omnes communiter maximè Sot. 4 d. 41 q. vn. art. 3 per text. in c. æqualiter 35 q. 3. Hodie tamen Concil. Trid. sess. 24 de reformat. limitauit, & restrinxit, impedimentum affinitatis ex illicita copula ad primum, & secundum tantum, statuens in vlterioribus gradibus matrimonium postea contractum non dirimi. Itaque sensus Concilij sit nullam affinitatem ex copula illicita prouenientem impedire, nisi vsque ad secundum gradum inclusiuè. In tertio autem, & quarto gradu posse licitè matrimonium contrahi, vt declarauit Pius V. in motu proprio incipiente ad Romanum, de quo Nau. c. 22 nu. 43.

In secundo autem gradu, aut genere affinitatis nullum est impedimentum, & sic duo fratres possunt contrahere cum duab. sororib. & pater & filius cum matre & filia, & vir mortua vxore potest contrahere cum relicta à patre suæ vxoris, & filia vxoris ex alio marito potest nubere filio sui mariti ex alia vxore, secundum Vigue. c. 16 § 7 vers. 9 Card. & alios quos refert, & sequitur Couar. sup. n. 6 & § 10 nu. 8 & quamuis inter fratrem, & relictam à patre putauerit iure diuino, & naturali esse prohibitum Goz. cons. 51 Grat. libr. 1 vol. 3 Paris. cons. 194 vol. 4.

Quæritur secundò, an aliquis gradus affinitatis sit iure naturæ prohibitus ita quod matrimonium impediat, & contractum dirimat, & in quo Papa dispensare non possit. Nota primò primum gradum affinitatis in duplici esse differentia. Prima est in linea recta ascendentium, & descendentium, vt si quis matrem, & postea eius filiam ducat. Aut si quis vxoris suæ filiam ducat (quam priuigna dicitur) aut si quis gener socrum, vel è cõtra vna nubat patri, & filio. Aut nouerca priuigno. In secunda autem specie in linea collaterali, primus gradus est, vt si quis successiuè duas vxores, sorores inter se, aut vna duobus fratribus nubat. Quibus suppositis, respondet Sotus in 4 d. 41 quæst. vnic. art. 3 colum. 2 authoritatibus grauissimis, atque Ecclesiæ Sanctæ exemplis. Probat. 1 in primò Affinitatis gradu, vel specie id est, ascendentium Papam non posse dispensare, quia (ait) iure naturæ esse prohibitum.

Secundò probat matrimonium cum duab. sororibus, vel duobus fratribus successiuè, & aliis secundæ speciei non esse iure naturæ prohibitum, atque ideò esse dispensabile per Papam Concordat Virg. capitul. 16 § 7 versic. 9 indicans, sic tenuisse D. Thom. 4 dist. trigesima nona, quæst. prima.

Tertiò probat Papam posse in reliquis omnibus affinitatibus dispensare, quod probat, vers. At ver. c.

Quæritur tertiò, quomodo affinitas impediat contrahere matrimonium? Resp. affinitatem impedire in primo genere supra dicto duobus modis. Aut per matrimonium, aut ex fornicatione; per matrimonium enim si quis cognouerit vxorem suam cum seminis emissione intra, vas naturale, non poterit contrahere, ea mortua, cum eius consanguinea intra quartum gradum capitul. non de consanguinitat. & affinit. si autem quis aliquam extra matrimonium cognouerit, non poterit cum consanguinea in primo, & secundo gradu contrahere in tertio autem, & quarto sic vt supr. ex Concil. Trid. & Pio V. explicauimus, & ideò si quis affinis contraheret matrimonium in gradu prohibito ante dispensationem nam vltra peccatum mortale incurreret in excommunicationem latæ sententiæ, vt habetur in clem. 1 de consanguin. & affinit. Et tradit Nauar. capite 22 num. 43 vers. 2.

Sed quid si affinitas superueniat, de qua materia textus noster loquitur, dicas quod, aut superuenit si cons. de futuro, aut matrim. rato non consummato, aut denique rato, & consummato; In primo casu (quando scil. quis cognouit consanguineam sponsæ suæ de futuro, soluuntur sponsalia nec potest vir habere in sponsam iam, obstante affinitate, nec illam quam cognouit obstante publica honestate s. Thom. addit 3 part. quæst. 55 art. 9 Syl. matr. 8 quæst. 13 versic. eptimum.

In secundò, casu quando scil. quis ante consummationem matrimonij cognouit consanguineam suæ sponsæ de præsentis, vel vxoris, non potest postea petere debitum ab vxore, Immò nec requisitus potest matrimonium consummare, secundum Pal. & alios quos refert, & sequitur Syl. sup. Quia potest, & tenetur tunc intrare Religionem ante consummationẽ matrimonij.

In tertiò, autem casu quando scil. consummato matrimonio, accedit quis ad consanguineam vxoris suæ, tunc remanet impeditus ab exactione debiti coniugalis quousque dispensationem exigendi obtineat. Reddere autem petenti explicitè, vel implicitè potest, & debet etiam ante dispensationem Syl. Caiet. Arm. Sot. Nauar. & omnes supra citati authores.

Quæritur quartò, vtrum Episcopus dispensare possit vt liceat petere debitum quando affinitas superuenit matrimonio: respond. quod sic s. Anton. 3 part. Syluestr. matrimon. 8 quæst. 15 versic. 7 Nauarr. capitul. 22 num. 75. Speculum coniugorum 1 part. art. 15 dub. 1 in fin. & secunda, parte articul. 17 figuram arboris affinitatis meliorem, & clariorem vide apud Sot. 4. dist. 37 quæst. vnic. art. 2.

Facto hominis. CASVS. In tota hac parte ita figurari debet. Quidam cum sponsalia contraxissent volebant ab ijs recedere, diuersas causas assignabant, videlicet aliqui consensum alterius partis, aliquando fornicationem carnalem, quam spiritualem, aliquando

Ii 2

Io. Epp.

remotam partis absentiam, & aliquando aliquem grauem morbum, & cum facto partis aliquid istorum contingat, quæsitum fuit, quid iuris, argum. in capit. fi. de homic. in 6 negatiuè respondebat, solut. tamen, vt hic legimus: & ratio meo iudicio est, ne matrimonium malum habeat exitum, qua ratione suadente etiam obiectio videtur cessare, vt de se patet. Not. primò, argumentum contractus non esse obseruandos si Personæ, vel res perueniãt ad talem conditionem, vt de iure sit melius contractum rescindere quia lex aliquãdo permittit quid á princ. prohibet: Not. 2. quod lex debet aliquando accommodari conditioni humanæ, licet eam regulariter regulare debeat capitul. regula, vbi docto, dist. 3.

Ponit quomodo facto hominis sponsalia dissoluuntur. h. d.

Facto hominis[a] dissoluuntur sponsalia: vel contrario vtriusque contrahentis consensu: vel cum legitima emergente causa dissoluuntur alterius tantùm voluntati permittitur, veluti ex fornicatione, absentia, membrorum amissione, incurabilis morbi interuentu.

Sponsalia dissoluuntur contrario consensu, nec pœnæ appositio sponsalibus apposita aliquid operatur. h. d.

Si contrahentes igitur, vel sese inuicem liberent,[b] vel impubes contrahens adueniente pubertate ratum nolit[c] habere matrimonium, dissoluuntur sponsalia, nec aliquid proderit, quòd sub certa pœna contracta fuerint. Cum enim libera matrimonia esse deceat, pœnarum inanis omnis est adiectio.[d]

ob fornicationem post sponsalia etiam iuramento firmata commissam, potest quis licitè resilire; & id quod coniunctos disiungit, multo magis impedit coniungendos. h. d.

Vnius quoque tantum dissensu, etiam iurati soluuntur interdum sponsalia, veluti si quis aliquam se in vxorem ducturum iurauerit, & ea postmodum fornicata fuerit.[e] Nam licet idem fornicationem non possit opponere præcedentem[f] ob subsequentem tamen poterit eandem in coniugem non ducere. Quia illi iuramento talis inest conditio,[g] si illa contra regulam desponsationis non venerit: alioqui si post huiusmodi

a ¶ Facto hominis.] Sed nonne in superioribus casibus facto hominis dissoluuntur sponsalia? vt cum quis aliam ducit per verba de præsenti, vel religionem ingreditur, vel ordines suscipit? Videtur ergo quod hæc sectio non sit vera? Respon. quod diuersimodè interuenit. Nam in superioribus casibus est causa remota factum hominis dissoluendi: quia ius dissoluit, etiam quod homo nolit: hic contra: nam si nolint partes dissoluere in casibus sequentibus sponsalia nõ dissoluuntur: cum dissoluitur igitur in casibus sequentibus dissoluuntur mero hominis facto, id est voluntate, & sic causa dissolutionis propinqua est in homine, secus in superioribus casibus, in quibus causa propinqua est iuris dispositio, etiam si homo nolit.

b ¶ Liberent.] Quod possunt, & si sponsalia sint iurata. Nam iuramentum præstitum ad commodum hominis, potest ab homine remitti, ad cuius commodum iuratum fuit: vt per Abb. in capitul. 2 eodem, & per Moder. in capitul. 1. de iureiuran. quod intellige ante incursum periurij, non postea. Bald. in aut. quod eis Cap. de sec. nupt.

c ¶ Nolit.] Vt in cap. de illis de despon. impub.

d ¶ Adiectio.] l. Titia, ff de verb. oblig. capitul. Gemma. desponſ. Nunquid autem, & quando possit arrha interuenire: quando pignus, & an peti possit interesse? vide latè in dict. capitul. Gemma. & dict. l. Titia. solum illud hic nota, quod si extraneus promittit sub pœna, quod Titia contrahet cum Sempronio, quo casu valet pœnæ appositio, si facit quantum in eo est, non incurrit pœnam, difficultas enim impedit commissionem pœnæ l. si vehenda in fi. ff ad leg. Rhod. l. 2 ff si quis caut. & per Abb. in dict. capitul. Gemma, quod, & in aliis contractibus locum habet, fac. not. in capitul. delegantibus de offic. deleg. & in c. sicut eo.

e ¶ Fornicata fuerit.] Sed quid si per violentiam opprimatur sponsa de futuro? Respondeo, videtur quod nihilominus teneatur cum ea contrahere, argument. 32 quæst. 5 capitul. reuera, & l. si vxor. § si quis planè, ff de adult. sed non est verũ, 27 quæst. 2 capitul. raptor. & capitul. sequ. & 32 quæst. 5 capitul. finge. & capitul. ille. Et ita sine culpa quis punitur, licet non sine causa, & pro hac determinatione secundum Abb. in cap. quemadmodum, de iureiur. Facit ratio: quia non est cogendus quis contrahere bigamiam: secus tamen si fuisset sponsa de præsenti.

f ¶ Præcedentem.] Arg. quòd contrahens non possit allegare debitorem suspectum propter paupertatem præcedentem: seu mores præcedentes, fac. leg. si creditores de priuil. credi. leg. fi. C. de sponſ. vbi Bart. & per Abb. & alios in capite quemadmodum, de iureiur. Item argum. secundum. Host. non posse prælatũ repelli prætextu criminis præcedentis promotionem suam, de quo in capit. præterea: de testib. cogend. & in cap. fin. de purg. canon. Et quod dicitur hic, quòd non posset dimittere, amplia quòd non posset etiam illam accusare, l. si vxor. § si quis vxorem, & § fin. ff de adult. & l. pp violatam. C. eod. tit. Tarde enim quis accusat mores quos semel probauit, facit 32 q. 5 cap. horrendus, nisi ex superuenienti causa, c. accepimus de ætat. & qualita. ca. insinuante de offic. deleg. & 4 q. 3 § si quis testibus.

g ¶ Conditio.] Not. quod subintelliguntur conditiones in iuramentis. fac. c. venientes cap. peruen. cap. sicut, cap. breui &c. Quintauillis de iureiur. & 22 q. 2 c. ne quis & l. eum quis ff de sol. & l. quæro § inter locatorem ff loca. l. indubitati. C. de nonum. pe-

cu. & l. ſtipulationem. C. de iu. doti. l. ſi libertus, ff de oper. libert. & l. 1 § & quæ onerandæ, ff quar. rer. act. non detur. Sed hoc non intelligitur de ſpecialibus l. repetendi. C. de condit. ob. turp. c. 2 & 32 q. vltima c. ſi. in fin. niſi vbi lex aliud præſumeret tacite inter contrahentes agi: quia tunc id habetur pro expreſſo l. eum quid ff ſi cert. pet. & l. triticum ff de ver. obli. Et hæc vera in iuramẽtis promiſſoriis: ſecus in aſſertoriis. Nam in his nulla conditio intelligitur: & de his in cap. ſi. 32 quæſt. vltima, & facit l. ſi mulier. C. de iur. dot. Nota tamen quia in promiſſorio iuramento quædam conditiones intelliguntur, ideo conditionale poterit appellari l. conditione ff de cond. & dem.

a ¶ Abſurdum.] Ideo non dicendum. l. nam quod abſurdum ff de oper. libert.

b ¶ Fortius.] Nam cui damus actionem, multo magis exceptionem ff de re iur. l. inuitus § cui damus, & ff de ſuperfic. l. 1 § planè, facit cap. quemadmodum de iure tur. vnde ſumitur.

c ¶ Sponſam.] Nam & ſponſus poteſt ſponſam accuſare de adulterio, quaſi matrimonio iam initiato arg. leg. propter. C. de adult. niſi in caſu miles. § quærebatur ff de adult. & quia facta eſt ei iniuria l. itẽ apud § ſponſum, ff de iniu. Nam nec matrim. nec ſponſ. matrim. violare permiſſum eſt l. ſi vxor. § diuus. ff de adult.

* Poterit non admittere.] Fallit vbi ſponſus per ſubſequentem ad ſponſalia copulã ſponſ. immiſcuerit, quia licet poſſit ſponſus propter fornicationem à ſponſ. recedere, quandiu tamen ea non fecerit iudicio Eccleſ. diſſolui, vinculũ illud integrũ eſſe cõſtat, quare manentibus ſponſalibus nulla eſt ratio cur non ex ſequente *copula in matrimonium* tranſeant, ita tenet Didacus, cap. 4 part. 1 Epitom. nu. 11 contra Ioannem Nauarrum, lib. 2 Syluæ nuptialis, quod procedit ſiue ſponſus tempore copulæ ſciuerit ſponſæ fornicationem, ſiue ignorauerit, Anton. Cuccus inſtitut. lib. 5 tit. de ſponſalib. num. 33. SOLIER.

d ¶ Idem erit tranſit.] Tranſit de fornicatione carnali ad ſpiritualem.

e ¶ Inciderit.] Vt capit. non ſolum, & cap. iam nunc. 28 quæſt. 1 & hoc intellige de ſimplicibus ſponſalibus; Vt per Ioan. Andr. in tract. de ſponſal. ante fin. Quid autem in ipſo matrimonio habetur in cap. quanto de diuor. & dicetur infr. de diuor. § multum autem.

iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam in vxorem ducere, quod eſt prorſus abſurdum. [a] Nam ſi poſt contractum coniugium vir propter fornicationem licitè poteſt à ſua cohabitatione recedere, longè fortius [b] ante coniugium celebratum ſponſus ſponſam [c] poterit non admittere.*

Carnalis, & ſpiritualis fornicatio æquiparantur. h. d.

Idem [d] erit ſi ſponſus, vel ſponſa idolatrando, vel hæreſim ſequendo in ſpiritualem fornicationem inciderit. [e]

Si ſponſi contrahentes ſe ad remotas regiones conferant, ſponſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi peierauerint, pœnitentia. h. d.

Sed & ſi qui præſtito iuramento promittant aliquas ſe mulieres ducturos, poſteaque illis non cognitis, procul [f] recedentes ad alias partes ſe transferant, liberum [g] erit mulieribus ad alia migrare [h] vota; recepta tamen de periurio, [i] ſi fortè iuramentum præſtiterint, pœnitentia, ſi per eas ſteterit, [k] quo minus fuerit matrimonium conſummatum.

Lepra, vel ſimilis morbus ſponſalia dirimit, licet non dirimat matrimonium. h. d.

Item ſi ſponſus, [l] aut ſponſa leproſus fiat, vel leproſa, paraliticus, vel paralitica, aut naſum, vel oculos amittat, aut quid ſibi turpius eueniat, ad conſummandam marita-

f ¶ Procul.] Sed quando dicentur procul receſſiſſe? Reſpondeo, ſtabitur conſuetudini & communi reputationi, vt not. per gloſſ. Goff. Abb. & alios in capite nihil de elect.

g ¶ Liberum.] Immò tenentur expectare per tres menſes, l. 2 C. de repud. Et quidam hoc admittunt, alij quod illud ſecundum leges: ſecus ſecundum canones; vt not. in cap. de illis, eod. vnde ſumitur. Et ex hoc quod dicit, liberum, colligе quod non tenetur alicuius expectare licentiam, alias non eſſet liberum vt not. Abb. in dicto loco, & in ſponſa de futuro non de præſenti, cap. in præſentia, & c. Dominus noſter. de ſecundis nupt.

h ¶ Migrare.] Et ſic non tenentur ſequi ſpõſos vagabundos, l. 2 C. de repu. Sed quid de vxore? Reſp. aut ſciebat maritum vagabundum tempore contractus, & tenetur ſequi. 1 3 q. 2 c. vnaquæque, vbi de hoc no. Aut ignorabat, vel ex poſt facto eſt factus vagabundus, & non tenetur ſequi. Abb. in c. de illis, eod. Bar. in l. Mæuia. § fi. ff de ann. legat. Doct. in l. ſi cum dotem, §. maritus, ff ſol. matrim. Si tamen mutaret domicilium, etiam ſine cauſa tenetur eum ſequi de hoc not. in cap. 1 de coniug. leproſo.

i ¶ De periurio.] Nota quod periurium non impedit contractũ matrimonij, ex quo generaliter infertur, quod actus ſpiritualis geſtus non eſt nullus ipſo iure, licet de periurio ſit iniungenda pœnitentia facit cap. de illis eod. hoc tamen videtur contra Innoc. capit. dilecto de præben. vide per Ioan. Andr. in capit. quod ſemel de re. iur. in 6 in Mercur.

k ¶ Steterit.] Sed ſi per eas ſtetit quare dat Eccleſ. licentiam contrahendi? Reſp. ne deterius contingat ob periculũ fornicationis. Simile in c. veniens, qui cler. vel vo. Sed ſi certum eſſet per eas non ſtetiſſe, non imputaretur eis periurium, c. ſicut eo. in dubio tamen ad cautelam eſſet imponenda pœnitentia, c. de illis eod.

l ¶ Si ſponſus.] Concor. c. fin. de coniug. leproſ. &

cap. quemadmodum de iureiur.

a ¶ Non debent.) Argum. quod ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, l. de ætate, § ex causa ff. de interrogat. actio l. fin. mulier in iure, ff ad Velleian. l. 1 ff de vent. inspic. cap. insinuante, de offic. deleg.

b ¶ Contractum matrimonium.] Etiam quod non sit secuta copula, c. quemadmodum de iureiur. licet contrarium videatur innuere in cap. fin. de coniug. leprof. Sed respondeo, vt ibi per Abb.

c ¶ Dirimat.] Parcitur tamen non leproso, vt non debeat indesinenter ad lectum compelli; sed sufficit si leprosus suo debito non fraudetur vt not. in ca. 1 de coniug. leprof. & 32 q. 2 cap. si vxorem. Et not. regulam quod nulla infirmitas quantumcunque grauis præstat facultatem matrimonij dissoluendi, etiam quo ad thorum, & mutuam seruitutem, fac. c. 2 & per tot. de coniug. leprof. & capitulo hi qui, & cap. hi vero 32 q. 7. Ethicus tamen, vel alia ægritudine detentus, non tenetur vxori reddere debitum, cum non possit nisi cum periculo vitæ. Nam ordinata charitas incipit à seipso, cap. nisi de auctor. & vsu pal. ca. non satis distinct. 70.

tem copulam compelli non debent; [a] licet iam contractum matrimonium [b] superueniens lepra, vel alius morbus non dirimat. [c]

DE NVPTIIS.

TIT. XI.

DE NVPTIIS.

Io. Bapt. QVomodo titu. iste continuari debeat habetur in text. in princ. eius; diuiditur autem in 4 partes, in prima ad not. continuatio. tit. & sententiæ, in secunda explicantur essentialia ad nuptias contrahendas; in tertia deciditur, an serui possint matrimonio iungi: in quarta soluitur dubium circa actum nubendi ortum; secunda ibi, nuptias; tertia ibi: illud quoque, quarta ibi, de eo.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro totius tituli generali cognitione cum nonnulla diximus ad hanc materiam pertinentia in titulo de sponsalibus videnda sunt. Tria tantummodo. Primo quæ sint nuptiæ. Secundo quot sunt eius species. Tertio quæ ad eius validitatem requirantur.

Quod ad primam deffinitionem habes in capitulo illud de præsumptionibus, & in lege prima, ff de ritu nuptiarum.

Quoad secundum. Nuptiæ interdum vocantur incestuosæ nefarias vocarunt, interdum vero vocarunt incestuosa, nefarias dixerunt quasi dicat, quod non est fas hominis de eis loqui puta cum quis tam audax, fuerit & proteruus qui cum propria matre auia aut alijs ascendentibus linea directa aut propria filia linea directa, vel alijs descendentib. ausus fuerit se commiscere, vt per gl. in rubr. nostra & in auth. ex complexu eo. tit. & in § non omnes instit. de nupt. & cum huiusmodi personis matrimonium contrahentes adeo actum, impedimentum leges dederunt, vt dicantur, facere contra naturam, humanæ societatis, & tenentur per septem annos pœnitentiam agere in excommunicatione persistentes, vt dicit singularis tex. in c. hoc ipsum § 1. 33 quæst. 2. Incestuosæ vero dicuntur, vbi patrantur, cum consanguineis, vel affinibus semper intelligendo vsque ad quartum gradum, & de Iure Canonico computandum, in transuersalibus, vt habetur in rubrica nostra, & ex tit. l. qui contra legum, & per cap. 1 & 2 & per totum, de eo qui cogno. consang. vxor suæ, & filij nati in figura matrimonij, ex quo mulier habebat alium virum secundo ignorante dicuntur legitimi naturales, & etiam scienti succedunt, & etiam non lite pendente dicuntur legitimi super legitimatione matrim. & idem nati post sententiam pendente appellatione, & lite pendente super impedimento matrimonij, non debet suspendi exercitium matrimoniale, de quo plene de Franch. in decis. 130.

Quoad tertium tria requiruntur ad validitatem nuptiarum. Primo consensus vtriusque contrahentium. Secundo verba ad probandum eundè consensum. Tertio ætas legitima, & de consensu probant iura non solum Canonica, sed etiam Ciuilia c. 1. c. cum locum cap. Tua cap. Tua. de sponsi. cap. sufficit, cap. sic quippe 27 q. 2. capit. Tuas de sponsi. duorum lege nuptijs, ff de regiur. Concil. Colonien. de matrimonio, § verbum, itaque Concil. Floren. & Trident. sess. 24 de reformat. Matrimonij, cap. 1 & Catechis. Roma. de matrim. & prob. s. Thom. Bonau. Alexand. & communis Theologorum, in 4 distinct. 27 q. 1 vbi nouissimè Sot. & Flores Theologicarum quæstionum art. 2 Angel. matrim. 2 num. 2 Sylu. verbo matrim. prima q. 3 & omnes victoria n. 147 Nauar. cap. 22 n. 20 Couar. de matrim. 2 par. cap. nu. 1. Quæritur vtrum consensus cuiuscunque personæ sufficiat. Resp. sufficere dummodo talis persona habilis sit ad contrahendum. Quæritur vtrum copula carnalis sit de essentia, & perfectione matrimonij. Respond. duplicem esse matrimonij perfectionem essentialem scilicet, & accidentalem, & ita sit prima conclus. copula coniugalis non est de essentiali perfectione matrimonij Colon. de matrim. 5 elementum, s. Thom. 4 & 3 part. quæst. 29 art. 2 & in addit. 2 par. quæst. 42 art. 4 Alex. & omnes supra, in 4 Syluest. quæst. 4 Sot. Couar. & omnes supra. Quæritur etiam cum mutuus, consensus requiratur in matrimonio vtrum sit necessarium quod simul eodem tempore concurrat. Resp. quod licet Abb. & alij quos refert Couar. & Nauar. dicant contrariam esse veriorem opinionem, est tamen dicendum, & tenendum non esse necessarium si simul concurrant, satis enim est, vt secundus consensus, primo durante præstetur Angel. matrim. 2 num. 21 & hanc dicit veriorem omninòque tenendam Sylu. matrimonium 1 q. 6 Sot. 4 d. 27 quæst. 1 art. 3 verf. at vero maior. 4 d. 27 quæst. 1 colum. 2 gloss. Præpositus Card. Host. Henric. Alexan. Zasius, & communis, quam refert, & sequitur, Couar. 2 par. de matrimon. cap. 4 num. 7 Nauar. cap. 22 nu. 80 Quæritur etiam an talis consensus ad matrimonium possit inter absentes per Epistolam præstari Ang. matrim. 2 num. 20 Sylu. matrim. 6 quæst. 12 cum multis alijs Sot. 4 d. 27 q. 1 ar. 3 at vero quamuis Couar. 2 par. de matrim. cap. 4 num. fin. cum multis ibidem tenent quod sic, concurrentibus duobus. Primum quod mittens literas quibus exprimit, quod talem accipit in vxorem de præsenti si ipsa consenserit perseueret, in eadem voluntate quousque illa cui literæ mittuntur expressè consentiat. Secundum quod illa persona exprimat consensum receptis literis alicui alteri vel referibat scribenti. Pro quo, & alijs casibus supra dictis nota quod licet olim iure antiquo hoc esset verum, quod accedente consensu per verba de præsenti, inter præsentes, vel per procuratorem inter absentes esset verum matrimonij sacramentum. Nunc autem post Concil. Trident. sess. 24 cap. 2 de reformat. matrim. verum matrimonium minimè erit nisi concurrat. Parrochus, vel alius Sacerdos

de eius vel Episcopi licentia, & duo vel tres testes, in quorum præsentia contrahentes per se vel per procuratorem, vt dictum est, præstent requisitum consensum.

* De tribus denunciationibus contrahendi matrimonij quas Concilium Tridentinum à proprio contrahentium parrocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solemnia fieri præcipit nullam hic Riecius inductionem facit, quia non sunt de essentia matrimonij cum illas remittendi Concilium Ordinario tribuat facultatem. Sciendum tamen in Gallia non admitti dispensationem nisi duarum; dumtaxat denunciationum huiusmodi non autem omnium, aliàs à dispensatione ad summa tribunalia, prouocatur tanquam ab abusu; cum ordinatio Blesensis articulo 40 & 41 vnam saltem publicari velit. Et matrimonium nullum, vti clandestinum declaratur; etsi benedictio nuptialis interuenerit, si nulla prorsus banna antecesserint; nulla res est pluraque matrimonia ex ea sola causa cessare in irritum ait Monach. ad lib. 7 de ritu nupt. excipe matrimonia, arresto vel sententia, quæ transierit in rem iudicatam, celebrari iussa, Loucr. litera M. nu. 6. SOLIER.

Dixi secundò requiri verba non quidem de substantia sed approbationem, hinc quæritur quæ sit materia, & forma huius sacramenti responsio est varias de hoc esse Doctorum opiniones. Prima est Palud. 4 distinct. 26 quæstio. 4 scilicet materiam esse formam cui alludit, Sylvest. Matrimon. 1 quæstio. 1 Andr. 4 de matrim. quæstio. prima, Couar. 2 part. cap. 1 §. vnic. num. 6.

Secunda opinio ait materiam esse vtriusque consensum, formam autem verba, gl. Bald. & cæteri Canonistæ, quos refert. Couar. supra, & alludit Nau. cap. 22 numero 20.

Tertia est aliorum dicentium verba primi contrahentis esse materiam verba vero secundi, quæ dant esse rei, esse formam.

Quæritur secundo quæ verba debeant interuenire, vt consensus exprimatur. Resp. Talia esse Ego, te in meam vxorem accepto; & ego te in meum maritum accipio cap. si inter de sponsal. vel consentio in te tanquam in meum, vel meam coniugem, vel ab hoc tempore pro mea vxore vel marito habebo, vel volo vt sis mea vxor, vel maritus c. ex parte de sponsal. vel alia æquipollentia, quia illa verba requiruntur, & sufficiunt, quib. significatur statim vna cum dicto, vel signo alterum, alteri sui corporis potestatem tradere iuxta communem quam refert, & sequitur Nauar. cap. 22 numero 20 Concil. Colon. de matrim. § verbum Ang. matrim. 2 numero 8 cum sequente Sylu. matrim. prima quæst. 8. 9. 10.

Quæritur etiam an sufficiant, signa aliqua exteriora, licet nullum ad sit verbum. Resp. affirmatiuè, vt inclinare caput, claudere oculos plicare manus, vel brachia, &c. quia hæc aliaque similia verborum habent significationem & vim Alexan. de Ale. 3. Thom. Sot. Palud. & omnes in 4 d. 27 maximè Sot. q. 1 art. 3. verb. ex huiusmodi, vbi declarat. c. tuæ in quo videbatur probari contrarium Ang. matrim. 2 num. 5 Sylu. Matrim. 1 q. 8 Nauar. c. 22 num. 20 Couar. 2 p. de matrim. c. 3 per totum.

Quæritur etiam an sufficiat puellæ taciturnitas in præsentia patris per ea contrahentis. Resp. quia sic Magist. sent. 3. Thom. Rich. in 4 d. 27 & Sot. q. 1 art. 4 ver. verum autem est, & est communis Theolog. & Canonistarum, quam refert, & sequitur Sylvest. supra quæst. 7 Nauar. cap. 22 numero 20 Vict. numero 250 Couar. 2 p. matr. c. 4 n. 4 per text. in c. 1 § fin. de desponsi. impub. lib. 6 Viguer. c. 16 § 7 quamuis Aug. supra teneat contrarium.

Quæritur etiam si alius à parte puellæ respondeat, illa tacente sufficiat ad matrimonium. Respond. licet Palud. 4 distinct. 27 quæst. 2 art. 3 absolutè neget esse sub distinctione respondendum, quia aut loquimur, in foro conscientiæ aut contentioso in primo casu ait Sot. 4 distinct. 27 quæst. 1 art. 3 vtrum autem, & Victoriæ numero 250 quod sufficit, etiam si sit extraneus, & illa taceat, & ita erit vera glos. in cap. 1 § fin. de desponsi. impub. lib. 6 vers. sponsalia quæ ait idem esse si ab extraneis quam à parentibus, & tenet Flores Theolog. q. in 4 distinct. 27 art. 2 in foro aût Ecclesiæ non sufficiet, quia oportet, & idem qui respondet aliquam habeat, superioritatem super puellam, & pro hoc est, gl. in c. honorantur, 32 quæst. 2 communiter probata secundum. Nauar. cap. 22 numero 20 & facit tex. ibi, & in cap. 1 § Porrò de desponsi. impub. lib. 6 & communis quam absque vlla distinctione refert, & sequitur. Couar. 2 par. de matrim. cap. 4 num. 4.

Quæritur etiam quid si verba proferat, animo tamen omnino dissentiat. Resp. tale matrimonium nullum esse probat 3. Thom. in 4 & in addit. 3 par. qu. 45 art. 4 Ang. 2 matrimon. num. 14 Sylvest. matrim. prima quæst. 5 & matrim. 5 quæst. 1 ex cap. sufficit 27 quæst. 2 Sot. 4 d. 27 q. 1 conclus. 2 ex c. Tuæ de sponsalibus, & resolutiuè conclude, quod si interior non adsit liber consensus de præsenti etiamsi millies verba proferantur, & in amplexus osculaque, & copulam consentiant nullum erit matrimonium habetur definitum, in Conc. Florent. Colonienſi, & alijs multis iuris vtriusque locis quæ citat Sotus supra, & omnes alij maximè 3. Thom. 4 d. 27 q. 1 art. 2 quæst. 4 Scot. Palud. & Adrianus quos refert, & sequitur Vict. num. 252 Couar. 2 p. 1 cap. 2 num. 4.

Quæritur etiam quis debeat prius interrogari de consensu, vir an mulier. Respon. nihil referre, quod vir prius, vel fœmina interrogetur, honestius tamen est, ac multis de causis iustius, vt fœminæ priusquam viri requirantur, manifesteturque consensus, quod ex cap. pœn. de sponsi. & cap. licet, de sponsi. duorum probat Couar. 2 par. de sponsi. cap. 4 numero 6 & patet ex dictis infra n. 45.

Quoad tertium de ætate & si diuersæ fuerunt de hoc Doctorum, opiniones quas refert Couar. 2. part. de matrimon. cap. 5 num. 1 quod ad nostrum tamen tangit propositum dic regulariter in masculis requiri ætatem 14 & in fœminis 12 annorum completorum tex. in cap. Puberes, cap. continebatur cap. Attestationes, c. ex literis de desponsi. impub. cap. fin. § idem quoque, eo. tit. in 6 cum gl. vtrobique text. l. quæsitum, & in l. in sponsalibus, vbi glos. ff de spons. & communis de qua vide Sylvest. matrim. 5. quæst. 1. 3. Thom. in addit. 3 part. quæst. 58 art. 5 Nauar. cap. 22 num. 29 Sot. dist. 35 quæst. vnica art. 7 & Couar. vt supra; Dixi regulariter quia aliquando absque dicta ætate poterit matrimonium contrahi quando. s. malitia supplet ætatem vt habetur in c. de illis 2 cap. Puberes cap. fin. de desponsi. impub. & communiter supra. Quæritur in quib. consistat, hæc malitia. Resp. in duobus, s. in discretione ad præstandum, consensum 1 quod intelligat quid faciat, & in potentia, ad carnalem copulam quæ malitia hac de causa prudentia vocatur, in d. cap. fin. glos. in d. c. de illis verbo malitia Couar. supra Abb. Iun. & omnes. quæritur etiam an sufficiat vnum habere sine altero. Resp. quod non, necessarium, enim est, vt vterque polleat iudicio scilicet discretionis, & potentiæ communis ex Couar. supra. Quæritur etiam an sit mortale peccatum contrahere ante legitimam ætatem. Respond. quamuis aliqui tenuerin. quod non, verius est peccare mortaliter nisi iusta excuset causa vt ex Archid. Hug. Palud. & alijs probat. Sylvest. matrim. 5 quæst. 6.

Io. Bap. Exposuimus CASVS non figuratur. Not. tamen argumentum, quod sicut in matrimonio quædam sunt de substantia, & quædam de perfectione, etiam idem dicas de multis alijs actibus facit doctrin. docto. in l. sciendum, ff de verb. oblig.

a ¶ Consummari.] Vt supra de sacrament. matrim. per tot.

b ¶ Tanquam.] Veritatem hic denotat, sicut & verbum, quasi, in l. 1 ff de transactio.

c ¶ Substantia.] Referas ad consensum.

d ¶ Perfectio.] Referas ad copulam.

Nuptias.] Hæc pars licet plures habet particul. commodè tamen CASVS, in ea ita in communi figurari potest. Quidam volentes nuptias contrahere ad sponsalia exequenda, propterea dubitarum fuit an sufficiat vxorem ducere; vel consensum quouis modo explicatũ præstare, si enim præsupponimus sponsalia, nil aliud videtur requiri nisi executio: si vero ipsa ead. non præsupponimus, solum consensus videtur sufficiens, iuxt. l. 1 ff depositi. l. in conuentionalib. ff de verb. oblig. & l. nuptias, ff de reg. iu. Sol. tamen, vt in hac part. legimus, quia essentialiter requisita si nõ adhibeantur actus vitiatur. Obiectio autẽ non videtur aliquid cõcludere, si quidem tam executio alicuius actus quam consensum præstare fieri debet iux. ea. quæ ad ipsum requirũtur, cum à iure regulari debeat. l. nemo, ff de legat. 1 Not. 1 neminem obligari si de facto cõtrahat, nisi legitimam habeat personam ad contrahendum. Not. 2. quod matrimonium ratione substantiæ, & necessitatis solum à voluntate contrahentium causatur, sed ratione honestatis, & reuerentiæ etiam à voluntate quorundam aliorum.

Ponit subordinationem præsentis tituli ad præcedentia, & sequentia, h.d.

EXposuimus hactenus quid esset matrimonium, quave ratione inter sacramenta reponatur, admonentes illud initiari sponsalibus, consensu ratificari, & copula consummari. [a] Sed cum proximè de sponsalibus, tanquam [b] principio tractatum habuerimus, reliquum nunc est, vt de consensu, & copula, quibus substantia', [c] & perfectio [d] matrimonij continetur, differamus. Quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat: cum cæteris, quæ tractatui adiacent, recensentes.

Nuptiæ consensu partium contrahuntur, nec sufficit consensus parentum, h.d.

Nuptias igitur, siue matrimonium inter se contrahunt viri puberes, & mulieres viripotentes, simulatque in se inuicem consenserunt. [e] Vbi [f] enim non est vtriusque consensus, non potest esse matrimonium: ideoque si ex altera parte pater puellæ tantum consenserit, ex altera, qui se cupit maritum fieri nihil agitur, [g] * quamquam honestè [h] faciant filij, si paternæ voluntati minimè reluctentur.

Pubertas æstimatur non tam annis, quam corporis habitu: & minores quatuordecim annis non possunt contrahere matrimonium, h.d.

Sed qui sint puberes videamus, & quidam ex annis tantum pubertatem iudicandam asserunt, eum esse puberem rati, qui quatuordecim annos impleuerit, & viri potentem, quæ duodecim; quamuis tardissimè pubescat. [i] Præualuit tamen opinio existimantium ex habitu corporis pubertatem debere censeri atque eos, qui generare possint, etiam si minores annis sint, in proposito puberes reputari. [k] Itaque si malitia

verbis, vt inf. eod. § licet & not. de hoc in cap. sufficit cum sequen. 27 quæst. 2.

f ¶ Vbi, &c.] Conc. cap. 2 30 qu. 2 & cap. 1 de desponsat. impub.

g ¶ Nihil agitur.) Secus est in sponsalibus, c. 1 de desponsat. impub. & in cap. 1 eod. in 6.

* Nihil agitur.] Secus videtur, de iure ciuili in l. 22 cod. de nupt. vbi habetur, quod in coniunctione filiarum in sacris positarum patris expectatur arbitrium & expressè in l. quæ patris, ff de sponsalib. cauetur tunc solum dissentiendi à patre licentiam filiæ concedendam si indignum moribus, vel turpem sponsum pater eligat sed hoc procedit de honestate non autem de necessitate, & in his iuri canonico standum. SOLIER.

h ¶ Honestè.] Hoc quod de iure canonico, est honestatis, ob paternam reuerentiam, de iure ciuili erat necessitatis: vt instit. de nupt. in princip. l. 2 C. eo. tit. Sed an si filia nubat sine consensu patris ita dicatur ingratitudinis incurrere vitium, vt ex hoc possit à patre exheredari, & an teneatur pater illam dotare? De hoc per Abb. in cap. 1. de desponsat. impub. per Bart. & cæteros in l. 2 § quod si in patris, ff solu. matrim. Archid. in cap. de raptoris, 26 quæst. 1. Ioann. Andr. Ant. Imol. & cæteri in cap. accedens de proc. Quod satis admitti potest, si & primo, & indigno nupserit: alioqui constitutio de honestate loquens, vt facit hæc litera, regulariter contra facientes non ligat. Abb. in capitul. primo de vit. & honest. cleric.

i ¶ Pubescat.] Capitul. puberes, de desponsat. impuber. 20. quæst. 1. capitul. illud, capitul. ad nostram, de reg.

k ¶ Reputari.] Dum tamen adeo sint capaces, quod matrimonij

Nota. 3. quod verba, & signa ad voluntatem nostram demonstrandam sæpè æquiparantur, & secundum communem vsum interpretationem recipiunt.

e ¶ Consenserunt.] Exprimendo ipsum consensum vires agnoscant, cum matrimonij substantia in consensu, consistat, vt sup. eo. in princ. & § 1 & cap. cum locum de sponsal. & per Abb. in cap. de illis, 2 de desponsat. impub. Vnde forte puer ille 9 annorum, qui [vt refert Gregor.

Gregor. in dialego, & glo. 20 quæst. 1 in summa & Ab. in capite puberes, de despon. impub.) reddidit nutricem prægnantem, si non fuisset capax matrimonij, nō potuisset contrahere, sicut nec furiosus, l. patre, ff de his qui sunt sui, vel alien. iur.

ætatem suppleat, etiam minores,[a] ea ætate coniungi possunt.

Pro bono pacis impuberes contrahunt matrimonium. hoc dicit.

Idem si fortè vrgentissima necessitas interueniat: vt pote, quod pro bono pacis[b] talium coniunctio sit toleranda.

Quantum ad Ecclesiam etiam verba sunt necessaria ad contrahendum matrimonium, ac muti, & surdi signis nuptias possunt contrahere. hoc dicit.

Licèt autem per solum legitimum viri, & mulieris consensum matrimonium contrahatur, attamen quantum ad Ecclesiam verba præsentem consensum exprimentia sunt necessaria,[c] si contrahentes loqui poterunt

Muti, & surdi signis nuptias contrahere possunt. hoc dicit.

Muti vero, & surdi, qui loqui non possunt, & exaudire, si contrahere velint, & quid verbis ostendere nequiuerint, signis declarauerint, proculdubio legitimas nuptias contrahent.[d]

Ponit quasdam verborum conceptiones aptas ad matrimonium contrahendum. h. d.

Verba autem ad hoc apta sunt, verbigratia *Ego te in meam vxorem accipio: & Ego te accipio in meum maritum, vel promitto, quod te ab hoc tempore pro coniuge tenebo*[e] *& tibi sicuti vxori meæ fidem seruabo*, & contra: *Promitto me te pro marito habituram, & tibi tãquam viro proprio fidem seruaturam*, vel similia consensum de præsenti exprimentia.

Verba prolata in contrahendo matrimonio sunt accipienda secundum communem intelligentiam. hoc dicit.

Inde quæritur si alter coniugum ita loquutus fuerit, vt quod propositum est altera pars nò intellexisse se affirmet, quid agendum sit, si tali pretextu[f] causæ

a ¶ Minores.] Quid si apparet, maiorem 14 non posse generare? & contrahat nunquid matrimonium teneat? Quidam quod non quia non est pubes vt hic & cap. puberes, vbi latè nota. de despons. impub. contrarium tenetur communiter, ex quo enim est ætatis legitimæ ad matrimonium, c. laudabilem de frig. & ma. Debet igitur expectari vsque ad plenā pubertatem, id est, vsque ad 18 ann. illa enim est plena pubertas l. item Mela, ff de alim. & cib. legat. § arrogator institut de adop. Quod si nō generaret, tunc posset instari pro dissolutione, cum præsumatur impedimētum perpetuum: & hæc opi. est æqor, licēt præcedens sit fortè verior.

b ¶ Pacis.] Not. quod pro bono pacis admittendum est quod aliàs prohiberetur concor. c. 2 de despons. impub. & 3 q. 6 c. hoc quippe. & 29 dist per tot. vnde versus.

Vt pax seruetur moderamen iuris habetur.

c ¶ Necessaria.] Quoad probationem: vt no 27 q. 2 c. sufficit, & quoad Ecclesiam, vt hic subditur nō autem ad substantificandum actum, vt apparet hic in fin. dū loquitur de muto, Ergo si aliter appareat de cōsensu, non curamus, dummodo, dum habeamus effectum facit, ca. cum apud eo vbi dicit., quod sufficit consensus illud enim dicitur sufficere, quo posito nihil aliud requir. ad substātiā No. in c. statutū de rescriptis, in 6 Item matrimonium est de iure diuino, ca. 1 de vot. in 6 quo iure non est distinctio, inter mutum, & valentem loqui meritò &c. Et quod non sint necessaria verba necessitate præcisa, tenent Host. & Abb. in cap. tuæ de spons. contra Inn. & Idem Abb. in capitul. Ecclesia vestra de elect. vbi etiam ponit quinam sint actus de quorum substantia sunt verba.

d ¶ Contrahent.] sed quid dicemus, qui est mutus & surdus, & cæcus simul? & videtur posse contrahere, cum possit mulierem carnaliter cognoscere. Item quia habet naturalem rationem. In contrarium tamen facit quod nūquam vidit, vel audiuit matrimonium contrahi. Cum igitur ignoret, non videtur posse consentire. Respondeo si post aliquo pacto consentire quod discretus iudex forte ex aliquibus gestis, & signis poterit colligere, poterit contrahere: alias secus, in dubio tamen cōsulendus erit superior, vt per Abba. post Host. in c. cum aputeo.

e ¶ Tenebo.] Imò videtur dicendum quod hæc & similia verba sinidonea ad matrimoniū cum respiciant tempus futurum, & hoc videntur firmare Bart. Laud. & Magister sententiarum in 4 dist. 27 vt per Archid. 30 quæstione 5 § si quis diuinus, post gl. & per Abbatem in capit. ex parte eod. Cōtra tenetur cōiter. Pro cuius rei intelligentia sciendum est, quòd si verba futuri temporis denotant principium actus, quod in dubio solum sponsalia contrahūt de futuro, vt si dicā Promitto quod te ducam in vxorem. Sed si verba futura respiciant matrimenii executionē vt si dicam: Promitto quod te habebo pro legitima cōiuge, vel vxore. tunc. hæc verba important matrimonium: nec enim aliqua pro legitima vxore teneri, & haberi potest nisi præcedat matrimonium Abbas in capite iurabit de probatione sed quid si sic dictum fuerit: Non habeo aliam vxorem nisi te, nunquid per hæc verba sic concepta sit cum muliere contractum matrimonium? Respondendo. vt per Abbatem in dict. capite ex parte. Quid si dicatur. Placet mihi te habere in vxorem, vel Volo te habere in vxorem, vide per Abbatem in capite ex literis, eodem.

f ¶ Prætextu.] Quia dicat se non intellexisse verba prolata à parte fac ca. ex literis eod.

diffidii [a] quæratur? In qua specie, si matrimoniũ cõtracturi iudicio, & ætate [b] sint idonei, si alter quod alter proposuit non intellexerit, [c] statutum est ad cõem [d] verbi intelligentiam [e] esse recurrendum, cogendique erunt ambo verba prolata in eum sensum accipere, quem solent rectè intelligentibus [f] generare.

Serui possunt etiam inuitis Dominis contrahere matrimonium, dum tamen Dominos non fraudent debitis obsequiis h.d.

Illud quoque explorati iuris est, qui matrimonia inter se contrahunt, non solum liberi homines, verum etiam serui. [g] Sicut enim neque liber, neque seruus est ab aliis sacramentis [g] Ecclesiæ remouendus, [h] ita nec inter seruos [i] matrimonia prohiberi debent ideoque quamquam contradicentibus Dominis, & inuitis contracta fuerint, nulla rõne propterea sũt dissoluẽda. [k] *Serui tñ qui cõ-

a ¶ Diffidii,] Id est, matrimonii non contrahendi.

b ¶ Aetat.] Id est. 14 annorum in masculo in muliere 12 vt sup eod § primo & capite continebatur, & capite attestationes de desponſ. impub. nisi malitia suppleat ætatem capite de illis & capite fi. de desponſ. impuber. & dict. § 1 supra eod. not. quod duo requiruntur ad validitatem matrimonii, scientia, & ætas.

c ¶ Non intellexerit Id est, non intellexisse se dicat, siue contrahatur matrimonium inter eos, qui erant eiusdem linguæ, siue per interpretem: cum & per interpretem: matrimoniũ possit contrahi: vt not. in cap. ex literis.

d ¶ Communem.] Not. ergo, quod verba simpliciter prolata debent intelligi non secũdum opin. singularium sed cõem, ad quod fac not. per Bar. in l. Labeo ff de suppell. leg. & per Abbatem in capite ex literis eod. Item arg. quod iudex in decisionibus causarum debeat sequi communes doctrinas, fac pro hoc quod hic dicitur, ca. intelligentia de verbor., significat. & lex non aliter ff de legat 3 & cap. retulerunt, de consecr. di. 4 & l. prospexit ff qui & à quibus quia nõ ex opin. singulorum, sed ex communi vsu nomina sunt intelligenda, d. Labeo & l. si quis in fundi vocabulo, ff de legat 1 & cap. ad audientiam: de decim. l. cum quidam C. de verb. significat capite in calice de consecratione distinctione quarto.

e ¶ Intelligentiam.] Aliud tamen statuitur si ambiguitas incidat in iudiciis aliud in contractibus, vt latè not. in d. c. ex literis, & in l. quoties in stipulationibus, ff de verb. obligat.

f ¶ Intelligentibus.] Et secundum Abbatem facit hoc contra eos qui post perfectum contractum dicunt se non percepisse vim verborum per notarium prolatorum habent enim verba vim secundum, iuris dispositionem nec excusat contrahentes iuris ignorantia. Põt etiam intelligi quod hic dicitur, quando alter proposuit verba sophistica Puta, Promitto te tenere pro mea coniuge donec terra cooperiet oculos meos. Nec enim sufficit ad dissoluendum matrimoniũ quòd terram suis oculis superponat: nam illa verba à rectè intelligentibus accipiuntur pro morte naturali, nisi adeo appareret de dolo proferentis, quod sit clarum de dissensu: vt per Alexandrinus cons. 152 volu. quinto fac quod dicit Innoc. in capite veniens de iureiur. vbi ait quod in foro poli iuramentum recipit interpretationem secundum intentionem iurantis: secus in foro fori fac capite tua nos eodem & quod ponit Abbatem in capite ex literis, eod. ante finem.

Illud quoque, CASVS. Quidam iuuenis amore cuiusd. ancillæ captus de facto nuptias cum ea contraxit, *Io. Bap.* sed postea pœnitentia ductus volebat eam dimittere, & aliam liberam personam ducere, ea motus licentia, quia cum seruis prohibitum est matrimonio copulari, libro nono Canon. de incest. nupt. instit. de nuptiis in principio vnà cum gloss. in verb. Romani. Sol. in vt hic habemus quia de iure canonico conditio seruilis licèt impediat matrimonium, tamen non semper rescindit. hinc habetur in hoc iure, seruos ob salutem animæ posse nuptias celebrare, & habere vxorem c. 1 de coniug. seru. & per to. ti. nec obiectio tenet cum ius ciuile in hac parte reperiatur correctum, vt constat in loc. cita. not. seruos propriè dictos in hoc casu esse liberos, & ideo cum liberis æquiparari iuxta dictum D. Paul in d. c. 1 relatum: Not errorẽ etiam spiritualia vitiare, quia vbi verè est, ibi non est, voluntas, argu. l. 1 ff de cõdict. ide. g ¶ Serui.) Et in hoc ius canonicum dissidet à iure ciuili, quo iure serui non contrahunt matrimonia, sed contubernia, instit. de nup. in prin. Not. igitur, quod serui iure canonico approbãtur, vt hic, & in ca. 1 & per tot. de coniug. seru. Et hoc procedit non solum in personis infidelium, sed etiam Christianorum nã si fidelis iniusto bello ab alio fideli capiatur, mero iure capientis seruus efficitur, licèt consuetudo generalis Christianorũ hoc non videatur seruare: vt per Abb. in ca. 1 de conuers. infid. Immo quandoque per solam iuris Canonici disp. inducitur seruitus: vt in c. ita quorundã de Iudæ.

h ¶ Aliis sacramentis.] Scilicet, quæ recipientis causa conferuntur: non autem si conferuntur gratia aliorum vt est ordo: quia à tali Sacramento serui remouentur: vt supra qui prom. non poss. & not. in capite de coniug. seruo.

i ¶ Remouendus.] § Hinc nobis in auth. de monachis.

k ¶ Inter seruos.] Nec etiam inter liberum, & ancillam, si contrahere voluerint scienter, vt 29 quæstione, secundo capite si quis ingenuus, & capite secundo de coniug. seruo. & infra § seq.

i ¶ Dissoluenda.] fac. l. possessionum, capite cum. vtri. iudic. Partus tamen penes Dominum ancillæ remanebit. I. & seruorum digestis de stat. hominlicèt quidam contra, vt per Abbatem in capitulo primo de coniug. seruo. Sed prima receptior.

* Dissoluenda.) Vt serui statum eligerent vel monachismi, vel coniugii, necessarius erat dominorum consensus cum discrimine tamen. nam quoad statum religionis non solum prohibitum ne assummerentur sed etiam professio irrita & nulla erat, capite qui verò 16 quæstione prima Gregorius Magnus libro secundo epistolar. indict. 11. epistolarum 39. & libro quarto epistola vigesima septima, epistola quadragesima quarta, in fine & libro 10 epistola tertia, sed quoad statum matrimonii prohibitum illis quidem absque dominorum voluntate contrahere at semel con-

tracta matrimonia valebant, nec Dominus licuit illa dissoluere, c. omnibus 29 quæstion. 2 capit. 1 de coniugio seruorum, Concil. Aurelianensi 4 cap. 24. Gregor. Magnus, lib. 3 Epist. 12 ratio diuersitatis est quia matrimonium est propriæ infirmitatis leuamen cuius nullus actus extra matrimonium licitus est; At Religionis status obseruantia aliis, etiam mediis suppleri potest, adde quia coniugatus non ita impeditus est quominus suas operas, suas Domino possit impendere, sicut Religiosus. Tum inhonestus & indecens famulatus Religiosi in obsequiũ Domini, sicuti & ob sacri Ordinis dignitatem statutum est, vt si seruus contra voluntatem Domini, nec manumissus ordinaretur ab Episcopo sciente, duos dare Domino seruus cogeretur Episcopus, cap. si seruus, dist. 54. Idem statuitur, Aurelianensi 1. & Aurelianensi 5. ca. 6. Si Dominus honesto serui clerici obsequio contentus non sit. Quãuis in Toletano Concil. quod habetur in appẽdice Lateranensis, p. 50 cap. 56 deponi iubetur ab ordine, & Domino restitui. Aliam & quidem luculentam rationem assignat Diu. Thomas in addit. ad 3 p. q. 52 art. 1. Cur Dominus serui connubium inuito Domino contractũ dissoluere nequit, quia scilicet contractus matrimonij est de iure naturali; at verò seruitus introducta est iure Gentium. Ius autem naturale antiquius & potius est atque adeò fortius.

traxerint, proprios Dominos debitis, & consuetis obsequiis [a] minimè fraudare debent.

Si vnus coniugum comperiatur post contractum matrimonium seruilis conditionis potest dissolui matrimonium, nisi post talem cognitionem fuerit renouatus consensus, vel sequuta copula. Et liberi sunt ex libero vtero nati, nisi aliud inducat lex, & mos regionis. h.d.

Si quis tamen, vel si qua insciens eum, vel eam sumpserit in coniugem, quam, vel quem postea seruilis compertum sit esse conditionis, [b] nec post [c] diem veræ cognitionis [d] habitæ se inuicem cognouerint, aut aliter facto [e] inuicem in se consenserint, ita separari poterunt, vt vtrique libera cum aliis contrahendi facultas non denegetur. [f]

Liberi qui sint. hoc dicit.

Liberi autem sunt, qui sunt ex libero ventre [g] nati, nisi quis patris conditionem secundum leges, [h] & consuetudinem prouinciæ sequatur. Multo magis [i] matrimonium inualidatur, cum quis in persona [k] errauerit, vt puta si existimans secum Gemma contrahere, cum Berta contrahat.

SOLIER.

a ¶ Obsequiis.] Etiam si vxor debitum peteret, & concurreret cum Domino iubente, quia obtemperandum est Domino secundum quosdam. Alij tamen contra dicunt per Abb. c. 1 de coniug. seruo.

b ¶ Conditionis.] Et sic matrimonium nullum fuit, si erat ancilla, quam credebat liberam: vt 29 q. 2 per tot. & infr. tit. proxim. in princ.

c ¶ Nec post.] Nihil enim refert si ante: nam copula carnalis non firmat matrimonium: imputandum est enim ei, qui non detexit statum, & conditionem personæ suæ fac. l. 2 si ser. vel lib. ad decur. aspi. vbi punitur quis ingerendo se actui, quem exercere non potest, non de regendo qualitatem personæ suæ. Vide de hoc quod not. in c. sciscitatus de reseri.

d ¶ Veræ cognitionis.] Non enim cuilibet referenti credere tenetur arg. 35 q. 4 c. quam magnum, & l. 2 ff quod fal. tuto auctor. & titubans pro ignorante reputabitur, l. final. C. de condict. indeb. l. 3 § is qui. ff de lib. hom. exhib. capitul. Dominus, de secundis nupti. Vnde si quis habet conscientiam seruitutis ex discreta, & probabili causa, tunc sibi præiudicat copula carnalis subsequens: secus si ex leui, & indiscreta: arg. c. inquisitioni, de sent. excomm. & not. in cap. 2 de coniug. seruo, an autem viro status quæst. mouente, possit mulier pendente lite debitum exigere? plenè not. in d. cap. 2.

e ¶ Facto.] Per quod cognosci potuerit coniugalis affectus, vt not. sup. tit. prox. § non tamen. Sed immò videtur quod verba sunt necessaria, capitul. tuæ eo. & sup. eo. § licet, solu. vt ibi not. & vt not. in cap. fin. de coniug. ser. Item not. quod matrim. ab initio nullum tractu temporis confirmatur, fac. c. literas, & cap. accessit de desponsa. imp. & cap. 2 de coniug. seruo. Sed contra facit l. obligat. § ferè ff de act. & obli. sol. non est solum tempus quod validat matrim. sed consensus expressus, vel tacitus, vt hic apparet. Sed pone quòd aliquis contraxit cum ancilla ignoranter, & Dominus postea illã manumittat viro ignorante, nunquid est matrim. Resp. non, quia adhuc commiscetur ei ex priori consensu, qui fuit nullus: argu. leg. quamuis. C. ad Velleia & l. si mulier eod. tit. & l. 3 § scio. de minori & not. in capitul. fin. de coniug. seruo.

f ¶ Non denegetur.] Et detectæ ancillæ quod putatiuè marito pro dote dederit, erit restituẽdum: vt in capitul. 2 in fin. de coniug. seruo.

g ¶ Libero ventre.] c. 1 de nat. ex li. vent. fallit tamẽ hoc pluribus casibus, vt not. per glos. & Doct. in d. c. 1.

h ¶ Legem.] Scilicet municipales, vel prouinciales, cum aliter sit de iu. com. l. partum. C. de rei vendi. & l. & seruorum, ff de stat. hom. & institit. de iure person. post princip. & capitul. 1 de na. ex lib. vent. & capitul. fin. de ser. non ordin. Et sic nota, quod valet statutum, vel consuetudo, quod quis sequatur conditionem patris. Sed quæ est iuris communis ratio, quòd partus sequatur matrem? Resp. secundum Bald. in l. fin. C. de seruis fugitiu. quia mater potest prodesse filio tribus temporibus, dict. l. & seruorum, § ingenuum ff de stat. hom. & institut. de iure person. § serui.

i ¶ Magis.] Quia maior est error in substantia, quam in qualitate.

k ¶ In persona.] Est autem persona rationalis creaturæ individua essentia: vt not. 29 qu. 1 post princip.

De eo CASVS. Præsupponuntur nuptiæ contractæ perfecta verba alterius contrahentis, qui animo decipiendi, vt præsupponitur contrahebat, vnde fuit quæsitum an teneant, & ne quis dolo alterius læderetur, l. non debet, ff de reg. iur. affirmatiuè respondebatur. Solut. tamen est sequenda, quam hic legimus, quia in matrimonio obseruandum est an verè, vel præsumptiuè legitimus reperiatur consensus: obiectio autem non obstat, quia post quam cognitum fuerit qualis sit con-

Si alter contrahentium vtitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, & eam post modum carnaliter cognoscit, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, secus in pœnitentiali. hoc dicit.

De eo quæsitum est, qui cum aliter mulierem, vt sibi carnaliter commisceretur, perducere posset, [a] quam si eandem desponsasset, proprium mentitus nomen, illam per hæc verba desponsauit. *Te Ioannes desponsat*, an quia vir illo nomine vocaretur, nec vllum nubendi haberet propositum, sed copulam tantum carnalem exequendi; inter prædictos matrimonium sit celebratum, cum tamen mulier in virum consenserit? Et responsum est, non debere ex ifto facto coniugium iudicari, [b] cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma [c] contrahendi coniugium inueniri valeat, quoniam, ex altera parte solummodo dolus adfuit, consensus omninò defuit, sine quo cætera fœdus coniugale perficere nequeunt.

In dubio pro matrimonio præsumitur. h. d.

Sed donec expressè non appareat, quòd is qui mulierem desponsauit in propria persona, sub nomine tamen alieno [d] quo vocari tunc se finxit, dissensit, interim erit pro matrimonio præsumendo. [e]

a ¶ Perducere posset.] Nota igitur ex hac litera, quod licet duæ sint principales causæ, ob quas est institutum matrim. scilicet causa sobolis procreandæ, & euitandæ incontinétiæ: vt not. 33 q. 1 summa, tenet tamen matrimonium, etiam si quis alia de causa inducatur ad contrahendum, puta ob dotem, parentelam, pulchritudinem mulieris, & libidinem concord. capitul. tua nos: vbi Abbas, eodem.

b ¶ Iudicari.] Immò videtur hoc iudicandũ matrimonium, eum plus valeat quod agitur, quã quod simulatè concipitur C. plus valere quod agitur, quàm quod, &c. Item simulatio, siue dolus matrimonium spirituale non impedit capitul. quod interrogasti, distin. 26 solut. quod in prima parte litera loquitur in foro pœnitentiario, contraria procedunt in foro iudiciali, in quo loquitur postrema pars huius, § vt not. in capitul. tua nos, eo. vnde sumitur, in versicul. qualiter, & latius Abb. in prima oppo. licet aliter, vt ibi per eum. Sed pone quod protestetur coram pluribus, quod omnia, quæ faciet, vel dicet, non faciet animo contrahendi matrimonium, & postea in publico dicat: consentio in te, nunquid hic est matrimonium? Resp. affirmatiuè, cum recurrendum sit ad communem verbi intelligentiam supra eodem, § inde quæritur, & capitul. ex literis, eod. & quia potuit quis à priore voluntate recedere, & videtur recessisse per id quod publicè facit, nec creditur ei affirmanti adhuc se esse in priore voluntate ob dolum suum, cum sit contra dolosum facienda interpretatio. Alij, vt Hostien. & Abb. in capit. tuæ eod. distinguunt, quòd si fuit idonea causa protestandi, puta iustus metus prodest protestatio, nec per contrarium factum ab ea videtur recessum, capitul. primo, quod met. causa, & in capitul. Lotharius 31 quæst. 2. Hoc tamen verum, nisi sequatur copula: quia tunc indistinctè videtur recessum à protestatione. Sed si non fuerat iusta causa protestandi procedit prima opinio. Nam si contractus procedit ex consensu duorũ non valet protestatio facta ab vno in præiudicium alterius, nisi ille consentiat: not. in capitul. Cumuna & capitul. in Genesi. de election. & in leg. non solum, § vnde sumitur.

c ¶ Forma.] Nota quod ad esse matrimonij duo sunt necessaria, scilicet substantia, & forma, sicut ad esse hominis. Pro substantia est consensus: pro forma verba apta ad exprimendum consensum: vt in capitul. si inter eodem, & c, licet prætor de sponsa. duorum: & quia in casu nostro vtrumque defuit nullum fuit matrimonium. Idem esset si alterum defuisset capitul. cum apud eodem, capitul. tuæ, eodem, & capitul. quòd sedem de frig. & malefic. Quamuis autem matrimonij duo exigat, res tamen est simplex & individua vigesima septima, qu. 2. § 1 & in matrimonio præsumpto ipsum factum habetur pro substantia, & per ipsum factum præsumitur consensus. cap. is qui eod.

d ¶ Alieno.] Nota ergo, quod non vitiatur contractus, si contrahens loquitur in tertia persona, intelligendo de tertia persona de se ipso, fac. capitul. quod autem, & capitul. dudum, de iur. patron. Item quòd contrahens in propria persona efficaciter obligatur, licet dolosè mutauerit sibi nomen. Nomina enim inuenta sunt significandorum hominum gratia leg. ad recognoscendos. C. de ingen. & manumiss. & § si quis, institut. de leg. Sed ex quo constat de corpore non curamus de nomine dict. § si quis, habetur latè in capit. tua eod.

e ¶ Præsumendo.] Fac. cap. 1 de desp. impub.

QVÆ MATRIMONIVM IMPEDIRE possunt.

POst declarationem eorum, quæ essentialiter requiruntur ad nuptias actu contrahendas, sequitur videre de impediment. ipsarum, propterea proponitur nunc tit. iste, qui diuiditur in part. 8 in quarum prima explicatur impedimentum erroris: in secunda impedimentum voti continentiæ: in tertia impedimentum cultus disparitatis: in quarta impedimentum iusti metus: in quinta impedim. furoris: in sexta impedimentum frigiditat. in septima impediment. morbi lepræ: in octaua impedimen. publicæ honestatis: in secunda ibi, item voti: tertia ibi, cultus quoque: quarta ibi, coactio: quinta ibi furor: sexta ibi, item frigiditas: septima ibi, alia est: octaua ibi publicæ. Io. Bap.

QVÆ MATRIMONIVM impedire possunt.

TIT. XII.

Error personæ, & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis, & fortunæ. h. d.

ERgo non omnis error [a] matrimonium impedit. Nam si quis corruptam in vxorem accipit, quam virginem arbitratur, vel qui accipit meretricem, quam putat esse castam, vterque quidem errat: neutro tamen casu ob errorem matrimonium infringitur.

Ei, qui scienter ducit in vxorem publicam meretricem, peccata remittuntur. h. d.

Quin potius qui scientes, & prudentes, [b] mulieres publicas [c] de lupanari extraxerint, & in vxores duxerint, quid agent in remissionem proficiet [d] peccatorum. Cùm inter opera charitatis non minimum sit errantem ab erroris semita reuocare. [e]

Qualis sit error personæ conditionis fortunæ, & qualitatis. h. d.

Io. Exp. ERgo non omnis. CASVS in tota hac parte ita figuratur. Quidam errore ductus matrimonio fuit copulatus cum muliere paupere, meretrice, & fortasse ancilla, postea errore cognito pœnitentia ductus cupiebat, & petebat ipsum dissoluere, & aliam vxorem ducere, ea præsertim motus ratione, vbi adest error, nec voluntas, nec consensus reperitur, argumento, l. error. ff de iur. & fact. ignoran. & l. 1 ff de condict. indeb. cum simil. sol. tamen cum distinct. prout hic legimus, quia sicut error est diuersus, ita quoque diuersum producit effectum, vnde ob hanc diuersitatem, sequitur ni fallor, quod nec etiam obiectio teneat, cum aliquando ipsa quoque verificetur. Not. 1. quod non quilibet error causat actum inuoluntarium, sed ille, qui est circa rem essentialem, & ideo aliquando vitiat, & aliquando vitiatur.

Error quadruplex.

a ¶ Error.] Pro huius materiæ intelligentia dic, quod quadruplex est error conditionis, vt inf. eod. § 2 & cap. proposuit, de coniug. ser. Personæ, vt sup. tit. prox. § multo magis. Fortunæ, vt di. § 2. Qualitatis, vt in hoc princ. Duo vltimi errores non impediunt, vt hic princ. & § 2 & 29 quæstion. 1 in princ. Secundus impedit. dict. § multo magis, & capit. tua eod. Primus autem error, scilicet conditionis, aut est error in libero, vt quia liber credit cum libera contrahere, & contraxit cum serua. & in dubio non tenet matrimonium, & hoc fauore libertatis, vt sup. tit. prox. § illud quoque, cum § seq. & 29 q. 2 per tot. Aut è contra seruus credebat se contrahere, cum serua, & contraxit cum libera. Et hoc casu sunt opin. Quidam dixerunt, quòd non est matrim. quia error est in dispari conditione, asserentes idem esse vbicunque contingit consimilis error: secus dicunt si sit error in pari conditione, puta quia seruus credebat contrahere cum libera, & contraxit cum ancilla: ex quo ambo sunt serui, error non habet impedire, ita not. 29 q. 2 in sum. communis autem doctrina habet, quod tantum fauore libertatis impetratur matrimonium, & sic vbi contrahentis conditio deterioratur, secus si melioratur, vel conseruatur in æqualitate & hoc plus placet Abb. in c. 2 de coniug. ser. Quia ex quo consensum est in persona, isti errores extrinseci non debent impedire hoc sacramentum, & in dubio est *pro matrimonio* iudicandum, vt in cap. licet ex quadam, de testibus. Sed quid in adscriptitio? Resp. communiter tenetur quod talis error non impedit matrimonium: quia adscriptitius est persona libera], & inuito Domino potest stare in possessione: vt l. iubemus, & author. adscriptitios. C. de epi. & cler. & tenet Abb. in d. c. 2.

b ¶ Prudentes.] Secus fortè si per errorem, cum tunc actus non procedat ex charitate: hoc tamen verbum non ponitur in c. inter opera. de de sponsa. vnde sumitur nisi implicitè.

c ¶ Publicas.] Quas quidem nulla necessitas excusat. l. palam, ff. de ri. nupt. & 32. q. 5 capit. ita ne, & not. quod meretricium quàtumuis publicum non excludit mulieres ab hoc sacramento matrimonij: nam hoc est prohibitorium certarum personarum, vnde quilibet potest contrahere, qui expressè non prohibetur, capit. cum apud de sponsa. Immò inuentum est in remedium fornicationis, & humanæ fragilitatis: vt legitur & not. sup. de sacram. matr.

d ¶ Proficiet.] Scilicet quoad remissionem peccatorum, secundum Abbat. in capit. inter opera. de sponsalib. Sed an hoc intelligendum sit de remissione omnium peccatorum; quidam quod sic, cum sit hic indefinita locutio, quæ vniuersali æquipollet capit. vt circa de elect. in 6 & hæc est materia fauorabilis, & extendenda capitul. odia. de re iur. in 6. Alij contra: quia cum Papa indulget remissionem omnium peccatorum, solet apponere plenam, vel plenissimam, quod hic non ponitur: vt not. Ioann. Andr. in capitulo ad liberandum, de Iudæ, & not. in clement. 2 de pœnit. & remiss. & pro hac fac. litera hic in ver. proficiat. Secundum Abb. in d. c. inter opera.

ANT. TIM. Quod dicitur hic de remiss. peccat. eius qui duxerit meretricem in vxorem, est ex textu in d. c. inter opera de sponsa. vbi Pontif. inquit, vt huic in remis. proficiat peccat. vbi not. Abb. quòd opera charitatis proficiunt in remissionem peccatorum. Intelligitur autem id respectu pœnæ, quoad opera exteriora, non respectu culpæ, nam culpa remittitur ex contritione. Cætera quæ quæruntur in gloss. desumpta sunt ex Abbatis opinion. qui dubitat. & non resoluit, vide ibi.

e ¶ Reuocare.] Est enim hoc vnum ex tribus generibus eleemosynæ capite tria sunt genera, distinctione quadragesima quinta. Hoc tamen crimen meretricij sub dissimulatione pertranssit sancta Ecclesia.

Solum igitur [a] personæ, & conditionis error obstat matrimonio: qualitatis verò, & fortunæ non obstat, * Est autem error personæ, cùm is, qui est Ioannes, Paulus putatur. Conditionis, cùm is qui seruus est, liber creditur. Fortunæ, vt cùm is, qui pauper est, diues existimatur, vel contra. Qualitatis, cum is reputatur bonus, qui tamen est malus.

Defectus conditionis vitiat matrimonium, hoc dicit.

Sunt & alij plures [b] modi quibus matrimonia impediuntur, vt puta conditio apposita, & non impleta, secundum ea, quæ supra [c] diximus de sponsal.

Sacer ordo, & votum solemne impediunt matrimonium contrahendum, & contractum dirimunt, h. d.

Item voti solemnis, [d] emissio, & sacri ordinis susceptio [e] tam matrimonium impedit contrahendum, quam postea contractum dirimit. *

Simplex votum non impedit matrimonium contractum, h. d.

a ¶ Igitur.] De hoc dic vt not. sup. eod. in princip. Sed an in casibus, in quibus error non inualidat matrimonium, si minor contrahat, possit petere restitutionem in integrum, si fuerit seductus? Resp. negatiuè. Et de hoc per Abb. in c. ex parte, de rest. spol.

* Qualitatis verò & fortunæ non obstat.] Imò distinctione opus est, saltem in foro conscientiæ, error enim qualitatis & fortunæ, non vitiat matrimoniũ, quando scilicet animus ita se habuit vt nihil de ea quantitate cogitaret nec ad illam aduertit, quamuis fortè aduertens ad ignobilitatem, vel paupertatem non contraheret, vitiat autem quando expresse animus nititur qualitate est enim virtute conditionalis ille consensus; & hoc est, quod duas l. huius in additione ad 3 part. q. 51 art. 2 ad 5. docuit errorem qualitatis refusum in errorem personæ reddere nullum matrimoniũ iure naturæ, quod explicuit exemplo fœminæ, quæ suo consensu directè tenderet in filium Regis qui tamen non est. In eo enim casu nullus est contractus matrimonij, quia nullus consensus. Aliud est dicendum de eo qui contraxit cum aliqua, quam virginem existimabat, & postea falsum esse reperit: quia conditio si virgo fueris, si corrupta non es iniuriosa est, & turpis reputatur atque ideo pro non adiecta habetur. cap. finali. de canditit. quod intelligendum est in foro exteriori: secus verò in interiori per ea quæ tradit Ioan. Medin. de restitutione q. 23 & est communis opinio. SOLIER.

b ¶ Alij plures.] De quib. inf. eod. latè.

c ¶ Supra.] Vt sup. de sponsal. § sub conditione, & cap. super eo, de cond. app. & per tot. & cap. de illis, de sponsal.

Io. Bapt. Item voti. CASVS. Quidam vouerunt continentiam perpetuam, sed modo diuerso, nam alij simpliciter, & alij cum solemnitate, & cum voluissent postea vxorem ducere tum quia dicebant tale votum non tenere cum sit contra libertatem matrimonij iux. not. in c. gemma. de spons. & matrim. tum etiam quia matrimonium est datum in remedium peccati carnalis, § fin. supra de matrim. fuit propterea quæsitum, quid iuris. Sol. vt hic habetur, quia minor virtus continetur sub maiori, vel ab ea superatur, & vincitur argumento, cap. 3 de iureiurando, per quam rationem prima obiectio videtur cessare, nec secunda videtur aliquid concludere tum propter eand. rationem, tum etiam propter dict. in tex. assignatam. Not. primo professionem religionis, & ordinis inter se æquiparari, facit cap. 1 de voto in 6 Not. secundo solemnitatem iuris aliquando plus operari, quam simplicem promissionem, facit text. in cap. cum ad monasterium, de statu monacho. Not. tertio scandalum augere delictum, eiusque pœnam.

d ¶ Solemnis.] Dicitur autem votum solemne in proposito, quod est in susceptione sacri ordinis, vel professione tacita, vel expressa munitum, cap. vnic. de vot. in 6 & sup. de regul. § illud, quæri & concord. cum hoc cap. meminimus, cum seq. extr. qui cler. vel vouen.

e ¶ Susceptio.] Ex hac æquiparatione susceptionis sacrorum ordinum, & ingressus in religionem, quidam tenebant, quod per susceptionem sacri ordinis soluerentur sponsalia contracta per verba de præsenti, velut & per monachationem, capit. ex publico de conuers. coniug. sed contrarium est verum: vt not. in c. 1 de voto, in 6 & sup. de spons. §. item ex contrario.

* Dirimit.] Non sic fuit ab initio, quoad votum matrimonia enim, à Religiosis contracta non fuerunt inualida, ex vniuersali aliqua lege Ecclesiastica, vsque ad tempora Innocentij II. in cap. vt lex 27 q. 1 vel Vrbani II. in cap. presbyteris, eadem q. qui sedit anno millesimo nonagesimo. Et quidem voluisse matrimonia post votum multis sæculis: latè docent Michaël de Medica lib. 4 de continentia sacrorum hominum, controuersia 7 cap. 29 & seq. Azoruis tomo 1. Instit. moral. lib. 12 cap. 6 q. 3 Hieronymus Platin. lib. 2 de bono statu religiosi cap. 21 & Basilius Pontius de impedim. matrimonij causa 27 q. 1 cap. 2 § 3. Antiquiores autem canones præcipientes separari qui in monachatu contraxerunt, intelligendi sunt, de separatione tori, non autem de dissolutione aut nullitate vinculi, vt præfati ostendunt: secus fuit de impedimento ordinis quod in Ecclesia latina semper viguit, & professio continentiæ ab initio in Episcopis, presbyteris & diaconis extitit, sic enim statuerunt Apostoli apud Clementem Romanum lib. 6 constitutionum, cap. 17. extat etiam de hoc Lucij Papæ decretum apud Gratianum, C. minist. dist. 81 & confirmarunt posteriora concilia. ita vt coniugatis prohiberetur ad vxores accessus ante ordinationem ductas, vt constat ex Clemente Romano epist. 2 colum. 2. Subdiaconis verò vti coniugio ante ordinem contracto, aut illud contrahere post

susceptum ordinem non semper nec vbique prohibitũ, de quo consulendus est Basilius Poncius vbi supra § 2. & fuisse licitum, habetur in cap. 1 dist. 31 cap. placuit dist. 32 sed tandem indistinctè hodie prohibetur, cap. in præterea iuncta gloss. in verb. inseruiunt dist. 84 cap. à multis § verum de ætate & qualit. c. erubescant, ca. nemo, & cap. placuit dist. 32. Is ordo creditus est olim Vrbani temporibus ante Innocentium III. inter sacros non recenseri, cap. fin. dist. 60 d. cap. à multis de ætat. & qualit. cap. miramur, vbi glossa de seruis non ordine hodie tamen contrarium videtur fuisse declaratum, siquidem ex indice post Concil. Trid. edito & libro purgatorio glossarum decreti, expugni iubetur gloss. dist. 31 in princ. in verb. subdiaconos in eo quod annotat hunc ordinem inter sacros olim relatum fuisse. SOLIER.

Secus verò statuitur in voto simplici, [a] quamquam enim contrahendum impediat, non tamen contractum dissoluit.

Habitus religionis non impedit matrimonium contractum, h. d.

Sic & religionis habitus sine professione susceptus [b] ne contrahantur impedit, sed iam contractas nuptias nequaquam tollit. [c]

Nubenti post votum simplex imponenda est pœnitentia, h. d.

Huic tamen, qui nubendo votum simplex fecit irritum, quanto illud manifestius [d] emiserit, tanto propter plurium scandalum, erit durior imponenda pœnitentia.

Christiani non debent nubere infidelibus, & si nubant sunt excommunicandi, h. d.

Cultus quoque disparitas matrimonium, & contrahendum impedit, & contractum interdum dirimit. Si quis enim Iudeæ coniugali societate [e] iungi voluerit, siue Christiana Iudæo, vel alias infidelis Christiano carnali consortio misceatur: quicunque eorum id commisisse deprehenditur, à Christiano cœtu, & ecclesiæ communione protinus segregandus erit.

Si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine peccato mortali soluitur coniugium, & conuersus cum alia contrahere poterit, & proles communis conuerso assignabitur.

a ¶ Simplici.] Quia fortius matrimonij vinculum superueniens tollit primum debilius scilicet votum simplex, capit. 1 de voto in 6 licet ante matrimonium contractum sit quis compellendus votum implere, vt cap. ex parte, de censibus cap. porrectum, de reg. ca. rursus qui cle. vel vou.

b ¶ Susceptus.] Ab eo qui incorporandi religioni potestatem non habet, cap. consuluit, vbi Abb. qui cle. vel vou.

c Tollit.] Argum. cap. quemadmodum de iureiur. & l. patre, ff de his qui sunt sui, vel ali. iu. Sed contra cap. super eo de reg. & cap. vidua, qui cle. vel vou. Quidam quod hic, & in cap. consuluit, qui cle. vel vou. loquitur de habitu probationis in contrarijs de habitu professionis. Tu dic aliter, vt per Abb. in d. c. consuluit.

d ¶ Manifestius.) Sic c. 1 de vot. & vot. redemp. in 6 vnde sumitur. Not. ergo quod ex manifestatione grauius sit peccatum, ad hoc supr. de pœn. § 1. & § 2. & not. in c. nemo 22 qu. 4 & c. clericus solus, dist. 81 & cap. de homine, de celeb. miss.

Cultus quoque. Hæc pars posset in plures diuidi particulas, sed cum commodè in ea CASVS communis figurari valeat, propterea est animaduertendum, quod inter personas alienigenas, & cultus disparitate differentes, diuersimodè matrimonium consideratur, & reperitur: aliquando enim id contigit inter fidelem & infidelem, aliquando inter infidelem, & infidelem, quorum alter venit ad fidem: & aliquando in inter fidelem, & fidelem, quorum alter recedit à fide, vnde in omnibus quæsitum fuit quid iuris, & in omnibus respondebatur per cap. ius gentium distinct. 1 & per cap. cauc. 28 quæstio. 1 vbi simpliciter matrimonium inter personas alienigenas, & cultu dispares damnatur ergo. Sol. tamen cum dist. vt in hac par. legimus, quia casuum diuersitas ob diuersas circumstantias diuersam requirit decisionẽ, & propterea nec etiam can. in contrarium adducti videntur aliquid concludere, quia aliquando verificantur, & aliquando limitationẽ recipiunt: vnde not. primo etiam ex d. iuribus simul inuent. quia matrimonium inter alienas regulariter est prohibitum, sed limitatiue permissum: Not. secundo obiectum legis aliquando esse factum præteritum, quod contingit in approbando, vel reprobando ipsum, aliquando factum futurum, quod euenit in præcipiendo, vel prohibendo, permittendo, vel puniendo. Not. tertio quod matrimonium, quoad substantiam eius etiam inter infideles reperitur.

e ¶ Coniugali societate.] Circa hanc materiam dicas, quod si Christianus, vel Christiana miscuerit se cum Hebræo, vel Hebræa, siquidem in figura matrimonij, & ignoranter, tunc nulla eos maneret pœna, cum darent operam rei licitæ, & ignorantia facti, legitimam præstet illis excusationem: vt per Abb. & alios in cap. in nonnullis, de Iudæ. Ita tamen quod quando habuerint notitiam de tali impedimento statim se separent: aliàs secus, l. qui contra, vbi latè traditur C. de incest. nupt. Aut scienter, & tunc pœna est dissolutio matrimonij, & excommunicatio, vt hic & 28 quæst. 1. cap. caue, cum seq. & in d. c. nonnullis & in foro pœnitentiali pœna septem annorum pœnitentiæ, cap. hoc ipsum, 34 q. 2 Hebræus verò quomodo puniatur sunt opi. vt dicetur statim. Si verò se cognouerunt in actu fornicationis, & scienter, quidam dicunt. Hebræum morte mulctandum, 2 quæst. 7 cap. nos si incompetenter, § sed notandum vers. Nathan. & § his ita, vers. multa enim, & 23 quæst. 5 cap. reos, § Nathan. & tenet quidam in d. cap. in nonnullis. Quidam mitius sentiunt secundum Oldr. Petrum de Perus. & Roma. scilicet quod sit pœna, vel pecuniaria, vel temporalis iudicis

Item si alter [a] infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, & alter, qui in infidelitate remansit, vel nullo pacto, vel non sine blasphemia [b] diuini nominis; vel vt catholicum ad mortale peccatum protrahat, ei cohabitare voluerit, conuersus, quasi [c] priore matrimonio dissoluto, licitè ad secunda vota conuolare poterit, [d] & communis proles ipsi conuerso assignabitur. [e]

Si alter infidelium coniugum conuertatur, & antequam alij legitimè coniunctus fuerit alius quoque conuertatur debent se inuicem recipere, h.d.

Quod si conuersum ad fidem, & vxor conuersa sequatur ante quam propter causas prædictas [f] legitimam maritus ducat vxorem eam recipere compelletur. [g]

Inter conuersos ratum est matrimonium, non obstante repudio consuetudinario, h. d.

Nec quidquam conuerso proderit, quod iam secundum ritum suum eandem repudiauerit, cùm repudium ipsum veritas euangelica repudiauerit. [h]

Exceptio fornicationis non impedit matrimonium inter conuersos, h.d.

Sed nec fornicationem dimissor dimissæ

arbit. & refert Oldr. consil. 333 quod in casu isto vidit Hebræo amputata virilia. Tertij melius quod habenda est diligens consideratio singularum qualitatum, si mulier sit honesta, & nobilis, an meritricula, & vilis, an Iudæus semel coierit, an sæpius; an iuuenis sit, an maior natu; num vnam cognouerit an plures, & pro varietate casuum varie statuendum: vt per Paul. Gabriel. in tract. de pœnis omnifa. coitus illic. quæst. 12. Et quod dicitur de Hebræis idem erit de Turcis, Moris, Saracenis, & simi. vt in hac litera.

a ¶ Si alter.] Not. hic casum, in quo constat matrimonium inter fidelem, & infidelem, scilicet si infidelis cohabitare vellet cum fideli sine peccato hoc ideo, quia matrimonium ab initio tenuit: arg. l. patre furioso, ff de his qui sunt sui, vel alie. iur. cap. quemadmodum, de iureiur. alias non teneret, vt sup. eod. § proxi.

b ¶ Blasphemia.) Puta astringendo coniugem ad aliquem Iudaicum ritum, vel Paganicũ, vel idololatriã & in hac materia habes hos versus.

Desere spernentem, vel blasphemare volentem,
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem,
Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora.

c ¶ Quasi.] Fortè propterea adiecta est nota improprietatis: quia nõ potest omnino dici dissolutum matrimonium, cum possit infidelem pœnitere, vt statim subdit.

d ¶ Poterit.] Cap. quanto, & cap. gaudemus de diuor. Ex hoc habes casum quotidianum in Iudæis, qui veniunt ad fidem vxoribus remanentibus in Iudaismo: possunt enim cum alijs mulieribus de nouo contrahere ex causis hic positis. Sed contra videtur: Nam inter infideles matrimonium est verum d.c. quanto, & sup. de sacrament. matrim. § 1. Vnde videtur quod non possunt separari ob defectum baptismi. Nam Christus interrogatus à Iudæis qui non habebant baptismum, respondit. Quos Deus coniunxit, homo non separet. cap. de infidelibus, de consang. & affin. Item matrimonium fuit institutum longè ante baptismum: scilicet in statu innocentiæ in Paradiso, & ibi recepit indissolubilitatem suam, cum fuit dictum: Et erunt duo in carne vna: vt habetur in cap. 1 de voto in 6 & in cap. fraternitatis 35 q. 10 Sol. secundum Abb. in d.c. quanto, quod ideo consideratur baptismus pro indissolubilitate: quia vbi non est fides Christiana, matrimonium non habet suam significationem: matrim. enim consummatum denotat vnionem, & conformitatem quæ est inter Deum, & ecclesiam per assumptionem carnis humanæ, vt in c. debitum de biga. & sup. de sacram. matr. § 1 vnde sicut figuratum est indissolubile: quia carnẽ, quam Deus assumpsit nunquam dimisit, ita & matrim. illud figurans debet esse indissolubile: sicut figuratum facit quod not. in cap. quia propter. 27 quæst. 2 Matrimonium autem inter infideles non habet hoc significatum: quia negant carnis assumptionem, & sic matrimonium inter eos non est ita firmum: quia cessat ratio indissolubilitatis.

e ¶ Assignabitur.] Scilicet post triennium. Nam ante indistinctè remanet apud matrem siue conuersa sit, siue non, cap fi. de conuers. infideli

f ¶ Causas prædictas.] Scilicet, vel quia infidelis nolit cohabitare cum marito, vel id nolit facere sine creatoris contumelia, vt sup. § proxi.

g ¶ Compelletur.] Cap. gaudemus de diuor. Videtur ergo quod contumelia creatoris non soluat matrimoniũ ipso iure, nec enim si fuisset solutum prius conuersus compelleretur postea conuersam recipere, Io. dicit quod licèt ea nolente viro cohabitare, matrimonium sit ipso iure solutum, restituitur tamen quasi iure postliminij: arg. c. cum per bellicam 34 q. 2. Sicut hæretico reuerso restituuntur alia bona auth. de Nestorianis, & de hæret. Et licet non sit matrimonium inter eos, tamen eam recipere compellitur ex consequentia prioris matrimonij in fauorem fidei. Alij dicunt, quod matrimonium ipso iure non soluitur, sed soluitur ius matrimonij, id est, ius debitum exigendi, pro qua opi. videtur cap. quanto de diuor. ibi contumelia creatoris soluit ius matrimonij. Vere autem tunc matrimonium soluitur, cum contrahit cum secunda, & non ante: quia si esset ex toto solutum, non compelleretur eam recipere. Item si ex toto esset matrimonium solutum, superfluum esset meminisse de quauis fornificatione præcedenti, de qua hic, & in d. cap. gaudemus, in fi. & c. quemadmodum, de iureiur. Sed numquid conuersus posset intrare religionem ea inuita anteaquam cum alia contrahat: Respond. affirmatiuè, cum iudicio ecclesiæ separati fuerint, cap. fin. in fin. de conuer. coniug. & not. in d. cap. gaudemus.

h ¶ Repudiauerit.] Not. ergo quod lex diuina etiam infideles comprehendit. Vnde infert Abb. in ca. gaudemus de diuor. Quod tales infideles delinquentes contra legem

legem diuinam possunt punirì, secus si delinquerent contra legem canonicam disponentem super spiritualibus fac. no. per Inno. in cap. super his, de vot.

ANT. TIM. Nota dictum hoc ex Abb. in d. cap. gaudemus: quod tamen verum est de preceptis moralibus, quæ quoniam ex naturali iure proficiscuntur quod insitum est in animis omnium hominum à natura omnes ligant. Vnde quod continetur in lege, & Euangelio dicitur ius naturale cap. 1 dist. 1 cætera verò indicialia, & cærimonialia non comprehendunt eos, qui sùt extra Ecclesiam. Quid enim ad nos de his, qui foris sunt? dicebat Apostolus.

a ¶ Nupserit.] Quia intelligitur legitimè contraxisse quos auctoritate legis contraxit. vigesima tertia quæst. quarta cap. qui peccat fac capitul. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis, & li. Gracchus C. de adult. & li. iuste ff de acquir. poss. sed contra facit: quia iuris diuini ignorantia neminem excusat. cap. quia, ea. distinctione 38 sed iure diuino non est licitum repudium. Ergo repudiata alteri nubendo committit adulterium? Respond. repudium erat approbatum leg. antiqua, qua lege vtentes excusantur ab adulterio, quod non cõmittitur sine dolo vt 34 q. 2 capite in lectum, & li. pen. de adult. & ita sol. Abb. in capite gaudeamus de diuor.

b ¶ Fuerit.] Sed cũ omne peccatum, & sequela peccati in baptismo deletur 26 dist. ca. deinde, & 32 quæstio 1 capite quod autem, & dona baptismi sint sine omni luctu capite 2 & capite siue pœnitentia de consec. distinctione 4 qualiter reuertenti ad fidem poterit fornicatio ante baptismum cõmissa obiici? Dicas quod in baptismo tollitur omne crimen, & peccatum quoad Deum: sed quatenus peccatum respiceret interesse tertij, vel reip. non tollitur & sic marito ius excipiendi saluum remanet. Simile est in sacramento pœnitentiæ, per quam tollitur crimen fornicationis quo ad Deum: & tamen post quamcumque pœnitentiam potest maritus illam accusare 32 qu. 2 c. admonere. Nec eam etiam post pœnitentiam recipere comp. vt ea gaudemus de diuor. An autem, & quando per baptismum tollatur irregularitas ante contracta vide per Ab. indict. c. gaudemus.

c ¶ Nulli vnquã.] Vnde etiã lex plura cõiugia prohibet Iudæis. l. nemo Iudæorũ c. de Iudæ & l. 2 c. de incest nup.

d ¶ Reuelatione.] Vt legitur. de Iacob. & de aliis ãtiquis Patriarc. vt in c. gaudemus de diuort.

e ¶ Aequalitas.] Nota quod matrimon. non debet claudicare, vt hic, & in c. 5 de diuor. Quãdoq; tamẽ claudic. quoad debitũ reddendũ ea, quædam de conuers. cõiug. Vel quo ad obliga. expect. alterum, c. de illis de desponsi. impu. & sup. de spon. § de illis.

f ¶ Retinendam.] Hoc expressè nõ dicitur in c. gaudemus, de diuor. vndè sum. Sed non potest aliter hæc materia intelligi, vt apparet ex his quę ibi dicũt omnes Doctor. Sed quid dicemus si fidelis dicat plurib. mulieb. Duco ves in vxores & illę pariter resp. Et nos te in maritum quę istarũ erit vxor Resp. nulla etiam si vna tantum sit apta matrim. quia iste vir non habuit precisè animũ obligandi se vni, vt per Ab. in d. c. gaudemus.

g ¶ Nam etsi.] Occurrit tacitæ obiectioni: Nã potuisset dici quod quãdo vnus ex duobus infidelibus ad fidem conuertitur, si remanens in infidelitate nolit cohabitare cum conuerso: vel non sine contumelia creatoris permittitur conuerso aliam ducere. Idem videbatur altero delabente in hæresim, quod remanens Catholicus posset aliam ducere, huic obiectio ni respondetur, vt hic habes.

h ¶ Non tamen est ratũ.] Quia potest dissolui vt hic, & c. quãto, & capit. gaudemus de diuort. & 27 quæst. 2 cap item illud.

i ¶ Amittitur.] 22 quæst 7 cap. 1 & cap. 2 & 1 quæst. 1 capitul. quod quidam.

K ¶ Sine culpa.] Licèt nemo sine culpa suo iure regulariter priuari debeat capitu. quanto de diuort 16 q. fin capitulo inuentum, & distinctione 36 capit. satis peruersum, & de eo qui cognouit consangui vxo. suæ capit. diserertionem, & capit. fin & capit. 2 de constitut. Quãdoque tamen ex causa priuatur etiam sine culpa. cap quoniam. § 2 vt lit. non contesta. & capit. antiqua de priuil. & dist, 22 cap. reuocantes.

poterit obijcere, propterea quod alij post repudium nupserit,[a] nisi aliàs fornicata fuerit. [b]

Si paganus prius plures vxores habeat post fidem susceptam adhærebit primæ. h. d.

Quia verò pagani in plures simul fœminas affectum coniugalem diuidunt: vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus conuersus retinere valeàt, non immeritò dubitari poterit, Et cùm nulli vnquam [c] licuerit plures habere simul vxores, nisi cui diuina fuit reuelatione [d] concessum, nec cuiquam, vxore etiam, ob fornicationem dimissa, aliam liceat super inducere, euidenter apparet, pluralitatem in vtroque sexu (cùm inter coniuges seruanda sit æqualitas [e]) circa matrimonium reprobandam, & de pluribus primam tantum retinendam. [f]

Matrimonium non soluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso h. d.

Alia sanè causa est eorum coniugum, quorum alter vel in hæresim labitur, vel [g] ad infidelium transit errorem: neque enim hoc casu, qui relinquitur, ad secundas nuptias descendere poterit. Nam etsi [g] matrimonium verum inter infideles, sit, non tamen est ratum: [h] Inter fideles autem, & verum & ratum existit, quia sacramentum fidei quod semel est admissum, nunquam amittitur, [i] sed ratum efficit coniugii sacramentum, vt ipsũ in coniugibus, ipso durante perduret.

Per dationem instantiæ soluitur argumentum hoc dicit.

Nec refert quod à quibusdam forsan obiici posset, quòd fidelis relictus, non debeat iure suo sine culpa [K] priuari, cũ idẽ multis

a ¶ Casibus.] fac. 14 quæst. 6 capitul comperimus & distinc. 54 capit frequens & 34 capitu. si cuius, & casibus [a] contingat, vt si alter coniugum insidiatur. [b] Ex hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio coniugum simularent [c] hæresim, vt post modum nubentibus coniugibus ab ipsa resilirent.

Cessante causa cessat effectus. h. d.

Quinimmo qui in fide permanserit, ad eum qui ab hæresi, vel infidelitate ad ecclesiam reuertitur: vel inuitus redire cogendus erit [d], nisi ad religionem [e] transire maluerit.

Coniugiorum aliud est legitimum, & non ratum, aliud legitimum, & ratum, aliud ratum & non legitimum, h. d.

Ex his apparet [f] coniugium aliud esse legitimum, & non ratum: aliud legitimum, & ratum: quoddam verò, quod ratum quidem est, sed non legitimum, legitimum, & non ratum congugium est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur, hoc inter infideles ratum non est, quia [g] dissolui potest dato libello repudii lege fori, & non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles verò semper ratum est coniugium cũ coniugia semel inter eos contracta [h] nunquam solui possunt. Horum verò quædam sunt etiam legitima, veluti cùm, seruatis nuptialibus ritibus, vxor sponso traditur, [i] illorum verò coniugia, qui contemptis legitimis solemnitatibus, solo affectu aliquam sibi deligunt in coniugem non legitima, sed rata tantum modo esse creduntur. Quanquã enim [k] spretis ritibus Ecclesiæ matrimonium contrahi non debeat: non tamen ob id solum sacrament. coniugii dissolui debet.

Idem operatur comprobatio quod legitima institutio. hoc dicit.

Quin potius si tale matrimonium fuerit ab ecclesia post modum comprobatum filij generati, & legitimi iudicandi erunt, & hæredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, [l] qui contemptis ecclesiæ præceptionibus matrimonium contraxerunt.

b ¶ Insidiatur.] 32 quæst. 7 ca. illi.

c ¶ Simularent.] Hæc est causa quare priuatur quis iure suo sine culpa simile 32 quæst. 1 capitul dixit Dominus.

d ¶ Cogendus erit,] Sed contra capit. gaudemus, de diuort. vbi separatam ob fornicationem non cogitur quis recidere, licèt emendatam Solu. vt illud in carnali fornicatione, hic sumus in spirituali. Sed quæ est diuersitatis ratio? Resp. in spirituali fornicatione sola anima poluitur, in carnali, anima, & corpus, & vir magis scandalizatur de eo quod fit in corpore, quam ex eo quod fit in anima: & ita causa maioris scandali illati viro fit, vt post carnalem fornicationem etiam emẽdatam recipere non cõpellatur: quæ ratio non militat in simplici spirituali. Ita, nota in capit. fin. de conuers. cõiugat. vel dic. vt not. infra de diuort. § multum autem.

e ¶ Ad religionem.] Vt capit. fin. de conuers. coniug. Quæri solet si vxor separata ob fornicationem à viro commissam, postea & ipsa adulterium committat, nunquid marito reuerso possit intrare religionem? Et non videtur, cum paria delicta mutua compensatione tollantur l. viro ff soluto matrimonio. Tu dic, vt per Abba. in d. cap. fin. Et quod dicitur de religionis ingressu altero coniugum inuito faciẽdo in casu spiritualis fornicationis, intellige cum interuenit separatio facta iudicio ecclesiæ: vt habetur in dicto cap. fin. Vel licet non precesserit talis separatio, res tamen non est integra. Et amplia quod hic dicitur, vt habeat locum etiam in fornicatione carnali: vt scilicet innocens possit peccante inuito religionem intrare fac. 27 quæstione 2 capite Agathosa, & capite veniens de conuer coniugat. & per Abb. in dict. capite fin.

f ¶ Ex his apparet. Rectè hoc infertur ex superioribus, & sumitur ex cap. fin. 28 quæs. quæ. primo.

g ¶ Quia, &c.] Ista ratio à quibusdam non probatur: vt not. 28 q. 1 cap. fin. posset fortè alia ratio adduci, scilicet, quia si alter fiat, Christianus, & infidelis nolit cohabitare, dissoluetur matrimonium, vt supra eodem, § item si alter, & in capit. quãto, & cap. gaudemus, de diuort.

h ¶ Contracta.] Et consummata.

i ¶ Traditur.] 30 quæstione 5 capit aliter.

K ¶ Quanquam enim &c.] De tota ista materia vide per gl. Abb. & cæteros in cap. quod nobis qui fil. sint legit. & capite 2 & per totã, de matrim. contract. cõtra interdict. eccles. & in capit. non oportet. 34 quæst. 4 & cap. penul. de fer. & nouissimè per Conc. Trident. sessio 24 in decretis reformationis, quod fortè ex parte corrigit quod hic dicitur, scilicet respectu matrimonij clandestini.

l ¶ Pœnitentia.] Icapit. 1 de matrim. contr. contra interdictionem Eccles.

Coactio CASVS. *Io. Bap.* Quidã forensis habuit rem cum ancilla cuiusdam nobilis Perusini, à quo tandem coactus fuit eam in vxorem ducere: qui forensis cum ob hãc coactionem sibi illatam voluisset ipsam repudiare, fuit dubitatum an de iure posset, siquidem contra eum faciebat capite maiores, de baptismo § penult. accedit etiam commune dicti. Iuristar. quod voluntas coacta voluntas est, ergo Sol. tamen vt hic habetur, quia talis coactio causat actum inuoluntarium: vnde non obstant in contrarium adducta, siquidem iuxta notata in dicto capite & § distinguen. est de coactione, nam vna reddit actum nullum, secus altera argumento libro

5. & ff de eo, quod metus causa. Not. quod iustus violenter timor causat actum nullum, quia voluntas non dicitur consentire, secus autem si non esset iustus, facit text. in cap. penult. de eo quod met. causa. Cum simil.

Iustus metus nisi purgatus fuerit impedit matrimonium. h. d.

Coactio [a] quoque & iustus violentiæ metus [b] matrimonium impediunt. [c] Cum enim solo consensu coniugium contrahatur, plena debet [d] ille securitate [e] gaudere, cuius est animus indagandus, ne metu impulsus dicat, sibi placere quod odit.

Copula metum purgat. h. d.

Planè quæ inuita probat se sponsalia contraxisse, si comperiatur postmodum sponte [f] cognita, ad matrimonij dissolutionem proclamare, & metum causari non poterit. [g] *

Furor impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.

Furor quoque quia consensum impedit, nuptias contrahi prohibet: [h] contractas autem non dirimit. [i]

Frigiditas, & coeundi impotentia matrimonium impediunt, h. d.

a ¶ Coactio.] Est autem coactio cum violentia corporali, vel captura: metus vero est præter aliquam violentiam, & captionem.

b ¶ Metus.] Iustus autem metus dicitur, qui potest cadere in constantem virum, fac. l. si quis ab alio ff de re iudica. & l. metum ff quod met. causa. & quod not. in cap. de muliere, de sponsa. vel in constantē mulierem, cum ob sexus imbecillitatem minor metus in muliere sufficiat ad impedimentum, quam in viro arg. cap. indignamur 32 quæst. 6 & c. sicut dignum de homic. & per Abb. in cap. causam, de offic. deleg.

c ¶ Impediunt.] Et quidem ipso iure, vt in cap. cum locum de sponsa. Sed contra videtur: quia regulariter metus actum ipso iure non infringit, sed ope duntaxat exceptionis, ff de eo quod met. caus. per totum, & hoc quidam admittunt, vt Card. Communiter tamen contra. De ratione vide per Abb. in d. c. cum locum. Et not. quod si ambigatur de metus interuentu, magis creditur duobus testibus deponentibus de metu, quam mille deponentibus despontanea voluntate: vt per Abb. in cap. 1 de his, quæ vi met. caus.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus concludit hic Author matrimonium per metum contractum esse nullum, est notandum non nullas esse constituendas conclusiones pro veritate articuli.

Prima sit conclusio quod metus est instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidatio l. prima, ff quod metus causa est enim metus trepidatio mentis quia ex imaginatione futuri, & propè imminentis mali perturbatur mens, Cou. 2. p. c. 3 § 4 num. 1.

Secunda sit conclusio matrimonium violentia præcisa contractum & etiam consummatum est omnino nullum cap. veniens, cap. cum locum de sponsa. tex. singul. & irrefragabilis in c. significauit de eo qui duxit in matrim. & vtrobique Abb. Iun. Fel. & omnes, S. Thom. in 4 d. 29 & in addit. 3 p. q. 47 art. 1 matr. 3 imped. 11 in prin. Syl. Matr. & q. 11 Armil. num. 41 Sot. 4 d. 26 p. 1 art. 1 Nauar. dicens communem cap. 22 num. 50 Cou. 2 p. c. 3 § 4 & 5.

Tertia conclusio Matrimonium metu cadente inconstantem virum contractum, & etiam consummatum est nullum S. Thom. sup. articul. 2 Angel. Sylu. Armill. Sot. art. 2 & alij supra.

Quarta conclusio Matrimonium leui metu, vel minis si contrahatur tenet.

Quæritur vtrum idem metus qui cadens inconstantem sit idem in viro, & muliere? Resp. quod minor timor requiritur in muliere, quam in viro, & quia sunt mulieres aliquando animum habentes virilem, & fortem, è contra verò viri multi animum habentes effeminatum reperiantur, relinquitur Iudicis arbitrio quis dicatur metus talis iuxta communem, quam refert, & sequitur Nauar. capit. 12 num. 51 & multa allegans Couar. supra nu. 8 9 & 10.

d ¶ Debet.] Necessitatem importat, non honestatem, & hoc est regulare vbi materia est indifferens, no. in cle. attendentes, de sta. reg. & per Abb. post gl. in capit. si vir de adult. quandoque solam honestatem cap. 1 vbi not. de despons. impub.

e ¶ Securitate.] Et sic in materia matrimonij voluntas coacta non habetur pro voluntate capit. de muliere, vbi Abb. not. de sponsalib.

f ¶ Sponte.] Aliud si in vita capitul. consultationi, vbi per Abb. & in capite insuper, qui ma. accus. post. & per aliquos in capit. pen. de probatio.

g ¶ Poterit.] Ex quo enim carnali copulæ consensit omnis violentia sublata intelligitur: & matrimonium tenet cap. illis de desp. impub. & cap. 2 de eo qui duxit vxo. quam per adul. pol. & ita ratihabitio validat, quod non valebat à prin. capite cum virum de reg. de hoc per Concil. Trident. sessio. 24 cap. 9.

Furor. CASVS. Licet hic videatur clarus, cum furor tollat intellectum, & causet actum inuoluntarium, habet tamen difficultatem cum matrimonium consideretur ratione officij naturæ, vt dixi supra in § fin. de matrimonio, quæ difficultas dicitur cessare, quia effectus talis officij habetur per alios. *Io. Bap.*

* Poterit.] Hodie credo secus dicendum, nam vt pulchrè aduertit peritissimus decretorum Interpres Didac. Spino. in specul. testam. in gloss. 15 princip. nu. 61 quamuis attento iure commune matrimonium metu contractum conualidetur per spontaneam cohabitationem, quia hinc inducebatur quidam nouus præsumptus consensus, ex quo matrimonium conualidatur; hodie tamen post Concilium Tridentinum, cum præsumptus consensus ex copula, seu cohabitatione non sufficiat, nisi de nouo post sublatum impedimentum ratificetur coram Parrocho: testibus & dicendā est dispositionem iuris communis in cap. ad id quod de sponsalib. cessare. Idem etiam tradit Ioann. Gutierrez, lib. 1 canonicar. quæstion. c. 18 nu. 7. Petrus Mozins de contract. tit. de matrim. § de diuisione matrimonij, num. 5 in fine. SOLIER.

h ¶ Prohibet.] Interueniens, scilicet tempore contracti matrimonij 32 quæst. 7 c. neque furiosus simile in capit. sicut de regul.

i ¶ Dirimit.] Cap. neque 32 quæst. 7 fac. l. qui furore, ff de stat. homin. l. patre ff de his qui sunt sui, vel alien. iur. Sed pone, quod mulier contraxit cum

furioso, & eo reuerso ad sanam mentem perduret in eodem consensu, nunquid erit matrimonium? Resp. variè de hoc per Doct. tradituri in cap. dilectus eod.

Io. Bap. Item frigiditas. CASVS. Præsupponitur matrimonium esse contractum cum impedimento impotentiæ ad copulam vel ob frigiditatem, vel ob aliam similem causam: & quamuis posset de iure dici validum per c. consultationi. de frigidis, & malef. matrimonium enim est etiam contractus, sol. tamen, vt hic habetur, quia potentia ad copulam simpliciter videtur necessaria cap. 2 eod. titul. de frigid. capit. autem adductum non obstat ob diuersum eius intellectum, vel dicas quod vbi cessat periculum peccati potest matrimonium contrahi, ratione quâ est contractus, & sic etiam confirmatio non conualdit. Not. primo potentiam ad copulam necessariam, licet aliquando limitetur, facit d. cap. consultationi de frigid. Not. secundo autem aliquando perficere naturam remouendo impedimenta.

Item frigiditas, & coeundi impotentia [a] legitimum matrimonijs impedimentum adferunt. Sicut enim [b] puer, qui debitum reddere non potest, non est aptus coniugio, sic qui ita sunt natura [c] impotentes, vt nec ope medicorum [d] sine mortis periculo iuuari possint, apti ad contrahenda matrimonia minimè putantur. Ea igitur quæ adeo est arcta, vt mulier fieri, & alteri carnaliter commisceri non possit, nisi per incisionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea iudicari. [e]

Leprosi possunt matrimonium contrahere. h. d.

Alia est causa leprosorum, nam si mulierem inuenerint, quæ sibi velit nubere: vel mulier leprosa virum, liberum erit illis coniugali vinculo [f] colligari.

Publicæ honestatis iustitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit. hoc dicit.

Publicæ quoque honestatis iustitia tam

a ¶ Impotentia.] Argumen. quod licet allegare impotentiam sine expressione generis ipsius impotentiæ: vt not. per Abb. in capitulo quod sedem de frigid. & malefic. vnde sumitur.

b ¶ Sicut enim, &c.] Nota quod idem operatur impotentia corporalis quoad tempus quod perpetua in perpetuum, fac. capitul. à nobis, & capitulo puberes, de desponsat c. impub. & de sponsi. § qui sint puberes.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § habetur materia impotentiæ, vnde pro terminorum, & § intelligentia, notandum est quod impotentia ad matrimonium est impedimentum perpetuum naturale, aut accidentale ad copulam naturalem perfectam, S. Thom. 4 dist. 34 & in addit. 3 par. q. 18 art. 1 & 2 S. Anton. 4 part. tit. 1 cap. 12 Ang. matrimon. 3 imped. 16 num. 2 Sylu. matrim. 8 q. 16 Caiet. verb. matrimon. imped. 13. Sot. 4 dist. 34. quæst. 2 art. 2 Armil. num. 74 Nau. capit. 22 numer. 59 Flores Theolog. quæstion. in 4 distinction. 34.

Ex quibus Nota Primò ad hoc vt impedimentum hoc matrimonium impediat, & dirimat, quatuor requiri primum quod procedat tale impedimentum, quia si sequitur, matrimonium ratum non potest dirimere, secundum quod sit tantum, & tale impedimentum quod nullo modo possit coire, tertium quod sit perpetuum, quartum quod sit ignorantia maximè facti Arm. numer. 48.

Secundò nota matrimonium contractum cum castrato, eunucho, spadone, & aliis, quos refert, & distinguit Sot 4 d. 34 q. 1 art. 2 non valere Abb. cap. quod sedem de frigidis, & malefic. & Flores Theolog. quæst. 4 d. 34 art. prima Victoria num. 283 & alij, quamus Sylvest. ibi relatus contradicat.

Tertiò nota matrimonium cum illo sene, qui seminare vllo modo non valet contrahi non posse, secundum gloss. communiter receptam in capitulo quod sedem de frigid. & malefic. quam sequitur Nauar. capitulo 22 num. 59 Viguer. capitulo 16 § 7 versic. 9. Tabien. & alij quos refert Armill. num. 51 sed quia vt ait Caietan. sup. huius impedimenti notitia potius pertinet ad Iudicem, quam ad confessarium vide multa per Doctores supra allegatos.

c ¶ Natura.] Sed an senes, qui calore naturali sunt destituti possint matrimonium contrahere? Respond. affirmatiuè, l. sancimus, Cap. de nupt. capitul. nuptiarum, 17 quæstione prima. Et senibus matrimonium dicitur esse legis obsequium, & humanitatis solatium 31 quæst. 1 capit. aperiant, & capit. quod dormierit. Et senex quandoque habet habitum reducibilem ad exercitium, sicut dicimus de spadone habente vnum testiculum lege si serua, § spadonem, ff. de iur. dot. & per Abb. in capitulo, quod sedem, de frigid. & malef. vbi habetur, & de eo, qui habet virgam erectam, sed non potest semen emittere, quod contrahere non potest; iuxta not. in c. hi qui 32. c. 7.

d ¶ Nec ope medicorum.] Ita vt tale adiumentum non sit sine mortis periculo capitulo fraternitatis de frigid. & malefic. & not. in capitulo ex literis, eod. titulo, & statim subditur in hac litera. Medicam autem vexationem & molestiam debent coniuges sustinere, vt matrimonium sortiatur effectum: vt habetur in dictis locis.

e ¶ Iudicari.] De hoc in cap. fraternitatis, eo. in fin. de frigid. & malefic.

Alia causa. CASVS. Quidam infirmus morbo gallico, volebat nihilominus vxorem ducere: fuit propterea dubitatum an posset, & quamuis etiam morbus lepræ videatur nuptias impedire ob periculum vitæ: tamen Sol. iuxta id quod hic legimus, quia huiusmodi infirmitates impediunt vtique, sed non dirimunt, capit. finali de coniug. leprof. & sic cessat obiectio. Nota. quod non sine causa textus dicit, & c. & non debent, & c. Io. Bap.

f ¶ Vinculo.] Vt cap. 2 & per tot. de coniug. leprof. Et sic nota quod infirmitas quamtuncunque grauis non impedit matrimonium contrahendum, immò, & in articulo mortis potest quis contrahere matrimonium, adeò quod filij etiam ante geniti legitimantur vt no. in cap. tanta qui fil. sint legi. & per Io. Andr. in cap. culpa de re. iud. in sext. Et fac pro hoc quod edictum de matrim. prohibitorium est certarum personarum cap. cum apud de sponsalibus. Matrimonium potest contrahi etiam in articulo mortis.

Publicæ quoque. CASVS in tota hac parte ita figu- Publica

honestatis iustitia qual. Io. Bap.

matrimonium contrahendum impedit, quã contractum irritat. [a] Est autem publicæ honestatis iustitia, quæ ex legitimis sponsalibus [b] * oritur mulieris, quæ illi coniuncta [c] est, cum qua nunc vir matrimonium contrahere desiderat: vt ecce: Cum Berta sponsalia contraxi, volo nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo est coniuncta matrimonium contrahere, publica honestate impedior, Inhonestum enim ac turpissimi visum est exempli, vt ei quis nubere valeat, cuius coniunctam sponsalia frangendo deceperit, ne in eandem, eius nubendo coniunctæ, quasi iniuriam cumulet.

Sponsalia pura, & certa ex consensu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicæ honestatis iustitiam, quæ sequentia sponsalia dirimit non præterita. h. d.

Vsque adeo autem ex puris, [d] & certis [e] sponsalibus, impedimentum iustitiæ publicæ honestatis exoritur, vt etiam si illa consan-

ratur. Quidam volebat, ac cupiebat matrim. copulari cum quadam muliere pulchra, & diuite, & cum fuisset opposita sibi exceptio quod sponsalia non erant conditionalia, sed purè, & simpliciter fuerunt contracta cum illius sorore, licet essent soluta, & si de facto contraxisset, denunciabatur sibi prolè non fore legitimã vnde quæsitũ fuit, quid iuris? & arg. capitul. si. de consangu. & affin. affirmatiuè resp. quia gradus consang. quartus & quintus non impedit matrim. vt ibi cauetur, cum videatur maioris virtutis, ita quoque idem videbatur dicendum de hac publi. honestate. Sol. tamen prout hic legimus, quia ad euitandum scandalũ non gradus ille, sed publica ista honestas est maioris virtutis & hinc intelligimus, quod nec etiam obiectio aliquid concludit: Not. primò publicam honestatem causare inter homines quandam cognationem, quæ non solum facit ad materiam propositam, sed etiam ad cognitionẽ ordinis charitatis. Not. secundò arg. quod debitor ex conditione non est propriè debitor.

cap. sponsa. de sponsa. S. Th. 4 d. 41 q. 1. art. 1 & in addit. 3 parte, q. 55 art. 4 Angel. matrim. 3 imped. 14. Caiet. summa matrim. impe. 10 Armil. nu. 46 Nauar. c. 22 n. 57 Sot. & alij dist. 41 q. vnica art. 2 Couar. 2 cap. 6 § 2 n. 11 Flor. Theol. q. 5 d. 41 art. 3 Vict. num. 393.

Secundò animaduertendum valdè discrepare, quo ad huiusmodi impedimentum *ius* antiquum à iure nouissimo, Tridentino. Primò olim impedimentũ publicæ honestatis ex quibuscunque sponsal. etiam inualidis exceptis ex defectu consensus contrahebatur, nunc autem per Conc. Trid. sess. 24 cap. 3 de reformat. matr. tamen ex legitimis, & veris sponsalibus oritur, secundò quoniam licet publicæ honestatis impedimentis vsque ad quartum gradum impediebat nunc autem ex Concil. Trident. supra primum gradum, non excedit. Tertiò quoniam licet vt supra dictum est sponsalia inualida tale impedimentum non producant matrimonium tamen inualidum per verba de præsenti contractum hoc impedimẽtum producere declarauit Pius V. in extrauag. ad Romanum Iata anno 1566.

a ¶ Irritat.] Huius autem publicæ honestatis iustitiæ plures sunt species, vt not. in cap. non debet de consanguin. affin.

b ¶ Sponsalibus.] De futuro, & multò magis de præsenti. Et sic nota quòd tam ex sponsa. de futuro, quàm ex matrimonio de præsenti oritur publica honestas inter sponsum, seu maritatam, & consanguineos sponsi, seu mariti. Superueniente verò inter eos carnis copula oritur aliud vinculum, scil. affinitatis. Vnde omnes consanguinei viri sunt affines vxoris, & è contra, capitul. super his de consang. & affin. & durant. hæc vincula etiam post mortem alterius, capit. fraternitatis 25 q. 10 & c. 1 de sponsa. in fex. Oritur ergo quandoque publicas honestas sine affinitate: quandoque oritur affinitas cum iustitia publicæ honestatis quandoque oritur affinitas sine honestate publica, vt si quis citra sponsalia, seu matrimonium cognoscat mulierẽ: nam inter eum, & consanguineos mulieris oritur affinitas; & è contra capitul. discretionem de sponsal. & de eo qui cogn. consanguineam vxor. suæ per tot. nec oritur hoc casu publica honestas. Et fac hæc ad quæst. illam an sufficiat in dispensatione facere mentionem de affinitate tantum, an etiam debeat, & de publica honestate, de qua per Abb. in cap. non debet de consanguin. & affinit.

ALOYSIVS RICCIVS. Author hic, & in § per dictum sup. de sponsal. incipit tractare materiam impedimenti iustitiæ publicæ honestatis pro cuius materiæ generali cognitione animaduertendum est Iustitiam publicæ honestatis esse impedimentum ab Ecclesia inductum dirimens matrim. contractum inter sponsa. aut maritum, & omnes cognates sponsæ suæ, aut mariti intra certum gradum Canonistæ in cap. cum audientiã

* Sponsalibus.] Non solùm ex sponsalibus, sed etiam & præcipuè ex matrimonio rato nondum consummato oritur publica honestas, non autem affinitas, quæ sine carnali copula consurgere nequit: impedimentum hoc ortum ex matrimonio, nondum consummato est antiquissimum, prima de eo scripta lex est Iulij 1. & habetur in cap. si quis desponsauerit 27. q. 2 quod autem oritur, ex sponsalibus de futuro non est antiquum in Ecclesia saltem ex lege scripta; quia vsque ad Bonifacium VIII. nulla legitur, in Conciliis & Pontificibus de eo Constitutio. Sed primum de ea re emanauit Bonifacij VIII. decretum in cap. vnic. de sponsal. Anteriores verò Canones, seu decreta, quæ ex desponsatione volunt oriri publicæ honestatis iustitiam, vt cap. qui desponsatam, cap. si quis vxorem, cap. si quis desponsauerit, l. 2. 27 q. 2 cap. accessit. de desponsat. impub. sunt intelligenda de sponsalibus per verba de præsenti contracta, per ea quæ tradit Basilius Poncius de imped. matrim. causa 27 q. 2 § 2. SOLIER.

c ¶ Coniuncta.] Non tamen quocunque gradu vsque in infinitũ; sed vsq; ad 4. c. non debet de consang. & affin. & per Ab. in capitul. sponsa. de sponsa. hodie tamen Concil. Trid. sess. 24. capitul. 3. in reformationibus matrimonij valde restrinxit huius impedimenti efficaciam; noluit enim excedere primum gradum, quod pulcherrimè factum.

d ¶ Puris.] Conditionalia enim non inducunt publicæ honestatis iustitiam: vt in capitulo primo, in fine de sponsalibus in sexto.

e ¶ Certis.] Vt si promisit ducere Tertam filiam

guinitatis, [a] affinitatis, [b] frigiditatis, [c] religionis, [d] aut alia [e] qua vis ratione nulla sint, dum tamen non sint nulla ex defectu consensus, [f] nihilominus, & impedire, & dirimere sequentia sponsalia, vel matrimonia dignoscantur, licet præcedentia dissoluere non valeant. Quare, qui sponsalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, [g] ex priorum sponsaliorum vigore ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus. [h]

Filij nati ex matrimonio cui obsistit publicæ honestatis iustitia, non succedunt patri scienter contrahenti, h. d.

Filij quoque nati ex matrimonio, quod publicæ honestatis iustitia impediente contractum fuit: cum nec Ecclesiæ permissionem [i] nec patris allegare possint ignorantiam [k] ad successionem bonorum paternorum minimè admittuntur.

DE TRIPLICI COGNATIONE.

TIT. XIII.

Cognatio est triplex, spiritualis, legalis, & naturalis: & spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, h. d.

Titij, incerta vero sunt quando promisit ducere vnam ex filiabus Titij, fac. cap. ex literis 2 de spons.

a ¶ Consanguinitatis.] Scilicet intra quartum gradum de iure Decretalium, capitulo non debet, de consanguinitate, & affinitate, vel vsque ad primum, secundum Concil. Tridentinum, sessione vigesima quarta, in decretis reformationis matrimonij, capitulo tertio, per quod videtur quasi in totum tolli, & corrigi quod ponitur in hoc paragrapho cum dispenat, quod quacunque ratione sponsalia nulla sint, nullam inducant publicæ honestatis iustitiam.

b ¶ Affinitatis.] Scilicet præcedentis in primo genere, & vsque ad quartum gradum iure Decretalium capitulo non debet de consanguinitate, & affinitate, facit capitulo discretionem de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ, secus nouissimè per Concilium Tridentinũ, in loco allegato in superiori notulæ.

c ¶ Frigiditatis.] Vt de frigidit. & male per tot.

d ¶ Religionis.] Scilicet præcedentis & approbatæ: vt not. in c. 1 de spons. in 6 in princ.

e ¶ Alia.] puta ex cognatione spirituali, & legali.

f ¶ Ex defectu consensus.] Puta: quia contracta ab infante, vel furioso capitulo dilectus de sponsalibus, & supra eod. capitulo literas, & capit. accessit de desponsat. impuber. sed nouissimè per Concilium Tridentinum nõ est distinctio, quæ ex capite nullitatis procedat.

g § Idem fecit.] quia contraxit per verba de futuro, sed si contraxit cum prima per verba de futuro, & postea cum secunda primæ consanguinea, eodem modo in gradu prohibito contraxit, & secundam cognouit, nec primam habere poterit ob affinitatem superuenientem, quæ soluit sponsalia, de futuro. cap. veniens primo, de eo qui cogn. consanguin. vxor. suæ, & c. ex literis eo. tit. secundam habere non potest quia publicæ honestatis iustitia impedit, vt hic, & c. 1 de spons. in 6 & ibi not.

h ¶ Obligatus.) Secus si cum alia non ipsius consanguinea contraheret per verba de præsenti, c. si. inter de spons. Et ex hoc, quod hic dicitur, nota quod licet superueniens affinitas dissoluat sponsalia de futuro, tamen iustitia publicæ honestatis ipsa non dissoluit, & merito. Secunda enim sponsalia tolluntur per publicæ honestatis iustitiam ex primis inductam, non ergo ex secundis potest esse honestas quæ tollat primam, simile c. si quis dist. 57.

i ¶ Permissionem.] Id est, dispensationem potest enim Papa dispensare super impedimento publicæ honestatis. Nam illud impedimentum non est à iure diuino, sed humano: circa quod Papa potest dispensare cap. proposuit de concess. præbe. & dispensando Papa super matrimonio in consequentiam dispensat super legitimitate filiorum, etiam respectu hæreditatum, & successionum, de quo in c. per venerabilem, & in cap. referente, qui fil. sint legit. & in cap. quia circa de consang. & affinit. & 35 quæst. 8. c. 1. Et ex hoc, quod hic dicitur, ampliatur dispositio cap. sponsam de sponsal.

k ¶ Ignorantiam.] Nota, quod ignorantia prodest, & interdum validat actum, l. 1. & liberi. & l. liber. ff de contrah. empt. concor. c. 2 & c. referente, & cap. ex tenore, qui fil. sint legit. Sed an quælibet ignorantia excuset? Et certè ignorantia facti probabilis excusabit forsitan ignorantia iuris, & facti. Quid autem de ignorantia iuris tantũ? Respondetur not. per Abbat. in d. cap. referente. Hodie tamen paterna ignorantia non excusat filios ob omissam solemnitatem, cap. cum inhibitio, de clandest. despons. Et hæc impedimenta matrimonij, quæ colliguntur, tam ex supradictis quã ex his quæ habentur infra, & sparsim per alia loca concluduntur his versibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sic affinis, vel si coire nequibis,
Hæc socianda vetant connubia, iuncta retractant?

Quorum versuum declaratio, & sensus patet ex his, quæ supra, & infra dicuntur, & serioſe declarantur per Io. And. in sum. quarti libri Decretalium.

DE TRIPLICI COGNATIONE.

CONtinuatur tit. iste cum superiori taliordine supra visum est de cognatione impropria, § pen. & antepen. ac fi. tit. proximo. consequens erat videre

de cognatione propria, ideo proponitur hic tit. iste qui diuiditur in 2. part. in prima habetur regula generalis huius materiæ: in secunda eiusd. regulæ declaratio: secunda ibi, autem.

Io. Bap.

MVltò magis. CAsvs hic commodè non figuratur, dubitari tamen potest de regula ista, quia matrimoniũ est materia fauorabilis cap. fin. de rei iud. ideo debebat ampliari c. odia. de regu. iur. in 6 Sol. vt hic legitur quia fauores non sunt ampliandi quando inde sequitur aliquid inconueniens, & sic intelligitur, d. cap. odia.

MVltò magis [a] cognatio matrimonio interdum est impedimento. Est autem cognatio triplex: spiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis [b] cognatio est attinentia duarum personarum quæ ex statuto Ecclesiæ oritur ex baptismo, vel confirmatione ca. veniens de cogn. spirit. & c. 1 q. 1 D. Thom. 4 qu. 42 & in addit. 3 p. qu. 36 art. 1 & 2. Ang. matrim. 8 q. 7 Sot. 4 dist. 42 qu. 1 art. 2 conclus. 1 commu. Theol. & Canonistarum quam resoluit Nauar. c. 22 num. 35 Couar. 2 p. c. 7 § 4 numero 1 & 2 & nota Canonem pen. num. 3 & habetur in c. non oportet 30 qu. 1 vbi sic habetur quicumque filiam suam spiritualem, vel matrem cognoscit septem annis pœniteat & similiter ei consentiat.

Quæritur an hoc impedimentum sit de iure naturali Diuino, vel tantum Ecclesiastico? Resp. quamuis ex origine super illud Rom. 16 Lutius, & Iason Sosipater cognati me intelligente de cognatione, ex baptismo posset probari non esse tamen ex iure positiuo, vt ait Couar. sup. dicendum tamen est tale impedimentum tantum esse ex iure Canonico, c. vos ante omnia de consecr. dist. 4 s. Thom. quem refert, & sequitur Syl. Mat. 8 quæst. 7 Armill. & Sot. 42 q. 1 art. 2. Quæritur qualiter hæc cognatio impediat, & dirimat matrimonium v. g. vir tenens puellam ad baptismum non potest cum illa contrahere quia procedit cognatio. Item si mulier, infantem teneat, non potest, postea cum illo contrahere, & si de facto contrahant minimè tenet matrimonium primum omnes Doct. si aũt superueniat talis cognatio non dirimit matrimonium, vt v. g. quidam vxoratus tenet ad baptismum filium suum non dirimit matrimonium, si tamen malo animo faciat, non potest amplius ab vxore absque dispensatione exigere debitum Sylvest. matrimon. 8. quæst. 7.

Secundum quem nota regulam generalem. s. quod omne impedimentum faciens matrimonium nullum simpliciter si illud præcedat, facit etiam illud esse nullum secundum quid ex parte eius, qui est in causa si illud sequitur, inquantum impedit exactionem debiti coniugalis. Sylvest. cit. s. Thom. Ioan. And. Inn. Host. & alios, tradit Nau. ca. 22 num. 4 vers. secundum vide Angel. matrim. 3 imped. 7 Sot. sup. Quæritur quis poterit vel non Patrinus esse in baptismo, vel confirmatione. Respond. per negationem Abbates Monachi Canonici Regulares, & alij religiosi non debent Baptizare, vel tenere ad Baptismum, vel Confirmationem ca. placuit 16 q. 1 cap. non licet de consecr. dist. 4 Ang. Sylvest. & omnes Armil. matrim. num. 13 & diximus supra de baptism. 69.

Quæritur in quib. casib. & gradib. contrahatur cognatio spiritualis. Resp. quod quicquid olim fuerit secundum iura antiqua & Doct. quos refert, & sequitur Syl. s. Thom. & alij antiqui, & ex modernis Couar. Sot. Nauar. & Viguer. ponentes tres regulas, vel graues hodie tamen post Conc. Trident. sess. 24 de reformat. matrim. c. 2 quo ad baptismum & confirmationem sequentes nota conclusiones.

Prima conclusio Patrinus vnus tantum vir, siue mulier puerum tenere debet ad baptismum, & confirmationem, vel ad summum vnus, & vna.

Secunda conclusio matrimonium contrahi non põt his temporib. Primo inter leuantes, & leuatum, vel eius parentes. Secundo inter Baptizantem, & Baptizatum vel eius parentes. Quod esset in confirmatione procedere ait dictum Conc. Trid. sup. Qua decisione stante cessant dubia infinita ferè, quæ olim à Summistis, & Sot. 4 dist. 42 quæst. 1 art. 3 ventilabani tractata obiter per Nauar. c. 22 num. 38 vbi inter alia tangit sequentia.

Primum quod hodie securius sine peccato Maritus & Vxor, poterunt puerum leuare supra n. 39 text. & glos. cap. fin. 30 q. Sylu. matrim. 8 q. 7.

Secundò dicit numero 40 quod quando puer demi ob mortis periculum baptizetur, cognatio spiritualis contrahitur inter illum, qui tunc infantes ad susceptionem sacramenti tenuit, & non inter illum, qui postea in Ecclesia ad Cathechismum, & chrismationem, vel aliàs cæremonias tenet Ang. matrim. 3 imped. 7 in fin. Sylu. 8 q. 7 vers. 17 Armil. num. 14 Sot. distinct. 42 art. 2 qui ait tunc temporis cognationem tantum inducit quãdo aqua à sacerdote infunditur.

Tertium quod pater baptizans filium suum ex fornicatione etiam in articulo mortis est impeditus non contrahat cum illius matre, quia iura quæ illud priuilegium concedunt tantum loquuntur de marito ex vxore.

Quæritur vtrum si errans sacerdos iterum in Ecclesia baptizet, conferat iterum sacramentum baptismi, & alia contrahatur, spiritualis cognatio inter alterum suscipientem? Respond. quod quamuis multi Doctores affirmauerint verius est, contrarium immo, non reiterari sacramentum, nec aliam de nouo induci cognationem spiritualem Sot. 4 dist. 1 art. 2 vers. atque ex his.

Io. Bap.

[a] MVltò magis.) Benè multò magis, cum cognationis, vinculum fortius sit, quam iustitia publicæ honestatis.

Est autem. Hæc pars subdiuiditur in 2. partic. in 1. habetur quotuplex sit cognatio: in 2 eiusdem declaratio 2 ibi, spiritualis: quoad primum CAsvs non figuratur, not. tamen causam dist. quia oritur à iure naturali, aut à iure humano, & sic dupliciter, vel ratione reuerentiæ humanæ, vel ratione reuerentiæ alicuius rei sacræ.

Spiritualis. Hæc pars est subdiuidenda in tres partes, in prima explicatur cognatio spiritualis: in secunda cognatio legalis: in tertia cognatio naturalis: secunda ibi, legalis: tertia ibi, naturalis: rursus prima pars est subdiuidenda in duas partic. in prima describitur cognatio ista: in secunda eadem declaratur: secunda ibi, non solum: quoad primum cum Casus in ea nequeat figurari, not. tamen quod non tantum sacramentum vtilissimum in nomine producit effectum, sed etiam eius administratio, & hinc cognoscimus, aliud remedium quo homo hominem diligere debeat.

[b] ¶ Spiritualis.] Hanc definitionem, siue descriptionem ponit. gl. in c. 1 de cognat. spiri. in 6 Abb. in rubr. eod. eandem ponit, sed latioribus verbis vt ibi per eum, & sua descriptio est quædam declaratio siue paraphrasis eius, quæ hic ponitur.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro intelligentia totius tituli. Videndum est primo de cognatione spirituali quæ duplex est, aut enim impedit, & dirimit matrimonium, aut impedit tantum, de illa quæ impedit tantum siue illa quæ oritur, ex Catechis. cognatio autem spiritualis quæ impedit, & dirimit est attinentia duarum personarum quæ ex statuto Ecclesiæ oritur ex baptismo, vel confirmatione ca. veniens de cogn. spirit. & c. 1 q. 1 D. Thom. 4 qu. 42 & in addit. 3 p. qu. 36 art. 1 & 2. Ang. matrim. 8 q. 7 Sot. 4 dist. 42 qu. 1 art. 2 conclus. 1 commu. Theol. & Canonistarum quam resoluit Nauar. c. 22 num. 35 Couar. 2 p. c. 7 § 4 numero 1 & 2 & nota Canonem pen. num. 3 & habetur in c. non oportet 30 qu. 1 vbi sic habetur quicumque filiam suam spiritualem, vel matrem cognoscit septem annis pœniteat & similiter ei consentiat.

Quæritur an hoc impedimentum sit de iure naturali Diuino, vel tantum Ecclesiastico? Resp. quamuis ex origine super illud Rom. 16 Lutius, & Iason Sosipater cognati me intelligente de cognatione, ex baptismo posset probari non esse tamen ex iure positiuo, vt ait Couar. sup. dicendum tamen est tale impedimentum tantum esse ex iure Canonico, c. vos ante omnia de consecr. dist. 4 s. Thom. quem refert, & sequitur Syl. Mat. 8 quæst. 7 Armill. & Sot. 42 q. 1 art. 2. Quæritur qualiter hæc cognatio impediat, & dirimat matrimonium v. g. vir tenens puellam ad baptismum non potest cum illa contrahere quia procedit cognatio. Item si mulier, infantem teneat, non potest, postea cum illo contrahere, & si de facto contrahant minimè tenet matrimonium primum omnes Doct. si aũt superueniat talis cognatio non dirimit matrimonium, vt v. g. quidam vxoratus tenet ad baptismum filium suum non dirimit matrimonium, si tamen malo animo faciat, non potest amplius ab vxore absque dispensatione exigere debitum Sylvest. matrimon. 8. quæst. 7.

Secundum quem nota regulam generalem. s. quod omne impedimentum faciens matrimonium nullum simpliciter si illud præcedat, facit etiam illud esse nullum secundum quid ex parte eius, qui est in causa si illud sequitur, inquantum impedit exactionem debiti coniugalis. Sylvest. cit. s. Thom. Ioan. And. Inn. Host. & alios, tradit Nau. ca. 22 num. 4 vers. secundum vide Angel. matrim. 3 imped. 7 Sot. sup. Quæritur quis poterit vel non Patrinus esse in baptismo, vel confirmatione. Respond. per negationem Abbates Monachi Canonici Regulares, & alij religiosi non debent Baptizare, vel tenere ad Baptismum, vel Confirmationem ca. placuit 16 q. 1 cap. non licet de consecr. dist. 4 Ang. Sylvest. & omnes Armil. matrim. num. 13 & diximus supra de baptism. 69.

Quæritur in quib. casib. & gradib. contrahatur cognatio spiritualis. Resp. quod quicquid olim fuerit secundum iura antiqua & Doct. quos refert, & sequitur Syl. s. Thom. & alij antiqui, & ex modernis Couar. Sot. Nauar. & Viguer. ponentes tres regulas, vel graues hodie tamen post Conc. Trident. sess. 24 de reformat. matrim. c. 2 quo ad baptismum & confirmationem sequentes nota conclusiones.

Prima conclusio Patrinus vnus tantum vir, siue mulier puerum tenere debet ad baptismum, & confirmationem, vel ad summum vnus, & vna.

Secunda conclusio matrimonium contrahi non põt his temporib. Primo inter leuantes, & leuatum, vel eius parentes. Secundo inter Baptizantem, & Baptizatum vel eius parentes. Quod esset in confirmatione procedere ait dictum Conc. Trid. sup. Qua decisione stante cessant dubia infinita ferè, quæ olim à Summistis, & Sot. 4 dist. 42 quæst. 1 art. 3 ventilabani tractata obiter per Nauar. c. 22 num. 38 vbi inter alia tangit sequentia.

Primum quod hodie securius sine peccato Maritus & Vxor, poterunt puerum leuare supra n. 39 text. & glos. cap. fin. 30 q. Sylu. matrim. 8 q. 7.

Secundò dicit numero 40 quod quando puer demi ob mortis periculum baptizetur, cognatio spiritualis contrahitur inter illum, qui tunc infantes ad susceptionem sacramenti tenuit, & non inter illum, qui postea in Ecclesia ad Cathechismum, & chrismationem, vel aliàs cæremonias tenet Ang. matrim. 3 imped. 7 in fin. Sylu. 8 q. 7 vers. 17 Armil. num. 14 Sot. distinct. 42 art. 2 qui ait tunc temporis cognationem tantum inducit quãdo aqua à sacerdote infunditur.

Tertium quod pater baptizans filium suum ex fornicatione etiam in articulo mortis est impeditus non contrahat cum illius matre, quia iura quæ illud priuilegium concedunt tantum loquuntur de marito ex vxore.

Quæritur vtrum si errans sacerdos iterum in Ecclesia baptizet, conferat iterum sacramentum baptismi, & alia contrahatur, spiritualis cognatio inter alterum suscipientem? Respond. quod quamuis multi Doctores affirmauerint verius est, contrarium immo, non reiterari sacramentum, nec aliam de nouo induci cognationem spiritualem Sot. 4 dist. 1 art. 2 vers. atque ex his.

Quæritur vtrum non baptizatus baptizans, vel leuans infantem contrahat cognationem spiritualem? Respond. quod quamuis Ang. & Rosella post Glos. in cap. baptismate de consecr. dist. 4 distinguant verius tamen est, secundum s. Thom. Rich. Palu. & alios quos refert, & sequitur, Syl. matrimon. 8 quæstio. 7 vers. 12 & Sot. 4 dist. 41 q. 1 art. 3 vbi dicit communem, nullam contrahi cognationem.

Quæritur vtrum ille, qui in periculo mortis baptizat aliquem puerum contrahat, hanc cognationem, ita quod non possit cum baptizati matre contrahere respondet, quod quamuis aliqui Doctores quos refert Palud. teste Sot. 4 dist. 42 quæst. 1 art. 2 vers. profectò ratio. non fuerint ausi dubium hoc determinare, sed dixerunt Papam esse consulendum propter rationes ibi allatas, ipse tamen Sot. sup. tenet cognitionem in dicto casu oriri cui sententia, ex D. Anton. adhæret Couar. 2 part. de matrim. cap. 6 §. 4. numero 4.

Quæritur vtrum requiratur quod puer nudus tangatur, vel satis sit quod vestitus teneatur adhæc, vt talis cognatio contrahatur; respond. quocumque modo puer nudus, vestitus, vel in aliquo argenteo aureo vel pretioso disco honoris causa teneatur, satis esse ad illam contrahendam Sot. 4 distinct. 40 quæstio. 1 art. 2 vers. Sylvest.

Vtrum talis cognatio contrahatur per procuratorem inter principem qui illum mittit ad filium alterius Principis tenendum; resp. minimè contrahi sed tamen contrahi per procuratorem tenentem puerum, quia inquit Sot. supra cognatio hæc consistit in illa actione, ad quam solus consensus non sufficit sicut in matrimonio, & alijs contractibus, ita text. Couar. 2 par. de matrim. cap. 6 § 4 num. 6 ex Feder. Roman. Ioan. And. Syl. matrim. 8 q. 7 vers. 14 & communi.

Quæritur vtrum hæc cognatio contrahatur etiam ex fornicatio. complexu, vt si Petrus v. g. baptizat. de fonte aliquem leuat omnes mulieres, cum quibus illuc vsque ille Petrus fuerat fornicatus contrahant spiritualem cognationem cum illo baptizato Richar. & Palud. negant per impudicum concubitum talem contrahi affinitatem, quã opinionem complures iurisconsi. in ca. 1 de cognat. spiritual. lib. 6 sequuntur, quos refert, & sequitur Sylvest. matrimon. 8 quæst. 7 & Couar. sup. numero 3.

Licèt hodie stante quod Conc. Trid. sess. 24 cap. de reforma. matrim. nulla inter dictos contrahitur cognatio spiritualis Nauar. c. 22 n. 38.

Quæritur vtrum sit de essentia huius cognationis, vt Patrinus respondeat Præsb. quicquid diuersi tenuerint, quos refert Couar. infr. non esse necessaria verba ad contrahendam hanc cognationem, sed tantum sufficit, & est de substantia susceptio, & leuatio sola de sacro fonte, cætera autem ad solemnitatem spectant c. 1 vbi hoc notat Archid. de cognat. spirit. lib. 6 quem in hac specie Barbat. sequitur in l. 1 de verbor. obligat. tenet. s. Anton. p. 3 tit. 1 c. 15 § 3 summa confessorum Asten. Syl. & communis, quem refert, & sequitur Couar. 2. par. cap. 6 § 4 n. 7.

Quæritur vtrum si quis baptizet, aut leuet de fonte filium Iudæi vel Gentilis contrahat affinitatem, vel cognationem cum eius parentibus Iudæis. Resp. quod nanuis glo. c. 1 50 q. 1 dicat quod non, 6. Tho. tamen quem refert, & sequitur, Sot. 4 distinct. 42 articlu. 1 partem tenet affirmatiuam, quam ex eorum rationibus iudico veram.

Quæritur vtrum hæc cognatio spiritualis contrahatur inter sacerdotẽ, & filium spiritualem ex confessione, vers. 6 vbi resoluit talem cognationem nõ induci sed reperiri inter dictos aliam cognationem, quæ diuersum vinculum est.

nentia quædam proueniens ex sacramenti [a] collatione, vel ad sacramentum detentione.

Quas personæs impedit matrimonium contrahere spiritualis cognatio, h. d.

Non solum igitur inter baptizantem, & illum, qui eum de baptismo suscepit, [b]

a ¶ Sacramenti.] Non cuiuslibet sed baptismi tantum, & chrismatis, vt infra dicitur, quod ideo est secundum Abbatem in rubrica eadẽ, quia hæc spiritualis cognatio imitatur naturalem in quantum põt. Vnde sicut cognatio naturalis oritur per natiuitatem carnis, sic spiritualis per natiuitatem. quæ consistit in spiritu, & in sacramento baptismi, dicitur quis renasci, id est, iterum nasci: quia iam quis natus est semel carnaliter. Vnde illud Euangelij, nisi quis renatus ex aqua, & Spiritu Sancto non potest intrare in regnum Dei: ex confirmatione autem oritur hæc cognatio, quatenus habet connexitatem cum baptismo.

Non solum. Hæc pars rursus subdiuiditur in duas particulas, in prima principaliter demonstratur quæ sacramenta causent hanc cognationem, & qualis ipsa sit: in secunda ead. melius declaratur 2 ibi dicimus autem. Quantum attinet ad CASVS figurationem, puto in vtraque parte commodè ipsum ita posse figurari, c. d. scilicet dubitatum fuit inter scholares, an hæc cognatio causetur ab administratione tantum baptismi confirmationis, & catechismi inter personas in tex. ad not. & an impediat matrimonium eo modo in eod. text. legimus, quæ difficultas quantum attinet ad primam particul. non hic sed supra in § illud commune de sacram. chrismatis habetur, quantum verò spectat ad secundam, dicebant, quidam hanc cognationem non debere impedire matrimonium: quia si consideratur ex parte, patrini non debet impedire, cum solum fide iubeat, d. § illud commune: si verò ex parte administrantis idem videtur dicendum, cùm solum videatur intendere vt conferat sacramentum, quidam vero alij dicebant hanc cognationem esse, vel æqualem cum naturali, vel ea superiorem, cùm à collatione sacram. virtutem recipiat. Solu. tamen vt in hac parte legitur, quia huiusmodi personæ considerantur solum, vt parentes, & filij, nec obiectiones tenent siquidem patrinus, & minister considerantur etiam, vt in ratione decinendi dicitur, quæ ratio cùm in qua lib. persona non militet, propterea differũt cognationes istæ ab illis in obiectione adnot. No. 1 quod ex ista spirituali cognatione oritur talis vnio, vt personæ censeantur ead. fictione iuris, & ideo prohibet matrim. not. 2 quod laici, & persona Ecclesiast. ob sacramenti collationem contrahunt ad inuicem talem cognationem, vt nefas sit inter se insidiari.

b ¶ Suscepit.] Nota quod patrinus dicitur baptizatum suscipere de sacro fonte, alibi quod eum tenet ca. contracto de cogna. spiri. & alibi quod leuat, c. veniens, eod. tit. quandoque quod proprijs manibus sustinet, vel tenet 30 q. 1 cap. de his, & c. ad limina. Quæ loquendi formulæ cum denotent actum proprium, & personalem fac pro ea opin. quod non possit hæc cognatio contrahi per procuratorem, quam multi tenuerunt, vt per Abb. & alios in cap. veniens, eod. & per Legistas in l. Gallus, § forsitan. ff de lib. & posthu. Consuetudo tamen præcipuè in magnis viris contrarium approbauit:

Io. Bapt.

vt

vt per Perusin. in cap. vni. de cogna. spir. in6 Abb. ante factum putat negatiuam tenendam: post factum affirmatiuam. Sed nunquid per vniuersitatem possit hæc cognatio contrahi? Et non putat Federi. de Sen. cum vniuersitas non sit baptizata, cap. baptismate, de consecr. distinct. 4 cap. Romana § vniuersitatem, & c. si sententia de senten. excomm. in 6 Ab. contrarium tenet si per syndicum contrahat, quia dispositio concepta in vniuersitatem resoluitur, vt concernat personas singulariter de vniuersitate si actus non cadit in vniuersitatem, ne res effectu careat, d. c. si sententia, facit quod not. in d. § in vniuersitate, & c. nouerit, & cap. graue, de sentent excom. prima videtur receptior in d. § forsitan. Hodie cũ vno tantum patrino potest hæc cognatio contrahi, ita disponente Concil. Triden. sess. 24 in decre. reformationũ matrimonii, cap. 2

item inter baptizatum, [a] & suscipientis filios, & vxorem [b] * ante susceptionem à suscipiente carnaliter cognitam, [c] verum etiam inter suscipientem, [d] parentesque baptizati cognatio spiritualis contrahitur, quæ, & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit postea contractum.

Dicta de suscipiente habent locum in baptizante. hoc dicit.

Et quæ de suscipiente dicta sunt, eadem etiam de baptizante sunt intelligenda.

Excepto baptismate, & confirmatione, non oritur ex sacramentis cognatio impeditiua matrimonij. h. d.

Eisdem modis [e] ex confirmatione spiritualis cognatio contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, & postea contracta dirimens. Ex datione verò aliorum sacramẽtorum [f] cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel dissoluat.

Cognatio spiritualis per Catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. h. d.

Per Cathechismum [g] an spiritualis cognatio contrahatur, dubitatum est: & constitutũ est contrahi quidem illam, sed non tan-

a ¶ Baptizatum.] De personis quas innectit hec spiritualis cognatio hic. vt nouissimè per Conc. Trid. sess. 24 in decretis reformationum matrimonij c. 2 & contrahitur videlicet inter patrinum ac baptizatum, & illius patrem ac matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum baptizatique patrem, ac matrem, & non inter alios Vnde sublatæ sunt multæ disputationes inter filios patrinorum, & alias personas, de quib. per Doct. in c. Martinus. eod.

b ¶ Vxorem.] Idem videtur, & de concubina capit. contracto de spi. cogn. comm. contra vt habetur in cap. 1 & cap. Martinus eod. Nec enim conuenit: vt spiritualis cognatio extendatur ad coitum illicitum, vir ergo & coniux sibi communicant actiones spirituales, 30 quæstione 4 c. si quis vnus, & d. capite Martinus, licet non passiones, vnde si filius alterius tantum leuetur de sacro fonte, leuans alteri, cuius filius non est, compater non est, dict. capite primo & dict. capite Martinus.

* Filio) & vxorem iure antiquo tres erant cognationis spiritualis species, videlicet paternitas compaternitas, & confraternitas, paternitas est cognatio spiritualis, inter Baptisantem & confirmantem tenẽtemque cum baptizato & susceptо, can. ita diligere 30 quæst. 1 eaque duplex erat, directa quam scilicet contrahebat baptizatus vel suscipiens cum Baptizato qui filius spiritualis censetur, & etiam indirecta quia contrahebat illam Baptizatus cum vxore patrini modo ante susceptionem cognita esset à viro, capite inter de cognat. spirit. compaternitas est cognatio spiritualis inter patres baptizati naturales ex vna parte & patres spirituales illius ex altera, can. peruenit 30 q. 1 Zacharias epist 7 n. 22 concilium Romanum sub Zacharia c. 5 quæ etiam duplex erat directa & indirecta, extendebatur enim ad vxorem compatris etiam si compater non fuisset antea tamen cognitam ca. scisciteatur ca. si pater, ca. si quis 30 qu. 4 cap. Martinus de cognat. spirit. confraternitas est spiritualis cognatio inter baptizatum & confirmatũ ex vna parte & inter filios baptizantis vel cõfirmantis & suscipientium c. ita diligere, c. Pitatium, c. non oportet, ca. super quibus c. post susceptam, ca. illud 30 q. 3. inter ipsos autem suscipientes patrinum matrinamque nulla vnquam fuit spiritualis cognatio vt apertissimè cõstat ex capite quod autem d. q. 4 sed tandem concilium Trid. sess. 24 ca. 7 sustulit paternitatem & compaternitatem indirectam & omnem confraternitatem & tantum reliquit cognationem inter patres spirituales cum naturalibus & cum baptizato. SOLIER.

c ¶ Cognitam.] Secus, si post fiat vxor, vel etiam si prius erat vxor, sed non cognita: quia per vnionem carnis sequentem, non potest transire in vnionem spiritus præcedentem trigesima quæstione tertio capite post vxoris, & latius per Abbatem in capite Martinus eod. post. gloss. ibidem.

d ¶ Suscipientem.] Supple vxorem eius prius carnaliter cognitam, vt hic, & capite Martinus eodem trigesimã quæstione quarta capite si vnus.

e ¶ Eisdem modis.] Id est, inter easdem personas, vt notatur supra proximè in principio & in capite primo § primo ide cognatione spirituali in sexto Ex quibus elicitur, quod compaternitas spiritualis pertinet ad paternitatem, & filiationem, & fraternitatem, secundum iura Decretalium aues vero, vel nepotes spirituales non habemus, vt notatur in dict. capite primo § primo immo hodie secundum. Conciliũ Tridentinũ nec fratres habemus spirituales, vt in locis supra annotat.

f ¶ Sacramentorum.) De ratione no. in principio in verbo sacramenti.

g ¶ Per Cathechismum.] Cathechismus est illa instructio, quæ fit ante baptismum. Nam Cathechizare dicitur esse idem quod instruere, & habet locum maximè in adultis, & capacibus, de confectione dist. 4 c. ante vigesimum hodie fit ante fores Eccl. & in infantibus antequam baptizentur: vt per Ab. in rub.

tam, licèt enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur, post eam tamen contractum minimè dissoluetur, [a]

Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum h. d.

Diximus autem, huiusmodi cognationem matrimonia contracta dirimere non simpliciter, [b] sed postea contracta: nam si vir, vel mulier ex ignorantia, [c] vel dolo proprium filium [d] de sacro fonte susceperit, propter hoc separari non debent, nec alter alteri debitum subtrahere [e] nisi ad continentiam seruandam possint induci, quia si ex ignorantia [f] id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis proprius dolus patrocinari [g] non debet. Quinimo pro tali casu matrimonio in sua firmitate durante pœnitentia [h] imponenda erit.

Filij per quorum neutrum ventũ est ad compaternitatem, copulari possunt, nisi mos regionis aliud inducat. h. d.

De filiis [i] quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum est, an copulari possint, quæsitum est. Et sanè nisi consuetudo [K] Ecclesiæ vbi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum [l] vicinarum aliter se habeat, tali coniugio minimè obsistendum erit [m].

Licèt plures non debeant esse patrini, si plures tamen fuerint, cum rebus spiritualis cognatio contrahitur. h. d.

De eo quoque [n] admonendi sumus, quod licet non plures, quam vnus [o] vir, vel vna mulier [p] ad suscipiendum de sacro fonte in-

a ¶ Dissoluetur.] Vt in cap. contracto. de cogn. spirit. & cap. 2 eod. tit. in 6

b ¶ Simpliciter.] id est, non purè, & sine aliqua distinctione, cum enim cum distinctione, vel aliquo addito quod affirmatur, nõ dicitur simpliciter affirmari, vt per Ant. But. in c. 1 de seru. inord. & de hoc verbo vide Immo & Do. in l. 1 § si quis simpliciter, & per Bart & Legist. in l. 1 in princip. ff de vulg. & pup. & in aliis sexcentis locis.

c ¶ Ignorantia.] Nota igitur, quod quoad cõpaternitatẽ requiritur animus, & certa scientia, Arg. quod si quis credens tenere filium vnius, tenuit filium alterius, non efficitur pater spiritualis baptizati, saltem ad dirimendũ matrimoniũ postea cõtractum. De quo vide per Ab. in c. 2 & c. inueniens de spirit. cognat.

d ¶ Proprium filium.] Nota hic, quod parentes non debent proprios filios de sacro fonte leuare. Alius enim esse debet pater spiritualis alius carnalis, instante necessitate licitè baptizant proprios filios 30 qu. 1 ca. ad limina nec oritur inter eos aliquod impedimentum Abb. in c. 2 de cog. spir.

e ¶ Subtrahere.] Sed nũquid possit exigere? Resp. vt latè nota. in ca. 2 de cog. spir.

f ¶ Ex ignorantia.) Scilicet prob. aliàs non excusaretur á peccato: c. 1 in fi eo qui re. Epis. & c. Apost. de cle. excom. muni c. 1 de cog. spir.

g ¶ Patrocinari.] c. 1 de eo qui duxit in matr. & cap. audiuimus, de collus. & 30 q. 1 c. dictum & c. sedes de rescrip. c. 2 de cog. spirit.

h ¶ Pœnitentia.] Facit capite contracto de cog. spir. & nota. hic quod pœnitentia imponitur ob solam delinquendi affectionem, licèt intentio non habuerit effectum fac cap. si cui, & cap. si propterea, de pœnit. distinct. 1 l. si quis non dicam rapere. C. de Epis. & clerici.

i ¶ De filiis.] Est hodie huiusmodi dubitatio superflua, cum inter filios indistinctè huiusmodi cognatio non contrahatur, vt per Conc. Trident. sess. 14 in decretis reformationum matrimonij capitul. 2 habetur tamen de hoc in capitul super eo. de cog. spirit. & in capit. ex literis, & vtrobique Ab. in d. tit.

K ¶ Consuetudo.] Consuetudo ergo personas alioqui legitimas ad contrahendum reddit illegitimas c. 1 & c. super eo. de cog. spirit ca. cum olim. de cler. coniug. & intelligo de tali consuetudine que non obseruata scandalum generaret, vt dicitur in dd. locis, & facit, quia cùm ex prohibitione talis matrimonij nullum resultet peccatum: ergo si scandalũ est, que huiusmodi personæ cõiungãtur, propter scandalum sunt prohibendi. Et videtur rationabilis ista consuetudo ex quadam affinitate contracta ex compaternitate vnius filiorum, vt etiam aliis coniungi nõ possit, vel ex nouissima dispositione, Concil. Trident. ex affinitate contracta cum parentibus ar. dict. capitul. primi & 30 quæstion. tertia capit. post susceptum. Vnde fortè simili modo posset dici si in aliquo loco esset magnum scandalum si quis contraheret in quinto gradu non enim deberet contrahi non obstante eo quod disponitur in capitulo non debet de consang. & affinit. Quia obscandalum multa alioqui permissa omittur: vt not in dict capitul. super eo quod multum commendat ibi Abb.

l ¶ Vel aliarum.] Not. ergo quod consuetudo vnius loci potest extendi ad alia loca, quod quando & quomodo procedat, latè per Ant. de But. in c. fin. de offi. Arch.

m ¶ Obsistendũ erit Si ergo consuetudo obsistat aliud dicendum erit, vt sup. proxi. not. quod quidem quoad matrimonium contrahẽdum non habet magnũ dubium. Sed an matrimonium contractum consuetudinem teneat, & non videtur, c. fi. de consuet. Tu dic. vt latissimè per Abb. in c. super eo. de cog. spirit.

n ¶ De eo quoque &c.] Quod hic dicitur est hodie correctum per Conc. Trid. sess. 24 in decretis reformationum matrimonii capit. 2 vbi statuitur quod huiusmodi cognatio non contrahitur, nisi, quoad vnum & ad summum vnum, & vnam.

o ¶ Vnus.] c. non plures de consec. dis. 4 sed an vnus possit esse patrinus in Cathechis. Baptis. & Cõf. Resp. potest si necessitas vrgeat: vt not in cap. fi. de cog. spir. Sed consuetudo Rom. hoc non recipit.

p ¶ Mulier.] Ex hoc nota vnam differentiam inter

cognationem spiritualem, & legalem: quia spiritualem potest fœmina contrahere, vt hic, & cap. fin. de cogn. spir. & per Concil. Trid. in loco allegato in suprascriptis notulis: legalem autem non potest, § fœminæ, inst. de adopt. De ratione diuersitatis vide per Abb. in cap. veniens, de spirit. cogn.

a ¶ Contrahitur.] Scilicet cum omnibus iure Decretalium; quia multa impediuntur, & cap. quemadmodum de iureiur. l. parte, ff de his qui sui, vel ali.

b ¶ Idem.] Scilicet vt plures in confirmatione tenere non debeam tamen si teneant omnes sint compatres, & compatrini iure Decret.

Is. Eap. Legalis. CAsvs. Quidam iuuenis captus pulchritudine cuiusd. suæ adoptiuæ sororis, cupiebat eam in vxorem ducere, & cum sibi id prohiberetur, ea ratione, quia soror est amanda vt soror, quemadmodú filia vt filia, & vxor vt vxor arg. cap. consultationi de frigi. iste autem replicabat dicendo homines laicos non posse super matrimonio disponere, cap. 1 vbi docto. de sponsal. & matrimon. vnde fuit quæsitum quid iuris? Solu. vt hic habetur, ob rationem assignatam à canonis latore: ad alteram verò obiectionē respondetur, quod licet adoptio fiat à laico, tamen in hac materia nostra virtutem habet iure Eccles. can. 1 de cogn. legal. Not. primò, quod impedimentum istius cognationis est aliquando perpetuum, & aliquando temporale: Not. secundò, argumentum quod talis est effectus qualis est causa eius.

c ¶ Legalis.] Hic secunda pars principalis huius tit.

* Legalis cognatio.] Triplex est species cognationis legalis. Prima est inter adoptantem, & filium adoptiuum, & filios etiam adoptati, & eius posteros, quæ est quasi consanguinitas lineæ rectæ perseueratque vsque ad quartum gradum, Tolet. lib. 7 sum. cap. 4 Nauarrus in summa cap. 22. n. 45 cum enim specialis decisio de gradibus cognationis legalis in iure Canonico non extat id mensurandum est iuxta consanguinitatis gradus, nec perpetuò debet extendi. Secunda species est inter adoptiuum, & vxorem adoptantis, quæ est quædam quasi legalis affinitas. Tertia est inter filios naturales, & ipsum adoptiuum, siue legitimi sint, siue illegitimi quidquid dicat Nauarrus, vbi suprà, n. 41. cum iura non distinguant, & eadem militet ratio, & hæc cognatio legalis tandiu permanet, quandiu permanet adoptio, qua extincta, extinguitur etiam ista tertia species cognationis legalis; cap. per adoptionem 30 q. 3 cap. vnic. de cognat. legali secus autem de duabus aliis, glossa. in d. cap. vnico, Poncius de impedim. matrim. causa 30 q. 4 cap. 25. SOLIER.

d ¶ Prouenies.] Hæc definitio, siue descriptio est Host. in tit. de lega. cogn. Sed in rub. eiusdem tituli dicit, quod est quædam propinquitas à lege inducta, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps, seu frater, vel affinis, qui non est naturam imitans, allegat l. adoptiones, ff de adopt. Et not. secundum eandem ibi, quod lex ciuilis, ex qua emanauit hæc cognatio quandoque inducit impedimentum habile ad vetandum, & dirimendum matrimonium. Sed tamen verius id non procedit in virtute dispositionis iuris ciuilis: sed ex approbatione legis canonicæ expressa. Vnde licet ius ciuile prohibeat matrimo. inter tutores, & pupillam: rectorem prouinciæ, & subditam, nihilominus inter istos coniugium teneret, cum lex canonica specificè has dispositiones non approbet fac. no. 30 q. 3 c. 1 & per Abb. & alios.

ALOYSIVS RICCIVS. Tractat. de cognatione legali pro cuius materiæ cognitione est notandū, quod nil aliud est, nisi propinquitas quædam ex adoptione alicuius in filium prouenies gloss. in c. 1 de cognat. legal. Ang. Matrimon. 3 imped. s. Th. s. Bonau. & alij in 4 d. 42 Sot. q. 2 ar. 1 Cajet. summa verbo Matrimō. communis quam refert, & sequitur Syl. Matri. mon. 6 q. 8 Nauar. cap. 22 n. 44 Couar. 2 par. de matrim. c. 6 n. 1 & Viguer. c. 26 § 7 vers. 9 quę adoptio extraneæ personæ in filium, vel nepotem deinceps legitima assumptio Sylu. Arm. & alij, verbo adoptio s. Th. & alij in 4 maximè Sot. sup. s. Th. in addit. 3 p. q. 57 art. 1 quæ adoptio duplex est, perfecta scilicet, & imperfecta, perfecta dic. arrog. imperfecta dic. simplex in filiū adop. s. Th. 4 d. 42 q. 2 ar. 2 Sot. ibid. Cou. sup.

Sed quæritur primò in quo differunt arrogatio, & simplex adoptio? Resp. Arrogatio est quando adoptatus dicitur reducitur, vel constituitur in potestatem arrogantis, ita vt adoptatus adoptanti succedat ab intestato, nec potest eum pater adoptans priuare quarta parte hæreditatis, & sic perfectæ adoptari non potest, nisi ille qui iam est sui iuris, quia sic perfectæ adoptans non habet amplius potestatem; adoptio autem simplex, vel imperfecta est, quando quis assumit in filiū qui est, in potestate patris carnalis s. Th. Ang. Syl. Arm. Sot. Couar. & omnes suprà. Item arrogare alium in filium potest qui non habet 60 annos adoptare autem potest quis, dummodo adoptator, sit maior 18 annis, vt infr. Sylu. adoptio quæst. 5.

Quæritur secundò, an talis cognatio legalis impediat matrimonium? Resp. quod non tantum impedit ne contrahatur, sed etiam si de facto fiat, illud dirimit cap. ita diligere 30 q. 3 Abb. in c. 1 de cogn. leg. in glossa. s. Thom. 4 d. 42 q. 2 art. 2 Doctor. quos refert, & sequitur Ange. Matrimon. impedim. 8. nu. 2 & est communior opinio, quam refert, & sequitur Sylvest. Matrim. 8. q. 8 Nauar. c. 22 nu. 44 Armil. matrim. nu. 19 Sot. 4 d. 42 q. 2 art. 2 Couar. 2 par. de matrim. ca. 6 § 5 licet alij quos referunt Angel. & Syl. supra dicunt tantum impedire non autem dirimere.

e ¶ Donec manet.] sic cap. vni. de leg. cogna. & cap. per adoptionem, & c. ita diligere 30 q. 3 & l. per adoptionem, ff de rit. nup. cessante ergo causa cessat effectus capit. post translationem de renun. sed numquid

fantem accedere debeant, si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio æque quo ad omnes inde contrahitur [a] tam matrimonia contrahenda impediens, quàm dissoluens. Circa quod idem [b] statuitur, & de confirmatione.

Legalis cognatio modo affert temporale impedimentum matrimonij modo perpetuum. h. d.

Legalis [c] cognatio * est proximitas per adoptionem prouenies [d] eius autem duæ sunt species. Vna quæ temporalem impediendi matrimonij causam complectitur & continet. Alia, quæ perpetuam. Temporalem causam impedimenti continet ea, quæ inter te, & eam, quæ tibi per adoptionem soror esse cœperit, intercedit. Nam per adoptionem quæsita fraternitas eò vsque nuptias impedit, donec manet. [e]

adoptiui possint inter se contrahere? Quidam quod sic: vt not. in d.c.vni. Item nunquid dissoluatur matrimon. ob impedimentum legalis cognationis? Quidam quod non, cum sit impedimentum temporale, vt hic. Alij contra, quod videtur verius: vt per Abb. in d. c. vni. Et intellige hæc omnia de adoptione solemniter facta & informa: p. Abb. in d. c. vni.

a ¶ Vxoremque adoptantis.] Ex eo quod hic inculcat de vxore videtur innui, quod sacerdotes non possint adoptare: arg. not. per Iaco. Butri. in l. mancipia, Cod. de ser. fug. pro quo videtur § illud inst. de adop. Communiter contra, vt per Abb. in cap. vni. de lega. cog. & traditur in l. si quis posthumos, ff de liber, & posthum. fac. l. si pater, ff de adopt.

Quæ adoptio contineat perpetuam prohibitionis causam. h. d.

Perpetuam prohibitionis causam continet, vt puta quæ inter adoptantem, & adoptatum: item inter adoptantem, vxoremque adoptati, & inter adoptatum, vxoremque adoptantis [a] intercedit. Nam & per emancipationẽ dissoluta adoptione matrimonium impeditur.

Quid sit naturalis cognatio, quid consanguinitas. h. d.

Naturalis [b] nognatio est, quæ medio consanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Est autem consanguinitas [c] attinentia personarum ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera. Vel ambo ab eâdem. Vel consanguinitas est vinculum personarum ab eodẽ stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis vnitas, quia scilicet consanguinei de communi sanguine descendunt. *

Naturalis. Hæc pars in 3 partic. est subdiuidenda in prima describitur, & diuiditur cognatio ista: in 2. adnot. causa, à qua dependent: in 3. demonstratur qualiter matrim. impediat 2 ibi, nec intererit: 3 ibi constitutum igitur, quoad primum casus aliter non figuratur, no. tamen causam d ist. quia hæc cognatio consideratur quatenus vna persona dependet ab alia, & sic dicitur consanguinitas, aut quatenus causat personarum vnionem mediante copula, & sic dicitur affinitas.

Io. Bap.

b ¶ Naturalis.] Tertia pars principalis tit.

c ¶ Consanguinitas.] De hac definitione vide quæ not. 35 qu. per glo. in arbore affinitatis, & per Host. in sum. de consanguin. & affin.

ALOYSIVS RICCIVS. Agitur hic de tertia cognationis specie, & est consanguin. pro cuius § & totius materiæ cognitione videnda sunt, primò quid sit consanguinitas, secundò & vnde dicitur, tertiò quomodo computatur gradus consanguinitatis.

Quoad primum est vinculum personarum ab eodem stipite propinquo descendentium, vel quantum vna descendit ab alia carnali propagatione, contractum s. Thom. 4 d. 40 q. 1 art. 1 communiter recepta in arbore consanguin. secundum Ang. matrim. 3 impedim. 6 Syl. matrim 8 qu. 12 Arm. nu. 20 Nauar. ca. 22 nu. 41 Couar. 2 par. de matrim. c. 6 § 1 in principio Sot. dist. 40 q. 1 art. 1 & licet dicantur propriè consanguinei fratres ex eodem patre generati, vt l. 2 § Agnati, & l. 1 § consanguineos ff de suis & legit. hær. & § cæterum inst. de legitima agnat. success. & ex eadem matre nati dicantur vterini fratres, vt in Auth. de consanguin. & vter. frat. col. 2 hodie tamen etiam cæteri remotiores consanguinei dicuntur, eo quod eodem sanguine sunt geniti secundum communem, quam refert, & sequitur Couar. supra num. 2.

Quoad secundum dicitur quasi sanguinis vnitas, Armilla in verb. consanguin. Quoad tertium faciendæ sunt tres regulæ.

Prima Regula supposita arbore. Quoto gradu distant personæ à communi stipite toto gradu, distant inter se, vt duo fratres sunt in primo gradu, quia à patre distant vno tantum gradu.

Secunda Regula quando duæ personæ inæqualiter distant à communi stipite quoto gradu distãt inter se, puta Petrus distat. à Io. duobus gradibus, & Alphonsi. distat. à Io. ipso tribus ideo Petrus distat, ab Alphonsi. in Tertio gradu, cap. fin. de consangui. & Affinitat.

Tertia Regula in linea quod sunt personæ tot sunt gradus, vna dempta, vt pater filius nepos, vna dempta, persona restant duæ, & sic de aliis.

Quæritur in quibus gradibus cõ anguinitatis sic matrimoniũ prohibitum? Resp. aliud fuisse olim, aliud nunc præteritis enim temporibus Fabianus Pap. anno Christi fere 245. Matrimonium omninò, vetuit contrahi in Tertio consanguinitat. gradu, at in quarto ita prohibuit, vt contractum de facto omninò teneret, cap. de propinquis 35 q. 2. sed & in septimo gradu, matrimoniũ fuisse prohibitum probat Arm. num. 25 ex s. Tho. & aliis, & tradit latè Couar. 2 par. de matrim. cap. 6 § 6 nu. 7. Hodie talis prohibitio tantum vsque ad quartum consanguinitatis gradum. inclusiuè durat, capitul. non debet, de consanguinit. & Affinit. Doct. sup. Vict. num. 285. Sot. 4 d. 40. q. vnic. art. 5 maximè iam ego Viguerius c. 16 § 7 vers. 9 & omnes.

Quæritur, quam pœnam incurrant, consanguinei contrahentes intra dictum quartum gradum? Resp. primò peccant mortaliter, secundò matrimonium sic contractum esse nullum, tertiò incidunt in excommunicationem maiorem latæ sententiæ, vt patet in Clem. prima de consang. & affinit. nisi ignorantia excuset, vt tradunt omnes maximè Sot. d. 41 q. 11 art. 3 in fin. Nauar. cap. 22 num. 43. vers. 2.

Quæritur vtrum incurrant in eandem excommunicationem consanguinei contrahentes sponsalia de futuro quod non, Nauarr. sup. quia quemadmodum contrahentes sponsalia Clandestina de futuro non incurrunt pœnas contrahentium matrimonium Clandestinum, vt ait gloss. recepta communiter in Clem. vnic. de consang. quam refert, & sequitur Couar. 2 par. de matrimon. c. 6 nu. 22 ita in præsent. dub.

* Descendunt.] Quapropter duplex, seu etiam multiplex esse potest consanguinitas, vel affinitas, seu gradus consanguinitatis, vel affinitatis inter easdem personas, vt cernere est in arboribus à Pyrrho Corrado delineatis in praxi dispensationum Apostolicarum, lib. 7 cap. 5 num. 87 & 89. quod euenit quoties contrahentes descendũt. Vterque à duobus ijsdemque stipitibus, vel etiam ab vno quando scilicet aliqui ex ascendentibus contrahentium inter se consanguinei contra-

xerunt, mediante dispensatione, & tunc sublato vnius gradus per dispensationem impedimento, remanet impedimentum: reliqui, seu reliquorum graduum, ideo de omnibus facienda est mentio in dispensatione, vt post Sanchez de matrim. lib. 8 disput. 24 nu. 5 tradit Corradus loco citato; licet aliqui huiusce nostræ ciuitatis Patroni ijdemque pro expeditionibus Romanæ Curiæ Bancharij nuper secus responderint, & proprio Chirographo testati sint hoc qui sequitur modo. *Les Banquiers d'Expeditions de Cour de Rome sous-signez, répondant à la doute sur l'espece proposée, contenant que Titius & Mœuius, freres germains, ont épousé l'vn vne Tente, l'autre vne Niepce. De ces Mariages ont esté procreez deux Enfans mâles, dont l'vn a eu vn Enfant mâle, & l'autre vne Fille, qui voudroient se marier. On demande en quel degré de consanguinité ils sont? Sont d'auis que lesdits Enfans mâle & fille, issus de deux Cousins germains, sont dans le troisiéme degré seulement de consanguinité, & qu'ils ne sont pas liez d'vn double lien, lequel se trouue confondu en la personne de leurs peres. Le double lien deriue* ex vtroque latere tam paterno quam materno? *Or icy il n'y a rien du costé maternel; Si bien que si, origine inspecta, il y a eu vn double lien du costé de leurs Peres, estant* in secundo, *comme fils de deux freres; & d'ailleurs au second & troisiéme, comme estant l'vn fils d'vne Tente, l'autre d'vne Niepce; neantmoins ayant épousé deux femmes étrangeres, & non parentes, il est vray de dire que ces deux Enfans ne sont que fils de deux Cousins germains, & par consequent* in tertio. *Il s'est fait vne confusion de degrez ex personnes de leurs Peres, si bien que leurs Enfans ne peuuent estre considerez en autre maniere que comme fils de Cousins germains; & ils ne sçauroient exposer autre chose en leur dispense, puisque c'est le degré le plus proche du costé de leur Pere, & du costé maternel il n'y a ny parenté, ny alliance. Et c'est l'vsage de Rome de n'exposer iamais double lien s'il ne deriue* ex vtroque latere; *Les Loix prohibitiues ne receiuent point d'extension qui astreigne la liberté des mariages. Deliberé, sauf meilleur, à Tolose, le 16. Decembre 1666.* N. N. N. N. Quod vt facilius discutiatur subijcio Arborem duplicitatis controuersæ.

Arbor Tertij gradus consanguinitatis ex vno, & tertij, & quarti, & ex altero.



Dico igitur cum bona venia atteſtantes mihi videri multipliciter, à vero deuiare. Primò in eo quod dicunt in facti ſpecie contrahere volentes, tertio tantum gradu conſanguinitatis eſſe coniunctos, quia imò vltra tertium gradum ex ſtipite ſempronij coniunguntur etiam in tertio & quarto ex ſtipite æmilij, vt patet in arbore. Secundò mera vanitas eſt, quod ſubijciunt tertium & quartum non conſurgere ex ſtipite æmilij ex quo tota conſanguinitas hinc proueniens vnita, & confuſa fuit inquiunt in perſona genitorum ipſarum partium de quarum cognatione quæritur; ratio enim hæc inanis eſt, & nihil concludit, quia licet ſit vnita, & confuſa ob vnitatem ſubiecti, non tamen eſt extincta, ſed nihilominus durat, quod clarè probatur nam dum conſurgit ex duplicij latere, vt hic, tunc non vnica, ac vnius ſanguinis communicatio, ſed eſt duplex duplicisque ſanguinis verè participati à duobus diuerſis, ergo reſultabit inde duplex impedimentum, vide nubem ſcribentium apud Sanchez vbi ſupra, qui huic noſtræ ſententiæ adhærent, licèt non defuerint, qui contrariam adſtruere ſunt conati, quos refert & refellit Sanchez ibidem. Tertiò malè aſſerunt tunc ſolùm contrahere volentes duplici conſanguinitatis vinculo coniungi cum ex vtraque linea, paterna ſcilicet & materna, ſanguine iuncti ſunt, non autem cùm ex altera tantùm, vt in ſubiecto caſu, in quo ex latere materno nulla cognatio inter Geminianum, & Titiam poteſt enim nihilominus id etiam euenire, ſicut reuera indiſtinctè euenit quoties, vt dixi, contrahere cupientes reperiuntur ambo ſub diuerſis ſtipitibus, vt hic, nam tunc neceſſe eſt quod duplex duplicis ſequatur communicatio ſanguinis, & ſic duplex impedimentum. Fateor quidem duplicitatem hanc oriri ſemper, & initium ſumere ex conſanguinitate reſultante tam ex linea paterna quam materna, ſed dico ſemel ortam durare & tranſire à parentibus ad poſteros. Sic in noſtra ſpecie Caius & Seius conſanguinei ſunt ex linea paterna in ſecundo gradu, quia filij fratrum; item ex linea materna in ſecundo & tertio, quia alter materteræ, alter neptis eſt filius, & ſic duplex eſt impedimentum, quod cur non debeat tranſire ad deſcendentes infra quartum gradum à communi ſtipite ſeu ſtipitibus diſtantes nulla ratio poteſt aſſignari quantumuis deſcendentium matres extraneæ ſunt, de quo expreſſum extat exemplum apud Corradum loco citato, vbi arborem duplicis quarti gradus conſanguinitatis depingit, in qua ſoli genitores partium contrahere volentium, non etiam matres vtpotè omninò extraneæ, reperiuntur ſub duobus ſtipitibus, ſicut in noſtra ſpecie, & tamen Corradus ait partes iſtas eſſe in duplici quarto, & de vtroque faciendam neceſſario mentionem in diſpenſatione neque ibi eſt aliqua legum & canonum extenſio, ſed ipſa diſpoſitio. Quartò atteſtantur de ſtylo & vſu Romanæ curiæ contra omnem experientiam, & oppoſitum Pyrrhi Corradi teſtimonium, ac editam per ipſum circa huiuſmodi diſpenſationes Romanæ curiæ praxim, quam in frontiſpicio libri aſſerit ibi inconcuſſè ſeruatam & cuius erat peritiſſimus vt potè qui alias de collegio officialium earundem diſpenſationum in Cancellaria Apoſtolica diu extiterat, reſcriptorumque Sacræ Pœnitentiariæ muneri deputatus. SOLIER.

Quid ſit affinitas, h. d.

Affinitas [a] eſt quædam perſonarum proximitas ex coitu proueniens, ex eo dicta [b] quaſi duorum ſit ad vnum finem vnitas. Cum enim duæ cognationes diuerſæ per aliquorum copulam coniunguntur, alter ad alterius cognationis quaſi quoſdam fines accedere videtur.

Affinitas, & conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu, h. d.

Nec intererit quoad conſanguinitatē, vel affinitatem contrahendam ex iuſtis nuptijs aliqui, an ex damnato coitu [c] inuicem copulati fuerint.

Hodie matrimonia vſque ad quartum gradum incluſiuè ſunt prohibita, h. d.

a ¶ Affinitas.] Hanc deſcriptionem ponit Hoſt. in ſum. de affin. ſed addit hæc verba, omni carens parentela. Et dicitur ſimpliciter ex coitu non ex matrimonio, vel nuptijs: quia hic ponitur deſcriptio non modo legitimæ affinitatis verum etiam illegitimæ, & verbum coitus eſt aptum comprehendere vtramque ſpeciem affinitatis: licet quidam dicerent, ex iniuſto coitu non contrahi affinitatem, ſed publicæ honeſtatis iuſtitiam: vt per Hoſt. loco ſupra citato.

b ¶ Ex eo dicta.] l. non facile, § affines ff de grad. aff. & per Abb. in c. quod ſuper, de conſang. & aff.

Nec intererit. Casvs. Cum quidam cognouiſſet quandam mulierem, lege prohibente, propterea dubitatum fuit, an inde ſit contracta affinitas: quia ſi cauſa à iure damnatur, etiam effectus debet eſſe prohibitus: Sol. tamen, vt hic legimus; quia eſt facta permixtio ſanguinis, nec tenet obiectio, quia quod eſt naturale non poteſt tolli. argum. § penul. inſtitu. de iure naturali, tranſgreſſor verò legis non eſt propterea à pœna immunis; Nota aliquando oriri effectum à cauſa quæ iure damnatur. Io. Bap.

c ¶ Ex damnato coitu. Capit. primo, & capitul. diſcretionem, de eo qui cog. conſan. vxor. ſuæ, etiam ſi ignoranter fuerit, talis coitus habitus, d. cap. primo. Eſt tamen nouiſſimè hoc affinitatis ex illicito coitu prouenienti impedimentum contractum, nec enim excedit ſecundum gradum; vt per Concilium Tridentinum ſeſſio. 24 in decretis ſuper reformationibus matrimonij, ca. 4.

Conſtitutum igitur. Licet hæc pars poſſet in plures ſubdiuidi parti. Casvs tamen commodè poteſt in ea. ita in communi figurari, clarè conſtat, vt præſupponitur, quod homines hac cognatione ſunt inter ſe coniuncti, & cum nihilominus voluiſſent ad inuicē nuptias contrahere, fuit propterea dubitatum, an ſimpliciter, vel potius extra certum gradum debeat id concedi, quidam enim dicebant tantum inter aſcendentes, & deſcendentes matrimonium eſſe prohibendum cùm inter iſtos verè, & præcipuè reperiatur ſanguinis vnio. & poſſet confirmari per § ergo: inſtitut. de nuptijs, quidam verò putabant tantum conſuetudinem eſſe ſequendam iuxta cap. 1 in fin. de cogna. ſpir. & quilib. iſtorum putabat ſuam opinion. eſſe ſequendam, in cuilibet caſu in hac parte adnot. Solut. tamen prout legi- Io. Bap.

Constitutum igitur erat olim [a] vt quicunque, vel septimo consanguinitatis, siue affinitatis gradu sese inuicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non possent: quod ipsum non solum in primo, verùm etiam in secundo, & tertio affinitatis genere [b] sibi locum vendicabat: nec soboles ex secundo matrimonio susceptа, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cùm huiusmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, & aliquando periculum parerent animarum, euidenti vtilitate suadente, huiusmodi constitutiones abrogatæ fuerunt sancitumque, vt prohibitio copulæ coniugalis quartum [c] consanguinitatis gradum primi duntaxat generis non excedat.

De facto contracta matrimonia temporis cursu non validantur, h. d.

Vir igitur qui à stipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere distat quinto, licitè coniungi poterunt. Aliàs si propiore gradu sese inuicem contingant, temerè contractum matrimonium adeo erit irritum, quod nullo poterit annorum numero [d] defendi.

Infideles intra quartum gradum coniuncti si conuertantur, non sunt separandi, & eorum proles est legitima, h. d.

Si tamen infideles, qui secundùm veteris, vel propriæ legis instituta, circa gradus consanguinitatis, vel affinitatis canonibus notatos, [e] coniuncti sunt Domino inspirante

eus, quia honestas ob diuersos respectus demonstrat quod decisio non in quolibet casu poterat esse eadem: qua ratione diligenter considerata etiam obiecta videntur meo iudicio soluta. Nota primo quod cum sanguinis huius vnio maximam habeat latitudinem, ideo fuit opus in fauorem matrimonij eam restringere: Not. 2 quod hæc cognatio licet sit naturalis, non tamen eod. pacto impedit matrimonium contractum, & contrahendum.

a ¶ Olim.] Vt cap. 1 & c. nullum, & per totum 35 q. 2.

b ¶ Genere.] Vt melius intelligatur hæc litera, videndum est quod sit primum genus affinitatis, quod secundum, quod tertium. De quibus secundum Io. And. in c. non debet de consang. & affin. dic, sic, & sume hanc regulam. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus attinentiæ, & non gradum. Verbi gratia, Ego & frater meus consanguinei in primo gradu consanguinitatis, frater meus ducit vxorem, illa est persona addita personæ per carnis copulam, illa mutat genus attinentiæ id est, alio genere attinentiæ attinet mihi quia frater meus, quia ille est mihi consanguineus, & illa est affinis: sed non mutat gradum: quia sicut frater est mihi consanguineus in primo gradu, sic & illa mediante fratre meo est mihi affinis in primo gradu primæ affinitatis: Ergo si vis habere primum genus affinitatis, adde per carnis copulam alicui de tua consanguinitate aliquam personam, & illa persona est affinis omnibus consanguineis viri sui in primo genere affinitatis, & solum hoc genus hodie prohibitionem habet, vt hic, & c. non debet de consanguin. & affin. Vnde mortuo viro illius mulieris, illa non potest habere aliquem de consanguinitate viri sui. Ergo patet, quod omnes consanguinei, & consanguineæ vxoris meæ sunt mihi affines primo genere affinitatis, & è contra. Si quis haberet secundum genus affinitatis adde personam per carnis copulam primo generi hoc modo. Vxor fratris mei est mihi in primo genere affinitatis, mortuo fratre meo, adde illi alium virum, & ille erit mihi affinis in secundo genere affinitatis, & ille secundù antiqua iura, mortua illa, non poterat accipere aliquam de consanguinitate prioris mariti vsque ad quartum gradum. Et de isto secundo genere habes 35 qu. 4 cap. de propinquis. Sed hodie non prohibetur, vt hic dicitur, & in d. c. non debet. Si vis habere tertium genus adde personam personæ per carnis copulam secundo generi, & sic habebis tertium genus Verbi gratia. Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta: maritus eius, qui est tibi in secundo genere accipit aliam, illa est tibi in tertio genere, & illa olim mortuo, viro suo, non poterat copulari alicui de consanguinitate tua, cum illa esset tibi, & consanguineis fratris tui in tertio genere vsque ad secundù gradum. De hoc genere habes 35 quæst. 3 capit. porrò. Et primum genus contrahitur tantùm ex vna parte: secundum, & tertium genus quandoque ex vna parte, vt in prædictis exemplis, quandoque ex vtraque parte, vt in vxoribus duorum fratrum, quæ sunt inter se in secundo genere ex vtraque parte appositum, altero fratre mortuo, si illa copulatur alteri, ille erit in tertio genere vxoris alterius fratris. Primum genus dicitur, quia primo emanat de consanguinitate, vel quia vna persona mediante contrahitur. Secundum dicitur quia secundo loco emanat post primum, vel quia duabus personis mediantibus contrahitur. Tertium, quia in tertio loco vel quia tribus personis mediantibus emanat.

c ¶ Quartum.] Vt c. non debet, & cap. fi. de consangui. & affinitat. Videtur ergo quod ascendentes post quartum gradum possint contrahere cum descédentibus, & è contra, quod admittit Goffr. ob generalitatem d. c. non debet. Tene contrarium cum Io. And. Host. & Ab. d. loco, & de hoc est tex. in l. nupt. ff de rit. nupt. vbi nota, quod si Adam hodie viueret, non reperiret vxorem: quæ lex cum non reperiatur correcta specialiter, non debemus per generalem iuris Canonici dispositionem dicere contrarium: argum. c. 2 de desp. impub. hoc tamen propter breuem hominum vitam vix posset in facto contingere.

d ¶ Numero.] Et ita nulla præscriptio currit contra matrim. quemadmodum nec contra votum, cap. quod Deo. 33 q. 5 & cap. sicut nobis de reg. immo diuturnitas temporis auget peccatum, capit. quanto. & c. fi. de consuetud. & cap. non satis, & cap sequen. de simon.

e ¶ Notates.] Vt 35 q. 2 ca. contradicimus, cum alij,

& q. 5. cap. ad sedem & c. non debet, & c. fin. de consangui. & affin. Et nota, quod circa sacramenta, & spiritualia animam concernentia Iudæi non astringuntur lege canonica, vnde licitè contrahunt matrimonia in casibus humana tantum lege prohibitis, fac. ca. gaudemus, de diu. & latè per Doc. in c. Iudæi. 2. de Iudæis.

a ¶ Dimittantur.] 21 dist. cap. deinde, & cap. gaudemus, de diu. etiam quoad pœnam, ita quod si baptizatus statim moreretur, non sentiret aliquam pœnam Purgatorij secundum Aug. in c. fin. distinct. 7 & per Abb. in d. c. gaudemus.

b ¶ Legitima.] Capit. fin. qui fil. sint legis.

* A Consanguineis.] Non etiam ab affinibus quia id secundo genere affinitatis censentur, quod hodie sublatum est sicut & tertium, ca. non debet de consanguinitate, & affinit. remansitque tantum modo primum quod solum contrahitur inter veros, & consanguineos vxorum: ac inter vxores & consanguineos virorũ, quæ tria affinitatis genera declarat gloss. in d. cap. non debet: & in quibus omnibus antiquitùs matrimonium erat prohibitum intra certos gradus; nam in primo genere erat prohibitum vsque ad septimum gradum, cap. nulli 35 q. 5. In secundo genere vsque ad quartum gradum, & in tertio genere vsque ad secundum, Hostiens. in summa, tit. de affinit. num. 5. Itaque licebit hodie vxorem ducere eam quæ nupta fuerat fratri defuncto propriæ vxoris defunctæ, id est vxor, fratris defuncti vxoris meæ defunctæ potest mihi nubere. Item vxores duorum fratrum mihi non coniunctorũ ducere possum successiuè. Item soceri mei defuncti vxorem habere possum filiæ eius defunctæ, quia sunt in secundo genere affinitatis quod sublatum vt iam dixi, & ideò vxorem olim cuiuscumque ex consanguineis meæ vxoris defunctæ ducere possum. SOLIER.

conuersi fuerint, matrimonium ante contractum non erit post baptismi lauacrum irritandum. Cùm per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur. [a] Vnde & proles inde nata legitima [b] censebitur.

Propinquitas Viri reputatur Vxoris, & propinquitas Vxoris reputatur Viri, h. d.

Admonendi etiam sumus perinde virum à consanguineis, * & propinquis vxoris abstinere debere, & vxorem à propinquis viri atque à proprijs. [c] Huius autem rei manifesta ratio [d] illa est, quia si secundùm diuinam sententiam: Ego & vxor mea vna caro sumus, profectò mihi & illi, mea suaque cognatio vna propinquitas efficiuntur. Quocirca ego & soror mea vxoris in vno, & primo gradu erimus, filius verò eius in secundo gradu erit à me: nepos tertio, & sic deinceps.

Vxor cuiusque eius gradus reputanda, cuius est maritus, h. d.

Vxorem verò propinqui cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum eiusdem gradus fœmina propriæ propinquitatis existat: quod nimirum, & vxori meæ de propinquitate mea in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruare.

Coniuncti Vxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum coniunctis Viri, h. d.

Quamquam autem omnes consanguinei viri, vxoris sint affines: inter consanguineos tamen vxoris, & viri nulla intelligitur esse affinitas contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. [e] Pater igitur, & filius cum matre & filia, item duo cognati cum duobus cognatis licitè contrahere poterunt.

Qui cognouit consanguineam Vxoris suæ non potest debitum petere, licèt reddere teneatur, & Vxori superstes carebit spe coniugij, h. d.

Si quis autem, [f] contracto matrimonio, consanguineam vxoris suæ cognouerit, [g]

c ¶ Proprijs.] Vt cap. 1 de consanguinitate & affinitate, & 35. quæstione 2 cap. æqualiter cum sequen.

d ¶ Manifestata ratio.] Vt 35 quæstione 5 cap. porro. cap. debitum de bigamis.

e ¶ Impediri.] Vt cap. quod super de consanguinitate, & affinitate, & quemadmodum non oritur affinitas inter consanguineos viri, & consanguineos vxoris: ita nec inter maritum, & vxorem, sunt enim ipsius affinitat. causa, & vna caro: ideoque vir communicat consanguineos suos vxori, & vxor communicat viro suo. Et facit hoc ad quæstionem an si statutum faciat mentionem de affinibus, comprehendat virum, & vxorem, de qua per Doctor. in l. non ideo, C. de hære. instituit. & in l. affinitatis, C. comm. de succeff. & in l. 1 C. vade vir. & vxor.

f ¶ Si quis autem.] Visum est hucusque qualiter spiritualis, & legalis cognatio impediat matrimonium. Item etiam carnalis, & qualiter impediat affinitas legitima, nunc qualiter illegitima, quæ in summa, hoc tantum potest quod dirimit sponsalia de futuro vsque ad quartum gradũ iure Decretalium, vsque ad secundum per Concilium Trid. sess. 34 in decretis reformationum matrimonij, cap. 4. non autem de præsenti. Item priuat facultate amplius matrimonium contrahendi, & potestate debitum exigendi, vt hic appareret, & per totum titulum de eo, qui cogno. consang. vxor. suæ.

g ¶ Cognouerit..] Scilicet scienter, c. 1 de eo qui cogno. consangui. Ignorantia tamen non impedit, quin oriatur affinitas, vt in cap. discretionem, eod. tit. Sed operatur quod ignorans non priuaretur iure exigendi debitum, nec inhabilitaretur

vt puta si vitticus priuignam, vel maritus sorore propriæ vxoris, adulterauerit, matrimonium quidem antea contractum non dirimitur: sed qui se ita contra leges alteri commiscuit [a] à coniuge numquam debitum petere poterit, [b] nec cum aliqua legitimas vnquam nuptias contrahere [c], licèt propriæ vxori superuixerit.

Vxor cuius consanguinea à proprio viro cognita est, monenda est, non cogenda ad continentiam. hoc dicit

Vxor quoque, cuius consanguinea à proprio marito fuerit cognita, diligenter est cõmonenda, vt à commixtione viri abstineat, & in continentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit.

Non debet quis alieno delicto prægrauari. h. h

Quod si forte monitionibus parere recusans, talis fuerit, vt de lapsu ipsius probabiliter timeri possit, vir eius, & poterit, & debebit debitum sibi soluere [d] coniugale: cũ affinitas post matrimonium, iniquè contracta, illi nocere non debeat, [e] quæ iniquitatis particeps non existit.

Subsequens affinitas non dirimit matrimonium sed præcedens legitimè probata. h. d.

Ergo præcedens affinitas non subsequens dirimit [f] matrimonium: sed nec id quidem indistinctè obtinet: nam, & si vtriusque coniugum constet assertione, [g] acclamante etiam vicinia, quod coniugatus ante contractum matrimonium vxoris suæ consanguineam cognouerit, propterea coniuges separari non debent: nec enim talis confessio momentum habere debet, [h] cum alioqui facilè fieri possit, vt quicumque inter se contra matrimonium, velint colludere, ad confessionem incestus facilè prosiliant: si suæ assertioni Ecclesiæ iudicium accessurum credant.

Rumor viciniæ probationem non inducit. h. d.

Rumor autem viciniæ non est adeo iudicandus validus, [i] vt nisi fide dignæ probationes accedant, possit ritè contractum matrimonium irritare.

retur ad contrahendum, si superuiueret vxori, vt per Abbas in d. capitulo primo.

a ¶ Commiscuit.] Nota verbum, quia aliud esset si se non commiscuisset, sed tantum cognouisset mulierem circa fœmora, & naturalia non intrando claustra pudoris: quia tunc non orietur affinitas, licet emissio seminis interuenisset, facit capite diuinæ constitutionis 27 quæst. secunda & cap. extraordinaria pollutio. cum ibi no- 35 quæst. 3 Immo Innocentius tenet requiri emissionem seminis vtriusque, & commixtionem] intra claustra pudoris, nec vnius tantum sufficere. Communiter tamen tenetur sufficere vnius: vt per Abbatem in capite fraternitati, de eod. qui cogno. consan. vxo. suæ

b ¶ Petere poterit] Sed numquid hoc erit verum si alter cõiugum dederit causam huic illicito coitui, vt si ægrotus mandet vxori, vt patiatur se cognosci à medico suo consanguineo: vel carceratus mandet, vt se patiatur cognosci à iudice? Respon. vt notatur in capite discretionem de eo qui cogno consan. vxor. suæ

c ¶ Contrahere.] Poterit tamen cum hoc Papa dispensare, cum hoc sit impedimentum iuris positiui, capite proposuit de conces. præbend. Immo interdum & Episcopus: vt notatur per Abbatem in capite primo & capite secundo de eo, qui cog. consanguineam vxoris suæ.

d ¶ Soluere.] Sed non exigere capite primo & capite si. de eo qui cog. consang. vxo suæ, capitul. inquisitioni de sentent. excõmunicationis.

e ¶ Non debeat.] Not. quod affinitas superueniens inter virum & vxorem priuat solum culpabilem iure exigẽdi debitum.

f ¶ Dirimit.] Quia non solum vxor, & maritus efficiuntur vna caro per copulam, sed etiam fornicarius, & fornicaria, cap. de illo de eo qui cogno. cõsang. vxo. suæ vbi Abb. & clarius 32 quæstione quarta per totum.

g ¶ Assertione.] Not. ergo quod ad confessionem coniugum nõ debet fieri separatio: quia matrimonium habet dependentiam, non ab homine: sed ab ipso Deo recipit indissolubilitatem 33 quæst 2 capitul. quos Deus, & 35 quæstione 10 capte primo.

h ¶ Habere debet. Immo videtur, quod debeat, cum confessus habeatur pro iudicato, l. 1 ff & cap. de confes. Sed dic. quod in casu isto non statur cõfessioni contra matrimonium propter rationem, quæ hic subiicitur & quia nõ potest, quis pro se testificari vt 14 quæstio 2 § 1 & ff de interro. act. l. de ætate. § 1 & in casu nostro cõsiderata ratione text. quilibet diceretur testificari, vel confiteri pro se, & non contra, cum vterque appetat dissolutionem: & sic iure communi nõ prodest èi talis confessio. De hoc tamen latè per Abbatẽ & reliquos in capite primo & in capite super eo, de eo qui cognoscere consanguineam vxoris suæ & in capite per tuas qui fil. sint legitimi.

i ¶ Validus.] Imo contra, capitul. illud, & capitul. tertio loco. de præsumpt. Solu. ibi de contrahendo matrimonio, hic de contracto facit, capitul, super eo de consangu. & affin. vel ibi fama hic rumor, qui minor est quam fama vt per Doctor. in capitul. qualiter, & quãdo de accusatio. & in capit. super eo de eo qui cogn. consan. vxor. suæ & per Archid. 35 quæst. 5 capite si duo Legistæ in l, de minore § plurimum ff de qnæstione & in l. 3 § eisdem, ff de test. & in l. fin. ff de hęred. inst. Alciat in Patergis, libro primo cap. sexto.

DE CLANDESTINA Desponsatione.

Io. Bap. CVm inter impedimenta matrimonii connumeretur etiam clandestina desponsatio propterea post tit. præced. proponitur nunc iste qui diuiditur in 2 par. in prima habet ir qualis sit ista desponsatio ante matr. in 2 verò qualis sit post ipsum cõtractum, 2 ibi quicumque.

a ¶ De clandestina.] Clandestinum dicitur tribus modis. Primò, cum non habẽtur testes iuxta tenorem, cap. 2 eo. Secundò, cum non fit cum solemnitate, capit. aliter 30 quæst. 5. 3 quod fit contra tenorem capite fin. eodem vnde sumitur hic titul. qui nouissimè per Concil. Triden. corrigitur, sess. 24 in decretis reformationum matrimonii ca. primo.

ALOYSIVS RICCIVS. Videndum est pro intelligentia totius tituli quotupliciter matrimonium dicatur clãdestinum. Quidam authores, secundum quod refert Sanchez sex clãdestini matrimonij modos excogitarunt.

Primus est, quando sine testibus contrahitur.

Secundus quando consummatur ante nuptiales benedictiones.

Tertius, quando contra fidem priorum sponsalium, alia ducitur vxor.

Quartus quando ante legitimam ætatem matrimonium celebratur.

Quintus quando contrahitur tempore, quo nuptiarũ solemnitas interdicitur ab ecclesia.

Sextus, quando omissis denunciationibus celebratur matrimonium, quorum sententia ei inniti potest fundamento, cum enim proprie matrimonium clandestinum id dicatur, quoddam, & non in facie Ecclesiæ celebratum est, eo nomine notari meretur etiam id matrimonium, quod ob iuris Ecclesiæ solemnitatem omissam indignum est, vt in cospectu Ecclesiæ appareat, ab eaque approbatur, huiusmodi autem est matrimonium in omnibus casib. propositis nam in eis aut celebratur, aut consumatur contra Ecclesiæ statuta sic docet Host. in sum. tit. de clandest. de spons. n. 1 & c. fin. de clãdest. de spon. initio vbi Io. Andr. n. 13 Ancar. n. 14

Vnde inferunt aliqui omne matrimonium contra generalem, aut specialem, tacitam, vel expressam Ecclesiæ aut Iudicis prohibitionem initum dici clandestinum sic Host. cap. 1 de clandest desponsat. initio Io. Anton. d. cap. fin. num. 15 & ibi Anton. nu. 19 Alex. de Nouo ibi in prin. num. 14 Iacobus Leonissa inter consilia matrimonialia, Ziseti cons. 49 num. 5 Maiolus lib. 3 de irregular. cap 25 num. 17 & seqq.

Alij verò tres matrimonij clandestini acceptiones statuunt prima est quando sine testibus celebratur, secunda quando sine denunciationibus: tertia, quando sine solemnitate, quæ habetur cap. aliter 30 quæst. 5 nempè absque consanguineorum notitia sic glos. d. c. fi. verb. clandestina l. 1 Innocent. rubr. de clandest. desponsat. numer. vnico lex 1 titul. 3 parte quarta. Turrecremata dicto capitul. aliter numero quinto.

Multo tamen rationi conformius est, vt duæ tantũ sint matrimonij clandestini species; clandestinum enim, (vt nomen ipsum præsefert,) dicitur, cuoddam sit, vnde id solum matrimonium dicitur clandestinum, in quo, aut testes deficiunt & proinde clam omnino celebratur, aut denunciationes, ad perfectam eius publicationem ab Eccl. patriæ desiderantur cæteris enim solemnitatibus omissis nõ clãdest. sed minus solemne app. & ita has duas tãtum species constituunt Goffredus suma tit. de clãdest desponsat. n. 1 Perez l. 5 Adr. titu. 1 leg. 1 fol. 38 col. 2 § pluta tamen Guttier. 2 practicarum, q. 4 n. 23 Spino. Speculo testamentorum glos. 15 n. 22 Salzedo practica c. 73 initio.

DE CLANDESTINA desponsatione.

TIT. XIV.

Prohibentur matrimonia contrahi clandestinè ne postea oporteat illa dissoluere. h. d.

NE tamen post securam copulam, & susceptam prolem detectis quibusdam impedimentis, non sine graui scandalo contracta matrimonia retractari[b] oporteat, nèue si alter coniugum, qui clam contraxerint, coniugium negauerit legitimis probationibus deficientibus, iudicis sententia ritè fuerit absolutus, vterque aliis nubendo reatũ incurrat[c] adulterii consultissimè constitutum est, vt nullus fidelium occultè nuptias[d] contrahat. Sed cum matrimonia contrahenda fuerint, per presbyterum proponantur[e]

Io. Bap. NEtan ẽ. CASVS Quidam volebat vxorem diuitem ducere, & cum timorẽ haberet de quibusdam qui se opponebant, cupiebat id facere sine aliqua iuris solemnitate, ea motus ratione, quia tantum consensus contrahentium sufficit c. sufficit. 27 q. 2 vnde fuit quæsitũ quid iuris? Sol. vt hic legimus, quia vera id quod in text. habetur Ecclesia non iudicat de occultis ea. sicut de simon. non obstat obiectio, siquidem videtur constare de matrim. Et respectu Ecclesiæ. Not. primò quod quædã Sacramenta manifestè sunt conferenda, & administranda; No. secundò argum qeod factum clandestinum regulariter à iure damnatur facit etiam § fi. & penult. eodem.

b ¶ Retractari.] Facit supra qui promo. non poss. in princ. cum ibi allegatis.

c ¶ Incurrat.] Vt capit. fin 32 quæst. 5 Et esset adulterium si quis cum alia contraheret, quia huiusmodi matrimonium valet coram Deo & militante ecclesia iure Decretalium, quamquam peccent clandestinè contrahentes capite aliter 30 quæstione quinta vbi not. Hoc tamen est nouissimè immutatum in Conc. Trident. sessione 24 in decretis reformationum matrimonij, capite primo vbi statuitur, matrimonia contracta sine solẽnitatibus positis hic, & in cap. eod. vnde sumitur & in d. cap. 1 sess. 24 esse irrita & inania. Sed loquendo de iure Decretalium simile est in clandestina collatione, quæ quamquam non careat suspicione, tenet tamen si. de ea quoquo modo fides fieri potest capite vni vt eccles. benefic. &c. Licèt secus sit in electione quę facta clam. non valet vt traditur, sin capite quia propter de ele. & in capite fi. eo tit. in sexto & per abbatem in capite primo eod.

d ¶ Nuptias.] Et sic loquitur de matrimonio sed nũquid quod hic dicitur habeat locum etiam in sponsalibus de futuro? Communiter tenetur habere locũ propter identitatem rationis fac. l. oratio ff de spon. Vnde Abb. in c. fin eod. no quòd contrahentes clandestina sponsali, peccant, & iudex potest illa interdicere.

e ¶ Proponantur.] sed cum in mul is lo-

eis quid hic dicitur non seruetur, quæri potest numquid ex hoc matrimonium dicatur clandestinum? Et per Abb. in c. fin. eo. post alios antiquos determinatur, non esse matrimonium clandestinum dummodo illud sit contractum coram fidelium collectione, quæ Ecclesia appellari potest ca. Eccles. de consec. d. 1 quòd fortè hodie non procederet stãte Concil. Trid. quod expressè irritat huiusmodi matrimonia.

publicè * competenti termino præfinitio, intra quem qui voluerit, [a] & valuerit legitimum impedimentum opponat, & vt ipse quoque presbyter per se inuestiget vtrum aliquod futuro matrimonio obsistat impedimentum.

Suspenditur contractus matrimonij, donec extat præsumptiò, quod non possit contrahi. h. d.

Cuius si apparuerit probabilis [b] coniectura, contractus expressè interdicetur, donec quid fieri debeat manifestis constiterit documentis.

Nati ex clandestinis, & interdictis matrimonijs non sunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in facie Ecclesiæ ante sententiam diuortij sint legitimi, nisi vterque coniugum nouerit impedimentum. h. d.

Quicumque verò huiusmodi clandestina [c] & interdicta [d] coniugia inire ausus fuerit, etiam ignoranter, proles ex huiusmodi coniunctione suscepta prorsus illegitima censebitur: nec de parentum ignorantia vllum est habitum subsidium, cùm sic contrahentes, vel non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ [e] videantur; licet alioqui si ignorantes in facie Ecclesiæ contraxerint ante latam sententiam diuortij nati, & legitimi habeantur, [f] & in bona paterna hæreditario iure succedant. Idem & cum multa prohibeantur, quæ tamen si facta fuerint tenent cap. 3 cap. rursus, qui cler. vel vouen. affirmatiuè quoad nuptias respondebatur, quo ad sacerdotem verò per l. sancimus, C. de pœn. sol. tamen vt hic legimus, quia frustra quis inuocat legis auxilium, qui in eam peccat cap. fin. de immunit. Eccles. sacerdos autem est in culpa ratione consensus, c. quantæ de sententia excommunicat. non obstat prima obiectio, quia in hoc limitat neque secunda ob consensum adhibitum. Not. primò quod effectus aliquando non dependet à sua causa simpliciter, sed quatenus est qualificata: Not. secundò, quod sacerdos parrochialis tenetur prohibere mala alioquin esset in culpa.

* Proponantur publicè.] Auctor totam matrimonij clandestinitatem in omissione publicationum, quas Galli vocabulo Germanico banna vocamus, includit. Aloysius Riccius aliam clandestini matrimonij speciem addit videlicet cum celebratur testibus nõ adhibitis. Sed apud nos triplex est clandestinitatis matrimonij species, prima est cum filij familias contrahunt absque consensu parentum, aut minores absque assensu tutorum, vel curatorum, deficientibus parentibus, vt cauetur ordin. Henrici II. de anno 1556. Henrici III. Blesensi nuncupata, art. 40. & Felicis recordationis. Ludouici XIII. de anno 1629. & edicto anni 1639. nisi masculi maiores 30 annis, & fœminæ 25. scriptura interueniente parentum consensum requisierint aliàs parentibus facultas est illos exhæredandi, ibid. secunda species est quando omittuntur publicationes bannorum, Concil. Turon. anni 1587. DD. ordination. Blesensi. art. 40 & 41. & Ludouici XIII. de anno 1629. Tertia est vbi non celebratur coram Parrocho, & testibus Ferret. de abusu, lib. 5 cap. 2 nu. 34. SOLIER.

a ¶ Voluerit.] Cum ergo quilibet admittatur, quasi publicum crimen vt immò quilibet tenetur saltem enunciare cap. tua de cognat. spirit. & capit. cum tua de sponsi. Sed quid si vnus agit contra huiusmodi matrimonium, & succubuit, an alius debeat audiri proponens idem impedimentum. Quidam non, quia actio popularis consumitur vno agente, l. eum qui, § in popularibus, ff de iureiur. Tu dic melius, vt not. per Abb. in c. fin. eo.

b ¶ Probabilis.] Nota ergo quod probabilis causa impedit matrimonium contrahendum, fac. c. præterea de sponsi. & ca. cum in tua. & ca. super eod. de consanguin. & affinit.

Quicumque CASVS, præsupponitur facto clandestinas nuptias esse contractas, coram Parrocho, vnde dubitatum fuit de earum effectu, ac sacerdotis pœna:

c ¶ Clandestina.] Scilicet non præmissa denunciatione.

d ¶ Interdicta.] Post probabilem causam allegatam, nec finitam.

e § Affectatores ignorantiæ.] Quia præsumitur malè agere qui clandestinè contrahendo fugit lucem. Et facit, quia paria sunt scire impedimentum, & scire posse, l. Iulianus, ff ad Maced.

f ¶ Legitimi habeantur.] cap. eum inter vbi etiam not. qui fil. sint legit. Imò, & si vnus tantum ignorat. capit. ex tenore eo. tit.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti, § author ponit discrimen quod notati ex clandestinis, & interdictis matrimonijs non sunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in facie Ecclesiæ ante sententiam diuortij sint legitimi.

Aduertendum tamen supradicta procedere de iure antiquo, quo tempore si huiusmodi publicationes non essent factæ filij nati ex tali coniugio, non dicerentur legitimi hæredes patris si detegatur postea aliquod impedimentum consanguinitatis, vel alterius causæ, quamuis illud non esset notum coniugibus prout in specie declarat Abb. in c. ex tenore 14 in fin. qui fil. sint legit. Boic. in colum. 2 in princip. versic. aut contrahunt, ab initio clandestinè Cephal. cons. 305 per tot. lib. 4 Couar. in epitom. de sponsi. part. 2 cap. 6 Ceuall. quæst. 605 in fin. num. 149 & qu. 697. num. 7 vbi num. 13 ampliat ad patrem quod neque hoc casu possit succedere filio, cum istæ successiones sint reciprocæ post Ted. Ferdinand. in l. 6 taur. nu. 13. Ratio dicebatur esse quis istæ denunciationes sunt de substantia, & si omittantur reddunt nullum matrimonium secundum Menoch. cons. 69 lib. 1 Cephal. cons. 421 lib. 3. & cons. 503 lib. 4 Cacheran. cons. 52. & Hondad.

co ſ. 87.

Sed iſta non ſunt tuta, quia neque de iure communi neque ex Concil. Trident. ſunt de ſubſtantia. Ideo matrimonium ſine illis factum erit validum, pro vt declarauit ſacra Congregatio Concil. vt refert Lop. ad Diaz. cap. 75 addit. 2 in verb. ſuſpenditur ab officio, verſicul. primò ante omnia in fin. & latè conſuluit Rimin. iun. conſ. 691 lib. 4 Guttietz de contract. curat. cap. 51 tom. 6 par. 2 vbi teſtatur verum ſenſum Concil. eſſe quod ſolum ſint de ſolemnitate, poſt Rotam in epitom. ſucceſſ. capit. 2. Quia licet partes mortaliter peccent, & puniri poſſint ſi omittatur Molin. de primogen. Hiſpar. cap. 16 lib. 2 verſic. peccare tamen grauiter. Non tamen Concilium præcipiendo illas fieri inualidat matrimonium quod ſolum declaratur irritum, & inane quando non fit coram Parrocho, & teſtibus nihil ſubiungens de denunciationibus Nauar in Manual. ca. 22 verſic. tertio adiertendum Plot. in l. ſi quando verſ. ſcias quod C. vnde vi Caualcan. deciſ. 29 Bertaz. conſe. crim. 283 Gut. tier. de iuram. confirmat. par. 1 cap. 25.

iuris [a] erit, ſi in conſpectu quidem Eccleſiæ contraxerint, ſed impedimento ambo [b] nouerint.

Sacerdos contemnes conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia ſi publicentur recipit Eccleſia. hoc dicit.

Sanè ſi parrochialis ſacerdos tales [c] coniunctiones prohibere contempſerit, per triennium ab officio ſuſpendendus erit, grauius etiam puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. [d] Verùm (vt ſupra indicauimus) ſi contrahentes clandeſtina matrimonia publicare voluerint, niſi alia cauſa [e] impediat, ab Eccleſia recipienda ſunt tanquam à principio [f] in Eccleſiæ conſpectu contracta.

matrimonia clandeſtina eſt tamen animaduertendum hodie huiuſmodi denunciationes ob quorum omiſſiones olim matrim. dicebat clandeſtin. poſſe remitti per ordin. qui in hoc caſu erunt Epiſc. Menoc. de arbitrar. l. 2 caſu 453 num. 7 prout etiam eius Vic. gen. q. iure proprio, & authorit. ſibi à Concil. conceſſa poterit illas remittere; Quia nunquam Concilio excludit Vicarium cùm facit mentionem de ordinar. ſeu de Epiſc. niſi expreſsè excludat c. 6 de reform. ſeſſ. 24 Pariſius de reſign. benef. lib. 3 q. 11 nu. 19 vſq; ad nu. 23 & Vicarius eſt ordinarius gl. in c. 1 de offic. Vicar. in 6 & cognoſcit de cauſis matrimonialib. ſine ſpeciali mandato Epiſc. Prep. in c. fin. in primo no. ab de cognat. ſpirit. Brizz. de Vic. Epiſc. c. 44 l. 2. Vnde multò magis, de præambulis, & ita tamen ſpecie eſſe morib. & vſu receptum, quod Vicarius poſſit remittere teſtatur Guttier. can. q. c. 19 nu. 13 Brozz. ibid. qu. 47 vbi intelligit cum cauſa. Quidquid in contrariũ dicat Cæual. conſ. 421 lib. 3 n. 72 & Spin. de teſtam. gl. 15 in princ. nu. 28 cum ſeqq. Menoch. Ledeſm. & alij allegati per Cæual. q. 604 nu. 92. Quia contra eos eſt verior opinio, & in practica ſeruatur, pro vt latè dicit Flores pract. quæſt. c. 24 lib. 3 nu. 62 vbi etiam ampliat ad Abbates exemptos qui poſſunt remittere ex cauſa denunciationes. quemadmodum Epiſcopi Nauar. conſ. 1 de ſponſal. lib. 4 cauſæ autem iuſtæ, propter quas poterunt remitti huiuſmodi denunciationes ſunt multæ relatæ per Henriq. de matrimonio c. 5 § 5. Videlicet propter diſparitatem conditionis, ætatis diuitiarum, & qualitatis Nauar. in Manual. c. 22 num. 70 verſ. aduertendum 5 Spin. de teſtam. gl. 15 n. 28 cum ſeq. Et quoniam quis eſt in articul. mortis, ſi vult contrahere cum concubina, vel alia Sarm. lib. 1 Select. interpret. c. 6 nu. 7 Cucus lib. 5 inſtituti. tit. 11 num. 87 vel ſi aliqui fuerint diu habiti pro coniugib. & pro verecundia nolunt contrahere Guttier. de contract. Iurat. c. 51 num. 22 tom. 8. p. 2 fol. 98 & in aliis ſimilib. cauſis, de quib. Lop. in addit. ad Diaz. cap. 75 Cæual. d. qu. 604 num. 105 cum ſeq. vbi colligit dubia centum viginti quo ad interpretationem Concilij Trident. de matrim.

Quibus addo quod licet ordinarius poſſit remittere renunciationes non tamen poſſet facere, vt illæ fierent dieb. feriatib. cum non diſpenſet contra Canones, cap. cum inferior de maior. & obed. pro vt per Sacram. Congregat. Concil. fuit declaratum. Item quod ſi facta trib. denunciationibus in vna Parrochia antequam contrahant matrimonium ſponſi vadant ad habitandum in alia, ſolet fieri in ea vnica denunciatio, elapſis duobus menſibus à tempore denunciationum factarum, ſeruatur denuò fieri denunciationes & debent fieri de conſenſu contrahentium.

a ¶ Idem iuris.] Scilicet quod proles erit illegitima.

b ¶ Ambo.] Et ideo non prodeſt opinio Eccleſiæ, ſi ambo parentes ſciant impedimentum, quin filij ſint illegitimi. Sed quid ſi vnus ſcit, & alter neſcit? Dicunt Bar. & Lau. quòd quantum ad ſcientem ſunt illegitimi, quantum ad ignorantem legitimi: argu. C. de incc. nupt. l. qui contra. Tu dic quòd ſunt abſolutè legitimi: vt in cap. ex tenore qui fil. ſint legi. Monſtrum autem eſſet, ſi quis eſſet partim legitimus, & partim illegitimus, ſicut ſi aliquis eſſet partim ſeruus, & partim libe. l. ſi duobus, ff de ſtatu homi. & ita no. in ca. final.

c ¶ Tales.] Scilicet poſt allegatum impedimentum.

d ¶ Poſtulauerit.] Cap. fin. § fin. eodem vnde ſumitur.

e ¶ Cauſa.] Puta conſanguinitas 32 q. 5 cap. horrendus, & 35 q. 3 cap. contradicimus, vel affinitas, vel aliud, cap. ſuper eod. de eo. qui cogn. conſ. vxor. ſuæ facit cap. 2 eo. vnde ſumitur.

f ¶ A principio.] arg. quòd id quòd à principio non valebat, tractu tamen temporis conualeſcit, cap. quod ſicut § ſi autem de elect. Arg. contra de elect. capit. dudum 1 vbi de hoc not. & cap. ſcientes de cenſi. ſed in caſu noſtro iure. Decretalium matrimonium, etiam à principio valebat quo ad Deum, licet non quo ad Eccleſiam, ſed ſolum cum primum declaratur, ſic de frigid. & malef. cap. fraternitatis in ſi. & ff ſi ſer. vendicetur, l. ſicut § ſed ſi quæritur, & ff de acquir. rer. domi. l. adeo. § cum quis in ſi. Hodie autem poteſt habere dubitationem, quod hic dicitur, per ea quæ ſtatuit Concil. Triden. in ſeſſ. 24 in Decretis reform. matrimonij, cap. 1.

ALOYSIVS RICCIVS. In præſenti § author ponit pœnam contra Parrochos non reuelantes

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT, vel contra illud testificari.

COntinuatur titul. iste per gl. rub. eius: vel dicas, secundò quod matrimonium legitimè contractum cum aliqua dissoluatur iuxta tot. tit. de dinor. atque id accidat mediante accusatione propterea post tit. præced. proponitur nunc iste: qui diuiditur in 3 part. in prima habetur quam matrim. accusari debeat; in secunda qui accusare, vel testificari possint: in tertia qualiter sit procedendum secunda ibi, sed nec omnes: tertia, ibi quoties.

a ¶ Testificari.] Quoniam factis denunciationibus, de quibus in titulo præcedenti, interdum comparent qui matrim. accusant, & testes, qui contra matrimonium testificantur, ideo post titulum præcedentem congruè ponitur hic tit.

NOn tamen CASVS. Fuit dubitatum inter scholares an & quando matrimonium posset accusari, & ratio est, quia aut ipsum publicè & notoriè contrahitur, & sic accusatio vt superflua c. euidentia de accusa. aut occultè, & sic per denunciat. euang. esset procedendũ iuxta c. nouit & ibi Doct. de iudic. Sol. pro vt hic habetur, quia hæc accusatio est instituta ad cognoscenda impedimenta matrim. quæ quomodocũque ipsum contrahatur, possunt esse occulta etiam ipsis contrahentib. vnde cum largè accusatio hic accipiatur, & non propriè, propterea cessat vtraque obiectio: Not. quod accusatio aliquando est instituta ad euitandum peccatũ, & malum: Not. secundo argum. quòd qui intra certum terminum ad aliquid tenetur, non propterea excusatur si extra ipsum id faceret.

b ¶ Tempore.] Et ita qui intra tempus constitutum non proponit ius suum, postea repellitur, & ab accusatione, & à testimonio: arg. c. fin. de clandest. desponsa. & c. licet de prob. & l. diffamari. C. de ingenuis. sed nunquid saltem admittuntur ad denuncidum? Vt quod sic, cum iuramentum ei non obstaret c. quemadmodum de iureiur. & in c. tua de cog. spir. Dicas quod non est admittendus, cum sit suspectus, vt in c. fi. cod. & suspectæ personæ remoueantur à denunciatione, sicut ab accusatione, c. cum dilectus filius inf. de accus. & ca. cum in tua de simon. Et cui vna via aliquid prohibetur, & cap. cum quid de reg. iu. in 6 & c. tuæ de procu. cum conc. ibi alleg. & ita not. in d. c. fin.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § quod non admittit ad accusandum matrim. qui tempore denunc. siluit & non proposuit impedimentum vſi praxis curiæ Archiepisc. est, vt q. tempore proclamationum non denunciauit impedimenta matrim. non admitt. amplius ad accusandum, nisi denunciationes probabiliter ignorauit, vel iuſo firmauit quod postea didicerit ea, quæ objcit, c. cum in tua q. matrimon. accus. ſnit. & quia Neap. non solent frequenter homines in dieb. festiuis accedere ad audiendum Diuina in Parrochijs, & pp amplitudinem Ciuitatis, & multitudinem Parrochiarũ, posset esse ignorantia, non sunt passim repellendi denunciatores. Et tenẽt reuelare licet impedimentum sit occultum Maximè si supior reciperet, vt reueleẽt. nam scientes dicunt illud reuelare dum infert damnum. Tertiò, vt docet D. Thom. communiter receptus 2. 2. quæstion. septuages. articul. 2. post alios Sanchez dict. libro tertio, disputatio. decima tertia, numero secundo & tertio, inferens ex communi sententen. quod si impedimentũ originẽ habeat, ex peccato occulto prius laborãti hoc impedimento facienda est admonitio, vtdesistat à matrimonio q. si monitis non acquiescat denunciandus erit quia plus vrget bonum matrim. vt cõtrahatur validè, quam fama proximi qui voluit recipere correctionem fraternã Regin. d. l. 31 num. 228 & seq. Coninc. disp. 27 num. 61 & sequenti.

Plus docent Palud. Nauar. in summ. ca. 22 nu. 83 & alij quos probat Sanchez, disp. 9 n. 2 quod etiam si quis non posset probare impedimentum, tenetur illud reuelare. Ratio est, quia prælato aperiet viam, vt diligenter inquirat de impedim. & curet contrahentes ipsos monitionibus, & terroribus retrahere, ne tacito impedimento ineant matrim. quia Deum haberent vltorem quod seruatur in praxi vt etiã post alios testantur nouissimi in praxi Curiæ Archiep. Neap. c. 2 sub 2 § 3 tenetur quis. Hoc est adeo verum quod etiam si conscius esset impedimenti ex auditu à persona fide digna, tenetur impedimentum manifestare etiam illa persona non denunciante, & hoc eadem ratione, vt Prælatus inquirat, secus si dicta persona reputaretur leuis, & non daretur fides eius dicto. vt post vtrumque Nauar. Cordub. Rodr. Guttier. & alios probat Sanchez d. disp. 13 num. 7. Et idem est si non recordetur de persona à qua illud audiuit; quia non esset notitia vera quæ faceret fidem, & sic non tenetur denunciare.

Nec excusaretur qui secretò impedimentum sciret ab aliquo etiam per viam confessionis, vt communiter fieri solet; Hoc tibi detego in confessione, seu sub sigillo confessionis. Ratio est, quia dum secretum vergit in damnum tertij, & tanto magis damnum publicum non obligat ad eius obseruationem, vt post Diu. Tho. 2. 2. quæst. 70 art. 1 ad 2 & plures alios probat Sanchez, vbi sup. numer. 4 secus si re vera confessarius id sciuerit sub sigillo confessionis sacramentalis, quia id nescit, vt homo, sed vt Dei minister, & illa scientia vti nequit Deo tamen illos commendare debet.

Tenetur etiam ipsemet contrahens interrogari ab ordinario, vel Parrocho manifestare impedimentum, quamtumuis occultum, infamatorium, quia non est ad puniendum contrahentes, sic enim illi non tenentur procedere se ipses, sed ad impediendum ne inualidè matrimonium contrahatur, vt sumitur ex text. in capite tertio de clandestin. de sponsat. quod multis medis probat Sanchez eodem lib. 3

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE possunt, vel contra illud testificari. a

TIT. XV.

Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore denunciationis siluit, nisi iuret de calumnia; & quod post denunciationem nouit, quæ obiecturus est; & negligentia auctoris mei non intelligitur esse mea. h. d.

NOn tamen quandocumque, aut indistinctè omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erunt. Nam si quis tempore b factæ à sacerdote denunciationis in ipsa diœcesi constit. nihil contra matri. dixerit, eidẽ mox coniũctos impetere minimè

eod. lib. 3 disput. 14 vbi contraria soluit.

Si tamen obtenta esset dispensatio etiam in foro conscientiæ cessaret onus denuntiandi quia cessat impedimentum, vt ex se patet, & Notat Sanchez d. lib. 3 d. sput. 13 num. 8 Regin. lib. 31 num. 229 probantes, id etiam verum esse, quando non profiteeret denunciatio, & id locum habet quoties præciperetur reuelatio etiam per viam excommunicationis, vt per eos.

concedendum erit, [a] nisi proprio firmauerit iuramento, [b] quòd ea, quæ obiecturus est, postea didicerit, quòdque ad accusandum, dolo non profiliat, quo casu etiam si quod obiecturus est, ab illis didicisset, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet, ei accusandi aditus: [c] quoniam etsi ab imperitione huiusmodi, culpa ex tali silentio contracta, auctores excludat, iste tamen qui culpa caret amoueri non debet.

Ex causa etiam post denunciationem potest quis matrimonium accusare, h.d.

Idem iuris [d] erit, si tempore denunciationis, vel extra diœcesim commorabatur, [e] vel aliàs denunciatio ad eius notitiam peruenire non potuit, vt puta si nimiæ infirmitatis feruore [f] laborans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris [g] constitutus erat, vt ad talium rerum perceptionem, eius ætas sufficere non valeret, siue alia legitima causa [h] fuerit impeditus.

Ad accusandum matrimonium non ex causa delicti soli coniuges admittuntur, h.d.

Sed nec omnes ad accusationem, testimoniumve dicendum admitti debent: nam si de tali [i] impedimento agendum sit, quod neque coniugum in se delictum contineat, nec ob id matrimonium dissolui cuiusquam intersit, præterquam ipsorum coniugum, vt puta, si erratum in conditione status [k] fuerit: vel si mulier ita sit arcta, vt cognosci non possit: vel vir ita frigidus, vt coire nequeat, soli ipsi coniuges admittentur.

Sed nec omnes.) Hæc pars licet posset diuidi. Casvs tamen in ea ita commodè figuratur, cum diuersæ personæ indifferenter accessissent ad superiorem, volentes matrimonium accusare & contra ipsum testificari, vnde videns Episcopus hanc personarum varietatẽ, dubitauit an essent admittendæ: siquidem vno respectu putabat esse admittendas ne matrimonium permittatur in gradu prohibito: alia verò ratione volebat eas reijcere, quia cum accusatio sit institura ad interesse priuatum c. super his c. qualiter illa de accus. solum ad cõiuges videbatur pertinere, testis verò id volebat obseruare, quod in alijs casibus de iure obseruatur argumento, c. 4 § nos igitur vna cũ glo. de confirmat. vtil. Sol. vt hic legimus, quia interest etiam ecclesiæ, vt matrimonia canonicè contrahantur, vtcũ cum accusatio accipiatur non propriè, & strictè, sed largè: propterea cessant meo iudicio obiectiones, testes autẽ si admittantur à simili, & habita ratione ad qualitatem casus contingentis, dubium est nullum. Not. 1 accusationem matrimonij esse institutam ad triplicem finem: videlicet, ad euitandum peccatum, vt adnot. supra in prima part. huius tit. secundo ad ipsum dissoluendum, vt ex alio postea proles habeatur, & ad delictum manifestandum. Not. 2 ad argumentum, quod matrimonium in gradu prohibito contrahere est delictum publicum, & ideo quilib. regulariter ad accusandum admittitur.

a ¶ Concedendum erit.] Nam existens in diœcesi, præsumitur habere notitiam eorum, quæ palam fiunt in ciuitate. fac. c. quod dicitis d. 5. & 12 q. 2 c. qui & diuinis, & d. 12 ca. proposuisti. Et nota quod valet citatio generalis per edicta, quando nescitur quis specialiter sit citandus, l. 1 cum auth. quæ sequitur. C. si minor, ab hære. se absti. Quod facit pro consuetudine scholarium, volentium à studio discedere, qui faciunt fieri *edicta, & proclamata in* studijs, de quo vide per Abb. id cap. fin. eod.

b ¶ Iuramento.] Sic de testi. c. præsentium & c. pastoralis, de exce. & c. fin. eod. Ex quo nota quod plus valet iuramentum vnius, quam præsumptio iuris: quia per iftius iuramentum eliditur præsumptio iuris, 35 q. 3 c. extraordinaria, & not. in d. c. fin.

c ¶ Aditus.] Hic habes quod aliquis admittitur ad accusandum cuius auctor repellitur: secus est in testibus, c. licet, de testi. c. fraternitatis de hæret. sed quæ est ratio diuersitatis? Resp. ad dictum accusatoris nulla fit condemnatio, nisi adsint legitimi testes: sed ad dictum testis quis condemnatur, & ideo debent esse tales auctores, vt ipsorum dicta sufficiant ad hoc, vt illi admittantur, qui habent causam ab eis: argum. l. vitia. C. de acquir. possess.

d ¶ Idem iuris.] Nota tres casus, in quibus præsumitur ignorantia eorum, quæ fiunt in ciuitate.

e ¶ Commorabatur.] Facit quia statutum pœnale non comprehendat absentes.

f ¶ Feruore.] 15 q. 1 cap. illa, & 17 q. 1 c. Gonsaldus, & cap. sicut tenor. de reg.

g ¶ Tam teneris.] Sed quæ erit talis ætas? Quidam vt Innoc. quando quis est doli capax. Abb. quod iudicantis id relinquendum est arbitrio, quia discernet ætatem, & discretionem pueri, an sufficiat ad comprehendendum hoc factum.

h ¶ Causa.] Vt, quia tempore denunciationis factæ, erat excommunicatus: & sic non poterat matrimonium contrahendum denunciare, secundum vtrunque Abb. facit, c. quia diuersitatem. de concess. præb.

i ¶ Nam si de tali.] Distinctio, quæ hic ponitur, an impedimentum matrimonij concernat delictum, vel non verificatur ex his, quæ post Innoc. not. Abb. rubr. eo. & Host. in sum. Quis admittatur ad accusationem matrimonij, vbi videndum.

k ¶ Status.] Vt puta, quia credebatur alter coniugum liber, cum tamen esset seruus, & fac. supra de spons. § illud & § si quis tamen, & supra, quæ matrim. impedi. poss. in princ.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § cum sequentibus, quia confessioni coniugum, sup. impedimento ad dissoluendum matrimoniũ contractum regulariter non statuitur tex. est in c. sup. eo. de eo qui cognouit consang. vxor suæ Franc. Marc. decis. 754 cum alijs cumulatis per nos in prax. matrim. decis. 263 nu. 1 vbi pluries sic decisum retulimus tam in curia Archiep. quæ alibi, nisi cum eorum confessione concurrit fama Abb. in d. cap. sup. eo qui testatur de communi, si tamen alter coniugum, quia cupit matrim valere fatetur impedimentum, tunc ei creditur secundum Ab. ibid. sed id esse verum, quando fama concurrit, sensit Aret. cons. 82 Barb. cons. 26 lib. 4 & Iudicis arbitr. relinquatur quia animaduertet, an aliqua subsit coniectura, & suspicio fraudis, & collusionis dicit Menoch. de arbitr. cas. 103 vbi vero agitur de separatione tori, creditur cõfessioni vnius tantum contra se ipsum Abb. vbi supra creditur, etiã confessioni ipsorum asserentium contraxisse sponsalia, & etiam ad dissoluendum illa, nisi vnus tantum confiteretur impedimentum tunc ei non creditur, præterquam si ipse vellet sponsalia valere Abb. vbi supra, creditur quoque ipsis coniugibus, si ambo fateantur matrimonium contraxisse, nisi talis confessio esset contra illud matrimonium Abb. ibidem, & latè Menoch. vbi supra.

Ad accusandum matrimonium ex causa delicti, omnes admittuntur sed potissimum coniunctiores, h. d.

Quòd si delictum contineat, vt quia, aliqui in gradu vetito, vel contraxisse, vel contrahere velle dicantur, tunc quilibet quidem [a] ac accusandum recipitur : sed omnium maximè parentes, [b] & si ij desint proximiores, id est, soror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, eorumque descendentes.

Antiquiores proponuntur & honestiores in testificando, h. d.

Quod si progenies tota defecerit ab antiquioribus, [c] & honestioribus quibus eadem propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio [d] testimoniumve [e] recipi poterit.

Ex præsumptione scientiæ acquiritur fides, hoc dicit.

Ideò autem omnium maximè parentes, & coniunctiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam, [f] cum testibus, & chartis, tùm verò ex recitatione maiorum scire laborat. Nulli igitur decentius admitti debent, quàm qui melius sciunt. [g]

Speciale est in causa matrimonij, quod pater admittitur in causa filij, & è contrario, h. d.

Quod autem legitur, [h] pater non recipiatur in causa filij, nec filius causa patris, & in criminalibus causis, & contractibus sibi locum vendicat, in matrimonio verò coniungendo, [i] & impediendo, ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congruè admittuntur.

a ¶ Quilibet quidem.) Vt supr. titul. 1 in princ. vbi not. in verbo voluerit.

b ¶ Parentes.] 35 qu. 6 capitul. videtur, eod. Et ex hac litera not. regulam, quod in causa matrimoniali sunt idonei testes, & parentes, & cæteri coniuncti, si agatur de coniungendo, vel separando matrimonio ratione, de qua hic. Videndi tamen sunt de hoc Doct. in dict. capitul. videtur, vbi Abb. in fin. dicit quod in hac materia non potest dari certa regula.

c ¶ Antiquioribus.] Nota quod testes seniores præferuntur iunioribus, de quo in l. vinum, ff si cert. pet. fac. l. si chorus, ff de leg. 3 & per Abb. in capitul. quoties de testi.

d ¶ Accusatio.] Impropriè secundum quosdam: arg. l. parentibus, ff de testam. vbi accusare ponitur pro agere matrimonialis enim ea nec criminalis ea, nec ciuilis, sed mixta, c. tuæ de procurator. & nota 35 quæst. 6 capitul. consanguineos, vnde sumitur, vt per Abb. in c. 2. vt lit. pendente.

e ¶ Testimonium.] Ex hac litera, & ex c. consanguineo. 33 quæstio. 6 vnde sumitur, videtur sumi posse argum. quod idem possit esse testis, & accusator in causa matrimonij : quod quidam admittunt, dicentes, esse hoc speciale in causa matrimonij : in qua sunt etiam alia specialia, cum non iuretur de calumnia, c. literas de iuram. calum. admittuntur consanguinei, vt hic non seruatur ordo iudiciarius per omnia, cap. ad hoc Deus, vt lit. non contest. valet testimonium de auditu. 35 quæst. 6 cap. de parentela inducuntur testes post publicationem, ca. series. & cap. licèt, de test. & not. in dic. capitul. consanguineos, & hoc tenuit Innocent. & Ioan. And. Sed Specul. quem refert Abb. in rubr. eod. dicit se non posse concipere, quod accusator, qui tenetur saltem ad expensas, si succubuit, sit idoneus testis, sed ipse Abb. in *d. rubr. & cap. curauit* de probat. saluat. Innocent. duobus casibus. Primò quando officialis publicus denunciauit, vel accusauit cap. propterea de testib. cogn. secundo quando quis ductus conscientia denunciauit impedimentum iudici, & iudex ipse ex officio inquirit quod nota.

f ¶ Genealogiam.] Cap. videtur, eo, & cap. videtur, 25 qu. 6 & ex hac præsumptione infert Abb. in d. cap. videtur : quod allegans ignorantiam consanguinitatis non est de facili audiendus.

g ¶ Sciunt.] Scilicet ipsam consanguinitatem. Nam de consensu ita benè posset testificari extraneus, sicut suus, vt not. in capitul. videtur eodem.

h ¶ Legitur.] l. testis idoneus, ff de test. & 4 q. 3. § item testis idoneus, fac. cap. videtur, eod.

i ¶ Coniungendo.] Ex hoc videtur, quod ad probandum matrimonium esse contractum admittantur parentes, & ad hoc à pluribus allegatur, cap. super eod. de testibus vnde hic sumitur, contra tamen not. in cap.

videtur enim, vbi Bern. intelligit illum text. quando ageretur de consanguinitate Host. tamen, & Abb. & magis com. tenent, quod super omni art. & indistinctè possint esse testes, cum moderamine tamen quod statim hic sequitur, & de quo per Doctor. in dict. capitul. videtur, & in dict. capitu. insuper eod. & per Anton. de But. in capitul. 1 de fil. presbyter.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit vnum speciale, seu priuilegium causæ matrimonialis, & est vt consanguinei, & affines admittantur in testimonium, & mente text. in capit. videtur qui matrimonium accusare possunt, & ibi Ioan. Andr. num. 5 Innocent. num. 1 capitul. super eo 2 de testibus paris conditionis, quæ paritas an sit relinquitur arbitrio iudicis, vbi Innoc. num. 1 Ioan. And. num. 1 & 5 Abb. antiq. num. 4 & 5 Bald. num. 1 Butr. num. 1. 7. 8. & 9 Host. num. 3.

Testimonium parentum non admittitur vbi inter coniungendos est disparitas, h. d.

Vbi tamen alter coniugum diuitijs, [a] honore, [b] nobilitate, [c] & potentia [d] superior esset testimonium illius, qui parens esset inferioris, adeo suspectum redditur, vt illud nullo modo [e] sit admittendum. Cum parentes filiorum [f] incrementum, & honorem affectare procul dubio comperiantur.

Quot, & quales debent esse testes super consanguinitate, h. d.

Quoties ergo aliqui propter cognationem propinquitatis [g] separari petuntur, duobus [h] vel tribus ciusdem consanguinitatis testibus ni exceptione maiores, vt idem Gabriel. loc. citat. numero final. & co. consil. voluit Grat. consil. 2 num. 35 quod qui vult probare nullitatem matrimonij, nedum probet per testes quacumque exceptione maiores, vt dictum est, sed teneatur articulare maioritatem, & illam per testes probare, aliàs non obtinebit.

Pro quo matrimonio probando admittuntur consanguinei, & affines exclusa imparitate iugalium, quæ diuitijs nobilitate, vel potentia exemplificatur, & nedum affines, & consanguinei sed pater, & mater, capitul. super eo. lib. 2 de testibus, vbi Doctor. & præsertim. Aratin. Alexand. consil. 108 lib. 2 Ruin. consil. 150 numero decimoquinto, & seq.

Non nulla etiam priuilegia in causa matrimonij habes hic, & primo, testes varij seu cõtrarij in quibusdam qualitatibus, circunsta tijs, vel accessorijs dummodo in facto principali concordent pro matrimonio admittuntur secundum Gloss. in cap. dudum de confess. & in capitul. cum Ecclesia de caus. possess. & propriet.

Item in simili causa post conclusionem in causa, & publicatis attestationibus licitum est producere nouos testes Abb. in capitul. sicut de testibus n. 7 & 8 Felynus in Rubric. de sponsal. vers. postremo, n. 4.

Item singularis opinio vnius doctoris authentici præualet communi opinioni, quæ est contra matrimonium, not. Felynus vbi supra numero sexto, & septimo, & hæc causa tantum per Episcopos debet cognosci, vt Felyn. post alios in d. Rubric de sponsal. numero 10. vbi priuilegia hæc matrimonialis causæ latè tangit.

Diuitiæ exaltãt hominẽ.

a ¶ Diuitijs.] Nota, quod diuitiæ exaltant hominem, quæsitæ tamen bonis artibus, fac. capitul. in hoc scripsimus, distinct. 30 & capitul. habebat, 12 quæst. 1. & not. in capitul. clericus eadem causa, & quæst. si tamen effluant non est cor apponendum eis, secundum Salomonem. Et an requirantur ad essentiam nobilitatis: argument. hic quod non: cum ponantur tanquam diuersa, dic tamen vt per Bar. in l. 1 C. de dignit. libro 12.

Doctoratus potest dici dignitas.

b ¶ Honore.] Puta quod sit Doctor. Nam doctoratus est honor, & potest dici dignitas, Bart. in l. fin. C. de iud. & in l. 1 C. de nou. C. comp. & per Abb. in cap. quanto de magist.

Nobilitas.

c ¶ Nobilitate.] Nobilitas ergo etiam secundum canones esse debet in consideratione, fac. capitul. de multa, & capitul. penultim. de præbend. & capit. quæ contra pacem, & quod ibi not. 24 quæst. 1. Est tamen nobilitas multiplex: vt per Bart. in l. 1 C. de dignit. lib. 12 & contra nobilitatem generis pro nobilitate virtutum vide text. in capitul. numquam distinct. 56 & in capite. quoniam, vetus, 23 q. 1.

d ¶ Potentia.] Papa amicorum copia: vt capitul. constitutus 2 & quid ibi nota. de appel. fecit. capitul. officij, de elect.

e ¶ Nullomodo.] Licet verbum hoc sit valde præcisum, debet tamen intelligi cum temperamento. nam Doctor. in capitul. super eo de restitut. vnde hic sumitur, dicunt, hanc rem multum pendere ab arbitrio iudicis, vt per Abb. in dict. cap. insuper eod. super gl. 1.

ALOYSIVS RICCIVS. Iste § limitat § præcedentem, & limitatio est, vt non admittantur, vbi inter coniuges est disparitas, pro cuius intelligentia, sciendum est, quod causa matrimonialis ea dicitur, in qua tractatur de validitate matrimonij, & de ea loquitur Clemen. dispendiosam de iudic. & capitul. later de sentent. & re iudic. in qua causa multa priuilegia concurrunt fauore matrimonij: primò, vt testes in causa matrimoniali sint omni exceptione maiores text. in capitul. literis, de testibus Felin. in rubric. de sponsal. numero 7. Grat. consil. 2 volum. 2 numero 34 licèt magis communis opinio sit vt hæc conclusio procedat quando testes examinantur contra matrimonium, tunc requiritur omdo in facto principali concordent pro matrimonio admittuntur secundum Gloss. in cap. dudum de confess. & in capitul. cum Ecclesia de caus. possess. & propriet.

Item in simili causa post conclusionem in causa, & publicatis attestationibus licitum est producere nouos testes Abb. in capitul. sicut de testibus n. 7 & 8 Felynus in Rubric. de sponsal. vers. postremo, n. 4.

Item singularis opinio vnius doctoris authentici præualet communi opinioni, quæ est contra matrimonium, not. Felynus vbi supra numero sexto, & septimo, & hæc causa tantum per Episcopos debet cognosci, vt Felyn. post alios in d. Rubric de sponsal. numero 10. vbi priuilegia hæc matrimonialis causæ latè tangit.

f ¶ Filiorum.] Et propter magnam communionem viri, & vxoris, id quod est vnius, censetur quodammodo esse & alterius, facit l. fin. C. de incolis, lib. 10 l. fœminæ, ff. de senat. capit. licèt, § mulier, de sepult. in 6. Et quod hic dicitur de matrimonio, habet multo magis locum in sponsalibus, scilicet quod circa ea idoneum sit parentum testimonium: vt per Abb. in capitul. super eo de testibus sed an super matrimonio spirituali? Respond. vt nota per Abb. in capit. super eo.

Quoties ergo. CASVS. Quidam Episcopus post- *Io. Bap.* quam sibi esset matrimonium accusatum iuxta formam iuris, volebat ad libitum in eius cognitione procedere, ea ratione motus, quia causa matrimonij est summaria, clem. dispendiosam: de iudic. vnde fuit quæsitum quid iuris? Solu. vt hic legimus, quia si aliter procederetur aperiretur via dolo, & fraudi: non obstat obiectio, quia aliter consideratur causa summaria, prout declaratur in d. clem. & in clement. sæpè de verb. sign. Nota primò, quod ob periculum animæ probatio debet esse eo clarior, quo fieri posset. Nota secundò, casum, in quo contra primas probationes allas probationes admitti non debent.

g ¶ Propinquitatis.] Accipe intransitiuè, id est propter cognationem, quæ est propinquitas, 35 quæst. 3. cap. 1 & cap. 2.

h ¶ Duobus.] Nota quod etiam in actibus, qui sunt grauissimi præiudicij, duo testes faciunt plenam fidem, & probationem. Separatio enim matrimonij est res grauissima, c. licèt ex quadam, in fin. de restit. capitul.

debitum,

debitum de bigamis. Idem etiam numerus sufficit contra. Papam: vt not in capitul. præsul. 2 quæst. 4 quod reputat. valde not. Abba. in capitul. quoties & cap. super eo de testib. & in rep. cap. cum esses, de restam Nec secundum eundem intercrit, vtrum isti duo testes sint mares, an fœminæ nam d. cap. super eo. videtur probare de fœminis immo quod plus est sufficit quod deponant de auditu. debent tamen esse regati not. 30 q. 1 cap. prostratos.

ALOYSIVS RICCIVS In præsenti § Author ponit qualitates quas debent habere testes deponétes in causa matrimoniali. Vnde est sciendum, quod requirit. quod dicti testes sint omni exceptione maiores text. est in cap. 1 de consang. & affinit. & ibi gloss. in verb. maiores Paris. consil 53 col. 1 Gramma. cons. crimen 26 colu. final. erat, cõsil. 2 numer. 3 & talis qualitas est articulanda, & probanda nam licet quilibet præsumatur idoneus, non tamen præsumitur omni exceptione maior. Bart. in l. 1 § si quis neget ff quemadmodum testamenta aperiant, & hanc opinionem esse magis cõmunem dixit Alciat. de præsumpt. reg. 3 præsumpt. 2 num. 11 Farinac. de testibus, quæst. 92 numer. 6 si tamen talis probatio qualitatis fuerit omissa, potest recipi etiam post publicatas attestationes, & etiam ex officio potest se informare de ea Alciat. vbi supra, intellige tamé quando de matrimonio infringendo tractatur, secus de co probando Alex. cons. 143 vol. 2 Dec. consil. 163 Paris. cons. 59 vol. 4

adhibitis, vel totidem senioribus, & melioribus eiusdem loci id debet legitimè comprobari.

Qualiter testes super consanguinitate iurare debent hoc dicit.

Testium autem examinatio in hac causa duplicis [a] interuentu iuramenti fieri debet. Vt iurent, scilicet, & se non priuato odio [b] neque amicitia, nec alicuius proprij commodi intuitu ad hoc iurandum inductos: & sicut ipsi dicunt rei veritatem à maioribus, accepisse, & se credere, [c] ita esse.

Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari. h. d.

Præstitis autem iuramentis, & impedimento matrimonij legitimè probato, si quis contra præcedentem probationem partibus publicatam quasi matrimonium impediri iure non valeat probare velit, audiendus non erit, [d] sed priori standum erit probationi.

a ¶ Duplicis.] Id est, in tali iuramento duo articuli continentur.

b ¶ Priuato odio.] Ergo non omne odium repellit sed priuatum tantum: nam publicum 3 puta si quis aliquem prosequeretur odio tanquam peccatorem, hoc nõ eleuaret dictum testificantis, secundum Abbat. in cap. quoties de testam facit, capitul. odio. distinct. 86 & 24 quæst. 4 capitul. duo ista nomina, & idem dici potest de amicitia: vt latè per Abb. in dict. cap. quoties.

c ¶ Credere.] Not. casum, in quo valet testimonium de credulitate, facit cap. licet de testibus & ca. literis, de præsumpt. De quo an, & quando, & quomodo procedat, latissimè per Abba. in cap. quoties, de testibus.

d ¶ Audiendus non erit.] Cap. iurauit de prob. vnde sumitur. Sed contra videtur, cap. series, de testibus Doct. tam in d. ca iurauit, quam in contrario multum pro solutione laborant, & varias conciliationes afferunt. Ea verò videtur esse præcipua, quod contrarium loquatur quando impedimentum est probatum ad superandum matrimonium iam contractum, tunc enim in fauorem matrimonii, etiam post publicationem, admittuntur testes ad probandum contrarium ob maximum periculum, quod est in separando matrimonio legitimè contracto capitul. licèt ex quadam, in fin de test. hic verò, & in c. iurauit, loquitur probato impedimẽto circa sponsalia de futuro, quo casu nullum subest periculum si non trahant, ideò debet seruari regula ordinaria de non examinando post publicationem Sed hæc nõ omninò placet Host. & Abba. qui in d. cap. iurauit deducit, eandẽ interdum esse in sponsationem, quę est in matrimonio Vnde inquit, quod vbicunque in causa matrimoniali, siue agatur occasione sponsalium, siue matrimonij sententia transit in rem iudicatam, vbi obstabit publicatio attestationum. Si verò talis sẽtentia non transit in rẽ indicatam, tunc nec publicatio attestationum impediet nouas probationes. Sed quando est, quod sẽtentia in causa matrimoniali transit in rem iudicatam? Resp. vbicumque vitium sententiæ est per partes, contra quas fertur remissibile: vbicunque verò tale vitium non est per partes remissibile, nunc non transit: id autem accidit vbicunque veritate non manifesta imminet peccatum. Hoc igitur casu nũquã afficit publicatio, nec habebit locum quod hic dicitur, & in dict. cap. iurauit vbi Abb. clare exemplificat omnia supradicta In casibus tamen, in quibus non obstabit huiusmodi publicatio examini faciendo super)iisdem, vel directo contrarijs non debet iudex admittere nouas probationes, nisi cum aliqua causæ cognitione Ad euitandam igitur testium subornationem examinabit, quare prius non produxit testes, quos intendit nunc producere, & quales sint: & si viderit legitimam causam admitte, & non alias & ita etiam accidit in d. cap. series, vbi subsistat legitima causa producendi de nouo: & ita Abbas in d. capite iurauit.

ALOYSIVS RICCIVS. Nota ex hoc § quod si nõ possit probari impedimentum, non impeditur matrimonium quia dum consanguinitas est probanda in certo gradu testes debent deponere de gradu: & de stipite distinguendo gradus ex vtroque latere, vel saltem distinguendo personas aliquas in gradibus, aliter enim nõ valeret depositio glos. in ca. quoties, de testibus, & nonnulli alij quos ego allego in decis. 263 num. 3 Itaque si plures testes deponerent de auditu adesse nempè inter coniuges impedimentum, & vnus solum deponeret cum iuramento, reddens causam scientiæ impediretur matrimonium etiam in foro exteriori cum tamen relinquatur hoc arbitrio ordinarii quando constet impedimentum ex textium depositionibus ideò debet ipse iudex Ecclesiasticus hoc inquirere, & interim, expressè interdicat matrimonium donec probetur impedimentũ seu capiatur informatio super dicto impedimento, & si de illo non cõstet ordinet Parrocho vt matrimonium cõtrahere faciat, & ita seruatur in praxi, de qua materia tractant citati authores.

DE DIVORTIIS.

Io. Bap. HÆc materia de diuortijs continuatur per gloss. rubr. vt hic habetur: titul. autem iste diuiditur in 2 partes, in quarum prima tractatur de materia proposita: in secunda de secundis nuptiis: secunda ibi, illud quoque prima pars rursus subdiuiditur: in secundâ, particul. in prima adnotat quid significat diuortium: in secunda ponitur circa ipsum regula cũ amplia. & limita. secunda ibi, sciendum est.

a ¶ De diuortiis.] Quia ex accusatione, matrimoniorum deuenitur ad diuortia, & repudia, congruè post titulum præcedentem, & in calce huius tractatus propositur de diuortiis & sic de materia, quæ concernit nouissima matrimonii excepta morte.

DE DIVORTIIS,[a]

TIT. XVI.

Diuortium est dissolutio matrimonii: & separatio thori potest appellari diuortium h.d.

DIuortium est dissolutio matrimonii, quæ vtroque viuente,[b] coniuge contingit,[c] Sed & simplicem thori separationẽ diuortium non malè[d] appellamus.

Io. Bap. DIuortium. CASVS. non figuratur, nota tamen separationem matrimonii non esse vnicam, sed plures, & diuersas.

b ¶ Viuente.] Quia si per mortem dissoluatur matrimonium, non est diuortium. Et differt diuortium à *Diuortium repudium.* repudio, quod hoc respectu matrimonii iam contracti illud respectu sponsalium. ff de verb. signi. lib. inter stuprum, § diuortium sed tamen sæpè his vocabulis permiscuè vtimur: vt not. 32 quæstione 7 cap. 1

c ¶ Contingit.] Vt perpetuo daret, cap. diuortium de pœnis, distinction. 1

d ¶ Non malè.] Vt 32 quæst. 7 capitul. inter veniente, & per Abb. in rubr. eod. & separatio thori alia est perpetua, alia temporalis vt not. in dict. capitul. interueniente.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius tituli ornamento sciendum est primo quid sit diuortium: secundò vnde dicatur tertiò, qualiter differat à repudio: quarto, ex quibus causis fiat diuortium: quinto possit ne fieri diuortium propria authoritate sine decreto iudicis.

Et, quo ad primum diuortium est legitima separatio mariti, & vxoris, quo ad mutuam cohabitionem, vt habetur in Conc. Trident. sess. 24 Can. 7 & 8 vbi de fide determinatur diuortium esse mariti, & vxoris separationem legitimam (id est non sine lege, & ratione facta) quoad mutuam cohabitionem, vt ex dicendis infr. magis apparebit.

Quo ad secundum, diuortium dicitur à diuersitate mentium, quia in diuersas partes, seu voluntates eunt, qui matrimonium distrahunt, vt habetur per Molsesc. tom. 1. ad Consuet. Neap. part. 6 quæstione 5 & licèt de iure Ciuili, ex diuortio separabatur, & dissoluebatur matrimonium, etiam quo ad vinculum, & licitum erat vxori, post factum diuortium, alium ducere virum, & è contra licebat viro aliam ducere vxorem & hanc eandem separationem permisit: Deus dispensando lege naturali in lege veteris testamenti Hebræis ob duritiam cordis illius populi, vel ad maiora mala euitanda, vel conniuendo fragilitati, ac duritiæ cordis illius populi dispensauit inquam, permissum esse tale repudium inter coniuges, vt loco cit. habetur, & Sanchez lib. 10 disput. primo.

Verum post legem Euangelicam, non solum inter Christianos non est permissum hoc repudium, & solũ fit separatio, quo ad mutuam cohabitionem, quæ separatio thori dici solet, vt in Conc. Trident. sess. 24 Canon. 7 & 8 sed nec etiam ipsis Iudæis, nec alijs infidelibus, permittitur tale repudium, quoad solutionem vinculi matrimonii Nam Christus Dominus Mat. cap. 19 hoc reprobauit & reduxit ad statum legis naturalis, in qua matrimonium erat indissolubile, vt Matth. dict. cap. 19

Quo ad tertium licèt multoties confundantur diuortium, & repudium, & pro eodem ponantur, ex quo diuortium dicitur, quia distrahentes matrimoniũ in diuersas tendunt partes, & sic à discedendo seu diuertendo dictum est, dum coniuges recedunt, vera via matrimonii, & à coniugio discedunt Repudium, vero dicatur, quia vir à se reiicit vxorem, ob rem aliquam pudendam Nihilominus diuortium propriè cadit inter virum, & vxorem, post sequutam carnalem copulam. Repudium vero etiam inter sponsos locum habet, vt repudiari possit sponsus, vel sponsa, ex legitima causa, & sic dissoluuntur sponsalia vt in locis citatis habetur.

Quo ad quartum primo fit diuortium ob sæuitiam viri dummodo tanta sit vt absque graui periculo damni, non possit vxor cum illo habitare, secus si modica esset correctio, & castigatio, capitul. literis, de restitut. spoliat. & nos latissimè diximus in praxi matrimoniali decis. 235 & dum non est grauis, excedit tamen finesmodestæ castigationis satis est vxori secura cautio, vt á viro bene tractetur in posterum, vt loco citato diximus & sic si separatio fit ob sæuitiam viri, dos est restituẽda, & iura dotalia vxori, vt extra domum viri ex illis bonis ali possit, secus si ob sæuitiam vxoris separaretur quia tunc ad summum vxor consequitur alimenta necessaria pro substentatione vitæ, non autem repetit dotem, nec iura dotalia.

Insuper in sæuitia comprehenditur etiam causa insidiarum, vt si maritus insidiatus est vitæ vxoris, & non esset cautum mulieri per idoneam cautionem: fit enim tunc diuortium & restituitur vxori, dos vna cum iuribus dotalibus, vt loco citato dictum vbi inter alios citaui Sanchez d. lib. 10 disput 18.

Secundo, vbi latissimè materiam istam petractat, separatur matrimonium quo ad thorum ob adulterium alterius coniugis tam vxoris, quam viri, vt probat. Molsesc. tom. 1 ad consuet Neapol. parte 6 quæst. quinta, vbi dicit quod in foro exteriori non solet fieri diuortium ob solum adulterium viri, nisi ille secum retineat adulteram, tanquam concubinam: tunc enim separari solet, morte vxoris, vel ex insidiis concubinæ, vel eiusdem mariti: solent enim mariti vitæ vxoris insidiari propter amorem concubinæ, & ob hoc periculum sæpe fit separatio matrimonii, & satis est vt de iure permissum sit vxori diuortium ob adulterium viri capitul. significasti, capitul. ex literis, capitul. gaudemus de diuort. & ego ipse in praxi matrimonium decision. 230 quod si adulteria viri notoria forent vxor posset authoritate propria, & absque iudicio Ecclesiæ à viro suo diuertere, & è contra, quæst. 1 innocens non acquirit hoc ius per iudicis sententiam, sed ex ipsa natura contractus, & consequenter ex dispositione iuris D. Thom.

in 4 dist. 35 art. 3 D. Anton. in summ. parte tertia, capitul. 5 post alios Couar. parte desponsi. capitul. 7 § 5.

Illud pro dictis, & dicendis aduertendum est, quod si diuortium fiat culpa viri filij educandi sunt pœnes vxorem innocentem expensis viri, quia dos restituitur vxori ex dispositione iuris ob culpam, & delictum viri, & sic fructus sunt vxoris, & alimenta filiorum soluenda sunt de bonis viri, sic è contra sunt educandi filij pœnes patrem expensis vxoris, quando culpa vxoris sit diuortium, vt post alios probat Molfes. in consuet. Neapol. tom. 1 parte sexta, quæst. 5.

Immò si per adulterium vxoris fit diuortium mulier admitti dotem: & applicatur viro tam de iure ciuili l. consensu, § 1 C. de repudijs, quam de iure can. capitul. plerumque de donat. inter virũ & vxorẽ.

Vt autem fiat separatio matrimonij ob adulterium alterius coniugis, probari debet tale adulterium ad minus per confessionem eiusdem coniugis adulteri, capitul. intelleximus vbi Abb. numer. 3 & 4 de adulter. Gloss. Couarr. & alij, quod ego probaui in d. praxi. matrimoniali decis. 238.

Limitatur autem plurib. modis, & primò, si vterque coniux in adulterium incidat D. Thom. lect. 2 ad capitul. 7 prunæ Chorint. quod procedit etiam si adulterium vnius coniugis esset publicum, & alterum esset occultum, quia in foro conscientiæ satis est, vt vterque coniux lapsus sit in adulterium, vt post alios, quos probat Sanchez d. lib. 10 disp. 6.

Secundò, limitatur quando vnus coniux fuit in causa, vt alter committeret adult. vt si vir poterit vxorẽ suam vel eam impedire valens, & neglexerit impedire cap. discretionem de eo qui cognouit consang. vxor. suæ cum aliis cumulatis per Sanchez d. l. 10 disp. 50.

Tertiò limitatur quando violenter adulterium sit commissum, vt quia vxor violenter fuerit cognita, quia hoc adulterium caret culpa, cap. ita ne, & cap. præposito 32 quæst. 5.

Limitatur quartò, in adulterio materiali, seu absque peccato siquidem adulterium formale, dicitur quoties coniux scienter, & volens violat thorum coniugalem, quamuis per vim id faciat, materiale verò adulterium est quod committitur, absque peccato, vt si alter sub mariti specie latenter se commiscuit cum vxore alterius, quæ admisit illum bona fide, credens esse virum suum: sicuti Iacob bona fide commixtus est Liæ, quam putauit Rachelem Genes. 29 & ad probandam talem bonam fidem, sufficit eius iuramentum habito respectu ad eius honestatem, & alias probabiles coniecturas, vt probat Sanchez d. disput. 9 & similiter ad hanc limitationem reducitur, si mulier probabiliter crediderit priorem virum decessisse, & nupsit alteri, si enim prius vir superueniat, non potest ab ea recedere tanquam adultera, sed cogitur illam recipere c. cum vir bellicam 34 q. 2 l. vxor. C. de repudiis.

Tertiò fit diuortium ob hæresim alterius coniugis si nempè ex illa cohabitatione esset periculum incidendi in eandem hæresim coniugi fideli, & idè de Apostasia a fide si vnus coniugum fidem abnegasset, & transisset ad sectam Turcharum cap. idololatria 28 qu. 1 & per Sanchez lib. 10 disput. 15 cum seq. & sic fidelis coniux potest ad religionem transire, vel si masculus sit, etiam ordines sacros assumere, vt latissimè prosequitur Sanchez d. disput. 15.

Quartò, sit per furorem alterius coniugis, vt si periculum sit coniugi sano, habitare cum alio furioso. Et idem est si maritus ita inebriari solebat, vt ebrietas tendat in periculum vitæ vxoris, vt post alios probat Molfes. dict. tom. 1 ad consuet. Neapol. part. 6. q. 5.

Quintò, ob vitium Sodomiæ, si nempè maritus tentauerit vxorem ad vitium nefandum capitul. flagida, capitul. non solum 32 quæst. 7 & ego in praxi matrimoniali decision. 237. Non tamen sufficit solus conquestus vxoris se tentatam, fuisse à viro suo de vitiæ nefando, quia esset testis in facto proprio, & consequenter fidem non faceret. Grat. decision. 28 Farinac. decis. 178 & sit simul cum conquæstione vxoris, requiritur aliquid aliud indicium, vt si solitus sit maritus cum aliis tale vitium committere, vt citati Authores, prosequuntur.

Sextò, fit diuortium ob lenocinium, viri, vt si esset leno vxoris, vel vires procaces in domum suam induceret, qui vxorem sollicitarent, ad turpia, & maritus rogatus ab vxore nollet desistere, & idem esset, si vxor non posset habitare cum viro, nisi cum peccato mortali, vt post alios notat Molfes. d. tom. 1 ad consuet. Neapol. par. 6 quæst. 5 & Reginal. d. l. 31 n. 318

Sunt etiam nonnullæ aliæ causæ legitimæ ad diuortium, puta si vnus coniugum sit Æticus, vt vulgò dicitur ptisicus latinè tabidus marcio guasto, aut vel intollerabiliter, alitus fœtet Borgnin. in decision. 18 & dixi in d. praxi. matrim. decis. 236. Item propter morbum gallicum. Item ob maleficium, impediens copulam coniugalem sic enim post factas orationes confessiones, ac alia spiritualia præsidia, vt remoueantur sortilegia, incantationes, ac fascinationes, & adhuc maneat maleficium fiet diuortium, vt locis citatis habetur.

Idem esset si maritus odio capitali prosequatur vxorem: quia vxor non diceretur posse habitare cum viro salua in columitate vitæ, & sic fiet diuortium. Abb. in cap. si qua num. 4 de diuort. Paris. & alij, vt per Caualcan. decis. 18. etiam si mulier dederit causam, vt incideret in odium viri ob eius culpam Gloss. in cap. de benedict. 33. q. 2 & nonnullos alios, quos cumulauimus, in dict. decis. 335.

Quo ad quintum si adulterium esset manifestum, tunc propria authoritate licebit alteri coniugi diuortium facere, vt patet ex dictis supra procedit etiam in notorio facti permanentis, quod nulla potest tergiuersatione celari, Innoc. in capit. significasti num. 4 de diuort. & cum alijs cumulatis, per Sanchez d. lib. 19 disp. 22 nu. 10 & seq. vt quando adessent filij mariti post contractum matrimonium, & non sunt ex sua vxore gloss. in cap. pen. in verb. filium de adulterijs cum alijs innumeris cumulatis per Sanchez d. disp. 12 num. 13.

Si verò esset fœuitia furor, & sic de alijs iustis causis recedendi ab alio coniuge, & periculum esset in mora, ex aditione iudicis: & tunc authoritate propria potest alter coniux ab alio discedere, vt latissimè post alios sequitur Sanchez lib. disp. 18 Reginald. dict. lib. 31 num. 316.

Sciendum est.] Hæc pars subdiuiditur adhuc in 2 partes, in prima ad not. prædict. regula. de diuortio quoad matrimonium simpliciter: in secunda, vero adnotatur eadem regula quoad possessionem eiusdẽ ibi, ergo quoad primum licet pars ista posset adhuc in plures diuidi particul. CASVS. tamen in ea ita meo iudicio in communi figurari commodè potest: Videntes superiores, quod laici diuersa ratione moti diuersimodè nuptias iam contractas separabant aliquando enim id faciebant intuitu ingressus religionis: aliquando ratione disparitatis cultus diuini: aliquando ob impotentiam coeundi: aliquando ob fornicationem carnal. vel spiritual. aliquando ratione mutui consensus, seu dissensus: & aliquando sub prætextu longæ peregrinationis, qua de re dubitauerunt an id esset de iure permittendum: matrimonium enim cum sit indiuiduum, vt eius definitio demonstrat supra de sacrament. matrim. in princip. & text. in Genes. per illa verb. quos Deus coniunxit, & capitul. videtur, propterea id esse prohibendum, confirmatur hæc ratio per regul. quod contractus post factum sunt necessarij l. sicut, C. de actio. & obligat. & per regul. quod semel placuit de *Io. Bap.*

regul. iur. in 6 in oppositum verò facit capit. 1 extra de reg. iur. & l. nihil tam naturale, ff eo. secundò maius vinculum magis operatur, argum. capitul. 3 de iureiur. tertiò si matrim. esset omninò indiuiduum, aliquando alter coniunx. consentiret in delicto, cum non posset adulteram dimittere, quod esset inconueniens, vt de se patet vnde meritò sol. vt in hac part. legimus, & ratio est, quia cum ex facto ius oriatur l. si ex plagijs: § in cliuo, ff. ad l. aquil. ex diuersa qualitate fact. diuersum quoque debet dari ius: qua de re non puto necessarium ad obiecta aliter respondere, siquidem ob casuum diuersitatem sine controuersia aliquando omnes rationes pro vtraque parte adductæ verificantur Not. 1 matrimonium more iurist. regulariter esse indiuiduum, quia vt ex hac parte constat aliquando dissoluitur. Not. 2 quod cũ marr. aliquando dissoluatur ad similitudinem sponsalium, dissoluitur aliquando ipso iure, & aliquando facto hominis: Not. tertiò, quod diuortium in hac part. text. permissum ad tria capitul. reducitur aliquando enim matrimonium dissoluitur quo ad essentiam eius: aliquando quoad thorum, vel habitationem, & aliquando declaratur nullum, quod putatiuè erat validum.

Matrimonium regulariter dissolui non potest. h. d.

Sciendum est igitur legitimè contractum matrimonium dissolui non posse, quippe à Deo coniuncti ab homine separari nec debent, nec valent. [a]

Matrimonium soluitur per religionis ingressum, non soluta copula. h. d.

Si tamen alter coniugum, qui per verba contraxit de præsenti, copula non secuta, [b] sese ad obseruantiam regularem voluerit astringere, poterit id, altero etiam inconsulto efficere, & ei, qui in sæculo remanere voluerit, alteri se iungere permittendum erit.

Falsa causa non vitiat digressum religionis. hoc dicit.

Nec causari poterit religionem ingressus, de falsa [c] ad id causa inductum, puta quod coniugem lepra percussam crediderit, & ob id eius abominatus complexus fuerit, cum & sine [d] causa, id ipsum facere potuerit.

Dicenti se velle ingredi religionem est certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad vxorem redeat. h. d.

Ei autem, qui se ad religionem transire velle dicitat, certum est præfigendum tempus, [e] intra quod [f] legitimè caueat, [g] quod aut ad religionem se transferet, [h] vel redibit ad coniugem.

Reddit rationem, cur non sequuta copula per religionis ingressum matrim. dissoluitur. h. d.

capitul. ex parte? Respond. quidam quod falsa causa non vitiat in spiritualibus, sicut nec dolus: sed hæc non bona, cum sit contra dictum, capitul. ex parte. Vnde alij melius quod falsa causa non fuit expressa, sed in mente retenta. facit l. si repetendi Cod. de condict. ob caus. Vel dic tertiò quod hic, & in dicto. capitul. ex part. de conuers. coniung. vnde sumitur, causa falsa erat potius impulsiua, quam finalis, finalis enim credi debet, vt quis seruiat Deo, ideoque ingrediatur religionem, cessante igitur causa impulsiua, non cessat votum, & dispositio facit l. 1 § sexum, ff de postulation. & § affinitatis. institution. de nupt. & quæ not. Innocent. in cap. in præsentia. de renunciatio. d § Cum, & sine.

a ¶ Nec valent.] Cap. quos Deus 33 quæst. 2 & l. eius, & l. nihil, ff de reg. iur.

b ¶ Non sequuta.] Nam si copula sequuta fuisset etiam. & de consensu vxoris non posset ingredi. capitul. ex part. 1 de conuers. coniug. De quo tamen dic, vt capitul. cum sis, & in capit. ad Apostolicam, & capitul. exoratus, eo. titul. de conuersio. coniug.

c ¶ Falsa, &c.] sic dicimus falsam causam non vitiare, legatum, l. 2 Cod. de falsa causa adie. & l. falsa, ff de cond. & demonstr. Facit quod mendacium se obligantis obligationem non impedit capitul. veniens de conuer. coniu. l. 1 & l. si rem alienam, ff de pignor. actio. Item non vitiat dispensationem, capitul. quia circa, & ibi Abb. de consanguinit. & affinit. & facit pro hac litera l. vnic. in princip. Cod. de rei vxor. actione. sed contra capitul. ex parte Astensis, de concess. præbend. nam vbicumque quis potest agere actum vno iure, si explicat alio iure incompetenti, non valet actus, cum in pendentibus à voluntate magis consideretur opinio, quam veritas, dict. capitul. ex part. de conuers. coniung. vnde sumitur, causa falsa erat potius impulsiua, quam finalis, finalis enim credi debet, vt quis seruiat Deo, ideoque ingrediatur religionem, cessante igitur causa impulsiua, non cessat votum, & dispositio facit l. 1 § sexum, ff de postulation. & § affinitatis. institution. de nupt. & quæ not. Innocent. in cap. in præsentia. de renunciatio. d § Cum, & sine.] Fac. l. vnic. in princip. Cap. de rei vxor. act.

e ¶ Tempus.] Quod à iure taxatur duorum mensium, capit. ex publico, vnde sumitur de conuersio. coniug. Sed dicas, quod illud remittendum est arbitrio iudicis, vt ibidem latè per glos. & Abb. licet iudex à dicto termino, non debeat temerè, & sine causa recedere.

f ¶ Infra quod.] Videtur ergo quod lapso tempore non possit is, cui est præfixum tempus, amplius intrare religionem. Sed contrarium est, verius: quia semper licebit ingredi ante sequutam copulam: vt nota in capit. ex publico. de conuer. coniug. & iste terminus datur non solum ad ingrediendum monasterium, sed etiam ad profitendum, vt ibidem per Abb. alias non esset sufficienter prouisum sponso, cum non possit ad secundas nuptias transire nisi altero professente.

g ¶ Caueat.] Datis pignoribus, & fideiussoribus, sic enim intelligitur legitima cautio l. si mandato. § final. ff mand. Vel hoc quoque iudicis arbitrio relinquetur, adeo quòd si non posset præstare aliam quam iuratoriam cautionem, deberet iudex esse contentus, capitul. per tuas, de dona inter vir. & vxor. authent. generaliter Cod. de Episcop. & cler. Abb. in capitul. ex publico. de conuers. coniung. facit cap. quanquam distinct. 24.

h ¶ Transfert.] An autem sit audiendus alter coniugum si dicat se velle seruare religionem, sed remanere in propria domo, habetur in d. cap. ex publico de conuer. coniug. & casu quo transeat. fiet hinc

Neque mirum [a] videri debet, quod post legitimum de præsenti præstitum consensum carnis non sequuta commixtione alter coniugum, etiam altero inuito ad vitam regularem transitum facere valeat: quia cùm nondum vna caro [b] effecti sint, satis probabiliter vno ad Deum transeunte, alter in sæculo remanere [c] poterit.

Per sacri ordinis, susceptionem non dissoluitur matrimonium, etiam non consummat. h. d.

Diuersum [d] statuitur, si quis posthabito canonico religionis ingressu post aliquam per verba de præsenti desponsatam sacros ordines susceperit, quanquam enim votum per sacri susceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum postea contractum, habeatur efficax: ad dissoluendum tamen prius contractum etiam non consummatum, inualidum censetur. Ideòque talium ordinum non obstante susceptione, si ad profitendam probatam religionem induci non valeat, & sponsa eius institerit, contractum matrimonium consummare, per censuram Ecclesiasticam compellendus erit.

Cultus disparitas, & creatoris contumelia sunt iusta causa dirimendi: & quod facit Papa, Deus censetur facere. h. d.

Sed & si inter infideles matrimonio contracto sequuta copula fuerit, si alter, qui in infidelitate permanserit, velit à fideli disiungi, aut non nisi cum contumelia creatoris cũ altero commorari, licebit Christiano non modo matrimonium dissoluere, sed etiam (vt supra diximus) [e] alteri se matrimonio iungere. Quibus casibus [f] cum auctoritate sedis Apostolicæ, & Romani Pontificis [g] matrimonium distrahatur, non iam humana sed potius diuina potestate coniugium dissolutum intelligitur.

Ob coeundi impotentiam dissoluitur matrimonium. h. d.

Item si quis ignarus [h] virginem in vxorẽ

a ¶ Neque mirum.] capite secundo vnde sumitur, de conuers. coniuga.

b ¶ Vna caro.] Not. vnum effectũ sequutæ copulæ: quia scilicet præcludit facultatem in monasterium ingrediendi. Alios plures effectus ponit, Abb. in c. 2 de conu. coniug. sed quid si hæc copula fuit violenta? puta sponsus violenter cognouit sponsam, an possit ingredi monasterium inuito sponso quidam vt Bart. Brix. hoc tenuerunt ne delinquens sit melioris conditionis quam sapiens: arg. ca. cum qui, de præb. in 6. Item quæ inuita fuit cognita, non videtur communicasse corpus suum, 32. quæst. 5 § 1 cum cap. seq. Alij contra. Vide per Ioan. And. in c. ca quæ contra de reg. iur. in 6 in Mercur. p Bal. & Moder. in cap. penult. de probat. & per Abb. remissiuè in d. capitul.

c ¶ Remanere.] Et cũ alia contrahere cap. ex publico de conuer. infid. Et dicunt quidam quod nihilominus remanet vinculum prioris matrimonij, sed prorsus inefficax propter ingressum, alij quod penitus soluitur propter matrimon. & hoc est receptius: vt plenè no. in capitul. 2 de conuer. coniu.

d ¶ Diuersum.] in c. sumitur hic, § ex extraiug. tom. 22 quæ incip. Antiquæ vbi copiosè scribitur per Glo. super ratione diuersitatis. Licet autem matrimonium non soluatur per susceptionem sacrorum ordinum: tamen matrimonium non impedit, quo minus character imprimatur, sed solũ ordinis exequutio: vt in dicta extrau. Antiqua, & sic est casus, in quo sacerdos, etiam apud latinos, potest habere vxorem, quod procederet etiam si matrimonium esset consummatum: quia nihilominus imprimeretur character. fac. notat. per Innocen. & Abb. in cap. placet de conuers. coniugat. & in cap. 2 eod. tit.

e ¶ Diximus.] § pen. de sponsa. § si tamen supra de triplic. cogn. § item si aliter, supra quæ matrimo. impedit. poss.

f ¶ Quibus casibus.] Respondet tacitæ obiectioni, quæ poterat fieri d. cap. quos Deus 13 quæst. 2.

g ¶ Pontificis.] Et sic nota, quod dicitur fieri auctoritate Dei quod fit auctoritate Papæ, quod est verum, si iusta causa faciet 24 quæst. 1 capitul. quodcumque, & quæstion. 3. capitul. si quis non recto iudicio, & facit capit. inter corporalia, de translat. Sed cum diuersum sit de eo, qui cum sit Christianus labitur in hæresim, vel in alium errorem gentilitatis, quia tunc non dissoluitur matrimonium, nec potest remanens in fide alteri nubere capitul. quanto, & capit. gaudemus eod. & § item si alter supra quæ matrimon. imp. Quæritur an Papa, & Ecclesia possit hodie constituere, vt altero fidelium in hæresim labente, possit fidelis ad alia vota transire? Hostens. quod sic exemplo infidelium, inter quos etiam est verum matrimonium, capit. de infidelibus de consanguin. & affinit. eodem modo videtur, quod possit statuere inter fideles. Nam ratificatio matrimonij, quæ est inter fideles causatur ex sacramento Baptismi d. capit. quanto: ergo potest Ecclesia aliter statuere, sed de hoc valde dubitat. Abb. in capit. ex parte secunda de conuer. coniung. vide ibi per eum.

h ¶ Ignarus.] Videtur ergo inuenire hæc litera, quod impedimentum dirimens matrimonium debeat subesse tempore contracti matrimonij. Sed si tale impedimentum accideret post contractum matrimonium, licet nondum consummatum: non tribueret

duxerit, quæ adeo arcta sit, vt mulier fieri [a] non possit, vel simile vitium à natura [b] contraxit, vt ope medicorum [c] non possit adiuuari. Aut mulier virum acceperit, qui adeo frigidæ sit naturæ, vt eidem carnaliter commisceri non possit, poterunt inuicem separari: [d] & qui matrimonio aptus erit ad secundas nuptias liberè transitum facere.

Putativa impotentia coeundi non dissoluit coniugium, h. d.

Si quis tamen coeundi impotentiam causatus post separationem aliam acceperit, aut ea quæ arcta putabatur, aliquam inuenerit, qui sibi seras referaret, vtroque casu post peractam pœnitentiam, ad priora coniugia redire [e] compellendi [f] erunt.

Quam quis duxit, vel retinuit sciens copulæ non idoneam, habebit vt sororem, si non potest habere velut vxorem, h. d.

Planè si scienter quis cum ea, quæ maribus impotens est commisceri, matrimonium contraxerit, vel alterius comperta postmodum impotentia, simul morari consenserit, his casibus ecclesia [g] iudicare consuevit, vt quas viri tamquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores. [h]

Ob fornicationem carnalem, vel spiritualem non soluitur matrimonium, sed fit separatio thori, h. d.

Sæpius [i] tamen accidit, vt matrimonij

a ¶ Mulier fieri.] Id est, cognosci: nam virgo prædicatur de fœmina non cognita, mulier de cognita, licèt interdum virginis appellatione intelligamus de ea, quæ non est nupta, licèt sit impudica, institut. de publi. iudic. §. Item lex Iulia. iuncta gloss. in verbo vidua, & Poëta.

Ah virgo infelix quæ te dementia cepit.

b ¶ A natura.] Idem si ab accidenti, dummodo matrimoniũ procedat, cap. quod sedem c. consultationi, & c. ex literis, vbi not. per glos. & Doct. de frigid. & malefi.

c ¶ Ope medicorum.] De hoc die vt supr. quæ matri. imped. gl. §. item frigiditas, & in cap. ex literis, de frig. & male.

d ¶ Separari.] Et potest separationem petere etiam is, à quo impedimentum prouenit: vt per Doctor. in ca. 5 de frig. & malef. Sed intra quantum temporis separatio peti poterit? Resp. vt not. per Abb. in c. 1 & ca. laudabile de frig. & malef.

ALOYSIVS RICCIVS. Ob coeundi impotentiam dissoluitur matrimonium h. d. notat vltra ea quæ prædiximus, quod dirimitur thorus ob maleficium impediens copulam cõiugalem ob sortilegia post factas orationes confessiones, ac alia spiritualia, vt tollatur intensa debilitas genitalis, ac remoueantur fascinationes, & incantationes, c. si per sortiarias 32 q. 2. Imo si maleficium sit perpetuum, & ab initio fuit decepta Ecclesia fit totalis separatio iudicio ipsius Ecclesiæ Franc. Marc. decis. 677 part. 2 capitul. porro de diuortijs latissimè Thesaurus for. Ecclesiastic. part. 2 capitul. 24 Borguin. decis. 18 par. 2 quod remedium non solum concedatur vxori contra maritum; sed etiam marito contra vxorem duri capitis per noctantem, & liberè vagantem, & sui copiam alijs facientem, quia de his constit. vel de eius contagiosa ægritudine, vel etiam ob insupportabilem dementiam thori pariter fit separatio Rebuff. tract. de sententia prouisional. art. 3 num. 26.

e ¶ Redire.] Capitul. fraternitatis de frig. & malefic. & intellige hoc quando esset primò cognoscibilis. Nam si primus esset adeo mentulosus, & instrumentum genitale haberet ita grossum nunquam posset defforare mulierem sine periculo mortis. Secundus ob suam gracilitatem posset eam cognoscere tunc non esset restituenda primo licèt per frequentem vsum cum secundo, habitu sit apta reddita primo, ita vterque Ab. in ca. fraternitatis, de frig. & malefic.

f ¶ Compellendi erunt.) Quia cognita ab vno præsumitur cognoscibilis ab alio, secundum Doctor. in capitul. fraternitatis de frig. & malefic.

g ¶ Ecclesia.] Ergo & nos sic iudicare debemus: vt capit. in causis, de re iudic. de quo die vt habetur in capit. consultationis, de frig. & malefic. vnde sumitur.

h ¶ Vt sorores.) Id est, secum castè viuent velut cum sororibus. Nam sicut veri coniuges possunt promittere continentiam simul morando 33 quæst. 5 capit. quod Deo. Ita & isti morari simul poterunt in continentia. facit c. omnino 31 dist. vbi coniuges, cum quibus Apostolino exercebant carnale cõmercium appellantur sorores. Et not. quod cum huiusmodi impotentibus non potest cõsistere verum matrimonium. Nam definunt causæ institutionis matrimonij: nam nec ob spem sobolis, nec vt vitetur fornicatio potest stare matrimonium. Vnde si is qui contraxit cum impotente, cum alia post contrahat, tenet matrimonium cum secunda. Simile in eo, qui contraxit cum minore. Nam licèt sit obligatus ad expectandũ, capitulo de illis, de sponsa. Tamen si cum alia contrahat, tenet matrimonium, teneretur tamen primæ tribuere alimenta, & alia necessaria: vt per Abb. in ca. consultationi, de frig. & malefic. facit capit. laudabilem, eod. tit. & cap. 2 eod.

i ¶ Sæpius.] Cum dupliciter sumatur diuortium, vt sup. eo. in princ. Hucusque dixit de diuort. iuxta primam acceptionem, id est, quatenus est separatio matrimonij, nunc iuxta secundam, id est, quatenus est thori separatio, & concor. cum hoc cap. 2 cap. ex literis, eo. & cap. interueniente 32 q. 6 & quod ibi not.

remanente ſacramento, thori [a] tantùm fiat ſeparatio, [b] vt puta, ſi alter coniugum carnaliter, [c] vel ſpiritualiter fornicatus fuerit, * quibus caſibus matrimonium minimè aboletur, ſed ſibi ſunt inuicem coniuges, [d] etiam ſeparati. [e]

Pendente iudicio ſuper adulterio, non habet locum ſeparatio thori, h. d.

Sed & ſeparatio, non inſtituta ſtatim de crimine accuſatione, facienda erit: ſed probata, & peracta. [f] Interim enim pendente iudicio, coniugum alteruter, iure, quod habet in altero priuari non poterit. [g]

Facta ſeparatione thori ob fornicationem carnalem, poſt emendationem non compelluntur coniuges ſe reſumere, ſecus ſi ob ſpiritualem, niſi alter velit monaſterium ingredi, hoc dicit.

Multum autem intereſt, [h] vtrum ob carnalem, an verò ob ſpiritualem fornicationem thori ſit facta ſeparatio. Primo enim caſu maritus adulteram vxorem etiam emendatam, niſi [i] & ipſe ſimili fornicatione pollutus fuerit, recipere non compellitur: [k] ſed fornicatrix in clauſtris cum religioſis mulieribus, ad perpetuam agendam pœnitentiam erit collocanda. Secundò verò ſi fornicatus ſpiritualiter ab infidelitate reuerta-

a ¶ Thori tantum.] Contra eos, qui dicebant innocentem non eſſe ſolutum obligatione reddendi debitum: vt not. Abb. in capit. 2 eod.

b ¶ Separatio.] Quæ interdum eſt perpetua, interdum temporalis. vt not. in c. interueniente, 32. q. 7.

c ¶ Carnaliter.] Sed an ob vitium Sodomiticum poſſit fieri talis ſeparatio? Reſp. vt latè per Inno. & Abb. in c. 1 & in c. maritus de adul. & not. in cap. omnes 32 quæſt. 7.

* Fornicatus fuerit.) Limita primo, niſi coniux certus de adulterio commiſceatur adultero quia cenſetur condonaſſe, & remiſiſſe adulterium Alberic. in diction. lit. m. verb. matrim. 8 verſic. quid ſi aliquis cõiugum. Secundò niſi coniux innocens adulterum ſponte, & ſcienter retineat; quia cenſetur illi parcere, l. crimen cod. ad l. Iul. de adult. Tertio niſi familiarem ſe exhibeat adultero ludendo, ridendo, & comedendo quia eſt condonatio iniuriæ, gloſſ. § fin. inſtit. de iniur. Idem à fortiori dicendum de oſculis, & amplexibus. Quarto niſi vterque fuerit fornicatus vt ea. ſignificaſti, de diuortijs, cap. intelleximus, & cap. fi. de adult. l. viro atque vxore, ff ſolut. matrim. quia paria delicta mutua compenſatione abolentur. Quintò niſi vir vxorem proſtituerit, ca. diſcretionem de eo qui cognouit cõſang. Sextò niſi vir, adulterij cauſam dederit negando debitum coniugale ca. ſi tu abſtines 37 quæſt. 2. Sed hanc limitationem reprobat gloſſ. in d. c. ſi tu abſtines. Et nota quod ſicut vir, adulter occultus nequit adulteram publicam vxorem accuſare ad diuortium in foro conſcientiæ, Hoſtien. in ſumma de diuort. ita eam non poteſt accuſare ad dotis amiſſionem, & tenetur reſtituere, Sanchez de matrim. lib. 10 de diuort. diſput. 8 num. 30. Quam tamen alias vir innocens lucraretur, cap. plerumque de donat. inter vir. & vxor. l. conſenſu § 1 de repud. l. vnic. § taceat: cod. de rei vxor. actio. l. miles, § ſocer, ad l. Iul. de adult. limita vltimò in noſtro Galliæ Regno quoad fornicationem ſpiritualem ob hæreſim quia ibi tolerantur matrimonia Caluinianorum cum Catholicis vt aliàs dixi. SOLIER.

d ¶ Coniuges.] Quia vinculum coniugij ſemel contractum, & habitum nunquam amittitur viuentibus coniugibus 32 q. 2 cap. 2 & cap. 3. Sicut nec Baptiſma, nec ordo. 1 q. 1 c. quod quidam verſ. cum videamus; & facit hoc ad cu. an Lazarus, & alij reſuſcitati recuperent vxores, & liberos, de qua per Abb. in cap. fraternitatis, de frig. & malefic. & in locis ibi per eum, & alios allegatis.

e ¶ Separari.] Not. tamen quod ſi lata ſententia alter coniugum qui eſt innocens non poſſet continere, deberet matrimonium redintegrari ſecundum plurium opin. vt not. 32 q. 7 cap. Apoſtolus, & per Abb. & alios in cap. ex literis eod. licet quidam contra.

f ¶ Peracta.] Ideſt, finita per condemnationem. Moder. in l. tranſacta, ff de verb. ſign. Et ſic nota, quod non ſufficeret probatio, ſententia non lata, quod tenent Ala Ioan. Andr. & Abba. in cap. 2 vt lit. pend. vnde ſumitur, Ant. de Butr. & Sicul. tenent quòd & poſt cõcluſionem in cauſa: cum tunc inducatur notorium, quod ſententiæ æquiparatur, facit cap. cum olim, de verb. ſign. fac. not. in c. ſignificauerunt de teſt. & per Inn. in cap. paſtoralis, de cauſ. poſ. & prop. & not. in cap. cum dilectus de fid. inſtr. dic. vt in d. c. 2.

g ¶ Non poterit.] Sed contra ca. tenor. de re iud. & cap. veniens, de reg. vbi lite pendente inter dicitur carnale commercium. Sol. in contrarijs contractum fuit matrimonium lite pendente: Et ſic poſſeſſio non erat iure approbata, hic lis reperit coniuges in quieta poſſeſſione, ita per Abb. in cap. vt lit. pend. Item contra d. cap. libertas de reſt. ſpol. & in cap. inquiſitioni, de ſentent. excom. Sol. hic in iudice, in contrarijs in parte: vt per Abb. in d. c. 2.

h ¶ Intereſt.] Habes hic vnam differentiam inter ſpiritualem, & carnalem fornicationem, de alijs vide per Ant. de Butr. in c. fi. de conuerſ. coniug. fac. c. propoſito, & quod ibi not. 27 q. 1.

i ¶ Niſi.] Paria enim delicta mutua compenſatione tolluntur, 32 q. 6 c. nihil c. pen. & c. fin. vbi latè traditur, de adult. l. viro, ff ſol. mat. cum allegatis in cap. ſignificaſti, eod. Et amplia hoc etiam ſit delicta eſſent differentis qualitatis: puta quod adulterium vxoris eſſet notorium, & viri eſſet occultum Abb. in d. c. ſignificaſti: Hoc tamen non procedit quoad vindictam publicam: vt per Abb. in cap. 1 de iniur. & per eundem in cap. cum olim in fi. de reſt. ſpolia.

k ¶ non Compellitur.] Etiam ſi ei occaſionem adulterium committendi maritus dediſſet. c. ex literis, eod. Nec enim prætextu paupertatis, vel alterius incommodi turpiter agere debuit, l. palam, § non eſt, ff de rit. nupt. Immo potius habuit omnia mala. pati. 32 q. 1 cap. ita ne, niſi maritus fuiſſet cauſa immediata: puta,

quia duxerit eam ad committendum adulterium, & præceperit: vt per Abb. in cap. significasti, eo. & per eundem in cap. discretionem, de eo qui cogno. consang. vxor. suæ. Et ampliatio supra dicta alio modo, vt procedant etiam si adulterium esset commissum in figura matrimonij, cap. constitutus de conuers. coniug.

a ¶ Cogetur.] An autem sedes Apostolica possit hoc immutare, dando licentiam quod is, qui remansit in fide, possit ad alia vota conuolare per Ab. & alios, in c. ex parte 2 de conuer. coniug.

b ¶ Resumere.] Cap. quanto, & cap. gaudemus, eod. Sed quæ est diuersitatis ratio inter carnalem, & spiritualem fornicationem? Resp. vt not. supra quæ. matri. impe. pos. § nec refert. Vel dic, quod spiritualis fornicatio per regressum ad gremium ecclesiæ penitus abolebitur; sed fornicatio carnalis nullo pacto potest aboleri semel commissa. l. 1 C. de rapt. virg. & 32 q. 5 cap. si Paulus, l. in bello. § factæ. ff de cap. & postli. reuer.

c ¶ Nolente viro.] Cap. fin. de conuer. coniug.

d ¶ His exceptis.] Huius § materia solet reputari valde intricata pro cuius elucidatione, vide latè per Abb. in cap. 1 de conuers. coniug. & per eundem in c. tua nos 2 de iureiur.

e ¶ Ad sacros.) Sed numquid ad minores? Et videtur argu. l. cum prætor, ff de iud. & dist. 25. c. qualis. Contrarium videtur verius, cũ coniugati promoueri nõ debeant è diuersis fallacis, de cler. coniug. & promoti sunt priuandi beneficijs, vt cap. 1. eod. tit. c. fin. de temp. ord. vbi ponitur pœna ordinantis coniugatum. Sed quid si inuita, vel ignorante vxore fuit promotus ad sacros ordines, numquid illa defuncta contineri teneatur? Goff. quod non. Host. Ioan. And. Abb. & magis communiter contra, in tantum quod si iterum nuberet, non teneret matrimonium: arg. contra in c. placet de conuers. coniug. & in § seq. Sol. vt per Abb. in d. c. placet.

f ¶ Incontinentiæ.) Sed quid si non sit suspecta incontinentiæ: sed de alijs malis moribus? Puta quod fiet incantatrix, malefica, aut vsuraria, numquid hoc casu maritus possit ingredi religionem, vxore vouente continentiam? Ioan. And. negat, licet fateatur tenere ingressum, si contra fiat, vt per Abbat. in c. ad Apostolicam, de conuers. coniugat.

g ¶ Licentia.] Et sic nota, quod non sufficit sola licentia nisi concurrat, & votum continentiæ c. 1 & c. cũsis & cap. ad Apostolicam de conuer. coniuga. Sed contra videtur cap. Agathosa. 27 qu. 2. Sol. secundum Innoc. quod id, quod hic dicitur fallit in casu illius canonis scilicet quãdo vxor commisit adulterium, tunc enim cum maritus solutus sit à seruitute vxoris, quæ non potest debitum exigere, liberè potest ingredi religionem, sequitur Abb. in dicto capit. cum sis.

h ¶ Professionem fecerit.] cap. accedens, de conuers. coniug. An autem iste, qui non seruatis seruandis professus est, possit egredi propria auctoritate, vide per Doctor. in d. cap. accedens, in c. quidam eod. tit.

i ¶ Fornicata.] Cap. veniens de conuersione coniugatorum.

K ¶ Absoluerint.] Cap. dudum, de conuer. coniug. quo casu si se redintegrauerint, maximè propria auctoritate, proles nata est illegitima: vt not. in cap. ministri, distinct. 81 & per Innoc. in capit. dudum, de conuers. coniug. & per Abb. in c. tua nos, 2 de iureiurando.

l ¶ Coactus.] Nota quod quoad quid vxor habet in potestate maritum, cum habeat maiorem potestatem corporis mariti, quam ipsemet, cap. non debet de consang. & affin. & sic vxor non est simpliciter in potestate viri, ad hoc l. si vxorem, C. de cond. insert. vbi not. Plus tamen obligatur vxor marito, quam contra, cum respectu seruitiorum sit quam famula mariti, 33 q. 5 c. hæc imago, & c. mulierem, & per Abb. & alios in cap. 3 de conuers. coniug.

m ¶ Teneri.) Scilicet taliter, vt possit ab ecclesia compelli secundum quosdam, peccat tamen ipse si non perficit quod nouit, ex quo impedimentum cessauit, argum. 17 q. 1 cap. nos nouimus. Sed Abb. contra, quod immo nullo modo peccat: quia tale votum respectu ingressus monasterij fuit nullum, cum tunc non habere consensum habilem ad se obligandum, & venire contra factum

tur, cogetur [a] quæ in fide remansit, illum resumere, [b] nisi & ipsa ad religionem transitum facere voluerit, quod etiam nolente viro [c] ad fidem reuerso, exequi liberè poterit.

Regulariter vxor, & vir non possunt disiungi, vt alter sumat sacros; ordines, aut monasterium ingrediatur fallit hoc in casibus præcedentibus, & sequentibus, h. d.

His exceptis [d] casibus alter coniugum, altera in sæculo remanente, nec ad sacros [e] ordines, nec ad regularem suscipiendus est obseruantiam: nisi fortè remanens eius sit ætatis, vt sine suspicione incontinentiæ [f] valeat in sæculo remanere: aut ipsam continentiam vouere voluerit. Alioqui quanquam de vxoris licentia [g] monasterium quis ingressus fuerit, & professionem fecerit, [h] non vxor ad continentiam cogi, sed vir ad vxoris thorum euocari poterit: nisi post coniugij ingressum fornicata [i] fuerit: aut se inuicem continentiam promittendo absoluerint. [k]

Qui inuita vxore ingressus est monasterium ab eadem vxore coactus, ea mortua, non cogitur rursus in monasterium reuerti, sed non poterit amplius vxorem ducere, h. d.

Quæsitum tamen est, si quis vxore inuita monasterium intrauerit, & repetitus ad eam redire coactus [l] fuerit, an eadem mortua cogendus sit ad monasterium reuerti: an verò aliam possit in vxorem ducere. Et in hac specie responsum est, votum quidem non tenuisse, & propterea ad monasterium redire minimè illum teneri. [m] Sed cùm ingrediente monasterium, debitum se non exactum

promisisse videatur, vlterius vxorem ducere non poterit [a] Cùm id vouere in sua positum voluntate [b] fuerit.

Ingressus monasterium vxore non contradicente, illa mortua non potest exire. h. d.

Quod si quis [c] sciente vxore, nec contradicente [d] vitam professus fuerit monachalem vxore post modum defuncta nec habitum: quem semel assumpsit, abijcere: nec aliquam sibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere contractum dirimendum [e] erit.

Professio facta consentiente vxore idem operatur quod ingressus. h. d.

Quod in eo, qui consentiente [f] vxore, professus fuerit, multo magis obtinebit, quamquam monasterium numquam ingressus fuerit.

Qua credens virum esse mortuum, religionem ingressa à viro educta: si vir moriatur, non cogitur reuerti ad monasterium, licet id sibi expediat h. d.

Quid statuemus [g] de ea, quæ credens maritum mortuum, habitum religionis assumpsit, an si eo reuerso, de monasterio educta fuerit, post obitum viri sit ad regularem obseruantiam compellenda? Et quidem huic consultius [h] ad salutem fuerit si ad monasterium redeat: sed si ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit. [i]

Etiam altero coniugum inuito potest quis vouere peregrinationem. h. d.

Licet autem [k] alter coniugum altero inuito religionis votũ nõ possit assumere: & viri

factum proprium licet, quando tale factum non tenuit ex defectu potestatis: vt per Abb. in ca. nostri de elect. Vnde requiritur consensus de nouo fac quòd in simil. no. in cap. proposuit, de coniu. seruo. Et est hoc quòd hic habetur mirabile secundum Abb. in ca. 3 de conuers. coniug. Scilicet quòd vbi votum impedit aliquo facto intrinseco, votum non obligat ad implendum, etiã cessante impedimento. Et fac. hoc ad q. Vtrum filiusfamil. teneatur exequi votum, postquã fuit à patria potestate liberat[a], si est tale, quod non potuit fine consensu patris emitti, de quo vide in cap. scripturæ de voto. Itẽ nota ex hac litera, quòd etiam in materia voti valeat illa regula: Si quod ago non valet, vt ago, valet vt valere potest.

a ¶ Non poterit.] Sed quid si duxerit, an tenebit matrimonium? Quidam, vt Ant. dicunt tutius esse tenere, quæ matrimonium non valeat quia licèt hoc votum videatur simplex, tamẽ quantum ad continentiam seruandam, cum fuerit determinatum ad certam religionem approbatam, videtur solemnizandum. Sed hoc non placet Abb. in cap. 3 de cõuer. coniug. quia ca. vni. de voto in 6 requirit, quod votum solemnizetur per professionem tacitam, vel expressam, & sic quod iste vouens sit effectus religiosus, quod non est in casu nostro, cum paria sunt non profiteri, vel inualidè profiteri, argu. capitul. 2 de transiat. prælat. vnde tenet valere matrimonium, quod satis admitti potest, maximè cum declaratione glo. ibi scilicet quod ipse debitũ ab vxore nõ possit exigere, licèt cogatur reddere: argu. ca. literas, de restit. spoliat. & ca. inquisitioni de sent. excom.

b ¶ Voluntate.] Vnde non poterit contra factũ proprium à se dependente amplius venire arg. not. per Abba. in cap. nostri de elect. & cap. quod semel, de reg. iur. in 6 cum ibi congestis.

c ¶ Quod si quis.] Hic versiculus sumptus est ex capit. consuluit, de conuer. coniug. secundum communẽ intellectum, vt declarat adiectio quorundã verborũ.

d ¶ Sciente, nec contradicente.] Ita communiter intelligitur tex. in capit. consuluit de conuers. coniug. licèt dentur, & duo alij intellectus, qui videntur prorsus diffinitiui.

e ¶ Dirimendum.] capite tertio & c. ex parte 1 de conuers. coniug.

f ¶ Consentiente.] Et consequenter etiam continentiam vouente, si fuit certiorata de juris communis dispositione, secundum Ab. in capitulo primo, de conuer. coniug. & not. in c. ex parte 1 vbi Abbas eod.

g ¶ Quid statuemus.] Dixit supra de altero cõiugum consentiente, item de inuito, item de sciente, & dissimulante nunc de errante: fac. c. placet de conuers. coniug.

h ¶ Consultius.] ca. placet, de conuers. cõiug. & nota quod lex consulit, vt not. in l. legis, digestis de legibus.

i ¶ Non erit.] Quia votum emissum tẽpore inhabili non obligat tẽpore habili quia paria sunt nullum, & minus efficax, capi. 2 de transiat. præl. & traditur supra § proximum in notula super verbo teneri.

K ¶ Licet autem.] Cum hæc litera sumpta *fuerit de cap. ex multa* § in tanta de voto. & vot. redempt. & vt ibi not. continet specialissimum casum, in quo vir potest emittere votum præter licentiam vxoris contra c. quod Deo 32 quæst. 5 & 27 quæst. 2 capitul. si tu abstines. Et fortè posset tentari, quod hodie non sit verũ quod hic dicitur: quia tempore, quo fuit promulgata decretalis illa. Ex multa. Terra sancta erat in potestate Christianorum, licèt multum obsideretur ab infidelibus. Vnde ad subsidiũ ferendũ in illa magna necessitate inclusit summus Pontifex, vt viri possent vouere peregrinationem ad Terram sanctam præter vxorum licentiam, vt apertissimè colligitur ex dicto § in tanta quoque necessitate, & per totam illam decretalem. Vnde ille § debet capere interpretationem à præcedentibus, & consequentibus, l. si seruus plurium & l. qui filib. ff de legata 1 & à præfationibus l. fin. ff de hæred. instit. Quæ ratio cessat hodie, cum Terra sancta absolutè sit in manibus infide-

lium; nec eo vadant Christiani gratia alicuius subsidij ferendi: sed solum ex deuotione. Vnde cessante causa, & ratione &c. cap. cum cessante, de appel. Sed hac ratione non obst. tene. quod etiam hodie habet locum quod hic dicitur, & in dicto § in tanta, & ita declarat cõsuetudo, quæ est certa legũ interpretes l. si de interpretatione cum seq. ff de legibus, & forte supradicta ratio non fuit finalis, sed impulsiua, quæ non facit cessare effectum l. ff § sexum, ff de postul.

a ¶ Præter vxorũ.] Sed an monachi præter consensum Abbat.? Dic vt traditur in cap. fi. de voto & vot. redempt.

b ¶ Et implere.] Nõ tamen vxores tenentur viros suos sequi Abb. in ca. multa de voto & in ca. de illis, de sponsa.

c ¶ Capti.] No. quod de iure canon. per captiuitatem non soluitur matrimonium, licèt aliud sit de iure ciuili, cõ cor. capitulum in præsẽtia de sponsal. vnde sumitur, & capitulum dominus, de secund. nupt. l. non sicut, ff de capt. aliud in sponsalibus capitulo de illis de sponsalibus capitul. de illis de sponsalibus.

d ¶ Certum nuncium.] Videtur ergo quod per vnum testem probari possit mors, quod satis admitti potest, quãdo non agitur de magno præiudicio alioqui quomodo sit mors probanda. dic vt per Bart. in lege si quidem. Cod. solut. matrimon & in l. 2 § si dubitetur ff quemadmodum test. ape. & per Abb. in cap. præsentia, de sponsal. & cap. quoniam frequenter § 1 in fi. vt lit. non contest. Circa quod licèt multa, & varia per Doctor. dicantur in variis locis: Abb. tamen in d. cap. in præsentia putat arbitrio iudicis remittendum, quando dicatur mors probata.

e ¶ Non poterunt.] Si tamen non bene certioratus, vel certiorata contraxerit matrimoniũ non debet propterea illico secundam dimittere, vel secundum: sed debet debitum reddere, non autem exigere; vt per Ab. in cap. dominus de secund. nupt. quod intellige vbi verisimiliter dubitat. de morte prioris.

f ¶ Diligentiam.] Nota ergo, qnòd non præsumitur quis mortuus, etiam si magna adhibita diligentia ignoretur vbi sit, & ita ampliat quod habetur in l. fi. de sacrosanct. eccl. Sed an in adhibenda hac diligentia seruandus sit tenor auth. hodie. C. de repud. resp. vt habetur per Ab. & alios in ca in præsentia de spons.

g ¶ Continere nequeant.] Nota, quod potius toleranda est periculum quod lædatur matrimonium non in figura matrimonij, quam sub specie matrimonij, fac. quod habetur in capite nuper, de bigam. & supra qui primo non poss. § aliud, vbi grauius peccant clerici, qui fornicantur in figura matrimonij, quam qui non sub tali figura fornicantur.

Ergo] Licèt hæc pars posset subdiuidi, quoniam tamen. CASVS in ea commode in communi figurari potest *Io. Bap.* propterea est animaduertendum, quod cum in causa matrimonij, nõ solũ sæpè dubitatur de proprietate eius, verum etiam, & possessione alterius coniugis vnde quæritur circa possessionem istam an obstet exceptio consanguinitatis, vel fæuitiæ alterius coniugis, vel traditionis alterius ad domum, vel alterius matrimonij altera coniuge adhuc viuente contracti, vel alterius carnaliter cognitæ mulieris, vel alicuius machinationis aduersus alterum coniugum: in quo quæsito videbatur de iure respondendum, quod cũ possessio, & proprietas nihil habeant commune li. naturaliter § nihil commune ff de acquiren possess. propterea huiusmodi exceptiones potius in petitorio quam in possessorio videbantur admittendæ, quia bona matrimonij videntur respicere, si diligenter fuerint consideratæ: ceterum Solu. vt in tot. hac, parte legimus, quia vt supra quo que i hoc titul. dicebamus ex diuersitate casuũ diuersa quoque debet oriri iuris decisio & ideo nec obiectio videtur obstare, cum in aliquo casu veritatem habeat. Not. primo arg. quod etiam in materia sacramẽtali datur iudicium possessorium & petitorium. Not. secundo, quod etiam in quasi possessione rei, s. spiritualis Eccles. requiritur animus, & corpus: Not. tertiò, quod non omnis machinatio habet vim annullandi actum cõtra quem est facta.

tamen, etiam præter vxorum [a] assensum, peregrinationis ad terram sanctam propositum vouere, & implere [b] liberè valent.

Vxor non plenè certificata de morte viri contrahere non potest quamuis continere nequeat in summa. hoc dicit.

Et quamuis illi diutissimè in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hostibus: capti [c] nuncientur, donec certum nuncium [d] de virorum morte vxores non receperint, ad aliorum coniugium conuolare non poterunt [e] quamuis vt certiorarentur magnam adhibuerint diligentiam [f], & eius ætatis sint & fragilitatis, vt cotinere nequeant, [g]

Agenti petitorio ad coniugem obstat consanguinitatis exceptio, secus si possessorio: quia antequam de exceptione cognoscatur, plenaria restitutio est facienda nisi conuentus excipiens iuret de malitia: & probationes habeat in promptu quo casu fiet restitutio quoad alia, non quoad copulam h. d.

Ergo [h] nisi legitima subsit exceptio, coniugibus temerè disiunctis, alterum alterius repetendi semper integrum ius manet [i] Erit autem legitima exceptio, cum aliquis cõsanguinitatis [K] gradus obiicitur, quo quidẽ casu, licèt si petitorio iudicio actum sit, antea de

h ¶ Ergo] Inceptiuè, & reassumptiuè.

i ¶ Ius manet.] Sed numquid istud erit verum ẽt si vir à se repulerit vxorem? Et non videtur, cum se ipsum hoc casu spoliarit: arg. 27 q. 2 cap. Agathosa, & hoc tenuit magister Ab. antiqui. Communiter contra Nec obst. quod expellens animo amittendi possessionẽ perdit eam ẽt si habeat animum recuperandi l. si quis vi. § differentia ff de acquir. possess. quia sic Host. in hoc est priuilegiata possessio, de qua agimus Vel sic Butr. hoc casu possessio est coniuncta proprietati, nõ abdicabi in nuda voluntate. Sapit ergo hæc possessio naturam proprietatis vt non perdatur saltem irreuocabiliter vt per Abbatem in capite literis, de restitutio. spol.

K ¶ Consanguinitatis.] Quod procedit ẽt si à principio opponẽs sciuisset cõsanguinitatẽ qua licet alleget

turpitudinem suam, excusatur tamen & admittitur ad hanc allegationem rõne peccati vitandi, & declinandi periculum animæ, cap. lator de re iud. cap. consanguinei, & c. tenor, & cap. præterea, de sponsal. & per Abb. in c. literas de rest. spol.

ipsa exceptione [a] cognosci debeat: si tamen possessorio quis experiatur, antequam de consanguinitate discutiatur, plenaria erit facienda restitutio: [b] nisi is, qui conuenitur, & de malitia iuret, [c] & super exceptione promptas probationes [d] offerat. Quo casu excepta carnali commixtione tantum, quoad reliqua restitutio [e] facienda erit.

Si mulier restituenda timeat sæuitiam viri, debet ab eo præstari cautio, & si ea non putetur sufficiens, dum causa plenè cognoscitur, vxor est deponèda in loco honesto, & tuto. h. d.

Præstanda tamen erit idonea cautio, [f] quod nullam restitutæ, [g] violentiam [h] vir inferet. Quòd si tanta sit viri sæuitia, aut odio tam capitali [i] vxorem prosequatur, vt trepidanti mulieri [k] sufficiens [l] securitas prouideri nequeat, vsque ad causæ decisionem alicui probæ, & honestæ mulieri studiosius custodienda committetur [m] in loco, vbi vir, vel eius coniuncti mulieri nullam possint iniuriam inferre.

ob solam traductionem mulieris ad domum nullum ius oritur impeditiuum sequentis matrimonij. h. d.

Et hæc quidem obtinent, sequuto inter viros, & mulieres matrimonio: [n] cæterùm, si nullis præcedentibus sponsalibus, vel legitimo consensu mulier ad viri domum iam traducta, postea abscedens alij fortè nubere voluerit, nulla facienda erit restitutio. [o]

Qui viuente vxore etiam ab eo separata quo ad thorum secunda conscia duxit vxorẽ, etiam prima mortua separabitur à secunda, sed cum alia contrahere poterit. h. d.

a ¶ Exceptione.] Tanquam peremptoria, vt habetur in c. 1 de ord. cogn.

b ¶ Restitutio.] cap. ex conquæstione: de rest. spo.

c ¶ Iuret.] Hoc est not. quod licet in causa matrimonij, & alijs causis spiritualibus de calumnia, siue malitia non iuretur, curatur tamen de calumnia super exceptionibus postea emergentibus, si tamen per eas alterius ius aliquo pacto impugnetur, cap. cum dilecti, de elec. c. si qui ma. accus. pos. cap. præsentium, de test. l. qui bona. § si quis stipulatus, ff de dam. infect. De quo die, vt per gl. & Abb. & Doct. in cap. literas, de rest. spoliat. vnde sumitur.

d ¶ Promptas probationes.] Id est, intra breue tempus: nec enim mora modici temporis excluditur c. exhibita, de iud. l. quod dicimus & l. ratum, ff de sol. l. si debitori. ff de iud. Nec requiritur, quod quis habeat probationes quasi in sinu: vt per Abb. in cap. literas de rest. spoliat.

e ¶ Restitutio.] Nota ergo, spoliatum restituendum, non obstante, quod reus offerat probationes incontinenti superiure suo, & licet hic non fiat restitutio ad copulam, hoc fit gratia peccatum vitandi, quo respectu, & alia specialia admittuntur. Sed contra de l. 3 § ibidem ff ad exhib. solu. ibi in possessorio adipiscendæ, hic recuperandæ, de hoc tamen latissimè per Legistas in l. naturaliter. § nihil commune, ff de acqui. possess.

f ¶ Idonea cautio.] Scilicet mediantibus pignoribus, & fideiussoribus, l. si mandato, § fin. ff mand. l. ergo. adijci. ff de fideicom. liber. Nuda verò cautio, & simplex erit interuentu stipulationis l. sancimus vbi de hoc traditur. C. de verbor. sign. Ad hoc quod not. in c. qua fronte de appel. & in c. 1 de seq. poss. & fruc. & quod no. in c. de benedictio. 33 q. 1 fac. c. literas in fin. & c. ex transmissa, de restit. spol.

g ¶ Restitutæ.] Etiam quod restituta propria culpa recesserit à viro suo: quia commisit adulterium: quia adhuc non est restituenda sine idonea cautione: vt per Abb. in c. literas, & in c. ex transmissa de rest. spol. Hæc enim cautio præstatur ex noua causa, hoc est ob sæuitiam, quæ timetur, fac. c. de benedictio. cum ibi no. 33 q. 1.

h ¶ Violentiam.] Not. hoc verbum: quia cautione non obstante poterit maritus vxorem leuiter castigare, sicut & prius poterat, iuxta ea, quæ habentur in c. quemadmodum de iureiur. Quia tunc non diceretur inferre violentiam, cum id iure permittente faciat argum. 33 q. 2 cap. placuit, & 22. q. 4 capit. qui peccat, & l. Gracchus. C. de adult.

i ¶ Capitali.] Vt quia oderit ad mortem, quam fortè aliquando fuit comminatus, de quo in c. cum oporteat de accus. in c. bonæ. 1. de elect. per Bald. in cap. veniens de iureiur. per Abb. in c. accedens, vt lit. non contest. per Legistas in l. 3 ff de testib. & in l. 3 § fin. ff de alimen. lega. in l. licet ff de arbitris.

k ¶ Mulieri.] Quid dicemus per contrarium si maritus vxorem timeat, an vxor cauebit, item quid si maritus timeat vxorem insidiantem vitæ suæ, an possit illam dimittere? Respond. affirmatiuè: vt per Ab. in c. 1 eod.

l ¶ Sufficiens.] Cautio enim salui conductus est satis fragilis, c. accedens, vbi Abb. vt lit. non contest. & c. literas de restitut. spol. & satisdatio non mutat animum maleuolum insti. de suspect. tut. § nouissimè.

m ¶ Committetur.] Nota casum, in quo libera persona quodammodo sequestra. & not. hoc ob sæuitiã: immò vxor iniustè à viro verberata debet aufugere, & petere se ali extra domum Bald. in l. 1 de legibus, & aliqui in cap. ex transmissa. de restit. spoliat.

n ¶ Matrimonio.] Et per copulam consummato, vt not. in cap. ex transmissa. de restit. spol.

o ¶ Restitutio.] Quia petens restitutionem debet probare possessionem. c. consultationibus, de iur. patr. c. olim. 3 de rest. spolia. Nec ista traductio operatur aliquam possessionem, cap. ex parte. vbi latè de restit.

Fornicationis [a] quoque repetenti obstat exceptio, thorique ob eam causam sequuta separatione, separata viuente aliam [b] vsque adeo superinducere quis prohibetur, vt si de facto duxerit, ex eaque filios suscepcerit, etiã mortua adultera eandem retinere non possit, quod ipsum, & priore vxore minimè cognita sibi locum vendicat, [c] aliam ducere minimè prohibeatur. [d]

Si mulier matrimonium contraxerit cum eo, quem ignorabat coniugatum vxore prima mortua, erit in eius potestate virum retinere. hoc dicit.

Hoc tamen de ea intelligi oportet, quam quis non ignaram aliam viuere, & fortè, [e] aliquid in mortem alterius machinatam, * in vxorem duxit: nam si qua præcedentis matrimonij penitus inscia alicui nupserit, priore mortua, nisi mulier diuortium petat, ad petitionem viri [f] non sunt separandi. [g] Nec enim sustinendum est, vt vir qui scienter in legem commisisset, de proprio dolo commodum reportet. [h]

Cum ea, quam quis vxore viuente cognouit: non sub specie matrimonij defuncta vxore potest quis contrahere, si neuter ipsorum machinatus est in mortem prædefunctæ vxoris. h. d.

Cum ea [i] autem quam quis vxore viuente non prætextu matrimonij cognouit, si nihil in perniciem olim viuentis vxoris vir, aut mulier cognita, machinati [k] fuerint, coniugis ducet. Tertium est, quando quis vxore viuente de facto contrahit cum adultera? tres isti casus colliguntur ex cap. 1 de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. de quorum intellectu, vide Sylueſt. in summa verb. matrimonium l. 8 n. 9 Nauar. in Manual. cap. 22 num. 46 Hostiens. in summa, tit. de sponsalib. n. 11 versic. item decimo, & tit. de eo qui duxit in matrim. quã polluit per adult. Rebuff. in praxi, tit. de desponsat. in grad. prohib. gloss. 5 ex num. 27. SOLIER.

a ¶ Fornicationis.] Cap. ex tuarum, de eo qui dux. in matrim. quam per adult. pol. sed an contra repetentem possit opponi exceptio excommunicat. Respond. vt per Abb. in c. inter alia. ante fin. de sent. excomm.

b ¶ Aliam.] Quæ sit conscia quod vir aliam habebat vxorem: alias non noceret ductæ, c. 1 & c. veniens de eo qui dux. in matrimon. q̃ p adul. pol. & § seq.

c ¶ Vendicat.] Vt in c. 2 de eod. qui dux. in vxor. quam per adult. pollu.

d ¶ Prohibeatur.] De hoc concludendo dicas secundum Abb. in c. 1 de eo qui duxit in matrim. quam per adult. pollu. Aut solummodo præcessit adulterium, & non impedit matrimon. sequens, vnde alio non interueniente quis potest ducere in vxorem quam polluit per adulterium, cap. significasti eod. tit. & 31 q. 1 cap. si viuente. Aut quis contraxit cum muliere, superstite propria vxore, nec ad vlteriora fuit processum; & solus contractus matrimonij non impedit matrim. contrahi, mortua vxore, multò magis si de præsenti non contraxisset, sed solum fidem dedisset, vt in cap. fin. eod. titul. Aut contractui matrimonij fuit admixtum adulterium, & tunc si contractum fuit cum ignorante: potest inter eos esse matrimonium post mortem coniugis, c. 1 eo. tit. & § seq. Quod intellige si superinducta ignorauit toto tempore ante mortem primæ vxoris. Sin autem certiorata de vita primæ vxoris permisit se cognosci ab illo viro, non potest amplius habere eum in maritum cap. fin. eod. tit.

e ¶ Fortè.] Immò hoc requiritur sine dubio, quando in matrimonio non fuit mixtum adulterium, secundum Ioann. Andr. à quo non abhorret Abbas in capitulo primo, de eo qui dux. & c. fac. cap. veniens, & capitulo significasti, & capitulo super hoc eod. titulo, & § sequen.

* Machinatam.] Tria sunt crimina ad mortem coniugis relata, quæ matrim. non solùm impediunt, contrahendũ, sed etiam dirimunt contractũ: primum est adult. cum machinatione in mortem alterius coniugis. Secundum est adulterium cum fide vel promissione, quam adulter dat adulteræ: quod eam post mortem

f ¶ Viri.] Sed bene ad petitionem vxoris, cap. de eo, qui duxerit, & c. & simile in cap. 2 de adult. Arg. quod contractus pro parte tenet, & pro parte non: fac. cap. de illis, de desponſ. impub. cum multis alleg. in d. capit. 1 licet alias vir, & vxor ad imparia iudicari non debeant. cap. tua nos de sponſ. sed hoc facit culpa viri, vt hic dicitur.

g ¶ Separandi.] Si vxor de nouo consentiat, nec enim primus ille consensus sufficeret capit. veniens vbi not. de eo. qui dux. in vxor. &c. Sufficit tamen quod iste consensus sit tacitus immò non solum non sunt separandi, immò filij de tali matrimonio legitimi sunt censendi, c. ex tenore. & c. cum inter. qui fil. sint legit. propter bonam fidem vxoris.

h ¶ Reportet.] Simile in leg. itaque sullo. ff de furt. & ca. 1 de eo. qui duxit in vxorem quam, &c.

i ¶ Cum ea] Concord. c. significasti. cap. super eo de eo, qui duxit in vxor. &c.

k ¶ Machinati.] Sed an sola machinatio sine effectu sufficiat? Et quidam admittunt, cum lex de machinatione tantum loquatur, l. prospexit ff qui, & à quibus. Tu dic contra cum verba sint intelligenda cum effectu, c. si quis viuente 31 q. 3 fac. l. 1 ff quod quisque in c. relatum de cler. non resi. c. fin. de sponſ. facit secundum Abb. ratio. Nam hoc est impedimentum iuris positiui, vnde non debet ita taxari, vt restringatur facultas contrahendi matrimonium contra dispositionem iuris diuini argum. cap. licet ex quadam de test. Sed quid si interuenit effectus mortis, sine machinatione cum proposito contrahendi cum coniuge superstite, numquid poterit cum superstite coniuge contrahi per eum qui interfecit? Respond. affirmatiuè, cap. laudabilem. de conuers. infid. Immò secundum Abb. in c. super eod. de eo qui

nec fidem de contrahendo sibi inuicem dederint, [a] contractæ postea ruptiæ, legitimæ reputandæ erunt.

Præcedens coniugum culpa non vitiat matrimonium. h. d.

Sed etsi fidem quidem sibi inuicem dederint, vel etiam de facto contraxerint, si nec ante, nec post legitima coniuge superstite carnalis intercessit copula, [b] quamuis vterque grauiter deliquerit, & propterea etiam sit imponenda pœnitentia: matrimonium tamen contractum post vxoris obitum, minimè dissoluetur.

Bonum aliquod subsequutum præcedens delictum, & eius pœnam non abluit. h. d.

Vsque adeo autem machinatio in alterius coniugum obitum adhibita inter superstites machinatores matrimonij spem excludit * vt infidelis cum Christiano communicatio cõsilio [c] eiusdem maritum de medio sustulerit, licet postea per studium superstitis vxoris ad fidem Christianam translatus fuerit: non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim huiusmodi lucro, [d] tam detestandum damnum Ecclesia [e] resarciri patitur.

Animus & propositum distinguunt maleficia. h. d.

Diuersa ratio est eorum, qui ad fidem conuersi, illorum sibi matrimonio iunxerunt vxores, quos in belli certamine [f] occiderunt eorumque, qui conuersas duxerunt, quarum infideles maritos simili modo interfecerunt: nam cum tales virorum defunctorum interitum specialiter non quæsierint [g] & matrimonium inter huiusmodi personas licitè potest contrahi, & sic coniuncti diuortium postulare nequeunt.

Punitur affectus, licet non sequatur effectus. hoc dicit.

Sed etsi machinationẽ adhibitam in necẽ coniugis effectus consequutus non fuerit, [h]

dux. quam & cap. & in cap. 1 de conuers. infidelium est putanda, & c. super eo. de vsur. & 22 q. 2 c. ne quis etiam si quis aliquem eo proposito interfecerit, vt vxorem ducat, idem erit dicendum: quia machinatio vnius tantum, sine adulterio non sufficit ad impediendum. not. in § fornicationis. supr. eo. quamquam Innoc. aliter sentiat. Et facit contra eum quod legitur de Dauide, & Bersabee, vt no. in cap. olim. 2 de offic. deleg. vbi Dauid machinatus fuit in mortem Viiæ, & tamen habuit eius vxorẽ in coniugem. Sed fortè hoc ex permissione diuina, & in figura: arg. c. gaudemus eod.

a ¶ Dederint.] Quæ tamen datio non valet; quia induxit votum captandæ mortis. Simile de promissione beneficij vacaturi, & sic de matrimonio spirituali, cap. secundo de concess. præbend.

b ¶ Copula.] Et sic not. quod non sequuto effectu affectus non punitur fac. capit. fin. de spons. & quod not. sup. in ver. machinati, & in c. fi. de eo qui duxit quam, & capit. vnde sumitur.

* Spem excludit.] Sed quid dicendum si mulier adultera, toto corde optet mortem mariti, eoque per euentum occiso, ratam habeat occisionem: si tamen nihil machinata sit in necem eius? an prohibeatur nubere adultero occidenti. Vide Simon. Maiol. de irregul. lib. 5 cap. 48 num. 5. SOLIER.

c ¶ Communicato consilio.] Secus non communicato: quia vnius tantum machinatio non sufficit, vt sup. § prox. in notula super verbo machinati.

d ¶ Lucro.] Nota ergo, quod non debet quis delictum committere propter bonum spirituale, quod inde sequitur, facit capit. quod ait. & quod ibi not. distinctione decima quarta & capit. non magno, ne cler. vel monac. & 33 q. 5 c. si dicat. & 1 q. 1 c. non est putanda, & c. super eo. de vsur. & 22 q. 2 c. ne quis arbitretur.

e ¶ Ecclesia.] Notã magnam potestatem, quam habet Eccles. potest enim ratione delicti inducere nouum impedimentum habile ad impediendum, & dirimendum matrimoniũ, postea contractum. Simile in c. fi. de eo. qui dux. in matri. & c.

f ¶ Certamine.] Putã dum certant pro patria, & sic dant operã rei licitæ: nam vsque adeo pro patria pugnare licet, vt pater in filium, filius in patrem insurgere debeat. l. minimè ff de relig. & sump. fun. & maritus in vxor. 28 q. 1 c. vxor. in fi. quod facit ad q. an filius possit occidere patrem bannitũ, stante statuto de bannitis impunè offendendis. De qua per Abb. in c. 1 de conuer. infid. post Bart. in d. l. minimè, & in l. amissione. ff de c. dim.

g ¶ Quæsierint.] Nam ad hoc, vt matrim. impediatur, duo requiruntur copulatiuè, scilicet affectus est opere subsequuto, facit l. 2 in fi. ff de condi. & dem. sed quid si ratum habuerit eos interfectos? Idem videretur: quia in maleficiis ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. leg. 1 § sed & si cum quis ff de vi, & vi arma. Communiter contra. Nam edictum de matrimonio est prohibiterium, capit. cum apud de spons. & ratihabitio non retrotrahitur nisi concurrentibus extremo à quo, & ad quod habilibus: quod non est hic, vt declarat Abb. in c. 1 de conuers. infidel.

h ¶ Non fuerit sequutus.] Punitur affectus, licet effectus non fuerit sequutus: quia licet non perfecerit, quia sufficit peruenisse ad actum propinquum: nec per eum stetisse, quin delictum perfecerit, de quo plenè per Docto. in capite primo de eodem qui mit. in p. ff. & in capite primo de præsumpt.

si insidiator alteri superuixerit, spe coniugij perpetuò destitutus, ad secundas nuptias nunquam adspirare poterit, [a] & in ijs accidit, qui incestum admiserunt, [b] sacerdotem interfecerunt, [c] & alijs pluribus casibus. [d]

Secundæ nuptiæ absque timore infamiæ intra annum luctus possunt celebrari, h. d.

Illud quoque admonendi sumus, quibus casibus secundarum nuptiarum permissa est celebratio, minimè verendum esse nupturis, ne si intra annum luctus ad secunda vota transeant, aliqua notentur infamia. [e] Cum enim secundum Apostolum [f] mulier, viro mortuo, sit ab eius lege soluta, eiusdem sententia, & auctoritate, omnis legalis infamia censetur abolita: [g] cùm in his præsertim sæculares leges non dedignentur sacros canones imitari. [h]

Ad bigamiam transiens non debent benedici, h. d.

Vir tamen & mulier ad bigamiam [i] transiens non debet à presbytero benedici: quia cùm semel benedicti [k] fuerint, huiusmodi benedictio iterari [l] non debet.

a ¶ Poterit.] Cap. primo eod.

b ¶ Admiserunt.] Cap. 1 & per tot. de eo qui cogn. consangui. Qui tamen si contrahant valet matrimonium, vt habetur in cap. transmissæ. de tit.

c ¶ Interfecerunt.] Cap. 1 de pœnit.

d ¶ Pluribus.] De quibus habes not. in cap. 2 de pœnit. An autem inter hos sint pœnitentes not. in c. hoc ipsum. 33. quæst. 1.

Illud quoque.] Casvs. Quidam laicus adeo delectabatur amore cõiugali, quod post mortem primæ vxoris volebat transire ad secundas nuptias, & cum matrimonium sit sacramentum, fuit dubitatum an posset, primò enim videbatur hoc ei esse denegandum, quia in huiusmodi nuptijs non reperitur significatum quod in primo matrimonio habetur, capitulo debitum de bigamis, & ideo dubitabatur an esset Sacramentum. Solut. tamen vt hic legimus, quia finis, & bonum matrimonij reperiuntur tam in primo quam in secundo, nec obstat obiectio, si quidem, significatum essentiale reperitur tã in primo quam in secundo, & propterea vtrumque est propriè sacram. Not. 1 quòd obligatio naturalis tollitur morte naturali, quod quidem dictum, licèt regulariter sit meo iudicio verum, posset tamen limitari ratione ciuili eid. coniuncta: Not. secundò argumentum, quod est semel talc, semper & necessariò est tale, quod intellige de qualitate necessaria, secus de contingenti.

e ¶ Infamia.] Quam ei lex ciuilis infligit, qui intra annum luctus nubit l. consensu. § si verò, C. de repud. l. liberorum. § 1 § de his qui not. infam. & per Abb. in cap. Ecclesias. Mariæ, de constit.

f ¶ Apostolum.] Not. quod dicta Apostoli sunt præferenda legibus ciuilibus. etiam in decisionibus causarum: quod satis procedit in spiritualibus faciunt not. per Doct. in capit. Ecclesias. Mariæ, de constit.

g ¶ Abolita.] Etiam in foro ciuili, ex quo per ecclesiam, & ex licentia Apostoli remissa est, argument. cap. per venerabilem, & 2 qu. 3 § hinc colligitur, & ampliabat quod hic dicitur. Ioan. And. dicens extendi ad omnes leges ciuiles, quæ ex aliqua causa prohibent matrimonium, & propterea correctum esse hodie quod disponitur C. de interdict. matrim. inter pupil. & tut. eius, & C. si rector prouinciæ, &c. quod est communiter receptum. Sed cum lege ciuili præter infamiam multæ aliæ pœnæ infligantur transeuntibus ad secundas nuptias, vt apparet ex l. 1 & ex l. 2 & in l. fœminæ. & in l. hac edictali. & l. fin. & auth. ijsdem pœnis, C. de sec. nupt. & in auth. de restitut. & ea quæ parit, & in authen. de nuptijs, § quia verò hactenus, & in lege omnem, C. ad Tertul. quæri potest, vtrum omnes hodie sint sublatæ per cap. pen. & finale de secund. nupt. vndè hic sumitur, Abb. in d. cap. fin. tenet affirmatiuam, quod quidam admiserunt, quando ex secundis nuptijs oritur incertitudo prolis. Sed Bartol. in l. prima, C. de secund. nupt. & in lege liberorum, ff de his qui not. infam. distinguit inter pœnas, quæ sunt impositæ in odium secundi matrimonij, seu propter nubentis festinationem, & eas, quæ sunt inductæ fauore filiorum, & primas quidem dicit sublatas: secundas autem non & hæc receptior.

h ¶ Imitari.] Cap. 1. de ope. nou. nunc. c. fi. de secun. nupt. cum ibi not. Sic contra in causa ecclesiastica possumus vti legibus sæcularibus, vt habetur in cap. 1 de nou. oper. nunc.

i ¶ Bigamiam.] Not. quod non solum vir, sed etiam mulier dicitur transire ad bigamiam.

k ¶ Benedicti.] Sed quomodo benedicti, cũ possit esse, quod alter tantum fuerit benedictus? Resp. quia coniux alias benedictus in primò matrimonio cõmunicat suam benedictionem secundò coniugi: argum. cap. quod in dubijs de consecrat. eccles. vel altar. Sed hæc non videtur bona ratio cum maritus communicet vxori solas actiones spirituales, non passiones, vt not. in cap. 1 de cognat. spir. in 6 & in cap. Martinus, eod. tit. in antiq. Vnde potest dici, quod hæc pluralitas resoluitur in singularitates: argum. not. in lege. hæredes mei. § cum ita ff ad Treb. & l. falsa, § fin. ff de condit. & demon.

l ¶ Iterari.] Qua autem ratione prohibeatur iterari, not. in capit. si vir de secun. nupt. & hoc intellige, nisi sit consuetudo in contrarium, & Papa tolleret licet contra sit, quod not. in cap. leges dist. 4. sed illud non procedit in sacramentalibus secundum Abbat. in capitulo si vir.

DE REBVS SACRIS, SANCTIS, & Religiosis.

COntinuatur hæc materia prout in text. legimus, & habetur supr. in § fin. in fin. de rer. diuis. & cum author in hoc titul. adnectit continuationem sequent. tit. cum præced. ideo nec diuisio nec aliqua Casvs figuratio in eo obseruari potest, propterea solum debemus adnot. quod huiusmodi res sunt ordinatæ pro administratione sacrament. & diuinorum, vnde à nonnullis Sacramentalia vocantur.

DE REBVS SACRIS sanctis, & religiosis.

TIT. XVII.

Titulus sequens solum subordinat sequentia ad præcedentia, h. d.

SAcramentorum breuiter explicato tractatu, illorumque sectione ac natura cognitis: transeamus [a] iam ad res sacras, * & sanctas quales [b] sunt Ecclesiæ, altaria, Sanctorum in his conditæ reliquiæ, vasa, vestes, & similia ad diuinum cultum principaliter comparata, paulò mox & de religiosis dicturi, vt sunt [c] religiosæ domus, Xenodochia, cœmeteria, & sepulturæ.

a ¶ Transeamus iam.] Iuxta ordinem promissum in princ. libri.

* Res sacras & sanctas.] Res sacra & semel Deo dicata non est amplius ad profanos humanosque vsus transferenda, cap. semel Deo de regul. iur. Sed qui rem alienam sacrat æstimationem eius Domino soluere tenetur, cap. comperimus 14 quæst. 2 quod intelligendum est de re inanimata: secus autem de homine dicendum est: seruus enim sacer effectus per ordinationem præsulis status eius ignaro, & Domino id nesciente vel cõtradicente ei ad seruiendum aliquibus casibus restitui debet, cap. ex antiquis, dist. 54 ratio differentiæ duplex assignari potest prima, quia dolus apparet in homine, & in re inanimata cadere non potest. Secunda quia res inanimata consecrationem in superficie, quæ manibus contrectatur recipit, sed homo veram propriamque consecrationem in anima ipsa licet corporis ipsius medio accipit, vnde etiam fit quod sacræ præsbyterorum manus, non autem Calices aliæque res sacræ anima carentes, à profanis, & laicis tangi possunt. De sanctis & eorum reliquiis habetur tot. tit. de relig. & venerat. sanctor. & Concil. Trid. sess. 25 in decreto de inuocat. veneratio. & reliquiis sanctorum vbi probatur reliquias sanctorum pios omnes venerari, & honorare debere sanctosque oportere orare vt pro nobis ad Deum intercessores esse velint, de quo multa eleganter congerit Petrus Canisius in Doct. Christian. cap. 3 § 8 & Concilium Aurilian. in cap. rogationes de consec. dist. 3 Concil. Gerunden. cap. 3 Concil. Tolet. 5 cap. 1 & Concil. Tolet. 6 cap. 2 Concil. Bracaren. 2 cap. 9 præcipiunt Litanias, hoc est rogationes sanctorum quotannis a fidelibus solemniter in Ecclesia fieri in quibus ad omnes Sanctos, orationes, & preces emittuntur vt ipsi Deum pro populo orent facit etiam ad id ipsius Ecclesiæ vniuersalis auctoritas, & vetusta minus & obseruata consuetudo quæ dies festos in venerationem sanctorum quotannis celebrat. vt prosequitur Couar. lib. 4 varias, cap. 19 num. 8 & Martin. Ayala. de tradit, Eccles. 3 part. cap. de venerat. reliquiarum sepulchrorum, & Basilicarum Sanctorum vbi etiam ait quod inter, omnes reliquias præcipuas partes obtinet lignum Crucis. An autem vestes sanctorum venerari debeamus, & quomodo tradit D. Thomas 3. part. q. 25 art. 6. Et vtrum Ecclesia vel Summus Pontifex possit errare in Canonizatione Sanctorum examinat Felin. in cap. venerabili. n. 2 de testibus. SOLIER.

b ¶ Quales.] Not. quæ res dicantur sacræ, & sanctæ.

c ¶ Vt sunt.] Not. quæ dicantur religiosæ.

ALOYSIVS RICCIVS. In hoc textu habetur quæ sint res sacræ, sed benignè lector totam hanc materiam amplectendo aduerte quod ille dicitur locus sacer, qui rite Deo per Pontificem consecratus fuit non priuatim authoritate alicuius Sacerdotis vel Laici secundum Hostien. in summ. in rubr. de crim. Sacril. numer. 1 in med. vers. autem locum Foller. in pract. crim. verb. capiat informationem, sub num. 11. Decian. in tract. crim. lib. 6 cap. 24 num. 27 vbi quod loca publicè sacra sunt ea, quæ consecrata sunt à Principe vel ab habente ab eo potestatem, hodie autem à Papa, vel ab Episcopis, & num. 22 vbi declarat quæ sunt loca sacra, quæ sancta, & quæ religiosa, & num. 23 concludit loca sacra ea dici quæ ritè fuerunt consecrata ab habente potestatem.

Dicitur primò locus publicè consecratus Ecclesia Bart. in l. sacrilegi num. 2 ff ad l. Iul. peculat. Decian. in tract. crim. lib. 6 cap. 14 rubr. de sacrileg. num. 5 verum quid Ecclesiæ nomen comprehendatur locus sacer dici possit vide latissimè Sanchez disput. de sanct. matrim. sacram. lib. 9. disputat. 15 q. 3 num. 23 cum seq.

Dicitur secundo res sacra patena Aretin. in § item lex Iulia peculatus num. 2. instit. de public. iudic. Castr. in l. si nondum num. 2. in med. C. de furt. Peguer. decis. crim. 24. post nu. 12 Decian. d. tract. crim. lib. 6 cap. 14 rubr. de sacril. num. 6 & cap. 30 n. 19.

Tertiò Reliquiæ Sanctorum dicuntur etiam res sacræ, & illas surripientes sacrilegium committunt secundum Bald. in l. nemo martyres ante num. 1 C. de sacros. Eccles. dicens quod eximentes corpora sanctorum, & extra Ecclesiam portantes puniuntur pœna sacrilegij Archid. in cap. corpora vers. quid dicendum dist. 1 de consecr. Foller. in practic. crim. sub numero 1. Peguer. d. decis. 24 num. 1 Bonifac. in tract. de furt. alienæ rei sub n. 26.

Quartò vestes Sacerdotum Diaconorum, & aliorum in quibus diuina officia celebrantur Bonifat. de vital. rubr. de pæn. commit. sacrileg. num. 1 vers. & vestes sacræ Gomez. de delict. cap. 5 rubr. de furt. num. 11 vers. dubium tamen Baiar. ad Clar. in § sacrilegium, n. 6.

Quintò Calices & Turribula dicuntur res sacræ secundum glos. in § item lex Iulia peculat. verb. rem sacram. instit. de public. iudic. Castr. in l. si nondum num. 2 in med. C. de furt. Gomez. de delict. c. 5 rubr. de furt. num. 11. Peguer. decis. 24 num. 11 Baiard. loc. cit. nu. 6. tamen Decian. in tract. crim. lib. 6 cap. 30 sub num. 19. dixit turribula non esse res sacras.

Sextò Custodia, in qua reponitur sanctissimum sacramentum, quod sit res sacra, non habetur dubium Gomez. de delict. cap. 5 rubr. de furt. num. 11. in med. vers. dubium tamen necessarium est.

Septimo Imagines Dei, Mariæ Virginis, & Sanctorum dicuntur res sacræ Alberic. in dictionario verb. sacrilegium, l. 8 in fin. Peguer. d. decis. 24 post num. 12.

Octauò Paramenta Altaris dicuntur sacra Bonifacij de Vital. in rubr. de pæn. committ. sacrilegium num. 1. vers. sed paramenta.

Nonò ornamenta Ecclesiæ, & omnia quæ ad Ecclesiæ ornamentum sunt destinata dicuntur sacra Iodoch, in practic. crim. pag. 111 rubr. de sacril. post numer. 4 Peguer. loc. cit. num. 13.

Decimò, Vasa sacra inter res sacras ennumerantur

glo. in l. 1 verb. sacra. ff ad l. Iul. peculat. Peguer. d. decisio. crim. 24. numero 11. & 12. vbi quod vasa dicuntur sacra ea. scil. quæ sunt consecrata ad sacramentorum susceptionem, & ponitur exemplum in vase in quo reponitur oleum sanctum; vasa autem quibus reponitur vinum, & aqua non reputauit sacra Gomez. de delict. cap. quinto rubr. de furt. numero 11 vers. dubium tamen necessarium.

Monasterium dicitur locus sacer, & consequenter in eo furripiens sacrilegium committit. Bonif. loc. cit. num. 1.

Sed num. hospitale dicatur locus sacer, & an furtum in hospitale dicatur factum in loco sacro vide Decian. in d. tractat. crim. lib. 6 cap. 24 num. 32. & cap. 30 n. 43.

Et num domus sacerdotis dicatur locus sacer. dic quod intrantes in ædiculas sacerdotum per vim, & inde aliquid arripientes puniuntur minusquam sacrilegi, sed plusquam fures textus in l. sacrilegi, capite vers. atqui priuata sacra, ff ad l. Iul. pecul. & ibi gloss. in verb. compellauerint in figuratione casus declarans quomodo intelligantur ædiculæ.

Et num Crux dicatur res sacra vide Gomez. de delict. cap. 1 rubr. de furt. n. 11 ver. sed quid dicemus de Cruce Clar. in practic. § sacrilegium num. 4 ante med. Peguer. d. decis. 24 num. 17 in fin. Baiard. ad Clar. § sacrilegium post num. 6.

Et an cimeteria gaudeant priuilegijs Ecclesiæ, & consequenter an sint sacra affirmatiuè voluit Abb. in cap. cum Eccl. n. 2 de immunit. Eccles. Zabarell. in clem. eos n. 10 in fin. de sepultur.

DE CONSTRVENDIS, CONSECRANDIS, & reparandis Ecclesijs, & Altaribus.

TIT. XVIII.

Non licèt celebrare, nisi in templis consecratis, nisi ex priuilegio, vel ex causa necessitatis. h. d.

ECclesiam hoc loco accipimus non tam Christianorum multitudinem, fideliumque congregationem, quam manu factum ipsum templum Dei, [a] & orationis domum, ab eo quod continet sumpta denominatione. [b] Sicut ergo [c] non alij, quàm sacrati Deo sacerdotes sacramenta ministrare debent, sic non in alijs, quam in Domino consecratis locis, * cum suis altaribus, vasis, vestibus, & reliquis ad diuinum cultum explen-

DE CONSTRVENDIS, CONSECRANDIS, & reparandis Ecclesijs, vel Altaribus.

Io. Bap. COntinuatur tit. iste quoad præceden. iuxt. id quod legimus in § 1 sup. tit. prox. quoad sequen. verò ita continuari debet, cum Ecclesia primum locum teneat inter res sacras, d. § 1 propterea de ea hic pertractatur, diuiditur autem tot. iste contex. in tres part. prin. quarum in prima demonstratur quid iuris de ædificatione Ecclesiarum: in secunda quid iuris de earundem consecratione: in tertia quid iuris de ipsarummet comparatione, secunda ibi, basilica igitur: tertia ibi, hæc de ædificandis.

Io. Bapt. ECclesiam. Hæc pars rursus subdiuiditur in duas partes, in prima habetur an Ecclesia sit ædificanda: in secunda tractatur de eius ædificatione: secunda ibi, constituitur autem. Quoad primum CAsvs ita figuratur. Orta fuit controuersia inter nonnullos circa ædificationem Ecclesiarum, quidam enim intuitu pietatis volebant Ecclesias construere, quia per eas cultus diuinus videtur augeri iuxta intentionem sacror. canon. cap. penul. de constit. quidam verò alij se opposuerunt dicentes Ecclesias non esse ædificandas, quia cum Deus sit vbique vt omnes admittunt, videretur in. de certo loco restringi, quod posset iudicari inconueniens tum ob naturam ipsiusmet Dei, tum etiã quoniam cõmoditas quoque orandi videretur restringenda, & ideo quæsitum fuit quid iuris Solut. vt hic habetur quia sancta in loco etiã sancto sunt tractanda, quemadmodum & sanctis debent vt text. dicit administrari: ad obiecta autem dicimus quod per alterum decisio potius confirmatur, alterum verò non obstat, quia, Deus nobiliori modo in Ecclesia reperitur, & ideo ibi congruentius laudatur, & diuina administrantur. Not. primo quod Ecclesia diuersa significat, & ad hoc est glos. notab. super, cap. fin. in vers. Ecclesiam, ne prælati vices suas. Not. secundo quod ratio congruentiæ habet locum vbi cessat necessitas, secus aliter: argumen. c. quod non est, extra de reg. iur.

a ¶ Templum Dei.] Est igitur Ecclesiæ nomen æquiuocum. Nunc dicitur congregatio malignantium. Vade Ps. in Ecclesiam malignantium non introibo. Nunc fidelium collectio, vt hic, & in cap. Ecclesia de consecrat. d. 1. Nunc corpus Christi. 1 quæstio. 1 in ecclesia, & 27 quæst. 1. cap. sed illud. Item prælatura ipsius Ecclesiæ, cap. quomodo ne prælat. vices suas. Item obuentiones ecclesiasticæ, vt cap. fin. vbi de hoc not. eodem. tit. Item murorum ambitus, cap. de fabrica. & cap. Ecclesia. de consan. dist. 1.

b ¶ Denominatione.] Fac. l. ius pluribus, in fi. de instit. & iur. l. voluit, § quod ait, ff de inter actio.

c ¶ Sicut ergo.] 1. q. 1. c. sicut enim sequent.

* Consecratis locis.] Ecclesiarum consecratio dicitur benedictio, in c. frigentius 16 q. 7 & dedicatio in Canpiæ mentis eod. & in cap. 2 de consecr. Eccles. vel altar. quæ vocabula solo sono differũt, quoad res & ecclesias: sed quoad personas maximè differunt cum consecratio sit maiorum Prælatorum, veluti Episcoporum, cap. 2. § in consecrationis de ferijs; benedictio verò inferiorum vt Abbatum, cap. cum inter *le premier* de elect. quamuis apud Gentiles etiam quoad res Dijs oblatas maximè differrent, nam dedicabat quilibet priuatus cum rem ab vsibus profanis ad diuinos transmittebat, & de hac dedicatione agitur in l. Penult. ff de pactis, l. 12. ff. de Curat. furios. l. vlt. ff. de litig. consecratio vero publicè fiebat interposita Pontificis auctoritate, l. 9 ff de rerum diuis. § sacræ instit. eod. At dedicatio Ecclesiæ cum sit propriè consecratio, nec à priuato Ecclesiam fundare volente vel à simplici sacerdote fieri nequit, sed tantùm ab Episcopo seu proprio seu deputato, nec simplici sacerdoti delegari potest cum sit ordinis Episcopalis, glos. in cap. transmissam in

de

de talibus de elect. ritum autem consecrationis huiusmodi decent durant. de ritib. eccles. lib. 1 cap. 24 n. 3. 8 & seq. & Ioan. de Selua de benef. part. 1 qu. 5 n. 147 & eius memoria quotannis est celebranda Can. solemnitates, & 2 de consecrat. dist. 1 ne pereat, cum cõsecratio Ecclesiæ iterari non debeat, exceptis tribus casibus, qui notantur à gloss. & Panorm. in cap. proposuisti de consecrat. Eccles. vel altar. & notat. auctor infra hoc tit. SOLIER.

dum vtentibus, itidem consecratis sacrificia offerre licet. [a] Nisi quis super hoc speciali sit priuilegio munitus, vel summa coegerit necessitas, vt potè quia combusta sit Ecclesia, quo casu donec illa restauretur, in capellis [b] cum sacrata tabula celebrari poterit.

Constitutis in itinere, licet celebrare subdio, & celebrans in priuatis domibus est deponẽdus h.d

a ¶ Licet.] cap. tabernaculum, & c. missarum de consec. dist. 1 Contra ca. ecclesiæ de immunit. eccle. vbi celebratur etiam in ecclesia non consecrata Solut. ibi erat de proxi. consecrata; hic de locis, in quib. nulla species consecrationis, facit lex pen. ff de militar. test. & l. ligni. ff de legat. tert. Vel potest celebrari in basilica de licentia Episcopi & non aliter, c. nullus, ca. vnicuique ca. cler de consecr. dist. 1 secundum Abbatem in d. capite ecclesiæ.

b ¶ In capellis.] Id est, in oratorijs non consecratis: vt no. in c. concedimus de consec. d. prima, in quibus sine permissione Episcopi celebrare non licet cap. vnicuique, & c. missarum d. dist. 1 Et nomina oratorium, Basilica, & Ecclesia, interdum sunt æquiuoca, vt per Ab. in c. fi. de eccle. ædifi. Sed quid opus est hac concessione? fortè tempore d. ca. concedimus vnde hic sumitur, capellę non erant consecratæ vt ibi notatur.

ALOYSIVS RICCIVS Hæc conclusio ex isto. § quod missa necessarie est celebranda, siue in ecclesijs tam consecratis, quam benedictis, siue in oratorijs publicis. Quod etiam recenter statutũ est in Concil. Trid. sess. 22 cap. quanta.

Missa enim celebrari non potest extra locum sacrum ca. sicut & cap. missarum c. hic ergo cap. nullus de cõsecrat. distinct. 1 & § 1 auth. vt ne sacra fiant. in priuat. locis, si enim ad panem terrestrem manducandum sunt domus, & c. loca deputata 1 Corinth. 11 ibi Numquid non habetis domos ad manducandum, quanto magis, vt non vbique, & quouis in loco sed in locis tantum Deo sacratis sacrosancta ministeria celebrentur, & panis ille diuinus comedatur.

Quia Ecclesiæ consecratæ propter plures casus occurrentes sæpè polluebantur, & difficilè poterant per eosdem Episcopos reconciliari, ob idque diuinorum celebratio impediebatur: hinc consuetudine introductum est, vt Ecclesiæ, vt plurimum non consecrentur sed tantum benedicantur, vt sic possint per simplicem Sacerdotem cum licentia Episcopi reconciliari si polluantur, & ita seruatur communiter teste Palud. vbi in fin & Sot. in 4 art. 3 col. 7

Hæc tamen regula non semper seruatur. Plures enim sunt casus, in quibus extra Ecclesiam, & oratoria publica Missa licitè celebrari potest. Prima ergo fallentia est in Episcopis itinerantibus. Episcopi enim quia quotidie oportet eos vel dicere Missam, vel eam audire, ex priuilegio in corpore iuris clauso, possunt transeundo, & itinerando dicere, vel audire Missam vbicunque id est in quouis loco honesto extra Ecclesiam, vt probat text. in c. fin. de priuileg. lib. 6 Ita etiam censuit sacra. Congregatio die 19 Iunij 1586

Est tamen aduertendum præfatum priuilegium esse intelligendum primò dummodo Missa dicatur cum altare portatili, siue viatico quod alio modo dicitur ara cõsecrata, vt in d. c. fin. habetur Hoc enim generale est quod nullibi dici possunt Missæ nisi in altari consecrato. Quod altare est duplex, vnum quod totum est consecratum, scilicet, vt totus lapis sui exterior altaris, cui capit totũ altare, sit consecratus alterum quod nõ est totum consecratum, sed quidã tantũ lapis parum positus in medio altaris, qui dicitur ara cõsecrata, capiens tantum pedem calicis, & hostiam. Et ita probat text. in cap. concedimus, & ibi DD. de consecr. distin. 1 & in d. ca in his de priuilegijs & in c. fi. eod. tit. secundò est intelligendum dummodo Episcopi sint in itinere & in transitu nam extra iter, & profectionem non licet eo vti vt notant omnes Doct. d. c. fin. de priuil. lib. 6 Tertiò est intelligendum de iure antiquo extra dioc. nam in sua dioc. vnusquisque Episcopus citra vllum priuil. poterat vbicumque cum d. altari portatili, dicere vel audire Missam, sicut de eius licentia poterant omnes alij eius subditi eamdem audire. Hodie verò post Concilium Trid. etiam intra suam dioecesim, in itinere vtuntur predicto priuilegio iuris communis d. capitulo final.

Secundò fallit prædicta regula in habentibus à Papa priuilegium, dicendi Missam in priuatis oratorijs, licèt enim de iure antiquo sufficeret ad id sola licentia Episcopi cap. Missarum, & cap. clericos de consecr. distin. 1 & d. c. in his de priuileg. vbi Abb. nu. 2 dicit communem videlicet, Episcopum posse in suo Episcopatu concedere licentiam celebrandi extra locum sacrum etiam in priuatis domibus, cum altari portatili, & ita seruari in vniuerso terrarum orbe testatur Iul. Clar. libro 5 quæst. 79

Hodie tamen post Concilium Tridentinum solus Papa potest concedere præfatas licentias, & priuilegia, vt bis rescripsit congreg. Concilij Trid.

Præfatæ autem licentiæ solent concedi non solum ab ipsomet papa per bręue, sed & à Commissario Bullæ Cruciatæ, qui ex speciali commissione Papæ easdem licentias concedit, & quibusdam Nunctijs Apostolicis eadem commissio facta fuit; licet recentiores eam non habeant. Solent tamen concedi diuersimodè cum quibusdam limitationibus & conditionibus, & ex causa puta ob ætatis, & valetudinis incommoda, & ob necessitatem, & aliquando, vt ter in hebdomada dicatur.

Est etiam aduertendum præfata priuilegia dupliciter concedi vno modo restricta ad certum oratorium, quæ passim conceduntur: vltimo modo non restricta, sed vt vbique possint celebrare, vel efficere, vt celebrentur quæ solum Cardinalibus, & quibusdam ex magno fauore conceduntur teste Nauar. in Manual. c. 25 Et ita huiusmodi priuilegia simul sunt personalia, & localia.

Vno tamen in casu videtur (etiam hodie) posse ab Episcopo dari licentiam dicendi Missam in domo priuata, quando scilicet esset aliquis infirmus qualificatus vt colligitur ex congreg. Concil. Triden. Poterit etiam Episcopus in priuatis domibus caudè licentiam dare sine vllo scrupulo in alijs casibus necessitatis quia Conc. Trid. non substulit ab ordinario indistinctè has licentias, nec prohibuit directè ne ab eisdem darentur sed tantum dicit, vt ordinarij non patiantur, dici Missas in priuatis domibus. Quod Nauar. cons. 16 numero secundo de priuileg. sic inteligit, id est ne patiantur,

vt id fiat pro libito, & sine aliqua iusta causa, ac causa necessitatis, & alijs de quibus in cap. concedimus de consecr. distinct. 1 benè poterunt huiusmodi facultatem celebrandi concedere, vt refert Rodriguez in sum. verb. Missa, num. 16 Extra casus ergo necessitatis, prædictas licentias Episcopi concedere non debent. Benè tamen poterunt de putare loca, & approbare oratoria ijs qui habuerint licentiã ad celebrandum in priuatis oratorijs siue á Papa, siue ab eius commissarijs.

Ex quo infertur non posse Episcopos extra casus necessitatis dare licentias dicendi Missas in priuatis oratorijs, & consequenter nec ipsosmet Episcopos posse eã dicere, vel etiã facere celebrare in oratorijs quæ habent in suis palatijs Solum itaque ex causa profectionis, & valetudinis licitum est Episcopis facere sacrũ per se, vel per aliũ extra Ecclesiam, vel oratoria publica. In facellis vero, vel oratoriis quæ habent in suis palatijs non possunt hodie Missas celebrare cũ cesset causa & sola eorum commoditas non sufficiat vt declararunt Domini Cardinales. Idem etiam dicendum est de priuatis oratorijs seu capellis, quas habent multi priores in suis cellis, & in domibus quas habent in vrbibus licèt ex tempore immemorabili, ibi soliti fuerint omnes priores dicere Missas etiam si fuerint approbata, per Episcopum nisi eorum religio habeat priuilegium speciale, vel per participationem post Concilium, quia tam priuilegia habita circa hoc ante Concilium, quam consuetudo immemorabilis, & licentia Episcopi sunt hodie sublata per Concilium cap. 1 sess. 22 de observant. in sacrif. Missæ vt constat etiam ex Suar. vbi supr. & Nauar. in Man. cap. 25 num. 82 Hoc autem malè á multis observatur, & ideo teneri mẽte perpetuò. Sanctius enim facerent dicti Priores, & eorum procuratores si se abstinerent, à celebratione Missarum in præfatis oratorijs, & cappellis, cum commodè possant adire Ecclesias.

In itinere quoque constitutis, ecclesia non reperta, subdio [a] siue in tentoriis, si tabula altaris, cæteraque sacra ministeria adfuerint, missarum solemnia celebrari permittendum erit: alioqui si quis in oratoriis intra priuatas domos constitutis, sine consensu Episcopi hoc facere ausus fuerit, deponendus erit. [b]

Ponit causas ædificandi nouam ecclesiam. h.

Construuntur autem Ecclesiæ, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel certæ vniuersitatis intuitu, aut in pastoralis dignitatis priuilegium.

Episcopus excrescentibus fidelibus potest nouam Ecclesiam construere. h.d.

Ob incrementum populi tunc noua constituenda est ecclesia, cùm certis regionibus adeo multitudo [c] fidelium excreuit, vt illorum curæ vnica sit impar Ecclesia.

ob incrementum populi diuidi possunt Ecclesiæ. hoc dicit.

Sicut enim ea ratione vnus Episcopatus in duos Antistites accedente voluntate, diuidi potest: sic etiam Episcopus de baptismalibus, & parrochialibus Ecclesiis rectorum accedente consensu facere potest: quod cum factum fuerit, illa pars populi, quæ nouis Ecclesijs hominis, qui vel est particularis, & sic si erit persona publ. producit causam vnam, secus si fuerit persona priuata vel est multiplex, & ita hoc ei permittitur aliquando ratione necessitatis, aliquando ratione commoditatis, & aliquando ratione pietatis.

Ob incremẽtum. Hęc pars licet diuidatur in 4 partic. sicut. 4 sunt causæ iustius Ecclesiarũ ædificationis. CASVS. tamen in omnibus istis cõmuni figurari potest. Archiepiscopus Mediolan. cupiebat nouas Ecclesias constituere, cuius exemplo quidam alij Episcopi, idem facere desiderabant ad idque mouebantur, vel ob necessitatem propter augmentũ populi, vel propter commoditatem, vt fideles facilius venant ad Ecclesiam pro diuinis audiendis vel intuitu pietatis, cum sæpè quædam hominum vniuersitates ob maiorem deuotionem id desiderent, vel ob aliam causam secundum iudicium Episcopi ob priuilegiũ ei concessum, propter quam constructionem volebant certa bona ex alijs Ecclesijs huiusmodi nouæ Ecclesiæ vnire, vnde fuit quæsitum an possint & argument. capitulo fin. de religio. domib. & capitulo nulli. de reb. Eccles. non alien. negatiue respondebatur, Solut. tamen, vt in hac parte cauetur, & ratio est, quia cultus diuinus congruenter augeri debet, non obstant obiecta, quia d. capitulo fin. intelligitur ita, vt in eo non prohibeatur constructio Ecclesiæ, sed modus construendi, vt capitulo nulli vel in casu nostro limitatur, vel solum quoad laicos intelligitur. Not. cultum diuinum esse augendum, congruenter, & causã canonica suadente.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto, paragrapho, quod noua Ecclesia, siue nouum oratorium prohibentur ædificari in præiudicium alterius Ecclesiæ iam constructæ capitulo Ecclesiæ de Ecclesiæ edific. quod intelligit Federicus de Sco. concilio 201 verficulo, sed posset aliquis procedere, in præiudiciũ parrochiæ propter ius oblationum, & mortuariorum debitorum parrochiæ. Ita etiam Ecclesia, seu Altare non potest ædificari, seu erigi nisi de licentia Episcopi, quatenus in loco exempto, nisi de licentia Sedis Apostolicæ cap. authoritate de priuileg. in sexto]Abbas conf. 89 libr. secundo

a ¶ Subdio] Id est, sub aperto aere vt no. 1 c. cõcedimus. de consecr. dist. 1

b ¶ Erit.] Cap. cleric. de consecrat distinctione 1

Io. Bap. Construuntur. Hæc pars subdiuiditur in 3 partes. prima adno. causæ quibus ecclesiæ possunt ædificari: in secunda eædem causæ distinctæ explicantur: in tertia demonstratur quomodo ista Ecclesiæ ædificatio sit faciẽda: secunda ibi, ob incrementum tertia ibi, quacunqua quoad primum. CASVS. non figuratur. Not. tamen causam distinctionis, causa enim istius ædificationis consideratur, vel ex parte Dei, & sic nulla reperitur, quia non indiget huiusmodi rebus: vel ex parte hominis, qui vel est particularis, & sic si erit persona publ. producit causam vnam, secus si fuerit persona priuata vel est multiplex, & ita hoc ei permittitur aliquando ratione necessitatis, aliquando ratione commoditatis, & aliquando ratione pietatis.

Io. Bap. Ob incremẽtum. Hęc pars licet diuidatur in 4 partic. sicut. 4 sunt causæ iustius Ecclesiarũ ædificationis. CASVS. tamen in omnibus istis cõmuni figurari potest. Archiepiscopus Mediolan. cupiebat nouas Ecclesias constituere, cuius exemplo quidam alij Episcopi, idem facere desiderabant ad idque mouebantur, vel ob necessitatem propter augmentũ populi, vel propter commoditatem, vt fideles facilius venant ad Ecclesiam pro diuinis audiendis vel intuitu pietatis, cum sæpè quædam hominum vniuersitates ob maiorem deuotionem id desiderent, vel ob aliam causam secundum iudicium Episcopi ob priuilegiũ ei concessum, propter quam constructionem volebant certa bona ex alijs Ecclesijs huiusmodi nouæ Ecclesiæ vnire, vnde fuit quæsitum an possint & argument. capitulo fin. de religio. domib. & capitulo nulli. de reb. Eccles. non alien. negatiue respondebatur, Solut. tamen, vt in hac parte cauetur, & ratio est, quia cultus diuinus congruenter augeri debet, non obstant obiecta, quia d. capitulo fin. intelligitur ita, vt in eo non prohibeatur constructio Ecclesiæ, sed modus construendi, vt capitulo nulli vel in casu nostro limitatur, vel solum quoad laicos intelligitur. Not. cultum diuinum esse augendum, congruenter, & causã canonica suadente.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto, paragrapho, quod noua Ecclesia, siue nouum oratorium prohibentur ædificari in præiudicium alterius Ecclesiæ iam constructæ capitulo Ecclesiæ de Ecclesiæ edific. quod intelligit Federicus de Sco. concilio 201 verficulo, sed posset aliquis procedere, in præiudiciũ parrochiæ propter ius oblationum, & mortuariorum debitorum parrochiæ. Ita etiam Ecclesia, seu Altare non potest ædificari, seu erigi nisi de licentia Episcopi, quatenus in loco exempto, nisi de licentia Sedis Apostolicæ cap. authoritate de priuileg. in sexto]Abbas conf. 89 libr. secundo

c ¶ Multitudo.] decima sexta quæstione capitulo primo capitulo præcipimus, & capitulo nulli distinctione 99 Et hoc de consensu Episcopi, si regio, in qua multitudine fidelium crescit, spectat ad aliquem Episcopum: vt in capitulo multis. 16]quæstione prima not. in dicto capitulo præcipimus: & capitulo quoniam Ioannes de deci.

cleſiis ſupponitur, à iure prioris Eccleſiæ abſoluetur. [a]

Plures baptiſmales Eccleſiæ non debent fieri ſub vna terminatione: & terminationis controuerſia dirimenda eſt iudicio plebium, vel ſorte. h. d.

Plures tamen baptiſmales Eccleſias in vna terminatione [b] facere non poterit. Quòd ſi de terminatione duarum matricium Eccleſiarum contentio fuerit, plebes [c] vtrarumque diſcernent: [d] quod ſi non conuenerint, Dei iudicio [e] controuerſia diſcernetur.

Non eſt periurus Epiſcopus fabricans Eccleſiam, licet iurauerit non alienare Eccleſiaſtica. hoc dicit.

Nec quidquam Epiſcopo obſtiterit, quòd de reb. Eccleſiæ non alienandis iurauerit; [f] nam, & tali non obſtante iuramento, [g] populo indigenti [h] ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter prouidere poterit, &

a ¶ Abſoluetur.] 16 quæſt. 1 cap. præcipimus fac. l. 1 C. de Metrop. Beryll. lib. 11.

ALOYSIVS RICCIVS. In præſenti § agitur materia diuiſionis Eccleſiarum ſiue Beneficiorum, vnde notabis diuiſionem tribus modis potiſſimè fieri poſſe, vt notat Reginal. tract. 3 nu. 303. Primò quando vnum beneficium incorporatur alteri: Sed hæc eſt propriè vnio, & dicitur diſmembratio in hoc ſenſu: quia diſiungi debet à corpore Eccleſiæ, cuius eſt beneficium, & ſic potius eſt extinctio beneficij, quam, diſmembratio, vt habetur locis citatis.

Secundò dicitur diſmembrari beneficium, quando beneficiū pingue diuiditur in duo, ſed hæc potius dicitur diuerſio beneficij.

Tertiò igitur fit diſmembratio, quando beneficium aliquod eſt pingue, & ſic remanet beneficij titulus indiuiſus, & poſt fructus illius applicatur alteri, vel alijs beneficiis exiguis, vt maiora fiant, & hæc eſt propriè diſmembratio, vt locis citatis habetur.

Vt autem valida ſit, hæc diſmembratio omnes ſolemnitates in alienatione rerum Eccleſiæ adhiberi ſolitæ interuenire debent nempe, vt eſt licentia legitimi ſuperioris, & iuſta eam, vt nempe fiat pro vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, vt in ſpecie tenet Franc. in cap. 1 col. 1 de reb. Eccleſ. non alienandis in 6 Rot. deciſ. 1 eo. titul. in nouis, & latiſſimè poſt alios probat Garz. c. 3 vbi quinque deciſ. Rotæ per extenſum refert, & ſic ea, quæ dicta ſunt de iuſta cauſa, & licentia legitimi ſuperioris procedunt etiam in diſmembratione, vt benè authores citati proſequuntur.

Hoc idem procedit in diuiſione benef. de qua loquitur gloſ. in c. maioribus, in verb. diuiſionem eod. titul. & ita pluries deciſum refert. Garz. par. 12 c. 4 num. 2 licet enim beneficia diuidi poſſint quando fructus beneficiorum ſunt pingues: attamen requiritur licentia legitimi ſuperioris; ſic etiam patroni conſenſus, ſi benef. eſſet iuris patronatus, & quod adſit legitima cauſa, & fructus ſufficiant pro illis benef. quibus diuiditur benef., vt poſt Caſſador. Lambert. & alios plures proſequitur Garz. d. c. 4.

b ¶ In vna terminatione.] Ideſt, intra eoſdem limites: puta quod intra eoſdem terminos ſint duæ Eccleſ. baptiſmales, in quibus promiſcuè populus baptizari poſſit fac. 13 q. 1 c. in apibus. & c. quoniam: de offic. ordin. arg. contra in leg. vni. C. de Metropol. Bery. vbi in eadem prouincia ſunt duæ Metropolitanæ ciuitates. Sed dic, aut dignitas additur rei, & procedit contrarium: aut perſonæ, & procedit quod hic dicitur. Sed hæc non videtur bona ſolutio, cum hic prohibeatur addi- dignitas, vel qualitas etiam rei. Vnde poſſes dicere quod ſicut Imperator in eadem prouincia facit duas Metropolitanas, ſic Papa poteſt duas baptiſmales Eccleſ. facere ſub vna terminatione: aliàs autem, & nemo poteſt facere plures Metropolitanas ciuitates in eadem prouincia, nec plures baptiſmales Eccleſias in eadem terminatione.

c ¶ Plebes.] Quaſi melius informatæ: cap. videtur, cui matrimonium accuſare poſſint, & § 1 eod. tit. & cap. veniens. de teſt. in fi. & l. conſenſu. C. de repud.

d ¶ Diſcernent.] Vel per arbitrium, vel per amicabilem compoſitionem, ſupericris tamen auctoritas eſt neceſſaria capitulo de cætero, & cap. ſtatuimus, de tranſact. & capitulo per tuas de arbitr. alias laicus non poſſet eſſe iudex in ſpiritualibus, & ea. decernimus. cum cap. ſequ. de iudic. & eſt hic & in cap. plures 16 qu. 1. Vnde ſumitur argum. quòd ſpiritualis cauſa laico poteſt committi. diſt. 25 § verum.

e ¶ Iudicio.] Id eſt, ſortibus, quibus Dei voluntas oſtenditur 26 q. 2 § 1 & cap. ſors. facit. l. fin. C. com. de leg. & l. ſi quæ cautiones. & l. hæredes § ſi incerto ff famil. erciſc. & l. ſed cum ambo ff de iud. & per Abb. in cap. fin. de ſortil. & per Modern. in cap. capitulum de reſcrip.

f ¶ Iurauerit.] De cuius iuramenti forma per Abb. in capitulo primo, eod.

g ¶ Iuramento.] Quod eſt reſtringendum ad alienationem illicitam, non autem trahendum ad neceſſariā, vt per Doct. in cap. fin. eod. & in ca. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alienan. & in cap. extirpandæ, § quia vero de præb. Idem eſſet dicendum in alienatione, quæ fieret ad vtilitatem Eccleſ. nam neceſſitas, & vtilitas in hoc æquiparantur 12 q. 11 cap. ſine exceptione. facit quod in ſimili. not. Innocent. & alij in capit. cum omnes de conſtit. Reſtringitur ergo iuramentum ad limites iuris: vt latè per Abb. in d. cap. fin. ſed an idem ſit de iuramento, quod præſtatur hodie à prælatis de non alienando Roma. Pontif. inconſulto? Quidam quod ſic Commu. contra, pro quibus eſt illa ratio, quod recipiens tale iuramentum videtur ſibi reſeruare conſilium, vt patet ex forma, & vi verborum. Sed aſtrictus ad petendum conſilium ſuper aliqua re non poteſt etiam licitè de illa re diſponere conſilio non petito. c. cum in veteri, de elect. & cap. cum olim de arbitr. & in cap. nouit. de his quæ fiunt à prælat. & no. in cap. ſi pro debilitate de officio delegat. ſed prædicta vera, niſi neceſſitas immineret, vel eſſet modica res vt per Abb. in d. c. fin. & in cap. olim de reſtit. ſpoli. & dicetur, infr. de reb. Eccl. non alien. in § terrulas.

h ¶ Indigenti.] Ex qua cauſa indigentiæ poteſt conſtit. Eccleſ. etiam in præiudicium alterius facit, c. 3 & c. fi. eod. & 16 q. 1 c. præcipimus, & q. 7 cap. Eccleſ.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex iſto § quod quando Eccleſ. Parroch. ob nimiam diſtantiam, vel

itineris difficultatem, vniuerso anni tempore Parroch. sit incõmoda, & ob in diuinis patiuntur mulieres prægnantes, senes, debiles, infantes, tum ob sacri baptis. fontem, tum ratione aliorum sacram. piè introductum est remedium subsidiarium, Parroch. separationis c. ad audiendam li. 1 de Eccles. ædific. tex. habetur in Trid. sess. 21 c. 4.

Quatuor tamen concurrere debere pro tali separatione obtinenda, scripserũt Menoc. cons. 477 Henriq. cons. 80 videlicet allegatio iustæ causæ, & eius probatio Inno. ad cap. pastoralis de priuil. Lap. alleg. 68 Oldrad. cons. 261 Paris. cons. 361. 4.

Secundò, quod Parrochus, siuè Curatus prædictæ Ecclesiæ consentiat secundæ Ecclesiæ, ædificationi, alioqui sit eo inuito, si ei præiudicetur, quo ad ea, quæ concernunt debitã, & sufficienté illius substentationem Abb. ad d. c. ad audientiam col. 3 quem refert Rebuff. prax. benefic. tit. de erect. in cura. & parroch. num. 4.

Tertiò, requiritur Episcop. authoritas, & eius decretum, in cuius arbitrio residet causæ iustitia, scilicet difficultas, vel loci distantia in eundo ad Curatam Ecclesiam Rebuff. in prax. benef. tit. de translat. Eccles. num. 4 à quo decreto vti facto per Apostolicæ sedis delegatum licet quidem appellare, sed solum summum Pontif. nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione, præcipuè sine figura Iudicij, quoniam ab ordinibus factis in visitatione per ordinarium non appellatur, saltem quo ad effectum suspensiuum vtpotè ab exequutione constitutionis conciliaris c. 7 sess. 21 de reformat. & c. 10 sess. 24 Henriq. d. cons. 80 n. 16.

Quartò, requiritur consensus maioris partis Parrochianorum instantium circa separationem, vt si sunt plures plebes, vel terræ sub vno rectore, aut Curato matricis Eccles. quæ tamen sint tanquam corpora separata, debent consentire saltem duæ partes, ex trib. singulorum corporum Felyn. ad cap. cum omnes, num. 20 de constitut. Iaf. ad l. Iuris gentium § hodie num. 9 ff de pact. Bertrand. cons. 145 n. 2 vol. 2 Franc. Marc. decis. 924 par. 1. Nam sanctio Tridentina paulo ante relata sensit æquissimè (vt semper, & omnia) requirendos esse Parrochianos, & Parrochum, quia hac in re vertitur vtriusque interesse, propter quod vult alimenta à populis subministrari Sacerdoti denuò præficiendo in casu necessitatis, & in subsidium matricis, & sic non à populo, quem separari contigit, qui habeat partem redituum matrici oblatorum, sed ab vniuerso populo tam propinquiore matrici cui magis expedit cura propius administrari, quam longinquiore, cui multa imminent pericula ob repentinos casus, quib. prouideri non sinunt abruptæ, & scissæ montis viæ, hybernorum temporum sæuitia inclementia Cœli cum animarum detrimento Bim. prædicto loco, num. 14.

Declarantur modò prædicta omnia tripliciter, & primò, non vendicat sibi locum in translat. Cathedral. quæ non potest fieri sine authorit. Apost. glos. ad clem. 2 § vlt. de relig. dom. Henriq. d. cons. 80. nu. 16.

Rursus si adessent pacta capitula conuentiones antiquæ, vel sententia transacta in iudicando contra separationem postulantes, & ab eo tempore citra nil denuò superuenerit vrgés ad separandũ, quia tunc standum est in finibus pacti capitul. & conuentionum vt seperationi non sit locus cum res iudicata faciat ius incommutabile inter partes, & sic Menoch. cons. 477 nu. 2. 3. & 4 Nact. cons. 524.

Tertiò considerandũ est, quod si extra templum Parrochiale in loco minimè difficili nec in commodo Oratoria adesset, vel Eccles. cum fonte baptis. & cæteris ad Parrochiam necessariis, ibique propinquerent in sui adiutorium Plebanum sacerdotem qui ibidem resideret, & sacramenta posset administrare, non posset parrocho inuito fieri separatio Parrochiarũ à cessante can. Menoc. d. consi. 477 n. 9 & Anchar. iun. q. 30 n. 2 lib. 3 Dum inquit quod ex vi de reg. cessantis causæ solutio affectus loco fructuum deficientibus fructibus, qui sunt causa solutionis debet cessare solutio.

Neque verò incongruit talem in hac separatione adhiberi causæ cognitionem cum nec prophani loci à loco separatio fiat nisi tribus concurrentibus videlicet, quod causa secundum æquitatem sit licita, quod conueniens sit secundum honestatem, & quod expediens sit secundum vtilitatem, vt ex Bald. resp. Menoch. cons. 75 num. 37 lib. 1 & cons. 264. vol. 3.

debebit. [a]

ob commoditatem plebium noua Ecclesia ædificari potest, quæ tamen matrici honorem exhibere debet. h. d.

Plebium commoditas tunc nouam ædificare suader Ecclesiam, cùm parrochianorum pars adeo distat à veteri, vt certis temporibus non sine magna difficultate [b] & periculo illam adire, & ibi congruis temporibus diuinis interesse, & sacramenta percipere possint: quo quidem casu maximè [c] si ministro commodè pro substentatione sua prouideri possit, noua quidem erit Ecclesia construenda: sed à filiali matrici [d] Ecclesiæ, pro facultate loci competens honor [e] exhibendus erit.

Vniuersitatis intuitu potest noua Ecclesia ædificari, vt puta pro leprosis. h. d.

Vniuersitatis intuitu noua Ecclesia ædifi-

a ¶ Debebit.] Etiam constituta dote secundum vnum intellectum c. fin. eo. vt ibi per vtrumque Abb.

b ¶ Difficultate.] Difficultas ergo aliquid interdum inducit, quod regulariter prohibetur fac. c. ad audientiam 1 eo. & dist. 63 cum longè, dist. 93 cap. ista cum alleg. in d. c. ad audientiam.

c ¶ Maximè.] Hoc ideo dicit: quia si immineret periculum animarum etiam quod à veteri Eccles. non possent ministro necessaria subministrari, nihilominus deberet noua Ecclesia construi, secundum Hostien. & dicetur infr. § quacumque.

d ¶ Matrici.] Cathedrali, vt per Abb. in cap. fi. de offic. Archipres. vel baptis. capitul. ex transmissa, vbi no. de renun. Vel intellige de Eccles. á qua nouè subministrantur necessaria: nam hoc verbum sumitur secundum subiectã materiã: vt no. Ab. in c. venerab. de verb. signif.

e ¶ Honor.) Sed in quo consistet huius honoris exhibitio? Quidam in eo, quòd antiquior Ecclesia efficitur patrona, & clericum instituendum præsentabit in noua: quod satis admitti posset, si solum in quo ædific. est noua Eccles. esset in Dominio veteris, licet laicus ædificet propriis sumptibus: quia tunc ambo erunt patroni, & ambo præsentabunt: vt not. in capitul. ad audientiam eo, & in c. piæ mentis, 16 q. 7. Secus si nihil conferret, licet noua Ecclesia sit intra suos limites. Idem putan-

cari permittitur, veluti cùm plures [a] ſimul leproſi ſub communi vita cõgregati fuerint. Iis enim quòd Eccleſia cum cœmeterio, [b] & quòd proprio gaudere valeant priuilegio permittendum erit.

Beneficium non debet torqueri ad iniuriam dantis. h. d.

Cauebunt tamen hi, vt iniurioſi veteribus [c] de iure Parrochiali nequaquam exiſtant. Nec enim quòd eis ob pietatem indulgetur ad aliorum [d] iniuriã flecti cõuenit.

Epiſcopo conceditur pro ſepultura propria Eccleſiam ædificare, aut nouum monaſterium conſtruere. h. d.

Epiſcopo quoque in ſua [e] Parrochia [f] nouam Eccleſiam ædificare permittitur, [g] ſed multum intererit Eccleſiam monaſticis reformandam regulis conſtruat, an verò ex alia cauſa: & forte pro propriis erigere velit ſepulturis. [h] Cum primo caſu eandem ex rebus Eccleſiæ [i] cui præſidet, vſque ad quinquageſimam tantum [k] partem dotare debeat. Secundo verò non amplius, quam centeſimam conferre [l] licebit, eâ quoque adhibita cautela, vt vnam tantum modo ex ex his duabus remunerationem eligat. [m]

Quæ ſeruari debent in conſtruenda Eccleſia, vel conſecranda, & quod Eccleſia indotata conſecrari non debet. h. d.

Quacumque tamen ex cauſa noua extruenda ſit Eccleſia, obſeruandum eſt in primis, vt ciuitatis Epiſcopus, ſine cuius

dum, ſi rector conſtruxit capellam vel Eccleſiam in ſolo quidem alieno, ſed de redditibus Eccleſiæ, quia ius pãtronatus acquiritur Eccleſiæ non ſibi, & conſanguinei. Sed non videtur quod iſte intellectus poſſit accommodari huic literæ propter illa verba, pro facultate ſoci, ideò expone quod debeat aliquid præſtari annuatim in ſignum ſubiectionis: argument. capitul. omnis anima de cenſibus moderandum arbitrio Epiſcopi, vel aliter: vt per Abb. in dict. capitul. ad audientiam.

a ¶ Plures.] Puta decem. 10 quæſt. ſecunda, capitul. vnic. Vel etiam plures, dummodo velint Eccleſiam dotare: argument. cap. 1 nemo de conſecrat. diſtinct. 1 & infr. eodem § quacunque. Immò vnus leproſus permittetur ſi vellet dotare ſecundum Abb. in capitul. ſecundo, eodem. Sed tunc non diceretur conſtructa Eccleſia gratia vniuerſitatis argumen. hic quod tales leproſi faciunt collegium licitum de quo per Abb. in dic. capitul. 2.

b ¶ Cœmeterio.] Argument. quod tales leproſi non debent cum aliis ſepeliri: quia aliàs iſta conceſſio non haberet cauſam rationabilem, habetur in cap. ſacris de ſepult.

c ¶ Veteribus.] Veteres enim Eccleſiæ propter nouas lædi non debent 16 quæſt. 1 capit. quicumque modicum tamen damnum reſpectu decimarum ex rationabili cauſa ſubſtinere debent. argumen. § proxim. ſupr. eodem, & capitul. audientiam, 1 eodem.

d ¶ Aliorum.] Priuilegium enim eſt ſtrictè intelligendum, quatenus concernit præiudicium tertij, etiam quod ſit conceſſum cauſa pietatis quod not. fac. 21 q. 2 c. 1 l. nam hoc natura, ff de condiction. indeb. l. nec auus. C. de emancip. liber. & l. 2 § ſi quis à principe ff ne quid in loco public. cum allegat. in capitulo ſecundo, eodem.

e ¶ In ſua.] Secus ergo ſi quis vellet vti hoc priuilegio extra ſuam diœceſim. Sed quid vellet magnificare Eccleſiam, in ſua quidem diœceſi conſtitutam, ſed exemptam? Reſp. ſecundum Ant. quod permittitur, licet enim non ſit de diœceſi: eſt tamen in diœceſi capitul. primo, de offic. ordinar. ſequitur Abb. in capitul. penult. de donat.

f ¶ Parrochia.] Id eſt, diœceſi, vt in capit. pen. de donation. vbi Abbat. & in capitul. penult. de rapt.

g ¶ Permittitur.] Sed an hæc permiſſio debeat intelligi accedente conſenſu capituli. Et non videtur hoc neceſſarium. Sufficit enim hoc à iure ſemel conceſſum fuiſſe: argument. l. 3 C. de theſau. l. 10 & l. quæ ſub conditione, § final. ff de condit. inſtitut. Et de hoc plenè habetur in capitul. penultim. de donation. & duodecima, quæſtione ſecunda, capitul. bonæ, & in capitul. paſtoralis, de his quæ fiunt à prælat. quibus locis magis communiter concluditur, quod à principio Epiſcopus non poteſt de nouo conſtruere Monaſterium, nec Eccleſiam ſæcularem iam conſtructam Monaſticis regulis informare, ſine conſenſu capitul. & ita procedit duodecima quæſtione ſecunda, capitul. ſi Epiſcopus. ſed poſtquam hæc acta ſunt ſine conſenſu capituli poteſt ſolus hanc donationem facere, quando tamen eſt neceſſaria, dict. capite pen. quod declarat hic paragraff.

h ¶ Sepulturis.] Poteſt enim Epiſcopus ſepeliri etiam extra Cathedralem Eccleſiam: vt per Abb. in capite pen. de dona. Et eſt hic argument. quod impenſa funeralis Epiſcopi eſt facienda ſumptibus Eccleſiæ, & non de proprio patrimonio, de quo vide per Abb. in cap. vt præteritæ de electio.

i ¶ Rebus Eccleſiæ.] Vel etiam de rebus menſæ ſuæ, vt in cap. pen. vbi declarat. Ab. de donation.

k ¶ Quinquageſimam tantum.] Sed de quibus rebus datur iſta quinquageſima? Hug. in cap. bonæ 12 quæſtion. 2 quod de fructibus annuis. Sed communiter tenetur, quod etiam de proprietatibus poſſit dari immò ſecundum. Abb. in capit. pen. de donat. hoc erit Cathedrali Eccleſiæ expedientius. Sed an aliquod ius retinebit Eccleſia Cathedralis in iſta quinquageſima, vel centeſima? Reſpondeo ſecundum Goff. directum Dominium, quòd tamen ſecundum Ioan. And. & Ab. non videtur iure probari.

l ¶ Conferre.] Scilicet donatione inter viuos, non autem teſtamento ſecundum Archid. in cap. quia Ioan. 12 quæſt. 5 & Abb. in cap. pen. de don. vbi diffuſè de ratione differentiæ.

m ¶ Eligat.] Vt cap. bonæ in fin. 12. quæſt. 2.

Ia. Bap. Quamcumque.] CASVS in hac parte ita meo iudicio figuratur. Postquam conclusum fuit certam Ecclesiam esse construendam quærebatur vlterius, quid esset in tali constructione obseruandum, quidam enim dicebant nil aliud esse necessarium nisi eam ædificare, atque locum ac ædificiũ Deo simpliciter dedicare, si quidem si solemnitas aliqua adhiberetur idem esset construere, & consecrare, quod videtur inconueniens. Sol. vt hic dicitur, & ratio illa assignari potest, quia cum cura Ecclesiar. pertineat ad Episcopum ca. omnes basilicæ, 16 q. 6 conuenit quoque iuri, & rationi, vt eius authoritate, & ordine construantur, non obstat obiectio, quia solemnitas requiritur in constructione, & alia in consecratione. No. primo, in constructione Ecclesiar. duo esse necessaria, videlicet ædificare & certam solemnitatem adhibere. Not. secundo cum etiam ex §§. super. quod licèt spiritualia ob salutem fidelium, & fauorem religionis sint amplianda, tamen non permittitur talis ampliatio cum læsione alterius rei, vel personæ, hinc not. amplia ad regu. id quod nostrum, & ad reg. non debet, ff de reg. iur.

assensu id inchoari non debet, [a] ad locum veniat, in quo Crucem [b] ipse figet, & publicè atrium designabit, nec illam antea patietur ædificari, aut munus impendet consecrationis, quam dotem [c] Basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartula confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & custodum stipendia, sufficere valeat. [d]

Construenti nouam Ecclesiam potest nouum opus nunciari, h. d.

Sed si quis dum noua construitur Ecclesia, aut sibi quoquomodo nocere existimet, [e] noui operis nunciatione consulere sibi poterit, postquam si legitima non sit impetrata remissio, [f] quidquid ædificatum fuerit, siue

a ¶ Non debet.] Facit cap. pastoralis, de priuileg. si tamen nollet consentire, posset recurri ad Superiorem: argum. cap. nullus de iur. patro. & per Abb. cap. 2 eod. in fin. & fac. 1 quæst. 2 cap. placuit, de consecr. dist. 1. capitul. nemo 16 quæst. vlt. capitul. piæ, & cap. Frigentius, capitul. cum sicut de consecrat. Eccles. vel altar. Authen. vt determ. fit cleric. numerus.

b ¶ Crucem.] Auth. de mon. § illud, & orationes Episcopus dicet. authen. de Eccles. tit. § si quis autem voluerit.

c ¶ Dotem.] Vt sup. de iur. patron. post princ. Sed quid si dotis constitut. fuit ommissa in fundatione? Resp. debet constitui in consecratione. Sed quid si, & in consecratione fuit ommissa dotis constitutio? Respon. quidam quod cogendus est, qui consecrauit, sed secun. Abb. in cap. cum sicut, de consecrat. Eccles. vel altar. est prius ex quasi contractu conueniendus, & cogendus is, qui consecrari fecit, & obligatio transibit in hæredes, vt ibi not.

ALOYSIVS RICCIVS. Habes præsenti, § Episcopum non debere permittere Ecclesiam ædificari, & consecrari, nisi prius dotetur, vnde quæritur, quantam autem dotem constituere debeat patronus in Ecclesia in qua ius patronatus habet glossa, & doct. iuris Canonici tam variè loquuntur, vt meritò dici possit illud Comici, quot capita tot sententiæ, quando quidem, glos. 1 in c. quicunque, lib. 2. 16 quæstione septima, dicit, quod debet esse tanta, quod ad necessaria ministrorum, & ad luminaria sufficiat allegar. text. in capitul. nemo de consecratione distinctione prima, vnde infert pro modica dote, aliquem ius patronatus non acquirere. Aliu. glos. in capitul. cum sicut de consecratione Eccles. vel altar. aut quod constituit Monasterium tanta dos assignari debet, quod in ea esse possint Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores, & Lectores, item debent in ea hospites recipi, & cura Episcopalia solui, si verò est Ecclesia non collegiata, dos ad minus pro duabus sufficere debet hanc glos. reprehendit ibi Hostien. num. secundo, & alij post eũ, quia si tanta deberet esse dos, quod etiam hospites recipi possent, pauci reperirentur fundatores qui ad hoc vellent astringi Hostien. ibi, numer. tertio, dicit quod sufficit certam quantitatem terræ [quã vocant mansum,] pro dote assignare, nec ad hospitalitatem tenebitur, nec ad iura Episcopalia persoluendum, referunt, & simpliciter sequuntur Anchara numero secundo. Butr. n. 4 in dict. capitul. cum sicut Vinc. verò relatus per Panormit. in d. ct. capitul. cum sicut in fi. dicit, quod si Ecclesia est Parrochialis ratio decimarum, oblationum, & aliarum obuentionum spiritualium haberi debet, quasi velit ob decimas, minorem dotem constitui posse. Verum, glos. in capit. vt quisque in verb. clericum de vit. & honest. Clericor. dicit quod tanta dos assignari debet [si non est Ecclesia collegiata] quod ad minus pro duabus sufficiat, illamque sequuntur Card. Floren. numero primo, Butr. num. secundo. Imol. num. primo. Panormit. ibi, num. primo, quam sententiam post alias opiniones relatas hic qui videtur Panormit. in dict. capitul. cum sicut dum ibi dicit, numer. quinto, quod tanta debet esse dos, quod presbyter saltem cum vno ministro viuere possit, habito respectu ad spirituales oblationes, solemnia enim Missarum absque suffragio clerici celebrari non possunt, capitul. proposuit de filijs presbyt. Sed quando ecclesia est collegiata, dicit ibi Panormit. in capitul. primo, in 1 notab. de censibus, & consil. octuagesimo nono, & hæc opinio concordat cum opin. glos. in dict. capitul. cum sicut excepto eo, quod ibi dicitur de hospitalitate, & iuribus Episcopalibus persoluendis, hanc etiam amplectitur Rocchus de Curt. in tract. de iure patronat. in verb. dotauit quæstione octaua, numero decimoquinto, vbi attestatur esse de mente omnium communiter, quamuis per diuersa verba loquantur.

d ¶ Valeat.] Nisi ex necessitate construeretur, quo casu posset construi sine dote: vt not. supr. eodem, § plebium, & hoc casu iustitueretur in ea sacerdos, qui sibi victum manibus, & industria, & eleemosynis quæreret: argument. capitulo clericus victum, distinctione nonagesima prima, & tenet Abb. in capitul. audientiam primo eodem.

e ¶ Nunciatione.) Capitul. primo, & capitulo secundo, de nou. oper. nunc.

f ¶ Remissio.) Vel nisi notorium sit de nou. itre nunciantis, vt per Abba. in capitulo primo, de nou. oper. nunci. & hæc remissio, quandoque fit expressè, quandoque tacita: puta morte nunciantis: vt, ff. de nou. oper. nunc. l. non solum, § sciendum. Sed quid si denunciator non vult remittere nunciationem? Respon.

illud iure, ſiue iniuria, [a] omninò ædificantium impenſis deſtruendum [b] erit, negotiumque ipſum, ſecundum legum, [c] & canonum ſtatuta terminabitur.

Qui præter Epiſcopi conſenſum Eccleſiam conſtruit, facit iacturam iuris patronatus, hoc dicit.

Diuerſum ſtatuetur in ea, quæ præter epiſcopi conſenſum conſtructa fuerit: hæc enim ſi nemini nocet, deſtruenda quidem non erit, [d] ſed ob Superioris neglectum [e] excluſo iure patronatus cum dotibus ſuis [f] Epiſcopalibus iuribus [g] applicabitur.

Eccleſia debet quanto poteſt citius conſecrari, h. d.

Baſilica igitur legitimè extructa non antè ſacris eſt deputanda myſterijs, quàm munus conſecrationis acceperit, [h] quod ne qua diuino cultui afferatur morâ, quantò poterit citius [i] conficiendum erit.

Eccleſia conſecranda eſt ab Epiſcopo, qui prius baptizauanit incolas regionis, vbi conſtructa eſt, h. d.

Et ſi dubitetur, à quo dedicanda ſit, * illud exquiri oportebit cuius ciuitatis Epiſcopus antequam fundaretur, incolas baptiza-

vt not. in cap. 2. de nouis oper. nunc.

a ¶ Iniuria.] l. 2 & l. prætor, § ait prætor, ff. de nou. oper. nunc. & capit. 1 vbi notat. de nou. oper. nunc. Et eſt ſimile in excommunicatione, quæ ſemper tenet, ſiuè iuſta ſit, ſiue iniuſta 11 q. 3 capitul. 1.

b ¶ Deſtruendum erit.] Sed immo contra: nam attentata poſt appellationem extra iudicialem non veniunt irritanda, niſi ſint contra ipſam appellationem, & niſi prius iuſtificetur appellatio, capitulo cũ nobis, & quod ibi, nota de election. & in capitulo bonæ, de appellation. & capitul. non ſolum, de appellat. in 6. Ergo cum nunciatio ſit huiuſmodi, deberet expectari finis denunciationis antequam deueniri deberet ad deſtructionem. Solu. Abb. in ca. 1 de nou. oper. nunc. Quod ſpeciale eſt hoc in hac nunciatione ob rixas euitandas, & quia *tractatur de modico* præiudicio: nam intra tres menſes nuncians probare debet de iure ſuo, l. 1 C. de nou. oper. nunc. & ob neglectum Iudicis, quæ ratienes non militant in appellatione extraiudiciali.

c ¶ Legum, & canonum.) Not. duo ex hac litera. Primum, quòd in cauſa eccleſiaſtica poſſumus leges ſæculares allegare: & quod poteſt vtriuſque iuris diſpoſitio allegari. De quo latè habetur, in ca. 1 de nou. ope. nunc. & in cap. cum Eccleſia S. Mariæ de conſt.

d ¶ Non erit.] Et hoc probat Abbas multis iuribus in c. 1 in fin. de nou. ope. nunc. quidquid ibi dicat gloſſ. & videtur tex. in c. cum olim 2 de priuil.

e ¶ Neglectum.] Accipe actiuè, id eſt, quia neglexit, & fac. c. cum olim ſecundo vbi Abb. de priuil.

f ¶ Dotibus ſuis.] Quas non poterunt ædificatores retrocedere, & ad ipſorum vtilitatem conuertere, ſecundum Abb. in cap. cum olim 2 de priuil.

g ¶ Iuribus.] Non vt epiſcopus diſponat ad vtilitatem propriam, ſed ſicut de alijs eccleſijs: quia habebit ipſe collationem, & alia iura epiſcopalia 10 quæſt. 1. c. regenda.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § pœnam erigentis eccleſiam iuriſpatronatus abſque conſenſu epiſcopi eſſe amiſſionem dicti iuris, & meritò nam conſenſus epiſcopi, ſiue ordinarij, ideo in iurepatronatus conceſſione requiritur, vt videat loci idonei erectionem, ac eccleſiæ erigendæ inſpiciat quantitatem dotis, & diſponat modum regendæ, & gubernandæ eccleſiæ, vt ex Cald. in cons. vltim. vers. & ratio tit. de iurepatr. Fauore etiam eccleſiæ, ne contingat inchoari, & non finiri, & conſummari, videat poſtmodum non ſufficienter dotari, vt per Abb. Panor. in conſ. 89 vol. 2 vel potius quia iſta ſpiritualia à laicis propria authoritate tractari nequeant, vt per eund. Panor. in cons. 79. volum. 2 de furt. de iure patron. in verb. pro eo quod de diœceſani conſenſu quæſt. 3 nu. 7 quas rationes refert, & ſequitur Cantuc. in decis. nouiſſ. Rom. 99. vol. 2.

Baſilica igitur. Hæc pars ſubdiuiditur in 5. part. in prima habetur quando & à quo eccleſ. ſit conſecrat. in ſecunda, an conſecratio ſit reiteranda: in tertia an actus conſecrandi poſſit delegari: in quarta quæ eccleſia debeat conſecrari: in quinta an & quando eccleſiæ dedicatio debeat celebrari, ſecunda ibi eccleſiæ: tertia ibi, confici autẽ: quarta ibi, illud etiam quinta ibi, ſolemnitates quoad primum CASVS *Io. Bapt.* ita figuratur. Cum eſſet in quadam villa noua eccleſia ædificata, & ſciens ſacerdos illius loci quod non poſſet in ea celebrare, niſi eſſet quoque conſecrata, cap. ſicut de conſecra. diſt. 1 propterea voluit eam conſecrare, putans id ſibi eſſe licitum, cum poſſet celebrare, quod eſt plus: argum. ca. plus de regu. iur. in 6. vnde fuit quæſitum quid iuris. Solut. vt hic decidit, quia, quæ conueniunt ad congruentiam celebrationis, ad epiſcopum videntur pertinere, arg. d. cap. ſicut ex qua ratione intelligimus obiectionem non concludere, & cap. plus, in huiuſmodi caſibus eſſe limitandum. Not. primo argumentum quod deffinire quæ conueniant ad congruentiam diuinorum pertinet ad epiſcopum: Not. ſecundo, ſpiritualia in vtilitatem fidelium citius eſſe celebranda ſecundum qualitatem ſubiectæ materiæ cap. fin. eod. de conſecrat.

h ¶ Acceperit.] Niſi tamen epiſcopus permiſerit. ca. miſſarum, de conſecrat. d. 1 ne ſit contra id quod habetur inf. de immu. eccleſ. § ſed & conuiuia, in fine.

i ¶ Citius.] Cap. fin. de conſecrat. eccleſ. vel altar.

* A quo dedicanda ſit.] Olim nullæ baſilicæ ſine Romani Epiſcopi auctoritate conſecrabantur, vt refert Socrates lib. 2. cap. 8. & 17. & obſeruarunt Romani emendatores in Can. præcepta in verb. antiquis Canonibus Can. d. locorum, & Can. præcepta & ſeq. de conſecrat. diſt. 1. Sed hodie ſufficit Epiſcopi auctoritas ob difficultatem adeundi Papam, & diſtantiam locorum cuius primis temporibus facilis patebat occurſus vt notat Turrecremata d. Can. locorum. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præſenti § vſque ad § ſed ſi eccleſia agitur de conſecratione eccleſiæ, vnde notabis quod dicuntur eccleſiæ conſecratæ, vel ex ſcriptura ſeu inſtrumento dotationis, vel ex Antiquis libris

veluti columna, seu saxo aut tabula marmorea, vel ex crucibus rubeis pictis ad parietes Ecclesiæ, vel ex dicto testis etiamsi vnicus sit, vel de visu, vel de auditu, cum non agatur, de præiudicio alicuius, sed de commodo multorum, quo casu recipitur dictum vnius testis Innoc. ad rubr. de consecrat. eccles. vel Alt. Abb. in dicto cap. tit. Sayr. dict. loco num. 31 vltra quod scribit Thesau. for. Eccles. part. 2 c. 29. n. 29 Ecclesiam non consecratam gaudere eodem priuilegio quo consecrata, vt in Oratorio, in dubio autem nō præsumitur consecrata ecclesia etiam per diuturnitatem temporis cap. ecclesiæ, & cap. solemnitates de consecrat. distin. prima, & Mascard. de probat. conclus. 415 & 582. vbi in extremo distinguit inter Cathedrales Ecclesias, quæ præsumuntur, temporis nihil præstat ad præsumendam solemnitatem extrinsecam cui partes non possunt renunciare, multo minus quando ageretur de magno præiudicio Tertij, & solemnitas requireretur ad perfectionem actus Bart. in l. sciendum n. 3. cum sequentibus, ff. de verbor. oblig. Ofasch. decis. 175 numer. 6 cum adductis per Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt 132. in fin. Gamb. suis communibus, tit. de præsumpt. conclus. prima, numero 53 cum sequentibus, & Mascard. de probat. conclus. 1315 numero 13 & seq.

uerit: [a] & ad cuius consignationem sub annua deuotione concurrerint, [b] atque is etiã ad consecrationem vocandus erit.

Ecclesia semel consecrata non debet amplius consecrari, h. d.

Ecclesiæ autem, vel altari semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, quia velut infans à sacerdote ritè baptizatus non debet iterum baptizari, [c] si ita nec locus semel Deo dicatus, iterum consecrari.

Non dicitur iteratum quod semel factum ignoratur, h. d.

Planè si de Ecclesiarum, vel altarium consecratione dubitetur, nec de ea, aut scriptura [d] appareat, aut testes [e] existant sine vlla dubitatione erunt consecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit; quia iteratum dici non potest, quod semel esse factum ignoratur. [f]

Ecclesia polluta debet reconciliari, h. d.

Sed si Ecclesia, [g] aut ab igne exusta, [h] aut fusione sanguinis [i] vel secontra. Quid si nullus Episcoporum exercuit aliquam iurisdictionem? Respond. superior ipsorum litem dirimet, & cui voluerit id ius concedere poterit, vel etiam pro se retinere, secundum Host. & per Abb. in dicap. 1 argum. cap. quoniam de decim.

Ecclesiæ. CASVS. Quidam rurales sacerdotes deuotione moti petebant ob quamlib. leuissimam causam ecclesias, & altaria de nouo consecrari, quod quidem videbatur sibi esse concedendum, quia fideles probabiliter audirent in eis diuina maiori deuotione, vel maiori frequentia, quã de re fuit quæsitum quid iuris. Sol. vt hic habetur quia reiterare huiusmodi actus, nisi canonica causa suaderet tendit in contemptũ eius, & propterea inde nō potest oriri vlla vtilitas, quia isti putabant, & sic cessat obiectio: Not. 1 nonnullos actus non posse reiterari, ne contemnantur, iux. not. in c. 2 de baptism. Not. secundo aliquid non dici esse factum, nisi de eo constet dict. c. 2. Ia. Bapt.

a ¶ Baptizauerit.] Quod officium pertinet ad episcopum alio non apparente, fac. capit. 1 de relig. dom. Et nota, quod per exercitium vnius iuris, seu articuli comprehensi sub vniuerso, infertur ad possessionem iuris vniuersalis. Sed contra videtur, c. auditis, & cap. olim, de præscrip. vbi exercens certa iura Episcopalia solum præscribit in illis, quæ exercuit, fac. not. per Bald. in l. 1 § si quis, ff de itine. actaque priu. fac. cap. cum contingat, de decim. & c. cum consuetudinis, cum ibi not. de consu. Solut. ex mente Inn. & Abbat. quod hoc quod dicitur hic procedit vbi per ius commune non fundatur intentio alterius: quia tunc per possessionem vnius articuli probatur possessio vniuersalis: quia non apparebat, quod hic locus esset alterius. Sed si alius aduersarius haberet fundatam intentionem in iure cõmuni: quia esset clarum, quod esset possessum ab alio ius aliquid in sua diœcesi, tunc procedunt contraria, & ad hoc vide Inn. in capit. cum dilectus de Capel. Monach.

b ¶ Concurrerint.] Id est, chrismati fuerint. Et sic nota quod episcopus quolibet anno debet tenere chrisma: vt per Abb. in capit. 1 de relig. domi. Sed an ista duo copulatiuè requirantur, ad hoc, vt id quod hic dicitur habeat locum, an sufficiat alterum? Respond. alterum sufficit, secundum Inn. & Abb. in d. c. 1 licèt quidam

c ¶ Testes.] Sed an sufficiat vnus testis? Resp. sic. velut, & in baptismo, c. paruulos de consec. dist. 4. Nisi essemus in contradictorio: vt not. in c. solemnitates, de consec. dist. 1 etiam, quod esset testis de auditu. Item sufficeret liber ecclesiæ, vel lapis incisus 24 q. 2 c. sanè 2 vbi not. & not. in d. c. solemnitates, & per Abb. in c. proposuisti, de consec. eccle. vel altar.

d ¶ Scriptura.] Argu. quod id, quod scriptura, vel testibus probari nō potest, pro infecto haberi debet, l. si maior C. com. diuid.

e ¶ Testes.] Sed an sufficiat vnus testis? Resp. sic. velut, & in baptismo, c. paruulos de consec. dist. 4. Nisi essemus in contradictorio: vt not. in c. solemnitates, de consec. dist. 1 etiam, quod esset testis de auditu. Item sufficeret liber ecclesiæ, vel lapis incisus 24 q. 2 c. sanè 2 vbi not. & not. in d. c. solemnitates, & per Abb. in c. proposuisti, de consec. eccle. vel altar.

f ¶ Ignoratur.] Sic cap. solemnitates, de consecr. d. 1 vnde sumitur & in c. 2 de baptism. argum. contra clericum, qui non recordatur, vtrum dixerit aliquam horam, quod debeat illam dicere de nouo, in dubio fac. l. in lege, ff de contrah. emptio.

g ¶ Sed si, &c.] Not. in hoc § casus in quibus ecclesia debet reconsecrari, vel reconciliari, & de materia in c. ecclesiæ, de consecr. distinct. 1. & not. in capit. proposuisti, de consec. eccl. vel altar. Et in hoc differt res inanimata, ab animata, quæ numquã reconsecratur: vt per Abb. in c. 1 eod. vbi de ratione diuersitatis.

h ¶ Exusta.] Pro maiori parte: aliàs secus: vt not. in c. ecclesijs, de consec. dist. 1 quod intellige, vt per Abb. in c. proposuisti. de consecr. eccles. vel altar.

i ¶ Sanguinis.] Humani, & iniurioſi, fac. cap. tuarum, in princ. de priu. Vnde si ibi sanguis humanus casu effundatur: putà quod quis minorationem faciat, vel si occidatur canis, ecclesia non est reconciliandа, vt not. in cap. vni. de consecrat. eccles. vel altar. in 6. & per Abb. in cap. proposuisti, cap. tit. Sed quid si vulneratus

extra

extra ecclesiam in ecclesiâ fugiens sanguinem ibi spargat? Respond. non est reconcilianda: vt not. in d. ca. 1 secus è contra. Quid si homo occidatur in tecto: puta sagitta secundum Hug. non est facienda reconciliatio, quia id videtur factum extra ecclesiam. Eadem ratione, si in cella vel spelunca fuerit facta effusio. Sed quid si sanctus ibi occidetur? Videtur Ecclesia sanctificata, non polluta. Dic quòd est reconcilianda, licèt non lauanda: vt not. in d. c. 1. Quid si fuerit cõmissum homicidiũ sine sãguinis emissione: puta quia fuit quis suspensus? Resp. adhuc debet reconciliari, vt cap. proposuisti, de consec. eccles. vel alt. & not. in cap. 1 eod in 6 vbi de hoc latè. Item intellige, si homicidium fuit violentum: Secus si casuale, Abb. in dict. cap. proposuisti. Et intellige, quod hic dicitur, non habere locum in modica sanguinis effusione, quod suadet verbum effusio, secundũ Ab. in d. c. proposuisti.

minis, [a] vel excommunicati humatione [b] polluta [c] fuerit, etiam si semel antea consecrata appareat: nihilominus diligentissimè expurgata iteratò consecranda, [d] vel reconcilianda [e] erit.

a ¶ Seminis.] Humani, non canum. Et quidam hoc intelligunt de semine fornicario, secus si vir cognosceret vxorem, quod tamen à pluribus non probatur: vt not. in capit. 1 de consecr. eccles. vel alta. in 6.

b ¶ Humatione.] Cap. consuluisti de consec. Eccles. vel altar. vbi Abb. addit alium casum, videlicet si eccle. fuisset cõsecr. ab eo, qui esset notoriè excom.

c ¶ Polluta.] Immo ecclesia non potest pollui, c. vestra de cohabit. mul. & clerico. Sol. verum est quod ecclesia non potest peccare, non potest etiam pollui à peccatis hominum sed ista reconciliatio fit ad terrorem vt homines inde intelligant, quod ex facto atroci, etiam sancta polluantur, ita vt inducantur ad cogitandũ quãtum sit elaborandum pro expiatione proprij peccati. Vnde infertur per Doct. quòd vbi ista fierent occultè, non est opus reconciliatione fac. not. in c. vnico colũn 6 vbi etiã an polluto cœmeterio sit polluta eccl. & econtr.

d ¶ Consecranda.] Refertes ad casum totalis exustionis, vel pro maxima parte, vel destructionis, nam his tribus casibus eccl. recõsecratur Ab in c. prop. ec.

e ¶ Reconcilianda.] Differunt autem hæc reconsecrare, & reconciliare, licèt interdum confundantur vt not. in ca. si motum, de consecr. dist. 1 & hoc verbũ referas ad omnes alios casus, exceptis tribus, de quibus notula proxima superiori.

ALOYSIVS RICCIVS Agit hic Author de Ecclesia polluta reconcilianda vnde notabis, quod in sex casibus Ecclesia pollnitur.

Primus est in capit. Ecclesijs distinct. 68 & in ca. Ecclesijs de consecrat dist. 1 ca. proposuisti de consecrat. Ecclesiæ scilicet quando intra Ecclesiam humanus sanguis iniuriosè effunditur, declarantur, aut causa naturalis eius effusionis, aut mortis datur, ex quo infertur ad infrascripta.

Primo quod si extra Ecclesiam, vel in eius tecto, vel in campanili, vel in specu. effundatur non erit polluta, vt tradit Archid. in dicto ca. Ecclesijs cum gloss. ibidem consecratio ecclesiæ, lib. 6 vnde secundum Naldũ in eius summa in verb. Eccles. non dicitur polluta per actus qui fiunt extra corpus ipsius ecclesiæ, puta in locis adiacentibus ecclesiæ, vt sunt Campanile, Criptæ subterraneæ, & similes, quæ tamen non sint ad sacros actus deputatæ prout in multis ecclesijs extãt loca subterranea in quibus aliquando Diuina officia celebrantur, de quibus cod. Iure censendum erit, quo de ipsis ecclesijs, vel si fierent, supra tectum eccles. in specie not. post alios Suar. de relig. tom 1 libro 1 capit. 9 Sãch. de matr. tomo 3 lib 9 disp. 15 secus vero esset, si cãpanile includeretur in corpore ecclesiæ, quid autem dicendum sit de Sacristia, vt ibi per Sanch. vbi concludit contra aliquot Neotericos non dici partem ecclesiæ, & sic non inducere Sacrilegium, non enim est destinata cultui Diuino, sed ad conseruationem vestium sacrarum, & communiter solet pariete intermedio ab ecclesia seiungi per quẽ inducitur diuisio vnius loci ab alio, vt ex gloss. & scrib. in capite vnico de consecrat. eccles. vel alt. lib. 6

Infertur 2 quod appellatione eccles. in hoc casu, venit etiam non cõsecrata tex. in c. fi. de cõsec. eccl. vel Altaris.

Infertur 3 quod percussio absque sanguinis effusione non violat ecclesiam vnde cum palo, vel Baculo manibus pedibusque aliquem percutere, vel offendere, vel illud ense vestito, vel emisso in vagina Hispani dat de expadatees alapam, & similia inferre non polluit colligit ex supra dictis omnibus Syl.

Infertur quarto in verbo humanus quod per animalium sanguinem ecclesia non polluitur gloss. in capite 1 in verb. sanguinis de consecrat. eccles. Nauar. c. 27 n. 259

Infertur quintò in verbo iniuriosè quod verbum hoc impertat magnam quantitãtem, vt ex verbis Domini constat Matt. 26 qui vobis voluit magnam copiam significare non sufficit sanguinis effusio quæ fit naturaliter è naribus, vel ore aut alicuius casu, vel lapidis ictu cadentis, vt ait gloss. recepta communiter in ca. 1 de consecrat. ecclesiæ lib. 6 & Nauar. supra Syl. Ang. Arm. ver. consecr.

Ex quibus reprobatur, aliquorum antiquorum dubitatio, atque etiam assertio dicentium mulieris mestruo intra ecclesiam cadente ipsam violari.

Patet etiam sanguinis effusionem causatã ab ictu furiosi pueri, vel mente capti non facere ecclesiam pollutam, & tradit Archid. in dicto cap. 1 Collectarius in cap. fin. de delict. puerorum Nauar. supra Arm. sup. numero quinto Syl. infra.

Nec censetur polluta ecclesia si quis cum moderami. inculpatæ tutelæ se defendendo alium intra ecclesiam percusserit, aut occiderit Ab. in cap. proposuisti, de consecrat ecclesiæ, vel Altaris Dom. in dicto cap. 1 de consecrat. eccles. lib. 6 quos refert, & sequitur Nauar. & Armil. sup. Innoc. quem refert, & sequitur Syl. consecratio. nu. 5

Secundus casus est pollutionis per voluntariam humani seminis effusionem gloss. in cap. 1 de consecrat. eccles. libro 6 vers. humanum Summ. Confess. lib. 3 tit. 24 q. 1 74 Syl. verb. consec. 2 nu. 3 vers. 3 Armil. ver. consecrat n. 6 episcopus Scal. de interdict. ca. 13 omnes per ca. significasti de adulter. conc. Colon. p. 9 ca. 28 Sot. 4 dist. 13 q. 2 art 3

Ex quibus infertur nil animalium quorumcumque intra ecclesiam copulam illam non polluere gloss. in dict. capite & omnes sup.

Infertur secundò sub illo verbo humani seminis intelligi de pollutione à quocunque Layco Clerico, Iudeo infideli viro, vel fœmina naturaliter, vel extra vas vel Sodomiticè per fornicationem adulterium, vel fluxum facta, vt probant omnes supra.

Infertur tertiò errasse tenentes opinionem illam, quã refert, & reprobat, cum communi tractatus de priuil, eccles. priuileg. 5 num. 7 & tenet Ang. verb. consecrat. nu. 9 scilicet pollutione in somnis polluere ecclesiam sed communis contra quam refert & sequitur Nauar. cap. 27 nu. 257

Infertur quartò ad quæst. vtrum copula cõiugali polluatur ecclesia. Resp. quod licèt Hug. Ioan. Arm. Ioan And. Sũ. Pfal. Rich. 4 d. 32 q. 1 art. 3 Alb. 2 par. 64 art. 2.

Angel. verb. debitum numero 5 Resol. consecrat. 1 qu. 2 Almai & Maior l. 32 qu. 1 Sylu. verb. debitum, q. 3 Ledesm. 2 par. quæst. 66 art. 1 in fin. Cast. lib. 1 de lege pænal. cap. 7 & alij, quos refert. sum. confess. sup. Sylu. verbo consecratio 2 nu. 5 Arm. nu. 6 Coua. & alij Nauar. dicens, communem cap. 27 nu. 257 dicunt non pollui per copulam matrimonialem, cõtraria tamen opinio est verior, & tenenda, quia communior. quam tenent omnes supradicti, & nos probauimus sup. 1 de matrimonio in fine, & tenet Lelius de Zanchis de priuil. ecclesiæ priuilegio 5 nu. 6 qu. 2 art. 3 apertè dicat pollui.

Casus tertius est, quando in ecclesia aliqua excommunicatus sepelitur, tex. in cap. consuluisti de consecratione ecclesiæ, vel Altar. Ang. Sylu. Arm. Tab. & omnes sumistæ eodem verb. Sũma cõfes. sup. Couar. & alijs episcopus Scal. de interdict. capit 13 Nauar. capit. 27 num. 57

Quartus casus est quãdo in illa ecclesia aliquis infidelis sepelitur tex. in cap ecclesiam 2 & 3 de consecrat. dist. 1 communiter omnes supra, aduertè tamen, quod quamuis in excõmun. ibi sepulto sufficiat reconciliatio, in hac tamen, vltra communẽ conciliationem sunt etiam parietes abradendi vt notat Abb. quem refert, & sequitur Nauar. supra.

Quintus est, quando ecclesia fuit consecrata aut benedicta per episcopum excommunicatum publicum arg. d. capit. cõsuluisti vbi not. Abb. & Hostiens. quos refert. & sequitur Angel. Sylua. Arm. Nauar. Couarr. & alij supra sextus quando omnes parietes renouantur, gl. in capitul. ligneis de consecrat. Ecclesiæ quod non approbat Nauar. sup. Immo dicit contrarium verius.

Propter detrimentum altaris ipsum altare, non Ecclesia est iterum consecrenda. h. d.

De eo dubitari [a] contigit, si altare motũ [b] fuerit aut lapis superpositus, qui sigillum [c] continet, confractus, [d] aut diminutus, an Ecclesia debeat iterum consecrari? Et responsum est, ob id Ecclesiæ non esse consecrationem iterandam: sed ipsum solum altare denuò consecrandum. [e]

Quibuscumque diebus potest Ecclesia consecrari, sed solum ab Episcopis, qui ea, quæ sunt iurisdionis possunt demandare inferioribus, secus quæ sunt ordinis. h. d.

Confici autem poterit Ecclesiarum, altariũque consecratio quibuscumque diebus [f] tam Dominicis, quàm priuatis, sed non à quocumque: licèt enim aqua per Episcopum benedicta per alium Episcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit Ecclesia reconciliari possit: idem tamen per Sacerdotes simplices fieri non poterit, quia ea quidem quæ iurisdictionis [g] sunt etiam inferioribus Episcopus demandare potest: sed quæ ordinis [h] sunt, inferioris gradus clericis committere non potest. [i]

Non debet consecrari Ecclesia vbi sepulta sunt corpora infidelium, nisi seruata forma huius. § hoc dicit.

Illud etiam animaduertere consecratam oportebit, ne Basilicam, in qua infidelium sepulturæ sunt, quæ est magis digna, & magis firma, vt per Ab. in d. c. 2

quod videtur illum corrigere, vel dic. vt in d. ca. 1 & de hoc vide per Abb. in ca. proposuisti eo. vbi plenè prosequitur omnes casus.

Confici CASVS Quidam episcopus cum deberet; certam ecclesiam consecrare & esse impeditus, voluit hoc cuidam sacerdoti committere, putabat autem id sibi esse licitũm per § fin. ver. episcopo permittente sup. de sacerd. inf. grad. vnde cum de hoc fuisset dubitatum, fuit data Sol. prout hic legimus, quia quæ sunt ordinis, sola volũtate nequeunt committi, vt docet glo. magna super cap. aqua eod. tit. de consecrat. nõ obstat obiectio, quia non est inconueniens, vt nonnulla de ijs, quæ sũt ordinis possũt committi etiam inferiorib. vt adno. gl. in d. § fi. & in hoc tit. nostro: Not. 1 differentiam inter potestatem ordinis, & iurisdictionis. No. 2 argumentum quod episcopus habeat aliquod plus essentialiter, & intrinsecè respectu ordinis, quã habeat sacerdos inferior. & ideò ordo Episcopalis videtur distinctus ab ordine sacerdotali: qua de re tamen quid sentiant Theologi declarat. Sol. de iust. & iur. lib. 10 quæstione 2 art. secundo. *Ioan. Bap.*

a ¶ Dubitari.] Cap. 1 ca. quod in dubijs, ca. ligneis, eodem.

b ¶ Motum.] Ita quod formam primam amiserit: vt not. in capit. si motum, de consecrat. distinct.

c ¶ Sigillum.] Quid sit lapis iste per Abbat. in capite primo eodem.

d ¶ Confractus.] enormiter, secus si fuerit passus modicam rupturam, vt per Abb. in ca. ligneis eod.

e ¶ Consecrandum.] Immo etiam ecclesia tota capitu. si motum de consecr. dist. 1 Resp. ibi verbum cõsecratur exponendum est, id est, reconcilietur. Sed hæc expositio non tollit ex toto contrarium. Vnde potes dicere, quod hodie non stamus illi textui per ca. 1 eod.

f ¶ Quibuscunque diebus.] Cap. 2 eo ipso regulariter contra. 21 qu. 1 ca. de votis, & ca. 1 de temp. ord. & supra commu. tam maior. quam mi ord. § igitur. Resp. hic sumus in cõsecratione rei inanimatæ, quæ est minus digna, in contrariis in cõsecratione rei animatæ

g ¶ Iurisdictionis.] Putà iudicare, cognoscere, instituere, conferre, excommunicare, c. transmissam, vbi not. de electio. & in capit. pen. eo. fac quod not. in cap. peruenit. distinct. 95

h ¶ Ordinis.] Putà clericos ordinare, virgines consecrare, chrisma conficere, & huiusmodi, quæ ministerium consecrationis desiderant; Vnde fac. regulam generalem, quod ea, quæ sunt alicuius ordinis non possunt delegari non habenti illum ordinem: vnde Papa non posset. dare potestatem non sacerdoti conficiendi corpus Christi, not. in c. peruenit, dist. 95 & per Ab. in c. fin. de cler. ægro. & in c. pen. eo. Sed an Archiepiscopus qui nondum est consecratus, sed solum confirmatus, possit suffrag. cõsec. alteri demãdare? & nõ videt. cũ id per se nõ possit si vell. facere, dic vt per Ab. & Doct. in cap. suffraganeis de electio.

i ¶ Non potest.] Ratio diuersitatis not. in c. pen. eod.

Illud enim. CASVS. Quidam Epiſcopi indifferenter volebant Eccleſias conſecrare iam conſtructas, & cum in vna eſſent infidelium cadauera ſepulta, fuit dubitatum an poſſint, huiuſmodi enim corpora non videntur poſſe afficere loca iam Deo dedicata; ſol. tamen vt hic legimus, ne Eccleſia videatur curam habere de infidelibus contra dictum Apoſt. qui ſunt extra nos nihil ad nos, relatum in ca. gaudemus de diuort. & ſic etiam obiectio non concludit: Nota. 1 cum infidelibus etiam mortuis non eſſe communicandum, vt infr. melius dicemus: Not. 2 quod aliquid redditur aliquando ad aliquem finem idoneum quando videlicet ab eo remouetur contrarium. a ¶ Sanctificet.] Cap. placuit cum plurib. ſe. de conſec. diſt. 1 huius conſtitutionis ratio eſt, quia infideles viui ab Eccleſia repelluntur. 2 diſtinct. 1 cap. Clericos, & diſtinct. 25 cap. perlectis, ergo, & mortui, quia quibus viuentib. Eccleſia non communicat, mortuis communicare non poteſt, 24 q. 2 cap. 1. Sed quid dicemus de muliere prægnante mortua, quidam quod ſepelietur in Eccleſia: quia fœtus eſt pars ventris l. 1 § 1 ff de vent. inſp. Conſueuit tamen aperiri: & fœtus extrahi, & ſeorſum ſepeliri fac. cap. ſacris, de ſepult. & not. in cap. Eccleſia, 1 de conſec. d. 1.

b ¶ Euulſis.] Auctoritate principis, vel Epiſcopi tantum l. oſſa. ff de religion. fac. de conſecrat. d. 1. corpora.

* Euulſis inde corporibus.] Sic Paſchalis Papa cum templum, quod vocatur de populo in honorem Beatiſſimæ Virginis Romæ ædificare intenderet, Cor Neronis Imperatoris, ibi repertum in Tiberim proijci iuſſit ſic pariter Iulius II. cadauer, integrum Iuliæ filiæ Octauiani Auguſti, in loco ſacro poſitum in flumen abigi mandauit Anton. Beng. de Benef. tit. de fundat. Eccleſ. n. 15. SOLIER.

c ¶ Raſis.] Id eſt de albatis. Nam mutata forma, mutatur ſubſtantia rei Iulianus, § ſed etſi quis, ff ad exhibe.

Solemnitates. CASVS. Quidam ſacerdotes nolebant celebrare dedic. ſuarum Eccleſiarum, ea ratione moti, quia dicebant beneficium eſſe ſibi collatum ſolum ad curam habendam de ſalute animarum: vnde cum de hoc fuiſſet quæſitum quid iuris? ſol. vt hic habetur, quia Eccleſia non ſolum eſt ordinata ad ſalutem animæ, ſed etiam ad laudes Deo reddendas, & ideo etiam obiectio ſoluitur. No. quod argum. iſtius celebrationis vtile eſſet omnibus fidelibus diem quoque celebrare, in quo Deo per baptiſmum ſunt dedicati ſub tutela alicuius ſancti: Not. 2 argu. quod etiam nomen debent accipere ſub cuius tutela reperiuntur.

d ¶ Celebrandæ.] Cap. ſolemnitates, de conſecr. diſtin. 1. ſcilicet in ipſis Eccleſiis dedicatis, quod ſeruatur in hac ciuitate noſtra Peruſina, in qua die quinta decima Menſis Iulij celebratur dedic. Eccleſ. Cathed. Hieroſolymitanæ, quæ, & cuius capitulum occupata Hieruſalem ab infidelibus fuit tranſlatum in noſtram ciuitatem in Eccleſiam S. Lucæ vt extant publica monumenta in dicta Eccleſia, & meminit Bart. in l. 1 ff ad munici. & cum hæc ſcriberem erat feſtum dictæ dedicationis.

e ¶ Tribuit.] Nam eius operatio noſtra eſt inſtructio 11. q. 1 cap. Deus.

Hæc ædificandis. CASVS. Cum Eccleſia vt præſupponitur conſtructa aliquando deſtruatur, vel in totum, vel pro parte, & propterea indigeat reparatione fuit dubitatum quis ad id teneatur, & cum Eccleſiæ ædificentur in gratiam fidelium, vt habetur hic ſupra ex § conſtruuntur cum ſequent. propterea ip videbantur ad id obligati: ſolut. tamen vt hic legimus, quia Eccleſia poſſidet bona etiam ad hunc finem: hinc ſoluitur quoque obiectio: ſiquidem bona Eccleſiaſt. triplici de cauſa à fidelibus videntur conceſſa, & in Eccleſia conſecrata, iuxta Doctrinam Diu. Thom. 2. 2. qu. 285. art. 7 ſi rectè fuerit conſiderata, videlicet ob Eccleſiam, ob Clericos, & ob pauperes Not. 1 arg. quod clerici grauiter peccant ſi Eccleſias non conſeruant, vel non reparant, & reſtaurant: Not. 2. quod bona Eccleſiaſt. etiam pro conſeruatione Eccleſiarum ſunt data, & conſeruata, vt ſupra probaui.

f ¶ Beneficium.] Et ſic non ſolum Rector Parrochialis Eccleſiæ, de quo in cap. de his, eod. & 16. q. 1 cap. ſi Monachus. Sed etiam minores beneficiati in ipſa Eccleſia, fac. cap. 1 vbi Abb. eod. & cap. fiunt de his quæ fiunt, à ma. parte ca. & intellige deductis redditibus pro neceſſitatibus beneficiati, d. cap. de his.

g ¶ Pertinebit.] Niſi conſuetudo aliter diſponeret: vtputa: quia transfunderet onus fabricæ in populum, vt eſt Mediolani, arg. c. ad Apoſtolicam de ſimon. Vel niſi aliqua diſpoſitio ſpecialis, & localis aliter ordinaret, prout videmus hodie in multis locis, immò communiter Eccleſiæ habent prouentus diſtinctos pro fabrica: vt per Abb. in c. 1 eod. ET not. quod ſi quis de proprio patrimonio, & non de fructibus beneficij reficeret Eccleſiam, poſſet repetere, & teſtari de errogatis. Abb. in cap. cum pro cauſa de proc.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex præſenti, § refectionem Eccleſiæ ſpectare ad ipſum rectorem cap. 1 & cap. de his Eccleſ. ædificand. & cap. decernimus 16 quæſt. 1 latè Coſta. de remed. ſubſidiar. remed. 106 vbi ampliat idem procedere in penſionario ex conſ. Nauar. 1 cit. tit. conſil. vnic. citat. tit.

Quemadmodum patronus alicuius Eccleſiæ & dines tenetur in ſubſidium ad Eccleſ. dirutæ refectionem, vel etiam domus, quam rector inſtitutus inhabitat ruentis quando rector eſt pauper, nec redditus habet ſufficientes can. decernimus 10 qu. 1 ca. de his, & c. ad audien-

Io. Bap.

Ia. Bap.

pulta ſunt cadauera ſanctificet. [a] Sed ſi conſecrationem apta videbitur, euulſis [b] inde corporibus * & raſis [c] parietibus, & tignis, conſecrari poterit.

Feſta Dedicationum Eccleſiarum debent celebrari. h. d.

Solemnitates quoque dedicationum ipſarum Eccleſiarum per ſingulos annos erunt celebrandæ [d] ipſo Domino exemplum dante, qui dum ad feſtum dedicationis templi celebrandum, eum reliquis populis acceſſit, omnibus idem faciendi formam tribuit. [e]

Reparatio Eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorem beneficij, & Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere. h. d.

Hæc de ædificandis, & conſecrandis Eccleſiis, vel altaribus delibaſſe ſufficiat: nam ſi reparandæ ſint, vel emendandæ, id oneris proculdubio ad eum, qui Eccleſiaſticum poſſidet beneficium [f] pertinebit. [g] Sed &

Episcopus tertiam partem,[a] sibi obtingentem impendere debebit. Nunc de Ecclesiarum vnionibus paucis dispiciamus.

DE VNIONIBVS Ecclesiarum.

TIT. XIX.

Quid sit Vnio. h. d.

VNio[b] nihil aliud est quàm duarum pluriumvè Ecclesiarum facta connexio, dicta ab vniendo ex eo, quod plures Ecclesiæ in vnum coniunguntur.

Vnio aut est perpetua, aut temporalis. hoc dicit.

riam de Eccles. ædific. Cittadin. de iur. patron. par. 6 art. 5. num. 7 Lambertin. eiusdem nom. in tract. lib. 3 art. 2 & 3. 7. qu. princ. mox. populus ex Parrochiani tenentur in subsidium ob inopiam rectoris & patroni si quis sit ad reparationem Ecclesiæ, & eius ampliationem in casu augmenti populi quem templum non capiat Ab. ad ca. 1 de Eccles. ædificand. omni exemptione, contradictione & appellatione remota, vt ex sacr. Conc. Trid. cautum est sess. 21 cap. 7 § Parrochiales ex Thesaur. foro Ecclesiast. p. 2 cap. 2 vsque adeo, vt nec sit in potestate patronorum, vel populi, vel Parrochianorũ renuncian do vsui, & iuri patronatus dictæ Ecclesiæ dictæ refectionis vel ampliationis onus subterfugere, vel euitare, cum non dependeat à populi voluntate cap. omnis de pœnit. & remiss. Abb. prædicto in loco & Capitulo si quis nu. 8 de rebus Eccles. non alienand. Surdus Iatè consil. 62 volum. 1 ad quod onus conferendum contribuunt Parrochiani per æs, & libram scilicet pro rata sui æstimi. vt seruatur, in constructione operis publici Thesaur. foro Ecclesiast. dicto loco n. 73 perlege omnes vbi scilicet c. de oper. public.

a ¶ Tertiam partem.] 10 qu. c. priscis, cum seq. & hæc portio, modo tertia appellatur, vt hic, & d. ea. priscis: modò quarta, vt 12 q. 2 c. vobis, & cap. Vulteranæ, & c. quatuor, & cap. cognouimus. Sed hodie prælati, neque tertiam, neque quartam soluunt, nec fortè aliam portionem de consuetudine, quæ consuetudo valet, secundum Innoc. cap. fin. de his, quæ fiunt à mai. p. c. & secundum Abb. in c. 1 eo. Vbi etiam dicit, quod si aliter prouideri non potest tenentur Parrochiani, ex quo ibi percipiunt diuina: argumen. capit. si Episcopus, de offi. ordin. in 6.

DE VNIONIBVS Ecclesiarum.

PRæsupposito per tit. supra proximum: Ecclesias iam esse constructas, & consecratas, contingit aliquando eas inter se vniri, propterea post titul. præceden. proponitur nunc iste qui diuiditur in 5 par. in prima habetur quid, & quotuplex sit vnio: in secunda propter quid sit facienda: in tertia à quo, & quando fieri debeat, in quarta qualis sit eius effectus: in quinta quando dissoluatur; secunda ibi, velut: tertia ibi, non tamen, quarta ibi, sequuta verò: quinta ibi dissoluitur.

Io. Bap. VNio nihil aliud. CASVS. Non figuratur: Not. 1. causam dist. quia Ecclesia in vnione, aut mutat esse simpliciter, & sic datur vna ipsis: aut secundum quid, & sic datur altera: Not. secundò argumentum, quod cum aliquid mutatur secundum quid, & non simpliciter, dicitur retinere propriam naturam, & facit ad intelligentiam cap. diminutionis.

b ¶ Vnio.] In iure, vel apud Doctor. antiques non reperitur definitio, seu descriptio vnionis. Primus omnium Cacialupus eam descripsit in suo tractatu de vnionibus: sed sua descriptio longior est quam, § Callimachus quod valdè inconuenit. Aliam ponunt Moderni Galli in praxi beneficiaria sub tit. de vnionionibus, quæ cum non multum non distet ab ea, quæ hic ponitur (est enim hæc brevior aliquanto, & simplicior) inde mutuari poteris, quæ ad huius declarationem sunt necessaria, & communiter hæc verificatur, quod Iurisis videtur sufficere, § seruitus instituit. de stat. hom. & tenent Doct. in rub. de iud. in antiq.

ALOYSIVS RICCIVS. Ad intelligentiã cum, & pro ornatu huius § videndum est, quid sit vnio, & qualiter fiat, vnde dicas, quod vnio est benef. seu Ecclesiarum à legitimo superiore facta annexio, vt post Rebuff. & alios notat. Garz. de benef. p. 12 cap. 2 nu. 3 & ideo dum vnum beneficium vnitur alteri, iam assumit naturam, & qualitatem benef. cui vnitur vt si Ecclesia sæcularis Canonicorum vniatur Eccles. regul. Monach. efficitur regularis eiusdem Ordinis c. cum dilectus de ijs quæ vi metusvè causa fiunt Reginald. in praxi. for. pœniten. tract. 3 nu. 298 Oldrad. Rebuff. Duaren. & alij plures quos recenset, & sequitur Suarez. d. c. 2. 11. 12. vbi varias decisiones cumulat, quibus determinatum fuit, vt beneficium minus principale vnitum extinguatur, & denominetur à principaliori, & sic ab eo casu subijcitur, & sic nomen, & titulum extinguitur.

Est benè quod tribus modis fit vnio; primo quando ex duobus beneficijs, seu Ecclesiis vnum fit, vt supra explicatum est; secundò, vt vna Ecclesia siue beneficium alteri subijciatur, vt tanquam inferior, seruiat superiori, vel vt accessorium est coniunctum principali, & sic priuilegia propria perdat, & gaudet priuilegiis, eius cui subijcitur ita, vt si non exempta vniatur, exemptæ fiat exempta, & sic de ijs cap. recolentes de stat. Monach. Reginald. dict. num. 298 post glos. in capitul. 1 in verb. vniendo ne sede vacante, Innoc. Rebuff. & alios notat. Garz. d. c. 2 n. 7 & sequente, hæc propriè vocatur subiectio.

Tertiò fit vnio duorum beneficiorum sub vna persona ita vt duo beneficia, vel duæ Ecclesiæ taliter vnitæ separatim, & æque principaliter retineant propriam naturam, & qualitatem prout aut ea, & solum dicantur vnitæ quod vnus est pater vtriusque, vt habetur locis citatis præcipuè pœnes Garz. d. c. 2 num. 12 cum sequent. vbi ad plura infert subdens num. 38 vt hæc non sit vera, & propria vnio, sed potius quædam palliata dispensatio, nec propriè dicitur Rector, sed potius administrator benef. vniti, & plures ad id pro-

bandum eumulat, vt per eum.

Sic etiam vtrumque beneficium sine Ecclesia maneat in suo statu & honore, ac proprios redditus agnoscat, & suis priuilegiis gaudeat, glos. in dict. cap. 1 ne sede vacante, & in clement. per literas de præbend. vbi Card. Ab. & alij Caccialup. Rebuff. Mandos. & alij quos probat Garz. d. c. 2 num. 37 cum seq. vbi sic pluries decisum refert.

Insuper si vtrumque beneficium in Ecclesia requireret personaliter residentiam deberet residere in digniori, vel vbi commodius, & vtilius esse videbitur pro vtilitate Ecclesiæ, & in paritate potest residere vbi maluerit c. exemptoris 16 q. 1 post alios Garz. d. c. 2 n. 45.

Vnionum autem duæ sunt species: [a] aut enim perpetuæ sunt, aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ fiunt vt sine præfinitione temporis perdurent, temporales sunt, quæ ad certum tempus, puta ad alicuius vitam [b] * instituuntur.

Causæ Vniendi sunt necessitas, & Vtilitas. hoc dicit.

Velut ergo ex causa vna Ecclesia, vel Episcopatus in plures diuidi permittitur, [c] sic etiam rebus suadentibus plures Ecclesiæ in vnam coniungi possunt, [d] Causæ [e] verò vnionum sunt, aut vrgens necessitas, aut euidens vtilitas. Necessitas, veluti cum duæ Ecclesiæ adeò sunt pauperes, vt impossibile sit, earum prouentus ad victum duorum sacerdotum sufficere, [f] aut si altera hostium immanitate desolata sit. Vtilitas, vt cum locorum opportunitas id exposcit, vel temporis qualitas, [g] puta, quia in loco nunc Christianorum dicatur imminutus numerus: aut quia ob fructuum tenuitatē non perinde idonei Sacerdot. ad benef. procurandum

a ¶ Duæ sunt species.] Hæc diuisio licet explicitè non ponatur in iure, proculdubio tamen est ex mente iurium, vt apparet ex capit. 1 ne sede vacante aliq. inno. ibi: Ne plus fauisse personæ, quam Ecclesiæ, & in c. quoniam Abbas de offi. deleg. & de tali diuisione vide per Petrum de Peru in suo tract. de vnionibus, & per Rebuff. in sua praxi. in titul. de vnionibus Ecclesiarum & Paris. cons. 5 vol. 4 & quomodo cognoscatur, an vnio sit perpetua, vel temporalis, & qualis in dubio esse præsumatur, vide per Petrum in d. loco, fac. not. per Abb. in cap. cum inter de elect.

b ¶ Vitam.] Immò vnio ad vitam videtur perpetua. l. 1 ff pro socio. solut. verum hoc respectu personæ, non actus qui geritur: & quoad quid, non simpliciter, fac. not. per Ab. in cap. continebatur de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. capituli.

* Ad alicuius vitam.] In Gallia non admittuntur istæ temporales, & ad fauorem personæ vniones, sed praxis est ab eis appellare tanquam ab abusu ad summa Regni tribunalia: quia sapiunt reseruationes ibi abolitas per Decretum de reseruationibus sublatis in Concordato? quando enim fit vnio ad vitam alicuius, illi Benef. reseruatur, gloss. Prag. Sanct. c. fi. de Reseruat. sublat. Rebuff. in praxi tit. de vnionib. n. 9. & n. 45 Feuret de abusu, lib. 2 cap. 4 n. 2. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § Author diuidit vnionem in perpetuam, & temporalem vnde animaduertendum vnionem vno de duobus modis fieri nempe ad tempus, vel in perpetuum ad tempus fit tribus modis; Primò ad tempus designatum, vt ad triennium; secundò ad vitam alicuius tertiæ personæ; tertiò ad beneplacitum Prælati viuentis, perpetua fit duobus modis. Primò quæ nominatim fit in perpetuum, & secundò, quæ fit ad beneplacitum sedis Apostolicæ, nam tale beneplacitum facit concessionem perpetuam cap. si gratiosè de reseriptis in 6 post Rebuff. Reginal. d. num. 298. in fin.

Quando vnio fit ad tempus aliquo de tribus modis prædictis est, ac si vnaquaque Eccles. siue benef. permaneret in suo statu nec mutant propriam qualitatem, vt dictum est, de duobus benef. principaliter vnitis quia sub vna persona sunt vnita, & ita decisum refert post Cassad. Garz. d. ca. 2 num. 38.

Velut ergo. Casvs. *Io. Bapt.* Quidam Episcopi moti rationibus hic in text. ad not. volebant certas Ecclesias inter se vnire: vnde fuit quæsitum quid iuris, negotium enim faciebat, quia si Eccles. sunt ædificandæ, vel ob deuotionem, vel commoditatem fidelium, § constituuntur supra titul. proxim. videtur modo implicare contradictionem, vt talis Ecclesiarum multiplicitas tollatur: Solut. tamen vt hic legimus, quia eisd. causis leges quoque instituuntur, & reuocantur, capitul. 1 dist. 4 capitul. non debet de cōsanguinit. facit, § ius autem gentium, instit. de iure naturali hinc cessat quoque obiectio: & ideo non indiget alia absolutione. Notat. 1. quod ead. causa diuersō tamen respectu considerata in Eccles. producit constructionem, & vnionem, vnde à simili idem dicas in reliquis rebus: Notat. secundò, officium Episcopi esse animaduertere, ne cultus diuinus detrimentum patiatur, sed per oppositum, vel augeatur iuxta cap. pen. de constit. vel conseruetur.

c ¶ Permittitur.] Capite ad audientiam 1 de Eccles. ædificand. & supra, eodem titul. § plebium, & 16 quæstione prima, capitul. multis, & capitul. præcipimus.

d ¶ Possunt.] Cum contrariorum sit eadem disciplina, vt supra de iur. person. & ibi not.

e ¶ Causæ.] Concord. capitul. exposuisti de præbend. capitulo secundo de religion. domibus, & decima sexta quæstio 1 capitul. & temporis, & vigesima quinta, quæstione vltim. capitul. fin. & per Hostien. in summ. de religion. domi. verficul. cui subest, & ista duo frequenter dispensationem inducunt, vt primo, quæstio septima capite tali, & 10 quæst. 3 cap. vnio. & de ætat. & qualitate. ca. eam te, & not. in dict. cap. exposuisti.

f ¶ Sufficere.] Capite exposuisti, de præben. & capite primo ne sede vacante, & super hoc vide prouisionem nouissimè factam per Conc. Trident. sess. 24. cap. 13.

g ¶ Qualitas.] Capit. & qualitas, & cap. postquam 16 quæst. 1.

inueniatur. [a] His igitur casibus, ne quid detrimenti diuinus cultus, & animarum cura patiatur, debent plura beneficia, vel Ecclesiæ in vnum coniungi.

Sicut Vnire Episcopatus pertinet ad Romanum Pontificem: sic minores Ecclesias ad Episcopum, cui subsunt, inferiores Vero non possunt Vnire, h. d.

Non tamen omnibus passim quibuscumque Ecclesiam vniendi potestas indistinctè permittitur, sed certis duntaxat seruatis regulis. Et quidem sicut vnire Episcopatus, atque potestati alienæ subijcere ad summum [b] Pontificem pertinere noscitur, sic ad Episcopum * spectat Ecclesiarum suæ diœcesis vnio, atque subiectio. Ab Episcopo

[a] ¶ Inueniatur.] Fac. 10 quæstion. 3 capitul. vnio & clem. 1 §. ad hæc de stat. monach. & quando dicatur Ecclesia pauper. vide not. in cap. clericus, 21 quæst. 1 fac. not. in auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti, § habetur duas esse causas vniendi, vt habetur in Conc. Trid. sess. 24 de roformat. c. 13 sic etiam in c. extirpandæ § quia vero de præb. vt pro necessitate, & vtilitate Ecclesiæ, ac populi fiat vnio, sic si ex fructibus vnius beneficij non posset beneficiarius honestè nutriri. Tertio si possint duæ ecclesiæ vicinæ ab vno presbytero commodè regi, cap. ex temporis 13 quæst. 1. quarto si vna ecclesia sit populo destituta can. vnic. 10 q. 3. sic si destituta esset Clericis propter aliquam causam c. postquam 16. q. 1 & sic de alijs iustis causis respicientibus vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ vel populi, vt post Oldrad. Rebuf. Mandos. Caccialup. Azor. & alios innumeros, prosequitur Garz. de benefic. c. 2 numero 108. cum sequen. not. etiam Regin. in praxi fori pœnitent. 30 tract. 3 numero 300. cum sequent.

Et licèt Abb. in c. sicut vnire nu. 6 de excess. Prælat. teneat vnionem magis concernere iustitiam quam gratiam, & quod si episcopus recuset vnionem facere possit adiri superiorem nihilominus plures contrarium tenent, nempe vnionem respicere iustitiam, & esse nullã si fiat sine iuxta causa, vtrum non cogitur episcopus vnire nec datur appellatio, vt censuit sacra congregatio sess. 24 c. 15 de reformat. super illis verbis liceat episcopis, vt refert Garz. d. c. 2. num. 112 videlicet, ergo potest sed non tenetur, vnde Metropolitanus non potest supplere in hoc vt varios citat Authores ad hoc probandum vt per eum qui ad plura infert, quæ omitto. Et semper in dubio præsumitur vnionem factam fuisse ex iusta, & legitima causa, quia in dubio præsumitur pro decreto, & actu iudicis in quo enunciatur dicta solemnitas nisi contrarium probetur l. ab ea parte, ff. de probation. Alex. & alij communiter in l. sciendum, ff de verborum obligat. Specul. Bart. Fely. Dec. Zabar. Menoch. Simoncell. Put. & alij, quos probat. Garz. d. p. 12 de benef. c. 2 num. 125 cum sequ. fusè D. Nouarius in quadam sua allegat. inserta inter Decis. nostras.

Licèt aliqui teneant hoc esse verum quando nominatim, & in specie exprimuntur causæ, & solemnitates requisitæ; secus si exprimerentur in genere, vt notant plures pœnes Garz. d. c. num. 126 cum seq. plures tamen respondent illorum sententiam locum habere si Notarius in instrumento prædicta enunciaret, secus quando enunciantur à Iudice, quod latissimè prosequitur, sed ad tollendam omnem dubitationem tutius est nominatim, & in specie exprimi causas, & solemnitates, non autem in genere vt tollatur omnis contradictio.

Io. Bapt. Non tamen CASVS. Quidam Archiepiscopus indifferenter volebat Ecclesias suæ prouinciæ, & diœcesis inter se vnire, & etiam non, habito consensu, beneficiatorum, idque putabat sibi esse licitum: quia curam totius prouinciæ, & diœcesis dicebat sibi commissam, §. Archiepiscopi: sup. de episcopis, & sum. Pontif. & ob vtilitatem ecclesiarum talem consensum non esse necessarium, qua de re fuit quæsitũ quid esset dicendum: Sol. vt hic legimus, quia maiorib. maiora sunt reseruata in signum priuil. personalis, cap. 4. de offi. de legat. & in spirituali. etiam vnicuique quod suũ est debet conseruari, §. sed si quis, sup. tit. prox. quib. consideratis, nec obiectiones tenent, siquidè cura præd. non simpliciter, sed limitatiuè est demandata, & vtilitas ecclesiæ non debet ius alterius lædere: Not. 1. quod maiora, & grauiora maiorib. respectiuè sunt seruata d. c. 4. & ibi doct. Not. 2 Archiepiscopum non habere immediatè iurisdictionem in diœcesi suffraganei, nisi de illius consensu vel ratione visitatio. c. 1. de censi. in 6. aut alijs expressis in iure casibus. Not. 3 nihil esse à superiori faciendum, in quo aliquis posset lædi, nisi eo vocato, & aliquando cum eius consensu, etiam si id tendat in vtilitatem ecclesiæ, argumento, l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.

[b] ¶ Ad summum Pontif.] Nota. quod multa sedes Apostolica ita sibi reseruauit, vt ab alijs impunè præsumi non possint, vt plenè habetur in ca. sicut vnire. de excess. prælat. & inter alia est, quod hic dicitur, quod ad solum Papam spectat vnire, vel diuidere episcopatus, fac. 16 quæst. 1 cap. præcipimus, & c. & temporis.

* Sic ad Episcopum.) Non priuatiuè ad Papam sed cumulatiuè summus enim Pontifex quæcumque beneficia vnire potest, sine maiora, siue minima, & per quascumque vnionis species, cap. sicut vnire. de excess. prælat. tamen non recipitur in Gallia, vt ibi vniat in forma gratiosa, & sine causæ cognitione derogando regulæ de vnionibus committendis ad partes, alias ab executione appellatur tanquam ab abusu longo æratũ interiectu nequaquam obstante, Rebuff. in praxi, tit. de vnionib. Chopin. de sacra politia lib. 2. tit. 6 Ferret. de abusu lib. 2 cap. 4. nu. 23 vbi nu. 20. ait Regem nostrum beneficia quæ ad sui collationem pleno iure spectant, nec non scholas seu Collegia quia verè Sæcularia sunt propria auctoritate vnire quod verum est. Sed an Vicarij Generales Episcopi aut Capitulum sede vacante vniendi habeant à iure potestatem? De capitulo affirmatiua est vera Roffiniac. de re sacerdot. lib. 3 tit. 8 Panorm. in cap. 1 ne sede vacante, gloss. Clem. vlt. de reb. Eccles. non alienand. Chop. monast. lib. 2 tit. 2. num. 26. De Vicario Episcopi negat Rebuff. in praxi in forma vicariat. num. 102 quem sequitur Ferret. de abusu vbi supra num. 19 affirmat Melchior. Lotterius de re benefi. lib. 1 q. 28 à numer. 118. cui adhæreo per motiua ab eo adducta. Cæterum in vnione vel dimembratione Episcopatuum cæterorumque beneficiorum

Consistorialium requiritur Regis consensus apud nos siue sint regiæ fundationis siue non Ferret.ibid.num.26 SOLIER.

Ius vniendi præscriptibile.

a ¶ Inferiores.] Cap. nisi tamen inferiores ius enim cum sit iurisdictionis, est præscriptibile, adnot. in clem.ne in agro. § ad hæc. de statu monacho. & clem. 2 de reb. eccles. non alien. Idem si iste inferior haberet potestatem in loco quasi episcopalem.

b ¶ Metropolitani.] Sed an legatus de latere possit vnire? Sol. licèt magna sit dubitatio, communiter tamen tenetur quod possit, vt per Abb. in c. sicut, vnire de eccles. prælat. & in cap. fin. de confirm. vtil. vel inutil. vbi moderni dicunt esse com. opi. & tradunt Caccialupus, & Petrus de Perus. in suis tractatibus.

ALOYSIVS RICCIVS. Agit nunc ad quemnam pertineat potestas vniendi; vnde animaduertendum primo, quod summus Pontifex solus potest episcopatus vnire, vel diuidere, & idem est de aliis beneficijs reseruatis sedi Apostolicæ c. quod translationem de officio delegat. sic etiam vnire solus potest beneficia diuersarum diœcesium ca. 2 de præbend. in 6. Rebuf. Duaren. Azor. Caccialup. & alij plures, quos probat Garz. de benef. cap. 2 num. 60 & 61 Reginal. in praxi form. pœnitent. tract. 3 num. 299 Vasq. c. 2 de benef. § 4 n. 205.

Non potest tamen episcopus vnire beneficia ad vitam, quia hoc ei prohibetur in Trident. sess. 24 de reform. c. 17 quia hoc potest solus Papa, vt post Staphil. Gambar. Mandos. Azor. & alios notat. Garz. dict. ca. 2. nu. 84 cum sequenti vbi sic etiam pluries declaratum refert per Sacram Congregationem.

Nec vrget, quod in eadem sess. 24 cap. 15 de reform. concedatur episcopo cum consensu capituli vnire aliqua beneficia, si primum sufficeret pro sustentatione beneficiati, siquidem sacra congregatio pluries in eodem cap. 15 decernit id procedere in vnionibus, & suppressionibus perpetuis, non autem ad vitam, & iure quidem, quia in dubio intelligitur vnio perpetua, vt verba intelligantur in potiori significatu l. labeo ff de suppellect. legat. & in antiquiori etiam, vt in l. 1 & 2. ff de albo scribendo cum vulgatis alijs.

Et in hac potestate vniendi, & supprimendi succedit Capitulum sede Vacante, quod potest facere vnionem in beneficium alterius non autem in commodum eiusdem capituli, vt censuit congregatio dicto c. 15 his verbis. Capitulum sede Vacante non potest supprimere quodcumque beneficium, & sibi vnire, sic etiam viuente episcopo non potest capitulum directè consentire vnioni faciendæ per episcopum ipsi capitulo, sed requiritur Authoritas summi Pontificis Clem. si vna § fin. de rebus eccles. non alienand. quia nemo in facto proprio potest sibi Authorizare, ff. de author. præstand.

itaque inferiores, [a] vniendi potestatem minimè sibi vendicare poterunt. Ideòque si prior, vel Abbas monasterium monasterio subiecerit, vel vnierit Episcopi consensu minimè requisito, quod inconsulto præsule fecerit, non subsistet, nec subiectionem, vel vnionem Metropolitani, [b] consensus, vel confirmatio sustinebit: cùm is in diœcesi sui suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones canonicas attentare. [c]

Episcopus vnire potest Ecclesiam altari, vel loco religioso donare, etiam non vocato Rectore, vel defensoribus. h. d.

Vsque adeo autem episcopo in propria diœcesi facultas vniendi competit, vt si per eundem consentiente capitulo [d] Ecclesia Ecclesiæ, dignitati, vel præbendæ vniatur, aut religioso loco donetur, ex eo quod Rector ipsius ad hoc vocatus, [e] vel si quod etiam post probat Garz. dict. c. 2 n. 67 & sequent. & n. 168 cum seq.

Vicarius Ehiscopi sine speciali mandato ad minus ac consentiendum beneficium non potest vnire, vt post Caccialup. Petrus de Perus. Rebuff. Mandos. Sbroz. Azor. & alios prosequitur, Garz dicto cap. 2 n. 67. & 70 hoc enim est proprium episcopi, vt venit in electione vicarij, nisi in specie concedatur ei etiam facultas conferendi beneficia.

Similiter legatus à latere in sua prouincia potest omnia, quæ potest episcopus in sua diœcesi, & ideo ex eisdē iustis causis, ex quibus episcopus vnit vel supprimit beneficia id faciat etiam Legatus à latere, secus vero alij legati, quia isti nec etiā possunt conferre nisi ex speciali mandato, vt habetur locis citatis.

Quod attinet ad alios inferiores, vt sunt Abbates habentes iurisdictionem episcopalem, vel quasi episcopalem isti possunt vnire beneficia, prout etiam possunt episcopi dum id ius habent Card. cons. 47 Abb. Caccialup. Gambar. Petrus Gregor. & alij quos probat. Garz. dicto cap. 2 nu. 72 & sequent. præcipuè si hoc habeant ex priuilegio aut ex consuetudine legitimè præscripta, & ita declarauit sacra Congregatio, vt refert Garz. dicto cap. 2 num. 74 his verbis censuit congregatio dignitati curatæ posse vnire aliam dignitatem ex causa paupertatis iuxta hoc decretum, & sess. 24. cap. 13. eamque vnionem facere posse Abbatem, si sibi hanc facultatem vniendi legitimè præscripsit, aut ex priuilegio in eccles. sibi pleno iure subiecta iurisdictio em quasi episcopalem habet in omnibus, & per omnia, alioquin vnionem faciendam esse per episcopum cum consensu ipsius Abbatis, & capituli.

a ¶ Inferiores.] Cap. nisi tamen inferiores ius enim cum sit iurisdictionis, est præscriptibile, adnot. in clem. ne in agro. § ad hæc. de statu monacho. & clem. 2 de reb. eccles. non alien. Idem si iste inferior haberet potestatem in loco quasi episcopalem.

b ¶ Metropolitani.] Sed an legatus de latere possit vnire? Sol. licèt magna sit dubitatio, communiter tamen tenetur quod possit, vt per Abb. in c. sicut, vnire de eccles. prælat. & in cap. fin. de confirm. vtil. vel inutil. vbi moderni dicunt esse com. opi. & tradunt Caccialupus, & Petrus de Perus. in suis tractatibus.

c ¶ Attentare.] Arg. quod Archiepiscopus non est inde ordinarius totius prouinciæ, solum est enim suffraganeorum, non autem subditorum, c. pastoralis. de offi. ord. nisi in casibus ibi not. fac. no. 10 q. 3 c. 1 & c. 2 & cap. Archiepiscopus cum seq. & c. Romana de offi. ord. & not. in c. sicut vnire, de excess. præl. Item habes hic, quod episcopi in suis diœcesibus possunt vnire ecclesias sibi subiectas, quod est & per Conc. Trid. confirmatum vt in sess. 21 c. 5. Est tamen differentia in eo: quia Papa potest vnire sine causa, & sine consensu capituli, vel cuiuscumque, secus episcopi fac. c pastoralis de don. & Cle. fin. de re. eccles. non alien. Item Papa vnit ad tempus Abb. in c. cum inter. R. de elect.

d ¶ Consentiente capitulo.] Quod non requiritur in vnione facienda à Papa, vt est not. in § proxim. in fin. Et hoc casu non sufficeret consilium petere: sed exigitur consensus specificus: vt not. in Clem. fin. de eccles. non alien. quidquid Host. dixerit adeo, vt non reputetur præscriptibile, quod prælatus in casu licito alienet sine consensu capituli: vt not. in dict. Clem. fin.

e ¶ Vocatus.] Ratio: quia non vocato non præiudi-

catur, c. consultationibus, de donat. & not. in cle. fin. de reb. eccle. non alien. & de rectore loquitur, non de prælato, cui ecclesia subesset.

a ¶ Vacabat.] Sed contra videtur, c. 1 ne sed. vac. Sol. illud in Episcopalibus sedibus, hic in inferioribus: vel illud ibi statuit Papa, ne argueretur de subita mutatione: vt not. in clem. fin. de reb. eccles. non alien. Alias etiam mortuo altero episcopo vnit episcopatus, vt 16 q. 1 cap. & temporis.

vacabat [a] defensor [b] ei super hoc datus non extitit, nequaquam impugnari valeat.

Episcopus non potest Ecclesiam vnire propriæ mensæ. h. d.

Aliud tamen obtinet si quam is Ecclesiam mensæ suæ, [c] vel capitulo vniendam duxerit: id enim (& si capituli consensus accesserit, & loci consuetudo suffragetur) irritum penitus erit. Cùm vnientium vtilitas [d] probabilem non rectè factæ vnionis suspicionem ingerat.

In vnione facienda requiritur consensus non solùm capituli, sed etiam eorum, qui lædi possent. h. d.

Nec solum capituli vnientis Episcopi in vnione consensus exigitur, sed etiam illorum, qui ex vnione lædi possent: [e]

Maius permittitur, minus prohibetur.

b ¶ Defensor.) Videbatur contrarium: quia res ecclesiæ vacantis ex causa dignitati donetur oportet defensorem dari, cap. dudum, de reb. eccle. non alien. in 6. Est ergo hoc de casibus in quibus minus prohibetur, vbi maius permittitur. Potest enim ecclesia vacans dari sine defensore, vt hic & clem. fin. de reb. eccles. non alien. sed possessio vel res ecclesiastica non vt d. c. dudum, simile in cap. nemo deinceps de elect. in sext. & quod not. in c. cum dilectus, in gloss. quarta de consuet. & in c. fi. de transl. in gloss. penul. sed contra vide, c. pastoralis, in prin. de offi. deleg. & l. quæ de tota, ff de rei vendi Sol. vt no. in d. c. cle. fi. post Host. in gl. sup. verb. defens.

Quæ bona dicantur de mensa Episcopi.

c ¶ Mensæ suæ.] Nec enim debet Episcopus posse autorizare in facto proprio, sicut nec œconomus, 10 q. 2 c. hic vsus, in fi. nec tutor, l. 1 & l. pupillus, ff de author. tutor. nec prælatus cap. fi. de inst. sed quæ bona dicantur de mensa episcopi, vel capituli? Resp. quæ ipsorum proprio, & libero vsui deseruiunt, vt per Abb. in cap. vt super de rebus eccl. non alien.

d ¶ Vtilitas.) Nota quod vtilitas nostra inducit præsumptionem contra nos.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § Author noster quibus per episcopum fieri possit vnio, vnde notandum primo, vnionem minimè fieri posse mensæ episcopali Clem. fi vna § fin. de reb. eccles. non alienand. quia nemo in facto proprio potest sibi autherizare ff. de author. præstand. quod etiam post Caccialup. Rebuff. Petr. Gregor. Azor. Pauin. & alios probat. Garz. de benef. cap. 2 numero 67 & seq. & in num. 168 cum sequent.

Nec vnio fieri potest in commodum eiusdem capituli, vt censuit sacra congregatio c. 15 his verbis. Capitulum sede vacante non potest supprimere quodcunque beneficium, & sibi vnire, licèt secus esset si vnio fieret consequenter indirectè principaliter ipsi capitulo, nam si fieret consequenter nempe alicui dignitati, vel præbendæ capituli posset capitulum consentire quia non dicitur fieri vnio cap. directè sed potius illi dignitati quod non est prohibitum per decretum Trident. vt post Gambar. cons. 186 li. 2 & alios probat Garz. d. c. 2 nu. 169 cum seq. ratio est principalis conclusionis secundū Bellam. in cle. si vna n. 229 de rebus eccl. non alienand. communiter recepti, quia si propriæ mensæ beneficia vniret non ecclesiæ sed suæ prouideret vtilitati.

Posset etiam episcopus sine consensu Papæ, & capituli ecclesiam sæcularem facere regularem, & alij assignare etiam centesimam reddituum suæ mensæ episcopalis quoniam accusari nequit quod templum Dei ædificauit Cultum Diuinum auxit, & Ecclesiam in meliorem statum reduxit c. si episcop. vnam 12 q. 2 c. consultationibus, de donatio. dict. cle. si vna vbi Bellam. n. 303 Azor. d. c. 28 q. 19 Garz. d. cap. 2 nu. 77 & seq.

Sic etiam potest episcopus vnire minorum opera, & reducere numerum Cappellaniarum ad statum, vt introitus sufficiant pro victu singulorum Cappellanorum, vt post probo ego ipse decis. 404.

Et pariter potest episcopus vnire seminaria, vt in Trident. sess. 25. de reformat. cap. 18 & Paris. & aliorum, quos probat. Garz. d. cap. 2. numer. 103 cum seq. & sacra congregatio ibid. die 21. Octobris 1591. in vna Murancns. declarauit hoc procedere si collatio beneficij ad ipsum spectet & in anno 1594. die 13 Ianuarij censuit non valere vnionem sine internentu duorum electorum à capitulo, & duorum electorum à Clero, prout dicitur dicto cap. 18.

Plus censuit sacra congregatio die 20 Aprilis 1572 vt refert Garz. d. cap. 2 numero 104. vt refertur numero 69. & ibidem hanc aliam refert declarationem eiusdem sacræ congregationis videlicet si Episcopus benficia in suis mensibus vacantia non vnierit videlicet, & vacantia in mensibus reseruatis vnire non potest cum fraus in hoc censeatur ex quibus patet episcopum non posse vnire beneficia seminaria, quoties spectent ad collationem, & prouisionem inferiorum, vt congregatio censuit, vt habetur, numero 62 sed non procedit indistinctè in omnibus beneficijs, quorum collatio spectat ad ipsum episcopum, vt eadem congregatio censuit d. sess. 23 de reformat. cap. 18 verb. benef. simplicia his verbis concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vniantur seminario sed si aliquod, ideò vnio facta omnium beneficiorum simplicium non valet, vt alias declarauit congregatio.

e ¶ Lædi possent.] Qui sint ibi vltra eos, qui hic enumerantur. Vide latissimè per Caccialupum, in suo tractatu de vnionibus in sexto articulo. facit, capit. rationis, & capit. monasterium 16. quæstio. prima.

ALOYSIVS RICCIVS. Duo disponit Auctor in præsenti § ergo, quod in vnione requiratur consensus capituli; secundò, quod in vnione Ecclesiæ patronatæ & collegiatæ exigatur consensus eorum qui lædi possunt.

Et quoad comprobationem primæ conclusionis animaduertendum quod facit textus, in Clement. fin. de rebus Ecclesiæ non alienandis, & Rota diuers. in decisione centesimatrigesima septima, parte secunda.

Quoad comprobationem secundæ conclusionis esse animaduertendum hanc opinionem tenere Fel. & alios, quos

quos probat Paris. lib. 2 de resignat. benefic. quæs. quarta numer. 18 cum sequent. vbi sic pluries Romæ decisum refert, quod si tales vniones iurispatronatus vel resignationes fiant sine consensu patroni sunt nullæ, & inualidæ, & resignantes, vel permutantes scienter puniuntur, verum si patroni absque legitima causa contradicerent, valerent vt per Iafred. in decis. 27 siue enim contradicere nequit gloss. communiter recepta in dicta Clement. vnic. de rer. permut. & idem est de ônibus alijs ad quos pertinet præsentatio, vel electio ad beneficia permutata, vt eorum consensus sit necessarius, alias permutatio esset nulla at sine legitima causa contradicere non possunt, & cogi possunt suum consensum præstare, vt ex multis probat Rebuff. in tract. de rerum permutat. numer. 21 & 22 quem sequitur Reginal. in prax. for. pœnit. tract. 3 sub numer. 345 § tertium documentum post alios Garz. dict. capit. 4 nume. 72. & 73 quæ omnia tradunt etiam Less. libro 2 de Iustit. & iur. capitul. 34 nume. 195 cum sequenti Suar. distinct. lib. 4 de simon. capitul. 34 numer. 19 & alij plures, idem Garz. de benefic. part. 11 capitul. 3 num. 19 & sequent. vbi varios citat. Authores tenentes permutationem esse nullam, vel saltem annnullandam, si facta sit, spreto patrono, nisi tamen facta esset in magnam vtilitatem Ecclesiæ, vt per eum.

* Vnde si aut collegiata, aut patronata, aut alicuius suffraganei Ecclesia sit vnienda collegij patroni, & suffraganei assensum interuenire oportebit.

Quis sit Vnionis effectus. h. d.

Sequuta verò vnione canonica, statim is, cuius Ecclesiæ alia per vnionem est applicata, eandem in vnitam nanciscitur potestatem & ius quod in eam olim habebat, cui ab initio præfuit, statimque vnitæ Ecclesiæ eadem priuilegia competunt, quæ principali Ecclesiæ competere comperiuntur. [a]

Per Vnionem non præiudicatur Iuribus Episcopalibus. h. d.

Sed quæri poterit, si per Apostolicum Ecclesia in certa diœcesi constituta, puta in Perusina, Ecclesiæ alterius diœcesis, veluti Tiphernatis vnita fuerit, an Ecclesia per vnionem alteri connexa, per hoc à iurisdictione presulis Perusini censeatur exempta, & Tiphernati subiecta? Et responsum est à iurisdictione prioris Episcopi vnitam Ecclesiæ.

Sequuta verò. CASVS. Orta fuit controuersia inter Episcopum Ticinensem, & Vegenensem ob vnionē quarundam Ecclesiarum factam, vnus enim dicebat nulli Ecclesiæ, aliquod ius esse reseruatum, quia verbi gratia Ecclesia vna tertia erat facta, alioquin, vel quælibet Eccles. deberet ius vnum conseruare, vel altera diceretur extincta, & sic non daretur vnio: quadere cum fuisset de hoc dubitatum, Solu. vt hic legimus, siquidem aliud est vnire, & aliud ex pluribus vnū tertium constituere, & propterea non tantum vera apparet Solut. sed etiam obiectio remanet soluta: Not. primum effectum vnionis Ecclesiarum, vel aliarum rerum regulari à causa, & à natura eius: ideo non semper potest esse vniformis: Not. vnionem causare perfectionem in qualib. re vnita.

* Qui ex vnione lædi possent.] Vt vniones validæ fiant plura copulatiuè requiruntur primo debent fieri ab habente potestatem, id est, Papa vel Episcopo non autem ab Abbate aut alio inferiore Gloss. clem. 1 in verb. proprij de Rebus Eccles. non alien. nisi iurisdictionem habeant quasi Episcopalem, Abbas in cap. sicut vnire de excess. prælat. Legatus habet hanc facultatem in sua prouincia, Cardin. in d. cap. sicut vnire, Gambar. de offic. legati lib. 5 ex n. 41 Secundo debent esse perpetuæ non autē ad tempus alias non tolerantur in Gallia vt supra dixi. Tertiò requiritur quod subsit causa vtilitas scilicet vel necessitas vt auctor supra docuit initio tituli. Quartò necesse est apud nos quod fiat cū causæ cognitione non autem motu proprio & in forma gratiosa sicut superiore assūmo annotauimus quintò debet fieri in partibus diligens discussitio necessitatis vel vtilitatis ac veri valoris beneficiorum à cōmissarijs Apostolicis, qui sint in dignitate ecclesiastica constituti in diœcesi residentes & districtu Senatus in cuius territorio sita sunt beneficia vnēda necnon origine Galli aut à Principe ad beneficia habilitati. Sextò requiritur Regis consensus in vnione maiorum beneficiorū aut etiam inferiorum si regiæ sunt fundationis aut præsentationis vel iuri Regaliæ sint obnoxia septimo vocandi sunt ij quorum interest videlicet procurator regius si agatur de vltimo dictis beneficijs, patronus siue laicus siue Eccl. suggestum de iurep. Episcopi & capitula cathedralium & collegiatarum quomodolibet interesse habentia Rebuff. in praxi tit. de vnionib. Capita Ordinum vbi beneficia vnienda ab illorum monasteriis dependent, Ordinarij collatores, possessor beneficij quod vnitur, Molin. in notis ad Ioannem Galli qu. 267 contra eundem, Parrochiani Feuret vbi supra. Vltimò beneficia vnienda debent esse eiusdem diœcesis & non diuersæ ne Ecclesiasticus ordo confundatur, aut vna Ecclesia duarum diœcesium fiat cum graui incommodo subditorum, concil. Trid. sess. 14 de reformat. cap. 9. SOLIER.

a ¶ Comperiuntur.] Tractatur hic de effectu vnionis, & quia contingit illam fieri variis modis, vt per Abb. in capite 1 ne sede vacante aliquid innouetur. Id quod hic generaliter dicitur, varias etiam declarationes recipit, & quia breuiter tractari non potest, sed multas charitas exigeret, non est hic ponendum. Vide per Abb. in capit. 2 de relig. domi. & per Caccialupū in suo tractatu, in 8 art. & per Butr. in capitul. eam te de ætat. & qualitate.

ALOYSIVS RICCIVS Regula præsentis § est quod Ecclesia quæ vnitur assumit, & consequitur eadem priuilegia, quibus gaudet Ecclesia, cui fit vnio.

Vnde animaduertendum pro terminorum cognitione ac eiusdem, § intelligentia quod vnio perpetua tribus modis potissimè fit, omissis nunc his quæ tradit Abbas post Hostiensem in ca. 1 nu. 6 ne sede vacante aliquid innouetur, vbi prosequitur quinque modos vnionis.

Primo modo fit vnio per viam subiectionis ita quod vna Ecclesia, vel beneficium alteri subijciatur pro argumento illius dotis, & patrimonii tunc illa Ecclesia, seu beneficium, cui fit vnio, remanet superior, & principalior superiusque seu principale, vnitum verò beneficium erit inferius subiectum accessorium adhæ-

rens & dependens ab illa seu illo, cui vnitur annectitur, seu incorporatur, de quo est tex. in ca. quia Monasterium de religios. domibus, & ibi notant omnes capitul. recolentes de stat. monachor. in fine.

Secundò modo fit vnio æque principaliter, videlicet quando duo beneficia adinuicem vniuntur, & coniunguntur, vt ex duobus beneficijs fiat vnum duntaxat beneficium, & mutuo communicent priuilegia, & bona sua, de quo est text. in cap. decimas in fine 16 quæstione prima, ibi sicut enim Papa duos Episcopatus in vnum potest reducere.

Tertiò modo fit vnio duarum Diœcesium, vel Ecclesiarum quoad caput, & Gubernatorem, vt vtraque remaneat cum suis proprijs bonis & Iuribus distinctis, & separatis, & non communicatis, vt prius, sed habent vnum duntaxat Episcopum, & Rectorem, & quælibet retinet sua priuilegia Iura, & statuta, gloss. & scribentes in ca. & temporis cap. præcipimus, 16 quæstione prima.

Animaduertendum secundò, quod si vnio contingat fieri iuxta, caput secundum, tunc Ecclesia, seu beneficium desinit esse tale & assumit naturam eius cui vnitur, ad quod comprobandum facit, quod beneficium vnitum desinit mediante vnione esse beneficium, & amplius beneficium dici non potest Rota decis. 11 num. 1 de rebus eccle. in Antiquis Oldrad. cons. 257 factum tale est, nu n. 15 vers. per vnionem tamen prædictam desinit esse talis, & nu. 18 vers. nec dubitandũ est Federicus de Sen. in tract. de rerum permut. quæst. 33 Gemin. in cap. cum personæ § fin. vers. si verò vna subijcitur alteri de priuileg. lib. 6 Anchar. in cap. accessorium num. 2 not. 3 vers. item facit de regul. Iuris in 6 Cassador. decis. 13 num. 1 super regulis Gomezius in regul. de infirmis qu. 15 nu. 1 Socin. in cap. sicut vnire nu. 729 de excessibus prælat. Practicabilia Rotæ Romanæ § de vnione, nu. 13 ad finem decis. 2 partis diuersorum.

Ratio est quia beneficium vnitum conuertitur in naturam eius rei, cui fit vnio, & accrescit arg. l. si ex toto in principio ff de legat. 1 & in l. inter socerum § cum inter de pactis dotalibus, & in l. etiam C. de iure dotium, vbi etiam probatur quod eadem priuilegia competunt augmento quæ competunt rei, cui accrescit, vt in § si grex. inst. de legat. Alexand. cons. 26 viso processu post num. 4 vers. 2 probatur lib. 1 Bart. in l. si conuenerit § si nuda n. 2 ff de pignoratitia actione Decius cons. 36 visis nu. 9

Hinc vnio de beneficio est extinctiua tituli, tollens omnia vincula sicut mors, omnia soluens. vt in Authentico de nuptijs § deinceps collat. 3 Cassador. decis. 2 sub. num. 1 post principium de vnionibus Gambarus de officio, & potestate legati lib. 6 capite 1 num. 130 Petrus Gregor. Tholosanus in Nouis Institution. rei beneficiariæ, ca. 20 num. 1

Hinc vnitum beneficium post vnionem dumtaxat, dicitur prædium illius rei, cui fit vnio Gambar. in tract. de officio & potestate legati lib. 5 de potestate legati in vniendo nu. 139 Caputaquensis decis. 349 nu. 2

Nec non efficitur seruus illius beneficij, cui vnitur Gambarus vbi supra num. 31

Hinc capta possessione rei, seu beneficij dominantis cui est facta vnio censetur insimul capta possessio beneficij accessorie vniti præsertim quando possessio apprehensa fuit in ecclesia, seu capite Anchar. in reg. beneficium ante numero 12 verficul. & ideo ego dico & in regula sine possessione numero 10 in fine de regulis Iuris in 6 Lambertin. de iurepatron. libr. 2 part. 3 quæst. 21 principali artic. 9 nu. 3 Ferret. consil. 14 num. 4 & 5 libro 1 & cons. 236 nu. 10 lib. 2. Natta consilio 562. num. 13 lib. 3 Couarr. lib. 3 variarum cap. 16 numer. 13 Rota decis. 19 nume. 7 & 8 cum sequentibus p. 2 diuersorum vbi latè.

Hinc vnitum beneficium nunquam dicitur vacare Gomezius post Ioan. Andr. Federicum, & alios in regula de triennali qu. 8 sub. num. 2. vers. quod autem talia beneficia non dicuntur vacare Paris. cons. 31 nu. 10 vol. 4 Caucialup. in tractatu de vnionibus q. 11 art. 8 nu. 7 Mandos. in regul. de infirmis q. 10 nu. 2.

Hinc censuit Sacra Concil. Trident. congregatio quando beneficia curata alijs beneficijs annexa transeunt in simplicium naturam, si accessoriè sint vnita, & illorum cura per Vicarios ab ordinario positos exerceatur, hinc regula de triennali non habet locum in beneficio vnito, quia si est extinctum, & non potest vacare, neque rerum natura possideri non potest, cum non entis nullæ sint qualitates l. eius ff si certum per. Gomez. in dicta regula de triennali quæst. 8 num. fin. in fin. Mandos. ibidem quæst. 14 per totam Caputaq. dict. decis. 339 par. 3 per totam.

Intellige quod quando opponitur de triennalitate ex parte eius qui fundatur in vnione secus vero si apponatur ex parte possessionis titularis contra Actorem prætendentem beneficium esse vnitum quia vltra quod tunc vnio negari potest cum possessor, sit titularis, & verè & propriè possederit beneficium tamquam titulare & non vnitum nulla ratio est, quare regula de triennali locum non habet, sicut & regula de triennali quæ etiam procedit in beneficio vnito Cassador. decis. 13 nu. 2 super regulis Gomezius in regula de triennal. q. 25 Mandos. ibidem quæst 14

Hinc beneficia vnita non possunt permutari Feder. de Sen. cons. 195 incipit permutatio, & in tract. de rerum permutat. quæst. 33 Rota decis. 1 de rerum permutat. in antiquioribus Bisignet & decis. 3 eo. titulo in antiquis Bellamer. tract. de permutat. beneficiorum 3 p. q. 7 nu. 10 practicabilia Rot. § de vnione nu. 14

Accedit optimus text. in cap. statutum 12. de electione in 6 vbi disponitur quod pœna cap. licet Canon. eod. tit. contra non promouentes se infra annum non habet locum in obtinente parrochialem vnitam Ecclesiæ Collegiatæ, vt in facto vidi consultum per doctissimum virum D. Io. Mariam Nouarium.

Nec parrochialis vnita dignitati subest, dispositioni Concil. Trident. sess. 24 cap. 18 de prouisione parrochialium per concursum, vt censuit Sacra eiusdem Concil. congregatio quod etiam locum habet respectu ætatis, vt dixit Gonz. in reg. conc. in glo. 9 in princ. n. 4

Sicuti nec possunt resignari Felin. in cap. in nostra num. 23 de rescript. Petrus Gregor. in Syntag. Iur. lib. 17 cap. 17 num. 18 & in Concil. Trident sess. 21 de reformat. cap. 5 & cap. 18 sess. 23 latè Paris. de resignat. lib. 2 quæst. 9 n. 1 & per totam, vbi bene declarat.

Hinc beneficium vnitum se habet erga rem cui vnitur sicut filia erga matrem, quia sortitur naturam, & priuilegia matris cap. cum dilectus de his quæ vi, met. Greg. Lop. in l. 4 tit. 12 partita prima.

Hinc de beneficio vnito non est necesse facere mentionem in impetratione alterius beneficij, quamuis de obtentis fieri debent Felin. in cap. in nostra nu. 30 corollario 3 per totum de rescript Rota decis. 13 de præbend. in antiquioribus Cassador. decis. 12. de præbendis Selua de benefic. 3 p. qu. 11 num. 16 Menochius de arbitrar. libr. 2. cent. 3 cas. 201 num. 67.

Hinc causa vnionis non dicitur causa beneficialis Cassador. decis. 3 de iudicijs n. 1 per totum, & fuit resolutum in vna Calaguritana beneficij de Iocano 7 Nouembris 1599 coram Seraphino.

Simile est, quod licèt episcopus non possit dispensare cum illegitimo nisi ad beneficium simplex cap. 1 de fil. presbyter. in 6 tamen. quando Parrochialis Ecclesia est vnita beneficio simplici extenditur ad Parochialem vnitam dispensatio Geminian. in dicto ca. 1 n. 12 Rebuff. in tract. de nominationibus quæst. 16 num. 17 vbi numero 16 similiter dicit quod Ecclesia Parrochialis vnita

potest conferri non graduato quamuis concordata disponant, quod Parrochiales conferantur graduatis.

Hinc natura vnionis est, vt auferatur collatio, & conferendi potestas Gambarus de officio, & potestate legati lib. 6 cap. 1 num. 16.

Hinc beneficium vnitum non causat incompatibilitatem licet alias si vnitum non esset causaret gl. in summa 21 q. 1 c. cum singula 32 ibi. nisi fortè vnus ex eis ab alio dependeat de præb. lib. 6 gl. pen. in fi. in c. super eo de præb. lib. 6 Lapus allegat 35 in finalib. verbis, & ibi Mandos. in addit. sub litera G Abb. in capit. extirpandæ § qui verò nu. 27 de præb. Benedictus Capra in tract. regularum reg. 90 nu. 40 Hoieda in tract. de incompatibilitat. benef. 2 par. ca. 3 n. 19 & fuit in Rota resolutum in vna Burgen. seruitij 13 Iunij 1594 coram R. P. D. meo Litta Rotæ Auditore acutissimo, & in Virdunen. Decanatus 9 Martij 1580 coram Illustrissimo D. Lancellotto.

Accedit etiam quod beneficia quæ dicuntur, de mensa non veniunt in generali reseruatione, quia talia non dicuntur vacare glos. verb. de mensa in Clement. vnica § præmissa de supplen. negligent Prælator. tex. in Clem. 1 vers. quidam etiam de excess. Prælat. Æneas, de Falconibus in tract. de reseruat. q. 3 princ. nu. 1. 2. & 3.

Hinc etiam est nulla impetratio facta de beneficio vnito, quia cum sit vnitum impetrari non potest Felyn. in cap. in nostra nu. 23 vers. corollarium 27 de rescriptis Selua de benef. 3 p. q. 15 num. 76 Rota decis. 46 in antiquis Rebuff. in praxi tit. de vnionibus n. 14 Puteus decis. 247 à n. 7 l. 1 vbi pro maiori part. fuit idem obtentum in vnione facta ad vitam alicuius.

Cum igitur beneficium vnitum perdat titulum, & non sit amplius beneficium, sed quoddam prædium nec possit vacare, & multo minus conferri necessario sequitur, quod non comprehendatur, sub regula nostra loquente de beneficiis Ecclesiasticis vacantibus in mensibus Apostolicis vbi enim verba legis non conueniunt eius dispositio locum non habet l. 4 § toties, & ibi notat. Bart. & omnes, ff de damno infecto, & quælibet lex debet esse contenta suis terminis l. in agris, ff de acquir. rer. dominio Cassad. decis. 1 n. 2 de const.

Animaduertendum tertiò quod si ignoratur qua specie supradictarum fuerit facta vnio, præsumendum est factam esse vnionem æque principaliter, & non accessoriè Abb. in d. c. extirpanda § qui verò num. 4 de præb. Rebuff. vbi proximè n. 20 Honded. d. num. 5 & Paris. cons. 35 lib. 1.

Ecclesiam non eximi. Cum Rom. Pontifex in huiusmodi vnionibus singulis Episcopis iura sua inuiolata seruari velit. [a]

Vnio dissoluitur temporis lapsu, & causæ cessatione, & ab his qui habent ius vniendi. hoc dicit.

Dissoluetur autem vnio, si temporalis sit temporis lapsu [b] quòd si sit, perpetua, cessantibus [c] eisdem causis, ex quibus facta fuerit, ab ijs itidem dissolui poterit, quorum consensu, & auctoritate olim fuerit institutra: nihil est enim tam rationi consonum, quàm vt is destruendi habeat potestatem, cui construendi facultas conceditur. [d]

Licet Vacans Ecclesia possit vniri, Vnio tamen Ecclesiarum Vacantium dissolui non potest. h. d.

Illud inter instituendam, & dissoluendam vnionem interest, quòd licet etiam vaeius est destituere cuius est condere. argum. capit. 1 de reg. iur. cum simil. fuit propterea dubitatum an posset: fol. vt hic habetur, quia si non fuerit *temporalis*, eisd. causis debet dissolui, quib. fuit facta, d. c. 1 & sic obiectio non tenet, nam aliud est loqui de potestate, & aliud de modo exercendi potestatem. Not. 1 quod cessante causa debet cessare effectus, c. cum cessante, vbi Doct. de appel. Not. 2 quod esse, & conseruari dependent ab eisdem causis, & ideo ab eisd. debent regulari.

auct. & vsu pal. c. licet de offi. ord. l. 2 § si quis à principe, ff ne quid in loco pub. quia si vnicuique Episcoporum sua iurisdictio non seruaretur, Ecclesiasticus ordo conturbaretur 11 q. 1 c. peruenit, & c. inter dilectos, de don. Sed quæritur, an Ecclesia vnita collectanda sit in diœcesi vbi sita est an in diœcesi Eccl. cui est vnita? Resp. vt per Doct. in c. 1 de immu. Eccl. in 6. Item si immineat alienatio rei Eccl. vnitæ, quis Episc. auctorizabitur in alienatione? Respon. vt per Inno. in c. pastoralis, de priui. & per Archid. in c. in venditionibus. 18 q. 4 & per But. in l. 1 C. de sum. Trin. & fid. Catholica. Vtrum autè patron. principalis Eccles. efficiatur patronus vnitæ, habetur per Speculatorem in tit. de iur. patro. in fi. & per Ab. in c. 2 de relig. domib. vnde sumitur, sed omnes hæ, & similes difficultates cessabùt in posterum in vnionibus faciédis, si quidem Concil. Trid. sess. 14 in decretis reformat. cap. 9 statuit, quod Eccles. vnius diœcesis Ecclesiæ alterius diœcesi vniri non possit, licet non tollat præced. ita actas vniones. [e]

Dissoluitur autè CASVS. Cum quarundam Eccl. facta fuisset vnio, vt præsupponitur, quidam Episc. volebat ad libitum eam dissoluere per regulam vulgat, *Io. Bap.*

[a] ¶ Velit.] c. cum olim, de consuet. c. ex tuarum, de

[b] ¶ Temporis lapsu.] Vnde si fuerit facta ad vitam alicuius dissoluetur illo mortuo.

[c] ¶ Cessantibus.] Facit benè in agro § ad hæc, de sta. monach. Vnde bello cessante, & in frequentia populi, ob q̃ fuit facta vnio. cessabit etiã ipsa vnio, c. 2 de relig. dom. c. 1 fin. de parrochia c. 1 de verb. sign. in 6 facit l. 1 in princ. C. de cad. tol. & 25 q. fi. c. vlt. vers. sed obijcitur. Idem q̃n vnio resultaret in præiudicium Eccles. & ruinam. cap. 1 ne sede vac. sed an istis causis cessantibus vnio dissoluatur ipso iure. Quidam quod sic vt Archid. in c. vnio 10 qu. 3. Alij contra quod immò solũ præstat iustã causam dissolutionis, vt per Zonzel. in cle. fi. de reb. eccl. non alie. quod magis placet. Et de hac materia plura per Cacciap. in suo tract. de vnio. art. 9 & per Modernos Gallos in sua praxi iudiciaria, in c. de vnion. reuocat: post Petrum de Perusio in suo tract.

[d] ¶ Conceditur.] l. is potest ff de acquir. hæred. & l. nihil tam naturale ff de 10. iu. Petere autem dissolu-

tionem is poterit impedire, id est, is cuius interest, vt supra § nec solum, & c. 1 ne sede vacante.

a ¶ Vniri] Vt supra eod. § in tantum, & clem. fin. de reb. Eccles. non alienan.

b ¶ Poterit.] Hoc intellige iuxta c. 1 ne sede vac. cum his quę ibi traduntur, & not. quod non semper eadem est doctrina contrariorum.

cans Ecclesia alteri possit vniri, [a] si tamen Ecclesias per vnionem connexas vacare contigerit, vnio interim vacantium Ecclesiarum dissolui minimè poterit. [b]

DE IMMVNITATE Ecclesiarum, & subiectione.

Io. Bap. COntinuatur titul. iste per gl. rubri. vel dicas aliter. Postquam author in superiorib. pertractauit de Eccles. substantia, consequenter debet agere de pertinentib. ad eas, hæc autem cum quædam pertineant ex priuilegio, quædam verò de iure communi, author voluit prius agere de ijs, quæ competunt iure priuilegij, & ideo proponit titul. istum qui diuiditur. in 2 part. in prima explicatur immunitas, in secunda subiectio: secunda ibi, quemadmodum.

IMmunitas. Hæc pars subdiuiditur in duas part. in prima habetur quid sit immunitas; in secunda quotuplex sit. secunda ibi, est autem quoad primum casus non figuratur. Not. tamen argum. istius vocis quod quilib. terminus in iure dupliciter accipi potest, videlicet, propriè, & impropriè.

c ¶ De immunitate &c.] Dictum est supra de pluribus pertinentibus ad Eccles. & cum ipsas contingat in pluribus priuilegiari, & immunes reddi, meritò videndum erat etiam de immunitate ipsarum.

d ¶ A muneribus.] Multiplicem habet significationem verbum munus. l. munus, & l. inter donum, ff de verb. sign. & inter alia quandoque capitur pro officio quandoque pro onere, & ita capitur hic vt per Abb. in rub. eo. Vnde Ecclesia dicitur habere immunitatem, scilicet à muneribus, & officiis sæcularibus.

e ¶ Exemptio.] Dicitur enim immunitas quasi emunitas, id est extra munia vel munera: vt per Hostien. in summa eod. vers. & vnde dicatur.

Immunitas.

Est autem. Hæc pars adhuc subdiuiditur in 2 part. in prima habetur quotuplex sit immunitas, in secunda qualib. speciebus declaratur. secunda ibi, localis: quo ad primum casus non figuratur. no. tamen causam dist. quia Ecclesia in genere considerata constat ex tribus: videlicet ex templo, ex persona quæ in eo diuina administrat, & ex rebus, per quas diuina administrantur.

Io. Bap.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius § intelligentia videnda sunt primò quid sit immunitas vnde dicatur, & quotuplex sit, & tertiò qualiter differat à libertate Ecclesiastica.

Quo ad primum immunitas nihil aliud est nisi à muneribus, & honoribus exemptio lege prima, ff de iure immunit. ita vt Eccles. immunitas dicatur, exemptio quoad res, & personas Ecclesiasticas attinet, vt sint oneribus, & publicis muneribus liberæ, & immunes capit. aduersus de immunit. Ecclesiast. Host. in rub. de immunit. Eccles. num. 2 alijque complures ibidem, hæc autem tripartitam habet diuisionem vel num. localis est vel personalis, vel realis localis est quæ sæcularia acta hoc est, iudiciales processus, & sententiæ sæculares non sint in Ecclesijs pertractandæ capit. 1 extra eod. & maximè in causam sanguinis ca. cum Ecclesia Dei eod. sic etiam conclamationes seditiones, impetus publica parlamenta, vniuersitatum conuocationes nundinarum, & fori negociationes, vt per Caietan. in verbo immunitas Ecclesiastica Hostiensis, & Abb. loco supra citato l. conuenticula vbi glos. Cod. de Episcopis, & Clericis, nec possint ibidem reponi suppellectilia Hostiens. in summa, de custod. Eccles. notab. 1 nec Hospitari nisi necessitate cogente dicto capite primo de immunit. Eccles. cap. quiescamus, 45 distinct. l. 1 Cod. de Episcop. & Cleric. & tandem ne violentia ibi committatur, & extrahantur delinquentes, capite sicut antiquus, capite frater, & capite mater. 11. quæstione 4 capite inter alia de immunit. Eccles. l. prima Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, hanc verò esse immunitatem Ecclesiasticam omnes affirmarunt, Couar. Clar. Dec. alij 91 infra citandi.

DE IMMVNITATE [c] ECCLESIARVM & subiectione.

TIT. XX.

Immunitas in hoc titulo largò assumitur, & quid sit immunitas. h. d.

IMmunitas est à muneribus, [d] indulta exemptio. [e] Sed hoc loco immunitatem largè accipimus pro quolibet Ecclesiarum fauore, indulgentia, rigoris remissione, & priuilegio.

Triplex est species immunitatis Ecclesiarum, localis, personalis, & realis, & quod immunitas localis est, per quam profana in Ecclesijs, & non consecratis, vel Oratoriis exerceri prohibentur. h. d.

Personalis Immunitas est, vt Ecclesiasticæ personæ sint à iudicib. sæcularibus exemptæ, capite si Imperator 96. distinct. ita vt non possint coram eis conueniri, capite Clerici de iudicijs, capite secundo de foro compe. idem Couar. variar. re. solut. capite tertio, numero tertio, etiam ipsis volentibus, capite si diligenti, & capite significasti de foro competen. § penult. auth. vt Cler. apud Episcopos, Episcopos l. omnes auth. Cassa. authent. Clericos, & melius auth. statuimus Cod. de Episcop. & Cleric. notatur in l. si qua per calumniam Cod. eadem & hanc immunitatem esse de iure diuino non est, qui neget, vt dicit glos. in dicto capite si Imperator. Dec. in capite secundo de maior. & obedient. vbi Innoc. & Abbas ita, vt affirmat. Bal. initio dicta Auth. statuimus Clericorum exemptionem non esse nouam constitutionem, sed declarationem iuris diuini quemadmodum etiam in l. de quibus numero vigesimo sexto, ff de legibus Roland. cons. 4 num. 7 volum. 1 Boss. de iure stat. siue de iure diuino, & naturali Ecclesiasticæ libertatis, lib. 2 cap. 17 & capite fin. & lib. 4 per totum vbi loca scripturæ adducit, ex quibus conclusio

prob. licet Couarr. pract. quæst. capite 31 non bene adducat Innoc. in capite secundo, numero primo, pro contraria opinione sentientem, quæ licet in quæstione per ipsum proposita quis exemit Clericos de iure Imperatoris, & in principio disputatiuè dicat, quo Papa consentiente Imperatore per text. in capite tertio 12 quæstione 3. § si quis contra auth. de Sanctis. Episcop. § vltim. Auth. vt Clerici apud propr. Episcopos subdit tamen deinde in hæc verba, sed hi non plenè eximunt vnde dicimus quod sunt exempti à Deo per text. in dicto capite si Imperator 96 distinction. quapropter non possunt non mirari Couarr. virum alioquin occupatissimum non benè perspexisse Inno. forsan. vti procliuiorem in contrariam sententiam, & regiæ Iurisdictionis, pro qua semper partialis visus est, acerrimum defensorem, quam opinionem pluribus hinc inde relatis nouissimè defendit Gueuar. de liber. Eccles. contra Venet. prima esset § 7. num. 10 cum sequente licet idem Couarr. loco citato capite 31 num. 7 versicul. primo, concluso distinguere velit in his, quæ merè spiritualia sunt non quoad temporalia, quæ asserit iuris positiui esse vt ex dictis per eum quæ sanè distinctio tamquam nulla ratione fulcita, Iis neque authoritate destituta ac contra frequentissimam DD. vitanda est, ita persona Immunitas Ecclesiastica consistit in ea quod sunt liberæ personæ Cleticorum à manibus violentis capit. si quis suadente 17 quæst. 4 nec non etiam à pedagijs, & angarijs d. lege 2 Cod. de Episcop. & Clericis capite non minus infra hoc titulo.

Reales verò Immunitates Ecclesiasticæ sunt, vt Ecclesiarum personæ à gabellis, atque collectis pro rebus suis, vel Ecclesiæ, quas non causa negociationis deferunt exemptæ sint d. cap. aduersus, & capite non minus, & cap. prohibemus de censibus, & c. quamquam eod. rubr. in 6 l. placet. C. de sacrosanctis Eccles. c. nouerit de sentent. excom. vbi notatur non posse vendere Eccles. possess. pro alienis debitis, & obligari autho. hoc ius porrectum, & auth. multo magis cum pluribus sequentibus, C. de sacrosanctis Eccles. capit. *nulli* de reb. Eccles. alienand. vel non.

Secundò est prænotandam Ecclesiasticam Immunitatem lege differre à libertate Eccles. quemadmodum differre probat Caiet. in verb. Immunitas § vltimo ex Benedicti XI. extrauaganti inter cunctas de priuileg. vbi in § incendiarios tamquam distincta ponit immunitatis violatores, & libertatis Ecclesiasticæ cum decis. vt inter diuersa ponatur extra notat. per glos. in rub. ff de iuris, & facti ignorantia, & proinde non rectè Couar. lib. 2 variar. resolut. cap. 20 numero 1 impugnat, Caiet. distinct. cum ex eo benedicit loco satis apertè probetur esse terminos distinctos, atque inter se differre, tum quia ex diuersitate nominum demonstratur, diuersitas rerum l. si idem C. de codicillis, vbi glos. tum quia quis non videt aliud significare libertatem aliud immunitatem illa est exemptio personæ Ecclesiasticæ non solum in sua persona, sed in omnibus in quibus per liberum arbitrium vtitur, & quæ possidet, immunitas verò ad quid inanimatum, refertur & versatur circa locorum sacrorum exemptionem, vnde si quis iniuriam loco sacro facit non est reus violatæ libertatis, sed tantum immunitatis, nec incidit in censuras contra violantes Ecclesiasticam libertatem promulgatas, sicut è contra cum quis iniuriatur personæ libertatem eius impediendo, vt secus liberè non vtatur, non immunitatem, sed libertatem Ecclesiasticam violat, ergo Caiet. non rectè reprehenditur nec (vt obiter id dicam) arridet opinio Innoc. in cap. nouerit, num. 3 de sententia excom. quo loco inquit non fieri contra libertatem Ecclesiasticam si contra particularem Ecclesiam agatur (hæc enim sunt eius verba) sed si quis venerit contra priuilegia data singularibus Ecclesiis non credimus in hunc Canonem incidere, non enim dicitur quis facere contra Ecclesiasticam libertatem, licet faciat contra libertatem huius vel illius singulariter, cum dicat libertatem datam esse Ecclesiæ vniuersali non singulari, nam ex cuius dispositione tunc fit contra libertatem cum tollitur, alicuius loci priuilegium. Sed hoc tam est, in vniuersali, quam in particulari, ergo etiam debet procedere in loco singulari, cum tollatur priuilegium sed de iure communi competit Alexan. in terminis cons. 209 lib. 2 Anchar. cons. 12 vers. 3 de eo Soc. cons. 55 & est conclusio omnium Canonistarum, tum in capit. cum esset, & in cap. relatum de testamentis, tum etiam ex c. Ecclesiæ S. Mariæ de constit. vbi expressè prob. vltra quod videtur, ibidem Innoc. sibi contradicere cum numero 1 eiusdem, cum asserat consistere in priuilegiis generaliter Ecclesiæ concessis, & etiam in priuilegijs singularibus Ecclesiæ, & vltra Canonistas Salic. & in d. auth. Cassa. vers. 2 circa quartum expressè id affirmat, qua propter opinionem Innoc. Salua sua pace, & in hoc tutam non iudicarem, ex supradictis vltra alia, quæ dici possent, quæ consulto prætermittuntur, vt sit quæst. incidenter proposita.

Est autem Ecclesiarum immunitas triplex, [a] **localis, personalis, & realis. Localis immunitas est, quæ sacris ipsis domibus, aut aliquibus sacrarum ædium intuitu conceditur. Cum enim Eccles. secundum**

a ¶ Triplex.] Licet hæc diuisio explicitè non reperiatur in iure, neque clarè ponatur, etiam per Doctores, commodè tamen totam materiam complectitur. Sed quomodo vna species ab alia secernetur? Resp. inspicienda erunt verba argum. l. 5 § teties, ff de dam. infect. sed tamen secundum Butr. in capite quanto. de transl. magis erit attendenda natura materiæ quam verborum facit quæ notat. idem in capite primo eod. tit. & Bar. in l. pen. ff de seru. leg. quod not. in cap. cum venisset de institutio.

Localis. Hæc pars subdiuiditur in tres part. in prima explicatur immunitas localis: in secunda immunitas personalis: in tertia immunitas realis, secunda ibi, personalis, tertia ibi realis: quo ad primum: licet hæc pars habeat plures particul. quoniam tamen commodè in ea potest. CASVS. In communi figurari, propterea est animaduertendum, quod quidam volebant in Ecclesijs, & religiosis Oratorijs, ac locis sacris causas tam ciuiles, quam criminales cognoscere, tractatus, ac negotia sæcularia habere, contractus, & conuiuia facere, ob delicta commissa nullos ad eas confugientes defendere, & alia similia agere, vnde fuit quæsitum an ista omnia essent de iure permittenda, putabant autem id esse licitum, quia si in huiusmodi locis tantum sancta sunt pertractanda, delinquentes in eis non debent defendi, nec immunitatem habere: inconueniens est, enim vnum permittere, & aliud prohibere, si quidem delinquentes defendere, videtur malum capite quantæ, de sentent. excomm. cum simil. accedit etiam *Io. Bap.*

quod actus supra dict. videntur ordinati ad bonum finẽ vt præsupponitur, & ideo videntur liciti per reg. à doct. traditam: quorum finis bonus est, illa quoque bona sunt. Sol. vt in tot. hac part. legimus, quia cum locus iste præsupponatur sanctus, & religiosus, est consequenter veneratione dignus, atque iniuria aliqua minimè afficiendus: non obstant obiecta, quia ecclesia non intendit delinquentes, ad se confugientes defendere, sed solum cauere, vt in veneratione sibi debita conseruetur, illa autem defensio per accidens inde oritur, sicut per accidens ex defensione aliquando mors causatur: actus autem prædicti licèt sint liciti quoniam tamen sunt humani, propterea humanum requirunt locum. Not. 1. argumentum à contrario sensu: quod actus spirituales possent tractari in locis prædict. Not. argumentum quod etiam in iure accidentalia non debent attendi, sed propria, & principalia, cauere enim ne Ecclesia afficiatur aliqua iniuria, est prin. ca. fin. eodem. Nota. tertiò quod ecclesia ob hanc immunitatem potest vocari sancta, quia sancta, & diuina in ea sunt tractanda, potest etiam nominari pia, quia alit delinquentes ad eam confugientes, & inde extrahi non possunt, nisi in certis casibus.

Euangelicam veritatem domus esse debeat orationis, [a] meritò à profanis vsibus esse conuenit alienam.

Processus facti, & sententiæ latæ in ecclesiis, vel cœmeteryis sunt nulli. h. d.

Sæculares [b] igitur iudices causas * præcipuè vbi de sanguinis agitur effusione, & de pœna corporali tractatur in Ecclesijs, vel earum cœmeterijs agere sub anathematis interminatione prohibentur. Absurdum est enim ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tutela o constituta refugij.

Summatus est in præcedenti. h. d.

Processus [d] quoque, quos ibi legitima contempta prohibitione & spreta vltione diuina faciendos duxerint, ac specialiter, prolatæ sententiæ, omni firmitatis robore carebunt.

Concilia publica, nundinæ, & negotia sæcularia non debent tractari in Ecclesiis, hoc dicit.

Publicæ quoque quarumlibet societatum & vniuersitatum conciones & concilia [e] nundinarum, aliorumque sæcularium tractationes negotiorum [f] confabulationes, &

a ¶ Orationis.) Fac. c. cum ecclesia eod. & d. 41 c. per simoniam. & quod ibi not. & c. decet, § nullus, co in 6.

b ¶ Sæculares.] Secus, ergo quoad iudicem ecclesiasticum ipse enim licitè iudicium exercet in ecclesia, c. præceptum, 2 q. 2 & c. qua fronte, vbi traditur de ap. imò & glo. & Abb. in c. ecclesia eod. tenent iudicium ecclesiasticum de honestate exercendum in ecclesia. & non alibi, vt propter loci reuerentiam caueant homines à periurijs, & mendacijs, licet possit, & in alijs locis, puta in palatio episcopali, d. c. qua fronte. Sed quid, si vni parti, vel etiam vtriusque est ecclesiæ ingressus interdictus? Quidam quod nihilominus possunt intrare: quia interdictum non extenditur ad hunc casum. Alij, quod iudicium debet exerceri extra ecclesiam. Sed hæc non placet Abb. quia non videtur conueniens, quod ob delictum partium debeat mutari locus iudicij. Tenet ergo quod actor debet facere se absolui, alias non debeat audiri: secus in reo, qui venit necessitatus: argum. cap. intelleximus, de iudi.

* Causas.] Quamuis iurisdictio contentiosa quæ sine strepitu non procedit in Ecclesijs exerceri non possit: secus tamen dicendum est de iurisdictione voluntaria argum. cap. 1 de ferijs, l. actus Cod. eod. veluti manumissione, l. 1 Cod. de his qui in Eccles. manum. Instit. tit. de libert. in prin. & graduum collatione Clem. 2 de magistris, Doctorum enim promotiones à Cancellario maioris Ecclesiæ siue Scholastico alias scholacha in ipsis Ecclesiæ aditis interioribus celebrari possunt, d. Clem. 2. SOLIER.

c ¶ Tutela.] Facit hoc pro consuetudine rusticorum, qui tempore hostilitatis habent refugium ad ecclesias cũ bonis suis, & ibi fortificantur. Facit optime. arg. de personis ad locum, c. 2 eo. Item quod hic habetur, facit ad q. an ecclesiæ debeant in castellari? Quod ad alicuius offensionem fieri non potest, 10 q. 1 cap. sanctorum in fin. secus ad defensionem Christianorum, & bonorum virorum, vt per Abb. in c. ecclesia. cod. Et facit quod legitur in Iosepho de bello Iudaico, vbi legitur: quod templum Hierosolymitanum erat munitissimum.

d ¶ Processus.] Quid de contractib. initis, & celebratis in ecclesia? Dic, quod licet fieri non debeant, facti tamen tenent: nam cum hic simus in pœnalibus, non erit facienda extensio: vt no. in c. 2 in 6. Ex quo nota, quod dispositio odiosa concepta super quasi contractu, non extenditur ad purum, & simplicem contractum, secundum Abb. in c. qua fronte. de appel. nam in iudicio quasi contrahimus, l. 3. de pecul. Idem dic contra, vt per Abb. in c. cum ecclesiæ, ea. post Bart. in l. morte. ff de acqu. hær. fa. no. in l. apud Iulian. ff ex quib. caus. in post. eat. Sed ista omnia procedunt quotiescumque contractus, & actus explicarentur per viam voluntariæ iurisdictionis: quia tunc benè valent, licet fieri non debeant, nisi concernant pietatem. puta, quia sit dandus tutor, sit contrahendum matrimonium. Nec ob c. decet. eo. in 6 quia loquitur in strepitu iudiciorum, prout & in hac litera. & tenet Bart. in l. actus. C. de ferijs. Sed si explicaretur per viam contentiosæ iurisdictionis, non valeret, etiam si concerneret pietatem, debet. si. iudex procedere in tribunali suo, non in ecclesia: aliter lex annullat indistinctè quoscunque actus: vt per Abb. in d. c. cum ecclesia si tamen processus fieret in domo ecclesiæ valeret, secundum Ab. in c. 1 eo. vbi latè de materia

e ¶ Concilia.] Not. contra consuetudinem populorum Italiæ, qui faciunt parlamenta in eccles.

f ¶ Negotiorum.] Nam dominus negotiatores eiecit de templo, & mensas numulariorum euertit 1 q. 1 c. ex multis, & dist. 88. c. ejciens.

ALOYSIVS RICCIVS. Prohibet ne in Ecclesijs nundinæ, & negotia sæcularia tractentur, quæ conclusio patet, ex iuris dispositione, vt probatur tam in c. 1. de ferijs quam ex constitutione Pij Papæ V. vt in Bullario fol. 5 vbi expresse prohibentur etiam diebus festiuis in honorem Dei mercatus, & huiusmodi profanæ negotiationes, & opera seruilia, quæ constitutio obligat inobedientes ad peccatũ mortale propter verba præceptiua, & prohibitiua Nauar. in Manual. cap. 23 numero 52 post Fel. in cap. nam concupiscentiam de cõstitutionib. Ab. in cap. dolentes, de celebrat. Missarum, Doct. in Clemen. dudum, de sepulturis, & Clemen. si dominum, § ideoque de rescriptis, vacandum est enim locis his orationibus, & ab opere seruili abstinendum Hostiens. in summa in tit. de ferijs, in princ. Ab. num. 5 & Butrig. nu. 7 de ferijs, Gregor. in sintagmat. iuris par. 3 lib. 23. cap. 1 num. 8 qui testatur prohibitum esse per legem generalem mercatus, & nundinas locis sacris celebrari, vt in Gallia testatur Rebuf. in constitu. Regni Galliæ, tit. de mercatorib. artic. vnico, gl. vlt. num. 5 & in omni bene constituta Ecclesia prohiberi videmus, vt in constitutione Ecclesiæ, & Prouinciæ Mediolan. lib. 1. tit. de Festorum dierum cultu, § 3 Fuscus li. 2 de visitatione, cap. 21 num. 41 & hæc conclusio ampliatur procedere etiam existente consuetudine in contrarium Nauar. cap. 13 num. 5. vers. 9. dicimus imò nec tollerantia Episcopi excusat. Ang. in summa in verb. sanè. § 21 Sylues. verb. Dominica, § 3 quæritur, & iuxta prædicta declarauit sacra congregatio testatur Gratian. in decis. 21 vbi censuit licuisse Archiepiscopo Neapolitano prohibere nundinas, siue mercatus quæ de consuetudine antiqua celebrantur in Ciuitate Neapolitana in festiuitatibus Sanctæ Mariæ Annunciatæ, & Spiritus Sancti, cum à præfato decreto fuisset ad dicta Sacram Congregationem recursum per Præpositos, siue Magistros dicti Hospitalis, vt refert Nouarius in Comment. siue Collect. ad Pragmat. Regni 9. de Alcatoribus.

a ¶ Colloquia.] Vnde malè videntur facere Cucullati, qui publicant conclusiones de rebus profanis, & eas in proprijs ecclesijs disputant, & facit decretum Conc. Trident. de obseruandis, & euitandis in celebr. Missæ, sess. 22.

b ¶ Non oporteat.] Dist. 42 per totam.

¶ Non poterunt.] Cap. 1 eo. cap. nulli cum seq. d. 42 Nisi quis reseruasset sibi hospitium annuum in ecclesia aliqua, pro cognitione fuerum beneficiorum. Idem in patrono, iuxta ea, quæ post Innocent. & Ioan. Andr. tradit Ab. in d. cap. 1.

d ¶ Reficiantur.] Dist. 42 c. nulli, & sic possunt clerici causa necessitatis comedere in tabernis, dist. 44. ca. cleri, & cap. clerici, de vit. & honest. cleri. sed vtrum ad prandium inuitatus, & non perductus agere possit, & qua actione contra inuitantem? Et si viator acceptauerit, & propterea itinerari illa die intermiserit, videtur dari posse actionem de dolo ad interesse secundum Ioan. And. licèt alias ex nuda promissione non agatur. Vide per Ab. in rubrica procm. Decr. vers. secundo quæritur de causa efficienti, & per Doctor. in cap. si de renun. facit. l. sed hæc actio ff si quis cautio.

e ¶ In oratorijs.) Cap. pen. c. fi. d. 42.

f ¶ Concordet.] Id est, vt nomen sit rei consequens.

g ¶ Occasio.] Facit c. immunitatem, eo. & c. 2 eo. in 6. c. qualiter, & quam. de accu. & auth. vt li. ma. & auiæ, §. quia verò ita, & l. meminerint, C. vnde ui.

h ¶ De Ecclesia.] No. quòd appellatione ecclesiæ venit etiam non *consecrata*, c. fi. de conse. eccles. vel a. 1 & no. in c. 2 de relig. domi.

i ¶ Celebrantur.] Vnde si in basilica nondũ essent celebrata diuina, non gauderet priuilegijs immunitatis; vt no. in cap. ecclesiæ eo. per literam ibi quæ est etiã hic in qua, &c. Communiter contra ea rationem, quæ ibi, & hic redditur, quæ dictum ampliat, l. cum pater § dulcissimis, ff de leg. 2 & verbum celebrantur, exponitur celebrari possunt, facit l. Iulianus, ff ad S. C. Maced. Ab. latè in c. ecclesiæ eodem.

k ¶ Non fuerit.] Sed quomodo celebratur in ea si non est consecrata? Respondeo, vt no. supra de constituen. consecr. & rep. eccl. in priu.

l ¶ Profananda.] Domino enim consecratum non debent redire ad humanos vsus, c. mancipia de rerum permut.

m ¶ Confugiunt.) Dist. 87 cap. eos, 7. quæst. 4 cap. reum.

* Confugiunt.) Ius asili Ecclesiarum probatum, & receptum fuit in Gallia à Carolo Magno capitul. tit. de confugis ad Eccles. & lib. 1 legum Franc. cap. 134 & ibidem perseuerauit vsque ad ordinationem Francisci I. anni 1539. art. 166 quo potestas facta reos, in quos apprehensio personalis à Iudice decreta fuerit, ab Ecclesijs extrahendi eisdem restituendos si Iudici ita visum fuerit decernendum, & ab hinc cuiuslibet condi-

profana colloquia [a] ab his penitus amoueri debeat.

Conuiuia non debent fieri in Ecclesijs, nisi ex necessitate: & quod dicitur de Ecclesijs, intelligitur etiam de non consecratis, & Oratorijs, h. d.

Sed & conuiuia, & hospitia, licèt illa despicere non oporteat [b] in sacris domibus celebrari, vel excerceri à laicis non poterũt, [c] nec etiam clericis: nisi fortè transeuntes ob hospitiorum necessitatem illic reficiantur, [d] quod & in oratorijs [e] obseruari conueniet, vt nomini opera iugiter impensa concordet, [f] & ne vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio. [g] Idem statuitur, & de Ecclesia, [h] in qua diuina mysteria celebrantur, [i] licèt adhuc consecrata non fuerit, [k] quia cum obsequijs diuinis sit dedicata, nullius temerarijs ausibus est profananda. [l]

Qui inuitum abstrahit à sacris locis excommunicatur, & quasi sacrilegus punitur, hoc dicit.

Sacrorum locorum intuitu illis conceditur immunitas, qui ad ipsam Ecclesiam confugiunt: [m] * nam si eos, qui ad statuam Principis se proripiunt, ab omni violentia

tionis,& qualitatis Rei ab Ecclesijs extracti fuer. Boër. q.109 & 110 Ioan. Faber. Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris Rebuff. in Ordinat. tit. de immunit. Eccles. art. 1 glos. 1 sed à quonam extrahendi Laicone Iudice an Ecclesiastico? Doctores exteri in Clem. 1 de offic. Ordin. & in Clem. 1 de pœnit & remiss. id tribuunt Iudici Ecclesiastico, nostri verò laico, Boër. vbi supra, Benedicti in cap. Raynutius in verb. vxorem, n. 444 Guid. Pap. quæst. 121. SOLIER.

leges sæculares [a] vindicant; quanto magis conuenit ad templum Domini confugientes loci sancti reuerentia, & auctoritate defendi? Quicunque igitur inde hominem [b] reluctantem, reclamantemque violenter abstraxerit, [c] tam alijs pœnis pro sacrilegio, quod admisit, quam ecclesiasticæ subiacebit excommunicationi.

Non potest quis inuitus abstrahi à domo Episcopi, vel ab Ecclesiæ circuitu, intra triginta passus. h. d.

Nec ab atrijs tantùm Ecclesiæ quemquam inuitum abstrahere non licebit: verum etiam nec à domo Episcopi, & ab Ecclesiæ cir-

a ¶ Sæculares leges.] Vt C. de his qui ad stat. confug. per tot. & § fi. de his qui sunt sui, vel alien. iur.

b ¶ Hominem.] Sed an hoc locum habeat, & in Iudæo? quidam admittunt, si modò absque simulatione asserat se velle fieri Christianum per l. 1 C. de his qui ad eccles. confug. quod tamen non admittit glo. in d. l. etiam si esset simulatio, & respondet ad l. 1 quatenus ponderat simulationem Pro quo facit quod dici solet de auth. cassa, & irrita, C. de sacrosanct. eccles. quatenus meminit de Italia, & quod nota Ab. in c. fin. de iniur. post princ. quam secundam opin. sequitur Ab. in c. inter alia eod. cap. potissimum ratione, quod illa præsumptio simulationis, de qua in d. l. 1 est præsumptio iuris, & de iure, nec admittit probationem in contrarium, iuxta not. in c. ferrum dist. 50 facit no. in c. vni. de oblig. ad ratiocin. redden. & in c. is, qui fidem de spons.

c ¶ Abstraxerit.] Concor. 17 qu. 4 cap. definiuit, & cap. frater, & cap. sicut & cap. constituimus, & cap. si quis contumax, & per tot. & de materia plenè per Ab. in c. inter alia eo.

ALOYSIVS RICCIVS. Incipit hic tractare materiam immunitatis localis, & infligit pœnam excommunicationis, & sacrilegij contra extrahentes reos confugientes in ecclesijs, pro cuius intelligentia duo sunt notanda, primò, quæ loca gaudeant hac immunitate, & secundò, quæ sit pœna, qua extrahentes reos fugientes in ecclesiam puniuntur.

Quò ad primum, quod omnia loca sacra, seu religiosa hanc immunitatem habeant nulli dubium est, vt benè explicat Decianus in tract. crim. li. 6 cap. 24. vbi etiam ponit differentiam inter loca sacra, & religiosa, Nauar. in Manual. confess. c. 25 num. 17 vers. primum per locum sacrum dicit, quod ad effectum immunitatis, de qua agitur, locus sacer intelligitur quælibet ecclesia, cappella, Basilica, Oratorium, non tamen in domibus priuatis, Eremitorium, & quodlibet alium sacellum pro Missa dicenda Episcopi authoritate constructum, Mar. Ital. de immun. eccles. lib. 1 cap. 4. §. quinto vbi latè declarat qui dicatur locus Religiosus, & numero 7. declarat locum religiosum ad effectum, de quo agitur reputari etiam Domos clericor. sæcularium ad instar religiosorum in communi viuentium, prout sunt patres Congregationis Oratorij Sanct. Philip. Nerei, & alij similes Franc. Leon vbi inter loca religiosa connumerat domum piam, Seminaria, Domus mulierum conuertisarum, & alias similes Apostolica, vel ordinaria, authoritate erectas Genuens. in sua Praxi Archiep. 22 post num. 10 vbi testatur Neapoli fuisse restitutum quendam homicidam qui confugerat ad domum Seminarij, & in proposito vide constitutionem Gregorij XIIII. vbi ad effectum immunitatis, de qua agitur, loca sacra, & religiosa reputat Ecclesias, Monasteria, Sacellos domus Regularium, & Sæcularium, & huius constitutionis verb. refert Mar. Ital. vbi supra li. 1 cap. 4 initio vers. primum ergo; igitur ex dictis supra mihi regulam propono, quod confugiens ad loca sacra, seu religiosa inde extrahi non potest Archid. in cap. diffiniuit num. primo, vers. in loco sacro. Decian. tractat. crimin. lib. 6 capitul. 24.

Quæ regula ampliatur, primò in confugiente ad Ecclesiam nõ parrochialem, & in qua sanctissima Eucharistia non seruatur, prout dicit Mar. Ital. de immunit. eccles. libro primo, capit. 4 § 3 numer. 1 cum seq.

Ampliatur secundò, etiam in fugiente ad Ecclesiam non consecratã, authoritate tamen Episcopi ædificatam. Is enim gaudet illius immunitate text. est in capitul. Ecclesiæ, extra de immunit. eccles. & ibi glos. in verb. admittur. Host. ante numerum 1 in eod. verb. admittur.

Limitatur hæc secunda ampliatio nam tunc procedit quando in Ecclesia non consecrata, diuina officia celebrentur aliàs secus argum. à contr. sensu ex d. cap. Ecclesiæ.

Ampliatur, tertiò in fugiente ad ecclesiam etiam interdictam, is enim quod illius immunitate gaudeat voluerunt Host. in c. Ecclesia num. 3 vers. sed nunquid de immunit. eccles. Ioan. And. num. 2 Anchar. numero 3. Ab. num. 8.

Ampliatur quartò in confugiente ad ecclesiam dirutam, & destructam, quia saltem respectu loci, in quo erat ædificata non desinit esse sacra l. æde sacra, ff de contrab. empt. l. in tantum, § sacræ in fine, ff. de rerum diuisione gl. in c. quo semel 19 quæst. 7 quod intellige quando alteri ecclesiæ fuerit vnita, vel quod sit destructa sine authoritate Episcopi, vel cum spe reædificationis Alex. Ambrosin. de immunitat. eccles. cap. 10. numero 3.

Ampliatur quintò in confugiente ad Ecclesiam, adhuc non perfectè constructam, & in esse productam, quia sufficit quod locus sit destinatus ad ædificationem alicuius ecclesiæ, & ibi fuerit primarius lapis per episcopum impositus, vt voluerunt Anchar. in cap. Ecclesia n. 1 in 1 notab. & ibi etiam Ab. n. 5.

Ampliatur sextò, in confugiente ad cœmeterium Ecclesiæ, qui propterea inuitus inde extrahi non potest sicut si ad ecclesiam confugisset tex. est in cap. fin. de immunit. eccles. Nauar. in Manual. confess. cap. 27. numero 10.

Ampliatur septimò in confugiente ad Hospitale, qui propterea inde inuitus extrahi non potest non aliter ac si ad ecclesiam confugisset Decian. in tract. crim. l. 6. c. 24 num. 32. Franciscus Leo in Thesaur. for. eccles. par. 1 cap. 13 rubr. de immunit. eccles. num. 8. quod intellige

si

si hospitale fuerit fundatum de authoritate Episcopi, aliter secus, Angelic. in sum. post Goffred. quem allegat in verb. immunitas num. 26 vers. vtrum hospitale Sylvestr. in eod. verb. immunitas li 1 num. 1 in fin. vers. tertio.

Ampliatur octauo in fugiente ad ecclesiæ atrium, seu Claustrum porticum, ambitum, dormitorium, intra septa, & in totam fabricam ecclesiæ tex. est in l. pareant. C. de his qui ad eccles. confugiunt, & tex. in ca. si quis in atrio 15 quæst. 4.

Ampliatur nonò in confugiente ad domum seu Palatium. Episcopi is enim inuitus extrahi nō potest nō aliter ac si ad ecclesiam confugisset tex. est in capite id constituimus 17 q. 4 & ibi glo. & communiter doctores omnes.

Ampliatur decimò, in confugientibus ad domos seu Palatia Cardinalium, qui propterea quod inde inuiti extrahi non possint voluit Dec. in tract. crim. lib. 6 capite 25 numero 15 Nauar. in Manual. Confessar. cap. 25 num 18 Tusc. pract. conclus. in verb. ecclesia concl. 9

Ampliatur vndecimò in confugiente ad Sacerdotem portantem Sanctissimum Eucharistiæ, Sacramentum Tusc. pract. concl. in verb. eccles. conclus. 10 Suar. de statu religionis lib. 3 ca. 9 num. 10 de pænit.

Ampliatur duodecimò in confugiente ad fores, & ianuam ipsius ecclesiæ, vt probat tex. in l. pateant C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, & Bart. in l. præsenti, num. 2 vbi quod stans in ostio ecclesiæ ibi capi. non potest Ang. de malef. in verb. quod fama publica num. 59 vbi dicit quod si quis confugeret ad scalas ipsius Ecclesiæ quod inuitus inde extraxi non potest Tusch. cum allegatis per eum ind. verb. eccles. conclus. 10 numero 7

Ampliatur decimo tertio, vt immunitate ecclesiæ gaudeat non solum qui est intra ipsam ecclesiam, sed etiam qui est supra tectum ecclesiæ, & ideo inuitus inde extrahi non potest secundum Suar. de stat. Relig. lib. 3 ca. 9 num 8 vers. sed quid si quis supra tectum ecclesiæ, & ideo inuitus inde extrahi non potest secundum Suar. de stat. Relig. lib. 3 c. 9 num. 8 vers. sed quid si quis supra tectum ecclesiæ, vbi hanc sententium, quam probabiliorem affirmat, pluribus comprobat rationibus.

Quo ad secundum sciat quod extrahentes ab ecclesijs eos, qui ad eas confugiunt timore iudicium, ne capiant, puniuntur tamquam violatores immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, sic enim expressè cauetur in Bulla Greg. XIV. in illis verbis quod si quis &c.

Pœna autem violantium Ecclesiasticam immunitatem quæ fit cum Gregorij constitutio, nec Sacrosanctum Trid. Concil. ca. 20 sess. 25 de reformat. non aperiat, vide Iabien. in summa in verb. immunitas nu. 21 S. Anton. in summa pa. 3 tit. 12 ca. 3.

Sed ne nos ita ficcè transeamus, scias quod extrahentes confugientes ad ecclesiam incurrunt in excommunicationis pœnam à qua absolui non possunt nisi extractum restituant text. est apertus in ca. sicut antiquitus in c. sicut antiquitus in verb. excommunicetur 17 c. 4 & tex. in ca, frater eadem causa, & quæstione in illis verbis, merito indignos esse sacra Communione iudicauit, vbi propterea Pontifex confirmauit excommunicationem latam contra duos ciues Beneuētanos, qui inuitum ab ecclesia pertraxerant.

cuitu intra triginta passus [a] ab ostio, quod spacium Ecclesiæ reuerentia defendi sacri Canones voluerunt. [b]

Liber homo, non debet ab ecclesia violenter abstrahi, nisi impetrata vita, & membrorum incolumitate. h. d.

Hæc tamen securitas non omnibus æquè, & indistinctè solet indulgeri, sed status habetur ratio, & causarum, quibus quis fugiendum ad ecclesiam duxerit. Si liber igitur quis sit, quantumuis [c] grauia perpetrauerit, non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet: sed ecclesiarum rectores vitam, & mēbra debent fugientibus obtinere, alijs etiam pœnis de eo, quod iniquè egerit puniendi erunt. [d]

Imò extrahentes inuitum ab ecclesia ipso jure sunt excommunicati voluit Cauale. in prima par. suarum decis. vt refert. vers. Iudex Ecclesiasticus nu. 8 sic etiam vigore constitutionis Greg. XIV. vbi quod excommunicationis pœnā vnà cum alijs à Sacris canonibus inflictam ipso facto incurrunt.

Et sic nota quod absolutio excommunicationis, de qua agitur, est reseruata Papæ, & propterea ordinarium ab ea non posse extrahentem inuitum ab ecclesia absoluere, probat in extrau. Pauli II. de pœnitentia, & remissione c. 3 inter extrauagantes communes vbi inter casus Sedi Apostolicæ reseruatos, & exceptos ponit offensam ecclesiæ libertati factam, & magis in specie hoc idem declarauit Clemens VIII. dum confessarijs quibuscumque prohibuit ne absoluerent in pluribus casibus sedi Apostolicæ reseruatis, & presertim in casibus contentis in die cœnæ Domini claræ vel dubiæ & violationis immunitatis Ecclesiæ, in terminis constitutionis Gregori jXIV. quod quidem Clementis decretum refert. Quaran. in summa bullarum in glos. quod decretum fuit innouatum & approbatum á Sanctiss. D. N. Paulo V. quodque absolutio huiusmodi Sedi Apostolicæ sit reseruata firmatum fuit ab Illustriss. S. Concilij Trident. interpretibus de Mense Decembris 1617

In qua pœna non solum Birruarij exequutores, seu aliæ priuatæ personæ, quæ ad ecclesiam confugientem per vim extrahunt de mandato iudicis sæcularis seu alterius superioris magistratus, sed etiam ipse iudex incurrunt aut superior magistratus sic mandans, vt per Genuens. in prax. Archiepis. cap. 26 num. 7 vbi huius cōclusionis triplicem reddit rationem.

a ¶ Triginta passus.] 17 q. 7 cap. quisquis inuentus.

b ¶ Voluerunt.] Sed quis interim prouidebit de expensis his, qui manibus ecclesiæ, & priuilegijs tuentur Resp. ecclesia l. præsenti. in fi. C. de his qui ad eccl. confugiunt, & custos carceris prouidet captiuis, l. vt iudices. C. de episc. audi. Sed an ecclesia postea sumptus recuperauit? videtur quod sic, nisi confugiens sit pauper. quia tunc ecclesia etiam non confugientem teneretur alere 2 q. 2 ca. aurum habet eccl.

c ¶ Quantumuis.] Hanc generalitatem intellige, vt infra. §seq.

d ¶ Puniendi erunt.] Sed quænam erit ista legitima punitio? Quidam, quod pecuniaria, vel omnis alia præter eam, quæ est corporis afflictiua puta forte exilium, quod sentit gl. in cap. inter alia. eo & videatur communiter sequi Doct. dicentes, quod cum iste nunquam postea poterit criminaliter agi, vel accusatio in-

stitui, etiam processu temporis. Sed hoc non placet Ab. in d. cap. inter alia defendens etiam criminaliter procedi posse circumscripta pœna corporis afflictiua vbi ponit, & de modo, & ordine exequutionis.

a ¶ Latronibus.] Quales sunt Piratæ, vel hi, qui publicè stant in vijs, vel habentes castrum, vel arcem qui spoliant trãseuntes, & aufugiunt ad loca munita.

b ¶ Populatoribus. Id est, qui fructus & vineas de nocte vastãt. vt no. in l. 1 C. quando licvnicuique sine iud. vendi. Vel secundum Inno. qui segetes destruit dũ in illis se, & rapta de nocte abscondit.

c ¶ Poterunt.] Immò videtur, quod non solum qui hic enumerãtur nõ debeant gaudere hoc priuilegio, verum etiã adulteri, raptores virginum, homicidæ § quod delinquentes, auth. de mand. prin. Quidam quod aliud iure ciuili, aliud iure canonico, & sic secundum hoc corrigitur d. aut. Anch. dicit recedendum à dicta aut. Pro cuius opin. est quod quoties constitutio loquitur in materia iuris communis & aliquos casus excipit, non per hoc firmat regulam in non enumeratis contra ius commune antiquum: imò in casibus exceptis suppletur à iure communi c. ad audientiam de cler. non resid. cum ibi no. & faciunt quæ notantur per Legistas in l. scrui. ff de vsucap. fac. c. quoniam frequenter, in pri. & quod ibi not. vt lit. non contest. Non recedas à prima opin. quam latè defendit Ab. in c. inter alia eo. vbi & quare hi casus magis, quàm alij fuerunt excepti.

ALOYSIVS RICCIVS Incipit author in hoc § enumerare casus in quib. confugiens ad ecclesiam non gaudeat illius immunitate, pro cuius intelligentia nota quod varij sunt casus propter quos confugiens ad eccles. potest inde extrahi absque labe excommunicationis.

Primò igitur latro publicus si ad ecclesiam confugerit illius immunitate non gaudet pro vt tex. noster loquitur, & est text. c. inter alia extra de immunit. eccles. & ibi gl. in verb. nisi publicus latro.

Sed difficultas est scire quis dicatur latro publicus vtrũ tu dic. quod latro. publicus dr qui palã, & publicè furatur, vt sunt piratæ vel publicè stant in stratis ad effectũ furandi. Ang. in summ. in verb. immunitas num. 17 Decian. in tract. crim. lib. 6 c. 28 num 2 per tot. vbi late declarat quis dicatur publicus latro.

Amplia procede, in eo qui solitus sit, & frequenter homines deprædari, is enim. propterea dr publ. latro secus in eo q bis aliq. spoliauerit aut furatus fuerit, vt per Dec. in tract. cri. li. 6 c. 28 n. 2 vers. atq; ideo quæ intellige qñ quis latrocinia committit cum armis, & violenter secus autem si sine armis, & violentia, nam tunc non latrocinium sed simplex furtũ cõmittere dr, vt post alios quos allegat Dec. in trac. crim. dic. 28 n. 2 voluit Ambrosin. de immun. eccl. c. 2 n. 3 & 4 cum allegatis per eum 2 proditor homicida ecclesiæ immunitate non gaudet: & ideo ad eam confugiens inuitus extrahi põt, vt probat Boer. dec. 109 n. 5 vers. 3 in eo qui aliũ proditoriè occidit Gutier. pract. c. li. 1 q. 2 n. 2 vbi alijs relatis testatur de cõi. Tamẽ proditorius homicida quis dr vide Alex. in cons. 145 n. 5 lib. 7 vbi dicit quod proditoriè occidere est occidere per insidias, vt puta quem quis aliud verbis, & aliud in mente gerit, & ponit exẽplum in socio itineris, q alium percutit Suar. de statu Relig. li. 3 c. 11 n. 12 dicit quod proditoriè, & per insidias quis dr occidere aliũ quam à tergo. illũ occidit vel quocunque alio modo nihil tale præcauentẽ nulla præcauendi causa præcedente, & ponit exemplum in eo, qui aliquem dolosè circumuenit etiam callide subducit, vt eum occidat, vel in occidente sedentem in mensa, aut socium itineris.

Limita in occidente suum inimicum quocuo modo ẽt per insidias, quia tunc occisus præcauendi causam habebat à suo inimico, & ideo si sibi non præcauit sua est culpa, & occidens non dr proditor ad effectum, vt priuet eccl. immunitate, voluit de Franc. decis. 313 per tot Bar. in l. respiciendum § delinquũt, ff de pœnis.

Limita secundo, vt procedat morte sequuta secus si ex animo occidendi vulnerauerit illi, & mors sequuta non fuit Dec. in tract. cri. lib. 6 c. 28 n. 17 Tusc. in pract. cõcl. in verb. eccles. concl. 11 nu. 7

Tertiò nocturnus agrorum depopulator ad ecclesiam confugiens illius immunitate non gaudet est tex. in ca. inter alia extr. de immun. eccl. & ibi cõiter cês Canonistæ Oldr. cons. 154 nu. 2 Nauar. in Manual. confessio. 15 num. 20 Dr aũt nocturnus depopulator qñ in nocte segetes extruit, dum ibi se abscondit vel latet, vel propterea homicidia, aut rapinas, quas facit in strata comburit, & destruit agros eorum, qui eis non seruiunt, sunt verb. Inn. in ca. inter alia col. 2. in verb. nocturnus de immun. eccles. Oldr. cons. 154 quod procedit in noctu non agrorum depopulatore, & non in diurno, & est rõ quia diurnus latro & depopulator non põt sine peccato occidi, nisi se telo defendat Goff. in sum. rubr. de immuni eccl. nu. 10 Decian. in tract. crim. vbi supra.

Quartò non gaudet immunitate ecclesiastica grassator viarum, vt voluit tex. in ca. inter alia extra de immun. eccl. & sic propriè viarum grassatores nuncupantur latrones illi, qui vias obsident vt viatores deprædentur ita gl. in verb. capitulum § Grassatores, ff de pœnis Alex. Ambrosin. de immun. & liber. eccl. cap. 3 per. vbi dixit grassatores esse eos qui vias obsident, vt spolient, & retinentes occidant, & dicuntur grassatores à verbo gradior gradieris quasi quod cum impetu gradiantur, vt per Dec. vbi supra.

Ad hoc tamen vt quis Grassator viarum dicatur requiritur vt grassetur in vijs publicis, & frequentatis aliter secus tex. est in capite inter alia vers. & hoc verum extr. de immunit. eccles.

Quintò Hæreticus ad ecclesiam confugiens illius immunitate non gaudet in Azo. in sum. Cap. de his qui ad eccl. confugiunt numero secundo versiculo si hæretici Boer. decis. 110 numero sexto Dec. in tract. crim libro sexto capite 26 numero quarto Nauar. in Man. confess. capite 25 numero 20 & 10. est quia hæreticus in ipsam ecclesiam delinquere dr, imo magis delinquit quem qui aliud delictum in ecclesia committit. Amplia in apostata fidei, qui propterea si ad ecclesiam confugiat inuitus inde extrahi posit, & est tex. quia homo apostata pro vt hæreticus habendus est ac de eo sicut de cæteris hæreticis agendum est vt per Boer. decis. 110 nu. 6 Gundisalu. in tract. de hæc. qu. 29 numero secundo Decis. lib. tract. crimin. libro sexto capite 26 numero 13 vbi tamen declarat hoc procedere in apostata fidei, secus in apostata religionis, qui propterea erit tutus in ecclesia

Publici latrones, & qui in sacris locis immunitatis spe ducti delinquunt, priuilegijs sacrorum locorum non gaudent. h. d.

Hoc autem de publicis latronibus, [a] vel nocturnis agrorum populatoribus, [b] viarũque obsessoribus intelligi non oportet. Hi enim secundum canonicas sanctiones nulla impunitate præstita violenter & aggressionis adhibitis insidijs ab ecclesia extrahi poterunt. [c]

In eo, in quo quis deliquit puniri debet. h. d.

Idẽ, & de his statuendum erit, qui impunita-

præter quam in eo monaſterio, ſeu religione à qua apoſtatauerit, vt poſt alios quos allegat voluit Farin. in lib. 6 fragmen. tit. de carcer. & carcer. quæſt. 28 nu. 68. Limita tamen quia licet Hæreticus ad Eccleſiam confugiens extrahi poſſit inuitus ab ea illius tamen cauſa cognoſci non poterit niſi à iudice Eccleſiaſtico, pro vt expreſsè ſtatuit in eadem Gregor. XIV. conſtitut.

Sextò reus criminis læſæ majeſtatis ad Eccleſiam confugiens illius immunitate non gaudet, & licet circumſcripta Bulla Gregor. XIV. controuerſa ſit inter Doctores tamen gaudere non debeant ſaltem de conſuetudine voluerunt relati per Dec. in tractat. cri. lib. 6 capite 28 num. 23. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus ita teſtatur in practica ſeruari.

tem ſuorum exceſſuum obtinere ſperantes,[a] homicidia, & mutilationes membrorum[b] in ipſis Eccleſiis,[c] vel ipſarum cœmeteriis committere non verentur, quæ niſi per Eccleſiam crederent ſe defendi, nullo pacto commiſſuri[d] fuerant: tales, tamen numero cum in eo in quo quis in quo deliquit. Secundo quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui in lege committit. Tertiò, quia immunitatis priuilegio gaudere non dêt q. eodem priuilegio ſe indignum facit Boer. deciſ. 109. Oldr. conſ. 155. Amplia primo, vt delinquens in Eccleſia illius immunitate non gaudeat non ſolum ſi in ea homicidium aut membri mutilationem commiſerit, ſed etiam ſi alia delicta vt puta adulteria, & Virginum raptus patrauerit ſecundum Hoſt. in dicto capite final. de immunitat. Eccleſ. vbi allegat. text. in § neque aût in auth. de mandatis. Ampliatur ſecundò, vt delinquens propè Eccleſiam, ſi poſt delictum ad Eccleſiam confugerit illius immunitate non gaudeat, Anch. in clemen. 1 numero quinto in fin. de pœnit. & remiſſ. Nauar. in Manu. confeſſ. cap. 25 num. 22. Vulpel. conſ. 230. Ampliatur tertiò, qui in Eccleſia exiſtens vulnerauit aliquem exiſtentem extra Eccleſiam is num. Eccleſiæ immunitate non gaudet Abb. in capite fin. num. 11 de immunit. Eccleſ. Decian. in tract. crimin. lib. 6 cap. 24 numero 7. Limita primò, prædict. procedere cũ ex propoſito, & ſub ſpe immunitatis quis in ea delinquit ſecus ſi non deliberatè vel ex præpoſito puta caſu, & rixa ſic. enim probatur in dicto cap. fin. de immunit. Eccleſ. ſumpto argum. à contrario ſenſu, & ibi hoc annotauit Hoſt. numero ſecundo in verb. quæ niſi. Nota tamen quod in dubio quis præſumitur ſub ſpe immunitatis deliquiſſe niſi contrarium probetur Hoſt. vbi ſupra num. ſecundo. Limitæ ſecundò, vt delinquens in Eccleſia ſi delictum fuerit æque gaudet illius immunit. & ppea, ex ea inuitus extrahi non pôt, vt poſt alios quos allegat voluit Ang. in ſumm. in verb. immunitas nu. 17 Sylueſt. in eodem verb. immunitas num. 10. Decian. *in tract. crim. lib. 6 cap. 28 nu. 9. Vltra hæc non* deſinas videre doctiſſimè ſcripta per Famigeratum Doctorem D. Ioan. Mariam Nouarium in pragm. de Clericis, ſeu Diaconis Salutitiis.

Amplia, vt procedat in offendentibus perſonas Cardinalium vel Epiſcoporum in eos violentas manus injiciendo, obſidendo, vel inſequendo ſecundum Marc. Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1 capite quinto vbi pluribus rõnib. hanc ampliationem comprobare nititur, vbi etiam dicit, vt quo ad Epiſcopos intelligat pro eis tamen qui conſecrati fuerunt non aût de alijs electis, & non conſecratis. Amplia ſecundò, vt Eccleſiæ immunitate gaudere non debeant non ſolum rei læſæ majeſtatis principales in perſon. ipſiu met Principis. prout loquitur conſtit. Greg. XIV. ſed etiam ſcientes machinationem contra principis perſonam factam, & illam non reuelantes, vt in terminis declarat Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1 capite quinto, § 7 num. 52. Limita hoc procedere in reis læſæ majeſtatis in perſonam Principum ſuperiorum alium ſuperiorem non recognoſcentium, legiſque condendæ poteſtatem habentium pro vt eſt Summ. Pontif. Imperator Dec. & alij pro vt in ſpecie adnotauit Mar. Ital. de immunitat. Eccleſ. lib. 1 capite quinto, § 7 num. 11 benè verùm eſt quod in propoſito ſuperior Princeps, etiam dicitur ille, in quo ſupremus Princeps omnem, quam habent tranſtulerunt poteſtatem, qui cum loco Principis habendi ſint, & in eos propriè committat. crimen læſæ majeſtatis idcirco offendens eorum perſonas ſi ad Eccleſiam confugiant illius immunitate non gaudent, vt per eundem Ital. in d. capite 6 § 7 num. 18 vbi varia exempla ponit. Limita ſecundò, vt non procedat cũ læſæ majeſtatis crimen in perſonam principis committitur qui illi ſubditus non eſt rõne originis, vel domicilij, vt latè per Farin. in titul. de crim. læſæ majeſtatis lib. 6 Fragm. quæſt. 112 num. 240. Limita tertiò in offendendo conſiliarios Principis licet num. ſic Principis conſiliarios offendens crimen læſæ majeſtatis committat non tamen per hoc ſi ad Eccleſiam confugiat illius immunitate priuabitur vigore conſtitutio. Gregor. XIV. quæ non loquitur niſi de reis læſæ majeſtatis in perſonam Principis, & in ſpecie voluit Ambroſin. de immunit. & libert. Eccleſ. capite 9 num. 7. Princeps aût quis dicatur & quotuplex ſit Princeps, & quinam veniant ſub nomine Principis vide Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1 capite quinto, § 7. num. 11 & plurib. ſeqq.

Septimò delinquens in Eccleſia non gaudet illius immunitate text. eſt in capite fin. de immunitate Eccleſ. & ibi gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ hanc concluſionem expreſſam annotarunt tribus rõnib. moti & 1 quia ſic in Eccleſia delinquens puniri dêt in eo,

a ¶ Sperantes.] Spe enim veniæ peccantes fortius delinquunt, quam alij. Vnde dicit ſcriptura: Maledictus homo, qui peccat in Spiritum ſanctum, quod tamen à Theologis non recipitur fac. c. illud de clc. exc. miniſt. & c. cũ quis de conſ. di. 4 & facilitas veniæ incentiuum tribuit peccandi 24 quæſt. 4 capit. eſt iniuſta, & cap. vt Clericorum de vita & honeſt. Cleric.

b ¶ Membrorum.] Nunquid quod hic dicitur locum habeat etiam in alijs delictis minoribus his, quæ hic enumerantur? Et vtrum, cum & in his rationes hic allegatæ militent. Et in contrarium fac. quia ſumus hic in odioſis. ſ. in adimento beneficio ordinario iuris communis. Dic, vt per Abb. in cap. fin. eod.

c ¶ Eccleſijs.] Amplia hoc tribus modis. Primò quod ſit idem in delinquente extra Eccleſiam: ſed in loco propè Eccleſiam animo confugiendi ad Eccleſiam aliàs non commiſſurus vt per Hoſt. in ſum. eod. § in quantum verſ. ſi verò maleficium commiſerit, & per Dom. in cap. decet eo. in 6. Secundò in eo, qui vi abſtrahit exiſtentem in loco immuni, & extra offendit: vt per Abb. in eo. cap. fin. in fi. Tertiò ſi exiſtens in loco immuni percutiat exiſtentem extra, puta ſagitta vel miſſilibus, vel lapidibus: vt per Abb. in d. cap. fin. vbi & quid in mandante.

d ¶ Commiſſuri.] Quid ſi non commiſit eo animo, vt defenderetur, immunitate loci? Reſpond. idem erit ſecundum Hoſt. & Abb. in c. fin. eod. Et quia contra

delinquit, [a] puniri debeat, & frustra [b] legis inuocet auxilium, qui in ipsam legem committit, immunitatis priuilegio, quo se fecerunt indignos [c] minimè gaudebunt.

Dominus, præstito iuramento de immunitate potest seruum suum etiam inuitum, ab Ecclesia abducere. h. d.

Quòd si seruus sit, qui ad Ecclesiam confugerit, postquàm de impunitate Dominus Clericis iuramentum [d] præstiterit, ad seruitium Domini sui redire compelletur: [e] alioqui, si redire nolit, à Domino occupari [f] poterit: famuli enim, qui Dominos metuunt, si ad Ecclesiæ septa confugerint, intercessionem debent quærere, non latebras, nec quemquam religionis reuerentia proprio iure fraudari conuenit.

Clerici, & Monachi deseruientes Ecclesiæ sunt exempti à muneribus personalibus. hoc dicit.

Personalis immunitas est, quæ personis Ecclesiast. indulgetur. Cùm enim in Clericorum ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificijs deseruire debeant, [g] rectissimè constitutum est, vt Deo dicari ab omnibus personalibus muneribus reddantur immunes. Personalia autem munera [h] sunt, quæ cum corporis labore, & animi sollicitudine, ac vigilantia principaliter sustinentur. Generaliter igitur Episc. Presbyt. Diac. Subdiac. Monachi, [i] immunitate om-

Personalis. Casvs. Quidam ciues Perusini fuerunt promoti ad ordines, & cum eis quædam munera personalia fuissent imposita, nolebant illam sustinere, quia cum modo essent alterius conditionis dicebant q ab eis erant liberati, argum. l. administrantis, ff de excusat. tut. amplius enim non sunt iurisd. sæcularis cap. 2 vbi doc. de foro comp. at reliqui ciues se opposuerunt, dicentes illam promotionem esse intelligendam sine eorum præiudicio, iuxta no. in capite olim de verb. sign. & quod adhuc remanent ciues capite Rodulph. vbi do. de reseruat. vnde fuit quæsitum quid iuris. Solut. vt hic hi, cum etiam munera personalia sint plura, & diuersa, quædam repugnant ordini Clericali, quædam verò possunt conuenire, & ideo solutio remanet vera, & obiectiones vtr ad inuicem conciliatæ. Not. 1 quod si Clerici ab vno munerum genere sunt liberati, ab altero erunt grauati per regul. Qui sentit commodum debet sentire incommodum. Notat. secundò, quod munera personalia quædam sunt ciuilia, quædam in eccles. & quædam possunt dici mixta, cum indifferenter sint sustinenda.

delinquentem est præsumptio iuris, & de iure, & quia rationes, quæ ponuntur hic, & in d. cap. fin. militant etiam isto casu: & licet vna cessaret, videlicet propositum delinquentis: tamen non cessant aliæ: fac. § affinitatis institut. de nupt. & capite quia frustra de vsuris, & cap. cum olim. de offic. de leg. Facit quia q fuerunt stulti in culpa fient sapientes in pœna, dist. 38. capite eadem.

a ¶ Delinquit.] Fac. cap. litteras de temp. or. & cap. pastoralis de iur. Patron.

b ¶ Frustra.] Capit. quia frustra de vsu & de sentent. excommun. cap. in audientia, l. auxilium, ff de minor.

c ¶ Indignos.] ac. 17 quæst. 4 cap. frater, & cap. Coepiscopus, & seq. cap. gratum, de post Præl. & habetur plenè in cap. cum accessissent, de constit. etiam in cap. cum illorum, de sent. excommunicat.

d ¶ Iuramentum.] Intellige, quoniã non est tam à sæuitia Domini; quin suo Sacramento possit credi: vt not. in cap. de benedictio. 32. quæst. prima, fac. capite litteras, & capite ex transmissa de rest. spol. & sup. de diuort. § præstanda.

e ¶ Compelletur.] C. fin. eo. cap. metuentes. & cap. id constituimus: 17 quæst. 4. Quid dicemus de eo, qui de carcere fuit dimissus, vt iret. ad missam cum iuramento de redeundo & iuit ad ecclesiam, & non vult redire, an teneatur redire, vel possit extrahi inuitus de ecclesia? Respond. si iniustè detinebatur, vel à non habente potestatem, non tenetur redire clem. pastoralis de iudi. in verbo violentiam quæ intelligit Ab. in dicto capit. fin. quoniam subest timor mortis, secus si iustè, peccat etiam tunc fugiendo de carcere. Bart. in l. relegati, ff de pœnis debet tamen sibi idoneè cauere, quæ non patietur mortem, vel membri mutilationem, etiam quod iurauerit, redire quæ no.

f ¶ Occupari.] Auctoritate propria argum. contra in lib. 3. C. de his qui ad eccles. confug. & leg. extat. ff quod met. causa, & capite definiuit in fin. 16. quæst. 4.

g ¶ Debeant.] Fac. ne clem. vel Monach. per tot.

h ¶ Munera sunt.] Hæc sunt verba text. in lib. primo, § personalia, ff de mun. & honor. Aliter tamen describuntur munera personalia in l. fi. ff eo. tit. videlicet personalia munera sũt, quæ animi prouisione & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento pertractant. exempla ponunt in d. l. 1 & l. 2 horum personalium est triplex species quædam habent honorem annexum: quædam vtilitatem, sed non honorem: quæ dicantur sordida, quædam nec honorem, nec vtilitatem: de quibus plenè per Abbat. in capite non minus vers. veniamus, nunc eod.

i ¶ Monachi.] Et cum secundum communem opi. personæ hic enumerare possint esse tutores legitimi si velint. licet non cogantur, vt dicentem proximè dicto Monacho, sunt qui hoc non admittant,

nis tutelæ, [a] & curæ, ipso iure [b] gaudebunt.

Miserabilium personarum tutelam debent Clerici tutelæ. h. d.

Viduarum autem, & orphanorum curam suscipere non solùm non prohibentur Clerici, [c] sed etiam iubentur, cùm ipsis cupiditatis [d] negotia, non pietatis interdicantur.

Ad murorum custodiam etiam Clerici tenentur tempore necessitatis. hoc dicit.

Excipitur etiam ab his munerib. [c] muro-

vt Arch. in capite peruenit. distinct. 81. & Bal. in l. generaliter, Cod. de Episcop. & clement. tum quia mortuus est mundo: tum quia, si malè gereret, non esset cautum pupillo. Idem dicit gloss. de Episcopo in d. l. generaliter, & tangit gloss. in fin. cap. distinct. 86 per § Deo amabiles auth. de san. Episcopi. licet subdat, quod illa auth. sit hodie correcta.

a ¶ Omnis tutelæ.] Scilicet datiuæ, testamentariæ, & legitimæ 16. quæstione, primo capite generaliter, & capite final. distinctione 88. Sed contra cap. final. dist. 86 fol. commun. quod tales personæ ponunt legitimam tutelam suscipere, sed non coguntur, & ita not. in dicto cap. final. & in cap. generaliter. 16 quæstione prima, & per Abb. in capite ex parte secundo de sepult. Sed hæc commun. fol. habet duplicem difficultatem. Prima est, quia videntur posse cogi ad legitimam per dict. cap. final. ibi: Ad tutelas, & curationes inexcusabiles attrahunt ponderando vltima duo verba, ex contrario d. opi. vtrum contra generalitatem dicto cap. generaliter iuncta l. iam hoc iure ff de vul. & pup. cum ibi traditis. Fortè iura, qui dicunt, quæ tales personæ ponunt aut debent tutelam suscipere, intelligi debent largè, & impropriè pro quadam protectione, non pro cura, & tutela specifica, & formata minorum, & pupillorum ad hoc ponderari pôt capite primo, dist. 88. quatenus meminit viduarum, in quibus non cadit tutela, & cura propriè, & vnum determinabile, & c. quod sequitur immediatè, & quod licet clerici aduocare prohibeantur, tamen pro viduis, & orphanis non solum prohibentur, sed debent, & gratis, vt per Abb. in c. 1 ne cler. vel Monachi, & § postulandi, vbi etiam not. inf. de procur.

b ¶ Ipso iure.] Addo quòd non est necessarium, quod ad se excusandum compareant, secundum Bal. in l. general. C. de Epis. & cler. in 1 oppositione. Et si quis daret clericum tutorem in suo testam. incurreret pœnã c. fi. dist. 88 quia non posset pro eius anima fieri aliqua oblatio, vel oratio, quod est valdè feuerum, & not.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quæ cler. & monachi deseruientes Eccles. sunt exempt. à munerib. personalib. Hinc nota, quæ ista onera sunt diuersi generis nam quædã sunt personalia, quædam realia, & quædam mixta Capr. reg. 96 nu. 12 & seq. vbi latè examinat ipsorum munerum proprietatem, & naturam, sed quia Doctores multa circa hoc scripserunt, ideo me remitto ad ibi dicta, & ea quæ ponunt Antibol. in tract. de munerib. p. 3 n. 93 in 12 tom. Aluar. in Spec. Pontif. capite 35 vers. quædam vltro munera Roffred. in tract. de iud. p. 6 in rubr. de diuers. munerib.

Imò laici gravantes clericos ad solutionem collectarũ sunt excom. nisi moniti desistant c. non minus de sent. excom. c. ¶¶ de censib. in 6 & c. solet vbi Doct. de sent. excom. l. ad institutionem. C. de sacrosanct. Eccles. & non solum sunt excom. de iure canonico verum etiam singulo anno excom. in Bulla cœnæ. Caual. dec. 44 imò exigentes à cler. vel Eccles. personis subijciuntur banno Imperiali, & multantur ad triplũ illius, quæ exigunt, constituit Ferd. Imp. in auth. item nulla commun. vbi Bart. & cæteri scribẽtes C. de sacrosan. Eccl.

Item hæc conclusio procedit non solum in ipso grauante, & imponente, ac exigente gabellas, & collectas à clericis verum etiam in scribente aut perhibente consilium auxilium vel fauorem ad illas imponendum, vel exigendũ, vt est Clem. 1 de immunit. Eccles.

Immò non solũ sunt excommunicati, verum etiam in foro conscientiæ tenentur restituere illud, quod à clericis exegerunt, & vlterius ad satisfactionem competentem, pro transgressione Canon. Card. cons. 2 Rol. cons. 51. Campan. super capite Regni in tit. de cleric. aliter viuent. sicut consulentes impositioni, vel exactioni talis gabellæ sunt excom. ita pariter tenentur ad restitutionem, prout exigentes Leazar in Clem. 1 de immunit. Eccles. not. 1. capite aduersus eod. titul. & ratio est, quia consulens tenetur de malo consilio Fab. in § 1 num. 1. vers. sed quid dices de assessore, vel consiliario in tit. de obligat. Angel. in l. si certis annis C. de pactis Ab. in capite pastoralis § quia verò numero septimo de offic. deleg.

Limitatur primò in clerico negotiatore, qui tenetur, & poterit compelli ad solutionem gabellæ pro rebus de quibus negotiatur Spec. in tit. de immunit. Eccles. numero tertio, Aufrer. in tractat. de potestat. iudic. sæcular. super Eccles. person. reg. 3 numero trigesimo secundo.

Limitatur secundò, quando Gabella imponeretur pro communi vtilitate, seu necessitate quæ prodest omnibus tam clericis quam laicis Anchar. cons. 96. numero sexto, Spec. in titul. de cleric. coniug. § 1 num. 3.

c ¶ Clerici.] Scilicet in sacris constituti: nam constituti in minoribus possunt esse Tutores & Curatores, etiam testamentarij, etiam quod non subijt causa aliqua specialis pietatis. Sed quis dabit tales in minoribus constitutos Tutores? Non Episcopus: quia pupillus non est sibi subiectus, leg. neque digestis de Tutorib. & Curatorib. da. ab his. Non potestas: quia Clericus futurus Tutor non est sibi subiectus. Non vterque: quia cum sint in iurisdictionibus separatis, & singularibus iungi non possunt. lib. primo, Codice qui num. tutel. Vide per Bal. in l. generaliter. Cod. de Episcop. & Cler.

d ¶ Cupiditatis.] Concord. capite primo, dist. 83 & capite final. distinctione 86 intelligitur autem semper id fieri causa cupiditatis; nisi necessitas probetur: argument. 2 quæstione prima, capite primo, & not. in capite secundo, distinctione 88 quod not. etiam quod hic dicitur de viduis, intellige de minoribus: aut intellige de tutela, & curat. impropriè, vt in proxim. § fuit notatum.

c ¶ Muneribus.] Scilicet personalibus.

a ¶ Murorum custodia.] Quilibet enim tenetur patriam defendere, facite omni timore, & c. si nulla. 23 q. 8 & propter hoc excusatur pater occidens filium, & contra l. minimè, vbi traditur, ff de religiosis, & sumpt. fune. Sed contra est, c. reprehensibile. 23 q. 8 Sol. quod hic dicitur, & in cap. eo vnde hæc litera sumitur, procedit tempore magnæ necessitatis: vt hic exprimitur, contrarium regulariter, facit lex nullus, C. de curs. publ. lib. 12 & c. penult. de homicid.

Io. Bap. Realis Casvs. Officiales regiminis Mediolanen. de voluntate principis imposuerunt suis ciuibus, & subditis quasdam, vt dicunt collectas, vnde fuit dubitatum, an clerici quoque ad eas essent obligati: per § excipitur, supra eod. dubium videbatur clarum, eoque magis quia illa impositio tendebat ad commune bonum: Sol. tamen vt hic dicitur, quia cũ huiusmodi bona sint cultui diuino destinata, videtur maximè inconueniens huiusmodi oneribus ipsa grauare: Ad obiectionem autem respondetur, quod ipsa tenet non regulariter sed limitatiuè, & ideo non obstat: Not. 1. bona ecclesiast. esse sub potestate Ecclesiæ, sicuti sunt clerici: Not. 2. auxilium reale, vel personale non esse ab Ecclesia laicis dandum, nisi causa suadente legitima, & cognita: iuncto § excipitur, sup. eod.

rum custodia [a] * à qua si magna immineat necessitas, neminem excusari constitutum est, vt cunctis vigilantibus melius valeat ciuitas custodiri.

Personæ ecclesiasticæ non possunt à sæcularibus potestatibus collectari, h. d.

Realis immunitas [b] est, per quam res Ecclesiasticæ à censu, vel collectis potestatum sæcularium liberæ redduntur. Siquidem tam profanis legibus [c] quam sacris canonibus sub excommunicationis, [d] & interdicti [e] pœna constitutum est, ne quis eorum, qui iurisdictionem temporalem obtinent, possit tributa, collectas,* seu quascumque [f] exactiones, sub quouis titulo, vel colore imponere Ecclesijs, vel personis ecclesiasticis, pro domibus, prædijs, vel quibuscumque possessionibus legitimè acquisitis, etiam si ipsæ ecclesiæ, vel personæ, vel res sint intra illorum territorium constitutæ.

Ob magnam necessitatem, vel vtilitatem consulto Pontifice possunt clerici, sine tamen coactione, laicis subuenire, h. d.

* Murorum custodia.] Exemptos à custodia murorum, & portarum ciuitatis Clericos voluit, c. reprehensibile 23 q. 8 nisi tempore magnæ necessitatis, cap. peruenit de immunit. Eccles. vt habetur hic in litera, & aduertit Glossema: melius enim custoditur ciuitas sacerdotum religione, quam murorum ambitu iuxta illud Psalmistæ, nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. Apud nos Carolus Magnus cæterique Gallorum Reges ab omnibus extraordinarijs muneribus clericos fecerunt immunes excepta sola pontium, viarum, aut murorum vrbis reparatione, vt patet ex capit. Carol. Mag. lib. 6 cap. 101. ad quam etiam hodie tenentur, Ferrerius ad q. 7 Guid. Pap. Olmeius lib. 1. cap. 18. quin & oneribus quæ grassante peste imponuntur, obnoxios asserit Ferrerius ibid. in fine: idem de sumptibus pro auspicato Regis in ciuitatem introitu faciendis æquum existimat Chopin. Monast. lib. 2. tit. 2. numero 12. SOLIER.

b ¶ Immunitas.] Verificantur quæ in hoc, § dicuntur ex cap. in qualibet, & ex cap. secundum 22 qu. 8 & 9. non minus & c. aduersus eo. & c. clericis, & c. quamquam eo. in 6 & clement. vni. eo. in quibus iuribus diffusissimè Pontificis dilatauerunt hanc materiam, & nonissimè vel confirmauit, vel adauxit Concil Trid. sess. 25. cap. 20. & trahitur hæc immunitas etiam ad bona patrimonialia clericorum, secundum multos habetur de hoc in cap. si diligenti, de præscrip. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de const. aliquid in c. si clericus, de for. competenti.

c ¶ Legibus.] Lege sancimus C. de sacrosanct. eccles.

d ¶ Excommunicationis.] Scilicet cõtra particulares, & singulares personas, hoc tamen præcedente monitione, iuxta ea, quæ tradit Ab. in ca non minus eod.

e ¶ Interdicti.] Contra vniuersitates, quæ excommunicari non possunt, cap. Romana § in vniuersitatem, de sententia excommun. in 6. & cap. quamquam de censi. in 6.

* Tributa, collectas.] Licet clerici sint immunes à muneribus personalibus, vt paulò ante docuit auctor, patrimonialia tamen, aut etiam mixta sustinere debent l. 15. Cod. de Episc. & Cleric. Can. si tributum 11. quæst. 1. nisi sordida sint, aut quid extraordinarium superindictumue flagitetur, l. placet, Cod. de sacros. Eccles. Can. generaliter § placet 16 qu. 1 atque ita tenentur ad veteres census, & indictiones ratione prædiorum quæ possident excepto manso integro iure fundationis concedendo, qui liber ab omnibus oneribus tradi debet, Can. sancitum 23 q. 8 capitu. Carol. Mag. cap. 91. vnde d. Canon. sumptus est. Non autem tenentur ad superindicta, & insolita, quæ vulgò dicimus *surcens*. Quo verò ad tributa regia quæ tallias vocant, vbi personalia sunt Clerici indistinctè ab eis immunitatem habent in Gallia, vbi verò realia, eisdem subijciuntur quoad bona patrimonialia non autem quoad bona Eccles. Durant, q. 93. Mornac. ad dictam l. placet, Feuret. de abusu lib. 4 cap. 5 numero 9. nec adstricti sunt præstationi homagij, nec seruitio bellico per se, nec per alium quod vocamus, *Ban & arriere Ban*, nec iuramento feudalitij, & quamuis Episcopi iurent fidelitatem Regi pro regalibus suis hoc faciunt non ex iureiurandi feudalitij formula, vt ait Chopinus, sed per modum meræ ac puræ fidelitatis: ratio est, quia is est effectus Regiæ dispensationis, *amortissement*, vulgò nuncupatæ Ecclesiasticis generaliter indultæ vt non solum eos habilitet ad quæcumque feuda aliaque immobilia possidenda quorum iure Gallico sunt incapaces, sed etiam vt ea solido atque optimo iure possideant tanquam allodialia, & immunia quoad Regem ab omni homagio laudimio, & subiectioni cuiuscumque seruitij feudalitij, Feuret. ibid. SOLIER.

f ¶ Qua cunque.] Istam generalitatem restringe, & intellige: vt non comprehendat onera perpetua, & annexa, vt quia fortè onus faciendi, vel soluendi certum quid, & nisi fortè prædium esset feudale: nam ratione feudi ecclesia subijcitur laico, c. solitæ, cum ibi not. de

maio.& obedien.vt per Ab.in c.1 de cenſi.in fin. & in cap.fin.de vit. & honeſt.cler. & not.in c.tributum 23 q. 8 & de hac materia, latè per Ab. in cap. non minus eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præſenti §. quod perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt à ſæcularibus poteſtatibus collectari, vt habetur etiam in capit. quamquam de cenſib. c. clerici de immunit eccleſ. in 6 & per Conc. Trid. in ſeſſ. 25 de reformat. c. 20 vbi confirmantur omnes conſtitutiones hactenus à Summis Pōtificib. emanatæ in fauorem immunitatum,& in priuilegium clericorum, & eccleſiaſticarum perſonarum l. placet auth. omnis, & auth. item nulla communitas, C. de ſacroſanct.eccleſ.ita D.Nouar. in ſua Praxi electionis, & variat. for. ſect.1 c. 37.

Ampliatur primo iſta concluſio, vt procedat pariter in Equitibus Hieroſolymitanis, qui nō tenentur ad ſolutionē prædictarum collectarum, vt poſt alios, quos allegat D. Nouar. vbi ſupra.n. 7.

Ampliatur ſecundo, in nouitio qui dum manet in nouitiatu non poſſunt eius bona collectari c. 1 & ibi gloſſ. de decimis D. Nouar. in ſua praxi ſect.1 cap. 35 num.3.

Limitatur primo, quotieſcunque prædia per clericos poſſeſſa eſſent perpetuò abnoxia ad ſolutionem certi tributi priuſquam ad eos peruenisſet quia tunc ratione bonorum tenētur talia tributa ſoluere c.ſi tributum 11 q.1 Calder.conſ.2 de cenſibus, & ratio iſtius fallentiæ eſt, quia pro tributis certis ab initio impoſitionis orta fuit obligatio, & hypotheca pro toto tempore futuro, ex quo eſt certum,& perpetuum Paul.de Caſtr.in l.imperatores de publican. & in l. apud Iulianum § hæres ff deleg.1 Ruin.conſ.117.

Limitatur quando collecta imponitur pro cauſa, quæ reſpiceret pietatē, vt pro manutenendo Hoſpitale, vel pro ſatisfaciendo prædicatori, aut pro ſoluendo medico Bellam.cons.47 num.1 Burſat.conſ.16 n. 23. Natt. conſ.311. num.4.

Item dicitur reſpicere collecta quæ imponitur pro reparanda Eccleſia, & per conſequens clerici ad illam ſoluendam compelli poſſunt per ſuum epiſcopum Aloyſ. de Leo in auth. Caſſa. numero 9 C. de ſacroſanct.eccleſ.

Item dicitur reſpicere pietatem collecta quæ imponitur pro liberanda ciuitate ab aliquo morbo, ſeu contagio, vt puta à peſte, & tunc etiam clerici ad illam tenentur Burſat.conſ.16 lib. 1. Put.in tract.de reintegrand.feud.c.14 n.26.

Si tamen ſit in republica neceſſitas, aut vtilitas, [a] epiſcopus cum clero ſuo, laicorum non ſuppetentibus facultatibus, communes [b] vtilitates per ſubſidia eccleſiaſtica ſubleuandas ducant, Romano prius conſulto Pontifice, omni pœnitus ceſſante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, & laici humiliter, ac deuotè cum gratiarum actione ſuſcipere.

Eccleſiæ Epiſcopo omnimodam ſubiectionem debent. h. d.

Quemadmodum [c] autem ſacroſanctis domibus ſæcularium poteſtatum intuitu omnimoda debetur immunitas tam locorum ratione, quàm perſonarum, & rerum: ſic eiſdem rationibus ab illis proprio epiſcopo omnimoda ſubiectio debetur. Nam quantum ab ipſa loca pertinet (vt paulò ante diximus [d]) nemo Eccleſiam in diœceſi ædificare poterit, aut conſecrare præter ſui præſulis conſcientiam. Quo ad perſonas eccleſiaſticas: ipſi debetur, canonica obedientia [e] ſubjectio, [f] reuerentia, [g] ad eundem ſpectat inſtitutio, [h] parari;concor.c.non minus, & c.aduerſus eod.

b ¶ Communes.] Id eſt, alicuius vniuerſitatis, etiam laicorum tantum, ſecundum quoſdam. Ab.tamen in c. aduerſus. eod. vnde ſumitur verbum communes intelligit, laicorum, ſcilicet,& clericorum,& ſentit non procedere quod hic dicitur quando verteretur vtilitas, vel neceſſitas laicorum tantum, prima benignior, & fortè etiā verior,cum dicat laicos debere ſuſcipere cum gratiarum actione quaſi beneficiū ſolum laicorum: & cum exceptio debeat eſſe de regula, regula negatiua loquitur de laicis tantum, vt in c.aduerſus.

Quemadmodum.Casvs. Cum eſſet orta controuerſia inter certos clericos beneficiatos,& eorum Epiſcopos circa ſubiectionem ſuarum Eccleſiarum, fuit propterea de hoc dubitatum: dicebant enim clerici iſti talem ſubiectionem dari, quia immunitas ſupra relata,& explicata ſeruiret de vento, cum reſpectu vnius poteſtatis concederetur, reſpectu verò alterius tolleretur: nec videtur obſtare poteſtas Epiſcopi, quia in gratiam Eccleſiarum eſt inſtituta. Sol.vt hic cauetur, quia eccleſia cū ſit à Deo inſtituta, debet eſſe in ſuis partibus bene ordinata, & ideo poteſtas epiſcopi ad capita hic adnotat. debet extendi: non obſtat obiectio, quia illa immunitas intelligitur reſpectu poteſtatis ſæcularis, & in gratiam ac vtilitatem Eccleſiæ. Nota primo quod de iure communi can. nihil reperitur, vt epiſcopo non ſubijciatur ob debitum ordinem eccleſiæ requiſitum. Not.ſecundo poteſtatem epiſcoporum in ſua diœceſi diuidi,& reduci ad tria, c. hic adnot.

c ¶ Quemadmodum.] Hucuſque poſuit pertinentia ad primam partem rubricæ, quæ ſequuntur pertinent ad ſecundam partem, & ſic ad ſubiectionem.

d ¶ Diximus.]Supra de conſtruend.conſecr.& repar. eccleſ. per totum.

e ¶ Obedientia.]Cap.quamquam d.23 & ad hanc non ſolum tenentur clerici, ſed etiam laici, quantumcunque potentes in his, quæ concernunt animam cap. omnes principes, de maio. & obe.

f ¶ Subiectio.] Quia eccleſiæ recognoſcunt Epiſcopum in dominum fac. c. grauem de exceſſ. prælato. non tamen debent ei ſeruire tamquam principi ſæculari, ſed tamquam filij ſuo patri, ca. cum Apoſtolus de cenſi. & c.eſto ſubiectus,cum ibi not.diſt.95.

g ¶ Reuerentia.) Inſtar eius, quæ debetur patrono à libertis, l. 1 cum ibi not. ff. de obſeq. à lib. l. a. præſta.

h ¶ Inſtitutio.] 16.q.7.c.omnes & c.ſi quis princeps, & c.decernimus, & ca. piæ mentis, & de hæret.ca.ex

a ¶ Vtilitas.] Nota, neceſſitatem,& vtilitatem æqui-

destitutio, [a] correctio, [b] reformatio [c] causarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium iurisdictio [d] ecclesiasticarum censurarum [e] promulgatio, sacramentorum exhibitio. [f] Si res ecclesiasticas spectes, ipsi si census debetur: ipsi cathedraticum, [g] siue synodaticum, ipsi procuratio [h] annua, ipsi mortuariorum, [i] & decimarum quarta.

Ad Episcopum quædam pertinent iure ordinationis, quædam lege iurisdictionis quædam lege diœcesana. h. d.

Sed hæc omnis pastoralis potestas in tria principalia membra contrahitur: quædam enim ad episcopum spectant iure ordinis, vt clericorum ordinatio, Virginum benedictio, altarium, & ecclesiæ consecratio: quædam lege iurisdictionis, * vt corrigendi, conferendi, excommunicandi, instituendi potestas: quædam lege diœcesana, [K] vt ius census, & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, ius hospitij indicendi, & his similia. Sed cum tam de locali, quàm de personali subiectione, deque his, quæ ad episcopos tam iure ordinis, quam lege iurisdictionis pertinent, supra locis congruis loquuti fuerimus, transeamus nunc ad eam subiectionem, quæ cognoscitur ex solutione census, & rerum, quæ lege diœcesana ad ordinarium pertinent.

[1]niuncto, in fin. Et de qua institutione hæc litera intelligi debeat, habetur per Ab. in c. conquerente, de offi. ord. vnde sumitur, & de hoc verbo not. supra in rubrica de institut.

a ¶ Destitutio.] Id est beneficio: nam, nisi aliud habeat consuetudo, ad episcopum pertinet destitutio omnium clericorum, licèt alius habeat ius conferendi, cap. 1. de capellis monachorum, & 16 q. 2 c. visis, & quod ibi nota.

b ¶ Correctio.] Quia corrigit subditorum excessus, & ea. quæ deuiant c. irrefragabili, & c. licet, de offi. ordin.

c ¶ Reformatio.] Cap. irrefragabili, & c. licèt de offi. ordin. Et sunt hæc diuersa corrigere, & reformare, adeo quod data alicui potestate reformandi non venit potestas corrigendi, vt per Ab. in c. irrefragabili, & cap. conquerente, de offi. ordin.

d ¶ Iurisdictio.] Facit c. cum ab ecclesiarum, cum ibi not. de offi. ord. & ca. conquerente eo. tit.

e ¶ Censurarum.] Quæ sint istæ censuræ ecclesiasticæ, dic. vt inf. de eccles. cens. & per tot. & c. quærenti, de verb. sign.

f ¶ Sacramentorum exhibitio.] Potest hoc verbum duplicirer intelligi. Primò de sacramentis, quæ sunt ordinis episcopalis, vt ordinis collatio: nam tenemur ordines recipere à proprio episcopo, non alieno. 9 q. 2 per totum, & c. nullus. de parroch. Item virginum benedictio. c. veniens de præscri. Secundo potest intelligi de omnibus sacramentis: nam quilibet de diœcesi debet pro sacramentis recurrere ad proprium episcopum, vel parrochum, Episcopus enim concurrit cum quolibet presbytero parrochiali, vnde omnes ecclesiæ diœcesis censentur sub vna ecclesia, cap. pen. & ibi not. de pœnit. & remiss.

g ¶ Cathedraticum.] Cathedraticum, siue synodaticum est pensio duorum solidorum aureorum, vel argenteorum, secundum loci consuetudinem: quæ datur episcopo à qualibet ecclesia, vt declarat Ab. in capit. conquerente de offi. ord. & est c. 1. 10 q. 3.

h ¶ Procuratio.) De qua dicetur in tit. seq.

i ¶ Mortuariorum.] Id est, de his quæ relinquuntur ecclesijs occasione funerum: secundum Ab. in ca. conquerente, vel dic, vt per glossi. in d. cap. conquerens.

Et de hac, & de quarta decimarum dicitur in titulo de canonica portione, & de omnibus superioribus iuribus habetur latè in c. conquerente de offi. ordin.

* Lege iurisdictionis.] Iura Episcopalia sunt alia de lege iurisdictionis, alia verò de lege diœcesana, quæ verba sunt magistralia potius quam iuris vt monet Panorm. in cap. dilectus de offi. ordin. & ad vtraque dignoscenda, quænam scilicet ad legem iurisdictionis spectent quæue ad legem diœcesanam, duæ ponuntur Regulæ, prima per glossam in d. c. dilectus, nimirum ea quæ ex parte Episcopi in dando consistunt esse de lege iurisdictionis, quæ verò in recipiendo de lege diœcesana: altera ponitur ab Innocentio 4. in cap. 1. de stat. Monach. quem sequitur Panorm. videlicet omnia à quibus monasteria de iure sunt exempta esse de lege diœcesana, cætera omnia de lege iurisdictionis. Sed prima Regula non est perpetuò vera nam monasteria non sunt exempta à procuratione, cap. sollitæ, & cap. quod olim. de censibus quæ in recipiendo consistit, & tamen certum est monasteria esse exempta à lege diœcesana, cap. 1. 16 q. 1. d. c. dilectus de offi. ordin. c. cum pro vtilitate. 16 q. 11 & c. cum sit 18 q. 2. Ideò secundæ Regulæ standum est cui adhæret etiam Chopinus noster, de sacra polit. li. 2 tit. 1 in princip. à quibus autem monasteria de iure sunt exempta dicemus tit. sequenti. SOLIER.

K ¶ Diœcesana.] Ista nomina, & diuisio non reperitur explicitè in aliquo textu: sed ad faciliorem traditionem ex mente, & intentione iurium fuit à doctoribus inuenta, & vsu recepta, & videtur valdè commoda: & de ea vide latè per Ab. in cap. dilectus de offi. ordin. ex quo etiam poteris mutuari, qua quid ratione dicatur pertinere ad episcopum tam lege iurisdictionis, quam lege diœcesana, & quam iure ordinis.

ALOYSIVS RICCIVS. In episcopo considerantur tria in præsenti textu: Primo ea quæ sunt ordinis, & hic quæritur, quæ sint ea, quæ competunt episcopo ratione ordinis: respondeo episcopum ratione ordin. ecclesias, altaria, Calices, oratoria, ac ceremoniale ædificare, benedicere, cõsecrare, cæteraque loca vestes campanas mappas, & vasa diuino cultui deputata, &

eadem

eadem polluta reconciliare Abbates: & Abbatissas Moniales benedicere, & consecrare, & si Archiepiscopus est suffraganeos, Chrisma, Oleum Cathecumenorum, & infirmorum conficere die Iouis Sancta pueros, & puellas baptizatas confirmare, Clericos ordinare Pontificalia exercere, & cætera huiusmodi quæ ordinis sunt episcopalis, de quibus text. in cap. quàuis 68 distict. c. perlectis 25 dist. ca. quod sicut § præterea cum gl. in verb. sine pallio & in ca. transmissam cum gl. ver. de dotalibus, & vtrobique Ab. extra de elect. capit. aqua cum gl. in ver. iurisdictionis vbi Ab. nu. 2 ext de consecrat. eccles. vel altar cap. inter corporalia extra de trãs l. episc. ca. vni § fontis extra de Sacr. Vnct. Spec. de iurisd. omn. iud. n. 18 Ab. in ca. suffraganeis, n. 2 extr. de elect. in ca. quanto num. 2 extra de consuet. in ca. conquerente n. 2 extra de offi. ord. in ca. accedentibus nu. 2 extr. de excess. prælat. Lancell. inst. iur. Cano. de immunit. eccles. § fi. de elect. & § si & de constitu. eccles. § cõficiautem cum gl. in verb. ordinis Bertach. de episc. lib. 4 par. tit. 1. de potestate episc. circa pers. n. 39 alias 148 cum seqq. Rebuff. in practic. benefic. tit. forma Vicar. Archi. n. 32 vsque ad 41 Ceph. cons. 2 nu. 18 vol. 1 Piccard cons. 52 n. 118 inter cons. Menoch. vol. 1 Iatius Bursat. qui posuit etiam arborem, Ecclesiasticæ potestatis cons. 125 num. 36 volu. 1 & in libro Pontific. quem refert Pauin. in tract. de potestat. sede Vacante par. 1 q. 3 nu. 1 Mandos. in regul. Cancell. 24 de male promotis q. 6 num. 5 Cabal. ad constit. Egid. lib. 3 cap. 25 in gl. num. 28 Reuerendissimus Episcop. Sarnen. tract. de visitat & reg. eccles. ca. 33 nu. 1 & 2 & alibi sæpè Cucc. inst. iur. Cano de consecra. episcop. nu. 9 10 cum seq. & de episcop. n. 27 cum seqq. libro secundo

Secundò considerantur ea quæ sunt Iurisdictionis, & hic quæro quæ sint ista, & respondeo Episcopum ratione iurisdictionis habere subiectionem subditorum recipere ab his Sacramentum electos sibi subditos confirmare, nouas erigere Parrochias & Ecclesias etiam. collegiatas erectas collapsas reædificare, ac restaurare in matrices Eccl. ex causa transferre, elig. præsent. presentatos instituere, destituere, beneficia vnire, conferre, eorum resignationes recipere eadem resignata conferre alienare inuestire causas omnes ad forum Episcopalem spectantes cognoscere, & iudicare, visitare re formare ordinare sacr. ædicta, constitutiones præcepta exequi reuocare carcerare totquere condemnare delinquentes etiam ad perpetuos carceres corrigere mulctare excommunicare absoluere, suspendere, interdicere deponere. degradare, degradatos Curiæ sæculari tradere, brachium sæculare inuocare, mitigare pœnas, incidere iuramentum purgationis indulgere delinquentibus, & gratiam facere in casibus à iure permissis, pias exequi voluntates & reliqua, similia quæ sunt Episcopalis, iurisdictionis de quibus text. in capit. conquerente, & ibi latè Ab. numer. 2 cum seqq. extra de offic ordin. in ca. cum ab Ecclesiarum, vbi gloss. in verb. Eccles. sententia, & Ab. extra eod. gloss. in capite transmissa in verbo de dotalibus & ibidem Ab. extra de elect. & in cap. aqua in verbo iurisdictionis de consecrat. Eccles. vel Altaris, & in ca. quam sedem num. 5 cum sequ. extra de offi. ordin. Doct. in cap. at. si Clerici, § fin. vbi Fel. & Phil. Simeon in Apost. num. 13 Dec. cons. 20 cum sequente extra de iudic. specul. de iurisdict. omn. iud. numer. 28 Paris. cons. 34 in 4 & consil. 22. eod. vol. post Bal. cons. 478 num. 1 in 4 Bertach. de Episcop. lib. 4 p. 1 tit de vita Epis. num. 12 & à part. 2 vsque ad sextam latè formul. Ron. fol. 247 super forma Vicariatus generalis Episcopi latius Bursat. cons. 325 à n. 25 vsque ad 36 vol 1 & melius in arbore ibi posita de Ecclesiast. potestate Flanch. Tarh. tract. de iurisdict. Episc. propos. 4 Reuerendis. Sarnensis tractat. de visit. & reg. Eccles. c. 33 num. 1 & 2 & ibi sæpè Cucc. Inst. iur. canon. de vic. Episcop. nu. 62. 63. 64 cum alijs seq. & de Episcop. numero 16. 27. 37 vbi docet etiam regulam cognoscendi ea, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis ex Bil. in l. fi. quis § in omnibus col. 1 de Episcopis & cler.

Tertiò considerantur de episcopo ea, quæ sunt dignitatis, sed quæro quæ sunt illa & respondeo episcopũ ratione dignitatis habere vsũ mitræ & Pontificalium & quandoque ex priuilegio vsum pallij paternum honorem & reuerentiam à Principibus mundi, concedere indulgentias, & Sacramenta diæcesania ad eum recurrentibus audire confessiones, prædicare, publicas, & solemnes iniungere pœnitentias dispensare in quibusdã diæcesanam Synodum celebrare, & Archiepiscopum conuocare, concilium prouinciale indicare, Clericor causas matrimoniales cognoscere, dimissorias ad ordines, & Sacramenta concedere decimam, oblationem in casibus à iure expressis, synodaticum, vel Cathedraticum, quartam funeralium exigere nec non procurationem visitationis pro modo facultatum ecclesiæ, subsidium charitatiuum ex causa, & ius census & similia quæ ad dignitatem pertinent episcopalem, de quibus est tex. in capite accedentibus, vbi Ab. numero 2 extra de excess. Prælat capite vt Apostolicæ cum not. ibi per Doct. de priuileg. in 6 cap. conquerente vbi latè Ab. numero 2 extra de offi. ordin. cap. cum olim vbi etiam Ab. & alij extra de censibus, ca. dilectus vbi etiam Ab. extra de offi. ord. Doct. in capite at si Clerici. § fi. vbi Dec. num 20 extra de iudic. espec. tit. de lapsis. & dispens. § nunc de episcoporum Lancellott. inst. iur. cano. de eccles. pen. & fin. Bal. cons. 478 num. 1 in 4 Sylvest. summ. in ver. episcop. numero 9 Bertach. de Episcop. tit. de authorit. Epis. circa spir. num. 139 Duen. reg. 89. 90 & 91 Menoch. de arb. iud. lib. 1 casu. 178 & 179 Bursat. cons. 125 numero 30 vol. 1 & in arbore potestatis ecclesiasticæ ibi per eum situato Cuc. Inst. iur. canon de Vicarij epis. numero 51 62 cum seqq. libro 2. & de episcop. numero 30 vsque ad 70 & per totum.

DE CENSIBVS EXACTIONIBVS, & procurationibus.

TIT. XXI.

Census generaliter sumptus continet omnem pensionem, specialiter verò tantum cathedraticum. hoc dicit.

CEnsus appellatio generalis est, sumiturque pro omni pensione, quæ prælatis de Ecclesiasticis prouentibus singulis

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procurationibus.

COntinuatur hæc materia per text. in § fi. in fin. sup. tit. prox. vel dicas secundo cum d. tit. § quem admodum vsque ad fi. author loquutus sit de subiectione Ecclesiarum in genere, erat consue-

niens de ead. pertractere in specie, & ideo proponitur hic tit. iste, qui diuiditur in duas part. in prima, tractatur de censibus, in secunda, de procuratione: secunda ibi, vlterius.

CEnsus, hæc pars subdiuiditur in 4 partic. in prima, adnot. vocis istius intelligentia: in 2 demonstratur quando, & à quo imponatur census: in 3 habetur quis prohibeatur ipsum imponere, vel augere: in 4 docet quid iuris, si Ecclesia de nouo fiat: secunda ibi, cõstituitur: tertia ibi, simplices: quarta ibi, sed quis, quo ad primum, CASVS. non figuratur, not. tamen æquiuoca esse prius distinguenda, l. 1 ff de dolo: Nota 2. nomen census in statutis secundam largam significationem in debito esse intelligendum cum propriæ subiectionis sit signum.

annis in signum subiectionis, vel alterius iuris [a] penditur, Speciali tamen nomine [b] census, qui Episcopo ab Ecclesiis in argumentum subiectionis tribuitur, *Cathedraticum* [c] * appellatur, eo quòd ob honorem cathedræ persoluatur.

Quibus temporibus, & quibus causis potest census constitui in Ecclesiis, h.d.

Io. Bap.

a ¶ Vel alterius iuris.] Not. ergo ex hac litera, quod census præstatio, & receptio non denotat de necessitate subiectionem, ca. quanto, & ibi not. Ab. cod. & in c. quoniam, & ca. recipimus de priuil. & per Fel. in ca. ad audientiam, de rescrip. post Ab. in ca. in causa de cau. poss. & propr. vbi plures alleg.

Census præstatio.

b ¶ Nomine.] Non est nouum in iure, vt vnum, & idem nomen deseruiat generi & speciei, vt in adoptione, l. 1 ff de adopti. in iurisdictione, vt in l. Imperium, ff de iuris. omn. iud. iuncta rubrica eiusdem tituli cum ibi traditis, & quidam idem dicunt de testamento, vt ordinariè traditur in rubri. de leg. 1

ALOYSIVS RICCIVS. Ponis hic author varias significationes census, quas nos possibili breuitate narrabimus. Primo, igitur census significat quicquid fortunarum quis habet, vt docet Couarr. lib. 3 variar. resolut. ca. 7 Less. lib. 2 de iustit. & iur. c. 22. Salaz dub. 1 de cen. 2 sumitur pro æstimatione, seu descriptione patrimonij singulorum vulgo denumeramentum seu æstimatum. Quod fieri solet, vt sciatur quantum quis possideat, & tributi nomine Principi soluere debeat ita sumitur in l. 2 § post deinde ff de orig. iur.

Tertiò sumitur pro ipsomet tributo, siue capitatione, siue ratione fortunarũ impositio itaque cẽsus dici cœpit quod numerata pecunia per capta, siue per sæcularia soluitur Principi, vt latius probat l. & in tract. de magistrat. Rom. ca. 21 & habetur in l. 2 & tot. tit C. sine censu, & ita sumitur Matth. 22 licèt census dari Cæsari an non, nequè hic est ferme de hoc tributò quamuis de iure Canonico non solum hic census significet tributum, quod soluitur. Principi, sed etiam omnem pensionẽ, & censũ, qui soluitur ratione subiect. fũdationis, aut alterius iustę causę, vt habetur in supr. cit. locis.

Est solum notandum in hac exceptione, quod censiti dicuntur de iure, qui censibus adscripti adnotati seu adnotati sunt, nempè à quibus census exigitur, vt tot. tit. C. de agricol. & censitibus lib. 11 & sic censores dicũtur æstimatores, seu, impositores censuum, nempè ad quorum censionem, seu arbitrium census imponitur, vt docet Cicer. lib. 3 de legibus

Dantur etiam alij censores, à censendo dicti, quod vitam moresq; nostros examinent, de eis inquirunt census, item rationem ducunt professionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt illos deligunt. Hinc, & præfecti morum magistri veteris disciplinæ, & seueritatis appellati sunt. Horum tamen vestigia nostris temporibus æmulãtur, quos vulgo Catones seu Scipiones vocantur, de quibus tractat Zasius in l. 2 ff de org. iur. Alciat. in tract. de magistrat.

Quartò denique accipitur census pro pecunia, seu pensione aliqua quæ annuatim soluitur ratione personæ, vel rei, quamuis census alias habeat acceptiones, quæ videri possunt penes citatos authores in initio huius, § qui dicunt hunc censum vocari etiam redditum, vel à reddendo, qui redditur siue persoluitur alteri, vt habetur in citatis locis, vel sic vocatur a reddendo, quoniam à tempore in tempus soluendus redit, & sic vocatur annuus reditus, vt latius prosequitur Salon. in disp. de cens. art. 1 Molina disput. 383 de contract. Rodriq. lib. 1 de annuis redditibus Scaccia quæst. 1 de comment. num. 195.

c ¶ Cathedraticum.] De quo in cap. 1. 10 quæst. 1 & in cap. conquerente de offi. ord. & supra tit. prox. § pen. & per Holt. in sum. eo. § ex quibus. versic cathedraticum autem. Vide Euseb. Eccles. historiæ lib. 7 c. decimo quinto, & decimo sexto & Tripar. libro quinto capite 29.

Io. Bap.

Constituitur autem. CASVS. Quidam episcopi volebãt ad eorum libitum, & quandocunque ecclesijs, suæ ecclesiæ censum constituere, & ea moti ratione, quia sicut in eorum potestate est ecclesiam construere, & consecrare, § quacunque supra de constituen. ecclia hoc idem videbatur dicendum de census impositione, quia concesso antecedente dicitur etiam concessu consequens, ca. translato de constit. qua de re fuit quæsitum quid iuris: Sol. vt hic legitur, quia cum census denoter onus quoddam, non debet temerè imponi, nisi canonica causa suadente, & ab habente legitimam potestatem, & hoc modo est intelligenda obiectio in contrarium facta, & ideo non obstat. Not. 1 inde arg. quod quemadmodum res: vel persona est alteri subiecta ita quoque conuenit, vt det signum subiectionis. Not. 2. arg. quod res debent conseruari in illo esse, quod in principio acceperunt.

* Cathedraticum] Istud Honorarij genus ab ecclesijs episcopo præstandam pro honore cathedræ quod alias Synodaticum appellatur, quia in synodo præstari solet, c. conquerente de offic. ordinarij, & cap. olim. de censib. differt ab entroniastico de quo meminit Iustitian. nouell. 123 quod videlicet pro consecrationis labore dabatur ab episcopo consecranti Coepiscopo vel Metropolitano. Ab onere autẽ Cathedratici Monasteria exempta esse constat ex can. placuit, can. inter cætera, & can. illud 10 q. 3 vnde sequitur ius istud esse de lege Diœcesana iuxta regulam superiori titulo nobis ex Innocentio prolatam. Item tertia vel quarta pars oblationum quam sibi episcopus olim in inferioribus ecclesijs iure vindicabat tribuitur eidem legi diœcesanæ, cap. cum pro vtilitate 16 q. 1 Monasteria enim ab ea eximuntur, cap. 1 de statu monach. Item charitatiuum subsidium episcopis exigi permissum necessitatibus ecclesiæ vrgentibus, capite cum Apostolus in fine de censib. cap. conquerente in fine de offi. ordin. quoniam monasteria ad id non tenentur cum ab omnibus exactionibus sint libera, capite quam sit 18 quæstione secunda nisi alias expressè subiiciantur, quod non reperitur hic, capitulum enim primum de statu monachorum quod contrarium dicere videtur recitat quorundam episcoporum indebitas exactiones non tamen probat. Item ius conuocandi cleri ad

exequias, gloss. in capite dilectus de officio ordin. Chopin. de Sacra Polit. lib. 2 tit. 7 nu. 24 quia huic Monasteria non subjiciuntur, Can. placuit 16 q. 1. Item Synodi conuocatio, gloss. in d. cap. dilectus, quia Synodo interesse non coguuntur Monasteriorum præfecti, Can. Episcopus, dist. 18 cuius fit mentio in Can. vlt. 18 quæst. 2 & multò minus Monachi & Religiosi, cap. nimis praua. de excessib. Prælat. cap. quoniam 21 de priuileg. Cætera autem iura Episcopalia quia eis Monasteria sunt obnoxia ad legem pertinent jurisdictionis iuxta prefatam regulam. SOLIER.

a ¶ Constituitur.] Nota quatuor tempora cẽsus constituendi, & de his, vide latè per Host. in summ. eod. § si quis census.

b ¶ Nec dedicari.] Vt supra de constituen. Eccles. § quamcunque cum ibi not.

c ¶ Constituere.] Habes de hoc 18 q. 2 cap. Eleutherius.

d ¶ Insolitum.] Nota præsumendum pro his, quæ diu agitata sunt in Ecclesia Dei patiente, & tolerante superiore. fac. l. fi. C. de const. princ. & l. minimè. C. de legibus & c. constitutus de relig. dom. vnde sumitur.

e ¶ Concesserint.] Vt in c. constitutus, de relig. domibus.

f ¶ Fecerint.] Quod potest: sed non quo ad omnia, vt per Abb. in c. cum venerabilis, eod. & dicetur, inf. eod. § & in tantum.

g ¶ Memoriam.] Non ad obligationem, cum dicatur gratis offerri, fac. l. contrahitur, ff de pign. actio.

h ¶ Patrono.] Capit. præterea de iure Patron.

i ¶ Episcopus.] Nota quod Episcopi auctoritate est facienda hæc reseruatio propria enim auctoritate patronus non potest aliquod seruitium, vel temporale sibi reseruare in Ecclesia. fac. capitul. cum dilectus, de consuet. & per Innocen. in capite quoniam ne prælat. vices suas. Et per hoc infert Abb. in capite præterea de iure patron. quod si quis mandauit in testamento Ecclesiam construi, & reseruauerit aliquam annuam pensionem filijs soluendam, quod nisi Episcopus illud reseruet per statutum suum, filij non poterunt exigere, licet testatori disposuerit fac. not. in c. significatum, de præbe. & ista reseruatio debet fieri ante consecrationem, non postea, vt no. in d. capite præterea. arg. l. perfecta. C. de don. quæ sub mod.

k Moderatos.] Quando, s. aliquid plus contulit Ecclesiæ, quam sit dos necessaria Abb. in c. 1 eod. & in c. præterea de iure patronnat. Necessaria autem illa dos dicetur, sine qua Ecclesia in statu debito & conuenienti substentari non debet, argum. cap. 1 tit. de instit. & not. in c. sicut de consecr. Eccles. vel altar. alioqui si Episcopus quando Ecclesia nihil haberet: vltra necessaria, non valeret reseruatio, & Episcopi auctoritas nihil suffragaretur: vt per Abb. in cap. primo eod. argu. c. vides, distinct. 10 Immò si reseruatio esset legitimè facta à principio, inciperet autem ex post facto esse immoderata poterit, & debebit reduci ad moderationem: vt per Ab. in d. c. præterea, fac. cap. 1 de consu.

Constituitur [a] autem census, aut fundatione tempore, aut consecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ.

Fundationis, & consecrationis causa potest imponi census. hoc dicit.

Fundationis, aut consecrationis tempore census imponitur, quia veluti præter ordinarij consensum nec fundari, nec dedicari [b] potest Ecclesia: ita eodem tempore certum censum Episcopus in subiectionis signum constituere [c] poterit.

Episcopus Ecclesiis, piis locis concessis, vel exemptis potest censum imponere. h. d.

Sed nec illud insolitum,[d] aut nouum haberi debet, vt cum Episcopi Ecclesias pijs locis ritè concesserint, [e] aut exemptas fecerint, [f] aliquid sibi in eis pensionis nomine reseruent.

Sedes Apostolica ab Ecclesiis sub protectione receptis censum recipit. h. d.

Sedes quoque Apostolica cùm libertatis priuilegium, vel etiam quibusdam Ecclesiis protectionis indulget præsidium, censum gratis oblatum suscipit, & in literis Apostolicis, ad futurorum Pontificum memoriam, [g] quantitas census exprimitur.

Patrono fundanti potest census constitui. hoc dicit.

Sed & patrono [h] fundationis tempore poterit Episcopus [i] moderatos [k] sumptus constituere.

Simplices Sacerdotes non possunt proprias Ecclesias facere censuales, & qui de facto id fecerit ab Ecclesia ipsa remouebitur. hoc dicit.

Simplices autem CASVS. cum commodè in tota hac parte figurari potest, propterea omissa eius diuisione ita debet adnotari. Quidam simplex sacerdos voluit suam Ecclesiam censualem efficere: Episcopus autem non solum nouos census imponere, sed etiam antiquos intendebat augere, & cum dubitabatur, an possent, ipsi dicebant hoc sibi esse licitum quia ob tit. quem habent in suis Ecclesiis sunt Domini, vel quasi tit. enim cum traditione rei dominiũ transfert. l. vnquam ff de acquir. rer. domin. tum etiã quem admodũ huiusmodi cura Ecclesiæ eis commissa aliàs videretur diminuta. sol. tamen, vt hic cauetur, quia conuenit iuri Ecclesiam conseruari in illo esse, quod habuit à principio quod si debet mutari, & causa suadente, & à superiore fieri conuenit arg. l. 2 ff de constit. & c. 4 de offic. lega. non obstat obiectio, quia rebus Eccles. tit. non habet prædict. intelligentiam gl. super c. dudum cle. 2 in verb. intitulatam de elect. iuncto c. 2 de donat. & ideo nec secunda, obiectio *Io. Bap.*

Simplices [a] autem Sacerdotes, vel Clerici non possunt Ecclesias, quibus præsunt, propria auctoritate, præsertim [b] post eorum decessum, censuales efficere. Ideoque qui ab eisdem quadam collusione pensionem annuam de Ecclesiis receperint, illis defunctis super pensionis receptione audiendi non erunt, [c] si Rom. Pontificis, aut alterius, qui de iure id facere potuerit, [d] auctoritatem super hoc non interuenisse constiterit. Quin potius si qui per collusionem [e] talia facere comperti fuerint, ab ipsis Ecclesiis remouendi erunt.

Episcopus non potest nouum censum imponere, vel veterem augere, præter Cathedraticum. h. d.

Sed nec Episcopus [f] ipse, aut quilibet [g] alius Ecclesiis nouos census [h] imponere, aut veterem augere, [i] aut partem prouentuum, [k] suis vsibus vendicare poterit, idque adeo obtinet, vt etiam si iuramentum [l] de nouo censu persoluendo quis susceperit non propterea soluere, sed absolui ab illicito iureiurando debeat.

Ex eo, quod quis facit ex debito officij, non debet præmium consequi. h. d.

Nec quidquam profuerit, quod Episcopus, vel quilibet de nouo illas de manibus laicorum eripuerit: [m] nam nec eo casu præter Cathedraticum, & quæ cæteris imponuntur aliquid exigi poterit. [n]

Ex causa, & non in propriam vtilitatem potest Episcopus nouum censum constituere, vel augere vetere accedente consensu capituli. h. d.

Quod autem diximus [o] Episcopum, nec nouum posse censum imponere, nec augere

tenet. Not. 1 hic argum. quod grauiora sunt superioribus reseruata, c. 4 de offi. leg. supr. adduct. vbi est gloss. notab. Not. 2 quod superiores non debent vti potestate quam habent in eorum commoditatem: Not. 3 quod argu. istius tex. Episc. possunt super Eccles. causa suadente eius pensionē imponere facit cap. nisi de præb.

a ¶ Simplices.] Id est, qui non habent aliquā prælaturam, cuius prætextu id possint facere.

b ¶ Præsertim.] Implicat quod nec etiam in vita. Alij exponunt pro tantum, asserentes quod quis potest se obligare ad soluendū censum in vita sua. Sed hoc procedit ita demum, si personaliter se ad soluendum censum obliget, non si Ecclesiam: quia obligando Ecclesiam diceretur alienare quod non potest fieri, nisi seruata iuris solemnitate, 12 q. 2 cap. fine exceptione.

c ¶ Non erunt.] Quia illa pensionis constitutio successores non ligat.

d ¶ Potuerit.] Argu. quod auctoritate prælati potest poni nouus census, de quo infra, § prox. & cap. prohibemus, eod.

e ¶ Per collusionem.] Not. verbum, quia aliud si non per collusionem: quia tunc non militat pœna hic posita: sed arbitraria Abb. in c. cum Clerici, & in cap. grauis eod. Verbum autem, collusio hic latè sumitur, non solum pro collusione, quam contingeret fieri in iudicio: sed etiam extra, vt per Doct. in d.c. cum clerici licet ibi aliter not.

f ¶ Episcopus.] Concor. c. scientes, c. prohibemus, c. significauit, c. grauis, & c. cum venerabilis, eo. & c. constitutus de reli. domi. cap. vt nostrum, Vt Eccles. benef. sine dim. con.

quod intellige in censu: secus in procuratione, c. quanto eo. Procuratio autem non dicitur proprie census: sed pensio, quæ videtur posse augeri ex causa iusta etiam sine Episcopi auctoritate, c. præterea eo. & not. in c. prohibemus, vbi Abb. not. rationem diuersitatis eodem.

k ¶ Prouentuum.] Facit capitulum, vt nostrum, in fi. vt Eccles. benef. sine dimi. & clement. quia regulares, paragrapho primo de supplenda negligentia Prælatorum.

l ¶ Iuramentum.] De hoc habes in cap. significauit, & in cap. grauis eo. Et idem dicas de fideiussore præstito, vt habetur in d. cap. grauis. Et facit quia potius periurium, quam iuramentum meretur hoc appellari capite sicut nostris, de iureiur.

m ¶ Eripuerit.] Puta, quia de facto à laicis detinebantur, & vsurpabant sibi istas Eccles. vel quia laicus Episcopo liberè remisit ius Patronatus, vel fortè census debebatur patrono laico, à quo liberauit Ecclesiam suo ingenio.

n ¶ Poterit.] Videri tamen poterat contrariū prima facie cum quando quis liberat, vel eximit Ecclesiam posse nouum censum imponere, c. constitutus, de relig. dom. & supr. § 1 & idem quando fundantur de nouo: quod & hic videtur interuenire, cum capiens Eccles. de manibus laici videatur eā de nouo adducere in libertatem, & quasi fundare. Sed contrariū hic decidit, & in cap. Ecclesijs, vnde sumitur eo quia Episcopus tenebatur ad hoc faciendum à necessitate, quo casu facienti aliquod laudabile ex proprio tamen officio non debetur aliquod præmiū. Vnde præmium promissum capienti bannitum non debetur Barisello, & familiæ, qui ad hoc faciendum tenentur ex offi. fac. l. congruit, ff de officio præsi. & in capite primo de officio ordinis.

o ¶ Diximus.] Pro declaratione, & verificatione huius, paragraphi sunt videnda quæ ponit Hostien. in summa eo. paragrapho quis imponere potest.

g ¶ Quilibet.] Puta Abb. facit clementi. quia regulares, § 1 de supplenda negligentia Prælatorum.

h ¶ Nouos census.] Sed quem dicemus nouum censum? Resp. qui non est impositus in fundatione ipsius Ecclesiæ 18 q. 2 cap. Eleutherius, vel qui non est præstitus tanto tempore, quod ad legitimam præscriptionem sufficiat vt not. in ca. significauit eod.

i ¶ Augere.] Etiam quod augerentur possessiones,

veterem, ita intelligi oportet, si in propriam, [a] velit vtilitatem conuertere. Cæterum, si non in suum, sed in alterius sibi subiectæ Ecclesiæ commodum, ex iusta causa, [b] vel nouum censum constituere, vel etiam minuere [c] velit. Capituli accedente consensu, [d] id sibi minimè interdicitur. [e]

Prouincia & Ecclesia de nouo conuersa, in persoluendis censibus seruabunt consuetudinem Prouinciarum. h. d.

Sed quis erit modus obsequiorum Metropolitano exhibendorum, si qua de nouo conuersa prouincia ad alicuius Ecclesiæ iurisdictionem accesserit? [f] & ex facto responsum est id obseruari deberet, quod in vicinis prouincijs [g] obseruatum reperitur. [h]

Episcopis visitantibus debetur procuratio hoc dicit.

Vlterius Prælatis Diœcesim visitantibus, etiam procuratio debetur. Est autem procuratio necessariorum sumptuum exhibitio. Nam cum Apostolico testimonio [i] suffragante congruum sit, vt à quibus spiritualia recipimus eisdem temporalia nostra communicemus. [k] Re-

a ¶ Propriam.] Cap. prohibemus, & ibi Abb. in 1 not. eodem.

b ¶ Ex iusta causa.] Colligite hic quæ sint necessaria in impositione noui census. Primò auctoritas Episcopi. Secundò causa iusta. Tertiò consensus capituli arg. c. pastoralis, & c. tua, de his quæ fiunt, à præl. sine consen. cap. Quartò consensus Ecclesiæ, cui imponitur census, si est collegiata arg. cap. 1 de reb. Eccles. non alien. & capite 1 de re. perm. Abb. tamen in cap. significauit eodem tenet quod si causa impositionis esset vrgens, & Ecclesia Collegiata nollet consentire, posset Episcopus hoc facere cum consensu capituli: arg. clem. fin. de rebus Eccles. non alien. & c. 1 eod. tit. in 6.

c ¶ Minuere.] Vt in c. auaritiæ cum ibi traditis, de præbend.

d ¶ Consensu.] Fac. c. pastoralis, & capitul. tua de his quæ fiunt, à præl. sine consen. cap. & cap. pen. de cond.

e ¶ Interdicitur.] Hoc intelligé, quando detracta pensione, Ecclesia, cui census imponitur, potest congruè viuere: aliàs non debemus discooperire vnum Altare, vt aliud cooperiatur, cap. cum causam, & cap. extirpandæ cum ibi not. de præb. fac. c. pen. de donat.

Sed quis. CASVS. *Io. Lap.* Præsupponitur quod pars cuiusdam Prouinciæ veniat ad fidem, vnde quæsitum fuit quid iuris de obsequijs, & subiectione eius, & argum. l. cum qui calendis ff de verb. oblig. & § omnis. institut. eod. secundum conuentionem erat respon. quæ si non esset facta simpliciter. Sol. tamen, vt hic legimus arg. l. de quibus, ff de legib. & sic non obstat obiectio, quia aliquando in controuersijs decidendis à simili est procedendum iux. no. in cap. translato de const. & in d. l. de quibus not. 1 quod consuetudo vnius loci deseruit aliquando ad causas decidendas alterius loci. Not. 2 arg. quod coniecturæ sunt desumendæ à proximioribus.

f ¶ Accesserit.] Siue nunc primum, siue quod occupata ab infidelibus fuit à nostris recuperata, & sic quodammodo postliminio redijt, secundum Host. quod Abb. putat. not. in quadam additione super cap. super eodem.

g ¶ Prouinciis.] Cap. eo. cum concor. ibi alleg. Sed contra c. illa, & c. illud dist. 14 & c. vtinam dist. 76 & cap. de trina. de consec. dist. 4 Sol. ibi apparebat de propria consuetudine loci, quæ præfertur consuetudini aliorum locorum, hic quando nulla consuetudo apparebat, de hoc latè per Ioan. And. & Butri. in rubric. de consuet.

h ¶ Reperitur.] Hoc tamen non procedit qñ consuetudo vicini loci esset nimium onerosa, quia negligentia vnius loci non debet nocere alteri non negligenti, secundum Innoc. in c. fin. de offic. ordin. & sequitur Abb. in c. super eo eod. Item non procedit in Sacramentis Ecclesiæ, vel articulis fidei: nam in his debet locus ad fidem veniens tenere: quod tenet Ecclesia Rom. c. abolendæ de hæret. cum his quæ alleg. Ab. in d. c. super eo.

Vlterius. Hæc pars subdiuitur in 3 part. in prima habetur qualiter procuratio dependeat à visitatione: in secunda quis potest visitare? in tertia an ex visitatione Oratorij debeatur procuratio: secunda ibi visitandi: tertia ibi, postremò. Quoad primũ, CASVS. Ita figuratur quidam Episcopi in visitatione ita procedebant quod vnus petebat à clericis visitatis, & beneficiatis expensas, procurationes nominatas, alter verò omnia seruitia remittebat, & nihil accipiebat, qui quidem clerici id per soluere nolebant dicentes quod bona illius Ecclesiæ ad alium finem erant ordinata, & ideò ad id non teneri, l. legatum à contrario, ff de vsufruct. legat. & remissionem dicebant esse omninò validam per l. pen. C. de pactis. Solu. tamen vt hic cauetur quia seminans spiritualia debet metere temporalia, & renunciatio in præiudicium alterius non tenet capitul. si diligenti de foro competen. non obstant obiecta, quia cum bona illa sint ordinata ad commodum Ecclesiæ, etiam hanc procurationem continent ob naturam visitationis, & remissio illa non tenet ob rationem assignatam: Not. 1 inde argument. subditos non esse grauandos, nisi in eorum vtilitatem. Not. 2 quamcunque concessionem in alterius præiudicium factam de iure esse nullam.

i ¶ Testimonio.] 1 Corinth. capitul. 9 facit capit. cum secundum, de præbend. capitul. inter cætera de officio ordinis, capitul. si Episcopus de officio ordinis in 6 capite cum voluntate, de sententia excommunicationis.

k Communicemus.] Cum non sit ferendus, qui lucrum amplectitur, & onus recusat, lege vnic. § pro secundo, Cod. de capitul. tol. lege secundum naturam, ff de re. iur. capitul. qui sentit. eo. titul. in 6 & clem. 1 vbi not. eod.

ctissimè constitutum est, [a] vt cum prælati diœcesim peragrando, [b] diuina nobis exhibent, illi etiam à nobis exhibeantur. [c]

Episcopus remittens Ecclesiæ seruitia, non censetur remittere procurationem, sed illam dare detractantes potest excommunicare, & procurationi non præscribitur. h. d.

Et adeo, visitationi annexa est procuratio, vt si Episcopus alicui Ecclesiæ omnia seruitia remiserit, [d] eidem visitanti nihilominus moderata debeatur procuratio: [e] quam si visitati exhibere negauerint, si quam in contumaces ritè tulerit sententiam, [f] erit inuiolabiliter obseruanda. [g]

Cùm nec vlla aduersus procurationem, quæ ratione visitationis [h] competit præscriptionem [i] currere dignoscatur.

Qui Visitare possint, & quod Archiepiscopus potest Visitare prouinciam etiam quòd suffraganei non sint negligentes. k. d.

a ¶ Constitutum est.] Cau. cum Apostolus, & c. cum venerabilis per totum. eod. & eod. tit. in 6. & in clem.

b ¶ Peragrando.) Sed quid si Ecclesia adeo sit vicina vt nulla necessaria sit peragratio, an exigetur procuratio? Et non videtur, cum esset ratio laboris, & ita quidam tenuerunt: vt not. in capit. cum sit. de simon. Communiter contra per capitul. venerabili eod. Nec enim procuratio solius laboris intuitu exhibetur, sed etiam in signum superioritatis, & vt facilius prælati ad visitandum inducantur, vt per Ab. in dict. cap. cum sit.

c ¶ Exhibeantur.] Id est, alantur. l. pericul. in fin. ff de nautico fæno. & c. cum Apostolus eod. Et hæc est allusio quædam, siue agminatio sicut supra eo. §. sed nec Episcopus.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicitur quod Episcopis visitantibus, debetur procuratio hinc fac regulam, quod procuratio de iure potest exigi ab Episcopo in visitatione ab Ecclesijs, seu ciuitatibus, capitul. venerabili de censibus, etiã si Episcopus expleta visitatione posset redire ad domum propriam, vt dicunt ibi Hostiens. & Ab. & alij cum non tantum ratione interesse; sed etiam ratione officij, & in signum subiectionis detur procuratio; Contrarium tñ Neapoli seruatur, vt procuratio non recipiatur ab Ecclesijs Ciuitatis, sed suburbiorum distantium, quæ consuetudo seruanda est Concil. Trid. cap. 3 sess. 24 de reform. at. facit d. ca. 4 ibi pro temporis tantum necessitate; & non vltra.

Sed quæritur vtrum Episcopus possit visitare hospitalia priuata fundata sine authoritate Episcopi, & si potest, verum poterit exigere procurationem. In primo casu facias distinctionem, nam, aut fundator hospitalis viuit, & tunc non potest illud Episcopus visitare, nam potest fundatorem pœnitere, & reuocare hospitale, aut est mortuus fundator, & tunc benè potest hospitale visitari ab Episcopo, tanquam executore omnium piarum dispõsitionum in Ab. in cap. de Zenodochijs de religios. domibus Soc. de visitat. li. 5 de visitatione locorum quæst. 12 Ab. Card. Immola. Bonifac. Anchar. in clem. qui contingit de religios. domib. & quod Episcopus, sit exequutor omnium piarum dispositionum vltra Canones antiquos, & Conc. Trid. cap. 8 sess. 22 de reformat. probatur etiam de iure Ciuili in auth. de ecclesiasticis titulis, § si quis autem ædificationem, & § si quis autem pro redemptione, sed an poterit pro huiusmodi visitatione hospitalium procurationem exigere, dicas quod non, vt docet Lapus in tract. de hospit. n. 98. & ibi etiam Card. & Immola, & est communis, sunt enim bona talium locorum instituta, vt deseruiant, pro sustentatione pauperum tantum, & ex prædictis clarè patet, quod licet bona Extauritarum dicantur bona laicorum secundum Afflictum de iure prothomiscos in Principi constitut. mortuis tamen benefactoribus possunt visitari ab Episcopo tanquam exequutore omnium piarum dispositionum, & potest Episcopus Administratores locorũ piorum si malè se gerant in administratione priuare officio, & illos substituere d. §. si quis autem, & Conc. Trid. c. 8 sess. 25. de reformat. Gambar. de auth. legati. de potestate legati circa hospitalia.

d ¶ Remiserit.] Quod tamen facere non poterit, nisi faciat ex causa, cum sine causa, & consensu capituli non possit Episcopus alienare iura Ecclesiæ suæ, cap. pastoralis, de don. & 12 q. 2. cap. sine exceptione, & capit. fin. cum ibi not. 12. q. 3.

e ¶ Procuratio.] In generali enim remissione non veniunt ea, quæ in speciali non remittuntur, sicut in obligatione generali, l. obligationes, ff. de pig. & huius naturæ sunt etiam alia, quæ non veniunt in remissione generali, s. Cathedraticum, ca. pastoralis, de donat. quod nec specialiter potest remitti, secundum commun. opin. vt habetur in cap. cum venerabilis, co. licèt Archid. contra in c. 1 de præbend. in 6. Item non potest remittere charitatiuũ subsidium, c. cum Apostolus eod. nec institutionem auctorizabilem quo ad curam populi argum. cap. cum satis de offi. Archid. c. 2 de capel. Monach. in 6. Item quo ad ea, quæ sunt ordinis Episcopalis: non enim potest Episcopus eximere subditum, vt non teneatur ab eo recipere quæ sunt ordinis Episcopalis. Dicas tamen secundum Ioan. And. quod licet Episcopus non possit a se in totum eximere Ecclesiam: tamen per modum cuiusdam perpetuæ vicariæ potest concedere inferiori prælato, etiam recipienti nomine suæ dignitatis omnia prædicta iura, tribus exceptis, scilicet cathedratico, reuerentia, & charitatiuo subsidio, vt per Ab. in dict. cap. cum venerabilis. Per hanc tamen perpetui Vicarij constitutionem ex toto iura hæc non abdicantur ab Episcopo, quia saltem illo negligente poterit Episcopus exercere arg. cap. irrefragabili, § excessus de off. ordin.

f ¶ Sententiam.] Sed an visitator habeat etiam potestatem priuandi beneficij? Resp. vt per Ab. in c. dilectus filius, de rescrip.

g ¶ Obseruanda.] Cap. cum nuper eod.

h ¶ Visitationis.] Ideo dicit, visitationis: quia in procuratione, quæ competit ratione institutionis, siue consuetudinis, benè currit præscriptio: argum. 18 quæst. 2 c. Eleutherius, & c. seruitium, & not. in ca. venerabili eod. Habetur in c. cum ex offi. de præscr.

i ¶ Præscriptionem.] Cap. venerabili, & cap. cum instantia eod. & c. cum ex officij, de præscr. etiam longissimi temporis, d. c. cum instantia, posset tamen contra procurationem proficere priuilegium Apostolicum

& sic præscriptio, & priuilegium Apostolicum non procedunt à pari. Vnde præscriptio non reddit laicum capacem iuris spiritualis, sed priuilegium Apostolicum sic Ab. in d.c. cum instantia post Ioan. And. in cap. 2 de præb. in 6. in nouell. argument. contra infr. tit. prox.

Io. Bap.

¶ Visitandi. CASVS. Orta fuit contentio inter prælates circa munus visitandi, siquidem nonnulli volebant visitare, & quidam alij se opponebant, dicentes, ad illos id non pertinere, quæ controuersia videbatur nulla, quia cuius clericus beneficiatus, etiam in dignitate constitutus dicebat suam Ecclesiam non esse visitandam: siquidé esset arguere de negligentia contra ca. semel à contrario de reg. iur. in 6. & cap. fin. de præsumpt. Sol. tamen vt hic habetur, quia inter partes curæ commissæ etiam munus visitandi connumeratur, & ideo qui facit suum officium dicitur exercere, propter quam rationé obiectio facta nil videtur obstare. Not. 1 quod sicut prælati tenentur ad visitationem, ita bonum esset etiam potestates sæculares ad eum obligari in rebus sæcularibus. Not. 2 quod finis *visitationis est* obseruantia, & exequutio sacrorum canonum, animarum salus.

Visitandi verò sollicitudo non modo incumbit Episcopis, [a] verum etiam Archiepiscopus, Patriarchis, Sedis Apostolicæ Legatis, [b] Nuntijs, * Archidiaconis, & Decanis: qui quidem ne non tam diuina, quam propria [c] quæsisse videri possint cautè prospicient, vt ea, quæ tam generali, [d] quàm Lateranensi, [e] concilio continentur, & quæ Innocentiana, [f] constitutione, atque alijs canonibus salubriter constituta comperiuntur, inuiolabiliter obseruent.

Archiepiscopus visitat diœcesim suffraganeorum etiam non negligentium. h. d.

Quòd autem diximus Archiepiscopis visitare licere prouinciam, ac procurationes à locis recipere visitatis, tunc etiam sibi locum vendicat, cùm eius suffraganei argui negligentiæ nomine non possunt. [g] Nec enim propterea minus suam liberè visitare prouinciam poterunt. [h]

Ob Oratorium non est exigenda procuratio, & ob vrgentem necessitatem potest Episcopus exigere charitatiuum subsidium. h. d.

Postremò admonendi sumus propter priuatum [i] Oratorium, [k] in quo quis interdum celebrat procurationes, quæ visitationis ratione, deberent esse multo superiores, & maiore honore digni, immò etiam si sint simplices Cardinales sine vlla legatione, quo casu non satis percipi potest, quo iure possint visitare, nisi fortè visitent proprium titulum. An autem Episcopus sit maior, vel minor Cardinali non Episcopo disputari solet, & not. in ca. quamquam 2. q. 7 & per Host. in cap. Eccleſia. 2 de elect. & remissione per Ab. in d. c. cum Apostolus.

a ¶ Episcopis.) Not. quæ sint personæ, quæ *visitare* possunt subditos fac. c. cum Apostolus, & c. procurationes eod. & in c. 1 cum seq. in 6. Et quod dicit de Archidiaconis, & Decanis, habet respectum ad consuetudinem quorundam locorum, in quibus Archidiaconi visitant, aut iure proprio, aut vice Episcopi. Et potest in hac materia formari regula, quod omnis prælatus habens iurisdictionem potest visitare per hoc cap. in singulis, de sta. monach. fac. quod habetur per Feder. cons. 45 & cons. 111 & per Cald. cons. 10 & per Oldr. cons. 204 & per Ab. cons. 26. Sed quid si plures ex istis concurrant in visitando, an vnus impediat alium. Resp. vt per Ab. post gl. in c. sicut. de accus.

b Legati.] In c. cum Apostolus, eod. vnde hæc litera videtur sumi, sit mentio non de legatis, sed de Cardinalibus, quod in effectu in idem videtur recidere, cum Cardinales tantum credantur esse de latere legati, vt not. supr. de collat. § ex legationis, de quibus, videtur hic intelligere, & est text. in cap. procurationis, eod. Sed vnum fac. dubium: quia in dict. ca. cum Apostolus habendo respectum ad numerum electionum, videtur facere non solum Archiepiscopos, sed etiam simplices Episcopos maiores Cardinalibus, qui, si sint Apostolicæ sedis legati, debent esse multo superiores, & maiore honore digni, immò etiam si sint simplices Cardinales sine vlla legatione, quo casu non satis percipi potest, quo iure possint visitare, nisi fortè visitent proprium titulum. An autem Episcopus sit maior, vel minor Cardinali non Episcopo disputari solet, & not. in ca. quamquam 2. q. 7 & per Host. in cap. Eccleſia. 2 de elect. & remissione per Ab. in d. c. cum Apostolus.

* Nuntijs.] Nuntij Apostolici non habent in Gallia ius visitandi Ecclesias vel Monasteria etiam exempta Feuret. de abusu l. b. 3. cap. 4 nu. 7. quia visitatio est actus iurisdictionis qui non potest exerceri, nisi ab habente potestatem ordinariam vel á superiore Gallo iure Metropolitico per negligentiam Ordinarij cap. fin. de censib. in 6. vel de eius expresso consensu, Can. nullus 9. q. 3. SOLIER.

c ¶ Quàm propria.] Argum. contra conciliatores, & alias religiosas personas, quæ recipiunt munera, quæ tamen indigeant, possunt non modo recipere sed etiam vltro petere. fac. § vlterius cum concord. ibi alleg. sup. eod.

d ¶ Generali.] Cap. 2. eod. in 6.

e ¶ Lateranensi. [Cap. cum Apostolus eod.

f ¶ Innocentiana.] cap. 1 eod. in 6.

g ¶ Non possunt.) Cap. fin. eod. in 6.

h ¶ Poterunt.] Poterunt etiam, dum visitant audire confessiones subditorum sui suffraganei, absoluere, & pœnitentias iniungere, non obstante quauis consuetudine: vt in c. fin. eod. in 6.

Postremò CASVS. Quidam Episcopi visitando priuata Oratoria volebant ab eis procurationem exigere tum ratione subiectionis, tum etiam quoniam qui seminat spiritualia debet metere temporalia, & cum id sibi denegabatur, fuit propterea de hoc dubitatum. Sol. vt hic deciditur, quia res priuata est alterius naturæ à re publica, & ideo diuersa quoque debebit esse iuris decisio: ob quam rationem etiam obiectio videtur cessare, cum debeat propterea limitari, ne persona priuata nimis grauetur: Not. Oratoria non esse in omnibus eiusdem naturæ cum Ecclesijs: Not. 2 Ecclesias, & loca religiosa vltrà grauamen ordinarium non esse grauandas, nisi necessitate vrgente suadente.

i ¶ Priuatum.) Cap. fi. eod. & dicit priuatū, quia potest esse etiam Oratorium publicum: puta si sit constructum auctor. Pontific. quo casu non esset priuatū: vt per Ab. in d. c. fi. nec posset transferri ad vsus profanos, & priuatos.

k ¶ Oratorium.] Sed qualiter cognoscitur orato-

rium ab Ecclesia ? Resp. Ecclesia est illa, quæ principaliter deputatur ad celebrandum, & orandum, ac etiam consecratur per Episcopum, & sibi pro ministri dos constituitur, & diuino cultu cap. nemo de consecr. dist. 1. vbi per Archid. & supra de constr. Eccles. §. quacunque, oratorium verò non consecratur, non cõstituitur sibi dos, nec principaliter fit, vt ibi celebretur, sed vt oretur, vnde sine licentia Episcopi non potest in oratorijs celebrari, vt in ca. vnicuique cum seq. de consecrat. dist. 1 Nec possunt habere cãpanam publicam, cap. parentibus, & ibi Doct. de priuileg. de quibus commun. opin. est, quod non gaudeant priuileg. Eccles. vide per Dec. cons. 148.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit, quæst. ob oratorium non est exigenda procuratio pro intelligentia notæ quod oratorium nihil aliud est nisi priuatus locus, in quo orari potest, & de licentia Episcopi potest celebrari ita Lap. alleg. 42 vers. 2. casu, vbi quod differt in multis ab ecclesia iuxta notata in c. fin. de censib. Zabar. cons. 8. vbi quod si est constructum de licentia Episcopi, potest in eo Missa celebr. dummodo non solemni. si verò sine *licentia Episcopi, non potest in eo Missa celebrari sine licentia Episcopi, quæ oratoria possunt habere in locis priuatis cum Altari viatico de licentia episcopi, & sunt loca laicalia non subiecta* episcopo, nec tenentur ad decimas populi, nec possunt collectari quando in eis *non rector non instituitur, nec sunt fundata de licentia* Episcopi qui primum lapidem ponere debet Feder. de sen. cons. 151 Zabarel. cons. 11. Not. tamen quod vbi est *instituta certa* persona in Rectorem, tunc oratorium dicit ex ecclesia, & potest visitari ab episcopis, & ideò cauere debent habentes oratoria priuata, ne illa reducantur ad faciem ecclesiæ, & quod non assignent dotem, neque in ea instituant certum rectorem, quia censeretur ecclesia, Card. cons. 11 in fin. vers. caueant autem, quod quidem oratorium siue sit publicum siue priuatum, non potest visitari ab episcopo, neque potest episcopus exigere procurationes, quod intellige quando non esset in certa persona ad celebrandum deputata, quia tunc diceretur ecclesia, vt diximus, ita Card. Zabarella cons. 11 in princip.

a ¶ Extorqueri.] Potest tamen episcopus accedere ad videndum, an illud priuatum oratorium honestè tractetur, & an sit ritè constructum, & potest fecere illud demoliri secundum Inno. & Ab. in c. fin. eod.

b ¶ Probabilis.] Not. duo requisita ad causam charitatiui subsidij indicendam, scilicet quod sit manifesta, & quod sit rationabilis fac. cap. cum Apostolus, §. 1. eo. Et de isto subsidio charitatiuo habes amplum tractatum, per Bart. Bellenzinum, ad quẽ erit recurrendum in casibus, & quæstionibus emergentibus.

c ¶ Sustinendi.) Loquitur de episcopis, sed idem, & multò magis habebit locum in Papa, vt per Host. in summ. eod. §. ex quibus causis, vers. & breuiter, & per Bellen. in d. suo tract. in princ.

tione debentur, à quoquam exigi, vel extorqueri [a] non posse, sed nec alijs exactionibus subditos suos Episcopi grauare debent, nisi quandoque eisdem multæ superueniant necessitates, quibus casibus si manifesta ac probabilis, [b] causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis postulare subsidium sustinendi [c] erunt.

DE CAPELLIS Monachorum. [d]

TIT. XXII.

omnes Ecclesiæ positæ in diœcesi, subsunt Episcopo. h. d.

VSque adeò autem omnes basilicæ [e] per diuersa loca constructæ in Episcopi, in cuius territorio positæ sunt, potestate consistunt, vt si Ecclesia vbi monachi

DE CAPELLIS Monachorum.

COntinuatur tit. iste per gloss. rubrica, eiusd. & cum ob eius breuitatem commodam non admittat diuisionem propterea.

CASVS in eo figurari potest. Cum certi regulares in tali ecclesia habitarent, quæ curam populi habebant annexam, orta fuit contentio inter eos, & episcopum loci: isti enim dicebant curam istam, nullo iure pertinere ad episcopum, quia non videtur posse stare curam esse annexam, & pertinere ad episcopum cũ talis vnio videatur facere exemptionem arg. §. sequenta sup. de vnionibus, eccles. episcopus autem oppositum dicebat, argumen. §. sed quæri poterit dict. titul. vnde Solut. vt hic dicitur, quia non debent se immiscere rebus Clericorum, non obstat obiectio, quia talis vnio causat illam tantum exemptionem, quam potest. Notat. omnes ecclesias esse episcopo de iure subiectas, licèt aliquando id limitetur pro parte.

d ¶ Monachorum.] Ad titulum de subiectione ecclesiarum subiecit præcedentem de censibus qui pertinet ad subiectionem; sed quia, & Monachorum capellæ sunt subiectæ, merito post præcedentes ponit etiam istum titulum.

e ¶ Omnes basilicæ.] Capitul. omnes 16 quæstio. 7. & distinctione sexagesimaprima capitul. obitum, & 10 quæstione prima, capitul. tertio, & decima, quæst. 2. capitul. episcopus, & 18 quæstione secunda, capitul. monasteria, & capitul. cum venerabilis, & capitul. cum dilectus de relig. domib. Nisi tamen ex speciali priuilegio sint exemptæ, capitul. cum, & plantare de priuileg. & de hoc vide post. Hostiens. in sum. eo. § quid iuris habeant.

ALOYSIVS RICCIVS. Omnes ecclesiæ positæ in diœcesi subsunt episcopo. Communis, & trita est iuris conclusio quod habens fundatam intentionem suam, de iure communi, debet manu teneri etiam nulla probata possessione per text. in c. cum personæ in fine, & ibi notant omnes de priuileg. l. 6. licet loquatur de episcopo qui habet de iure communi fundatam intentionem, exercendi iurisdictionem, quo ad omnes subditos in tota sua diœcesi, & in qualibet eius parte, etiã inuitos, c. conquerente de offi. ord. c. cum episcopus eo. tit.

tit. lib 6 c. omnes Basilicæ 16 q. 7 Vnde episcopo per hanc solam rationem assistentiæ dandum est mandatum de manu tenendo, et iam si non probet quasi possessionem, vt disponitur in illo textu etiam tenuit Rot. apud Caputaq. decis. 203.

Amplia, vt episcopo sit danda ista manutentio siue sit in Ciui tate, vel alibi, per diæcesim & siue per se, siue per Vicarios suos quouis modo solitus sit exercere iurisdictionem, quia adhuc mediante assistentia iuris communis dicitur ei acquisita quasi possessio, indifferenter quo ad omnes, quæ manuteneri debent, vt Tradit idem Caputaq. decis. 306 part. 1

habitant, [a] populi curam habeat, cùm per monachum plebs regi non debeat * Capel-

Secundò amplia vt d. concl. locum habeat etiam si contra habentem iuris communis assistentiam exhibeatur priuilegium, seu titulus, qa donec de illius relevantia disputatur, ei datur manutentio dummodo producens titulum non sit in possessione vt in d. c. cum personæ, § pen. & ita fuit Resoluum per Rot. in vna Cartaginens. decimarum, 27 Iunij 1590

Tertiò Amplia, vt procedat etiam in ordinario inferiore, nam huic, quoque danda est manutentio nulla probata possessione, quando habet iurisdictionem fundatam, ex priuilegio, vel consuetudine, quæ sit ita notoria, vt negari non possit secundum Ioan. Andr. in d. ca. cum personæ in princip. vbi ita extendit illum textum, limitatur è contra supradicta concl. 1 vt non procedat quando assistentia Iuris cõmunis est turbida, & obscura, quia tunc non releuat nec ex ea datur manutentio, sed Rota soletomisso iudicio possessorio, aggredi merita causa, & discutere petitorium, vt fuit obseruatum, in plurib. casi. & signanter in vna Lucen. nullius iurisdict. 4 Maij 1598 coram Seraph.

Secundò limitatur, vt non habet locum in Parrochum quo ad possessionem exigendi decimas, nam licèt Parrochus de iure communi habeat fundatam intentionem, in perceptione decimarum ex omnib. prædijs existentib. insua Parrochia capite cum in tua de decimis, & cap. fin. de Parrochis Attamen istud solum fundamentum assistentiæ iuris cõis ad effectum manutentionis nõ est tutum, nec ei prodesse videtur iuxta decis. factam in causa Reatina Decimarum 4 Decem. 1606 & licèt coram Serap. in vna Taurien. decimarum contrarium fuerit resolutum.

Ego tamen saluo meliori iudicio non facilè ab ea recedendum putarem. Quia si assistentia iuris communis sufficit parrocho in petitorio, vt nõ teneatur aliter probare decimas sibi competere, sed onus huius probationis incumbit contrarium asserenti, & ius commune contra se habenti, vt per Rebuf. de congrua portione, nu. 10 cum seq. Alex. cons. 103 num. 3 li 7 Puteus decis. 61 lib. 3 Tamen fateor quod facilè esset recedendũ ab hoc fundamento assistentiæ in materia decimarum qualitercunque assistentia redderetur turbida: nam in hoc casu nil operatur iuris assistentia, quia tunc non attenditur fundamentum iuris, sed consuetudo Ab. in c. cum sint homines n. 7 & 6 dicitur de decimis, & ita fuit resolutum in vna Calaguritana 16 Iul. 1606 coram Litia

Limitatur tertiò, vt non procedat quando contra habentem iuris communis assistentiam allegantur priuilegia simul cum præscriptione, quia tunc manutenendus est ille, qui priuilegium allegat, quoniam possessio non est adeo infecta, neque habet tantam iuris resistentiam, nec talem præsumptionem cõtra se, cum iustificetur ex titulo, vt non si habenda in consideratione quemadmodum si sola præscriptione niteretur ea. cum personæ post Anch. & Doct. in 12 notab. voluit Gemin in § fin. num. 3

Limitatur quattò, vt non procedat, quando alter existit in possessione: nam debet is manuteneri, quamuis ius ei commune resistat Capic. decis. 189 Couar. pract. quæst. cap. 17 num. 6 & Menoch. de retinen. possessione remed. vlt. num. 1 & 22.

Quæ limitatio locum sibi vendicat, ita demũ si vltra quasi possessionem producatur etiam titulus, licèt per se non sit sufficiens dummodo sit talis qui præbeat causam præscribendi, quia sola possessio non coadiuuata aliquo titulo saltem colorato non sufficit pro manutentione contra eum, qui habet iuris communis assistentiam dict. cap. cum personę, § pen. Couarr. loco cit nu. 6 veis. quæ quidem interpretatio, & quamuis d. Ab. & Innoc. supra alleg. cum Lancellot. in tractatu de attentat. lite pendente parte 2 cap. 4 declar. 4 nu. 6 & 10 teneant quod sola possessio sufficiat nihilominus ij tenent contra textum in d. cum personæ, in quo satis ostenditur non sufficere possessionem absque probatione tituli, vtcunque ad præscriptionem idonei, quoties præsumptio iuris cõmunis obstat possidenti, sed pro concordia duos casus distinguas; Primus casus est quando versantur in possessione, quam vniuersitatem vocant & tunc est subdistinguendum. Nam aut ius commune assistit possidenti, & sola possessio vniuersalis suffragatur pro manutentione, vt in Parrocho, qui probata possessione recipiendi decimas aliquorum fructuum debet manuteneri in possessione iuris decimandi respectu totius agri, Butr. in cap. fin. num. 40 versic idem si rector de caus. posses. & propr. Ab. consilio 71 numero secundo, in fin. libro primo. Sic etiam probata possessione, seu quasi iuris decimandi respectu certorum prædiorum ei manutentio datur, quo ad alia prædia intra Parrochiam existentia, Bald. in l. prima, C. de emancip. liber. numero 24 versic. & tu dic. Ab. consilio 74 numero tertio, in principio, libro primo Alexand. consilio sexagesimo octauo, numero vigesimo primo, libro 2 Rot. de præscrip. decis. 2. nu. 3 in nouis.

Quod intellige vtrum, nisi probaretur alium esse in possessione, siquidem in concursu particularis probationis, vniuersalis possessionis probatio non operatur, ex late conjectis per Gabrielem de præscriptionibus conclus. secunda numero vigesimo quarto, & sequenti; & fuit resolutum in vna Hispalen. iuris decimandi coram eodem Seraphino 11 April. 1567

a ¶ Habitant.] Secus si monachi non cohabitarent capit. quod Dei timorem de stat. regulæ Sed quæ est ratio, quod proprio monasterio plebem habent non potest præponi, cum magis proprio monasterio obligetur quam ecclesiæ alienæ, & habeat nedum socium, sed socios, & concurrat fauor ecclesiæ? Vnde videtur magis idoneus ad explicandum curam imminentem proprio monasterio, quam ecclesiæ foris Hæc est maxima difficultas, & Abbas in cap. primo eod. vnde sumitur, pro solutione multum laborat, demum videtur residere, vt id quod hic dicitur & in dicto c. primo habeat locum quoties esset copia clericorum sæcularium alias in necessitate non procedere, sed raro non procedat, cum semper fuerit copia clericorum capit. legimus dist. 2

* Cum per mõnachum plebs regi non debeat] Si monasterium curam habeat animarum debent clerici seculares huiusmodi curæ præesse, non autem monachi c. 1 hoc tit. licet monachus habendo socium sui ordinis possit in Ecclesiis Parrochialibus extra monasterium præfici, cap. 2 de stat. monach. etiamsi Eccle. sit sæcularis c. quod Dei timorem eod. ratione diuersitatis non est facile inuenire ideo putat Ab. in d. c. 1 n. 5 tex-

tum loqui secundum iura antiqua & considerato mero statu Religiosorum: nam monachus regulariter non debet præfici curæ etiam sæcularis Ecclesiæ sed propter necessitatem fuit institutum quod possit præfici vbi scilicet non reperiuntur clerici sæculares idonei alias secus, & ita debet intelligi quod hic ex dicto c. 1 ait auctor iuxta sententiam Abbat. licet Glossema videatur illũ improbare sed sine fundamento: Ratio prohibitionis est ne monachi habeant materiam vagandi & visitandi domos mulierum pro confessionibus & alijs, Abibid. Imò in Gallia videmus monachos ad curam ecclesiarum conuentualium earumdemque parrochialium proprij monasterij institui quamuis copia clericorum sæcularium; ibi non desit sic nuper frater Ioan. Franciscus Dupuy monachus expresse professus monasterij B. M. Heluarum ordinis Cistertien. Tolosan. diœcesis per felicis recordationis illustrissim. & nunquam satis laudatum Dominum Carolũ de Bourlemont dum viueret Archipræsulem Tolosanum ad præsentationem sui Ab. & Conuentus in Ecclesia eiusdem monasterij quæ Parrochialis simul & Conuentualis est, fuit institutus. SOLIER.

lanus ad Consilium [a] monachorum ab Episcopo sit instituendus: ita vt consuetudine, [b] aut quouis statuto contrario non obstante ex solius Episcopi arbittio, tam ordinatio eius quàm depositio, [c] & vitæ pendeat conuersatio.

Monasteria iure communi subsunt Episcopo h.d.

Nec id mirum videri debet, cum monasteria ipsa, & monachorum disciplina, si nec priuilegio, nec legitima præscriptione doceantur exempta [d] ad eum pertineat Episcopum, in cuius sunt territorio constituta [e].

a ¶ Ad consilium.] Quod tamen Episcopus non tenetur sequi, nam hoc est generale, quòd quoties quis tenetur quid facere de consilio alterius tenetur quidem consilium requirere, non sequi: vt in cap. dilecti de arbitris & c. cum in veteri de elect. nec ideo minus ab eius arbitrio actus pendere videtur, de quo per Legistas n. 1. si conuenerit ff de re iudicata.

b ¶ Consuetudine.] Hoc verbum respicit inferiora scilicet quod non valet consuetudo, quod alius ab Episcopo ordinet, vel destituat, & est sumptum de cap. 1 eod. in 6 non autem respicit dictum superius, videlicet, quod non valeat consuetudo, quod monachus possit in Ecclesia, & monasterio in quo inhabitat, curam habere, nam contrarium videmus seruari de consuetudine quæ est valida, secundum Ab. in cap. primo eod. in antiquis. post Ioan. Andr. Lau. Io. de Ligna per tex. à contrario sensu. in Clemen. ne in agro § cæterum. de stat. reg. quidquid ibi sentiat gloss.

c ¶ Depositio.] Monachi enim, si iste delinqueret non possent remouere, sed debet remoueri per Episcopum ordine iudiciario: immo plures Episcopi sunt necessarij ad veram depositionem decimaquinta qu. septima, capitul. felix, & capitul. si quis tumidus, licèt hodie secus per Cnc. Triden.

d ¶ Exempta.] ca. cum venerabilis cum cap. sequen. & cap. constitutus de relig. dom. cap. auditis de præscrip.

e ¶ Constituta.] Cap. monasteria 18 qu. 2

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § ponitur regula quæ est punitionem, seu cognitionem delictorum regularium non ad Episcopum, sed ad eius Superiorem regularem spectare.

Limita primò, conclusionem tex. nostri, vt possit Episcopus declarare excommunicatos à iure, vel Apostolicis Constitutionibus regulares exemptos qui habẽt priuilegium, vt excommunicari suspendi, & interdici non possunt, vt fuit in Curia Archiepiscop. dictum ex Doctrina Cardinal. in Clement. prima de priuileg. Domin. in cap. si Papa. quadragesima distinctio. Imola in Clement. prima de sequestrat. possess. Felyn. latè in capitul. non potest. de sentent. & re iudic. num. 3 Gambar. de potestate Legati á latere, libro octauo, capitulo de potestate Legati in regulares exemptos Henriquez in Summa de Indulgent. cap. vigesimo quinto, § 7 probatur in dicta Clement. prima de priuileg facit, quia declaratio nihil, neui inducit leg. hæredes palam, ff de testament. & dicit Felin. vbi supra, quod hac de causa potest eos citare ad dicendum causam, quare non debeant declarari excommunicati nam permissa declaratione censetur permissa citatio quæ est necessaria ad declarationem iuxta gloss. ia Clement. secunda, de censibus, vel poterit Episcopo constare per informationem extra iudicialem, idem tenet Ab. in dicta Clement. prima, qui licet dubitet de citatione per quam videtur induci violatio exemptionis respondit Felin. quod dicta citatio erit similis illi, quæ habet clausulam, si sua putauerit interesse, quæ non arctat. nolentem comparere, & potest fieri in non subditum.

Secundò limita, vt carceratus in carceribus dictæ Curiæ ad instantiam superioris si ibi delinquat puniatur per eãdem Curiam, & idem si cõmoretur extra Claustrum de licentia sui Superioris, vterque casus accidit in Curia, & videbatur quod non poterat puniri per Curiam tamquam degens extra Claustrum iuxta Concil. Trident. capitulo terrio sessio. sexta de reformation. sed debebat remitti suo Superiori eum præfixione termini ad puniendum, iuxta caput decim. quart. sessio. vigesimaquinta, de regular. si quidem regularis de licentia Superioris degens extra Claustrum censetur esse in Claustro, vt dicit Ab. Antiq. in capit. cum illorũ de sententia excommunicat. quem sequuntur Panormitanus, & Felyn. in capitulo ex rescripto, de iure iurand. Contrarium fuit dictum, & exequutum contra quemdam regularem, qui de licentia Superioris degens in hac Ciuitate extra Claustrum fuit inquisitus de tonsione monetæ, & bistorus, & non confessus, & contra alium regularem existentem in carceribus dictæ Curiæ ad instantiam sui Superioris inquisitum de subductione falsorum testium, qui pariter fuit bistortus, & non confessus, & exulatus à Ciuitate, quia negari non poterat, quin. morarentur, extra Claustrum, & Concil. Tridentin. in dict. capit. tertio, generaliter loquitur, & propterea, generaliter est intelligendum l. prima, ff de legat. præstand. nec distinguit, argum l. de pretio, ff de public. & est latè interpretandum cum tractat. de restringenda exemptione in fauorem ordinariorũ, iuxta latè tradita per Felyn. in cap. cum omnes, de constitution. & licentia Superioris operatur, quod non inducatur apostasia, & ita fuisse verè declaratum á Sacra Congregat. Concil. audiui. & legi quamdam declarationem his verbis. Regularis manens extra Claustrum de licentia Superioris etiam in domo destinata ad electionem Monasterij nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem viuat sub Superiore conuentualiter potest puniri ab ordinario.

Limita tertiò in irregulari, quæ iniuriam infert

Episcopo, vel Vicario jurisdictionem exercenti, & eius aures offendit in illo actu jurisdictionem eam turbando possit ab eodem Episcopo, vel Vicario puniri sine remissione ad suum Superiorem, iuxta dict. capitul. 14 de regular. & de iure est textus in l. nullum C. de testibus, vbi alias exemptus punitur propter offensas aures. Item delegatus potest punire extraneas personas delinquentes jurisdictionem turbari Innoc. Ant. in capit. dilectus de pœnis Abb. in capite primo, de officio delegat. Item concessa jurisdictione censentur cõcessa omnia, sine quibus exerceri non potest l. ff de jurisdict. omn. iud. capitulo præterea de officio delegat. & sic videtur, quod requiratur priuilegium magis speciale, quod non concedit Concil. Trident. salua tamen declaratione Sacr. Congregat. & ex his Vicarius Neapolit. fuit solitus quando eius aures offenduntur à laicis quantumuis nobilibus eos carcerare, & punire, & similiter partes, quæ coram eo conuitia ad inuicem dixerunt, nam potest iudex punire delinquentes coram ipso in officio sibi commissio nempe aduocatos, scriptores, testes, & partes si sibi inuicem dicant conuitia, vel percutiant secundum Innocent. in dicto cap. dilectus: quia allegat. dicta lege nullum, & secundum Anton. & in præ allegat. cap. dilectus pariter fuit solitus carcerare, & punire laicos iniuriam inferentes Notariis, & scribis exercentibus eorum officium cum offendant curiam.

Limita quartò, vt regulares mendicantes, qui habent priuilegium, vt non possint ab ordinario excommunicari suspendi, & interdici in casibus, in quibus possunt compelli ab Episcopo nempè, vt eant ad processiones publicas iuxta capitul. 13 sess. 25 de regul. vel similibus possint compelli censuris; videtur, quod non sed quod aliis pœnis compelli possint, nempè carcere, pecunia si habent aliquid in commune, & similibus iuxta pœnes Calderinum in consilio 8 de regul. qui loquitur in specie, an possint censuris compelli, vt eant ad processiones Felyn. in capitulo dilectus de officio ordinar. Gambar. de potest. legat. à latere libro octauo, capitulo fin. num. 77 probatur clarè in capitulo primo, § in eos de priuileg. in sexto, & ibi gloss. in verb. quo ad ista, quam sequuntur communiter Doctores facit capitulo cum Capella extra de priuileg. nisi in aliquo casu regulares subdantur. Iurisdictioni, correctioni, visitationi Episcopi iuxta d. § in eos, vel vt sunt exercentes curam animarum personarum sæcularium extra eorum septa, quæ sunt de eorum familia, capitulo 11 sess. 25 de regul. nihilominus post Concil. Trident. circa ea quoad quæ subduntur ordinariis, vel abillis compelli possint vigore dicti Concil. dicendum est, posse excommunicari siquidem Concil. Trident. in capitulo final. sess. 25 de regul. mandat. obseruari omnia decreta de regul. non obstantibus priuilegiis, & deputat exequutores Episcopos. & cum nulla sit habẽda ratio priuilegiorum nec Concilium restringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipsius Episcopi, l. prima, ff de iure deliberandi, nec priuilegium potest tollere hoc arbitrium, quod Concilium concedit Episcopis, facit etiam Bulla Pij IV. per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Concil. Trident. & ita fuit seruatum in Curia Archiepiscop.

Limita quintò in similibus, nam regulares degentes extra claustra, & alij exempti ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum conueniuntur coram ordinario etiam si in patribus habeant iudicem deputatum à Sede Apostolica, in aliis vero si ipsum iudicem non habuerint coram ordinario conueniri possunt, & compelli ad soluendum capit. 14. sess. 7 de reformat. Concil. Trid. si verò regulares cui degunt intra Claustra essent conueniendi coram suo superiore regulari, vt dicit Abb. in cap. cum contingat de foro competent. sed Gregorius XIII. concessit omnibus regularibus, vt in Ciuitatibus Italiæ sibi conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, semelque electos non mutarent, eorumque nomine infra mensem Episcopis locorum ordinarijs indicarent, alioquin coram ipsis ordinariis conueniri possint, vt refert Frater Hieronymus à Sorbo super compendio priuilegiorum Mendicantium in verbo conseruatores habetur in Concil. Prouinc. Mediolanensi 5 part. 3 sub tit. de Episcopo, & Episcopali foro.

Limita sextò, nam Episcopus potest punire regulares discedentes à suis Conuentibrs sine licentia suorum Superiorum, etiam prætextu ad Superiores accedendi, vt in Concil. Trident. sess. 25. cap. 4 de regularibus, in secundum pernotandum, quod aliquando Vicar. Neapol. impediuit Mendicantes quærentes per ciuitatem eleemosinas superfluas, vt cuia in vno Conuentu aderat vnus, vel duo fratres ad summum, & mittebant quatuor, vel quinque quæstores per ciuitatem sine necessitate auferendo eleemosinas verè indigentibus, de quo multi fratres fuerunt conquæsti in Vrbe Roma, & fuit rescriptum Vicario quod prædicta faceret cum benignitate, non tamen fuit ei prohibitum, & sic Vicarius firmabat omnes licentias quærendi eleemosinas quas dicti Fratres à suis Superioribus obtinebant ad finem, vt cognosceret illos qui quærebant eleemosinas, & quærentes sine licentia firmata ab ipso Vicario carcerabat, nam alias Mendicantes impediri non possunt, vt in compendio priuilegiorum Mendicantium in verbo eleemosinæ pro tali obseruantia facit, quod Mendicantes sine necessitate grauiter delinquunt, cum panem verè indigentibus auferant, capite Pastor. 2 q. 1 Ripa de Peste remedio præseruatiuo, num. 169 & hac ratione prohibentur in iure l. vnica, C. de Mendicantibus validis, lib. 11 & ibi Lucas de Penna, & de Ciuitate esse expellendos dicit Ripa vbi supra Imol. in c. Odoardus de solution. sed Episcopi sunt patres, & protectores pauperum, quos defendere debent, dist. 87 per totum c. super quibusdam de verb. signif. cap. 1 82 dist. vbi dicit quod Episc. quantum est eius possibile tenentur prouidere necessitatibus, pauperum facit, cap. 8 sess. 22 de reform. Conc. Trident. & proinde tanquam patres, & defensores pauperum quorum victus aufertur, & ad obuiandum delicto possunt Episcopi tales Mendicantes sine necessitate impedire, nam & laicus potest carcerare Clericum ad obuiandum delicto de iudice, nec eorum priuilegium de Mendicando est intelligendum cum præiudicio aliorum, l. 2 § meritò, & § si quis à Principe ff ne quid in loco publico pariter Curia Archiepiscopal. propter peccatum mortale excommunicat laicos quærentes eleemosinas pro aliis sine necessitate, sed ipsa curia concedit licentiam, & grauiter punit laicos prauos eleemosinarum quæstores iuxta c. tuarum de priuileg. cap. cum ex eo de pœnitent. & Clem. abusionibus eod. titul. & tales dicuntur, qui publicant indulgentias iuxt. Doct. in dictis locis, prohibentur etiam in Concil. Trid. c. 9 sess. 21 de reformat. & laici possunt puniri hoc casu ab Episc. quia delinquunt in Religionem Ecclesiasticam, vt dicit Abb. in d. cap. tuarum nec etiam permittuntur colligere eleemosinas dando aliquas imagines, seu medallias nec deferre aliqua signa exceptis quæstoribus Eccles. S. Antonij Viennensis, & fuerunt in Curia Archiepisc. acriter torti quidam laici, & alij condemnati ad triremes ex quo publicantes falsas indulgentias eleemosinas quærebant, & dicit Lapus allegat. 18 quod Mendicantes validi, qui simulant se validos, aut infirmos, vt pecuniam extorqueant debent puniri pœna falsi.

Limita septimò, quod regulares degentes in claustris qui inueniuntur in domibus meretricum, vel aliás notoriè delinquunt cum populi scandalo iuxta dicta ca. 14 sess. 25 de regul. carcerantur, percursores curiæ, &

non remittuntur ad suos Superiores antequam capiatur informatio delicti, & postea remittuntur ad suos superiores cum copia actorum præfixo termino superioribus ad docendum de punitione infra viginti dies, vel mensem conatur tamen curia quam primum capere informationem, & quam citius potest remittere eodem die quo fuerunt capti, vel sequenti, nec videtur alienum quod ipsos detineat nec remittat ante captam informationem si quidem cum possit ipsos punire in defectum superiorum d. cap. 14 & proinde capere informationem si statim remitteret regularem faciliter testes possent seduci, & informatio destruit opera delinquentis, vel aliorum, vt experientia docet, & non posset puniri regularis nec à suo superiore, nec ab Episcopo, & clarum est concessa iurisdictione intelligi concessa omnia necessaria ad eam cap. præterea de officio delegat. l. 2 ff de jurisdiction. omn. iudic. si autem Episcopus differret capere informationem, & regularem petentem nollet remittere, vt ipsum vexaret carceribus crederem non euitare excommunicationem tanquam detinentem carceratum regularem in casibus non prætermissis à iure iuxta glos. in Clem. frequens in verbo capiunt de excessibus Prælatorum, & ibi hoc notat Abb. notandum quod S. D. N. Clemens Octauus ad maiorem obseruantiam dict. cap. 14 fecit Bullam, in qua concedit Episcopis, vt possint præfigere terminum Superiori ad puniendum regularem notoriè delinquentem sub pœna priuationis dignitatum, & officiorum eo ipso incurrenda, & si superior regularem non punierit quinimò illum impunitum ad alia sui ordinis loca extra Diœcesim Episcopi transierit, Episcopum præfigere terminum Superiori ad requirendum dictum regularem sub pœna priuationis dignitatis, & officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & priuationis vocis activæ, & passiuæ, à qua nemo possit absoluere nisi Papa, quòd si ipse Superior non reuocauerit, ordinarius loci, ad quem regularis transmissus fuerit informatus ab Episcopis loci delicti ipsum puniet, & ita facere debet.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

Io. Bap. POst declarationem Ecclesiarum meritò sequitur tractatus de Religiosis domibus, quia sicut habitatio est vnita templo, ita hæc materia videtur vnita materiæ Ecclesiarum: & ideo proponitur hic ab auctore titul. iste, qui diuiditur in 4 partes in prima habetur quæ sint domus istæ, & cui subijciantur: in secunda an possit conferri in beneficium: in tertia ad quid tenentur ipsarum rectores: in quarta prædicta limitantur: secunda ibi, eodem cauetur: tertia ibi, prælicta verò.

ALOYSIVS RICCIVS. Ad huius rubricæ ornamentum, seu terminorum intelligentiam cum præsens rubrica, tendat in materiam hospitalium propterea sciendum est, quod hospitalia gaudent priuilegio Eccles. maximè quo ad præscriptionem, firmat hoc Baldus in l. genero. in fin. ff de his qui not. infam. Panor. in capite de quarta, de præscriptionibus, & an gaudeat priuilegijs Ecclesiæ, & colligit decem nouem casus, in quibus hospitalia parificantur Ecclesijs, & gaudent eorum, priuilegijs postea subdit tres declarationes, & intellige de hospitalibus fundatis authoritate Episcopi aliàs secus, vt ibi per eum circa finem col. 1 Delphin. q. 1021 quando autem hospitale præsumatur fundatum authoritate Episcopi ibi pulchrè Felin. col. 4 circa medium, & Alex. consil. 120 colum. 1 & 2 vers. posset etiam responderi vol. 1 & consil. 90 vol. 4 in quibus locis firmatur, quod hospitale, dicitur venerabilis, & pius locus, sicut Ecclesia, & quod subest Episcopo, & est sub eius cura, per tex. in cap. de Xenodochijs de Religiosis domibus, & quod omnia priuilegia concessa Ecclesijs contrahuntur ad Hospitalia per tex. optimum in leg. omnia priuilegia C. de Episcop. & Cleric. vbi not. Bald. quod ita sunt exempta, hospitalia sicut Ecclesiæ, quod procedit, dummodo hospitale, sit fundatum authoritate Episcopi, vel Abbatis, aliàs secus secundum Alex. in d. consil. & pernot. in cap. ad hoc de Religios. domibus, & dicit Alex. consil. 6 volum. 2 in 2 dubio, quod eadem solemnitas requiritur in alienatione rerum hospitalis sic fundati, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ per text. in § nos igitur in Auth. de non alienand. & in auth. hoc ius porrectum de sacrosanct. Eccles. Hospitalia infirmorum habentia, Oratoria, Altaria, & Campanas Episcopo subsunt c. ad hoc de Relig. domibus, Hospitalia habentia signa Ecclesiastica censenda sunt Ecclesiastica, idem de collegio leprosorum, quod est permissum leprosis habere Ecclesiam propriam, & Presbyterum, & Cimeterium sine præiudicio Ecclesiæ Parrochialis. Nec tenetur soluere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium, secus de alijs rebus plenè Delphin. 1019.

Et in hac eadem materia Hospitalium extant aliquæ declarationes Sacræ Congregationis.

Primo fuit dubitatum an exceptione cap. 18 sess. 22 Sacrosanct. Conc. Trid. qua excipiuntur Hospitalia, quæ sunt sub immediata protectione regum, & sine eorum licentia non possint, ab Episcopis visitari comprehendatur omnia Hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & Regnis, Respondet Congregatio non comprehendi nisi Hospitalia, quæ expresè requiruntur esse sub Regum protectione Mart. in d. cap. 18 nu. 4.

Item Congregatio censuit Episcopum posse visitare omnia Hospitalia, & pia loca, quomodocunque nuncupentur etiam si sint priuata laicorum, ac etiam corrigere, & reformare in casibus à iure expressis, nempè ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtcunque testatoris mens seruetur Marta d. capite 18. num. 5.

Item Congregatio censuit si Episcopo aliquod Hospitale visitare volenti iuxta d. cap. 8 sess. 22 opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, vtique non ad sæcularem iudicem, sed ad ipsummet Episcopum, talis exceptionis cognitio, vel definitio pertinebit Marta d. c. 18 num. 8.

Item Sacra Congregatio Concil. Trident. capite 9 sess. 22 censuit, Ordinarium posse ab administratoribus Hospitalium aliorumque Piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram eodem Ordinario dictum fuerit de institutione in qua secus expresè cautum sit.

Item Congregatio censuit decretum, sess. 22 cap. 9 habere locum etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, & licere Episcopis exigere rationem ab administratoribus etiam locorum merè laicorum, & priuatorum, & generaliter sine vlla distinctione, & quando ex priuilegio, vel consuetudine,

DE RELIGIOSIS Domibus.

TIT. XXIII.

vel alia constitutione alijs reddita esset ratio ei dem reddendam esse adhibito cum illis ordinario cautum esset, quod rationes ordinario reddendæ non essent.

Vltra hic scripta vide Eloquentissimum Dom. Ioan. Mariam Nouarium in suo doctissimo tractatu de elect. & renunc. fori quæst. 41 sect. 1 vbi plura de Hospitalibus recenset.

Xenodochia, orphanotrophia, & loca similia Episcopo subsunt, qui prouidere debet, ne illorum res dissipentur. hoc dicit.

XEnodochia [a] quoque, Orphanotrophia, [b] Bethotrophia, [c] Nosocomia, [d] Gerontocomia, [e] aliaque similia [f] * loca, ad Episcoporum, in quorum sunt Diœcesi sollicitudinem pertinent, [g] per eosdemque ad eas vtilitates, quibus constituta sunt ordinanda, ac dirigenda erunt: nec postquam huiusmodi loca ad Hospitalitatis vsum, & pauperum prouisionem Pontificis ordinatione deputata fuerint ad profanos, & leues vsus

XENODOCHIA. CASVS. Orta fuit controuersia, & Perusiæ, & Mediolani inter Episcopos, & Rectores huiusmodi locorum, quæ hic adnot. Episcopi enim dicebant huiusmodi domos esse Religiosas, & eis subjectas, quia cum sint ordinatæ in honorem Dei ob charitatem, quæ in eis exercetur, vt præsupponitur, ad Episcopos spectat de huiusmodi rebus iuramenta habere, cum tota Diœcesis sic eis demandata, capite 1. 13. qu. 1 Rectores verò præd. se opponunt dicentes, quod sicut deuotione laicorum sunt constructæ, & ædificatæ, ita eadem deuotione debent tantum ab eis gubernari, alioquin laici retardarentur à voluntate benefaciendi erga proximum: Solut. tamen est seq. prout hic deciditur, quia quod est Deo dedicatum authoritate Episcopi conuenit iuri, & rationi, vt ei subijciatur, nec obstat obiectio, quia potest verificari in locis pijs iuxta notat. in capite quarto per Abb. eodem. Not. primò, quod illa loca debent iudicari Episcopo subjecta, quæ eius auctoritate sunt constituta. Not. secundò, quod ordinata ad vnum finem, non debent applicari ad alium, nisi auctoritate Pontificia, limit. tamen, vt per l. legatum, vbi docto. ff de vsufruct. leg. debent, c. de Xenodochiis de Relig. domib. modo Relig. sint, id est, auctoritate Episcopi ædificata, aliàs non habet Episcopus de his se impedire, sed Patronus Hospitalis ad libitum disponit, cap. inter dilectos, & ibi Innocent. de donat. Locus enim priuata auctoritate fundatus dicitur quidem pius, sed non Religiosus, cap. ad hæc, & ibi Panorm. de Religios. domib. quamuis illuc cadauer inferatur inspecto iure canonico, arg. d. cap. ad hæc, licet secus sit de Iure Ciuili, l. in tantum § Religiosum, ff de rerum diuis. instit. § Religiosum. eod. tit. SOLIER.

g ¶ Pertinent.] Si sint constructa auctoritate Episcopi, & sic Religiosa: vt in cap. quia Monasterium, eod. Sed si sint ædificata sine Episcopi auctoritate, Episcopus non debet se de his impedire iure decretalium Abb. in capite de Xenodochiis eodem, sed Patronus ad libitum, disponet, secundum Innocent. & alios in capite inter dilectos de donat. sed hodie per Concil. Trident. sessione vigesima secunda, capite octauo, videtur hoc immutatum. Si tamen Patronus esset mortuus tunc proculdubio ad curam Episcopi pertinet, quod pia voluntas defuncti mandetur exequutioni: vt in auth. de Eccles. titulus, § si quis autem pro redemptione, fac. capite hæc, & quod ibi not. eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Hospitalia similiaque loca Episcopo subsunt ratio est clara, quia dicitur locus pius, & in eo exercentur opera charitatis. Vnde meritò gaudent priuilegio l. vnicæ Cod. quando Imper. inter pupill. & vide latè D. Nouarium in prax. elect. & variat. fori quæstione quadragesima prima, quod ampliat procedere pluribus modis, & primò siue Hospitale sit erectum authoritate Episcopi, siue non, nam indistinctè gaudebit fori electione ex eo, quod Hospitale, quamuis authoritate Episcopi, non sit erectum, & fundatum tamen dicitur pius locus, & consequenter gaudere debet beneficio, & priuilegio Ecclesiæ, vt est firmatum per Bald. consilio 465. volumine primo, & consilio quinto, volumine tertio. Anchar. consilio 129. & consilio 337. Abbas. consilio 55. volumine primo, Castr. consilio 167. volumine secundo, Roman. consilio 467. numero secundo, Felin. in capitulo de quarta de præscript. Bertazz. consilio 224. numero tertio, volumine primo, Selua de benefic. parte prima, column. secunda in fin. Specul. in titul. de instrument. edit. paragraphi nunc alicua vers. & scias Bald. in authorit. similiter, Codice ad leg. falcid. contrarium tamen tenet Aceut. in eius consilio decimo octauo, vbi plures allegat. Sed prima opinio videtur esse verior, quia tunc appellatione Ecclesiæ non venit Hospitale quando sumus in materia pœnalis dispositionis, at secus vbi sumus in materia fauorabili, vt in casu nostro quod colligitur ex eod.

a ¶ XEnodochia.] Loca in quibus pauperes Peregrini recipiuntur.

b ¶ Orphanotrophia.] Vbi orphani, id est, parentibus priuati nutriuntur.

c ¶ Bethotrophia.] Vbi aluntur infantes pauperum.

d ¶ Nosocomia.] Vbi ægroti curantur.

e ¶ Gerontocomica.] Vbi senes aluntur, & sunt ista secundum Host. in summa eo. Religiosa non consecrata: & de horum omnium vocabulorum significatione habes Host. dicto loco, & not. in capite in qualibet. vigesima tertia, quæstione prima, & in l. omnia, C. de Episc. & Cleric. & vulgo omnia ista Hospitalia appellantur.

f ¶ Similia.] Puta leprosariam, vel eleemosinariam, clem. 2 eo. Est tamen dubium, an leprosorum Collegium sit Religios. vt apparet ex not. in d. cle. 2. § 1. * Aliaque similia.] Hircanus Iudæorum Rex omnia ferè Hospitalium genera, teste Egesippo, primus construxit ac ditissimè dotauit, videlicet Xenodochia pro Peregrinis recipiendis, Nosocomia Latinè valetudinaria pro ægrotis curandis, Orphanotrophia pro Orphanis alendis, Gerontocomia pro senibus & infirmis, Cœnotrophia pro omni hominum genere, Paidotrophia pro infantibus. Hæc omnia, & alia huius generis loca Episc. subsunt, & ad eius sollicitudinem ordinari

quod appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non veniunt hospitalia, quando agitur de pœnali dispositione. & ita intelligitur textus in Clem. per literas de præbend. vbi Anchar. post alios numero 1 & 5. Decius cons. 162 sub numero 2. Selua de benef. par. 3 quæst. 41 secus vbi sumus in materia fauorabili quia tunc appellatione beneficij venit etiam hospitale D. Nouar. loci cit. num. 12 vbi alleg. Cardin. quæst. 3 in fin. & in Clem. 1 quæstione 7 de sequestr. poss. Fel. in capitulo d. quarta num. 15 de præscript.

a ¶ Poterunt.] Cap. nulli licet. 12 & c. mancipia. de re. permut. ca. ligna. & c. vestimenta. de consec. dist. 1. & 19. q. 3 ea. quæ semel & ff. de reli. & sumpt. fun. l. si quis sepulchrum. arg. contra. cap. ex antiquis, & c. frequens. dist. 54. Sol. vt not. in d. cap. ad hæc eod.

b ¶ Cum ea, & c.] q. d. si deputata ad certum vsum pium, sacrum, aut religiosum, non possunt transferri ad alium vsum eiusdem qualitatis, & naturæ sine licentia sedis Apostolicæ, licet sit facilis transitus in habentibus symbolum, quando minus ad vsum penitus profanũ.

c ¶ Ad alium.] Etiam pium, fac. 12 quæstio. 2. c. is autem, & dist. 45. cap. licet. 2 &. ca. inter corporalia. de transl. & cap. ad nostram, vbi not. & cap. suggestum de appell. argum. contra. capit. quamuis de pœn. in 6.

conuerti poterunt. [a] Cum ea, [b] quæ ad certum vsum largitione fidelium sunt destinata, ad alium [c] salua sedis Apostolicæ [d] auctoritate conuerti non valeant.

Ordinarij loca pia, & religiosa possunt reformari auctoritate Apostolica, si opus sit reformatione. h. d.

Quinimmò si talium locorum Rectores exempti sint, si tamen illorum cura postposita, bona, & iura ipsorum ab vsurpatorum manibus vendicare [e] negligant, aut quoquo modo res illorum collabi sinant, poterunt ordinarij auctoritate Apostolica [f] sibi ex Viennensi concilio præstita, loca ipsa salubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, vt in statum pristinum redigantur, procurare; contradictoresque quoscumque per censuram Ecclesiasticam, & alijs iuris remedijs [g] compescere, licèt nullum per hoc exemptionibus, seu priuilegijs quo ad alia [h] præiudicium generari debeat.

Xenodochia, & loca similia non possunt in beneficium conferri, nisi certis casibus, hoc dicit.

d ¶ Sedis Apostolicæ.] Not. casum reseruatum sedi Apostolicæ de quibus omnibus in cap. quod translationem de off. leg. Hodie tamen per Conc. Trident. hæc potestas videtur communicata etiam ordinarijs: vt sess. 22 in decretis reformationum cap. 6 quod est factum cum ipsis tanquam sedis Apost. legatis.

e ¶ Vendicare.] Etiam in iudicio, & coram iudice ecclesiastico, quod possunt cap. cum sit de for. compet.

f ¶ Apostolica.] Concord. clem. 2 eod. cap. irrefragabili de offi. ordin. & cap. ad abolendam, de hære. & cap. vni. de cler. ægro. in 6. cum allegatis in clem. 1 de supplen. neglig. prælat. Et vide quæ in hac materia statuuntur per Concil. Trident. in decretis reformationum sess. 7 cap. 15 & sess. 22 c. 6 & c. 8 & c. 2 sess. 25. cap. 4 & cap. 8.

g ¶ Remedijs.] Etiam inuocandò brachium sæculare si expedierit, cap. 1 & cap. quoniam, de offic. ordin.

ALOYSIVS RICCIVS. Loca pia, & religiosa possunt reformari authoritate Apostolica si opus est reformatione, sed si dubitatur an hospitalia priuata fundata sine auctoritate episcopi possunt visitari, dicas iuxta communem distinctionem DD. quod aut fundator hospitalis viuit, & non potest illud ab episcopo visitari quoniam potest fundatorẽ pœnitere, & reuocare hospitale, aut est mortuus fundator, & potest hospitale visitari ab episcopo tamquam executore omnium piarum dispositionum ita Ab. in cap. de Xenodochijs de relig. dom. Soc. de visit. li. 5 de visit. locor. q. 12 Ab. Card. Imol. Bonif. Anch. in clem. qui contingit de relig. dom. & quod episcopus sit executor omnium piarum dispositionum vltra canones antiquos, & Conc. Trid. c. 8 sess. 22 de reformat. probatur etiam de iure ciuili in auth. de eccles. ff tit. § si quis autem ædificationem, & § si quis autem pro redemptione, non tamen episcopus poterit exigere procurationem quando visitat hospitalia, ita Lapus in tract. de hospit. num. 98 Bonif. in clem. quia contingit, num. 94 ibique Card. & Imol. & est communis, sunt enim bona talium locorum instituta vt deseruiant pro subsistentatione pauperum tantum, & ex prædictis clarè apparet quod licet bona extauritarum dicantur bona laicorum secundum Affi. de iur. prothom. in princip. constitut. mortuis tamen benefactoribus possunt visitari ab episcopo tamquam executore omnium piarum dispositionum, & potest episcopus administratores locorum piorum si malè se gerant in administratione priuare officio, & alios substituere, d. § si quis autem, & Conc. Trident. cap. 8 sess. 25 de reformat. Gambar. de auth. legati de potest. legati circa hospitalia, & ita pluries Neap. seruatum fuit quod Magistri Ecclesiæ mali administratores, fuerunt priuati ab officio à nostra Curia Archiepiscopali.

h ¶ Alia.] Sic clem. 2 de stat. monach.

Eodem cauetur. CASVS. Quidam Episcopi volebant conferre in titul. beneficij huiusmodi domus ea ratione, quia cum bona eis annexa videantur, propterea Ecclesiast. putabant id esse licitum, cum sint ordinata in gratiam clericorum iuxta not. præcipuè per Sarment. in suo tractatu: de redditibus eccles. post princip. Sol. tamen, vt hic habetur, quia & loca, & eorum bona sunt destinata ad certum vsum, & sic etiam obiectio nil videtur concludere, cum teneat de reliquis bonis Ecclesiasticis. Notat. spiritualia à princip. possunt recipere aliquam conditionem, licet ad certum vsum destinentur.

Eodem cauetur concilio, [a] vt nullus ex huiusmodi locis sæcularibus clericis in beneficium [b] conferatur, etiam si consuetudine id fuerit alias obseruatum, nisi in illorum fundatione aliter constitutum fuerit, siue per electionem [c] fit de Rectore huiusmodi locis prouidendum. Sed quod eorum gubernatio viris prouidis, ac boni testimonij committatur, quos bona prædicta in alios vsus conuertere, præsumptio verisimilis non exigat.

Administratores hospitalium æquiparantur tutoribus, h. d.

Vt autem hi demandatæ sibi curæ dili-

2 ¶ Concilio.] Vt clem. 2 § 1. eod. & pro pleniſſima cognitione eius quod hic dicitur, videndus eſt Petr. de Peruſ. in tract. de canonica epiſcopali, & parroch. §. 2 principali.

b ¶ Beneficium.] Fac. cle. per literas de præbend.

c ¶ Electionem.] A ſuperiore confirmandam.

ALOYSIVS RICCIVS. Hoſpitalia non poſſunt in beneficium conferri, h. d. adde Rotam deciſ. 3 de regular. & deciſ. 50 de præben. in antiq. cuius textus ratio eſt, quia appellatione beneficij hoſpitale non comprehenditur per clem. quia cõtingit, § vt autem de relig. dom. clem. per literas de præbend. Archid. in ca. cum qui de eo qui mitt. in poſſeſſ. Curt. Iun. conſ. 20 nu. 1 Vnde infero quod in literis gratioſis ad beneficia hoſpitale non continetur niſi de ipſo fiat ſpecifica mentio Romana conſ. 332. Infero etiam quod hoſpitalia non veniunt in reſeruatione extrauagantis ad regimen. Decius conſ. 105 n. 2 verſ. ſed ſupradictis Silu. de benef. p. 3 q. 57 n. 1. Put. deciſ. 261. n. 10 li. 1 etiam ſi auctoritate epiſcopi ſint fundata, & habeant eccleſiam, & campanile, in eis perpetuò miſſæ celebrentur probat. text. in d. clem. per literas ibi etiam ſi eccleſias, vel capellas, & quamuis conferantur in titulum beneficij cum ſint ad nutum amouibilia Rot. deciſ. 3 de regular. in antiqu. latè Gomez de expect. n. 92 ad fin. & 93.

Ampliatur primo iſte textus, vt procedat in eleemoſinarijs leproſarijs, Xenodochijs, & operarijs cum omnia iſta dicantur etiam hoſpitalia, licet diuerſis domibus ſecundum diuerſos Regionum mores ſoleant nuncupari, vt diſponitur in d. clem. per literas, & ibi gl. verb. Xenodochijs, & verb. eleemoſinarijs.

Ampliatur ſecundo, quamuis prædicta hoſpitalia, ſeu quomodocunque nuncupentur ſint auctoritate epiſcopi fundata, & habeant eccleſiam, & campanile ibique perpetuò miſſæ celebrentur Mohedan. deciſ. 18 de cauſ. poſſeſſ. Rot. deciſ. 725 n. 2 p. 1 diuerſ.

Limita ſupra dicta, & primo, vt non procedant ſi hoſpitale in perpetuum conferatur id eſt ad vitam tituláris, quod eſſe non poteſt, niſi vbi in fundatione ita cautum ſit, vel vbi per electionem prouideatur, vt diſponitur in clem. quia contingit, § vt autem, tunc enim dicitur beneficium eccleſiaſticum, & cadit ſub reſeruatione Sylu. de benef. 2 par. quæſt. 11 num. 8. Pauin. de officio, & poteſtate cap. ſed. vacante par. 2 quæſt. 1. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 73 & in tract. de nominat. q. 15 num. 13 verſ. 1 fallit Gomez. in regul. de trien. q. 7 per totam Mohed. d. deciſ. 18.

Secundò declara vbicunque hoſpitale acceſſeriè eſt vnitum beneficio eccleſiaſtico, quia tunc de illo iudicatur ſicut de beneficio Rebuff. poſt alios in dict. tract. denominat. q. 15 n. 14. Ægidius deciſ. 387.

Tertiò notabiliter declara, vt appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum non veniant hoſpitalia quando ſumus in pœnali diſpoſitione, & ita intelligitur text. in dicta clem. per literas, de præbend. vbi Anch. poſt alios num. 1 & 5. Felyn. in cap. de quarta num. 14 de præſcription. Dec. conſ. 162 ſub num. 2 Sylu. de benef. p. 3. quæſt. 41 ſecus vbi ſumus in materia fauorabili, quia tunc appellatione beneficij venit etiam hoſpitale, & defendit Lapus relatus per Anch. qui eum ſequitur, in clem. diſpendioſam num. 2. in 4. not. de iudic. cuius etiam opinionem tutiorem dicit ibidem Card. q. 3. in fin. idem Card. in clem. 1 quæſt. 7. de ſequeſtr. poſſeſſ. latiſſimè per Felyn. in d. c. d. quarta, num. 15 de præſcriptio. qui putat id defendi poſſe etiam ſi in diſpoſition. non adſit dictio vniuerſalis quæcunque, & c. in fin. dicto num. 15 ſubijcit, quod ſi eſt aliqua diſpoſitio iuris, vel regulam continens materiam extendibilem puta obuiatiuam fraudis ſi loquatur de quibuſuis beneficijs comprehendit etiam hoſpitalia ſubiecta Epiſcopo, licèt ſolita gubernari per laicos, & ſub numero. 16 addit ſe ita obtinuiſſe in cauſa propria in materia Regulæ 24 idem quoque defendit alios citando Pariſ. conſ. 36 num. 15 & 16 li. 4 & Sylua de benef. par. 1 q. 3 n. 9 cum alijs per Mandoſ. in regula 26 qu. 5. quibus addo Gambar. de poteſta. leg. lib. 5 num. 21 & 22 vbi quod in materia fauorabili, vel proportionabili appellatione beneficiorum veniunt hoſpitalia. Hinc Rota in vna Regten. hoſpitalis 13. Nouembris 1587 coram Bubalo tenuit quod conſtitutio de publicandis reſignationibus comprehendat etiam hoſpitalia, ea ſcilicet ratione quia eſt fauorabilis, & extendenda Caputaq. deciſ. 36 p. 3 1, impreſſis, eſt enim edita ad obuiandum fraudibus, vt ex eius præfatione colligitur quo caſu conſtitutio dicitur fauorabilis, vt latè probat Aym. conſ. 118. n. 11 etiam ſi alias materia ex ſui natura eſſet odioſa, Dec. conſ. 5 in fin. & etiam ſi conſtitutio eſſet pœnalis plenè Gozad. conſ. 5. num. 6 vnde in ea beneficij appellatione comprehendi debet etiam hoſpitale, in quem concurrunt ferè omnes rationes dictæ conſtitutionis quod fuit in cauſa, vt alias Rota apud Caputaqu. d. deciſ. 36 æſtimauerit illam habere locum etiam in beneficijs iurispatronatus, licet in illis viderentur ceſſare verba conſtitutionis ſonantia in beneficijs, quæ conferuntur nam putauit ſatis eſſe quod reliquæ rationes in ea militarent prout ferè omnes militant in hoſpitalibus, nam & in his contrahentes cum hoſpitalario poſt reſignationem poſſent decipi, & hoſpitalarius in detrimentum animæ ſuæ partem illam fructuum, quæ ad illum pertinet malè perciperet item ignoraretur vera vacatio hoſpitalis, videatur Lap. in tract. de hoſpital. quæſt. 52 & Villadieg. de legat. q. 9. numero 17.

Vt autem. CASVS. Rectores huiuſmodi locorum volebant ſimpliciter, & ad libitum ſuum bona eorum d. loc. accipere, ac diſpenſare ea moti ratione, quia cum ſint approbati viri ad id idonei, & rectæ conſcientiæ, non videbatur neceſſarium aliquam iuris ſolennitatem eſſe ſeruandam, ſicuti nec clericus beneficiatus tenetur bona ſuæ eccleſiæ, in inuentario adno. cum in iure non caueatur, & cum epiſcopus loci ſe oppoſuiſſet. Sol. fuit facta prout hic legimus, quia huiuſmodi rectores ſunt veluti tutores, & propterea obiectio nil videtur concludere, nec etiam ſimilitudo de beneficiato tenet, ſiquidem iſte habet plus iuris, quam tutor. cap. ſi

vna cum gl. de pecul. cler. Not. 1 arg. quod clerici beneficiati tenentur inuentarium facere de bonis suæ ecclesiæ, & rationabiliter de eis disponere. Not. 2. quod qui administrat bona aliena tenetur postea rationem reddere facit, § si institut. de Attilia. tuto.

a ¶ Tutorum.] Iurando vtilia facere, & inutilia prætermittere inuentarium faciendo, & administrationis suæ rationem tempore debito reddere, & residua reddere promittendo, &c. de quibus in leg. de creationib. C. de episcop. aud. & in l. fi. C. de cura furi. & per specul. in tit. de tutoribus, vt not. in clem. 2 § 1 eod.

b ¶ Præstare.] Sed an & satis dare etiam teneantur instar tutorum? Respon. negatiuè, cum dentur ex inquisitione, fac. l. orphanotrophos in prin. C. de episcop. & cleri. & ita not. in clem. 2 § 1 eod. nisi tamen hi suspecti essent propter vxorem, & filios, vt in cap. de Siracusan. dist. 28 sed tali suspecto committi non deberet: vidi tamen seruari, quod huiusmodi personæ satisdent.

c ¶ Singulis annis.] Per huius temporis designationem videtur quòd etiam non petitam administrationis rationem teneantur reddere, de quo not. in clem. 2 eod. Sed contra l. orphanotrophos. C. de episcop. & cler. & in authen. de eccl. titulis, § pen. Sol. Aut quæris, an teneantur reddere rationem pauperibus ipsis, & orphanis, & non teneantur, & ita procedùt contraria. Aut de ratione reddenda episcopo, vel alijs superioribus, & procedit quod hic dicitur, & in § œconomos, auth. de sanctiss. episc. Alij quod contraria corriguntur, sed prima verior, vt not. in l. 2 § 1. eo.

d ¶ Attentatum.] Respicit etiam præcedentem, §. cum istum.

gentius insistant*, instar tutorum, [a] & curatorum debent iuramentum præstare, [b] ac de bonis inuentaria conficere, & ordinarijs, seu alijs, quibus loca huiusmodi subsunt, vel deputandis ab eis, singulis annis [c] de administratione sua rationem reddere, quòd si secus à quoquam fuerit attentatum, [d] prouisio, seu ordinatio minimè valebit.

Supra dicta non habent locum in hospitalibus militarium ordinum, aut religiosorum. h. d.

Prædicta verò ad hospitalia militarium [e] ordinum, vel aliorum religiosorum minimè extenduntur. Hi enim suorum ordinum institutiones, & consuetudines obseruare cogendi erunt.

Hospitalibus circa sacramentorum exhibitionem seruanda est antiqua consuetudo. h. d.

Sed & si quæ sint hospitalia, altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, [f] & presbyteros celebrantes, & sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, quo ad exercenda, & ministranda spiritualia prædicta, [g] antiquam consuetudinem Viennense Concilium obseruari voluit.

DE SEPVLTVRIS. [h]

TIT. XXIV.

Cur in Ecclesijs, & locis sacris sepulturæ constituantur. h. d.

TRactemus nunc de sepulturis, quæ quidem per Fideles non nisi in sacris, & re-

Io. Bapt. Prædicta. CASVS. Non oportet. vt hic aliter figuretur, nisi dicamus, & quæramus an disposita circa loca religiosa, prout in hoc tit. habetur debent limitari in hospitalibus in hac parte adnot. & cum ordinationes prætendant in vtilitatem eorundem locorum, negatiuè videbatur respondendum, Solu. tamen prout hic decidit, & ratio illa fortasse assignari potest, quia ob qualitatem militum, & personarum haud potest talis solemnitas seruari, quæ in alijs est ordinata, & sic cessat obiectio: Not. Consuetudinem vim maximam habere etiam circa administrationem diuinorum.

e ¶ Militarium.] Vt s. Ioan. Hierosolymitani, & S. Mariæ Calastrensium, & Crucigerorum, & similium: vt in clem. 2 § præmiss. eodem.

f ¶ Habentia.] Sic. clem. 2 § si eod. vnde sumitur.

g ¶ Prædicta.) Concord. 24 q. 1 c. pudenda, & de elect. capitu. nihil est in fine & in clem. 1 de priuil. in fin.

DE SEPVLTVRIS.

COntinuatur tit. iste per gl. Rub. vel dicas secundò, quod postquam tractatum fuit de locis religiosis, sequitur videre de iure ad ea pertinente, in quo cum sepultura reperiatur, ideo de ea hic pertractatur: diuiditur autem tit. iste in quatuor part. in prima habetur qua de causa in locis sacris sepultura constitui debeat, in secunda explicatur quid iuris de eius electione: in tertia demonstratur qui prohibeantur in ea sepeliri: in quarta cauetur an aliquid pro ea posset dari, & recipi: secunda ibi, regulariter: tertia ibi non tamen quarta ibi, illud etiam. Io. Bapt.

TRactemus nunc. CASVS. Cum quidam Christiani nullam de sepultura ecclesiast. curam haberent ob dictum sacræ scripturæ, memento homo quia cinis es, &c. ac etiam quia dicebant isti corpus humanum sanctificat locum, non autem è contra, §. religiosum: inst. de rerum diui, propterea fuit dubitatum quid iuris: Sol. vt hic legimus, & ob rationes in tex. assignatas, nec obstat obiecta: quia dictum sacræ script. decet hominem qualiter viuere debeat, & non quomodo debeat sepeliri: confirmatio autem tenet de iure ciuil. secus verò de iure cano. Not. primo hominem sepeliri in loco sacro non solum esse pium, sed etiam vtile: & hinc intelligimus quomodo priuatio sepulturæ sit pœna: Not. 2 quod cum sepultura Eccles. debeat esse in loco sacro, & religioso, distinguitur propterea à sepultura ciuili, & ab illa quæ de facto potest esse in loco pio. Io. Bapt.

h ¶ De sepulturis.] Dictum est supra de reli. dom. Sed quia sepulturæ fiunt in locis religiosis & faciunt etiam locum religiosum, toto tit. ff de relig. & sumpt. func.

ligiosis locis, ideo constituuntur [a], & quòd minus ibi spiritibus vexantur immundis, & quod sanctorum illorum commendantur patrocinis, quorum nomini Ecclesia in qua corpora conquiescunt, est consecrata.

Prohibendum est quod dat occasionem benefaciendi hoc dicit.

Accedit quòd defunctorum proximi ad sacra loca venientes, sepulturamque conspicientes suorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Vnde mortuorum sepulturæ, & cœmeteria apud illas Ecclesias, & monasteria [b] ex antiquo dispositæ esse comperiuntur, in quibus religiosorum conuentus sunt. constituti, vbi orationes, & missa-

funè. meritò sequitur, & de sepulturis ét videre. Quod autem sepultura faciat locum religiosum fortè non procedit isto iure, ad not. in ca. pen. eo. & in cap. ecclesiastico. 13 q. 2 Sumitur autem sepultura pluribus modis, vt habetur in d. cap. pen. In proposito tamen nostro sepultura est locus concauus in ecclesiastico, &c. vt per Ab. in rub. eo. Sed quæritur vtrum cum luctu, & plãctu sint mortui sepeliendi? Respon. non, sed cum psalmis, & psallentium vocibus ca. qui diuina quam præposterum. 13 q. 2 EX officio tamen charitatis, vel causa pietatis, & humanitatis si lachrimæ fundantur, non est iure reprobatum Nam de plerisque Sanctis legitur, quod lachrymas fuderunt in exequijs charorum amicorum, dũmodo nõ multum lugeatur vt in cap. qui diuina & in capite vbicumque: decima tertia quæstione tertia, & de hoc per Ab in rubrica eod.

a ¶ Constituuntur.] Not, tres rationes, ob quas fideles sepeliuntur in locis sacris Prima quòd defunctorum corpora minus vexantur spiritibus immundis, Vnde in sepulturis dicitur esse requies mortuorum. 12 qu. 2 cap. aurum. Secunda, quia sunt muniti patrocinio illius sancti, cui dicata est Ecclesia. 13 qu. 2 ca. non æstimemus, in fin. Tertia, vt fideles viuentes facilius mortuorum recordentur: vt in cap. cum grauia 13 q. 2

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis duo. Primò, quod appellatione sepulchri continetur, omnis sepulturæ locus, & quod sepulchrum dicitur à sepeliendo, vt simulachrum dicitur à simulando, non autem à seorsim & pulchro, propter recordationem doloris viuentium: neque à semis, quia pulchrum superficie, intus verò ossibus, & immunditijs plenum est, & neque dicitur quod sine re pulchra sit, aut quodibi sine pulsu sint, id est mortui, neque à separando, quod istic animæ separentur à viuis, sed solum, quia ibi corpora sepulta sunt & consequenter à sepeliendo dictum, vt debetur ex l. 2 § purus autem, ff de sepulchr. ff de relig. & sumpt. funer. & ex text. in l. prætor ait, § sepulchri autem, ff de sepulch. viol.

Sic etiam sepelire dicitur á sepeliendo: eo quod sepultura corpora humo velut circumsæpiantur. Vtcunque tamen sit etiã ius ciuile mandauit, vt homines pietatem retinerent erga morientes, & veluti res sacræ custodirentur sepulchra, vocant. loca prædicta religiosa, vt in § religiosum. Instit. de rer. diuis. & tot. tit. ff de relig. & sumpt. funer. Vnde Prætoris edicto datur actio in factum aduersus violantes sepulchra dolo malo, vt ei ad quem negotium pertinet. quantum ob eam rem æquum etiam videbitur condemnarentur eique ad quẽ non pertinet centum aureorum actio datur & si ipsa corpora extraxerint, humiliores violatores summo supplicio afficiuntur honestiores ergo in insulam deportantur aut relegantur, vt tot. tit. ff de sepul. violat.

Et quod sepultura accipiatur pro loco, in quo corpora sepulta sunt, & sit idem, quod sepulchrum, patet ex dictis supra Quodque accipiatur etiam pro officio sepeliendi est etiam notum, tum quia procedere dicitur ad sepulturam defuncti, vt honestemus actum sepelitionis, seu sepulturæ illius: tum etiam quia ipsa sepultura dicitur quædam memoria hominis conseruandi causa, vt post Bologin. & alios nota. Ias. In verbo sepultura, cõclus. 192 & idcircò in sepulturis, & monumẽtis propriis affiguntur arma propria: quilibet enim ex suis expensis opus cõstruere potest, in illo arma affigere, l. secunda, & li. opus ff de oper. public. Cæpoll. Anchar. & alij quos ego in praxi de sepultura resolut. 768 allego Quãuis D. August. nos admoneat, vt cogitemus de anima Ser. 1 in Psal. 48 ibi vbi maneat Spiritus malè agens non vbi ponatur corpus mortale cogitandum est, li. 1 de Ciuit. Dei, capite 12 narrat, quod etiam Philosophi Ethnici sepulturam contempserũt vnde Poeta dicebat, *Cœlo tegitur qui non habet vrnam.* At cum erecta sunt, debent cõseruari in eorum possessione, vt in sepulchro malorum suorum sepeliatur, alias enim fieret ei magnum præiudicium, & maledictio inferri diceretur, est que pretium affectionis in illis sepeliri, vt latius in cap. quanto, de iudic. Anto. Sicul. Lambert. Pereg. & alios plures, multis medijs probat. Valenz. consil. 18 num. 106 cum plur. seq. adeo vt filij perduellis amittant iuxta sepulturæ, & alias pulchras consideraniones affert, quæ penes ipsum videri possunt, qui ferè toto illo consilio probat familiarũ inuguis conseruanda esse in Capellis, & sepulturis, vt ánum. 24 cum seqq. explicat.

Est tamen obiter notandum cum Innocentio, & alijs in capit. tanta, de excess. prælat. Oldrad. consil. 227 num. 4 Zabar. in clement. dudum, § verum, num. 4 de sepultur Feder. de Sen. & alij penes. Tuschum in verb. mortuaria, conclus. 402 quod sepultura differt. á funeralib. & mortuarijs nam sepultura accipitur modis de super explicatis, mortuaria dicuntur officia & celebrationes mortuorum, absente funere, seu cadauere huiusmodi sunt vniuersalia, & similia officia: at funeralia sunt, quæ in actu sepulturæ præsente cadauere celebrentur, & à funibus dicuntur funeraria, quia cadauera funibus ligabantur donec sepulturæ traderentur, quamuis multoties funeraria, & mortuaria confundantur.

Hinc Ab. in capite quanto de iudicijs, & in capite fin. de reb. ecclesiasticis non alienand. in fi. docet, quod ius sepeliendi, & funerandi est annexum spiritualitati & successiuè per iudicẽ ecclesiasticum cognosci debet quo ad consecrationem, & apparatum ecclesiæ; secus verò quo ad expensas vestium lugubrium, quæ non respiciunt animam defuncti, sed consolationem viuentiũ nam ista possunt á laicis regulari.

a ¶ Monasteria.] Sed quomodo apud monasteria cum illa non habeant cœmeterium, nisi pro suis 16 q. 1 capite 1 Respondeo secundum Ab. in capite fraterni-

tatem eod. quod hoc intelligendum est de his monasterijs quæ habent populum, vel habent cœmeterium ex priuilegio: vt sunt hodie omnes regulares. Quis autem dare possit tale priuilegium habes per Doct. in capite certificari eo.

a ¶ Frequentiùs.] C. fraternitatem vbi Abb. eo & in cle. 2 § huiusmodi eo. & 13 qu. 3 ca. cum grauia.

ALOYSIVS RICCVIS Quærit hic Author cur in Ecclesijs, & locis sacris sepulturæ constituantur. Vnde est notandum, quòd olim apud gentiles singulis permissum erat, etiam in suo prædio rustico, vel vrbano sua corpora sepelire & loca prædicta vocabantur religiosa, vt in § religiosum, Instit. de rerum diuis. & tot. tit. ff & C. de relig. & sūpt. funer. & regulariter extra vrbem sepeliebant mortuos, & l. duodecim tabularum, vt in l. 3 ff de sepulc. violat. quod tamen postea sublatum est, vt post alios probat Gratian. cap. 2 10 disceptat. forens. num. 7

Sic etiam in primitiua Ecclesia non concedebatur sepultura laicis in ecclesia, quia talis locus specialiter Deo dicatus est, cui mors vltra non dominabitur cap. percipiendum, vbi glos. in verb. sepeliantur. 13 q. 2 & hoc propter immunitatem, & puritatem Ecclesiæ, vt in ca. nullus 13 quæst. 1 vbi hoc solum postea permittebatur Episcopis, Abbatibus, & alijs Ecclesiasticis in dignitate ecclesiastica constitutis, & dignis presbyteris vt post Lap. allegat. 34 probat Tusch. in verb. sepeliri, conclus. 186

Quam facultarem poterant Episcopi alijs concedere & etiam Legatus à latere, vt post Redoan. Gambar. & alios probat Gratianus in dicto cap. 210 num. 3 & 4 & ita etiam seruatur in quibusdam locis, vt extra sepulchra existentia in ecclesia, in ipso Ecclesiæ pauiment, aliæ personæ præter expressas num. præcedē. non sepelientur, nisi de licentia Episcopi, vel Legati à latere. Et successiuè in his standum est rationabili consuetudini: nam hodie passim videmus talia sepulchra in ecclesijs, & plures familiæ habent vsum sepulturæ in certo loco ecclesiæ, vel cæmeterij, vel cappellis, ita vt eò in loco non seppeliantur alij, qui non sunt de illa familia, vt est Praxis notoria, & docent communiter Authores, & sepulchrum commune esse familiæ, vel hæreditarium probatur ex inspectione literarum in sepulchro inscriptarum, vt post Specul. & Gras. in l. si sepulchrum, C. de religiosi. & sumptib. funer. probat Mascard. in verbo sepulturam, conclusio. 1303 numero quarto.

Regulariter Licèt hæc pars in plures partic. diuidi posset, quoniam tamen CASVS in communi commodè adnotari valet, propterea est animaduertendum, quod personarum quædam sunt sui iuris, quædam alieno iuri subiectæ: rursus primæ quædam sunt maiores, quædam minores, & infantes, quædam masculi, quædam fœminæ, secundæ verò quædam dicuntur vxores; quædam filij, quædam serui, quædam monachi, vnde dubitatum fuit, an omnes indifferenter valeant sepulturam sibi eligere, & si casu contingat quod non eligant vbi sepeliri debeant, & quo ad primum quidam negatiuè respondebant, quia ille, qui eligit videtur aliquod ius in re electa habere l. ante pen. ff de option. lega. quod in casu nostro non potest esse per § nullius Instit. de rerum diuis. quoad illos verò qui alieno iuri subijciuntur, confirmatur id per l. velle, ff de regul. iur. cæterum, si talis electio esset concedenda intuitu alutis æternæ, argum. ca. 1 de coniugat. seruo nemini deberet denegari, & sic nulla esset in hoc differentia inter præd. personas, quoad secundum verò tantum in Ecclesia parrochiali illi deberēt sepeliri, quia dū ipsi viuebant, tenebantur in ea diuina audire, & sacramenta recipere iuxta tot. ti. de parroch. & parroch. Sclu. tamē vt in tot. hac par. cauetur, ratio autem ita diuersa reperitur sicut casus erit diuersus, nam aliquando est vt detur occasio augendi deuotionem, aliquando tota voluntatis impotentia, vel priuatio, & aliquando maxima casus contingentis difficultas. Ad obiecta dicimus 1 quod ob fidelium deuotionē concessum est eis ius sepulturæ. & ideo cessat prima obiectio: at l. velle in nonnullis personis ex supra relatis verificatur, in alijs verò limitatur, præd. vero, c. videō permittit, quod in eo cauetur, quo peccatum fornicationis aliter euitari non poterat, vnde casus noster est longè diuersus, ad vltimam denique obiectionem respondetur per decisionem text. ac rationes adductas nunc ex hac part. Not. 1 quod sepultura licet sit res Ecclesiast. & spiritual. permittitur tamen vt possideatur, vel quasi à laico. Not. secundò casus in quibus potestas mariti, patris, domini, & Abbatis limitatur Not. tertiò quod nemo facto proprio potest priuari facultate aliquid deuotè, & piè faciendi. Not. quartò argumentum quod difficultas, & impossibilitas aliquando inter se æquiparantur

rum solemnia, tam pro viuis, quam pro defunctis frequentiùs[a] celebrantur.

Vnusquisque habet liberam facultatem sepulturam eligendi: & si quis non eligat, in parrochiali Ecclesia, aut maiorum sepulchris est sepeliendus. h. d.

Regulariter[b] igitur in parrochiali Ecclesia, aut ibi quis sepeliendus erit vbi maiorum[c] suorum sepulchra constituta reperiuntur: nulli tamen propterea propriam,[d]

b ¶ Regulariter.] De hoc latissimè per Petrum de Vbald. in tract. de cano. paroc. § venio ad nouum.

c ¶ Maiorum Fac. 13 q. 2 cap. placuit, & cap. 1 eod. & ca. is qui, & c. licet, eo. in 6 Sed quid dicemus si. auus, & proauus, & alij ab antiquo fuerunt sepulti in aliqua Ecclesia: pater vero eligit sepulturam in alia, filius decedens erit ne sepeliendus, in sepultura patris, an aliorum maiorum? Resp. videtur quod æque commodè possit in vtraque Ecclesia sepeliri. de quo not. in cap. is qui eod. in 6

d ¶ Propriam.] Quoad possessionem non quoad dominium, nemo enim est sepulturæ dominus: vt per Ab. post gloss. in ca. quanto, de iudicijs.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ad hoc § quod vnusquisque habet facultatem eligendi sibi sepulturam ex quo sequitur in illo loco defuncti eadauer sepeliendum est, quem ipse viuens sponte sibi elegit, vt omnes ad hoc conueniunt.

Si vero non eligisset sibi sepulturam, & haberet patrem vel dominum, vel si mulier esset, haberet virum, tunc. pater filio impuberi, dominus seruo similiter impuberi; maritus vxori indistinctè sepulturam eligit. vt in ca. licet de sepulturis in 6 vbi communiter doctores Naua. & alij, quos probat Sebastianus Medices. q. 8 de sepul. & si mulier plures habuisset viros in sepulchro vltimi viri sepelienda est cap. is qui § mulier de sepulturis in 6 Tusch. in verb sepeliri conclus. 189 numero 6 & sequutus vbi hoc idem probat, si vxor. moriatur

in aliena Parrochia; quia soluta quarta funeris Parrochiæ, in qua decessit, sepelienda est in sepulchro viri si aliam sibi non eligit sepulturam.

Ampliatur procedere in Episcopo, quia non eligens sibi sepulturam, debet sepeliri in Ecclesia sua Cathedrali expensis eiusdem Ecclesiæ, vel Episcopatus, & si essent duæ Ecclesiæ Cathedrales puta quia essent vnitæ sub vno Episcopatu expensis ambarum sepeliri debet vt poss. Gemin. cons. 1 Zabar. 90 num. 3. Probat Tusch. d. concluſ. 189 nu. 14 qui sepeliendus in Ecclesia, in qua moritur, vt Tusch. sup. nu. 23.

Nota tamen quod qui semel sibi sepulturam elegit potest etiam reuocare vsque ad mortem: hæc enim electio sapit naturam vltimæ voluntatis, vt sit ambulatoria vsque ad mortem vt ad literam habetur in cap. licet de sepult. in 6 vbi omnes sup. citati authores docent in verbo sepult.

Quoniam tamen filij familias sunt maiores 14 annis pñt sibi sepulturam eligere, si sanæ mentis sint, quia debent esse adulti, & discreti d. c. licet. Immò alicui voluit quod si essent proximi pubertati, & malitia suppleret ætatem, vt quia essent habiles ad contrahendum matrimonium possent etiam sibi eligere sepulturam, vt probant Nouissimi c. 26 suæ praxis n. 4 vbi hanc consuet. seruari Neap. affirmant.

Si tamen puberes essent, & sepulturam sibi non elegissent; tunc de iure communi sepeliendi essent in sepulchris maiorum suorum cap. is, qui de sepulturis in 6 & post alios quos probat Syl. in verb. sepultura, q. 8. quod procedit etiam si in aliena Parrochia decessissent Tusch. in verb. sepult. concluſ. 194.

Et si filij non habent sepulturam ex parte patris, sed tantum ex parte matris tunc non sunt in illa sepeliendi, vt Petrus d. Vbaldis in tractatu de portione Canonica in verficul. venio ad nouum, capite tenet nisi quando ex illa linea vnde descendit mater non adessent alij agnati, nam semper agnati præferuntur in sepulchro maiorum, vt not. Thes. l. 1 q. Forens. c. 11 n. 4.

Sed si essent maiores duodecim annis, nec elegerunt sibi sepulturam sepeliuntur à Cap. Neapol. in Eccles. Sanctæ Restitutæ. Si tamen illam elegissent, & ob aliquam causam non possunt in illa sepeliri tunc Dominus Vicarius declarat in qua Ecclesia debeat sepeliri secundum illorum deuotionem, & probabiles coniecturas, quia non possunt dici sine electione decedere dum per eos non stetit quin in electa sepelirentur, & consequenter excluserunt propriam Parrochiam.

Sic etiam confratres alicuius Congregationis non eligentes sibi sepulturam de iure sepeliendi sunt in propria Parrochia, arg. tex. in l. pacta. priuatorum, ff de pact. & Nouissimi in d. c. 62. n. 6.

Ita etiam peregrini si commodè non possint transportari ad sepulturã maiorũ suorũ alias sepeliuntur in Parrochia in qua moriuntur, vt docet Syl. in verb. sepultura c. 8. quem probat Iodoc. in eodem verb. n. 5 § 2. sed si esset regularis sepeliretur Monasterio viciniori Ordinis sui, quatenus fieri potest, vt probat Sylu. loco citato.

Vt autem probetur electio sepulturæ satis est, vt quouis modo Iudici constet, vel per testamentũ per dict. Confessoris, cui in hoc creditur, vel per testes singulares, nam benè probant in tempore quando tempus non est de substantia, vt est hoc casu in quo satis est vt probetur electio sepulturæ, vt post alios quos probat Guid. Pap. in decis. 544 & ego in praxi de sepulturis resolut. 567.

Denique vniuersitas non potest eligere sepulturam pro suis ciuibus, nec illam fabricare, quia nullum ius ad hoc ei conceditur ex quo resultaret inodium Parrochialis Ecclesiæ, in qua ciues de iure sepeliri debent, & nunquam daretur casus in quo ius sepeliendi de iure spectaret ad Ecclesiam Parrochialem, si vniuersitas talè ius haberet, vt benè notat Maceraten. d. lib. 1 variar. resol. cap. 112 cas. 59 vbi sic resolutum refert per varios doctos viros.

si contemptus [a] absit, negatur eligere sepulturam, * quod vsque adeò obtinet, vt antiqua dimissa, nouam possit, quis, etiam in loco minus religioso, sibi deligere, nec propterea poterit hodie electio talis impugnari, [b] licet antiqua iura super hoc diuersa esse videantur.

Vxor non tenetur, sequi sepulturam viri, si velit aliam eligere. h. d.

Nec vlla super hoc inter virum, & mulierem facienda est distinctio, [c] quasi [d] vxor capitis sui sequi iudicium, & sepulturam sit compellenda: sed vtrique æqualis [e] erit eligendi facultas: cum huiusmodi electio ad eum statum pertineat, quo mulier à lege viri soluitur. [f]

Si Vxor sepulturam non eligat, tenetur sequi sepulturam vltimi viri, si plures habuerit. h. d.

a ¶ Contemptus.] Decima tertia quæstione, & capite contemptus.

* Eligere sepulturam.] Quæstio est quotidiana, & tamen nondum plenè resoluta an electa in alia à Parrochiali Ecclesia sepultura corpus sit prius in Parrochiali Ecclesia deponendum, seu repræsentandum antequam deferatur ad locum vbi sepeliendus est? Gloss. in Clemen. dudum de sepult. in verbo integrè innuit quod sic, ad dicendum vltimum vale Ecclesiæ Parrochiali, siue ea sit consuetudo, siue non & eam esse ait Sententiam Ioannis Monach. negat in vtroque casu Bonifac. de Vitaliniis in cad. Clemen. & Respondet motiuis glossæ; quid dicendum? Apud nos affirmatio videtur verior, quam tenet Peuretus de abusu, lib. 4 cap. 8 n. 5 & sic iudicatum refert. SOLIER.

b ¶ Impugnari.] Cap. 3 § fin. eodem. in 6 vnde sumitur.

c ¶ Distinctio.] Immò iudicandi sunt ad paria, capite gaudemus de dic.

d ¶ Quasi.] Dubitandi ratio.

e ¶ Æqualis.] Arg. contra 13 q. 2 c. vnaquæque, & 33. q. 2 c. quos Deus Sol. illud intelligitur secundũ istud, vel istud locum habet cum mulier eligit sibi sepulturam, secus si non eligat: arg. l. mulieres, C. de dign. l. 12 & ff ad mun. l. 11 ref. & l. fi. & not. in c. de vxore eo. vnde sumitur.

f ¶ Soluitur.] Et sic nota, quæ paria sunt aliquid dis-

poni tempore habili, vel tempore inhabili, dummodo effectus conferatur ad tempus habile. Sic contra veluti non licet disponere tempore inhabili; si effectus dispositionis conferatur in tempus inhabile, facit, l. quæsponsæ C. de don. inter vir. & vxo. & l. in tempus ff de hær. inst. Quod limita, vt not. inst. eo. § impuberi.

a ¶ Vltimo viro.] Sed pone quod vxor prius decedit, quam maritus, an debeat sepeliri in sepulchro maiorũ mariti, an verò maiorum patris sui? Hæc quæstio est dubia, & egeret declaratione, secundum Abb. in c. de vxore. eodem vbi tamen esset consuetudo, staremus consuetudini: si non extaret, tunc si appareret de voluntate viri viuentis, quod vellet in aliquo loco sepeliri: puta, quia præparasset, vel aliter declarasset intentionem suam, tunc secundum eum sepelienda esset in loco deputato à marito. Sed contra hoc facit, quia ambulatoria est voluntas hominis vsque ad mortem. l. 4 ff de ad leg. aliàs, in loco suorum maiorum sepeliri deberet, nisi ipsa sibi eligeret sepulturam. Sed quid si vxor prædecedat, electa sepultura? vtrum maritus postea moriens, sepultura non electa, debeat sepeliri cum eadem? Resp. vt per Abb. in d. c. vxore.

b ¶ De filiofamilias.] Quid dicemus de patrefamilias impubere an cum auctoritate tutoris possit eligere sepulturam? Respondeo, non: nec enim tutoris auctoritas potest ea perficere, quæ porriguntur post mortem pupilli, quo tempore tutela expirauit. Ita Petr. de Perus. in tractatu de Canonica Parrochiali, capit. 11 Et nota verbum filiofamilias, quia si esset naturalis, tamen: quia non potest dici filiusfamilias non posset se pater intromittere, vt per Petr. in dicto loco.

c ¶ Annos.] Videlicet 14 in masculo 12 in fœmina.

d ¶ Non poterit.] Sicut nec testari.

e ¶ Consuetudo.] Not. quod consuetudo dat ius eligendi sepulturam: sicut etiam dat iurisdictionem, & ius eligendi prælatum, vt cap. cum contingat de for. competenti, capite cum Ecclesiæ de caus. poss. & proprietatis: & potest consuetudo dare hoc ius non solum patri, verùm etiam matri, & amicis: vt per Franc. in capite licet eod. in sex.

f ¶ Voluerit.] Quid si impuberi viuenti pater elegit sepulturam, permittente consuetudine, & filius decedat factus pubes? Respondeo, non tenetur sequi iudicium patris; cum res deuenerit ad casum, à quo non potuit incipere. Ita Petrus de Perus. in tractat. de Canonica episcop. cap. 11.

g ¶ Eligere poterit.] Quia electio refertur ad id tempus, quo solutus est à patria potestate, fac. capite de vxore, eod. & supr. eod. § proximo.

h ¶ Peculium.] Et quid mirum quod de his bonis possit pro anima disponere, quæ cunctis rebus est fauorabilior, si liberè potest de his testari ad quamcunque causam, & in vtilitatem cuiuscunque l. fin. C. qui test. fa. poss. & instit. quibus non est permiss. testa. in princip.

i ¶ Nequeunt.] Immò videtur, quod isti Religiosi possint eligere, cum ista electio conferat effectum suum in tempus habile; scilicet quo ipsi sunt soluti à lege superioris: argu. cap. de vxore, & sup. eo. § nec vlia, & per hanc rationem Host. olim tenuit, quod Religiosi possent eligere, vt habetur in ca. nimis, clem. prima, de excess. prælat. Sed contrarium reperitur determinatũ in c. fin. eo. in 6. Nec obstat ratio Host. quia non procedit quando ius probat aliquid non solum attento effectu, sed etiam attento initio l. minor, ff de fer. exportandis, & not. Abb. in d. capite de vxore, & Perus. in capite fin. eodem in sext. Imol. in lege, Gallus, ff de lib. & post. Sed contra est capite nimis, clem. 1. de excess. præl. & in cap. vt priuilegia de priuil. Sol. illa iura non loquuntur de veris Relig. vt no. in d. c. si. eo. in 6. An autẽ hæc dispositio cõprehendat Abbatẽ vide per Ab. in d. c. de vxor.

k ¶ Commodè.] Not. ratione incommoditatis id permitti, quod alias non permitteretur, sic capitulum is qui eod. in 6 & 12 quæst. 2 cap. terrulas.

l ¶ Nequeant.] Quo casu secundum opin. plurium

Si tamen ipsa sibi sepulturam non eligat, & plures fortè viros habuerit, cum viro vltimo, [a] cuius domicilium retinet, tumulanda erit.

Filiusfamilias, licet non possit aliquid relinquere pro anima, si careat castrensi, vel quasi castrensi peculio: tamen potest sibi eligere sepulturam, nisi sit impubes, quo casu poterit pater sepelire illum, vbi voluerit, nisi sit consuetudo in contrarium. h. d.

De filiofamilias, [b] an sibi sepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum interest, an eius ætas intra pubertatis annos [c] contineatur, an verò pubertatem excesserit. Primo enim casu sepulturam eligere non poterit, [d] permittendum tamen erit patri, si id loci consuetudo [e] patiatur, vbicumque voluerit [f] illum sepelire. Quòd si consuetudo id non habeat, cum suis maioribus, vel in Parrochiali Ecclesia tumulandus erit. Secundo verò casu cùm pubertatem attigit, liberè absque patris assensu sibi sepulturã & eligere poterit [g] quamquam pro anima sua, præter patris assensum aliquid, iudicare non possit, nisi castrense, vel quasi castrense peculium [h] habuerit.

Religiosi non possunt sibi sepulturam eligere. h. d.

Impuberi similes Religiosis habentur: hi enim cùm propriæ voluntatis libertatem non habeant, eligere sibi sepulturam nequeunt [i] sed apud propria Monasteria tumulandi sunt, nisi adeò fortè sint remoti quòd ad ea cùm moriuntur, commodè [k] exportari nequeant. [l]

Non potest quis etiam iureiurando à seipso abdicare liberam eligendæ sepulturæ potestatem, hoc dicit.

Aliàs autem sepulturæ vsque adeo libera esse debet electio, vt Bonifaciana constitutione [a] cautum sit, ne qui ad vouendum iurandum, vel fide interposita, vel aliàs promittendum [b] aliquos inducant, [c] vt apud eorum Ecclesia sepulturam [d] eligant, vel iam electam vlterius non immutent, & secus factum omninò infringit. [e]

Mortuus ruri qui sepulturam non eligit si sine periculo possit exportari, vel in Parrochiali Ecclesia, vel in maiorum sepultura debet sepeliri. h. d.

Illud tamen in dubium venire potest, si quem dum animi, vel agricolendi causa rusticatur, ruri inopinato forsitan interitu, nec electa sepultura contingat occumbere, an in Ecclesia ruri constituta [f] an potius in alia sepeliri debeat? & responsum est si absque periculo [g] defunctus inde valeat exportari, non in Ecclesia ruri posita, sed in sua Parrochia, vel in qua maiorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliendum fore. [h]

Quibus non communicamus viuis, nec mortuis communicamus. h. d.

poterit Monachus eligere sepulturam, & ita sustineatur opi. Hostiens. de quo per Abb. in cap. nimis clem. prima de excess. prælat. & in capite, vt priuilegia de priuilegiis, licet multi contra. Alias autem si non exigant sepeliuntur in Ecclesia Parrochiali loci, in quo decedunt.

a ¶ Constitutione.] Capite primo, eodem in 6.

b ¶ Promittendum.] Nec enim Deus inter ista facit differentiam 22. quæstione quinta, capite iuramenti, & not. in capite debitores de iureiur. & per Doct. in ca. ad aures, quod ipsamet. causa, & in capite, peruenit de arbitris. Vnde veniens contra simplicem fidei præstationem nulla necessitate compulsus, potest beneficio priuari, capite quærelam de iureiur. & per Perus. postalios in capitulo primo, eodem, numero sexto. Et ex eo quod dicitur hic de iuramento, notat. quod Papa ex causa facit interdum, quæ iuramentum non liget. fac. capite secundo, de rebus eccles. non alien. in 6. & capite vbi periculum, §. pen. de elect. eod. lib. Nec hoc mirum: quia etiam si quis sponte iuret non mutare sepulturam, potest illam nihilominus mutare, secundum opinio. quorundam, de quo plenè per Perus. in capite primo, eodem in sexto.

c ¶ Inducant.] Si quis tamen esset inductus ad eligendum sepulturam in certo loco, non voto; iuramento, vel promissione simplici, non haberet locum, quòd hic dicitur, secundum Ioannem And. & Ioan. de Ligna, & Perusinum in capite primo, eodem in sexto, argument. l. primæ, & per tot. C. si quis ali. testati prohib.

d ¶ Sepulturam.] Cum enim simus in spiritualib. pactio interuenire non debet 1 quæst. 2. capite quam pio, & capite pactiones de pact. hoc intellige inter sepeliendos, & sepultos, secus inter duas Ecclesias, capite primo de pact. in sext. & infra de pact. § 1.

e ¶ Infringit.] Capite primo in eodem in 6. vbi prolixè ponuntur pœnæ contrafacientium.

f ¶ Ruri constituta.] Quod videbatur, quia ibi decesserat.

f ¶ Absque periculo.] Simile capite final. eodem in 6 & sup. eodem § impuberi: ergo periculum immutat ius commune. facit capite si duo paragraphi sanè de procur. in 6. & de Eccles. ædific. c. ad audientiam. *Periculum immutat ius.*

h ¶ Sepeliendum fore.] Si quis igitur habeat in loco domicilium, & se ex causa limitata ad tempus in alium locum transferat. non, censetur illuc transferre domicilium, & Parrochiam constituere. Quod inducitur ad Scholares, vt in dubio non censeatur transtulisse domicilium ad locum studij, de quo plenè notat. in capite quod Clericis, & in capitulo ex parte de foro competen. de quibus vbi debeant sepeliri per Abba. in capite primo eodem. Item ex hoc infertur, quod Ecclesia loci, in quo decedunt, non debet habere Parrochialem, ex quo non habent ibi domicilium, & consequens nec Parrochiam, prout requiritur, vt per Doctor. in capite secundo, & capite tertio, eodem in sexto per Hostiens. in capite in nostra, eodem in antiq.

Non tamen. Hæc pars licet commodè diuidi possit, quoniam tamen quantum attinet ad CASVS, vt dicant, figurationem, non videtur necesse eam aliter diuidere, cum similiter commodè in ea tot. adnotari valeant, qua de re est animaduertendum, quod hominum quidam sint sine crimine, quidam verò, vel verè, vel præsumptiuè in graui scelere reperiuntur macula adnot. & istorum quidam sunt excommunicati, quidam sunt reconciliati, quidam denique sunt in delicto perseuerantes, qua de re ob hanc ipsorum varietatem dubitatum fuit, & quæsitum, an indifferèter esset eis sepult. cõcedenda; & cũ nos habeamus in iur. quod nemo præsum. immemor suæ salutis, c.

Non tamen omnes, [a] qui fato functi fuerint, ecclesiasticæ tradendi sunt sepulturæ : quibus enim non communicamus viuis, nec defunctis communicare debemus. [b] Vnde carebunt ecclesiastica sepultura, * qui prius erant ab ecclesiastica vni-

si nificasti vna cum glo. in ver. credendum, de homicid. propterea in casu nostro videtur dicendum saltem in vlt. vitæ præd. delinquentes de d. delictis pœnituisse, confirmatur quia Ecclesia nemini debet denegare auxilium ad salutem, cuius gratia etiam sepultura est instituta, vt habetur sup. eo. in prin. & in dubio interpretatio semper est facienda in eandem salutem animæ cap. 1 dist. 57 Sol. prout in tota hac parte cauetur, & ratio est, quia cum Ecclesia non iudicet de occultis, ea. sicut de simon. propterea nisi sibi constet de reconciliatione à peccato, & delicto seu censura Eccles. iudicat talem non esse dignum hoc extrinseco sepulturæ auxilio : non obstat prima obiectio quia intelligitur in foro animæ, nos autem sumus in foro exteriori : nec etiam confirmatio obstat, quia regula intelligitur respectu viuentium, arg. c. à nobis, clem. 2 de sententia excommunicat. interpretatio autem præd. haberet locum, quando in contrarium non adesset præsumptio : vnde in casu nostro aliquando verificatur & aliquando limitatur : & ideo vera remanet Solut. in tex. datæ. Not. primo Ecclesia cum quibusdam communicat viuis, & defunctis, cum alijs vero, nec viuis, nec defunctis, sed cum alijs modo sic, & modo non. Not. secundo argum. quod priuilegium indebitè concessum debet de iure reuocari : Not. tertio communionem corporum denotare communionem animorum, quia per exteriora cognoscimas interiora : Not. quarto, quod perseuerantia in peccatis reddit hominem grauiori pœna dignum. Not. quinto quod afflicto non est addenda noua afflictio probat text. in cap. pen. de cler. ægrot.

a ¶ Omnes.] Habes hic qui sint qui in sacro sepeliri non possunt, de hoc vide & Host. in summa eo. § quibus interdicatur, & per Pet. de Perus. in tract. de canonica episcopali. c. vlt.

ALOYSIVS RICCIVS. Quibus non communicamus viuis nec mortuis communicamus hoc dicit, pro cuius intelligentia breuiter dicemus, qui sunt illi, qui ecclesiastica carent sepultura, & primò Infideles, & Iudæos, est per se nota non posse sepeliri in Ecclesiastica sepultura, nam de his dicitur foris canes, sunt enim extra gremium Ecclesiæ Catholicæ & successiuè extra illam, vt nec viui, nec mortui, cum illis communicemus Syl. in verbo sepultura q. 9 penes Iodeo. eodem, verb. num. 6.

Et si in illa essent sepulta eorum cadauera inde extrahi deberent : & si id euenisset ante consecrationem similiter extrahi deberent alias Ecclesia consecrari non posset, nec in illa missa celebrari, cap. ecclesia de consecr. dist. 1 Lap. alleg. 84 & 107.

Secundò mulier prægnans si moriatur antequam puer in aliquo membro baptizari possit non potest mater in Ecclesia sepeliri nisi partus mortuus extrahatur, ab eius vtero, & extra locum sacrum sepeliatur, & si aliter fiat non debet corpus exhumari. Sed Ecclesia rebenedicitur, in cœmeterio verò talem mulierem simul cum puero, in eius ventre existente potest sepeliri, vt voluit Lap. d. allegat. 14 nu. 3 & 6 quem probat Tusch. in conclus. 187 n. 6.

Tertiò hæreticos, iam sumus in claris, eos priuari Ecclesiastica sepultura, est enim ferè eadem ratio, & de Iudæis, & Infidelibus cum sponte recesserint à vera Ecclesia, & idem est de Apostatis.

Quartò mortui in duellis carent etiam ecclesiastica sepultura, quod intellige si moriantur in ipso conflictu vt habetur in Trident. sess. 25 c. 19 de reformat. nam possunt de inde pœnitere, & de peccatis suis pœnitentiam agere.

Quintò occidens se ipsum quando non constet idex furore egisse ca. placuit 23 quæst. 5 Couar. lib. 2 variar. resolut. c. 11 n. 11 & dum caret Ecclesiastica sepultura non potest publicè pro eo orari, priuatim tamen id fieri posset, si tamen in puteo reperitur mortuus, vel laqueo suspensus nec constet qualiter id euenerit non priuatur ecclesiastica sepultura.

Sextò vsurarius manifestus non potest in sacro loco sepeliri, & sepultus debet exhumari nisi prius dederit cautionem de restituendo vsuras, & se peccatorum suorum pœnituerit, cap. quamquam de vsuris in 6.

Septimò excommunicatus maiori excommunicatione, & per cedulones fuerit publicè denunciatus, secus si non esset denunciatus, nam tunc non priuaretur, ecclesiastica sepultura, c. is cui de sent. excommu. in 6. Tusch. conclus. 188 n. 8.

Octauò multotiès nondum excommunicatus : sed excommunicandus priuatur ecclesiastica sepultura, vt quotiès semel in anno quis peccata sua non confitetur, vel in Paschate Resurrectionis sacrosanctam Eucharistiam non sumit quia hoc expresse determinatum est in Concilio Lateran. relato in c. omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss. extra.

Nonò si aliquis mortuus esset in peccato notorio nullo dato signo contritionis, non esset sepeliendus in eccles. sepultura, & sepultus deberet exhumari si ipsius ossa cognosci possent Ab. cons. 81 num. 4 Tusch. d. conclus. 188 num. 3 Sylu. verb. sepulturam quæst. 10 vbi idem probat de affectis extremo supplicio, secus si ante mortem signa pœnitentiæ ostenderint, & isti tales hodie Neapoli ex licentia sepeliuntur.

Decimò qualiter autem interdicti vel durante tempore interdicti prohibeantur tradi ecclesiasticæ sepulturæ, vide latè Molfes. in summ. Moral. Theolog. in tractat. censur. tit. de interdict. cum agit de eius effectib. siuè pœnis.

b ¶ Debemus.) Sic in cap. sacris, vnde sumitur eod. & 24 q. 1 & c. 2 nisi tamen viuentes reconciliationem petierint, nec per eos steterit, quo minus ecclesiæ reconciliati fuerint : quia tunc etiam post mortem sunt absoluendi 16 q. 6 c. qui recedunt, c. à nobis de senten. excomm. & per Ab. in cap. literas, de rest. spol. Not. ergo ex hac regula quod & cum defunctis potest esse communio, vt lauando mortuum, vestiendo, sepeliendo, affociando, ad sepulturam, & sic communicans incidit in minorem excommunicationem, vt si cum viuo communicasset, & sic communicatio afficit non solum animam sed etiam corpus. Ab. in capit. ad hæc de priuileg. & in d. c. sacris, vbi, & illud firmat, leprosos non posse cum alijs in cœmeterio sepeliri, contra opin. Host. quod licèt possit admitti rationibus ibi per eum redditis, si tamen quis contrarium faceret, non crederem illum incurrere pœnas, d. c. sacris clem. 1 eod. & § sequ. & hoc casu ante factum tenerem opin. Ab. post factum vero opin. Host

Communio etiam cum defunctis.

* Carebunt Ecclesiastica sepultura.) Priuatio sepulturæ magna pœna est, & ignominia vt latè refert Benedict. in cap. Raynutius in verb. mortuo ex numero 50 text. & DD. in cap. 2 de hæreticis in 6. vnde non immeritò interdicta est omnis appellatio quæ cadaueris

tate præcisi, [a] igitur nec Paganus, [b] nec Iudæus, nec Hæreticus, nec qui vsuras exercuit, [c] nec qui sibi mortem conſciuerunt, [d] aut qui perſonis Eccleſiaſticis violentas manus iniecerunt, [e] nec homicidæ, nec incendiarij, aut eccleſiarum violatores, nec inceſtuoſi, nec blaſphemi, [f] nec vllus qui pro manifeſtis, [g] condemnatus eſt exceſſibus eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi poterit.

Tumulati contra canones ſunt exhumandi, ſi illorum corpora poſsint diſcerni à corporibus fidelium. h. d.

Et ſi contigerit aliquando horum corpora in cœmeterio eccleſiaſtico tumulari, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari [h] debent, & ab eccleſiaſtica ſepultura procul [i] iactari. Quòd ſi diſcerni non poterunt, cum excommunicatorum [k] oſſibus corpora fidelium extumulanda non erunt. [l] Cùm, licèt non obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, celebris tamen, vel ſpecioſa non proſit improbis. [m]

Qui contemptis clauibus non humandos locis ſacris humauerit, excommunicationem incurrit, à qua non eſt abſoluendus antequam arbitrio Epiſcopi ſatisfecerit. h. d.

Si quis autem contemptis Eccleſiæ clauibus huiuſmodi perſonas, aut interdicti tempore [n] quoſlibet in Eccleſijs, vel cœmeterijs ſepelire auſus fuerit, [o]

ſepulturam impedire poſſit, l. fin. de appellat. recip. cap. ex parte, *le premier*, de ſepult. ſi quis autem interdictos ſepultura in illam inferre præſumpſerit excommunicatus manet, d. cap. 2 de hæreticis in 6. nec abſolui debet donec proprijs manibus exhumauerit ſi hæretici ſunt, cap. ſacris de ſepult. & locus ipſe priuatur perpetua ſepultura, clem. 1 eod. tit. ſi verò ſint alij interdicti ipſo facto excommunicatur ſepeliés illos tunc ſolum abſolnendus cum Epiſcopi iudicio ſatisfecerit Eccleſiæ pro iniuria illata. Si tamen oſſa hæretici non poſſunt diſcerni ab oſſibus fideliũ, illa non exhumentur, nam vilis ſepultura non obeſt fidelibus nec ſpecioſa prodeſt impijs, d. c. ſacris. SOLIER.

a ¶ Præciſi.] Not. regulam quod præciſi dicuntur excommunicati ſuſpenſi, & interdicti fac. c. is cui de ſentent. excom. in 6 cle. eos. eo. Et not. quod eorum, qui nominantur quidam ſũt excommunicati ipſo iure, quidam veniunt excommunicandi per ſententiam iudicis, de quibus dicere non eſt hic locus, no. aliquid in c. fi. eo. plenius in c. tua nos de ſent. excom.

b ¶ Paganus.] Cap. Eccleſia. & cap. ſeq. de conſecr. diſt. 4.

c ¶ Exercuit.] Cap. quia in omnibus de vſuris.

d ¶ Conſciuerunt.] 23. q. 5 c. placuit, & c. ex parte, eo.

e ¶ Iniecerunt.] Cap. fin. eo. vbi & de inceſtis, & de eccleſiarum violatoribus, & de homicidis.

f ¶ Blaſphemi.] Cap. ſtatuimus de maledi.

g ¶ Pro manifeſtis.] Cap. fin. eod.

h ¶ Exhumari.] Quod poterit facere epiſcopus ſua auctoritate etiã in locis exemptis, vt per Ab. in c. ſacris in fi. eo. aliàs effodientes ſepulturas incurrunt ſacrilegium, vt per Ab. in c. ad hæc de auct. & vſu. pal. & ſpolians cadauer, vel aliter ei iniuriam inferens vltra alias pœnas faciunt iacturam legitimæ, ſi ſint perſonæ quib. legitima debeatur, & omnium ſibi à defuncto relictorum Rom. conſ. 185 & per Ant. & Franc. in d. c. ad hæc.

i ¶ Procul.] In tanta diſtantia quod voces clericorum cantantium non poſſint inde exaudiri, argument. cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ. & per Ab. in cap. ſacris eod.

K ¶ Excommunicatorum.] Intellige etiam de excommunicatis minori excommunicatione, vt habetur in clem. 1 eod. & per Innoc. in cap. ſacris, eod. & commun. Doct.

l ¶ Non erunt.] Not. quomodo ratione dubietatis aliquid admittitur, quod alias non admitteretur, 11 quæſt. 3 nolite, & 13. quæſt. 2 c. ſi æſtimemus & ff. de adim. leg. l. 3 § ſi duobus. Idem contingit ratione connexitatis, 14 q. 5 c. denique, & diſtinctione, 81 cap. cum omnibus, & ff de ſol. l. ſi alieni, & ff. de minor. l. etiam. Idem ratione difficilis ſeparationis, ff de neg. geſtis, l. cum actum, & ff. de adm. tuto. l. tutorem qui tutelam. Idem ratione difficilis probationis, l. duo ſunt Titij, ff de teſta. tutel. Argu. contra de pœnit. diſt. 5. & ff ad leg. Aquil. l. ita vulneratus, & l. cum ex pluribus, ff. de manu. teſta. & not. in c. ſacris, eod.

Non dubietatis, & connexitatis.

m ¶ Improbis.] Sic ergo non poteſt puniri malus quin etiam bonus puniatur, potius eſt tolerandus malus, quam bonus puniendus, l. abſentem, ff de pœn. & 23 quæſt. 4 cap. quam magnum. Et fac. hoc ad q. de fratribus habentibus domum communem pro indiuiſo, quod propter partem innocentis pars delinquentis deſtruꝰ nõ debeat. Sed contra facit capit. ſed è contrario. de pœn. diſt. 2 vbi ob delictum Sodomitarum fuerunt combuſtæ quædam vicinæ ciuitates. De hoc vide quod ibidẽ not. & per Bart. in l. Atteius ff. de aqua plu. ar. & per Doc. in l. & ſeuerier. C. de his qui not. infam. & per Abb. & alios in cap. ſacris, eod. & quod hic, & in d. cap. ſacris, dicitur, quod improbis ſpecioſa ſepultura non prodeſt, ſecundum Abba. ibi dic quod immo nocet, & facit cap. quibus cum ſeq. 13 qu. 2.

Malus potius tolerandus, quã bonus puniendus.

n ¶ Tempore.] Quo tempore eſt interdicta Eccleſiaſtica ſepultura, capit. quod in te de pœnit. & remiſſion. & capitulo, vt priuilegia de priuileg.

o ¶ Auſus fuerit.] Scilicet ſcienter, vt in Clement. 1 de ſepult. cum ibi alleg. Sed an quod hic dicitur militet in portantibus ad ſepulturam ſi non tamen ſepelientibus, an in concomitantibus eos, in fodientibus, fabricantibus, vel ſepulchrum aperientibus, an in prælatis, ſacerdotibus, & miniſtris, qui non prohibent, ſed pa-

tiuntur, an in his qui portant ante cæreos Crucem, & similia? Respondeo hæc dubia potius principis declarationem exposcunt, quam interpretantis opinionum, vide glos. in clem. 1 eod.

a ¶ Ipso facto.) Not. casum, in quo quis ipso facto excommunicatus, alij not. in clem. 1. de sent. excom.

Quod dicitur de concessione vni⁹ sacramenti, & de cæteris est intelligendum.

b ¶ Eis, quibus.] Sed qui erunt hi? Respond. vt not. in clem. 1 eod.

c ¶ In articulo mortis.] Quo tempore absolui poterit per sacerdotem à vinculo excommunicationis etiam in casibus Papæ reseruatis, Ab. & alij in c. fi. eod.

d ¶ Legitimè.] Secundum formam ca. ex tenore, & c. cum desideres de sent. excommu.

e ¶ Et alia.] Argum. quod cui conceditur vnum sacramentum vel negatur, & alia intelliguntur negata, vel concessa, fac. cap. ad eius dist. 5 & c. illud, dist. 95 & 23 qu. 2 cap. fin. sed contra de torneam. cap. 1. & de raptor. cap. super eo. vbi licèt concedatur pœnitentiæ sacramentum, & Eucharistiæ Ecclesiastica tamen sepultura denegatur: sed illud fit ad terrorem aliorum, vt not. in cap. fin eod.

f ¶ Hæredes tamen.] Not. limitationem ad c. ex parte 1. de verb. signif. vbi excommunicatus pro manifesta offensa non debet absolui, nisi prius satisfaciat, nam hoc non habet locum, si quis sit in extremis, vt hic, & cap. fi. eo. Idem putat Ab. si satisfactio longum exigat tractatum, cap. quæstionis, de appel. vbi plenè per Ab. fac. cap. qui recedunt. 22 quæstion. septima. Item not. ex hoc §. vnam differentiam inter ius canonicum, & ius ciuile: quia de iure canonico hæres indistinctè tenetur pro delicto defuncti, secus de iure ciuili quod tamen quomodo procedat, latissimè per Ab. in dic. cap. fin.

Qualiter hæres teneatur pro delicto defuncti remissiuè.

ipso facto, a excommunicationis, sententiam incurret, à qua nisi prius ad arbitrium diœcesani Episcopi eis, quibus b iniuria irrogata fuerit, satisfactionem competentem exhibuerit, absolui non poterit, nec vllum circa præmissa contra facientibus priuilegium suffragabitur.

Reconciliati, licèt alioqui Ecclesiasticæ sepulturæ non essent tradendi post reconciliationem tradi poterunt. h. d.

Sed hæc de illis intelligenda sunt qui impœnitentes decesserint, nec in articulo, c saltem mortis, Ecclesiæ reconciliati fuerint. Nam si, dum forsitan in extremis agerent, legitimè d absoluti fuerint, cœmeterium his, & alia e Ecclesiastica suffragia denegari non debent: hæredes tamen, f & propinqui, ad quos ipsorum bona peruenerint, g vt pro eisdem satisfaciant, si casus exigat, Ecclesiastica sunt censura compellendi. h

Cadauera punitorum pœnitentium sunt tradenda sepulturæ Ecclesiasticæ. h. d.

Ex his apparet eorum cadauera, qui post confessionem, i Deo peractam, pro sceleribus suis in patibulis suspenduntur, ad Ecclesiam esse deferenda, & oblationes pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis suis pœnam extremam soluerint, & dignè pœnituerint, non iudicat Deus bis idipsum. k

Deprehensi in scelere, & vulnerati, si confessi ex vulneribus mortui fuerint, item improuiso casu oppressi, non priuantur Ecclesiastica sepultura. h. d.

Quin etiam si dum in scelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & sacerdoti post modum confessi ex vulneribus acceptis decesserint, communio eis minimè denegabitur, l quamqnam, si dum seipsos defendunt, interfecti fuerint, aliud m sit statuendum.

h ¶ Compellendi.] Scilicet si decessit pœnitens: aliàs si impœnitens, Ecclesia se non impedit super ista satisfactione, & defuncti exoneratione, vt per Ab. in capitul. à nobis 2 de sentent. excomm. Ecclesia in vltimo. not. Et nota hic causam generalem, in quo Ecclesia exercet iurisdictionem in laicos, videlicet cópellendo hæredes ad satisfaciendum pro defuncto, vt per Abbat. in dicto capitul. à nobis, & in capitul. fin. eod.

Super satisfactione impedit.

i ¶ Post confessionem.] Et Eucharistiam sumptam: quia si petant non est deneganda clement. prima, de pœnitent. & remission. Sed quæri consueuit, quare liberetur ille, qui fugit ad Ecclesiam, & non ille, qui recipit corpus Christi, cum tamen Eucharistia multum præstet Ecclesiæ? Respond. quia corpus Christi cibus est animæ non corporis: ergo animam liberat non corpus. Vel die, quod cum hoc sit priuilegium Ecclesiæ Christi ad consequentiam trahi non debet, vt 12 quæstione quarta, capitul. sicut. Vel die quod etiã corpus Christi aliquando liberat; puta, si dulectus ad patibulum fiat obius sacerdoti deferenti sacramentum, secundum quosdam.

Corpus Christi an liberet eum qui ducitur ad patibulum.

k ¶ Bis idipsum.] Immo videtur contra: quia delictum punitum in foro pœnitentiali punitur in contentioso, & è contra, vt per Abb. in capitul. fin. eod. Item punitus per iudicem Ecclesiasticum punitur per sæcularem Doct. in capitul. primo, & in capitulat. si clerici de iud. & in capitul. tuæ. de procur. & per Abb. in capit. cum in cunctis, §. final. de elect. Solu. quod hic bis puniretur in eodem foro, scilicet pœnitentiali, & Ecclesiastico. Vel sol. ex his, quæ ponuntur per Doct. in capitul. cum sit, de for. competent. & in alijs locis supra allegatis.

l ¶ Denegabitur.] Capitul. fures, cum sequ. 13 quæstione secunda.

m ¶ Aliud.] Fac. capitul. ex parte 2 eod. & 24 quæst. 5. capit. de occidendis.

a ¶ Impro-

Is autem quem casus improuisus [a] opprimit si nihil aliud obsistat, Ecclesiastica sepultura non arcebitur.

Pro sepultura non possunt clerici aliquid exigere, nec consuetudo in contrarium valet, possunt tamen sponte oblatum accipere. h.d.

Illud etiam atque etiam [b] admonendi sumus, sacris canonibus penitus interdici, ne quis terram pro sepulchro [c] vendere aut pro hominibus sepeliendis quoquo modo munera exigere audeat * nisi forté sepeliendus, Ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur aliquid viuens tradi iusserit, [d] aut post mortem ipsius parentes, proximi, vel hæres pro luminaribus, vel eleemosyna aliquid vltro dare voluerit, quo casu sponte oblatum licitè recipi poterit: peti verò vel aliquid exigi est omninò vetitum; ne aut venalis dicatur Ecclesia, aut clerici hominum interitu gaudere videantur, si ex illorum cadaueribus studeant habere compendium: [e] nec obtentu cuiusquam consuetudinis, [f] nisi pia, &

a ¶ Improuisus.] Not. quod decedens sine confessione exteriori in extremo vitæ facta debet sepeliri in cœmeterio Ecclesiæ, ex quo confessionem non contempsit: sed est morte præuentus, non est præsumendum quod decesserit in peccato mortali, cùm quilibet præsumatur bonus, nisi tamen per annum confessionem contempsisset, iuxta formam capitul. omnis, de penitent. & remiss. & sic not. quod quis sepeliendus est in cœmeterio sine aliquo Sacramento, quod putat notandum Ab. in c. ex parte eod.

Illud etiam CASVS. Fuit inducta consuetudo ferè in qualibet diœcesi, vt pro sepultura aliquid, detur & accipiatur, sed cum postea quidam fideles nolebãt quod tali consuetudine eratin troductum amplius soluere, sub prætextu quod erat illicita: fuit propterea dubitatũ an possent ad id cogi, ea ratione quod consuetudo cum sit ius capitul. consuetudo distinctione prima Ideo debet omninò obseruari capitul. in his. distinct. vndecima accedit etiã quod illud soluebatur pro loco sepulturæ, qua de re nihil mali videbatur inde oriri? Solu. tamen vt hic habetur ob rationẽ & hic, & in text. assignatam, nec obstat consuetudinẽ esse ius, quia hoc non verificatur de qualibet consuetudine, sed intelligitur iuxta capitul. fin. de consuetud. licèt autem illud soluebatur pro loco, & terra, locus tamen iste erat sacer, ideo non est in commercio institut. de inutili stipulat. in princip. seu §1 Not. primò, quod dare, accipere cum ob diuersũ finem contingat, idem à fine cognoscitur, & distinguitur. Nota secundò quod exigere præsupponit obligationem, at accipere proprie aliquando obligationem, & aliquando liberalitatem: Not. 3 consuetudinem piam, & rationabilem esse seruandam, secus aliam, facit cap. fi. de consuetud. hinc. intelligimus, quando quis consuetudine excusetur.

b ¶ Etiam atque etiam.] Et sæpè ac sæpius, & vtitur hac verborum inculcatione: quia distinctissimè, ac sæpissimè quod hic dicitur à iure prohibetur, vt apparet, 12 quæstion. secunda, capitul. quæsta, cum pluribus sequ. in capitul. abolendæ, eodem capitul. non tatis & capitul. ad Apostolicam, de simon. & alibi sæpè, licèt tam multæ prohibitiones, ob auiditatem sacerdotum malè seruentur.

c ¶ Terram pro sepulchro.] Intellige secundum gloss. & Doct. in capitul. abolendæ eodem de terra loco tam religioso, & cœmeteriato, qui cum saltem, large accipiendo sit sacer, non est mirum, si pro eo nõ potest aliquid accipi, cæterum si sit locus merè purus & priuatus: tunc proculdubio poterit vendi etiam quod fiat cœmeterium, vel Ecclesia 12 quæstion. secunda, capitul. aurum nemo enim de suo beneficium facere cogitur, 16 quæstion. secunda, capitul. præcarie est & alius casus, quando locus est religiosus inspecto solo iure ciuili illatione cadaueris, de quo latè per Doctores in capitulo abolendæ. eodem.

Terra pro sepul.

* Exigere audeat.] Huiusmodi enim exactiones prohibitæ sunt cuiuscumque consuetudinis prætextu. cap. non satis, cap. cum in Ecclesia de simon. ca. abolendæ de sepult. quod & plenius refertur in quinta compilatione decretalium, vbi Honorio 3 tribuitur, licet in Gregoriana perperam & malè prædecessori Innocentio adscribatur, vt in notis ad hunc titulum de sepult. obseruat, eruditissimus & claræ famiiæ vir D. Innocentius Cironius Eccles. & Academiæ Tolosanæ, dũ viueret Cancellarius: quia inquit Gregoius l. 7 epist. 4 & 55 turpe est de terra putredini concessa pretium quærere, quod repetitur in capitular. Caroli Calui, tit. 6 cap. vlt. approbat tamen circa hoc laudabiles consuetudines capitulum ad apostolicã eod. tit. & ex his quodammodò inter se pugnantibus dispositionibus emanarunt in Gallia nostra duæ Regiæ constitutiones, vna in Comitiis Aurelian. lata, quâ prohibetur quic quam pro loco sepulturæ & exequiis mortuorum exigere: altera in Comittiis Blesensibus, qui quantum ad laudabilem consuetudinem, Aurelianensem illã corrigit & emendat, Papon. lib. 1 dec. lit. 3 ar. 57 Chop. de sacra polit. lib. 2 tit. 7 nu. 10.

d ¶ Iusserit.] Capitul. abolendæ, eodem sed quæritur; an fortè intuitu huius præstationis, vel ex simili causa possit quis habere sepulturam in Ecclesia, hoc est aliquod ius in persona sua, suorumque hæredum radicatum? Respondeo, respectu proprietatis non est dubium, quod non, cum locus sit sacer, vel religiosus, qui non est in commercio, Abba. in capitul. quanto: de iudi. sed benè secundam quosdam habet ius sepeliendi adeo, vt nemo possit ibi eo inuito. sepeliri, nisi in casu necessitatis, secundum Vicen. Sed melior videtur opinio quod laicus inuito Episcopo nõ possit aliquid iuris acquirere, & potest Episcopus concedere quod vnus sepeliatur in sepulchro alterius, vt per Archiepis. in capit. præcipiendum, 3 quæstion. secunda & si aliter videatur se habere consuetudo, hoc est potius exquadam tolerantia, vt per Ab. in capitul. primo capitul. abolendæ eodem.

e ¶ Compendium.] Sic 13 quæstione secunda capite quæstar.

f ¶ Consuetudinis.] Facit capitul. abolendæ, eodem, & capitul. quando, & capitul. dilectus & capitul. Ad apostolicam, & capitul. ad Apostolicam,

tuaquã ndoven di posit.

& capit. non satis, de simonia, & de viribus huius cõsuetudinis latissimè per Ab. in dict. capitul. ad Apostolicam, & in capitul. suam de simonia-

a ¶ Nisi pia, & laudabilis.] Quo casu laici ab Episcopo compelli poterunt illam seruare, vt habetur in capitul. abolendæ, eod. & in capit. Apostolicam. de simonia, & sic no. aliũ casum in hac materia, in quo Episcopus habet iurisdictionem in laicos vltra casum, § sed hæc de illis, supr. eo. Sed quomodo potest hoc, procedere, cum ex iisquæ sunt meræ facultatis, vel ex datione annua gratis facta non iudicatur aliqua consuetudo, vel prescriptio, vt not. & legitur in l. 1 C. de seruit. & aqua & per Bartol. in l. cum de in rem verso. ff de vsuris Ioann. Andr. in capitul. Ioannes de cler. coniug. Innocent. in capit. bonæ 2 de postulat. prælat. & late per Ab. in capit. suam, de simonia Hoc putatur fortissimum contrarium, & tribus modis respondet Ab. in dict capitul. suam, & demum videtur in hoc residere, quod contrarium non procedat fauere Ecclesiæ Sed cuius erit iudicium, an hæc consuetudo sit laudabilis? Respondeo, Episcopi. Ab. in dict. capit. ad Apostolicam, vbi ratio non etiam assignat. & in tantum seruanda erit hæc laudabilis consuetudo, vt non possit per contrarium statutum laicorum tolli, vt per Ab. in dict. capit. abolendæ post Bartol. in l. primilegia. C. de sacrosanct. Eccles. ex quo infertur, quod, Senenses nõ possunt per statutum tollere quo minus fiat oblatio fieri solita in Assumptione B. Mariæ.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti, § ponit. author. quod clerici non possunt exigere aliquid pro sepultura, nec consuetudo in contrarium valet, licèt pene possint ablatum sponte recipere Not. ex isto § quod de iure communi nihil recipi potest pro exequijs, & iure sepulturæ, si exigeretur aliquid committeretur simonia cum enim sepultura sit res sacra, vtique recipere pretium ex re sacra simoniacum est, vt tot. titul. de simonia diximus, & in proprijs terminis probat tex. in capitul. ad Apostolicam de simonia.

Verum cõsuetudine introductum est, vt possit aliquid recipi pro exequijs defunctorum, & consuetudo dicitur rationalis, & laudabilis quia non ratione sepulturæ vt est quid spirituale sed ratione laboris in celebrandis exequijs soluitur, & dum alicubi adest talis consuetudo licito Iure á Iudice Ecclesiastico compelluntur ad illius obseruantiam ita text. in dict. capitul. ad Apostolicam gloss. in c. abulendæ in verb. exigere de sepulturis, & ego dixi in resolut. 566 in prax. de sepulturis, vbi plura commulaui.

Tamen ad hanc consuetudinem introducendam infra scriptas conditiones exposcunt DD. vt post alios notat. Tusch. conclus. 192 nu. 11 Primo vt Parrochiani gratis soluant, & sic initium habeat à gratitudine. Secundò, vt sponte, & liberaliter soluant ex eadem ratione Tertiò vt soluatur pure, & simpliciter nulla pactione præcedente nám Sacramenta debent purè administrari antequam aliquid temporale, vel spes illius habeatur, & pactum tale esset simoniacum, & consequenter dicitur ad hanc consuetudinem introducendam. Quartò vt solutũ sit certum arbitrio parrochianorum, non arb. recipere debentis sic enim implicitè includeret pactum simoniachum, & Quintò, vt totus populus, vel maior pars ipsius tali modo consuetudine vtatur, vt authores citati prosequuntur, & successiuè dum habet has qualitates cognũtur postea fideles ad eius obseruãtiã quod prosequitur latius Gratianus, cap. 210 nu. 23 & sequ.

Et ex his sequitur vexationem esse, & iniustitiam parrochorũ alterare huiusmodi laudabilem consuetudinem, cogendo fideles, ad soluendum plus consueto, & consequenter ad restitutionem tenerentur; quia exactum esset contra Iustitiam eum eatenus iustificetur exactio quatenus consuetudo, cohonestatur prædictis requisitis itaque debent prælati circa prædicta, satis esse vigilantes, vt etiam euitentur scandala, multoties enim Parrochi sunt admodũ segnes in administrandi sacramentis, & peruigiles Immo voraces circa exactionem expensarum funeris, & hæc sint satis dicta ad materiam huius titul.

laudabilis [a] fuerit, reatum suum quis excusare poterit.

DE CANONICA portione. [b]

TIT. XXV.

Quid sit canonica portio: & quod est duplex parrochialis, & episcopalis. h. d.

Canonica portio [c] est, quæ de relictis [d]

DE CANONICA PORTIONE.

COntinuatur tit. iste per glo. rubric. diuiditur autem in tres partes, in prima habetur quid, & quotuplex sit portio ista in secunda explicantur species eius: in tertia ad not. quid habeant commune: secunda ibi, parrochialis: tertia ibi, item de quibus. *Io. Bap.*

CAnonica portion. CASVS. non figuratur: Not. tamen primo quod sicut de legatis sæcularibus detrahitur Falcidia, ita de legatis pijs detrahitur portio ista: Not. secundo causam distinct. illam esse quia salus fidelium commissa est Episcopo, & parrocho ideo eis portio ista debetur. *Io. Bap.*

b ¶ Portione.] Dictum est supra de sepulchris, quæ regulariter & de iure communi debent fieri in parrochialibus ecclesijs: sed cum contingat sæpè laicos post habita parrochiali ecclesia in alia sibi sepulturam eligere, quo casu parrochialis detrahit quartam de relictis ecclesiæ in qua quis eligit sepeliri, meritò, post dictum de sepulturis, venit dicendum de portione canonica, quæ detrahitur occasione sepulturæ, & quia canonica parrochialis est in multis similis episcopali, ideo in eodem titulo tractat de vtraque.

c ¶ Portio.] Sed quota est hæc portio? videtur quod sit dimidia vt 10 q. 1 ca. antiquos, & cap. 2 de sepult. Immo videtur tertia portio vt in cap. de his, & cap. decernimus. 13 q. 1 & 16 quæst. 1 cap. constitutus & d. cap. 2 Immo videtur quarta 12 q. 2 ca. Vulterana, & cap. conquerente de offic. ordin. & ca. cum super, de sepul. & hoc magis communiter tenetur, vt per Ab. in ca. requisisti de testam. & per Pet. de peru. tractatu de canonica episcopali, cap. 2 & in eod. tractatu cum tractat de parrochiali, capit. 5 incipiente Venio ad quintum, consuetudo tamen potest illam augere vt in cap. certificari, de sepult.

d ¶ Relictis.] Hoc verbum respicit ea, quæ dantur per viam vltimæ voluntatis, l. 1 in fin. ff de tab. exhib. qui text. mihi hoc numquam probauit, cum ibi fiat vis in tempore præterito: non in qualitate & natura verbi: vnde fortè non est commu. opi. de isto verbo per l. hoc sermone, ff si liber in gen. esse dicatur.

& prouentibus Ecclesiis obuenientibus [a] detrahitur, & Prælatis [b] debetur. Est autem duplex, Parrochialis, & Episcopalis * Parrochialis est, quæ Parrochiali Ecclesiæ, vel ipsius Curato, & Rectori debetur.

a ¶ Obuenientibus.] etiam alia via, quam vltimæ voluntatis, c. de his de sepult. & infr. eod.

b ¶ Prælatis.] Accipe hoc verbum largè, vt comprehendat etiam Rectorem, & Curatum Parrochialis Ecclesiæ, iuxta ea, quæ ponit Abbas, in capite de multa, de præb. & in cap. requisisti, de testa. & in cap. 2 de iud.

* Episcopalis.] Triplex à iure assignatur quarta Episcopis in Ecclesijs inferioribus, quæ ideo Canonica portio appellatur, videlicet Oblationum. Decimationum, & Mortuariorum; quia olim omnia bona Ecclesiarum in potestate Episcopi fuerunt quarum redditus, & obuentiones quascumque sine vlla differentia in quatuor partes distribuere debebat vna sibi retenta, Can. vobis, & seq. 12 qu. 2. In Hispania tamen tres tantum partes fieri solebant quarum tertia dabatur Episcopo, Can. vlt. 12. q. 3 Can. decernimus 10. q. 1. In Gallia fuit alia diuisio nam ibi dimidia oblationum Ecclesiæ Cathedralis pars Episcopo tribuebatur, altera dimidia clero, alij vero redditus in Episcoporum potestate remanebant ex Concilio Aurelianensi primo, capite 16 & 17 diuidenda prisco more, id est in quatuor partes, vt interpretatur Bengeus de Benef. cap. de censibus, § 2. ex Ecclesiarum vero Parrochialium oblationibus tertiam partem Episcopis seruari præcipit d. cap. 17. in cæteris autem bonis antiquorum Canonum statuta seruari iubet scilicet vt diuidantur in quatuor partes. Sed paulatim, auctis Episcopatuum redditibus, Ecclesiæ ab illa parte oblationum Episcopo tribuenda immunes factæ sunt iussis Episcopis in reparationem Ecclesiarum eam relinquere, Can. placuit cum duobus seqq. 10 q. 3 ita vt hodie oblationes censeantur esse de iure Parrochialium Ecclesiarum tantum licet in quibusdam Ecclesiis diuidantur inter Parrochum, & Ædituos, siue Matricularies, Chop. de Sacra Polit. lib. tertio. titul. 4. numero nono. De 4. decim. dicetur tit. seq. Mortuariorum verò, id est eorum quæ quis pro anno in vltima voluntate reliquit, certa pars debetur Episcopo pro consuetudine cuiusque Ecclesiæ modo tertia, modo quarta, siue Ecclesiis, siue Monasteriis reliquerit, cap. conquerente de offic. Ordin. cap. Officijs, capite requisisti de testam. Presbyteris autem Parrochialibus quarta huiusmodi præstanda est de omnibus obuentionibus, & quibuscumque relictis ad quoscumque vsus, Clem. dudum de sepult. etiamsi Canonica illa portio de illis præstari non consueuit de quibus habetur in capite vltim. de testam. hæc tamen Canonica portio Parrocho debita, de consuetudine ad ea sola extenditur, quæ cum funere deferuntur vt obseruat. Francisc. Fortius ad decisiones Franciscí Stephani Aquensis Præsidis, decis. 45. Imò apud nos penitus sublatam per desuetudinem ait Episcopalem & Parrochialem portionem Vrbanus ab ascensione in suis Instit. Iuris Canonici, parte 3. cap. 13. quod tamen de Parrochiali quoad funeralia verum non est vt vsus docet. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro terminorum intelligentia videnda sunt primò, quid sit Canonica portio Parrochialis, secundò, cur ita vocetur tertiò, qualiter taxetur quartò, in quibus casib* nõ soluatur.

Quo ad primum quarta Parrochialis est, quæ debetur, Ecclesiæ Parrochiali, de omnibus relictis pro funere, & sepultura ab illis, qui extra Parrochiam sepeliuntur, vt habetur per Bald. cons. 236. lib. 2. Feder. de Sent. Bart. aliosque probat Tuscus in verbo quarta funerum, colum. 22 nempè ad exemplum legitimæ, quæ debetur filiis in bonis parentum, quia Ecclesia æquiparatur filio. Secundò ad exemplum legitimæ quæ debetur parentibus in bonis liberorum, quia Ecclesia æquiparatur matri, & successiuè dum filij alibi eligunt sepulturam hæc quarta debetur Ecclesiæ Parrochiali. Tertiò ratione onerum, quæ Parrochialis Ecclesia subsstinet in administratione Sacramentorum, & filij, seu Parrochiani dicuntur illi quodammodo iniuriam facere, eligendo sibi alibi sepulturam, & ad compensationem iniuriæ, & oneris soluitur illi hæc quarta, & aliæ rationes videri possunt apud Tusch. d. conclus. 22.

Quo ad secundum respondetur per tex. in capite de his, & capite decernimus 10. quæstione prima, Clement. dudum de sepult. vbi omnes, & patet ex terminis, nam Canonicum dicitur, quod est secundum regulam sacrorum Canonum; & quia sacri Canones introduxerunt quartam Parrochialem, in beneficium Episcopi, ideò vocatur portio Canonica, & sic adsunt tractatus Lapi, Petri Perusini, & aliorum recentiorum de Canonica quarta portione, vt etiam notat Azor part. 2 instit. Moral. lib. 9 capite 12 quæstione prima, Megal. 2 institut. libro secundo, capite decimo quarto.

Quo ad tertium taxatur autem huiusmodi quarta, nempè iuxta consuetudinem loci nam alicubi est dimidia, alicubi tertia, alibi verò est quarta pars talium relictorum, vel funeralium capite certificari de sepulturis, & consequenter laudabilis consuetudo seruanda est, vt omnes docent, & est notum ex terminis. Si verò talis consuetudo ibi non adesset tunc attenditur consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ, & si hæc non appareat seruanda est consuetudo vicinarum Ecclesiarum, quæ si varia fuerit attenditur ius commune, vt quarta pars relicti soluatur: nam idcircò vocatur quarta, vt ex text. in capite in nostra de sepultu. probant Innoc. in capite requisisti de testament. Archid. & alij quos Azor d. capite duodecimo, quæstione secunda, Bald. cons. 270 lib. 4 Tusch. in verb. quarta funerum conclus. 28. num. 10.

Quo ad quartum referemus aliqua dubia resoluta per Rotam Romanam in anno 1586. die 5 Martij contra Episcopum Syraculanum, vt per Seraph. decis. 726. quam decisionem ad verbum refert. Quaranta in compend. Bullar. in verb. quarta Episcopalis, & varij Auctores referuntur, sed per ordinem casus prædictos explicabimus prout in dictis responsionibus continentur.

Primò igitur non debetur quarta Parrochialis quoties ex priuilegio essent exemptæ aliquæ Ecclesiæ ratio est euidens, quia priuilegium facit illas immunes, vt in c. in nostra de sepult. Clem. dudum eodem titul. cum aliis cumulatis per Megal. dict. lib. 3 capite 13 num. 11 per Azor dict. c. 12 & 13 quod priuilegium nos habemus, & plures aliæ religiones, & notanda est infrascripta decis. quæ in nostri beneficium fuit facta in anno 1618 videlicet R. P. D. Decano Licensi quartæ funeralium Lunæ 15 Ianuarij 1618.

Domini censuerunt Monasterium Clericorum Regularium non teneri ad solutionem quartæ funeralium Reuerendissimo Episcopo nam & si de iure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel Parrochum

Clem. dadum de sepult. c. 1 & 4 cum aliis eod. tit. c. cum quis parter eod. tit. in 6 attamen secus est quando Monasterium eximitur à dicta solutione ad text. in cap. priuilegia dist. 3 cap. in nostra de sepult. in casu autem, de quo agitur nedum prædictum Monasterium, sed etiam tota religio est exempta à solutione prædict. quartæ funeralium cum Paulus IV. & Gregorius XIII. dictis Clericis Regularibus communicauerint omnia priuilegia alijs Regularibus concessa, quare censentur etiam communicata priuilegia eximentia à dict. solutione quartæ inter quæ adest priuilegium Iulij II. concessum Minimis de anno 1566. & aliud eiusdem Pontificis concessum Minoribus de Obseruantia anno 1511 sui Pontificatus 8. & aliud Pauli III. concessum Minoribus anno 1544. & postremò aliud Pauli IV. concessum Ordinis Prædicatorum anno 1556 quæ per extensum refert Archangelus Carocia de quarta funeralium cap. 1.

Neque obstat Concilium Tridentinum sess. 25. c. 13 de reformat. quia cum istud Monasterium sit fundatum post publicationem Concilij, & quatenus esset fundatum ante, cum non esset solitum soluere dictam quartam, Concilium ei non obstat, vt declarauit Sanctissimus Pontifex Pius V. in sua Constitutione de anno 1567. quam refert Archangelus Carocia loco citato Guttier. de iuramento confirmatorio 2 par. cap. 4 n. 3. Emanuel. Rodriq. in qq. Regular. tom. 1 quæst. 41 art. 2 & ita etiam resoluit Congregatio Illustrissimorum interpretum, vt refert Rodriq. loco prædicto.

Quod autem hoc Monasterium fuerit fundatum post confirmationem Concilij, ex eo probatur quia Concilium fuit confirmatum die 27 Ianuarij 1564. Religio autem Clericorum Regularium fuit confirmata à Clemente VII. die 24 Iunij 1524 vnde per necesse inferendum est, quod hoc Monasterium sit fundatum intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus esset fundatum extra dictos quadraginta annos non probatur, quod esset solitum soluere quartam funeralium.

Neque est verum quod prædicta Constitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregorium XIII. vt in ejus Bulla, quam refert. Nauar. in Manual. c. 27 in fin. quia cum dicta Bulla Pij V. plura contineret per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt censuit Congregatio Illustrissimorum interpretum, vt refert Carocia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert, ipsam declarationem, & benè aduertit Guttier. loco citato.

Et ita fuit resolutum vna parte tantum informante verba Concilij, de quibus fit mentio in dicta decisione sicut huiusmodi decernit Sancta Synodus, vt quibuscunque in locis iam ante annos quadraginta quarta, quæ funeralium dicitur Cathedrali, aut Parrochiali Ecclesiæ solita esset solui ac postea fuerit ex quocunque priuilegio alijs Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscunque locis pijs concessa eadem posthac integro iure eadem portione, quæ antea soluebat Cathedrali, seu Parrochiali Ecclesiæ persoluatur non obstantibus concessionibus gratijs priuilegijs Mari Magno nuncupatis aut alijs quibuscunque.

Virtute eiusdem priuilegij non soluitur quarta de candelis quæ ad manus deferuntur sunt enim propriæ illorum quibus dantur, vt ex dictis priuilegijs constat, & post Ioan. Baptist. confect. notat. Megal. d. capite 13. numer. 12 vbi num. 15 post Couarr. in capite vltim. de testament. Rodriq. tom. 1. qq. Regul. quæst. 39 art. 2. & alios notat, hoc idem procedere de cereis, seu candelis, quæ non deferuntur cum cadauere, sed prius mittuntur ad Ecclesias Regularium, vt nullo modo ex illis debeatur quarta non solum ratione talium Priuilegiorum, sed quia ita se habet antiqua consuetudo, quâ interpretatur leges, & successiuè sic seruanda est, prout magis patebit ex dicendis in vltima responsione.

Secundò non debetur quarta Parrochialis de donatis in vita etiam si postea testator in illo loco pio, cui fecit donationem sepeliatur, vt est tex. in capite de his, § si verò de sepultur. vt idem est quoties in testamento talem donationem irreuocabilem fecisset testator huiusmodi loco pio, nam etiam in testamento potest fieri donatio inter viuos, ex qua non deberetur quarta sicut non deduceretur Falcidia, vt post Oldrad. cons. 114 numero secundo, probat Megal. dict. capite 13. numero 30. cum alijs cumulatis per Tusch. in verb. quarta conclusione vigesima septima, numero quadragesimo, & quadragesimo primo.

Hoc idem procedit sine vera esset legatum, vel donatio causa mortis, sed testator adhuc viuens adimpleuit promissum, hæc enim transiret in donationem inter viuos, vt post gloss. in l. legatum ff de legat. 2 notat. Sylu. in verb. Canonica portio, quæst. 9 Azor. dicto libro nono, capitul. 13 quæstione quarta, in 2 cas. Oldrad. consil. 225 Bal. & Fulgos. quos probat. Tusch. dict. conclus. 27 numero quadragesimo, & licet Panorm. & Cardinal. pœnes Sylvest. loco citato teneant oppositum, intelliguntur quoties post mortem testator s transiret dominium illorum bonorum in Ecclesiam, non autem si in vita.

Si verò inueniretur facta donatio simpliciter, nec constaret esse causa mortis, vel inter viuos, nec resoluitur quæstio ex discussis tract. 12 capite decimo septimo, si enim sit in illa facta mentio mortis, vt dominium, & possessio bonorum transeat, in donatarium post mortem donantis tunc est donatio causa mortis, & ex illa debetur Falcidia, & consequenter hæc quarta, secus si constet oppositum quod scilicet donatio effectum sortiatur inter viuos, saltem quo ad dominium, quamuis possessio capiatur post mortem, tunc enim est donatio inter viuos, vt text. in l. Seia. § final. ff donatio causa mortis vbi gloss. & Bart. post Dyn. Bal. Alexand. Couarr. & alios probat Megal. dicto capite decimo tertio, numero vigesimo nono, & patet ex dictis num. præced. itaque ex verbis donationis colligitur an sit donatio inter viuos, vel causa mortis.

Ampliatur etiam procedere quoties aliquis elegisset sibi sepulturam in aliquo loco, & postea benè valens obtulit se, & bona sua tali loco, vel in illo professionem emisit, tunc enim definit esse Parrochianus alterius Ecclesiæ ex reg. text. in capit. beneficium de regular. & transeunt ad Relig. in 6 & consequenter de bonis suis nihil Parrochiæ debetur ita gloss. & Panorm. in cap. relatum de sepult. Ioan. Andr. Archid. & alij quos probant Tusch. d. conclus. 27 nu. 32 Azor. dict. capite decimo tertio, quæstione quarta, § tertius casus Megal. dicto lib. 2. capite decimo quarto, numero decimo quarto, & seq. vbi de quarta Episcopali etiam loquitur.

Est tamen quæstio si moriatur Nouitius intra annum Nouitiatus an debeatur quarta Parrochialis, & Innoc. affirmat, Panormitanus verò negat, sic etiam Sylvest. & alij quos probat Azor. d. q. 4 § quid si in Monasterium, & ratio vera est quia de bonis relictis causa sepulturæ, & funeris debetur quarta Parrochialis, sed per talem dedicationem si bona acquirantur Monasterio non intuitu sepulturæ acquiruntur, sed ex dedicatione etiam, quia verior est opinio, bona prædicta spectare aduenientes ab intestato si Nouitius expressè aliud non declarauerit, vt latius post alios probaui tom. 1 ad consuetud. Neapol. p. 4 quæst. 64. vbi in 2. vol. alios cumulaui.

Et hinc est etiam quod si aliquis declaret se pro alijs causis, quam pro sepultura relictum facere quamuis in illo loco sepeliatur, adhuc de tali relicto non deberetur quarta Parrochialis, quia non est causa funeris

relictum. Ita Innoc. in c. in noſtra nu. 4 de ſepultur. Tuſch. d. concl. 27 num. 33 & ſeq. vbi refert contrarium tenentes, qui intelliguntur quoties appareret cauſa funeris fuiſſe factũ, quia tunc præſumeretur in fraudem Parrochiæ, & deberetur illi quarta Parrochialis.

Si contingeret legatum fieri Religioſo, tunc ſi intuitu perſonæ relictum eſſet legatum, clarum eſt ex illo non deberi quartam Parrochialem cum nec etiam tunc eſſet legatũ pium vt patet ex dictis c. 5. nu. 154 & ſeq. ſecus ſi intuitu ſepulturæ legatum fieret Oldrad. conſ. 226 nu. 16 & conſ. 289 Feder. de Sen. Bal. Clar. nu. 35 & ſeq. qui ſic concordat diſſidentes opiniones, vt ſcilicet quarta debeatur quoties omninò legatũ ſolueretur in ius funeris, & tali intuitu eſſet relictum, vt nullo modo eſſet contemplata perſona legatarij, quando verò illius perſona eſſet contemplata nullo modo quarta debeatur.

Tertiò principaliter ſi legatum fieret Eccleſiæ, in qua non ſepelietur nec ſibi elegit ſepulturam. Clarum eſt ex illo legato non deberi quartam Parochialem, quia ceſſat ratio qua talis quarta fuit introducta ita gloſſ. in capite 1 de ſepulturis Hoſt. in cap. 2 eod. titul. Ioan. And. in cap. certificari eod. tit. Archid. in c. 2 eod. tit. in 6 Azor dict. cap. 13. q. 4 § quartus caſus Oldrad. Feder. de Sen. Gemin. Bald. quos probat. Tuſch. in dict. concluſ. 27 num. 50 vbi nu. 55 ex Doctrina Bartol. conſ. 236 lib. 2 idem probat, quoties per accidens poſtea ſepeliretur in tali Eccleſia cadauer legantis, quia attenditur quod principaliter fit, ex reg. text. in l. ſi quis nec cauſam vbi omnes, ff. ſi certum petatur.

Hoc idem procedit ſi in illo loco ſepulturam ſibi elegiſſet, ſed in ea ſepeliri non potuiſſet quia in hoc caſu reſoluitur relictum in alios vſus pios, vt venit ſi in illo loco mortuus non fuiſſet, ſed alibi. vt colligitur ex tex. in c. relatum de cler. non reſidentibus Feder. de Sen. conſ. 70 & Pet. de Peruſ. quos ſequitur Azor d. c. 13. quæſt. 4. § 8. caſus quando ſine culpa Eccleſiæ, in qua elegit ſepulturam, non potuit in ea ſepeliri.

Ampliatur primò, quando ad tempus eligeret ſibi ſepulturam in illo loco vnde transferatur aliò ad ſepulturam, quia interim ibi manet loco poſiti dum ceſſat ratio. quare hæc quarta fuerit introducta ceſſat etiam eius exactio, & probant Tuſch. dict. concluſ. 27 numero 56 Azor dict. quæſt. 4. §. decimus tertius Caſus.

Ampliatur ſecundò, quoties ſepeliretur in tali Eccleſia contra voluntatem eius, cuius eſt Eccleſia, veluti ſi tempore interdicti ſepeliretur in Eccleſia Regularium habentium priuilegium ſepeliendi, quia ceſſat ratio iniuriæ Eccleſiæ Parrochialis, & etiam ſucceſſiuè ceſſat exactio, vt poſt Feder. de Sen. concluſ. 119 Azor dicta. q. 4 § quintus caſus.

Ampliatur principaliter 3 non poteſt quartam Parochialis deduci ex relictis ad vſus pios priuilegiatos quæ habetur in cap. fin. de teſtament. & in Clemen. dudum § verum de ſepult. vbi communiter Doctores, vt poſt Calder. & alios notant Tuſch. dict. concluſ. 27 nu. 49. Megal. lib. 2 inſtit. conſ. lib. 2 cap. 13 n. 16 & ſeq. & alij recentiores, idem procedit de quarta Epiſc. prout ſunt iura manifeſta.

Quod attinet ad relicta pro celebratione Miſſarum, clarum eſt ex illis non deberi quartam Parrochialem, quia relinquuntur pro onere celebrandi tot Miſſas, an Epiſcop. talem quartam habere hoc explicatum eſt tract. 6. ca. 1. n. 36. & 37. vbi probatum eſt, quod non debeatur, vt patet ex dictis, & ſi talè Epiſcop. eſſet pauper, & ab initio erectus fuiſſet cum tali onere deducẽdi quartam ex Miſſis, vt ibi explicatum fuit Alex. conſ. 196. nu. 5. & ſeq. lib. 2. quem refert Tuſch. in verbo quarta concluſ. 28. num. 1. & 6 docet de relictis pro celebratione Miſſarũ Eccleſijs Fratrum Minorũ deberi quartam, intelligitur explicato, & non aliter, niſi intelligẽdus ſit cum onere Miſſarum talis quarta debeatur, niſi tamen præſcriptione eſſet ius quæſitum etiam ex Miſſis ſoluendam eſſe talem quartam, vt habetur in c. cum inter vos de verb. ſignific.

Canonica portio Parrochialis eſt, quæ debetur Curato de relictis factis Eccleſiæ in qua quis poſthabita propria Eccleſiæ elegit ſepeliri. h. d.

Sciendum eſt enim, ſi quis in alia Eccleſia, quam in ea, in qua diuina audit officia, & Eccleſiaſtica Sacramenta percipit, ſepulturam ſibi elegerit, (quod quibus caſibus fieri poſſit proximè expoſuimus) ne Parrochialium Eccleſiarum Rectores, quibus cura incumbit animarum, debitis fraudentur ſubſidijs, conſtitutum eſſe, vt curatus de his rebus, quas

Duo ſuperſunt notanda in hac materia. Primum eſt, quod ſi teſtator reliquerit aliquod Parrochiæ, vel Epiſcopo, præſumitur animo compenſandi feciſſe relictum ex diſpoſitione iuris teneatur hanc quartam perſoluere vtique legatum præſumitur animo compenſandi, cap. 5 n. 136 cum ſeq. & eo magis ſi expreſsè legatum fieret nam ſi pro quarta non ſufficeret poſſent agere ad ſupplementum, vt alios probant Couarr. in capitulo officij n. 6 de teſtament. Dec. & alij quos ſequuntur Tuſch. in verbo quarta concluſ. 30 Megal. dicto lib. 2. cap. 14 ſub n. 33. verſ. 4. quando aliquid Epiſcopo.

Secundò eſt aduertendum, quod in caſibus in quibus debetur quarta Parrochialis, vel Epiſc. non eſt ſoluenda niſi petatur hoc enim etiam locum habet in falcidia & Trebellian. l. ſi ſponſus, § fin. ff de donat. int. vir. & vxor. idem procedit in huiuſmodi quartis Bal. in l. ſi quis ad declinandam § in omnibus n. 31 C. de Epiſc. & cler. notat. Megal. dict. l. 2. c. 13. n. 34. quod eſt per ſe notum quia poſſent Parrochus, vel Epiſcopus, talem quartam remittere, & eo ipſo tacitè remittunt, quod expreſsè illam non petunt, & ſatis eſt, vt habentes illã ſoluere nullâ vtantur fraude, quin illam petenti ſoluãt, etiam quia præſcriptione ſeu conſuetudine præſcripta poteſt introduci, vt huiuſmodi quartæ non debeantur, vt dicetur in octaua reſponſione.

Parrochialis. Hæc pars in duas ſubdiuiditur partes principales, in quarum prima declaratur portio Parrochialis, in ſecunda verò portio Epiſcop. ſecũda ibi, canonica portio. Quoad primum hæc pars rurſus ſubdiuiditur in duas particul. in prima habetur per modum regulæ cui Eccleſ. & ex quibus relictis iſta portio debeatur: in ſecunda verò limit. iſta regula declarat. ſecundã ibi ſed & ſi: quoad primũ CASVS ita figuratur. Quidã l. Io. Bap. permit. elegit ſibi ſepul. in Eccl. diuerſa à Parroc. & ab Eccl. ſepul. ſuorũ maiorũ, illique etiã aliquid intuitu ſalutis, & decuot. reliquit & cũ Parroch. Sac. ex tali legato

hanc opinionem detrahere voluisset, sibi hoc denegaba ur, quia non videbatur sibi deberi ob administrationem diuinorum, cum propterea ei soluatur decima, cap. ad Apostolicæ, de decim. cum vulg. Ideo fuit quæsitum quid iuris: Sol. vt hic habetur, & ob rationem in textu assignatam non obstat obiectio, quia decimæ licèt soluantur etiam ob dictam causam, non propterea excludunt hanc opinionē: quia decima soluitur dum homo viuit, & de bonis eius: & portio ista soluitur post mortem eius, & de bonis tali ecclesiæ per legatum acquisitis: Nota. primo quod portio ista debetur ratione sepulturæ, hinc obiectio facta de decimis potest etiam ita solui, vt diuerso respectu soluantur sicuti per supra dicta constat. Not. secundo, portionem istam non esse propriè à canone limitatam, sed à consuetudine regulatur, facit c. certificari de sepultur.

Clericis vita laicorū passio, mors cōsolatio.

a ¶ Defunctus.] Et ex hoc notat. secundum vtrumque Ab. in cap. 1 de sepult. quod vita laicorum est clericis passio: sed mors est consolatio: quia dum laici viuunt, debent eis sacramēta exhibere prædicare orare, & alia diuina facere, vnde eis scribit: Peccata populi mei comedent, id est orando delebunt, cap. quem pœnitet. de pœn. dist. 1 & 1 q. 3 cap. dictum, & ca. ipsi sacerdotes mors verò dicitur solatium respectu perceptionis temporalium.

b ¶ Quartam.] Capit. cum super. de sepultur. & not. sup. eod. in prin.

c ¶ Percipiat.) Sed quid, si quis in vno ecclesia audit diuina, in alia verò accipit sacramenta, & iuridicè hoc facit, puta habet quis domum in confinio duarum parrochiarum, vel habet duas domos contiguas, quas vtrasque inhabitat, sed vna vnius est parrochiæ, alia alterius, quænam habebit canonicam? Respond. diuidenda erit, vt no. in cap. 2 de sepult. in 6 & per Abb. eod. tit. capit. 1 in antiq. facit not. per Innocent. & per Ioan. And. in cap. super eo. de parrochia, & not. etiam in c. his, de sepult. fac. inf. eod. § dubitari.

d ¶ Consuetudo.] Vt in cap. certificari de sepult. vbi de hoc Petrus de Vbald. qui fuit ante Ab. in suo tract. de canonica parrochia, cap. 5 incipit venio ad quintum, vltra consuetudinem addit de præscriptione tanquam à consuetudine diuersa, & eius dicta possent intelligi iuxta tradita per Ab. in d. cap. certificari.

Sed etsi. Cum commodè in tota hac parte CAVS figurari posset, propterea est animaduertendum, quod quidam fideles diuersimodè dispensuerunt de rebus suis tam videlicet ex testamento, quam sine eo, tam per mutationem habitationis, & parrochiæ quam sine ea, tam pro fabrica, luminaribus, armis, vel alijs similibus, quam etiam simpliciter tam monasterijs Mendicantium, quàm etiam alijs locis religiosis, vnde quæsitum fuit an tantum prima Ecclesia parrochial. & de præd. omnibus relictis debeat indifferenter portionem istam habere: si enim causam talis solution. volumus attendere, quæ est ius sepeliendi, sine dubio videtur affirmatiuè esse respondendum, siquidem si ecclesia ista priuatur tali iure, esset à ratione alienum, vt etiam priuetur iure detrahendi portionem ex legatis & relictis. Solu. tamen, vt in tota hac parte cauetur, quia quando plura offerentur bona, semper illud est sequendū, quod melius esse constat. ca. 1 dist. 13 ex qua ratione intelligimus quoque obiectionem nō tenere, quia argument. § 1 Instit. quib. ex causis manumit. l. c. non est inconueniens, vt ecclesia prima parrochial. priuetur aliquo iure suo, aliquando ob aliquid aliud bonum consequendum: Not. 1 argumentum, quod regula iuristar. qua cauetur quod argu. à contractu ad vlt. voluntatem teneat, aliquando limitatur, vt hic contingit: Not. secundo, quod ius futurum, & potest tolli, & aliquando de facto tollitur, facit tex. in c. pen. & antepen. de præb. in 6. Not. tertio, quod licet omnia legata pia sint priuilegiata, vt docent Doct. in auth. similiter, C. ad leg. Falcid. Quædam tamen sunt magis priuilegiata.

defunctus a *pro anima sua in vltima dispositione reliquit ecclesiæ, in qua sepeliri elegit, quartam* b *partem percipiat,* c *aut aliam, quam legitima consuetudo* d *præfixerit.*

De his quæ quis viuens, & sanus contulit alicui ecclesiæ curato non debetur canonica portio: secus si infirmus, & ex eadem infirmitate, decedens. h. d.

Sed etsi nihil quidem testamento quis reliquerit, sed in ægritudine constitutus e cum bonis suis ad loca religiosa se transtulerit, f Ecclesiæ parrochiali, canonica portio debetur: modò ille de eadem ægritudine decesserit. quod si sanus ad ea loca se transtulerit, de his quæ locis ipsis contulit, cogi non poterit g aliquid ecclesiæ, à qua discessit, impartiri: quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis: sed etiam quibuslibet h priuatis conferre. i

Canonica portio soluitur ecclesiæ, in qua quis diuina percipit. h. d.

Dubitari tamen potest, si cuius maiores antiquitùs in aliqua ecclesia sepeliri consue-

c ¶ Constitutus.] Nota quem ingredi posse religionem dum est in ægritudine, quia talis ingressus, vel votum de ingrediendo pendet à sanitate mentis, non corporis fac. cap. porrectum de testam. & cap. de his, de sepul.

f ¶ Transtulerit.] Hoc verbum in capit. de his, de sepult. vnde sumitur, intelligitur duobus modis. Primò, vt hæc translatio importet monachationem: & tunc ideò dari debebit canonica: quia per professionem, & monachationem censetur mortuus, vt per Ab. in capit. secundo, & capit. de his, de sepult. Innocent. verò intelligit solum quando quis ingreditur monasterium, vt viuat cum monachis, circa tamen professionem, prima melior, cum verbum transtulerit, desiguet plenam translationem, 21 q. 2 c. si quis translatus.

g ¶ Non poterit.] Not. ergo quod de relictis, vt traditis alicui ecclesiæ in vita non debetur canonica portio, quod intellige non solum de parrochiali: sed etiam de Episcopali, secundum Ab. in cap. de his, de sepult. dic tamen, vt per eundem in cap. requisisti de testam.

h ¶ Quibuslibet.] Honestis tamen, & non hæreticis, distinct. 86 cap. donare, & l. ei qui, C. de Apost. & capitul. si quis episcopus, cum c. seq. de hæret.

i ¶ Conferre.] Potest etiam bona sua consumere, nisi tamen faceret in fraudem filiorum: quia tunc reuocaretur alienatio vsque ad portionem filijs debitam, vt per Doctor. in capit. Raynutius, & in capit. Raynal-

uerant, ea dimissa [a] alibi sepulturam elegerit, num dimissæ canonica portio debeatur an parrochiali, & statutum est, illi persoluendam, in qua quis audire diuina, vel sacramenta recipere debet.

Canonica portio habentis duplex domicilium diuidenda. h. d.

Quòd si is, qui duò habuit domicilia, [b] seque in vtroque collocat, [c] æqualiter in loco tertio sepulchrum eligat, [d] domiciliorum ecclesiæ inter se canonicam portionem diuident. [e]

Ponit de quibus rebus parrochialis non detrahatur. h. d.

Sunt tamen [f] quædam relicta, [g] ex quibus canonica portio detrahi non debet, vt puta, si quid pro fabrica, pro luminarijs, pro anniuersario, pro equis, vel armis [h] contra infideles exercendis, vel aliàs ad perpetuum cultum diuinum, vel particulari personæ legatur: de quibus omnibus, nisi ea machinatione facta fuerint, vt parrochialis ecclesia fraudetur, huiusmodi portio detrahenda non erit.

Minores, & Prædicatores, indistinctè de omnibus obuentionibus parrochialem portionem soluere tenentur. h. d.

Sed istud [i] quidem ita demum obtinet, si neque in Minorum, neque Prædicatorum quis ecclesiis sepulturam sibi elegerit: hoc enim casu dictorum ordinum fratres de omnibus obuentionibus, tam funeralibus, [k] quàm quibuscũque, & quomodocumque [l] relictis distinctè, vel indistinctè, ad quoscunque certos, vel determinatos vsus, etiam de quibus canonica portio dari, siue exigi non consueuit, vel de iure [m] non debet, nec non de datis, [n] vel qualitercunque [o] donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate do-

dus de test. & per Ab. in c. de his, de sepul. & est hic argument. quòd quis potest in vita, quod non potest in morte.

a ¶ Ea dimissa.) Quid si non dimiserit, sed in ea sepeliatur, & aliquid eidem relinquat? Resp. adhuc parrochialis habebit canonicam, secundum Lapum alle. 60 in fin. quem sequitur Perus. in c. 2. de sepult. in 6 vnde sumitur. Aliud enim est ius parrochiale, aliud ius funerandi, vt patet in d. cap. 2. secundum inductionem Perusi. & tenet ibidem expresse glos. per cap. 1 de sepul. eo lib.

b ¶ Domicilia.] Quod esse potest, c. dilectus 2 de referip. nov. in cap. ex parte, & in cap. fin. de foro comp. fac. l. assumptio, ff ad municip. posset etiam quis esse sine domicilio, si nauiget, ne vagetur, nondum constitutum habens, quo loco se collocet, l. Labeo, & l. eius ff ad municip.

c ¶ Collocat.] Secus ergo si in vno tantum domicilio habitet: quia hic requiritur actualis habitatio secundum Dominic. & Perus. in c. 1 de sepul. in 6.

d ¶ Eligat.] Idem si non eligat, sed aliàs de iure in eo veniat sepeliendus, puta quia in ea est sepulchrum maiorum suorum, secundum Ioan. And. in cap. in nostra de sepul. sequitur Perus. in c. 2 eod. titu. in 6. Sed qualiter erit facienda diuisio, si in altera earum sepeliri elegerit. Resp. vt per eundem in d. c. 2.

e ¶ Diuident.] Facit hoc ad quæstionem de pluribus simul castrum intrantibus, proposito vnico premio, quod debeant inter se diuidere, de quo Bart. in l. hoc ait. ff de hær. inst.

f ¶ Sunt tamen, &c.] De hac materia vltra ea, quæ dicuntur per Doctor. in cap. requisijsti, & in cap. officij, & in cap. fi. de testa. videndus est Petrus de Perusia in suo tractatu de canonica episcopali, in prima part. capit. 7. & in secunda part. capit. 4. vers. venio ad quartum.

g ¶ Quædam relicta.] Regulariter ergo de quibuscunque, exceptio enim regulam firmat, l. nam quod liquidè, § fi. ff de per lega. & 32 q. 7 cap. si dominus, & cap. 2 de coniug. lepro.

h ¶ Vel armis.) Cap. in nostra de sep.

i ¶ Sed istud.] De hac materia latissimè per Petrum de Perus. in suo tract. de canonica episcopali, & parrochiali, in secunda parte ca. quoniam autem, & c. venio ad quintum, vbi latè explicat materiam, cle. 2. § huiusmodi, de sepult.

K ¶ Funeralibus.) Funeralia sunt quæ funeris occasione erogantur etiam candelæ, quæ dantur ad manus, vt not. in clem. 2. § huiusmodi aliàs verum.

l ¶ Quomodocunq;] Ex ista tam inculcata generaliter videtur dicendũ, quod etiam de relictis pro dicendis missis fit facienda ista detractio, vt nota. in dict. cle. 2 § verum de sepult.

m ¶ De iure.] Vt sup. § prox. & ca. fin. de testam. & sic patet, quod hic sumus in correctorijs, meritò non est hoc extendendum ad alios, quam ad fratres Minores, & Prædicatores, iuxta not. in cap. quæ à iur. de re. iu. in 6 & not. in cle. 2. § verum de sepul. Ab. tamen in d. c. fi. dicit, quod hoc hodie est prorogatum ad fratres S. Augustini, & Carmelitanos.

n ¶ Datis.] Etiam si testator legatum soluat in vita, quia videtur illud soluere, vt legatum, vt not. in clem. 2. § verum in verbo, datis, de sepult.

o ¶ Qualitercunque.] Quid si nil relinquitur: sed frater datur executor ad certam summam distribuendam arbitrio suo, vel sibi quid legatur distribuendum, quam summam, & quod ipse executor, vel legatarius distribuit in eosdem? Dic quod adhuc debetur hæc quarta ob hanc verborum generalitatem, & quia tunc accipitur à tali executore, vel legatario vt à ministro l. si quis Titio ff de lega. 2 l. diuus ff si cui plusquam per leg. Falci. Idem est si decedens mandet alicui executori, vt aliquid det, vel promittat, sicut & fideicommissum tacitum non capaci dimissum subiacet Falcidiæ fac. l. 3. §. si quis, & §. quando ff. de iur. fisci,

& ff de his, quib. vt indig. l. in fraudem, & l. 3 C. ad l. fal. & not. in cle. 2 § verum de sepult.

a ¶ Decesserit.] Etiam, & quod petierit habitum in morte, imò etiam quod fuerit profes. vt hic habetur in cap. de his, de sep. & not. supra c. § sed & si nihil, in verb. transtulerit.

b ¶ Indirectè.] Puta quod detur, mandando quod detur, non facta de hoc mentione in testamento.

c ¶ Largiri.] Videtur ergo quod istam quartam debeat curatus accipere de manu istorum fratrum non hæredum: sed dic quod curati hãc quartam vendicare possunt, & inhibere hæredibus, vel per fideicommissum grauatis ne illam soluant fratribus, præcipuè cum illos suspectos habere possunt, quod sibi eandem non soluant ad hoc l. hæres in fin. ff. ad Trebell. & in l. linea, ff. ad leg. Falcid.

d ¶ Tenentur.] Hoc fuit inductum in recompensatione damnorum quæ sustinent Ecclesiæ parochiales propter priuilegia concessa dictis fratribus, vt in clem. 2. §. verum de sepult. & per Abb. in cap. fin. in fin. de test.

Canonica portio episcopalis. Hæc pars subdiuiditur *in* duas part. in prima declaratur portio ista per modum regulæ: in secunda vero per modum ampliat & limita. secunda ibi item ex contrario, quoad primum

Io. Bap. CASVS ita figuratur. Quidam fidelis reliquit cuidam ecclesiæ certa bona intuitu suæ salutis æternæ, & cum ex hoc legato voluisset episcopus loci suam, vt dicebat portionem detrahere, fuit dubitatum an de iure esset permittendum, inconueniens enim videbatur, primo quia tale legatum dupliciter grauaretur videlicet portione parrochi, & Episcopali: secundo quemadmodum non est maior ratio de portione ista, quam de decima, at decima soluitur parrocho tantum, §. inter personales, infr. de decim. ergo idem videtur dicendum de portione: Sol. tamen prout legimus per rationem in tex. assignatam, nec obstant obiecta, quia ad primum dicimus, non esse inconueniens tale legatum magis præd. grauari cum id contingat ob diuersas rationes, qua ratione suadente, & altera obiectio videtur cessare possunt etiam multa hic adnot. pertinentia ad difficultatem propositam, sed ne transeamus limites nostri instituti, propterea si quis plura cupit videre, videat loca per gloss. in hac parte adduct. Not. primo parrochiam, & diœcesim in nonnullis æquiparari, & cum quælib. habeat certa iura, ideo inter eas datur præscriptio. Nota secundo arg. quod hominis dispositio contra legem facta tunc dicitur nulla, quando lex specialiter resistit, & ita potest intelligi, l. pacta quæ contra C. de pactis.

nantis, vel dantis, de qua decesserit, [a] quomodocunque directè, vel indirectè, [b] quartam partem parrochialibus sacerdotibus, & ecclesiarum rectoribus integrè largiri [c] tenentur. [d]

Canonica episcopalis est, quam detrahit episcopus de relictis pro anima, quam testator prohibere non potest, & vbi eadem ratio eadem debet esse iuris dispositio. h. d.

Canonica portio episcopalis [e] est, quæ de relictis alicui ecclesiæ pro anima ab episcopo deducitur. Nam veluti parrochialis ecclesia pro labore, & cura, quam gessit, animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri ecclesiæ, in qua quis sepulturam elegerit: sic etiam [c] licebit ipsi episcopo, nisi sibi quadragenaria obstet præscriptio, [f] curæ pastoralis intuitu, quam diœcesi superintendens suscipit de relictis, & pro anima, [g] cuiuslibet ecclesiæ [h] oblatis canonicam sumere portionem, [i] etiam si testator expresserit, quòd non episcopo velit esse relictum: sed tantum ecclesiæ, [k] cùm priuata testatoris dispositio generalem canonis constitutionem immutare nequeat. [l]

Ecclesiæ debetur canonica portio de relictis Episcopo, quam tamen potest testator prohibere. h. d.

Item ex contrario, quemadmodum Episcopo sua portio competit si quid ecclesiæ relinquatur ita si quid Episcopo relinquitur ecclesiæ quamuis apponatur taxatiua tantum, nihilominus episcopus non excluditur: quia continetur in relicto, quia ipse est caput ecclesiæ, c. nouit. de his, quæ fi. à præl. fi. consen. capit. impossibile est ergo quid ista legari possit ecclesiæ, quæ non & episcopo, qui est pars, & potissima, ecclesiæ: arg. l. cum in diuersis ff de relig. & sum. fun. At cum relinquitur tantũ episcopo, quia intuitu personæ non dignitatis intelligitur, non magis ecclesiæ portio aliqua debebitur, quã si cuilibet priuato fuisset aliquid relictum, & ita videtur notari in d. c. requisisti, vbi etiam aliter respondetur. Sed text. ibi videtur dicere hoc esse iuris positiui, vt & hæc litera innuit ibi: cum priuata testatoris dispositio.

e ¶ Sic etiam.] Nam similitudo causæ effectus similitudinem arguere debet, & videtur valere arg. de canonica parrochiali ad episcopalem, & è contra c. fi. de test.

f ¶ Præscriptio.] Vt habetur in c. de quarta de præscr.

g ¶ Pro anima.] Quod præsumitur eo ipso, quod relictum est ecclesiæ, vt per Abb. in cap. requisisti, de test. & per Legistas in l. cuib. ff de reb. dub.

h ¶ Ecclesiæ.] Quid si pauperibus? Resp. distinguendum est, vtrum relictum sit pauperibus certi loci, an simpliciter pauperibus, vt per Ab. in c. dudum de conuer. coniug. Quid si ecclesia, cui relinquitur sit exempta? Quid si sit relictum alicui hospitali? Quid si istis fraternitatibus laicorum? dic vt per Abb. & alios in ca. officij de testam.

i ¶ Portionem.] Dignus enim est oper. merc. sua c. 1 de sepult.

k ¶ Tantum Ecclesiæ.] Sed quæ est ratio diuersitatis, quod quando ecclesiæ tantum relinquitur nihilominus episcopus habet suam canonicam, vt hic, Sed quando relinquitur episc. tantũ ecclesia nihil habet, vt in § seq. & in c. requisisti. de test. Cum tamen episcopus sit in ecclesia, & ecclesia in episcopo, vt c. scire debes 7 q. 1. Resp. quando relinquitur ecclesiæ quamuis apponatur taxatiua tantum, nihilominus episcopus non excluditur: quia continetur in relicto, quia ipse est caput ecclesiæ, c. nouit. de his, quæ fi. à præl. fi. consen. capit. impossibile est ergo quid ista legari possit ecclesiæ, quæ non & episcopo, qui est pars, & potissima, ecclesiæ: arg. l. cum in diuersis ff de relig. & sum. fun. At cum relinquitur tantũ episcopo, quia intuitu personæ non dignitatis intelligitur, non magis ecclesiæ portio aliqua debebitur, quã si cuilibet priuato fuisset aliquid relictum, & ita videtur notari in d. c. requisisti, vbi etiam aliter respondetur. Sed text. ibi videtur dicere hoc esse iuris positiui, vt & hæc litera innuit ibi: cum priuata testatoris dispositio.

l ¶ Nequeat.] 12 q. 3 cap. Pontifices, l. nemo, ff de leg. 1 c. requisisti de testam.

ALOYSIVS RICCIVS. Incipit Author in præsenti § tractare materiam quartæ episcopalis, vnde sciendũ quartam tunc inquam pluribus casibus cessare.

Primus est stante priuilegio, nam sicut quarta parrochialis, ex priuilegio non debetur, ita nec etiam quarta episcopalis c. constitutus de religiosis domibus cap. in nostram de sepulturis, & c. requisisti de testamentis.

Secundò non debetur pro relictis ad vsus priuilegiatos, vt in anno 1586 die 5 Martij fuit in Rota Romana decisum, his verbis.

Circa propositum dubium plures consideratæ fuerũt difficultates. Prima fuit an Reuerendissimo Domino Episcopo Syracusano debeatur quarta ex relictis pro maritandis, seu monachandis, puellis pauperibus, & pro pane præstando qualibet hebdomada pauperibus & circa hunc articulum Domini dixerunt, regulam esse quod de relictis pauperibus in genere nulla debetur quarta glossa in capite secundo in verba decernit & ibi Innocen. num. 1 Ab. num. 8 de sepulturis Bald. in l. id quod pauperibus num. 30 vers. Addo tertiam rationem C. de episc. & Cler. Roman. cons. 223 nu. 1 vers. Tertiò fallit Petrus de Vbal. de Canonica Episcopali cap. 5 num. 10 & 11 & capite 7 num. 15 & 50 & ratio est, quia quando relinquitur personis non autem pijs locis de relictis autem personis non detrahitur quarta episcopalis iuxta text. in cap. ex parte li. 3 de verborum signific. Innoc. Ab. Petr. de Vbald. vbi supra fallit autẽ hæc regula in relicto facto pauperibus certi loci quia tunc legatum videtur factum intuitu, illius loci, & sic factum loco pio, vt post Ioa. And. limitat. Ab. in dic. 2 nu. 3 & Pet. de Vbald. vbi supra.

Secunda difficultas est an de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis ædificatione, & reparatione Ecclesiarum Monasteriorum Hospitalium, & aliorum locorum piorum debeatur quarta, & Domini censuerunt non deberi iuxta textum in cap. fin. ibi seu fabrica de testam. & in d. cap. ex parte ibi, vel ad fabricam Roman. d. cons. 223 in prin. Cap. decis. 23 num. 4 Sed circa hunc articulum insurgit alia difficultas an hoc casu debeatur, quarta quando de præsenti non indiget restauratione, nam affirmatiuam tenuere Hostiens. Ioann. And. Anchar. in d. cap. fin. de testam. vbi Couarr. existimat esse magis communem opinionem cõtrarium verò tenuerunt Goffred. Card. & Barb. & ipse Couar. per text. in cap. nobis 2 qu. 2 quia legatum Ecclesiæ non indigente seruandum est in futuram Eccl. refectionem & restaurationem. Ideò in hoc conflictu attendenda est forma legati, si enim testator vult. statim. vel in singulos annos solui aliquid pro restauratione ecclesiæ, quæ reparatione non indigeat tunc seruari poterit communis sententia, si verò legat. pro restauratione ecclesiæ quoties ea indigebit tunc contraria sẽtentia erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione ecclesiæ respectu luminarium ornamentorum & aliorum ad cultum diuinum pertinentium ex his namq; non debetur quarta d. cap. fin. si vero vsus est indeterminatus, & non destinatus perpetuo cultui diuino tunc debetur quarta d. capit. ex parte, & cap. requisisti de testam.

Tertia difficultas est an de relictis pro alijs operibus pijs in genere debeatur quarta, & hæc pendet á futuro euentu, si enim exequutores distribuerint legatum in fabricam luminaria, & ornamenta ecclesiæ vel in concernentia diuinum cultum, tunc quarta non deducitur d. c. final. & in cap. ex parte, & Couarr. d. c. fin. nu. 7 quia distributio, quam facit exequutor censetur facta ab ipso testatore, l. vnum ex fam. § 1 vbi Dyn. Bart. & DD. de leger. secus si exequutores distribuerent legatum in vsum non priuilegiorum locorum piorum.

Quarta difficultas versatur circa legatum factum pro maritandis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea, & concluſum fuit neque etiam hoc casu deberi quoniam, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta, vt supradictum est cum legatum sit factum personis, & non locis, aut non sunt pauperes, & vltra præfatam rationem militat alia ratio, quod tale legatũ non dicitur pium, & idec ex eo quarta non debetur Tiraquell. de priuil. piæ causæ in prin. quare concluſum fuit secundum legatorum differentias esse in hac causa pronunciandum.

Omnes casus prædictæ decisionis varijs rationibus, & authoritatibus post alios comprobat Tusc. verb. quarta concluſ. 21 Azord. ca. 12 & 13 Itaque tria simul requiruntur primo, vt relictum non fiat personis sed ipsis locis pijs Secundo vt loca pia subiecta sint Episcopo & Tertio, vt relictum locis pijs subiectis non fit ad vsus priuilegiatos sic enim nec quartam episcopalem, nec parrochia'em deduci pluries superius replicatum est.

Hinc est vt non attendatur subiectio personæ relinquentis quia persona se habet per accidens in huiusmodi quarta, sed attenditur ecclesia, cui fit huiusmodi legatum, & illi episcopo debetur quarta, cui talis ecclesia subiecta est vt post Feder. de Sẽ. & alios latè probat Rom. cons. 514 vbi addentes alios cumulant, c. notat Tusc. d. conclusr 21 num 34 Quod attinet ad confraternitates & hospitalia eadem adhibetur distinctio si enim essent loca pia, & subiecta episcopo, & relictũ non esset factum ad vsus priuilegiatos, tunc deberetur episcopo huiusmodi quarta alias secus, vt relatis variis authoribus prosequitur Tusc. d. conclus. 21 nu. 20 & num. 38 & seqq. num 59 & seqq. Megal. d. cap. 14 num, 26 & seqq. Azor. d. ca. 12 quæst. 8 & 9 si enim essent subiecta episcopo clarum est illi quartam non esse debitam cum requiratur subiectio: vt pluries dictum est si regerentur per personas laicas tunc nec etiam legatum esset pium, vt patet ex dictis cap. 5 num. 171 & seqq. & ex hoc defectu quarta non deberetur.

Quod spectat ad donationem inter viuos de ea non debetur quarta episcopalis sicut nec debetur de eo quo solutum est viuente testatore, vt patet ex dictis num. 33 & sequente, & post alios notant Tusch. dict. conclus. 21 num. 67 Megal. dict. cap. 14 numero 7 & sequente, & alij per illum text. in capitulo requisisti de testamentis hæc enim quarta debetur episcopo de relictis in vltima voluntate non autem de illis quæ habuerunt effectum inter viuos.

Hinc soluitur quæst. an debeatur hæc quarta de relictis factis ab eo qui religionem ingreditur, si enim dispositio fieret inter viuos, essemus in claris ex illis non deberi hanc quartam, vt patet ex dictis, si verò per vltimam voluntatem relictum fieret, vt per testamẽtum tunc si religio in qua professionem, emisit esset incapax, bonorum in communi, ita vt emissa professione testamentum vires habeat, & ecclesia cui fit relictũ subiecta esset episc. vtiquè de tali relicto deberetur quarta episcopalis, vt post alios notant Megal. dict. cap. 14 num. 14 & sequente, quamuis non deberetur quarta parrochialis, vt patet ex dictis num. 36 & 37

Si autem professionem emitteret in religione cuæ sit capax bonorum in commun. ne durante vita huiusmodi professi nulla quarta deferretur episcopo quia interim Religio retinet illa bona & si in vita tale legatum solueret tunc transiret in donationem inter viuos, vt patet ex dictis, num. 34 & 35 & hæc mihi videtur veritas quicquid alij velint, & aliqua dicta sunt capit. 2 num. 161 cum seqq. de reuocatiane talium testamentorum.

Septima responsio patet ex dictis num. 21 quando autem possit episcopus impedire, vt quarta Parrochialis non soluatur nisi deducatur prius quarta episcopalis patet ex dictis.

Item ex contrario. Hæc pars subdiuiditur in duas partes in prima declaratur portio ista respectu ecclesiæ cathedralis in secunda eadem habetur declaratio respectu ecclesiarum inferiorum, secundo ibi, secus autem

quo ad primum CASVS ita figuratur cum fideles intuitu salutis diuersimodè disponant de rebus suis, seu relinquendo aliquando ecclesiæ præcipuè cathr. aliquando episcopo, aliquando sub certa forma fuit quæsitum an semper liceat hanc. portionem detrahere, cum præsupponatur legatum factũ esse intuitu salutis conseq. semper Ecclesiæ videtur relictum, & ratio in eo debet verificari. § canonica. sup. eod. Sol. tamen cum distin. prout in hac parte cauetur, quia in vltim. dispositionibus voluntatis disponentis est sequenda, nisi lex resistat iuxta not. in l. nemo ff de legat. 1 hinc cognouimus obiectionem non tenere cum aliquando debeat limitari? Not. voluntatem testatorum semper esse sequendam quæ si elarè non appareat ad coniecturas est recurrendum, etiam in piis legatis.

a ¶ Poterit.] Hoc de facto hodie non seruatur secundum Ab. in capit. requisisti. de test. quia episcopi omnia fere iura capitulorũ præscripserunt.

b ¶ Dispositio Aliud est in casu contrario cum relinquitur ecclesiæ tantum quo casu Episcopus habet quartam non obstante taxatiua, vt sup. § proxim. vbi de ratione diuersitatis fac. cap. requisisti. de test. vnde sumitur.

c ¶ Probatur.] Admittitur ergo probatio in contrarium, & sic non est præsumptio iuris, & de iure, tolletur autem hæc præsumptio puta si probetur magna dilectio relinquentis erga episcopum, 12 quæst 2 Item ex qualitate rei vt si donauit Episcopo falconem, vel canem venaticum, quibus ille delectabatur. Sic econtra quando propinquus relinqueret Episcopo, licet hoc casu præsumatur reliquisse intuitu personæ non Ecclesiæ capite requisisti de testa. & capite primo 12 quæstione secunda & eo casu nil ecclesiæ acquiratur. l. item veniunt § idem non solum ff de petit. hæred. Aliud tamen diceremus quando

ctum fuerit, ecclesia de illo canonicam petere portionem poterit: [a] sed hoc casu si testator exprimat, quod velit illud Episcopi tantum esse non ecclesiæ, testatoris erit seruanda dispositio. [b]

si quid simpliciter episcopo à coniuncto fuerit relictum in dubio non debetur ecclesiæ canonica portio, secus si ab extraneo. h. d.

Sed in hac specie multum interesset, qua legandi formula testator vsus fuerit. Nam si simpliciter dixerit: Rem talem relinquo distinguendum est, episcopi propinquus leget, an extraneus. Primo. n. casu cum non ecclesiæ relictum præsumatur intuitu, nisi fortè id probetur, [c] sed personæ de relicto in vita episcopi ecclesia petere nihil poterit. Contraria obtinet præsumptio, & dispositio, si ab extraneo quid episcopo relictum fuerit.

si quid coniunctim legetur episcopo, & ecclesiæ sit inter ipsos diuisio, etiam si testator hoc reliquerit episcopo, illud ecclesiæ nisi stare velint testatoris voluntati, quod ob fauorem vltimæ voluntatis conceditur. h. d.

Quòd si coniunctim dictum fuerit: Relinquo rem episcopo, & ecclesiæ, de ea inter ipsos canonica [d] diuisio facienda erit. Si verò istud episcopo, & illud ecclesiæ relinquatur, relicta inter episcopum, & cathedralem ecclesiam ad canonicam diuisionem sunt reducenda, nisi ambo testatoris velint esse dispositione [e] contenti, quapropter vltimæ voluntatis fauorem obseruare est satis condecens [f], vbi neque fraus interuenit, nec alteruter nimium [g] debita portione fraudatur.

Cum ecclesiis inferioribus episcopus non diuidit sibi relictum: sed bene detrahit quartam de relictis, ecclesijs. h. d.

Secus autem est, si quid legetur episcopo, & capellis, vel monasterijs, aut alijs pijs locis: nam hoc casu, quod episcopo legatur, præsúptio esset in contrarium puta quòd propinquus legaret episcopo calicem aut ornamentum ecclesiæ, quia vna præsumptio tollit aliam, si sit vehementior capite literat de præsum. l. diuus, de restit. in integritate Et not. quod in hac materia non est in consideratione, verum, quis relinquendo vsus fuerit nomine proprio, vel dignitatis, nam videmus in capite requisisti & hic, quod si episcopo relinquat sub nomine dignitatis, adhuc episcopo acquiritur, & non ecclesiæ, de ratione per Abbatem in dicto capite requisisti. fac notatur in capite secundo de testamentis in 6 & in l. cum quid. ff si cert. petat.

d ¶ Canonica,] Id est æqualis. capite requisiti, de testa.

e ¶ Dispositione.] Fauore vltimæ voluntatis. 13 quæstione secundo capite fi. & l. cũ duob § idem respon. ff pro socio.

f ¶ Condecens.] Sed non necessarium, decet enim vt quis pro modico non contendat l. si merces. § vis maior. ff de loca. & l. quintus. ff man.

g ¶ Nimium.] Secus si in modico fraudaretur cum non sit curãdum de modicis. lescio. ff de restitut. in integr.

Secus autem CASVS *Io. Bap.* in hac parte ita in cõmuni figuratur. Cum legata quædam sint episcopis facta, quædam verò diuersis ecclesijs, præcipuè inferioribus, fuit propterea quæsitum an ex omnib. indifferenter sit portio aliqua detrahenda? ita quod ex legatis ecclesiarum soluatur Episcopo, & ex legatis episcoporum debeatur ecclesijs, & primo affirmatiuè respondebatur argumento oblationis, qua fideles tenentur erga Ecclesias & prælatos, vt ex tot. hoc titulo colligitur, confirmatur argumento societatis. primo insti. de societat. Sol. tamen, vt in hac parte legimus q. 2 ad cogno.

eius præcipuum est, cum Ecclesia Cathedrali, & de illis, quæ aliis locis legantur, portionẽ canonicam nihilominus obtinebit. [a] Et hęc ideo tam variè, quia non tanta [b] inter Monasteria, aut Capellas est communio, quanta [c] inter Ecclesiam cathedralem, & Episcopum, qui Cathedrali spirituali copulatus est coniugio: vnde, & quæ acquirit Episcopus non illis: sed isti tantùm acquirit. [d]

Si testator aliquid Episcopo aliquid Ecclesiis reliquit, & iussit Episcopum esse contentum suo relicto posthabita detractione quartæ, seruanda est testatoris voluntas. h. d.

Hoc autem tunc obtinere oportet, si simpliciter [e] Episcopo legatum factum fuerit, cæterùm, si eam adiecerit conditionem [f] testator, vt Episcopus suo sit legato contentus, & ipse legatum agnouit, quia per hoc aliis renunciasse videtur, de cæteris portionem [g] exigere non poterit.

Dolus, & fraus patrocinari non debet. h. h.

Sed si constiterit, quòd eadem adiecta conditione in fraudem modicum constituit Mortuarium, vt Episcopus portione debita fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionẽ à canone constitutam, saluis tamen indulgentijs, [h] quæ à Romano Pontifice quibusdam regularibus sunt concessæ.

Relictum ei, qui potest proprium possidere non habenti prælationem, vel administrationem à quocumque præsumitur relictum intuitu propriæ personæ, non Ecclesiæ. h. d.

Illud etiam generaliter obseruandum est, circa eum, qui proprium possidere potest, prælationem, vel administrationem Ecclesiæ non habentem, [i] quòd si ei aliquid relictum fuerit, non ipsi, sed Ecclesiæ, cui, & quando portio ista debeatur, non solum voluntas testatoris, sed etiam vnio inter prælatum & Ecclesiam est attendenda, propter quarum varietatem oportet etiam decisiones variari: Not. primo communionem inter Episcopum, & Eccles. Cathedralem, vel alias inferiores non eiusd. ordin. & hìc est quod relicta diuersimodè acquiruntur. Not. secundo, quod portio ista potest à testatore assignari, cum non sit a lege definita, vt supra quoque eod. tit. adnotat. Not. tertio argumentum quod prælati sunt accipiendi secundum qualit. subiectæ materiæ, & ideo aliquãdo in nulla habentur consideratione.

a ¶ Obtinebit.] Nunquid autem idem sit in Canonica Parrochiali, hoc est. quod Presbyter Parrochialis possit capere relictum sibi à testatore factum, & petere canonicam, portionem de relictis factis Ecclesijs, in quibus relinquens elegit sepulturam? Ardua est quæstio, & de ea latè immola in clemen. dudum de sepult. & Abb. in capite officij, de testa. qui demum residet in negatiua.

b ¶ Non tanta.] Probatur ergo hìc, & in c. requisisti, de testa. quod inter Episcopum, & Ecclesias inferiores est communio, licet minor, quam sit cum cathedrali, Inde infertur quod d. inferiores Ecclesiæ non possunt facere statutum sine consensu Episcopi, cap. cum consuetudinis, de consu. qui text. licet loquatur in Cathedralibus Doct. tamen extendunt etiam ad inferiores, vt per Abb. in d. c. requisisti, quod tamen intellige de statutis concernentibus statum Ecclesiæ de quo plenè per Innoc. in capite cum consuetudinis, & not. in cap. constitutionem de verb. sign. in 6. Item infertur quod non possunt dictæ Ecclesiæ inferiores locare bona Ecclesiæ ad longum tempus sine consensu Episcopi secus ad modicum tempus fac. cap quærela, & quod ibi not. ne Præl. Vic. suas, cle. infra de rebus Eccles. non alien. Item ob hanc communionẽ infertur, quod tales Ecclesiæ non possunt ardua negotia explicare sine consensu Episc. arg. c. causam de iud. & 17 q. 4 c. venditionibus, & per Ab. in d. c. requisisti.

c ¶ Quanta.] Arg. quod non dicitur de gremio Ecclesiæ qui eligitur de minor. Eccl. licet sit ciusdẽ ciuitat.

d ¶ Acquirit.] 18. q. 1 cap. 1.

e ¶ Simpliciter.] sed contra hunc, & præcedentem § opponitur de l. si cum dotem, § fin. pater, ff solut. matrim. vbi relinquens creditori videtur relinquere animo compensandi: ergo cum hæc portio debeatur Episcopo iuris dispositione, legans licet simpliciter, videtur legare in compensationem eius quod illi debetur, arg. l. & magis, ff de solut. Quidam soluentes distinguunt inter debitorem necessarium, & voluntarium, vt per Bart. in d. § si pater. sed tu die, secundum Abb. in cap. officij de test. quod testator in casu nostro non est debitor Episcop. nec necessarius: nec voluntarius, quia portio datur Episcopo non à testatore, sed ab Ecclesijs quibus factum est relictum cap. requisisti, de test. Vnde si testator aliquid simpliciter relinquit non poterit dici quod reliquerit animo compensandi cum debito, cum ipse non sit debitor Episcopi: oportet ergo quod exprimat si vult compensationem fieri: scilicet quod vult Episcopum contentum esse illa portione, & relicto, vt in d. c. officij, & hic dicitur.

f ¶ Conditionem.] Imo videtur potius, modus, quàm conditio illa adiectio, quod sit contentus, & c. verum de cond. appo. & in rub. de dona. quæ sub mod. & in leg. quibus dieb. § Termilius, ff de cond. & dem.

g ¶ Portionem.] s. exigendo supplementũ, vt not. in cap. officij, de test. arg. l. si quando § generaliter, & l. omnimodo. C. de in offic. test. & l. arrogator § sed an impuberi, ff de adopt.

h ¶ Indulgentijs.] Cap. fin. de testa. cap. fin. de sepult.

i ¶ Non habentem.] Exemplum erit in canonicis. Canonici enim nec prælat. habent, nec administrationem in Ecclesia: Vnde relinquendo canonico in dubio

non videtur testator habuisse respectum ad Ecclesiam, nec enim est verisimile, quod reliquisset intuitu Ecclesiæ ei, quod non habet administrationem Ecclesiæ, nisi aliquo modo appareat contrarium, quo casu non curatur de prælatione, vel administratione, vt in capitul. requisti, § fi. de testam. Qui autem in hac materia veniant prælatorũ appellatione not. infra. eod. in princip.

a ¶ Intelligitur.] Sive habeat officium Ecclesiasticum, sive non.

b ¶ In vita.] Secus post mortem si intestatus, decedat, argum. capite cum dilectus de successio. ab intestato. ita tamen quod non habeat propinquos, 12 quæst. vltim. capit. fin. & in authent. de Ecclesiast. tit. § si quis autem, cum allegatis in capitul. requisisti de testam. in fin.

Item de quibus.] Cum casus positio in hac parte non requiratur, ex supradictis enim clare meo iudicio cognoscitur, propterea argument. istius text. puto adnot. æquiparationem inter diuersa non dari nisi vel expressa caueatur, vel clara ratione demonstretur.

c ¶ Erit.] Ista æquiparatio probatur in capitul. fin. de testam. vbi. Vt ea Episcopus seu Parrochialis Eccles. & quæ sint eæ res, habetur in dicto capitul. final. & supra eodem. § sunt tamen quædam.

DE DECIMIS.

CONtinuatur titul. & materia ista pro vt dicit text. in princ. eiusdem diuiditur, aut. in 8 part. in quarum prima habetur, vt dixi continuatio: in secunda decimæ definitio, in tertia eius diuisio diuisionisque declaratio: in quarta, demonstratur quando eadem decima, sit soluenda: in quinta, ad not. an sit soluenda ex omnibus bonis: in sexta, definitur quis teneatur eam soluere: in septima an laici sint decimarum capaces deciditur: in octaua, an ex ea aliquid Episcopo sit soluendum declaratur: secunda ibi, decima est tertia, ibi, decimarum quarta ibi, item si personalis: quinta, ibi, eadem ratione: sexta ibi, illud etiã: septima ibi, ex contrario: octaua ibi, postremo.

Fo. Eap.

EXplicito. CASVS. Hic non figuratur. Not. tamen 1. continuationem aliquando esse faciendam ad præcedentia, & ad sequentia: Nota, secundò, quòd quæ sapiunt naturam extremorum, aliquando in medio eorum debent explicari.

d ¶ Quadam propterea dicit quidam quod verbum videtur importare improprietatem: quia re vera multæ sunt res, de quibus supra tractatum fuit, quæ quidem quantum ad sui essentiam non sunt spirituales: sed solum certis respectibus, puta Religiosæ domus sepulturæ, & si qua sunt similia: merè verò spiritualia, & de quibus supra tractatum fuit solum videntur esse Sacramenta, & illorum efficacia, & consecrationes.

e ¶ Censentur.] Numerantur, reputantur, sunt in honore, simil. institut. de iur. natur. gent. & ciuil.

f ¶ Quippe quod.] Declarat cur. nam mediam teneant decimæ.

g ¶ Spirituale fit.] Concord. capitul. secundo, de iur. calum. vbi Abbas. capitul. cum olim. de præscript. capitul. final. de rer. permut. & intellige de illo iure decimandi respectu Dei, & Eccles. eiusdem in signum vniuersalis dominij capitul. tua. eodem & § 1 infr. eodem.

h ¶ Fructus verò.] Capitul. nostra d. loca capitul. vt super de rebus eccles. non alien. & per Abb. in capitul. secundo, de iu. cal.

i ¶ Confinio.] Sic. leg. secunda, § quod cœlesti. C. de iur. vet. enu.

k ¶ Ecclesijs Parrochialibus.] Vt est Canonica Parrochialis, de qua dictum est supra titul. proxim.

l ¶ Habere videntur.] Quia, & ipsum ius percipiendi dict. canonicam est spirituale, & res perceptæ sunt temporales.

m ¶ Ad Parrochiales Ecclesias.] q. d. cum non solum Canonicæ portionis, sed etiam decimarum perceptio pertineat ad Parrochiales Ecclesias, meritò istarum coniungendus est tractatus.

n ¶ Perceptio.] Capitul. cum in tua, capitul. cum sit. & capitul. cum contingat eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius titul. & § intelligentia, videndum est, primò, quid sit decima, secundò, quotuplex sit, tertiò, de quo iure debeatur, quartò, qualiter differat à primitijs, & oblationib.

linquatur specialiter, non solùm à propinquo, verum etiam ab extraneo, non intuitu Ecclesiæ, sed personæ esse relictum intelligitur, [a] nisi probatio in contrarium appareret: & idcirco de illo nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita [b] eius sibi aliquid vendicare.

Episcopalis, & Parrochialis pari passu ambulant. h. d.

Item de quibus relictis Parrochialis portio non detrahitur, nec Episcopalis detrahenda erit. [c]

DE DECIMIS.
TIT. XXVI.

Ponit subordinationem tituli ad præcedentia, & sequentia. h. d.

EXplicito tractatu rerum, quæ spiritualitate quadam [d] continentur, & censentur, [e] superest nunc, vt de rebus Ecclesiasticis quidem: sed temporalibus, illarumque administratione dicamus. Sed cum decimæ mediam quandam inter spirituales res, & temporales naturam obtineant, quippe quod [f] ipsum decimandi ius spirituale sit: [g] fructus verò [h] ipsi decimarum temporales, & profani: meritò de his quasi in confinio [i] quodã tractatus habendus erit, & tam præcedentibus, quã subsequentibus annectendus. Quod eo etiam congruentiùs posse fieri videtur, quod & proximè de ijs quæ Sacerdotibus, & Ecclesiis Parrochialibus [k] debentur & similem naturam habere videntur [l] loquuti fuimus: & ipsarum quoque decimarum ad Parrochiales Ecclesias [m] iure communi spectat perceptio. [n]

Et quo ad primum decima est, pars omnium iustè quæsitorum Deo debita, vt habetur per text. in capitul. non est § 2 de decimis.

Quo ad secundum, triplex est Realis, quæ debetur ratione rei, Personalis, quæ debetur ratione personæ, nempè ex Domini industria, & mixta, quæ debetur ex animalibus, in quibus, & res, & industria personæ considerantur, vt habetur per capitul. ad Apostolicæ de decimis Nauar. & alij plures pœnes Suarem libro primo capite nono. Iam quidem decima prædialis, siue realis debetur ratione rei, & ideò realis dicitur, vt est frumentum, & sunt aliæ fruges sit etiam Vinum, Oleum, & sic de cæteris, vt habetur in d. capitul. Pastoralis de decimis. Nam ex omnibus ijs, quæ nascuntur, aut quasi nascuntur ex prædijs nostris tenentur soluere decimas Deo, vt sunt fructus agrorum vinearum, Oliuetarum, & aliorum locorum consitorum arboribus frugiferis, vt habetur in dict. capitul. Pastoralis, & latissimè post alios Suarez dicto libro primo, capitulo 34. debetur etiam, de caulis Lupinis, Mileo, Palea, & de omnibus fructibus superioribus, & inferioribus, vt fuit decisum in sacro Concilio, & in Reg. Cam. summariæ, vt refert Anna alleg. 941 & late Borrel. in sum. decis. in verb. decima.

Personalis decima est quæ debetur ratione personæ nempè, ex licita negotiatione, ac hominis industria, vt ex artificio, vel alia industria, scientia, militia famulatu, ac alio actu lucroso c. ex transmissa de decimis, & ideo quæ ex vsuris, furtis, rapinis, & quouis alio modo illicitè quæsitis, nec soluitur decima, nec soluta recipi debet ne aliàs peccatum approbari videatur per ministros Dei vt habetur in d.cap. ex transmissa, & latissimè post alios Suar. lib. 1 cap. 6.

Quoad tertium. Varij Canonistæ conati sunt probare decimam esse de iure diuino, non solum respectu debiti, vt eo iure debeatur, vt Sacerdotibus, & Dei Ministris, qui spiritualia ministrant alijs ab eisdem alantur, vt dicitur in Corinth. 9 sed etiam ipsam quotam esse de iure diuino, ex quo de iure diuino fuit assignata certa portio fructuum pro decimis, vt ex illis alerentur, vt habetur in cap. 1 & in cap. Parrochianus de decimis, vbi omnes post alios, latissimè Suarez. d. lib. cap. 10 Vasq. cap. 1 de beneficijs, § vnic. dub. 1 sed verior est opinio D. Thom. 2.2. q. 87 art. 1. quem communiter sequuntur, vt notant Suar. & Vasqu. locis citatis, nempè decimas prædiales deberi de iure diuino; sed quo ad quotam, nempè, vt talis portio soluatur est de iure Canonico, quo taxata est illa portio secundum consuetudinem regionis, sic etiam decimæ personales debentur ex præcepto Ecclesiæ, vt per citatos authores habetur.

Quo ad quartum siquidem primitiæ dicuntur primi fructus agrorum, & arborum iuxta illud Deuter. 26. Tolles de cunctis fructibus tuis, & pones in castello, & sic primitiæ offeruntur Deo immediatè in gratiarum actionem, pro acceptis, ab eo fructibus, & postea cedunt in vsum ministrorum Dei, Decima verò est pars decima fructuum, & offertur mediatè ministris Dei tanquã in stipendium, pro substentatione ipsorum ob ministerium spirituale. Itaque decima, est magis vniuersalis, quia soluitur de omnibus reb. etiam de personis. Primitiæ verò soluuntur de primogenitis gregis, ac de primis fructibus agrorum, & arborum, vt habetur in Genes. c. 4. n. 18 & post D. Tho. latissimè prosequuntur Suarez, d. l. 1 c. 8 oblatio verò est magis generalis, quam decima, nam decima solum respicit oblationem externam, vt ex dictis patet, sed oblatio tam internam, quam externam oblationem complectitur. Interna seu interior oblatio est, dum quis offert se ipsum Deo per interiorē affectum, vel etiam per actum exteriorem, vt martyres obtulerunt se ipsos Domino in sacrificium laudis D. Augst. lib. 10 de Ciuit. Dei c. 4 Item religiosi per actū exteriorem professionis & interiorem voluntatis eidem Deo se offerunt, exterior est quando ex nostris bonis exterioribus, siue sensibilibus mediatè, vel immediatè offerimus, Deo aliquid in recognitione Domini, & excellentiæ ipsius ac seruitutis nostræ ad ipsum, vt benè post D. August. loco citato Cordub. Aragon. & alios notat Suar. d. lib. c. 3 per totum, multoties tamen cum iure Canonico pro eodem sumitur oblatio, & & decima.

Quid sit decima. h. d.

Decima est [a] quota [b] bonorum mobilium portio, Deo tam diuina, [c] quam humana, [d] constitutione debita.

Decimarum aliæ personales aliæ prædiales. hoc dicit.

Decimarum duæ sunt species, [e] personales *

Decima est CASVS. Non figuratur. Not. tamen quod decima quoad eius substantiam est de iure diuino, sed quoad quotam est de iure humano: hinc soluuntur multæ q. *Io. Bap.*

a ¶ Decima est.] Host. in sum. eod. aliter definit, videlicet: Decima est omnium bonorum mobilium licitè quæsitorum, pars decima Deo data, constitutione diuina debita, & in idem recidit cum ea, quæ hic ponitur, licet sit aliqua diuersitas in verbis.

b ¶ Quota.] Non exprimit istam quotam, vt facit Hostiens. Vel quia ipsum nomen decimæ satis id per se ostendit nec idem verbum debet sæpius in definitione inculcari. Vel quia cum hodie consuetudo attendatur in cognoscendo quotam istam, capitul. ad Apostolicæ, & capitul. aliquibus eodem non potuit id exprimi, cum consuetudo sit varia, & quid facti.

c ¶ Diuina.] Vt 16 quæst. prima, capitul. 1. & capit. Parrochianos, & in capitul. aliquibus, & capitul. tua nobis, eod. licet autem decimæ diuina constitutione debeantur potest tamen super eis fieri compositio, vt minus, vel certo modo soluantur: sed hoc non nisi cum auctoritate Episcopi, vt per Abba. & alios in capite 2. de transact.

d ¶ Humana.] Contra cap. Parrochianos. eod. Respond. originaliter ab homine non sunt institutæ: sed sunt approbatæ. Sed vt inconueniens, quod approbatio exeat à minore: nisi dicas. sunt approb. ideſt acceptatæ. Vel humana constitutio habet se circa decimas declarando, & interpretando ius diuinum. Vel dic, quod hoc verbum, humana, respicit personales decimas, quæ videntur inductæ iure positiuo, vt per Doct. in capite causam de præscript. & in capite de terris, eodem.

Decimarum. CASVS. Hic non oportet, vt aliter figuretur: quia auctor procedit distinguendo, & declarando. Not. tamen primò, causam distinct. illam esse, quia sicut decima soluitur aliquando ratione administrationis diuinorum, & aliquando ratione Dominij directi, ita quoque propterea duæ sunt eius species, vt in text. dicitur: Not. 2 quod ius decimandi pertinet de iure ad Ecclesiam Parrochialem, quæ aliquando est vna tantum aliquando verò diuersa quod facit ad intelligentiam alienatio, rerum Ecclesiæ. *Io. Bapt.*

e ¶ Species.] Habes de his in capitul. ad Apostolicæ, eodem, & in capite final. de Parroch. & alien. Parroch.

* Personales.] Decimæ personales sublatæ

sunt in Gallia similiterque piscium, & arborum ex constitutione Philippi pulchri de anno 1303. Exactio quoque decimarum insolitarum in eodem Regno est prohibita per eandem Ordinationem; nec non ordinatione Philippi longi de anno 1322 nisi in aliquibus locis specialis consuetudo id obtinuerit. SOLIER.

a ¶ Personales sunt.] De his habes in cap. pastoralis, eod. & 16 q. 1 capitul. decimo.

b ¶ Prædiales sunt.] De his habes in capitul. in aliquibus, & cap. ad Apostolicæ eod. & in capitul. fin. de parroch. & alien. parroch. Et nota, quod & Reges debent has decimas: vt per Abb. in cap. omnes, de maior & obed.

c ¶ Similibus.] Decimæ animalium personalibus an prædialibus annumerari debeant, quæritur? Et videntur prædialibus annumerandæ: cum semper pascantur in prædijs, & hoc tenet gloss. in cap. ad Apostolicæ eod. Hostiens. in summa eod. § quot sint eius species, puta mixtas esse, quia partim capiunt à prædijs, scilicet pascuis, capitul. commissum eod. l. pecoris pascendi, ff. de seruit. rustic. prædior. partim à personis ob curam, & custodiam, quæ si deficiat disperduntur animalia ex hoc dubitabile videtur esse quod not. in dict. capit. ad Apostolicæ, scilicet, quod vbi continuè pascuntur animalia ibi ex his decimæ solui debẽt, argument. capitul. commissum, eod. & dic, l. pecoris, & l. 2. C. de verb. sig. cum secundum hoc nulla custodiæ ratio habeatur, & personalitatis.

d ¶ Dominij.] Cap. tua, & § sed nec census inf. eod.

e ¶ Sacramenta recipit.] Adeo, & diuina audit secundum Abb. in capitul. ad Apostolicæ, eodem, quia hoc duplici respectu soluuntur personales decimæ, fac. cap. 2 de sepul. in sexto, & habentur in capit. fin. de parroch. & alien. parroch.

f ¶ Alibi.] Capitul. ad Apostolicæ, eo quem ita intelligit ibi Ab. & Innoc. capitul. 2.

g ¶ Constituta.] Capitul. fin. de Parroch. & alien. parroch. & in capit. ad Apostolicæ, eod. & vtrobique not.

h ¶ Seruanda erit.] Concord. capitul. ad Apostolicæ, & capitul. in aliquibus, & capitul. cum sint homines, eod. & in capitul. fin. de Parroch. maximè si sit consuetudo præscripta, vt not. in locis, sup. allegatis: cum aliàs non deroget iuri communi, capitul. cum dilectus, de consuetud. & intellige quod valet ista consuetudo respectu ipsarum Ecclesiarum: valet enim consuetudo vni Ecclesiæ adimens, & alteri non ferens: quia non magna est vis, quæ Ecclesia decimas habeat. Sed quo ad retentionem laicorum consuetudo non valeret, vt per Ab. & alios in capitul. in aliquibus, & in capitul. ad Apostolicæ.

& prædiales. Personales sunt, [a] quæ ex ijs prouentibus deducuntur, qui ex propria cuique solertia, & industria obueniunt, vt puta de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales sunt, [b] quæ ex fructibus prædiorum soluuntur, vt de vino, tritico, & his similibus, [c] quas in signum vniuersalis sibi retenti Dominij [d] reddi, Deus præcipere voluit.

Personales decimæ debentur Ecclesiæ, in qua quis sacramenta percipit: prædiales verò Ecclesiæ, in cuius finibus sunt constituta prædia, nisi aliud inducat consuetudo, hoc dicit.

Inter personales autem, & prædiales decimas hoc interest quod personales illi solum parrochiæ debentur, in qua quis Ecclesiastica Sacramenta recipit, [e] tametsi lucrum alibi [f] contigerit. Prædiales verò, si ex prædijs in aliena parrochia constitutis fructus collecti fuerint, ei debentur Ecclesiæ regulariter in cuius territorio prædia sunt constituta [g] quamquam si consuetudo aliud introduxerit, seruanda erit. [h]

Personales decimæ, quæ soluuntur ex rebus venditis, & paratis pecunia decimata soluuntur deductis impensis: secus verò prædiales, & fructus non nisi cum onere decimarum alienari possunt. h. d.

Item si personales, quæ de rebus acquisitis, vel factis ex pecunia decimata, [i] si vendantur, soluendæ sint, vt puta si vendamani: Not. secundo quod inter munera realia ius decimandi tenet primum locum, & primò est adimplendum ex quo infertur, vt puto, actionem decimandi posse dici realem, sed de hoc pro nunc relinquo melius esse cogitandum.

Item si personales. Casvs. Licèt clari iuris sit decimas esse soluendas, tamen orta fuit controuersia inter quosdam clericos, & laicos: siquidem laici ante solutionem decimarum volebant in primis deducere expensas factas pro conseruatione rerum, ex quibus soluuntur, ac etiam, & censum atque tributa soluere, putabant autẽ hoc sibi esse licitum immo esse debitum: argument. l. & si quis § 1 ff. de relig. & sumpt. funer. & capit. bonæ memoriæ clem. 1. de postulat. prælat. vnde fuit quæsitum quid iuris Solu. tamen vt in hac parte habetur, quia prius tenetur Deo qui hominibus: hæc tamen ratio limita, ob casuum diuersitatem, prout hic in textu, habetur. Ad obiectiones, vel dicas eas verificari iuxta rationem regulariter adductam ob rationem decimandi, quam adnot. supra eodem, § decimarum, vel si per iura adducta decimæ secundo, loco essent soluendæ id contingeret ob maius bonum consequendum. Not. primò, prius esse satisfaciendum obligationibus, quæ sunt iuris diuini, & postea illis, quæ sunt iuris humani: Not. secundo quod inter munera realia ius decimandi tenet primum locum, & primò est adimplendum ex quo infertur, vt puto, actionem decimandi posse dici realem, sed de hoc pro nunc relinquo melius esse cogitandum.

Io. Bapt.

i ¶ Decimata.] Quid si empta res esset de pecunia non decimata? v. g. aduocatus de suo patrocinio lucratus est decem, de quibus postea emit domum, quam deinde vendit debet solui decima de toto prædio: quia pecunia ex qua domus fuit empta, non fuit decimata, si autem de pecunia ante emptionem soluisset decimã, & de nouo emerit domum, quãm postea vendidit pro viginti, soluet decimam de lucro tantum, & sic de vndecima. Si autem quis sibi retinet rem, quam emit de pecunia non decimata, Ecclesia habebit decimam par-

tem illius domus: quia pro decima parte fuit empta de pecunia Ecclesiæ, & sic nota, quod res efficitur Ecclesiæ non solum quando tota emitur ex pecunia Ecclesiæ, vt cap. 1 de pecu. cle. verum etiam quando solum pro parte emitur de pecunia Ecclesiæ. Et idem dici potest in pecunia militis, vel minoris. Sunt enim in hoc istæ personæ priuilegiatæ, l. si vt proponis, C. de rei vend. l. 3. C. arb. tute. & not. in cap. inquirendum de pecu. cle. & est quotidianum in practica, secundum Abb. in d. cap. pastoralis.

Negotiatio etiã circa immobilia.

a ¶ Domus, ager.] Nota, quod negotiatio potest consistere etiam circa bona immobilia. An autem ista negotiatio sit licita cum emitur res integra, & integra venditur pro maiori precio? vide in capit. eijciens, dist. 88.

b ¶ Deduci debent.] Sed quæ est ratio quod expensæ deducuntur de mercimonijs, & non de fructibus, & redditibus aliarum rerum? Resp. in negotiatione operatur manus hominis: sed in alijs præcipuè operatur manus Dei: arg. c. nasci, dist. 56 & ca. non est ca. cum non sit, eo. Aliam rationem ponit gl. in cap. pastoralis: in verf. deducuntur in fin. quæ videtur innuere, quod hæc decimæ non sunt personales, quod non videtur verum, cum soluantur ex negotiatione: cap. in aliquibus, eo. nisi forte glossa habuit alium intellectum. Vel dic de ratione, vt per Ab. in capitulo pastoralis, eodem.

c ¶ Quasi de lucro.] Ex hoc videtur, quod de omni eo, quod peruenit ad aliquem gratuito tit. decimã sit soluenda, & sic hæres, legatarius, & donatarius de hæreditate, legato, & donato, soluent decimam quod intellige de hærede extraneo, vt latè not. in cap. pastoralis eod.

Rustici tenentur ponere semen de suo, nec adducunt antequã partiantur.

d ¶ Seminis.] Not. contra rusticos, qui fundos excolendos conducunt pro certa, quota: quia tenentur ponere semen de suo, nec possunt deducere antequã partiatur cum Domino, nisi sit conuentum in contrarium, vt per Inn. & Ab. in c. tua 2 eod. fac. c. cum homines eod.

e ¶ Cum onere.] Regulariter enim res transit cum suo onere, 16 quæst. 1 c. si quis laicus. ca. cum non sit, & cap. pastoralis, eo cap. ex literis, de pignor. l. alienatio. ff de contr. emp.

f ¶ Debent.] Sed contra l. fructus, ff sol. matrimon. vbi fructus intelliguntur deductis expensis. Quidam quod hoc speciale in decimis, sed hoc non placet Ab. per c. tua eo. Inn. dicebat, quod l. si fructus, & omnia iura, quæ dicunt, fructum esse quod superest deductis expensis intelliguntur ex interpretatione ciuili, non naturali: quia naturaliter quidquid percipimus ex re in fructu est, & reditu: & ita accipimus in solutione decimæ, & hoc notandum est pro contrahentibus, inter quos si fiat mentio fructuum, intelligetur expensis non deductis quia contrahentes, & rustici capiunt verba naturaliter leg. librorum, § quod tamen Cassius, ff. deleg. tertio, & per Ab. in c. pastoralis eo. Host. dicebat aliter, quod vbi verbum fructus, refertur ad partem quotam, non deducuntur expensæ, & ita est in solutione decimæ, & ita procedit, d. cap. tua, secus si agatur de omnibus fructibus restituendis, & hanc tenet Ab. in d. cap. pastoralis, reprobando Bart. in dicta l. fructus

L. fructus ff. de sol. matr.

Fructus vnde intelliguntur deducti expensis.

g ¶ Poterunt.] Cap. cum non sit, eo. vnde sumitur.

h ¶ Prærogatiuam.] Quando ergo concurrũt duæ causæ, quarum altera est potentior, illa præponenda est minus potenti decima soluitur in signum vniuersalis dominij. tributum specialis, cum autem causa solutionis decimarum sit potentior, meritò præponitur solutioni tributorum. Ita not. Ab. in cap. cum non sit, eod.

Io. Bapt.

Eadem ratione. CAVS. Cum sup. suo loco dictum sit, decimas esse personales, & prædiales, quæ sicut nomen demonstrat, à prædijs soluuntur, hinc fortasse factum fuit quod quidam sacerdotes parrochi petebant decimas ex quacumque re indifferenter laici hoc recusabant, quia si ita differenter essent soluendo, essent de re modica, soluerentur quod videtur contra l. 1. ff. de

tur domus, ager, [a] vinea molendinum, grex, aut merces quælibet expensæ prius quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, [b] & de residuo, quasi de lucro [c] decimæ præstabuntur.

De prædialibus decimis impensæ non deducuntur, & fructus non nisi cum onere decimarum alienantur. h. d.

Expensæ verò, etiam seminis, [d] quæ fiunt pro percipiendis fructibus ex illis, de quibus fructus proueniunt, etiam si decimatæ fuerint, non deducuntur: quoniam salua decima, fructus efficiuntur eorum, qui expensas ipsas faciunt: sed nec fructus ipsi, nisi cum onere [e] decimarum, alienari poterunt.

Non deducuntur impensæ factæ pro instaurandis rebus, de quibus soluendæ sunt decimæ, tam personales, quam reales. h. d.

Illud commune tamen est tam personalibus, quàm prædialibus quod expensæ, quæ factæ fuerint prorestaurando detrimento rerum, ex quibus decimæ persolunntur, vt si pars aliqua moriatur armenti, vinea fiat deterior, mercis depereat portio, de prouentibus decimandis minimè deduci debent. [f] Cuius rei illa est ratio, quod penes Dominum res instauratæ remanent.

Census, & tributa de fructibus quibus decimæ soluendæ sunt, non debent deduci. h. d.

Sed nec census, nec tributa fructibus, de quibus decimæ soluendæ fuerint, primitus deduci poterunt. [g] Cum enim in signum vniuersalis dominij quasi quodam speciali titulo decimas sibi Dominus reseruauerit, consequens est, vt in prærogatiuam [h] dicti generalis dominij decimarum solutio censuum, & tributorum præcedat exactionem, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa

rest. in integ. præterea etiam infideles essent obligati contra dictum Apostol. qui sunt extra nos, nihil ad nos, c. gaudemus de diuort. Solu. tamen vt hic cauetur, qu a in qualibere. Deus retinet dominium directum: propterea quam rationem quæ in obiectione sunt adducta, debent in hac parte limitari. Not. 1. quod homo non dicitur habere simpliciter dominiũ suarum rerum, sed sub onere isto decimandi, cuius causa prædia subiecta, & affecta dicantur. Nota. 2. minima etiam de iure canonico sunt in consideratione, facit, cap. de appellationibus de appella.

a ¶ Constitutum est.] Cap. peruenit, capit. nuntio, cap. tua, capitu. ex parte, non est. & c. ex transmissa, eod. & 16 q. 2 cap. omnes.

b ¶ Pecoribus.] De his dic vt not. supra eo. § decimarum, & per Doct. in cap. ad Apostolicæ eo.

c ¶ Venationibus.] An aut ista decima venationis, & aucupij sit prædialis, vel personalis? Abb. & alij in cap. non est. eo.

d ¶ Militia.] Iusta tamen: nam si quis stipendium acciperet in bello iniusto, cum illicitè recipiat, Ecclesia non debet recipere decimas talium, de quo habes in c. ex transmissa. eo. Rex quoque de eo qui iustè acquireret in militia, soluet decimam. Abb. in cap. omnes de maio. & obe.

e ¶ Omnibus.] Licitè tamen quæritis, vt habetur in c. ex transmissa. eod. conco. 16 q. 1 c. decimæ, & q. 7 c. quicunque, & cap. omnes.

f ¶ Percelli.] Et etiam Ecclesiastica sepultura priuari, qui decimas non restituit, c. prohibemus eo. & not. in cap. non est eo. vnde sumitur.

Illud etiam. Hæc pars subdiuiditur in 2. partes: in prima habetur qui ad decimas tenetur: in secunda an aliqui ex priuilegio excusentur. 2 ibi, sed nec semper quo ad primum Casvs ita figuratur. Cum varia sint hominum genera quidam enim sunt fideles, & quidam infideles: fideles verò quidam sunt laici, quidam clerici, quidam religiosi, sic quidam superiores, & quidam subditi, vnde fuit quæsitum, an omnes ad decimas indifferenter essent obligati: negatiuè enim quidam respondebant siquidem cum decimæ sint de iure diuino scripto, capit. Parrochianos, eod. & ibi doct. videtur inde inferendum quod infideles cum tali iure non teneantur cum sint extra nos, debeant excludi, ac etiã superiores clerici, & religiosi videntur exempti cum spirituali modo sint Deo vniti vt de se patet. Sol. tamen prout in hac parte cauetur, quia ratio decimandi, Vel *Io. Bapt.*

peruenerint, quoniam res cum suo transit onere, decimas soluere per censuram Ecclesiasticam compellantur.

De omnibus prouentibus decima solui debent. h. d.

Eadem ratione constitutum est, [a] vt non solum de vino, & grano, fructibus arborum, & hortorum decimæ persolui debeant: sed etiam de pecoribus, [b] de venationibus, [c] negotiationibus, de ipsa etiam militia, [d] & denique de omnibus bonis, & prouentibus omnibus, [e] ita qui de his eas cum integritate soluere neglexerint Ecclesiastica districtione percelli [f] debeant.

Omnes tenentur decimas soluere, tam Christiani, quam Iudæi. h. d.

Illud etiam nullam recipit dubitationem ad solutionem earum quemlibet [g] teneri, nisi quis speciali priuilegio ab ipsarum præstatione doceatur exemptus. [h] Vnde non solum Christiani: sed etiam Iudæi tenebuntur.

Iudæi tantum prædiales decimas tenentur soluere, Christiani, & prædiales, & personales. h. d.

Inter eos tamen illa est differentia, quòd fideles ad personales, & prædiales præstandas indistinctè tenentur: Iudæi verò ad præ-

vna vel altera in personis illis verificatur, vt constat per ea, quæ in hoc tit. sup. sunt ad not. ex qua ratione cognoscitur obiectionem non tenere, cum Deus voluerit omnes bonorum possessores ad id obligare ob rationes assignatas, nisi nomine eius possideant quod in sacerdotibus parrochiali. contingit, vt supra suo loco vidimus. Not. 1 quod ratione decimarum omnes homines includuntur in ecclesia, & sic limita in hoc illud dictum. Qui sunt extra nos, &c. cap. gaudemus de diuort. Not. 2 quod ratione decimarum omnes homines cuiuscunque sint conditionis, & status sacerdotibus subijciuntur.

g ¶ Quemlibet.] Etiam Reges, vt per Ab. in c. omnes de maio. & obe. nulla obstante temporis præscriptione, ca. causam quæ de præscr. clerici verò, vt dicitur in c. nouum, eo fac cap. à nobis vnde sumitur.

h ¶ Exemptus.] Sed cum decimæ tributum sint egentium animarũ, & eas in signum vniuersalis dominij sibi Deus retinuerit 16 q. 1 cap. decimæ, & cap. tua nobis, eo & quæ debentur diuina constitutione, § 1 super eo. & c. tua eo. quomodo potest Papa concedere priuilegium de non soluendis decimis contra præceptum diuinæ legis, contra quam dispensare non potest, immo vsque ad animam, & sanguinem debet defendere 25 q. 1 c. sunt quidem, & dist. 5 in princip. & dist. 8 ca. quæ contra? Sol. Papa non dat alicui priuilegium de non dandis decimis, sed concedit alicui administrationem decimarum, vt inde suscipiat sustentationem, & residuum conuertat in vsus pauperum, & tali modo concedit monachis, & posset etiam laicis concedere. Vel dic, quod Papa contra ius naturale dispensare potest, remittendo decimas alicui specialiter, non tamen posset facere constitutionem, quæ omninò tolleret illud præceptum: quia ius naturale immutabile permanet, dist. 5 in princip. Verum est vniuersaliter: sed non in indiuiduis, vt not. in cap. à nobis vnde sumitur.

ALOYSIVS RICCIVS. Omnes tenentur soluere decimas tam Christiani, quam Iudæi hoc dicit. Adde quod nec priuilegio nec consuetudine, aut præscriptione, posse introduci, vt aliqui liberentur à solutione decimarum; quando ex alijs redditibus, Ecclesiasticis non suppetit congrua subsistentatio ministris spiritualium, vt per Suarem lib. 1 capitul. 15. & ca. 18. & 19 Reginal. lib. 9 num. 96. & 97. & in hoc omnes conueniunt, quia huiusmodi subsistentatio, debetur huiusmodi ministris

minist̃ris iure Diuino naturali, cui nequit humana auctoritate derogari: Aduerte tamen quod summus Pontifex poteſt eximere aliquas perſonas ſæculares à ſolutione decimarum, modò remaneat paſtoribus populi, vnde congruenter ſubſtententur, & in hoc dicto ſimiliter conueniunt omnes qui dum remanet miniſtris Eccleſiaſticis, vnde commodè ali poſſint ceſſat obligatio iuris naturalis aliud miniſtrie Eccleſiæ, & ſic diſpenſaret ſummus Pontifex, in quota decimarum, & ratio eſt quia non tenẽtur ad decimas de iure diuino. ſed potius de iure poſitiuo cui poteſt ſummus Pontifex ad libitum derogare, Immo poteſt totaliter decimas extinguere; dummodo habeant aliunde miniſtri, vnde ali poſſint, Quia illud ſubrogatur loco decimarum, & cõſequenter licèt peccaret, id faciens ſine iuſta cauſa teneret tamen priuilegium, vt aliunde, non ex proprijs bonis alantur miniſtri Eccleſiaſtici, qui ſpiritualia populo miniſtraret ut perſequitur Vaſq. loco citato Suar. lib. 1 capite 15 qui latiſſimè hoc proſequitur & plura dubia examinat cap. 19 & cap. 26 vbi etiam tractat quando huiuſmodi priuilegium amittatur, & ſic eodem poteſt aliquis eximi à ſolutione decimarum per conſuetudinem legitimè præſcriptam nempè ſpatio quatraginta annorum ita D. Thom. qu. 87 art. 1 ad 5 & poſt alios quos probat Suar. d. lib. 1 cap. 12 ſatis eſt enim remanere huiuſmodi miniſtris vnde congruè ali poſſint, vel ex redditibus Eccleſiaſticis, vel ex aliis largitionibus fidelium.

Clerici verò non tenentur ſoluere decimas gloſ. in c. 2 de decimis in 6 vbi dicit nouum eſſe hoc ſcilicet inſolitũ vt clerici à Clericis decimas exigant, tamen hoc non obſtante tenentur clerici ſoluere decimas in quantum poſſident agros patrimoniales, ſic etiam Religioſi qui prædia poſſident; niſi priuilegium habeant exemptionis, vt dicuntur eſſe Ciſtercienſes Hoſpitarij, & ſic de alijs, vt habet. in capit. 2 de decimis in 6, D. Thom. 2. 2 q. 87 art. 4 & Ratio eſt, quia licèt non recipiant ſpiritualia à parrochis ſicut populus, & proinde iure diuino non teneantur ad decimas, Attamen quia Eccleſia habet ius percipiendi decimas ex omnibus agris exiſtentibus in ſuo dominio, non videbatur iuſtum, ius ipſum amittere quando perueniebant prædia ad clericos, vel Religioſos ne ſequeretur notabile detrimentum Eccleſijs, & ita Ius Canonicum, & conſuetudo introduxit, & proinde eſt nouum genus ſoluendi decimas Etiam quia clerici ſaltem in extremis recipiunt ſacramenta à parrochis, vt proſequuntur citati auctores, & præcipuè Suar. Et ita etiã clericus tenetur ſoluere decimas de eo quod percepit ex patrimonio ad cuius titulum fuit ordinatus: quia res tranſit cum onere ſuo, nec quidquam facit, quod ordinatus ſit illa re ad titulum patrimonij, nam ſolum facit vt alienari nequeat ſine licentia Epiſcopi, vt ego ipſe dixi deciſ. 605

Et adeo huiuſmodi decimæ debentur quod nec Iudæi ſunt immunes à tali ſolutione, licèt ſint extra gremium eccleſiæ, & non teneantur intuitu perſonæ ſoluere decimas Sed ratione temporalis dominij quod habet eccleſia in terris ſuis ſuper Iudæos, & omnes infideles habitantes in eiuſdem terris: exigi ab vtriſque decimas prædiales tãquam tributum pro vt exigit alia veſtigalia, vt poſt Sot. notat Vaſq. d. cap. 1 de beneficijs, § vnic. nu. 29 & latiſſimè Suarez. d. lib. cap. 16 nume. 4 cum ſequentibus vbi benè reprobat opinionem aliquorum, dicentium, Iudæos, & infideles, vbicunque degant non poſſe cogi, ad ſoluendum decimas prædiales: ſiquidem nullum dominium habet eccl. erga illos, dum non habitant in terriis ſuis.

diales tantum,[a] quas ſi recuſent ſoluere, ad ipſas poſſeſſiones renunciandas,[b] compellendi erunt, ne fortè hac occaſione Eccleſiæ ſuo iure fraudari valeant.

Monachi, regulares, & clerici communiter viuentes ſoluunt prædiales decimas. h.d.

De monachis, & regulaiibus, ſeu clericis communiter viuentibus[c] videamus, & ſanè nulla ſinit ratio, vt his de laboribus,[d] ac nutrimentis propriis decimæ extorqueantur ad prædiales tamen, etiam de noualibus,* de quibus antea decimæ ſoluebantur,[e] tenebuntur.

Nouale quid ſit. h.d

Eſt autem nouale[f] ager nunc primum

a ¶ Tantum.] Capitul. de terris vbi traditur eod. Item intelligе de alijs infidelibus. Dicunt tamen communiter Doct. quod quamuis hi nõ teneantur ſoluere has decim. aſtringuntur tamen ad ſatisfactionem eius, quod eccleſia ſuiſſet perceptura ab alio Chriſtian. qui inhabitaſſet in eius parrochia cap. quanto de vſu, & not. in capite tua, eod. vt benè ponderauit Ab. in capitul. de terris. Immo ſuppoſito quod perſonales decimæ ſint de iure diuino (quod tamen non tenetur) defendit Abb. etiam Iudæos ad eas eſſe obligatos, vt ibi per eum latè. Et non ex hac litera, quod iure communi poſſunt infideles inter Chriſtian. habere bona immobilia, de quo pulchrè per Innocent. in capit. quod ſuper eo de voto. ſed nouiſſimorum Pontificum conſtitutionibus non poſſunt.

b ¶ Renunciandas.] Nota ergo, quod obligatus ratione oneris, realis poteſt ſe exonerare rẽ oneratã relinquendo, vt per Abb. in capitul. de terris, eo. & ob hanc realitatem tolluntur contraria, quæ poſſent fieri. Et quod Iudæi non percipiunt ſacramenta, vnde non arctandi ad decimas, Et quod quæ extra nos, nihil ad nos cap. gaudemus de diuortijs. Et quod eccleſia à facinoroſis, & vſurarijs non recipit eleemoſinas habetur in ca. plerique, de immun. eccles. & inf. de ſent. excom. § mercatores. vbi not.

c ¶ Communiter viuentibus.] Habent ergo clerici communiter viuentes priuilegium, quod non haberet ſeparati, & ſinguli: habent etiam in abſolutione petenda aliud priuilegium commune cum monachis ca. qm̃ in ſi. de vi. & hon. cler. ca. 1 q. cler. vel vou. & no. 16 q. 1 cap. decimas vnde ſumitur concor. ca. commiſſum, & ca. penult. eo. & c. cunctis. § 1 26 q. 1

d ¶ Laboribus.] De quibus viuent dicuntur pauperes. Abb. in capite quod ſuper. per illum text. de voto & per Legiſtas in li. ſi conſtante in princ. ff ſolu. matr.

e ¶ Decimæ ſoluebantur] Alias monachi eſſent immunes cap. commiſſum & cap. pen. eo. fac. ca. 1 & capite quod per nouale. de verb. ſign. & in capite ſi. de priuil.

* Etiam de noualibus] Sed quæritur cui ſoluendæ veniunt decim. noualiæ Rectorine primario, an Vic. perp. Reſp. deberi Vic. prep. qui Eccl. in diuinis inſeruit quãtũus certo eo; getiã; ecuniario ſtipẽdio contentus omnes Parroch. redditus Priori ſuo ſeu Curioni primitiuo dimiſerit vt in Gallia pluribus Senatuſconſultis firma-

tum fuisse tradit Feur. de abusu l. 4 c. 1 n. 10 SOLIER. f ¶ Nouale.] Aliquando sumitur pro quolibet agro vnde Poeta;

Impius hac tam culta noualia minus habebit.

Alias ager. nunc primum profcissus c. 1 de verb. signif. a ¶ Fundandis.] Cõcor. ca. pen. eod. vnde sumitur, vbi Ab. dicit esse tex. ferè apertum, quod etiam de prædijs dotalibus ecclesiæ debet solui decima illis ecclesijs, quibus prius soluebatur. Fac pro hoc quod not. in cap. 1 de censib. & no. per Ab. in c. nouum genus eod. b ¶ Speciali iure.] Concor. c. 1 § cæterũ & § fi eo. in 6 fac. clemẽ. 1 eo.

Sed nec semper CASVS. Quidam solebant decimas soluere, se autem excusabant modò priuilegio à superioribus concesso, & modò præscriptione longi tẽporis; clerici verò dicebant nec priuilegium nec præscriptionem i in hoc aliquid concludere argum. c. inferior. dist. 21 c. cum inferior. de maio. & obed. decimæ enim sunt de iure diuino, vt supra suo loco est deductum, & priuilegiũ à quocunque concessum est de iure humano, vt de se patet, & idem dicas de præscrip. & cum priuilegia de iure debeant esse firma c. priuilegia de priuil. l. 1 ff de constit. ideò fuit quæstum quid iuris: Sol prout hic legimus, quia ob bonum publ. aliquãdo à cõi iure est recedendum. argumen. § nisi rigor. 1 q. 7 cum sc. can. Non obstat obiectio, quidem ius diuinum potest à iure humano per viam declarationis limitari Doct. in c. fi. de consuetud. Not. primò, quod priuilegia possunt concedi etiam respectu eorum quæ sunt iuris diuini, limitata tamen ad certã causã. No. 2 priuilegia semper esse ita interpretanda, vt læsionem, & præcipuè enormẽ non inferant, & propterea aliquãdo etiã reuocãtur capit. suggestum eo. No. 3 quod priuilegiũ concessum à non habẽte potestatẽ nullius est roboris, hinc no. quod possũt reuocari in dubium priuilegià concessa ab Imperatore ecclesijs.

Io. Bap.

[f] præcisus, & nuper ad culturam redactus, de quo quòd aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

Decimas soluere tenentur monachi, & alij communiter viuentes, etiam de prædijs de nouo acquisitis, & propriis manibus excultis, nisi obstet aliquod priuilegium. h. d.

Sed & si ijsdem possessiones pia fidelium deuotione collatæ fuerint aut pro monasterijs de noua fundandis [a] comparatæ vel quo modo recenter acquisitæ, etiam si eas propriis manibus, aut sumptibus excolant, nihilominus decimas persoluent ecclesiis, quibus ratione talium prædiorum antea soluebantur: nisi super hoc speciali iure [b], vel priuilegio muniti esse probentur.

Priuilegium tollitur re iudicata præscriptione. h. d.

Sed nec semper eis priuilegium suffragabitur: nam si res iudicata obsistat, [c] vel priuilegio muniti decimas per quadraginta annorum [d] spatium soluerint, cùm liberum sit vnicuique iuri proprio renunciare [e] præstatione tanti temporis [f] proprio priuilegio detrahere voluisse præsumitur, & eapropter ad decimarum præstationem compelli poterunt.

Priuilegia sunt interpretanda, vt nemini indebitè damnum inferant. h. d.

Item si post initam inter aliquos [g] super decimis conuentionem [h] certi tenoris priuilegia obtenta fuerint, nisi conuentioni per ea derogetur [i] expressè, illis non priuil. immo etiam triginta c. fi de terra eod. tit. sed dic secundum Ab. in d c. accedentibus quod ille tex. corrigitur, licèt quidam hoc non admittant c. cum expẽdiat de elect. in 6 potest etiã dicere, quod licèt hic dicatur de quadraginta fa. quod in maiori summa minor ineat imò sufficit ergo vna contrafactio vel cõtrauentio vt priuilegium etiam concessum ad non faciendum tollatur. De quo tamen die, vt plenè per Cano. in capite. cũ accessissent. de const. & per Legist. in l. fi. ff de const. princ. & intelligunt Ioan. And. & Host. hoc procedere, quando solutio est facta sponte nõ per ignorantiam, quod non placet Ab. & miratur, quòd Doct. sequantur hoc dictum, quod putat falsum per c. vigilãti cũ ibi no. per eũ de præscr. & per li. fin. in fin de præscr. longi tẽporis ¶ Renunciare.] Intellige quando non tangitur ius superioris, vel tertij. Vnde priuilegio exẽptionis non potest priuilegiatus expressè renũciare sine licentia Papæ c. cum tempore. de arbitr. & per Ab. in c. de terra. de priuile. taceãdo tamen, & patiendo præscript. currere, præiudicat ecclesiæ: is tamen qui cum posset impedire, passus est contra eccl. præscriptionẽ curere, potest per clericũ cõueniri ad satisfactionem de omni damno. Ita not. in c. placuit 18 q. 1 fac. quia prælatus tenetur de suo, sicut tutor si quid ecclesiæ potuit acquirere, neglexit. ca. monemus. 12 q. 2. quid quid Carbit. tutel. fac. l. non ignotum C. de admin. tutor sequitur Ab. in d. c. fi de terra.

f ¶ Tãti temporis.] Sicut ergo contra ius commune noncurrit præscriptio, nisi 40 an. capite fi. de consuet. ita nec contra priuilegia indulta eccl. accedentibus de priuil. Nec ẽt contra alia bona competentis eccl. In c. de quarta de præscr. authen quas action. C. de sacro. sanc. eccles.

g ¶ Inter aliquos] Scilicet cler. c. ex mult. eo. vbi Ab.

h ¶ Conuent.] No. ergo, quod licet sol. decim. sit de iure diuino, super eis tamẽ potest pactũ & transf. fieri maximè cũ superior. auctor. c. statuimus vbi Ab. de transf. immo & circa sup. auct. si nõ excedat vitã cõponẽtiũ, c. veniens, de transact. c. ex mult. eo & hoc in cler. quid autem sit in laicis not. in c. 2 de transf. & in c. cũ homines. eod.

i ¶ Derogetur.] Potest ergo Papa derogare pacto, & conuentioni putatorum cap. ex multiplici eo. Sed contra ex cõuẽtione oritur obligat. quæ est de iure natu-

d ¶ Quadraginta annorum.] cap. accedentibus de

obstantibus erit inuiolabiliter obseruanda.[a] Ita enim huiusmodi priuilegia sunt accipienda, vt nemini læsionem, præcipuè enormem inferre debeant.[b]

Ordinarius cognoscit de priuilegiis exemptorum. h. d.

Vnde si per huiusmodi concessiones Parrochiales Ecclesias adeo grauari contingat, vt Rectores de redditibus earum congruè sustentari, & Episcopo debita persoluere non possint, per locorum ordinarios[c] ita prouidendum erit, vt eisdem Rectoribus tantùm relinquatur, quod & competentem sustentationem habere, aliaque onera[d] debita supportare valeant.

Priuilegiati super decimis tenentur illas soluere prædiis conductis: & priuilegiatus super laboribus propriis soluet decimas super prædijs locatis. h. d.

Super decimis quoque non soluendis priuilegiati, si aliena prædia conduxerint, priuilegio minimè obstante de conductis prædijs[e] solitas decim. Parrochiis suis integras persoluent.[f] Idemque erit de locatis prædiis, si priuilegiatus super laboribus, quos propriis, vel manibus, vel sumptibus excoleret terras suas aliis locauerit.[g]

Laici & etiam Imperator non possunt concedere priuil. super decimis non soluēdis. h. d.

Generaliter autem, nisi huiusmodi immunitatum priuilegia ab Apostolica potestate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam,[h] ideoque etiam Imperialis concessio quantumcumque concepta generaliter, cum nulla sit laicis[i] de spiritualibus disponendi facultas,[k] à solutione decimarum neminem poterit eximere, immò sacrilegij crimen incurrit[l] qui de manu laicorum rem Ecclesiasticam recipiet.

rali in hoc iure, ff de iust. & iure: ergo non potest tolli, etiam per principem clemen. Pastoralis de re. iudic. & per Innoc. in cap. quæ in Eccles. de constit. solut. aut conuentio fit inter personas Ecclesiasticas super iuribus Ecclesiarum, & tunc Papa potest tali conuentioni derogare: quia super talibus habere plenitudinem potestatis, & sua potestas in omnibus intelligitur exceptа. ca. venientes de iureiur. not. in cap. constitutus de rescrip. facit clem. dudum, § nos de sepult. Aut conuentio fit super iure priuato, & tunc procedunt contra Abb. in dicto capite ex multiplici, & per Innoc. capite inquisitioni de sent. excom.

a ¶ Obseruanda.] Quia priuilegium nunquam refertur ad specialem prouisionem, vel dispositionem, nisi de ea fiat mentio expressè capite veniens de præscr. & c. ex multiplici. eod.

b ¶ Inferre debeant.] De quo dicunt in cap. de Monachis, de præbendis, & 21. quæstio. prima, cap. primo, & fac. c. primum, § vbi autem eod. in sexto, vnde sumitur. Et de pluribus casibus, in quibus non obstante priuilegio debent solui decimæ, vide per Hostien. in summa eod. § à quibus.

c ¶ Ordinarios.] Not. casum, in quo Episcopus cognoscit super rebus exemptorum: alios vide notatos in clem. 2. de sententia excomm.

d ¶ Aliaque onera.] Puta procurationes Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apostolicæ, collectarum & similium ad idem cap. primo de præb. in 6. fac. c. sicut de su. neg. præl. & ca. de Monachis, & capit. auaritiæ de præb.

e ¶ Prædiis.] Sed contra d. 86 cap. peruenit & cap. 2. & capit. 3 ne cler. vel mon. Sol. Religiosi possunt conducere prædia, quando propria non sufficiunt, vt hic, & in cap. dilecti eo. aliàs secus: vt in contrarijs.

Religiosi prædia aliquando conducunt.

f ¶ Persoluent.] Cap. dilecti eo. Nam priuileg. concessum non est ita accipiendum, vt alteri infligat enormè damnum, imò tali casu priuilegium non solum redigitur ad modificationem: sed tollitur etiam in totum, c. suggestum, eo. vbi latè traditur, & in c. licet eodem titul.

g ¶ Locauerit.) Not. quod in hac materia priuilegij, qui per alium facit, non videtur facere per seipsum. Quid autem in delictis plenè per Abb. in ea mulieres de sententia excommun. in c. si quis suadente diabolo 17. q. 4 & in capite licet eodem.

h ¶ Efficaciam.] Concor. capite tua 1 capite dudum, & capite prohibemus eod. & capite cum & plantare, de priuileg. & cap. 2. de reb. Ecclesiæ non alienandis.

i ¶ Laicis.] Notat. quod Imperator, & Rex etiam post inconationem, & vnctionem, sunt meri laici, nec vllum Ecclesiasticum ordinem recipiunt & non solum non dant immunitatem: sed etiã ipsi debẽt decimas soluere. Abb. in capite omnes de maior. & obedien.

Imperator, & Rex merì laici, licet vngantur.

k ¶ Facultas.) capite secundo, de reb. Eccl. non alien.

l ¶ Incurrit..) Capit. dudum, eodem, & non excusatur iste, qui de manu laici Ecclesiastica res, & decimas accipit, ex eo, quod habeat titulum: quia pro non dato habetur quod ab illo datur, qui de iure dare non potest, cap. quod autem, de iure patron. cap. Dalbertum 1 quæst. septima, & per Abb. in dict. capite dudum.

Casus, quo titulus nõ excusat.

Ex contrario. Casvs. Quidam laici Mediolanenses accipiebant decimas tanquam sibi debitas tum iure conductionis, tum iure proprio vnde fuit quæsitum an id liceat, laici enim dicebant, quòd sicut possunt aliquando liberari à solutione decimarum, § sed & si sup. eo, ita quoque videtur dicendum, vt possunt eas sibi proprio iure acquirere: Solut. tamen vt hic habetur, quia ille propriè debet decimas proprio iure accipere, qui in hoc Deum repræsentat, quòd nullibi reperitur laicis competere. Non obstat obiectio, quia non est par ratio

Io. Pap.

in vtroque casu, posset etiam negari intelligenti illius reg. vt qui's liberetur à solutione decimarum quoad substantiam ipsarum: Not. hic arg. quod aliquando est necesse aliquam regul. decisiue ampliare: cum enim varijs in locis colligatur reg. laicos esse incapaces rerum spiritualium Eccles. hic ampliatur. Not. quod operationes iustæ à fine præcipuè discernuntur.

Laicus etiam de manu clericorum non potest decimas recipere sub pœna excommunicationis, & priuationis sepulturæ, & clericus concedens deponetur. h. d.

Ex contrario [a] quoque laicus [b] etiam à clericali potestate [c] * decimas recipere in alium velut hæreditario iure transmittere non poterit: & si secus actum fuerit, & qui concesserit à statu suo deijcietur, [d] & qui receperit, & Ecclesiæ non reddiderit, & viuens [e] quidem excommunicationis vinculo innodabitur, & mortuus Ecclesiastica sepultura [f] carebit.

Reditus decimarum locari possunt, dummodo locatio non sapiat alienationem. h. d.

Si quis tamen, cum Ecclesiæ suæ conditionem meliorem facere possit, decimarum suarum prouentus [g] alicui locare velit, dummodo huiusmodi locatio ad feudum, [h] vel alienationem non videatur extendi; id facere minimè impedietur.

Episcopo debetur à Rectoribus quarta decimarum quas exigunt, nisi præscripta fuerit. h. d.

Postremò sciendum est, quòd veluti Parrochialibus Ecclesijs (secundum ea, quæ

Laicus conuersus capax iuris spiritualis.

a ¶ Ex contrario.] Ideo ex contrario quia in superiori § dictum erat de laicis dantibus decimas, vel priuilegia super decimis non soluendis: nunc de laicis accipientibus.

b ¶ Laicus.] Intellige de laicis in sæculo remanentibus, vt in cap. quamuis eod. ex quo secundum Abb. ibi potest inferri non existentibus in sæculo, veluti conuersis, & religiosis potest Ecclesiæ, vel decima, vel oblatio conferri, & si laicus est cõuersus, est capax iuris spiritualis, facit, quod notatur, in capitulo ex eod. de electio. in 6. & quod not. per Doct. in cap. 2 de institut. Si tamen hi habeant Ecclesias, non debent regere per seipsos, sed per clericos, iuxta not. in cap. 2 de ætat. & qual. remanentibus autem in sæculo in tantum locum habet quod hic dicitur, vt non possit Episcopus Domino domus, in qua est pictura alicuius sancti concedere, vt de oblationibus sancto factis disponat ad libitum, secundum Doct. in dicto capite quamuis.

c ¶ A Clericali potestate.] Excepto Papa, qui solus potest laicum reddere capacem iuris spiritualis, c. 2 & quod ibi not. de iud. & d. 30 § verum, vbi no. & habetur per aliquos in cap. Ecclesia S. Mariæ, de const.

* Etiam à Clericali potestate.] Multò minus à sæculari. Tamen in Gallia Carolus Martellus postquam Sarracenos debellasset qui iam ab Hispania venientes Aquitaniam vastauerant, vt nobiles & proceres qui sibi in hoc bello adstiterant de alieno compensaret decimas Ecclesiast. eisdem nobilibus & proceribus laicis in feudum dedit non vt aliqui volunt ex consensu Zachariæ Papæ vt pote qui anno 742 sedere cœpit, Carolus autẽ iam anno superiori 741 decesserat vt conueniunt Chronographi, nec Episc. regni saltem omnium teste sancto Eucherio Aurel. Episc. propter obiurgationem sacrilegii huiusmodi in exilium misso quam ob rem horrenda ei accidisse refert Ganguinus in vita eiusdem Caroli quorum etiam meminit Rebuff. in tract. de decimis, q. 10 n. 7. Sed merum commentum puto quod referunt de visione, memorato sancto Eucherio ostensa animæ Caroli æternis pœnis mancipatæ quod Ecclesias bonis spoliasset, non enim id videre potuit Eucherius qui ante decennium quam Carolus moreretur, imò ante quatuordecim annos secundum Molanum in Natal. SS. Belg. è vita decesserat. Conquerente autem Clero Gallicano de decimis Ecclesiarum in stipendia militum conuersis generale Concilium Romæ in Ecclesia Lateranensi, anno Christi 1179. sub Alexandro III. celebratum prohibuit ne laici decimam detinentes possint aliquo modo in alios laicos transferre decernitque recipientem, & Ecclesiæ non reddentem Christiana priuari sepultura capite prohibemus de decimis. Gregorius autem nonus vlterius progrediens postmodum interdixit vniuersis personis Ecclesiasticis vt decimas detentas à laicis ad alienas Ecclesias pertinentes in pignus recipere non præsumerent, cap. fin. eod. At Clemens V. in gratiam Philippi Pulchri concessit vt possessores decimarum ante Concilium Lateranense infeudatarum illas vendere, in pignus dare, & alias de illis tanquã de bonis patrimonialibus liberè disponere possent, vt ex Rebuffo dicta quæst. 10 nu. 39 tradit Feuret de abusu lib. 6 capite 2 num. 1. SOLIER.

d ¶ Deijcietur.] Id est, suspendetur, secundum aliquos. Alij dicunt intelligendum esse de depositione, & excom. vt per gl. Abb. & alios, in cap. quamuis eodem vnde sumitur.

e ¶ Viuens.] Cap. ad hæc eodem.

f ¶ Sepultura.] cap. prohibemus eod. sic & vsurariis, cap. quia in omnibus de vsu.

g ¶ Prouentus.] Cap. 2 de loca. & benè dicit prouentus: quia ius ipsum percipiendi non transfertur in laicos vt per Abbat. in c. 2 de iu. cal. & in cap. cum olim de præb. & sup. eo. in prin. & in c. Messana, de ele. & capite peruenit, de arb.

h ¶ Ad feudum.] De hoc diffusè not. in cap. quamuis, eod. per glos. quam ibi Abb. dicit ab omnibus approbatam, & per eundem in c. ad hæc eo. & per Fel. in ca. quæ in Eccles. versi. quinta declaratio de const.

Postremò. Casvs. Cum supra dictum sit decimas esse soluendas Eccles. Parrochial. § inter personales. supra eo. fuit propterea quæsitum an ex eis esset Epis. soluẽdum, quidam enim negat. respon. quia ratio decimandi tantum in ipsa Parrochia verificatur, vt in d. § leg. Sol. tamen vt hic legimus, quia ratio quæ in Cura Parroch. consideratur etiam in Epis. verificatur arg. § canon. portio sup. tit. prox. & ideo nec etiam obstat obiectio: Not. præscrip. rer. Eccl. spirit. non dari nisi inter personas Ecclesiast. & capaces.

proximè exposuimus [a]) decimæ debentur, ita etiam decimarum ipsarum quarta [b] * Episcopo à Rectoribus Eccles. nisi legitima obstet præscriptio [c] persoluenda erit.

DE REBVS ECCLESIAE alienandis, vel non.

TIT. XXVII.

Regulariter Episcopus non potest aliquid agere sine consensu, vel consilio Capituli. h. d.

TRactemus nunc, [d] de rebus temporalibus Ecclesiarum, illarumque administratione, & alienatione, sine quibus spiritualiũ dignitas, haud facilè consistere potest. [e] Et quidem illud inprimis firmare nos oportet, nihil Episcop. regulariter [f] sine consensu sui Capituli, vel consilio, [g] posse super his statuere. Cùm velut caput membratia sese Prælat. habeat ad Capitulũ. [h] In eo autem totius videtur esse consensus Capituli, cui & maior & sanior [i] fratrum accesserit sententia.

Alienatio rei Ecclesiast. facta sine vtilitate Eccles. & clericorum consensu non valet. h. d.

Ex his consequens est vt rerum Ecclesiast. primò, quod cum hæc bona sint de intrinseca ratione temporali, propterea etiam à laicis possunt præscribi. Notat. secundò, quod cum in alienatione istorum bonorum requiratur certa solemnitas, propterea teneret argum. ab istis ad bona pupillorum, & è contra. Not. tertiò, quod aliquando ob vnicum delictum plures, & diuersæ imponuntur pœnæ.

a ¶ Eposuimus.] supra eo. § inter personales.

b ¶ Quarta.] Capite conquerente, vbi traditur, de offic. ord. & sup. de immu. Eccles. § penul. licet quidam contra, & malè, vt per Abb. in c. cum contingat: eo vbi latè disp. ad quẽ iure cõmuni pertineãt decimæ.

* Quarta.] Etsi vulgò quarta Episcop. debeatur tamen ex consuetudine quæ in his præualet, c. certificari. De sepult. maior, aut minor deberi potest, gloss. in c. quoniam in verb. tua parte. de decimis & inde est quod in eod. cap. indefinitè fit mentio eius partis quam Epis. de decimis habere debet, & aliqua pars de iure communi debetur Epis. c. cum in tua, & ibi Host. & Ioan. And. de decimis, non autem ex consuetudine, vt sentire videtur glossa communiter reprobata in cap. conquerente. de offic. ordin. licet quota pars huiusmodi consuetudine reguletur Panorm. in d. c. conquerente. SOLIER.

DE REBVS ECCLESIÆ Alienandis.

Io. Bap. IN superioribus author loquutus fuit de rebus Eccles. spiritual. & mixtis, sequebatur videre de rebus temporalibus, de quibus cum primò in genere debuisset tractri, arg. § 1 de sup. de iur. can. ideo proponitur hic tit. iste, qui diuiditur in tres partes, in quarum prima habetur ad quos spectat istarũ rerum alienatio, & à quo ipsa sit facienda: in secunda adnot. quidiste terminus significet, & quod regulariter in hac materia sit tenendum: in tertia á regula data multi excipiuntur casus: secunda ibi, alienationis: tertia ibi, excipiuntur.

Io. Bap. TRactemus nunc. CASVS. Quidam clerici beneficiati, ac etiam Monachi volebant per seipsos tantum, causa tamen suadente bona suæ Ecclesiæ vel Monasterij alienare, vel aliter de eis disponere, dicebant autem id esse sibi licitum, & permissum, quia à princ. & viri idonei, & rectæ conscientiæ sunt iudicari, & approbati ob examen de eis factum iuxta ea, quæ supra in primo lib. de elect. & promo. dicta sunt, his accedit quod sicut bona unius Ecclesiæ, non sunt alterius, vt præsupponitur, ita non videtur conueniens, vt alius clericus, vel Prælatus in alienatione eorum se debeat intromittere, cum non liceat mittere saltem in messem alienam. Solu. tamen vt hic cauetur, quia sicut fuit maximæ vtilitatis bona Eccles. in Ecclesia conseruare, cap. videntes 12 quæst. 2 ita quoque cautè est animaduertendum quid obseruari debeat in ipsorum alienatione: qua ratione suadente non obstant obiecta, quia ad maiorem cautelam hoc statutum fuit, argument. capite vbi periculum, de ele. in 6. Notat.

d ¶ Tractemus nunc.] q. d. vidimus hucusque de rebus Ecclesiasticis merè spiritualibus, vt sunt sacramenta. Item de rebus Ecclesiasticis, quæ quodam respectu sunt spirituales, quodam alio respectu sunt temporales: vt est Canonica portio, vt sunt decimæ vt sup. tit. proxim. in princ. restat. nunc videre de rebus Ecclesiast. merè temporalibus.

e ¶ Consistere potest.] 1 quæst. 3. capite si quis obiecerit, & dist. 93 cap. legimus.

f ¶ Regulariter.] Ideo regulariter: quia quædam potest Episcopus explicare absque consilio, capite vt sunt minora negotia, vt per Abb. in cap. nouis, de his quæ fiunt à Præl. sin. cons. cap. fac. not. per Innoc. in capite final. de mai. & obe. fac. capite edoceri de rese. Item existente rationabili causa etiam ardua poterit sine consensu, capitul. explicare, puta, si vellet procedere contra aliquem consanguineum, & valdè amicum Col. legij. Item in notorijs non requiretur consilium capituli, & multò minus consensus Abb. in d. ca. nouit.

g ¶ Vel consilio.] Per hanc alternatiuam reijciuntur opi. gloss. in capite cum vos, de his quæ fiunt à præs. sine cons. capitul. quia dicebat, quod in omnibus negotijs Ecclesiæ est necessarius consensus capituli, quod est contra, capite quanto, & capite nouit. eodem titul. & illam reprehendit Abb. in capite cum nos, eodem titul. in quo etiam eleganter considerat differentiam inter iussum, auctoritatem, consilium, & consensum, dic, vt per eum ibi.

h ¶ Ad capitulum.] Sunt ergo Episcopus, & capitulum vnum corpus factum, & repræsentatum in singulis de corpore, ex quo, secundum Abb. in capite nouit. de his quæ fi. á præl. si cons. capitul. quod dispositio concepta per verba. Si quis, & per verba. Si qua fecerit, & cap. comprehendat etiam vniuersitatem, cum sit quoddam corpus fictum, vt hic, & dict. capit. nouit quod procederet in fauorabilibus, non autem in odiosis, vt ibi per Abb.

Episcopus & Capitulum vnũ corpus.

Vnus interdum potest impedire ordinationẽ vniuersorum.

i ¶ Sanior.] Quod tamen præsumitur si constet de maioritate, de quo in cap. Ecclesia 2 de ele. Sed si minor pars, vel etiam vnus tantum afferret aliquod multum rationabile, & prob. posset impedire ordinationẽ vniuers. fac. c. Nicæna. d. 31. & l. 1 § sed neque C. de iur.

Vet. enunc. & per Abb. in c. 1 de his, quæ fin. à ma. par. cap.

a ¶ Clericorum.] Sed de quibus clericis est hoc intelligendum? Resp. secundum Ab. & Doct. in cap. 1. de his quæ fiunt à præl. fin. consen. capit. Si agitur de alienatione rei ecclesiæ cathedralis, intelligas de clericis, qui sint de capitulo dictæ ecclesiæ, ad hoc cap. 1. de reb. eccl. non alienan. in 6. Et intellige de præsentibus: absentes enim non sunt vocandi necessario 10 q. 2 cap. hoc ius, Ab. in d. cap. 1 Si agatur de alienatione rerum inferioris ecclesiæ, magna varietas est opinionum. Quidam enim dicunt, quod sufficit clericorum consensus dictæ inferioris ecclesiæ: quidam quod exigitur consilium canonicorum cathedralis Ecclesiæ, alij aliter, vt habetur in dicto cap. 1. Sed quid si episcopus non habet capitulum, quia propter bella ecclesia est destructa? Resp. loco canonicorum adhibebit alios clericos honestos, arg. c. si fortè, d. 65 fac. c. nullas res, 17. qu. 4. fac. l. vbi absunt, ff de tut. & cura. dat. ab his.

absque clericorum[a] subscriptione,[b] & Ecclesiæ vtilitate,[c] & Romano in consulto[d] Pontifice[*] ab Episcopo facta donatio, vel alienatio, vel suppositio[e] non teneat:[f] nisi eam postmodum ratam habeant.[g] Prælatus enim Ecclesiasticarum rerum pro-

b ¶ Subscriptione.] Not. vnum ex casibus, qui indigent subscriptione, nec enim necessaria est, nisi in casibus à iure expressis, regulariter enim consensus sufficit l. pactum C. de pact. nisi in casibus no. in cap. 1 de censib. in 6. Immo hoc quod hîc de subscriptione dicitur, hodie in pluribus locis non seruatur, secundum Ab. in c. 1 de his, quæ fi. à præ. fine cons. cap. quamquam multi teneant consuetudinem per quam tollitur solemnitas requisita in alienatione rei ecclesiasticæ non tenere, de quo in c. nulli eo.

Præsumitur Ecclesia facta locupletior.

c ¶ Vtilitate.] Sed an sufficiet vtiliter alienationis negotium esse cœptum, licèt effectus sequutus non fuerit? & videtur sufficere l. sed an vltro, ff de neg. gest. contrarium videtur verius, quia cum ecclesia comparetur pupillo, non sufficit negotium vtiliter esse cœptum, nisi ecclesia sit facta locupletior, l. si pupilli, ff de ne. ge. eo tamen ipso quod non est damnificata, reputatur facta locupletior, l. si pupillo, ff. de sol. & not. in cap. siue. 12 q. 2.

d ¶ Inconsulto.] Fac. c. 2 eo. in 6 & extrau. Pauli II. Veneti, quæ incipit ambitiosæ.

* Romano inconsulto Pontifice.] Quod & in Gallia obtinet etiam quoad alienationem temporalium inferioris, & particularis Ecclesiæ, Feuret. de abusu lib. 3 cap. 1 n. 17. Litteræ autem Apostolicæ de alienandis rebus Ecclesiasticis potestatem facientes debent in forma commissaria ad partes expediri quibus mandetur Iudicibus delegatis, vt de causis alienationum diligenter inquirant alias in forma gratiosa, seu motu proprio conceptæ in Gallia non reciperentur, debet enim præcedere causæ cognitio: cum Pij Pontifices & Concilia, Imperatores, & Reges nostri alienationem huiusmodi, nisi iusta subsistente causa prohibuerint, Can. benè quidem dist. 9 Can. quicumque 17 q. 4. l. placet, l. neminem, l. sancimus, cod. de sacrosanct. Eccles. nouella 20. 26 & 131 Iustiniani, Capitularib. Caroli Magni lib. 1 cap. 83 nec ibidem admittitur clausula, etiam inuitis ac contradicentibus clericis ac possessoribus Feuret. vbi supra. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti §. Author ponit ea, quæ necessaria sunt, vt alienatio rei Ecclesiæ valida sit, vnde sciendum est, quod alienatio rei ecclesiæ facta laico debet reuocari cap. ad nostram de reb. eccles. non alien. & præsertim mediante restitutione in integrum ex capite enormissimæ læsionis, quæ peti debet intra quadriennium à tempore celebrati contractus, vt vtiliter explanat Suarez alleg. 21 num. 3. & seq. & sic quod alienatio ipsius ecclesiæ fieri nequit nisi duobus principaliter interuenientibus videl. solemnitas, & iusta causa alienandi, & iterum altero deficiente contractus non tenet, ita Panorm. per illum textum in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & ista est communis opinio, vt per omnes doctores, & ibi præsertim per Modern. & per Bero. cons. 88. in causa mota sub num. 10 col. 1 per Dec. cons. 142 pro tenui num. 4 & Roderic. suarez in allegatione 21 num. 1 Petr. Anton. August. cons. 10 num. 1 & sequent. lib. 7. Iodocum Damhonde. in tract. de subhastatio cap. 1 num. 17 & num. 25 Matth. Brun. cons. 23 vltra num. 2 volum. 1 Rimin. Iun. cons. 364. Accusat. numero 55 & sequent. vol. 4 Symon. de Petr. cons. 38. consultus n. 13 vol. 1.

Et quæ sit causa legitima ne ignorentur, termini præsentis speculationis tradit glos. in summa 12 quæst. 11 & Bero. consilio 89 viso puncto mihi exhibito n. 13. volum. primo, & quæ etiam sit solemnitas, & forma ponitur in text. in cap. sine exceptione eadem quæst. & causa, & declarat. Panor. in cap. nulli de rebus eccles. non alien. & Bero. in cons. 88. num. 39 & seq. & quod interuenire debeat, vt alienatio in Ecclesiæ vtilitatem facta præsumatur, discurrit Suarez in allegat. 21 nu. 2 Nec præsumitur vtilitatis causa factum nisi probetur, vt per Guid. Pap. decis. 151. Rimin. Iun. cum alijs coaceruatis per eum cons. 187 in causa Monachorum, n. 39 volum. 4. Adeo quod alienatio rerum Ecclesiæ fieri potest in eius vtilitatem cum vtilitas necessitati comparetur, ita Bened. Caroph. in extrauag. ambitiosæ de rebus eccles. alienan. vel non num. 85.

Vnde vbicunque fieret alienatio rerum Ecclesiæ mediante causa, & interueniente Iuris solemnitate, & sic legitimis subhastationibus præcedentibus, tunc ille non liberatur plus offerenti, sed illi qui iustum quidem obtulerit pretium, compellitur Ecclesia res istas liberare gl. est in § hoc ius Porrectum, in verb. vt plus 10. quæst. 11 quam ait singularem ibi Archid. Abb. in cap. per tuas de donat. & in cap. 1. de empt. & vendit. & Roman. singul. 762. tu scis quod res Eccles. & ibi Nicol. Pigmolar. cum alijs aggregatis per eum in additio. vbi planè explicat istam esse communem opinionem.

Et quamuis illud verè iustum pretium sit quod discernitur, per subhastationem lege fi. § penul. C. de iudic. do. impe. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. & l. officium, C. communi diuid. tamen vbicumque mediante emulatione, vel aliquo alio respectu. Causa, & occasione simili in subhastatione rerum ecclesiæ oblatio facta esset, per aliquem, quæ excederet, iustum pretium tunc si reperitur, facta alia oblatio per alterum, quæ esset iusti pretij ecclesia tenebitur offerenti iustum pretium rem suam liberare, non autem plus offerenti.

e ¶ Suppositio.] Cap. 2 eod. in 6.

f ¶ Non teneat.] Etiam si omnes clerici consentiunt, c. fine, 12 q. 2 vbi not. l. iubemus. C. de sacrosc. eccles. Sed si alienatio fiat seruata forma in casu non concesso, teneret alienatio, licet ecclesia tanquam læsa restituatur per ea quæ no. in c. ad nostram eo. Alienatio tamen à rectore aliquo perperam facta valet in vita sua, & in sui præiudicium Abb. in c. veniens de transact. vbi hoc dictum declarat.

g ¶ Ratam habeant.] Cap. cum nos, de his, quæ fiu.

curator [a] est, non dominus, & conditionem Ecclesiæ meliorem quidem facere potest, deteriorem [b] non potest. [c] Quod si secus factum fuerit, nec quod gestum [d] est, vires vllas sortietur, [e] & canonum temeratores, tam sæcularium, quam Ecclesiasticarum legum pœnis subiacebunt.

Alienationis verbo quid contineatur. h. d.

Alienationis [f] autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, donationem, conductionem, [g] emphyteusim, & omnem conuentionem per quam dominium transfertur.

Ecclesiam suam non potest quis grauare pro alienis debitis. h. d.

Sed nec [h] commissam sibi Ecclesiam

Procurator Ecclesiæ prælatus quomodo dicatur.

a ¶ Procurator.] 12. q. 1 c. fi. & q. 2 c. fine, & c. 2. de dona. dicitur procurator prælatus ex eo, quod debet procurare vtilitatem ecclesiæ : nam propriè non est procurator, secundum Ab. in d. c. 2 prælatus enim habet dignitatem, & potest latius, & liberius disponere de reb. eccles. quam procurator, fac. no. in c. fin. 5 qu. 3 & 12 qu. 1 ca. duo sunt genera, & in cap. præsenti de offic. ordin. in 6 patet, quia procurator numquam donat. l. procurator tutorum, ff de procurat. prælatus vero aliquando donare potest, secundum ea, quæ habentur in cap. 3 de donat. & in §. licet cum seq. vt infr. titul. prox. & § excipiuntur infr. eo.

b ¶ Deteriorem.] Sic c. 1 de iniur. resti. & c. 2 de donat.

c ¶ Non potest.] In faciendo, nisi modico, c. 2 & c. 3. de donat. vbi not. secus omittendo 16 q. 3 c. placuit, & de materia per Ab. in c. 1 de dolo, & cont.

d ¶ Gestum.] Et inde sequuntur c. 2 eod. in 6.

e ¶ Sortietur.] Cap. 2 eod. in 6. c. si quis presbyterorum, & cap. ad nostram eod. in antiqu. cap. 2. de re. permut. & in extrauag. Pauli 2. incip. ambitiosæ.

Io. Bap.

Alienationis. Casvs. Quidam clericus beneficiatus contraxit diuersa negotia, videlicet locando bona Ecclesiæ, alienando, promittendo, & simil. faciendo : vnde fuit dubitatum primo, an omnes huiusmodi actus sub nomine alienationis cõprehendantur, secundo an in huiusmodi rebus sit regulariter deneganda alienatio : quoad primum habemus, l. 1 C. de fund. dotal. confirmatur, quia aliter prohiberentur negotia, quoad secundum nulla videtur regula ponenda, quia de bonis istis debet disponi, prout ecclesiæ vtilitas postulabit, cum in eius commoditatem sint relicta. Sol. tamen, vt hic cauetur, quia alienationis vocabulum aliquando largè accipi debet, cap. nulli eo & regulariter ecclesiæ expedit bona ista conseruari cap. videntes, 12 q. 1 non obstant obiecta, quia l. 1. intelligitur de alienatione propriè dicta : quoad secundum regulariter expedit magis ipsa conseruare vt dixi. Not. primo quod quando vocabula duo habent significata secundum illud sunt accipienda, quod facit ad materiam, & intentionem propositam : Not. secundo inde argumentum quod successor in aliqua dignitate tenetur ad illa debita, quæ à prædecessore fuerint contracta ob vtilitatem, vel necessitatem præd. dignitatis.

f ¶ Alienationis.] Accipitur autem largissimè in hac materia verbum, alienationis, fac. c. nulli. eod. vbi latè traditur, & extra Paul. 2. incip. ambitiosæ, & per Abb. in capit. 1 de his quæ fi. à prælfi. conf. cap.

g ¶ Conductionem.] s. ad longum tempus, c. nulli. eo. 1 ff de superficie & clem. 1 eo. alij habent conductionem, de cuius literæ intellectu latè per Ab. And. Sicul. Mo. der. Bononienses in dicto capitulo nulli.

ALOYSIVS RICCIVS. Alienatio propriè, & stricte est omnis actus, per quem dominium transfertur secundum glos. in cap. cum nulli liceat de rebus eccles. non alienand. quam Doctor. ibidem sequuntur, largè autem alienatio dicitur datio in emphyteusim, & locatio ad longum tempus, vt voluit Iac. de Bellaper. in auth. de non alienandis §. quia verò etiam quando sola possessio in alium transferatur, vt not. Innoc. in cap. Episcopi, de rebus ecclesiæ non alienand. & Alb. in auth. hoc ius porrectum C. de sacrosan. eccles. Panorm. in dicto capit. nulli, dicit quod in materia odiosa alienatio capitur strictè, & consequenter, solum pro contractu per quem dominium transfertur, in materia tamen larga, & fauorabili capitur largissimè, & sic dicit text. in dicto cap. nulli alienationis verbum continet conductionem scilicet ad longum tempus, donationem venditionem, permutationem, & emphyteusim perpetuam, & alij in tex. habent non conductionem sed conditionem ideſt venditionem sub aliqua conditione, & sic sub conditione generali nomine alienationis quilibet actus tendens, ad dominij translationem comprehenditur, de quo Paris. in cons. 13. n. 41 volum. primo vbi an contineatur datio insolutum. Vnde ex decis. huius tex. prohibita alienatione videtur etiam prohibita Hypotheca, & habet locum in statuto prohibente alienationem Angel. in l. benignus ff de leg. tenet, quod non, de quo Dec. in cons. 945. volum. 3. & Bald. cons. 218 volum. primo in Nouis. qui etiam ampliat. & limitat. & prohibita alienatione prohibetur pigneris obligatio, & omnis actus, per quem alteri quæritur ius in re, & bonum est arg. de testamento ad statutum è contra Rip. in l. filius familias, §. Diui. ff. de leg. primo Tiraqu. in tract. conduct. in glos. 5 per totum, Ias. in l. ita stipulatus colum. 10 in fine num. 17. ff. de verbor. obligat. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. 22 quæst. princ. num. 2 de quo etiam Camer. in cap. Imperialem de prohibita feudi alienat. in lectura. 1 cart. 12 Couar. in cap. 6 num. 7. Hipp. singu. 324. & Affict. in decis. 87 num. 1 sed hæc limita non esse vera, quando daretur pignori res prohibita alienari pro modica quantitate, secus pro magna quantitate, ita quod non esset spes venditionis secundum doctri. Bar. in l. qui habebat ff. de legatis 3 & an qui renunciat dicetur alienare, & quid sit alienatio, & quid sit aliud non acquirere, vide Soc. in cons. 220 vol. 1.

h ¶ Sed nec.] Dixit de alienatione rerum, nunc de obligatione. Et dicitur ecclesia alicui commissa, etiam si cui sit commendata, vel in administrationem concessa, & omnibus his casibus habebit locum quod hic dicitur, & in c. 2 de sol. Sed quid si intrusit se quis in ecclesiam ? Reuerend. idem, cum non debeat esse melioris conditionis, quam sit ille qui canonicè ecclesiam obtinuit, vt in c. cum qui de præb. in 6.

pro alienis grauare debitis, [a] aut literas [b] alicui, vel sigilla concedere, [c] quibus Ecclesia possit obligari, aliquis audere debet, alioqui nec Ecclesia ad talium debitorum solutionem tenebitur, [d] & qui id ausus fuerit, à spiritualium, & temporalium administratione suspensus [e] erit.

Ponit casus, in quibus clericus obligare potest Ecclesiam suam. h. d.

Debita tamen à prædecessore [f] suo pro Ecclesiæ necessitate [g] contracta, soluere procul dubio tenebitur. Idem si clericus de mandato [h] fideiusserit, aut si non de mandato, in rem tamen Ecclesiæ mutuum verterit. [i]

Potest prælatus rem non magni valoris in aliquem bene meritum transferre. h. d.

Excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus donandi, permutandi, locandi libertatem, feudum, & emphyteusim dandi, aut aliter alienandi iure licentia conceditur.

a ¶ Debitis.] Quæ dicantur aliena debita, vide per Inn. in c. pastoralis de præb. & quod ibi etiam per alios no. potest tamen prælatus obligare pro sua sustentatione; quia hæc sunt ecclesiæ debita: vt per Ab. in cap. 1 & in c. 2 de sol. vbi de intellectu d. c. 1 & d. c. 2. & huius literæ, quæ inde sumitur.

b ¶ Literas.] Per quas concedunt prælati, vt quis possit sumere mutuo nomine suo, & ecclesiæ. An autem quando prælatorum literæ faciunt fidem, latè in c. quoniam contra, de probat.

c ¶ Sigilla concedere.] Nisi forsan honestæ personæ, cui posset prælatus committere Abb. in capitu. scripta de fid. instrument. & est hic argumen. quod sigillum probat procurationem, de quo per Abb. in cap. 2 de solu. & in cap. primo de syndico, & quæ detrahant fidei sigilli per Ab. & alios in cap. inter dilect. vbi de materia plenè, de fi. instrument.

d ¶ Tenebitur.] Nisi quatenus in eius vtilitatem erit versum cap. quod quibusdam de fideiuss. & concor. cap. 2 de sol. & 10 quæstio. 2. cap. ea enim ver. creditor. quod tamen non præsumitur, nisi probetur, Ab. in capit. super hoc, de renunc.

e ¶ Suspensus.] [pso iure: cum vesbum suspensus, sit verbum præteriti, vel præsentis temporis fac. not. in reg. in pœnis, de reg. iur. in 6 & not. in cap. 2 de solut. & not. pœnam committi ex actu nullo. simi. in cap. nuper de big.

f ¶ A prædecessore.) Est enim quasi hæres ipsius 24. quæst. 8 capit. conuenior & 12 quæstio. 2 cap. fin. Vnde iste successor, & hæres comparantur. Nam vt hæres succedit in vniuersum ius: ita & successor in beneficio succedit in vniuersum ius ecclesiæ, & sic ecclesia dicitur habere quid vniuersum, de quo not. in cap. cum ad sedem, de rest. spoliat. Item quoad sustinendum onera contracta per prædecessores, vt hic. Differunt tamen in quibusdam. Nam hæredis ius causatur à defuncto, successor verò in beneficio non à defuncto ius habet, sed à superiore. Item hæres tenetur soluere omnia debita defuncti qualitercunque contracta, vt not. in capit. 1 de testa. successor in beneficio solum contracta pro necessitate ecclesiæ, vt hic, & capitulo secundo de solu.

g ¶ Pro necessitate.] Alias enim non tenetur, cap. quod quibusdam, de donat. cap. secundo, vbi not. de sol. Sed an hoc casu debeat probare creditor pecuniam in vtilitatem ecclesiæ versam? Innoc. quod sic Hostiens. Ab. & communis contra, sufficit enim secundum eos probare necessitatem obligationis, cap. 1 de solu. & ita limitabitur quod not. idem Ab. in cap. super, de renunciat. vide per Ab. in capit. penult. de fideiuss.

h ¶ De mandato.] Scilicet prælati, & cap. pen. de fideiuss.

i ¶ Verterit.] Cap. pen. de fideiuss. & intellige hoc quando vtile est Ecclesiæ illam versionem esse factam, ita quod verisimiliter ecclesia de suo expendisset, nisi esset facta illa versio. l. fundo. ff de rei vend. alias ecclesias tenetur solum illud refundere, in quo est meliorata: nō autem quantum esset expensum, quod intellige, quando particularis, qui contraxit, nullam habebat administrationem, vel peculium, vt latissimè per Ab. in d. c. pen.

Excipiuntur. Licèt hæc pars plures habeat partic. quoniam tamen omnes tradunt ad limitand. reg. in hac materia supra suo loc. in hoc tit. adnot. propterea commodè in ea ita in communi Casvs figurari potest, videlicet Clerici beneficiati, & administratione sui beneficij habentes in multis casibus alienabant bona suæ ecclesiæ, aliquando donando rem aliquam modici valoris, vel ad modicum tempus aliquando, cas. res locando, vel titulo precarij concedendo, vel ruinas ipsarum alienando, vel terrulas concedendo, vel res solitas feudari feudando, vel bona relicta refutando, vel principi diuerso titu. concedendo, vel permutando, vel præscriptionem tolerando, vel alio simili modo in alium transferendo, qua de re fuit dubitum, an in omnibus huiusmodi casibus regula supra adnot. debeat verificari, quidam enim affirmatiuè respondebant, quia aliter seruiret de vento cum per viam indirectam posset ab ea recedi contra c. cum quia de regul. iur. in 6 confirmatur quia ecclesiæ conditio debet reddi melior, non autem deterior c. 2 de donat. his accedit, quod solemnitas alienandi ead. via indirecta, redderetur vana quod non est admittendum. Sol. tamen, prout in tota hac parte legimus, quia omnis regula in iure aliquando limitatur l. omnis definitio, ff de reg. iur. in casibus enim sup. adnot. Ecclesia, vel non læditur, vel modicè læditur, & hoc permittitur ob aliquod bonum, quod inde oritur: argumento § 1 seu in prine. Instit. quibus ex causis manumitt. non liceat. Non obstant obiecta, quia reg. præd. habet locum quando spiritualis ratio non est in contrarium, secus aliter: nec propterea conditio ecclesiæ redditur deterior cum lege, & ratione concurrente talis alienatio permittatur, qua de re sicuti alienatio in casibus spiritualibus est permissa, solemnitas necessariò non seruanda puto tamen in hoc esse cogitandum. Not. primò, quod casus excepti non sunt sub regula, firmant tamen eam in contrarium. Nota secundò, quod aliquando id dicitur de iure esse concessum, quod expressè cauetur. Not. tertiò argum. quod de iure statutorum id in prohibitis erit permissum quod expressè fuerit cautum.

Io. Bap.

a ¶ Præ-

Nam ſi quid prælatus [a] non magni valoris [b] cui fortè ob benemerita [c] donauerit præſertim [d] ſuadente conſuetudine, [e] iure ſuſtinebitur [f] donatio.

Licet prælato concedere alicui terram gratia fabricandæ Eccleſiæ. h. d.

Multò magis idem erit ſtatuendum, ſi quid fortè ſoli ad eccleſiæ fabricam erigendam conceſſum fuerit: quo caſu tantum donare licèt, quantum eccleſiæ parietes concludere poſſunt. [g]

Prouentus eccleſiaſtici poſſunt vendi ad modicum tempus, & ad præcarium concedi, quæ reuocanda erit de quinquennio in quinquennium. hoc dicit.

Idem iuris erit, & de redditiuum fructuumque [h] venditionibus ad tempus modicum [i] faciendis, & de præcariis, [k] quæquando-que de eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, quæ ne temporis longinquitate iuris eccleſiaſtici pereat memoria, [l] de quinquen-

a ¶ Prælatus.] Intellige non ſolum de prælato ſæſculari, verum etiam de regulari, in regulari non loquitur. cap. cæterum, de donat vnde hic ſumitur de ſæculari probatur in capitul. fin. de pecul. cler.

b ¶ Valoris.] Scilicet mobiles, & non pretioſas, alias non procederet quod hic dicitur, nec etiam conſuetudo, vt per Ab. in capit. cæterum de don.

c ¶ Ob benemerita.] capit. fin. de pecul. cleric. addit dictionem fortè quia idem eſſet dicēdum ſi donaſſent ob aliam rationabilem cauſā fac. capitul. relatum 2 & quod ibi not. de teſtā Ab. in cap. cæterum, de don.

d ¶ Præſertim.] Ideo additur dictio præſertim quia non eſt ſemper neceſſaria conſuetudo: ſi quidenim vellet donare de redditibus eccleſiæ, quos facit ſuos, poteſt prælatus etiam ſine cōſenſu capituli, & ſine aliqua conſuetudine, pro hoc quod not. in c. præſenti de offic. ordin. in 6 Idem eſſet de alia re minima: ſed ſi non eſſet minima non poſſet aliquid donare ſine cōſuetudine, niſi cum cauſa probabili, vt eſt notatum ſup.

ALOYSIVS RICCIVS. Enumeratur alia limitatio in preſenti § vt poſſint res Eccleſiæ alienari abſque ſolemnit. quæ eſt, ſi conceditur ex cauſa remunerationis veluti ſi ijs concedantur, qui Prælatis, & Eccleſiis ſeruierunt capitul. relatum l. ſecundo § licèt, & capit. cum officijs, de teſtament. & capit. eccleſiaſticis, & capit. charitatem duodecima quæſtio. ſecunda, de loc. & cōd. & § nos igitur in Authen. de non alienand. & § ea in Authent. de alienat. & emphyt. Affilct. in dicto capitul. primo colum, ſexta, alias ſeptima, verſic. ſeptimo & verſic. octauo, de ijs qui feud. dari poſſunt quod locum habet etiam in rebus immobilibus Iaſ. qui alios refert in lege ex hoc iure, num. ſexageſimo, de iuſt. & iur. & ſequitur Pariſ. conſilio vndecimo, numero quadrageſimo ſexto libro primo, ſed Dec. quem ipſe pro hac ſententia adducit aliud conſuluit in conſilio centeſimo ſeptuageſimo quarto, neque Curt. quem refert. de feud. par. ſecunda, qu. 6 in propoſito loquitur.

Hinc eſt, quod feudum ſolitum concedi pro maſculis a prælato poteſt dari fœminis ex cauſa remunerationis Aluarot. præpoſit. in capitul. primo, de his qui feud. dari poſſunt. Cardin. Zabarella in capitul. ex parte, de feud. Iacob. in de Sancto Georgio in inueſtitura feudali, in verſic. in feudum numero 38 Iaſ. in lege ex hoc iure, numero ſexageſimo primo, ff de iuſtitia & iur. Curtius de feud. par ſecunda, quæſtione ſexta, numer. quinto. Zaſ. conſilio decimo tertio, numero vigeſimo octauo, libro primo, conſilio vigeſimo ſecundo numer. vigeſimo ſexto, libro ſecundo, pio qua opinione facit, quia Prælatus poteſt benemeritos remunerare de bonis Eccleſiæ capit. per tuas, de donat. capitulo relatum. li. ſecundo, de teſtament. Bartol. per illum textum in lege iuſta cauſa, ff de manumiſſ. vind. Ab. in capitul. conſenſus, de rebus eccleſ. non alienan. Cardin Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libro 23 titulo vigeſimo numero vigeſimo octauo, vbi dicit eſſe communē quam etiam ipſe nititur probare, quia vt inquit expedit Eccleſiæ benemeritos ad bona, quæ ſunt ſolita in feudū concedi admittere, vt alii eorum exemplo ad ſeruitia præſtanda Eccleſijs alliciantur: nam ſimili modo laicis cōceditur Iuſpatronatus, vt alij inducuntur ad fundandas, & dotandas Eccleſias capit. nobis de Iure patronatus D D in capitul. tertio, eodem, & quia merita eorum qui ſeruiunt Eccl. ſunt remuneranda, & præmijs adhortanda li. ſemper, § negotiationes, ff de iure immun.

e ¶ Conſuetudine.) Iuri non contraria diſt. 12 ca. ſcit ſancta de re iud. ca. cum cauſa.

f ¶ Su ſtinebitur.] Sed contra quia nil dat, qui nihil habet. l. vniuerſæ C. de leg. 1 qu. 7 ca. Daibertum cum all. in ca. cæterum de don. & eſt cap. 2 eo tit. & 12 qu. 1 ca. ſi priuatū. Reſp. hoc intelligitur de erogatione in pauperes, ſed hoc licet ſit in ſe verum, huic tamen literæ non conuenit, nec c. cæterum, quia hoc caſu non eſt neceſſaria conſuetudo, & alia de quibus hic quia ad eleemoſinam tenetur eccl. de rebus ſuis 26 quæſt. 1 capit. quoniam 12 q. 2 c. aurum. Vnde intellige, etiam quod res non ſit minima, dummodo non magna Facit ſimile de tutore qui quamquam non ſit proprietarius, ratione tamē liberæ adminiſtrationis aliqua donare poteſt. l. cum plures ff de adin. tut. fac. l. filius. ff de donat & c. nobis in ſi. de elect. & c. is cui eo. tit. in 6.

g ¶ Poſſunt.] 17 q. 4 ca. in venditionibus, & c. qu.

h ¶ Fructuumque.] Differentia eſt inter fructus, & redditus quia quidquideſt in fructu eſt in reddītu ſed nō contra, vt not. in ca. general. in fin. de elect. in 6 & fac. Clem. 1 in fi. eo. vnde ſumitur. *Fructus differt reditu.*

i ¶ Ad tempus modicum.] Sed quod dicetur modicū tempus? Reſpon. 1 relinquendum erit iudicis arbitrio l. 1 in fi. ff de iure delib. l. 1 § 1 ff de contract. c. de cauſis de offic. deleg. cap. inquiſitionis. de ceu. & not. in l. 1 § quod ait ff de ſupſ. iudex autem arbitrabitur ſecundum ſubiectam materiam, & no. de hoc in cle. 1 eod. in fin. *Tempus modicum.*

k ¶ Præcariis.] Contractus iſte præcariæ vel præcarium eſt iure ciuil. incognitus, & de eius natura, vide per Ab. in cap. 1 de præcar. *Contractus præcariæ in re ciuili incognit.*

l ¶ Memoria.] Fac ea qu. capite longinquitate, & capite ſæpe.

nio, in quinquennium [a] * renouandæ erunt.

Præcarium soluitur ad beneplacitum concedentis: secus præcaria, nisi sit irrationabilis, hoc dicit.

Distat autem præcarium a præcaria,* quia præcarium tamdiu conceditur, quoad is qui concessit, patitur: [b] præcariæ verò non sunt pro voluntate concedentium reuocandæ, [c] nisi sint irrationabiles: quo casu poterit successor [d] à prædecessore concessam præcariam rescindere, & reuocare.

Ruinæ prædia inculta, & siluæ extirpatæ possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim & si per biennium in solutione census cessatum fuerit, potest emphyteuta expelli. h. d.

a ¶ In quinquennium.] Non est de substantia contractus huius quod fine de quinquennio in quinquennium ut per Ab. in capite 1 de præcar.

* De quinquennio in quinquennium) Apud nos locatio rerum ecclesiæ vltra triennium prohibetur Boer. de cis. 224 nu. 2 ferrerius ad qu. 100 Guid. Pap. iuxta clem. 1 de Reb. eccles. non alienand. extrauag. ambitiose co. tit. & ita iudicasse Senatum Tolosanum refert *Laroche* in decretis lib. 1 tit. 5 artic. 1 item locare non licet res Ecclesiasticas ante finitū tempus præcedentis locationis, Rebuff. in compendio alienat. rerum Eccl. nu. 18 quia valor temporis futuri sciri non potest nam pretia rerum tempore variantur, l. pretia ff ad l. falcid. tum quia talis locatio posset extendi ad tempus quo locator rector. aut titularis Ecclesiæ non erit & sic quo non poterit: & ideo non valet l. quod sponsæ Cod. de dona. ante nupt. tum etiam quia posset parari præiudicium futuro successori SOLIER.

* Distat autem precarium à precaria) præcaria est cōtractus quo vsusfructus prædii ad Ecclesiam pertinentis ad certum tempus plerumque ad vitam accipientis ex lege dari solet vt qui accipit, aliam rem eiusdem pretij Ecclesiæ daret retento vsufructu vt docet Cuiac. in commentariis ad tit. cod. de iure emphiteut. & ad l. 1 circa medium, & lib. 4 obseruat. capite 7 quod ciuilis precarii legibus minime conuenit. Est & alia precariæ seu precariorum species concilio medio matricuum introducta vt qui quid ecclesiæ donat pleno iure rem aliam ab ecclesia triplo meliorem accipiat iure vsusfructus tantum possidendam, can. precariæ nemine 10 q. 2 quandoq; etiā hoc genere contractatus prædia clericis dari solent ad tempus vel quandiu vixerint stipendij loco possidenda, can. sæpe fit 12 q. 2 capite clerici & seq. 16 q. 3 quin etiam in quibusdam ecclesiis consuetudine receptum est vt Canonicis ecclesiasticæ prædia concedantur sub onere modici æris præstandi vt in lexouiensi Baiocensi & Carnotensi, Bengeus de benefic. capite de rebus eccles. non alien. § 12 ac in ecclesia Turonensi Chop. de sac. polit lib. 3 tit. 7 n. 13 has autem precarias singulis lustris id est quinto quoquo anno renouandas esse iubent canon præcariæ 10 q. 2 & ca. 1 de præcarijs & legibus Francicis Caroli magni lib. 4 si quis in censibus reddendis & precarijs renouandis negligens fuerit, & in capitul. Caroli calui in synodo habita in villa Sparnaco cap. 22 SOLIER.

b ¶ Patitur.] Nec pactum factum in contrarium valet li. cum præcario ff de præcar. Item extinguitur morte eius cui præcarium fuit concessum: & sic in hæredem non transfertur, non tamen concedent a morte finitur: nam vbi actus validitas dependet ab alicuius voluntate, non extinguitur ipsius morte: quia præsumitur decedere in eadem voluntate. cap. maiores extr. de baptis. concor. ca. fin de præcar. vbi Abb. latissimè de eius natura disserit. Et quomodo à commodato differat, quæ materia cum sit mere iuris ciuilis, non est hic ponenda Finitur etiam præcarium cum res est alienata, & nouus acquisitor vult. reuocare, d. capite fin. & fac. 10 quæst. 2 capite præcariæ cum duobus seq.

c ¶ Reuocandæ] Hoc in hac materia ponit hos versus.

Rio ria, rium, ria sunt, quibus caput vnum.
Ria sunt solita post singula lustra renasci.
Ria sit ad mortem, nec citra vult reuocari.
Rium finitur tunc quando vult. suis actor.

Tertium tamen versum non approbat Ab. in capite 1. de præcar. nec differentiam singularis & pluralis numeri.

ALOYSIVS RICCIVS Habetur in præsenti § quod præcaria soluitur ad beneplacitū concedentis secus præcaria nisi sit irrationabilis. Procuius intelligentia nota, quod præcaria concessio est omnis concessio facta ad placitum, ideo potest, quandocunque reuocari per concedentem cap. 1 & 2 ff de procuratorib. Alex. cons. 53 lib. 1 & quod concedens bona alicui ad beneplacitum concedentis dicatur concedere in præcarium, & recipiens habeat in præcarium Castr. consil. 439 & cons. 440 vbi quod talis possidens præcario non possidet ciuiliter, sed naturaliter tantum ideo non præsc. Amplia quia dicitur præc. conc. sic tibi concedo quod super re mea possis accipere pecuniam sub vsuris ideo potero reuocare quamcunque Alex. cōs. 53 lib. 1 etiam dī præcaria concessio quando præcib. perentis vtendum conceditur tādiù quandiu is, qui cōcessit patitur Bellam. cons. 2 numer. 28 vbi quod differt à donatione, quia donans sic dat ne recipiat concedens præcatio dat recepturus retro cum sibi libuerit, & plenè Couar. var. resolut lib. 3 cap. 15 Amplia in tantum posse quandocumque reuocari, vt neque valeat pactum contrarium Couar. vbi supra Amplia, vt reuocari poterit præcarium etiam si possidens præcario eo finito continuauerit, per longissimum tempus, quia censetur continuasse, & titulo præcedenti, & præcario Crau. de antiquit temp. in 4 par. § fi. numero 207 Castr. cō silio 439 col. 2 libro 2 & cons. 440 cod lib. vbi quod nullo modo pōt præscribi, quia non possidet sibi sed domino. Declara quando concessio fit ex causa ad beneplacitum, quia tamen l. non reuocatur beneplacitum nisi ex iusta causa imò contra beneplacitum præscribitur per triginta annos, & per quadraginta contra Principem Cravet. consil. 732. num. 12.

d ¶ Successor.] Etiam ex officio, cap. quoniam paragrapho sunt & alii, vt lit. non contest. vbi Abb. & absque timore pœnæ appositæ rescissioni è prædecessore c. 2 de præca. fac. 25 q. 9 c. quod quis.

Ruinæ [a] quoque, quas Ecclesia reficere non valeat, & inculta prædia, aut extirpatæ siluæ in emphyteusim sub annuo censu his concedi poterunt, à quibus vel suo, vel parentum suorum labore constiterit extirpatas; nisi fortè possint alijs ad maiorem Ecclesiæ vtilitatem, cum eodem onere conferri. Qui tamen si per biennium [b] in solutione Canonis cessauerint, nisi celeri satisfactione [c] postmodum sibi consulere studuerint, iure expelli [d] poterunt.

Dies interpellat pro homine. h. d.

Nec quidquam eis proderit, quod vt canonem soluerent sibi nunciatum non fuit, cum hoc casu præfixus dies pro Domino interpellet. [e]

Terrulas incommodas. & minus vtiles, potest Prælatus alienare. h. d.

Terrulas quoque aut vineolas exiguas [f] & Ecclesiæ minus vtiles, [g] aut longè positas, vel domos, [h] quæ Ecclesiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, si necessitas fuerit, distrahendi potestatem Episcopus habebit. [i]

Episcopus potest distrahere seruos fugitiuos Ecclesiæ. h. d.

Simili ratione fugitiuos seruos, & qui de

a ¶ Ruinæ.] 10 q. 2 cap. ea quæ § si quas verò fac. c. ad aures eod. vnde sumitur, & fac. c. cum dilecti. cum ibi not. de emp. & vend.

b ¶ Biennium.] C. fi. de locato. qu. 7 c. hoc ius § quirem, in priuato verò triennium requiritur, l. 2 C. de iur. emphyt.

c ¶ Celeri satisfactione.] Potest ergo emphyteuta purgare moram offerendo canonem post biennium c. pen. & c. fi. de loca, quantum sunt temporis dandum sit ad purgandam hanc moram sunt opiniones, & dicitur latissimè in d. cap. fin.

d ¶ Expelli.] Sed iudicisne auctoritate, an propria, dic vt latissimè in cap. fin. de loca.

e ¶ Interpellet.] Non est ergo requirendus emphyteuta: quia tempus statutum ipsum admonet, l. admonet, l. magnam C. de cons. 1 & com. stip. & l. 2. C. de iur. emphy. quod tamen non militat in foro pœnitentiali, & quo ad peccatum inducendum, vt per Abb. in cap. fin. de præscript. vt quod in foro pœnitentiali, dies non interpellat pro homine.

f ¶ Exiguas.] Fortè appellat exiguas non valentes vltra 20 solidos, vt 12 quæst. 2 cap. si quos, & not. in cap. terrulas, eod. cau. & q. vnde sumitur, & in cap. anteriorum 2 q. 6. Sed contra d. l. pen. ff de reb. eorum, & l. cum hi. § in annos, de transact. 17 q. 4 cap. quicunque. Sol. in contrariis erant res vtiles, nec vigebat necessitas, hic quando stimulat necessitas, & res sunt inutiles.

g ¶ Minus vtiles.] Id est non vtiles, vel parum vtiles. Facit quia nullum & minus vtile æquiparantur, cap. 2 de translat. Prælat. hoc tamen non semper capit. si proponente, & ibi Abb. de reser.

h ¶ Domos.] Fac. 12. quæst. 2 cap. fine, & cap. non liceat.

i ¶ Habebit.] Sed nunquid debeat interuenire consensus, capitul. & non videtur 12 q. 2 capite terrulas. In contrarium quod interuenire debeat, videtur probare tex. in cap. vt sup. § 2 eod. Sol. de necessitate non debet: sed de honestate. Vel expressus non debet necessario interuenire, sed benè tacitus, vel dic vt not. in d. § 1.

ALOYSIVS RICCIVS. Prohibitio alienationis de qua supra limitatur in calce præsentis § quoniam dispositio extrauagant. Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis cessat in terrulis, vt expressè probatur in c. terrullas 12 qu. 2 vbi permissum est Ecclesiast. rem modici valoris alienare absque solemnitatibus sequitur Guid. Pap. dec. 156 & 158 & Caualc. in decis. 146 part. 1 & Anchar. in cons. 197. vbi res parui momenti minus vtiles, aut longè positas vineolas Eccles. sine solemnit. possunt alienari gl. in summa 12 q. 2 & ratio est quoniam in generali alienationis prohibitione non veniunt modica Abb. in c. vt super de rebus Eccles. non alienand. & de modicis, aut parum nihil curatur l. scio ff de in integrũ restitutione, & lex generaliter loquens non includit modica Socc. in fallent. 129 neque obstat iuramentum Episcopi, vt per Gratian. in disceptationum Forensium lib. 3. 482.

Difficultas tamen est in præsenti speculatione, cuius valoris debeat esse dicta prædiosa, vt dicatur modica terrula, & gloss. in cit. ca. terrulas restringit istam modicitatem ad solidos viginti, quod interpretantur DD. ad 20 aureos iusta gloss. in l. fin. in verb. aureos ff de in ius vocando Redoan. de simon. mentali part. 2 cap. 21 num. 3 tom. 15 part. 2. Sol. 73. tamen verior est opinio, quod remittatur arbitrio Iudicis, qui attendere debet consuetudinem terræ, & facultatem rei datæ, ac venditæ iuxta, cap. cæterum de donat. vt declarat Archid. in cap. si ques num. 3 post med. 13. quæst. 2 & in d. cap. terrulas in gloss. 1 num. 1 Hostens. in summa de his quæ fiunt ab Episcopis fin. cons. capite, § vlt. in princip. vers. vel melius dict. num. 1 Goffred. in summa, eodem titul. § in summa notandum est, numer. 7 latè Bened. Canoph. l. in repet. extrauagant. ambitiosæ, num. 46 cum sequent. de rebus Eccles. non alienand. tom. 6 fol. 37 & quidem Iudex debet hoc arbitrari cum æstimatio prædij, de quo agimus quamuis ascendat ad summam scutorum quinquaginta, tamen detracta æstimatione partis inculte illa quæ remanet. non erit nisi scutorum quadraginta quæ summa potest dici modica ex supra adductis maximè quia si habebatur prædium pro re parua valoris aureorum viginti temporibus gloss. multo magis erit modicum, in specto tempore præsenti, illud quod est, valoris scutorum quadraginta, cum omnes nouerint secundum tempora antiqua, magis æstimari scuta viginti quam hodie quadraginta, ideo dicimus, quod dotes existentes in scutis mille prius habebantur pro magnis, cum de præsenti

fuga reuocati retineri non possunt, si voluerint, [a] aut illi ex alio metuerint, Episcopis distrahendi potestas erit. [b]

Feudum à vasallo alienatum, & difficilis recuperationis potest Episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere. hoc dicit.

Sed in feudum certis casibus, & iureiurando de non alienando, [c] minimè obstante res Ecclesiastica concedere poterit: veluti si feudum per vasallum alienatum [d] fuerit: & per Episcopum id facilè recuperari non valeat: poterit enim per Episcopum illud alicui concedi, [e] qui & ipsum recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat.

Feudum deuolutum potest per Episcopum alteri concedi. h. d.

Quinimmo etiam, si talis necessitas non imminеat nihilominus alienantis [f] filium, [g] vel cōsanguineum, vel eiusdē feudi consortem poterit Episcopus inuestire, [h] de quo latè per Abbatem in capite secundo de feudis.

h Inuestire.) Quod non videbatur, quasi delictum patris noceret filio, & propinquo, vel quasi sufficeret quòd filius veniret iure successionis, vt not. plenius in capitul. secundo, de feud. fac cap. per tuas de don.

ALOYSIVS RICCIVS. Nota ex hoc § posse Episcopum, feudum deuolutum alteri concedere, vnde pro huius § intelligentia videndum est, primò, quæ bona solita dicantur concedi in feudum, in quo articulo dicas, quod variæ sunt DD. opiniones, in capite primo, qui feud. dare possunt, sed opinio Iacobi de Beluisio ibi est, quod requiruntur, duo actus concessionis sine solemnitate intra spatium quadraginta annorum, & quod talis consuetudo sit vtilis, & non damnosa Ecclesiæ, & ista opinio est magis, communiter cœpta, vt testatur Clarus in § feudum, quæstione decima tertia, verum si semel. res fuit cum solemnitate concessa in feudum, vel emphyteusim tunc non obstāte lapsu temporis, & geminatione actus, dicitur solita concedi, & potest, de nouo concedi sine solemnitate, vt per plura probat Curtius Iunior. in feudis 2 part. quæstione tertia, vbi dicit esse communem, sequitur Alexand. de rebus Eccles. quæstione 65.

In pluribus tamen casibus Prælatus non potest infeudare, vel concedere in Emphyteusim res solitas concedi; Primus, quando esset in feudum, vel Emphyteusim, vt reduceretur ad culturam, si postea reducta ad culturam rediret ad Ecclesiam, non poterit, de nouo concedi sine solemnitate Abb. singul. in capite vt super de rebus Ecclesiæ Curtius, vbi supra quæst. 1 Secundus casus, quando Ecclesia tempore primæ concessionis erat diues, nunc verò depauperata ita Iacob de Beluisio Cardin. Aluar. & communis in d. capite primo. Redoanus, vbi supra, quæstione 61. Tertius casus est, quando res solita concedi est incorporatæ mensæ Ecclesiæ, quia non potest amplius alienari sine solemnitate Archid. in capite primo, trigesimo secundo, quæstione octaua, Abb. in d. capite vt super communis in dic. capite primo qui feudum dare possunt, sed quando dicantur res incorporat mensæ sunt plures opiniones, quas refert Curtius, vbi sup. quæstione quinta, sed melior. opinio est, quod requiratur expressa declaratio prælati, vt si expresse describi faciat rem reuersam, inter bona mensæ iuxta

reputentur, pro minimis Roland. consilio 25 num. 19 lib. 4 Menoch. de arbitrar. cas. 149 numer. 40 lib. 2 Thesaur. decis. 192 num. 6 & ita intelligunt, Bald. de quibus per Syluan. cons. 2 & per Bursat. cons. 223. num. 18.

a ¶ Si voluerint.] Episcopi.

b ¶ Potestas erit.] Capit. terrulas, & capite fugitiuos, 12 qu. 2 non tamen dum sunt in fuga. l. in fuga. C. de plagi. fortè, quia tunc sunt in quadam libertatis specie, l. si quis sit fugitiuus, § idem rectè, ff de ædil. ædi. nisi fortè sub conditione si apprehendatur, vt not. in d. cap. fugitiuos Hostiens. tamen putat posse teneri, quod seruus Ecclesiæ quanquam in fugam vendi possit, idque fauore Ecclesiæ, quod tamen non placet Abb. in cap. iustum, de re. permut.

c ¶ Non alienando.] Pontifice scilicet in consulto, vt in capit. 2 de feud. vnde sumitur, & notat. quod hoc iuramentum refertur solum ad res, quæ sunt de mensa Ecclesiæ 1 ad eas res quarum dominium directum, vt vtile est pœnes Ecclesiam, non autem ad bona, in quibus habet tantum directum: quia ista si reuertantur ad Ecclesiam, potest prælatus alicui rursus concedere non obstante tali iuramento, vt per Abb. in d. capit. vt super eodem.

d ¶ Alienatum.) Quidam regulariter non licet, maximè si sit tempor. secundū Host. potest benè in dotem dari ad vitam ipsius feud. c. super de donat. inter vi. & vxor. & habetur per Doct. in capite 2. de feudis.

e ¶ Concedi.] Not. casum, in quo licet iura cedere potentioribus, contra titul. C. ne li. potent. quod est fauore Ecclesiæ, & odio eorum, qui vsurpant res Ecclesiasticas. Sed an idem sit in re Ecclesiastica occupata, & quæ non possit facilè recuperari per Episcopum, vt scilicet possit dari recuperatori, & recuperaturo in feudum, maximè stante tali iuramento? Resp. secundum Ioan. And. & Abb. quod non: ne scilicet via fraudibus aperiatur, vt per eos in capite secundo de feu.

f ¶ Alienantis.) Collige ex eo, quod hîc dicitur, quod alienans feudum in casu non permisso ipso facto cadit à iure suo, nec alia sententia requiritur: quod probatur tam hîc, quam in dict. capitul. secundo, de feud. dum permittitur Episcopo feudum alteri concedere sine noua priuatione.

g ¶ Filium.] Nota, quod licet delictum patris priuet filium, feudo tamen illum non inhabilitat ad feudum,

Idem erit si per obitum [a] vasalli feudum ad Ecclesiam remeauerit : nam , & eo casu inuestire Prælatus alium liberè poterit , * si Ecclesiæ viderit expedire.

Qui aliquid contulerunt , vel acquisiuerunt Ecclesiis , possunt pro modo collati , vel acquisiti manumittere : dum tamen manumissus cum posteritate , & peculio remaneat in patrocinio Ecclesiæ. h. d.

Illud etiam Toletano concilio , [b] definitum reperitur , quòd si Sacerdotes aliquid Ecclesiæ suæ relinquunt , vel nihil habentes aliqua prædia , vel familias Ecclesiis suis acquirunt , [c] liceat eisdem aliquos iuxta collatæ modum rei de familia ciusdem Ecclesiæ manumittere , [d] illa vt manumissi cum peculio , & posteritate sua [e] sub Ecclesiæ remaneant patrono.

Lucri , & damni eadem disciplina. h. d.

Quod si qui nihil de proprio Ecclesiæ contulerunt , libertati seruos Ecclesiæ donare ausi fuerint , ex eodem concilio Episcopus successor [f] ad Ecclesiæ ius [g] reuocare poterit , Impium est enim, vt qui lucrum de rebus suis Ecclesiæ non contulit , damnum inferre valeat.

Princeps potest rem suam æqualem , vel maiorem cum Ecclesiastica permutare , & serui Ecclesiastici , si frugi sint præterquam ad libertatem commutari non possunt. h. d.

Bartol. in l. si vacantia C. de bonis vacant. lib. 10. Bald. in capite primo de Cler. qui inuestituram fecit, vel tacita declaratio hoc est , quod Prælatus collegerit fructus ipsius , prout solet facere in alijs reb us incorporatis , & hanc opinionem dicit esse magis communem Curtius , dict. quæstione quinta, Clar. dict. qnæstione tertia. Quartus casus est, quando talis consuetudo esset inducta per vim Iacob Bal. Cardin. in dict. capitę primo. Quintus casus est, quando res est , data Ecclesiæ cum conditione , & pacto quod alienari non possit quia tunc non potest , de nouo concedi Aluar. Cardin. in dict. capite primo. Sextus casus est , vt non possit concedi alterando solitum , puta si solet concedi masculis non potest concedi fœminis , nisi ex magna causa, vt si præcessisset meritum ex parte recipienti, qui fecerit aliquod notabile seruitium Ecclesię quia potest concedi etiam quoad fœminas ita Iacob. Cardin. Curtius , & communis in dict. capite primo , sed dubium est , si nulla existente causa fiat concessio pro masculis , & fœminis contra solitam concessionem, quæ erat pro masculis tantum , cum valeat saltem quoad masculos, vel in totum vitietur. Bald. in dict. capite primo , tenet quod valet , quoad masculos , tamen quia in separabilibus vtile , vel inutile non vitiatur lege sancimus, C. de donat. contrariam opinionem , tenet Bartol. in auth. qui rem C. de sacra sanct. Eccles. sed prima opinio est communis, quia latè defendit Curt. d. capite primo , quæstione 6 præterea notandum quod quando concedi solita dantur in feudum, vel in Emphyteusim dét in noua concessione adesse euidens vtilitas Ecclesiæ ex verbis claris dictæ extrauag. & ꝓꝓ illam distinctionem tunc quæ denotat extremitatem temporis l. 4 ff de condit. & demon. quicquid dicat. Peret. in d. extrauag. qui dicit sufficere vtilitatem adfuisse in Antiq. concessione , & euidens , vtilitas Ecclesiæ dicitur manifesta , & magna l. notabilis , vt post alios dicit: Probus in c. vnic. de Cler. non resident. in 6.

a ¶ Per obitum.] Intellige , quando feudum fuit personale , vel quando fuit concessum vasallo & filijs & moritur sine filijs masculis , nam fœmina , nisi sit expresse dictum de ea , non succedit, cap. 1 de succes. feud. col. 10.

* Inuestire Prælatus alium liberè poterit.] Rem infeudari solitam si ad Ecclesiam reuertatur potest rursus in feud. dari vt hîc,& habetur, c. 2 de feud. Excipiuntur tamen decimæ quæ in Eccles. reuersæ priorem naturam recipiunt , vt transferri nequeant ad Laicos prout in Senatu Tolosano iudicatũ fuisse refert Vrbanus ab ascensione Institut. iuris Canonici parte 2. cap. 14. & satis infertur ex cap. vlt. de decimis. SOLIER.

b Concilio.) Capite consensus eodem habet *Ebro fit-* ergo concilium juris- *cta in* dictionem , & non solus *Cõcilio.* Papa. Nam si non haberet, non posset definire, vel statuere , l. fin. ff de iurisd. om. iud. ca. 2. de const. in 6. An autem constitutio facta in concilio debeat edi sub nomine Papæ , an verò sub nomine cõcilij vide per Ab. in c. 1 de sponsal. c ¶ Acquirunt.] Quidam intelligunt de acquisitis intuitu Ecclesiæ, vt Innocen. Host. verò , & alij quidam intelligunt de acquisitis intuitu personæ , & ex propria persona. Pro quibus videtur facere litera hîc , & in c. consensus,eo. vnde sumitur ibi : Iuxta collatæ modum rei secundum quem modũ non poterunt isti clerici libertatem dare, si acquisiuerunt primò , sed intuitu Eccles. Opinio tamen Inn. videtur magis communis , pro qua facit 12 q.2.c.Episcop. qui mancipium, cũ expediat iur. Iurib. & c. cũ expediat de ele.in 6. d ¶ Manumittere.] Etiam nõ benemeritos: benemeritos enim posset manumittere, etiam quod nil Ecclesiæ contulisset. cap. si quos de seruis 13.qu. 2 & sup. eod. § excip. & in sup. vtroq; casu requirit auct. vt not. per Ab. in c. cõsensus, eo. & in c. tua. de his quæ fi. à prælat. fin. con. cap. e ¶ Posteritate sua.] Sed contra l. antepen. C. de oper. lib. Sol. quidam , quod ista posteritas fuit manumissa simul cum parentibus. Sed hæc diuinat, immò est contra,c. libertis. 12 q. 2. Vnde alij quòd speciale in Eccles. vt proles liberti sit semper Eccl. obnoxia hanc non probat gl. in d. c. libertis, specialitas enim est cauenda. not. in l. filium. C. famil. erciscund. Tertij dicunt, quòd filij nati post manumissionem sunt ingenui sunt tamen obnoxij Eccl. quoad quasdam operas, quæ constituntur in honore exhibendo, puta assurgendo, salutãdo, vt not. 12 c. de libertis. Vel dicas quatò, quòd hæc lex potest dici in ipsa manumissione velut , & in traditone rei potest pactum apponi. l. tiadendis. ff de pact.

f ¶ Succes.] c. 2 de præ. & sup. eo. d. & 35 q. 9. c. quædquis.

g ¶ Ad Ecclesiæ ius.] Not. quòd licet alienatio no-

tenuerit, & sic dominium ab ecclesia non fuerit ablatum, nihilominus dicitur reuocari res ad ius Ecclesiæ. Quod facit ad q. si Papa committat delegato quod ea, quæ reperierit alienata de bonis ecclesiæ, debeat ad proprietatem dictæ ecclesiæ reuocare, quod talis delegatus habebit iurisdictionem super rebus inuasis, & de quibus possessio tamen transiuit ad alios, de quo vide per Ab. & alios in cap. episcopo & per Feli. in rubr. de rescrip.

a ¶ Princeps.] Intellige de Imperatore, qui cum munierit ecclesiam multis priuilegijs, non fuit magnum sibi, hoc quod dicitur rependit alias hæc uox, princeps variè sumitur, vt no. in cle. 1 de baptismo.

b ¶ Probabilis.] Quidam intelligunt, quod in hac permutatione, versari debet vtilitas ecclesiæ, & quod alias non debet fieri, vt not. in c. 1 de re permu. Sed communis, contra, quod non requiratur ecclesiæ vtilitas, sed quod sufficiat, quod non sit in damno, & quod dicitur de causa probabili, intelligendum est de ea, ex qua mouetur Princeps ad permutandum, quia ecclesia propè palatium principis habet prædium, & princeps vult ampliare ædificiũ. Immo plus dicunt Doct. quod si prælatus nollet consentire, posset compelli ad superiorem suum.

c ¶ Forma.] Hæc est quædam annotatio, vel significatio quam facit Princips super tali permutatione cum causæ cognitione, & hæc forma non tam requiritur ad substantiandam permutationem, quam ad excusationem ecclesiæ si diceretur quod res ecclesiastica distrahi non debet.

d ¶ Frugi fuerint.] Secus si fugitiua, capitul. mancipia. de re. permut. & not. quod ecclesia potest habere seruos, etiam Christianos facit § si quis, sup. qui promo. non poss.

e ¶ Non poterunt.] Quod enim semel Deo dicatum est, ad humanos vsus transferri non potest capitul. mancipia. cum capit. sequ. de re permut.

f ¶ Episcopus quoque.] Fac capitul. primo, eod. & capitul. ad quæst. de re. permut. & 10 q. 2 capitul. hoc ius, § sed & permut.

g ¶ Consensu.] Nota, ergo quod licèt Episcopus in Ecclesijs sibi subiectis omnimodam habeat potestatem 10 quæst. prima, per tot. & sup. de immu. eccles. § penult. tamen non potest pro libito, & sine causa remeatum alienare: ex causa tamen posset, vt not. in capitul. 1 vbi Ab. capitul. Sed nec contra possunt ecclesiæ res suas ad inuicem permutare sine superioris licentia, & sic est argum. quod canonici non possunt inuicem permutare domus sibi assignatas, de quo in c. quæsitum de re. permut.

h ¶ Pecuniam.] Sed an hoc casu remanebit permutatio hic contractus, an verò transeat in emptionem ob pecuniam numeratam? In hac quæstione varij varia tradiderunt: videtur tamen primò contrahentium animus inspiciendus, l. semper in stipulationibus, ff de reiud. & ita Ioan. And. & Ab. in cap. ad quæstiones, de rer. permutatio. & Bartol. in l. Aristo. ff de donat. si autem non appareret, est recurrendum ad coniecturas: si enim maius sit pretium, quam res data vnà cum pretio vel pecunia præsumetur emptio, contrarium si pecunia sit modica, & res magna, argument. l. cum quæritur, ff de stat. hom. & de hoc latissimè Tiraq. in tract. de vtroque retract. in 1 part. § 30 in glo. 1 super verbo permutationis.

i Non potest.] Cap. ad quæstiones, & cap. exhibita de rer. permut. sed spiritualia spiritualibus possunt bene permutari traditur in d. c. ad quæstiones.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis hic, quod prohibetur permutatio de temporalibus ad spiritualia, & imò quodammodo spiritualia non videtur posse permutari primũ, quia gratis conferri debent, capitul. gratia, prima quæstione prima, at permutatio non est contractus gratuitus, quia similis est emptioni, l. prima, ff de contrahenda emptio. § item pretium Instit. eodem, & l. secunda, C. de rerum permutat. ergo in rebus spiritualibus non potest consistere.

Secundo, quia spiritualia abhorrent omne genus conuentionis, capit. quam pio, prima quæstione secunda, & cap. præterea, de transl. vnde in his nuda etiam conuentio continet simoniacam prauitatem, capitul. Saluator, prima quæstione tertia, & capitul. vltimo, de rerum permutatio. Abbas in capit. quæsitum num. 1 & 3. eodem titul.

Tertio, quia si ecclesiarum, quæ in titulum conferuntur posset fieri permutat. vna tradita posset agi ex causa traditionis ad traditionem alterius, ergo dignitas ecclesiastica posset peti, quod non solum à iure Pontificio, sed etiam Cæsareo prohibetur, cap. per vestras, de Iurepatronat. & l. 1. si quemquam, de Episcopis & cleric. destructo autem consequenti corruit antecedens Bald. in l. conuenticula, numero tertio, versic. item est argumentum, ad destructionem consequentis eodem titulo, cum alijs adductis à Crauci. consilio 643. numero 4.

Sed quamuis hæc plurimum videantur vrgere tamen

Sed & Princeps, [a] si causa probabilis, [b] id poposcerit, cum re Ecclesiastica, & immobili, rem suam maiorem, vel æqualem permutare poterit, pragmatica super hoc præcedente forma: [c] Ecclesiastica tamen mancipia, quæ frugi fuerint, [d] præterquam ad libertatem commutari non poterunt. [e]

Episcopus potest permutare terras duarum Ecclesiarum suæ diœcesis, illarum accedente consensu, & de temporalibus ad spiritualia non potest fieri permutatio. h. d.

Episcopus quoque [f] duarum, suæ diœcesis, Ecclesiarum terras inuicem, ambarum partium accedente consensu, [g] permutare poterit: & si alterius partis prædium valore præponderet ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam [h] refundi iubebit.

De temporalibus ad spiritualia permutatio non procedit. h. d.

De temporalibus autem ad spiritualia permutatio consistere non potest. [i]

Res Ecclesiastica potest propter præscriptionem legitimam ab Ecclesia abduci, & detrahi. h. d.

Præterea, & si quis per tempora sacris

spiritualia cum spiritualibus intercedente authoritate superioris possunt permutari dicto capitul. quæsitum, & capitul. ad quæstiones, de rerum permutat. & cap. 1 eodem tit. lib. 6 & clem. 1 eod.

Neque obstant deducta in contrarium, quia habent locum primum spiritualia cum spiritualibus, vel temporalia cum spiritualibus permutantur, hæc enim permutatio tanquam simoniaca prohibetur dicto capit. Saluator, prima quæst. 3 & capit. vlt. de rerum permutatio. & Abb. in dicto capitulo quæsitum numero primo, & tertio affirm. in dicto capit. cum autem in quarto not. de controuers. inuestit. & Alciat. consilio secundo, numero tertio, & sequen. libro primo, & quidem spiritualia cum temporalibus, nec compromittendo permutari possunt, cap. secundo de arb. & not. Imol. in d. capit. vlt. n. 3 de rer. permut.

Canonibus [a] definita rem Ecclesiasticam iusto titulo, & bona fide ita possederit, vt nullo tempore rei conscientiam habeat alienæ, [b] completa præscriptione, res possessa à iuribus Ecclesiæ, dubio procul intelligitur esse auocata.

Decimæ & oblationes præscribi non possunt. h. d.

Prouentus [c] tamen primitiarum & decimationum [d] præscriptione tolli non poterunt * etiam si à Romano Pontifice laicus quilibet super his rescriptum impetrauerit.

Præterea spiritualia cum spiritualibus non possunt permutari prepria authoritate, vt in capitul. cum olim, & ibi Anchar. & alij in Sum. de rerum permutatio. sed cum authoritate superioris, vt in dicto capit. quæsitum, quæ quidem in propositum omne vitium simoniæ excludit argum. l. furti, § qui iussu. de his qui. not. infra, neque enim hæc permutatio ex voluntate permutantium pendet, sed arbitrio superioris, Hostiens. in summa, de rerum permutatio. § qui potest permutare, Archid. & Imol. in dicto capitulo quæsitum, numero septimo.

a ¶ Canonibus.] Cap. ad aures, cap. vigilanti. c. cum nobis, ca. si diligenti, de præscr. & per tot.

b ¶ Alienæ.] Cap. fin. de præscri. vbi ordinariè per omnes, & not. hic quæ requirantur ad legitimam præscriptionem.

c] Prouentus.] Sumitur ex capitulo placuit, §. sic etiam 16 q. 3.

d ¶ Decimationum.] Immo videtur, quod laicus decimas possit præscribere: nam ius habet percipiendi eas, ex quo ei non ceduntur ab episcopo, puta in feudum, vel beneficium ad tempus, adnot. in capit. quamuis de decim. Ad hoc quidam quod laicus nullum ius habet in decimis, nec habere potest. prima quæstione tertia, capit. peruenit, & § ex contrario, supra in tit. proxi. & secundum istos plana est res, & nullum est contrarium. Alij dicunt, quòd cum sic conceduntur laicis ab episcopo, laici habent ius possidendi: sed illud ius non est spirituale, nec ratione illius iuris posset præscribere, quia alieno nomine possidet: si verò vellet interuertere possessionem iam inciperet esse male fidei, capitulo si diligenti. de præscrip. & ita non posset eas præscribere. Sed nonne ius spirituale percipiendi decimas habent leprosi, qui sunt laici capitulo secundo de eccles. ædific. dic, quod non: sed tantum à restauratione sunt liberi, vt not. in d. § sic etiam.

* Præscriptione tolli non poterunt.] In totum scilicet, sed pro parte poterunt: nam quota consuetudine regulatur, modo certa sit non autem arbitraria, & ad libitum soluentis posita quia nulla obligatio de iure conferri potest in debitoris arbitrium, l. à filio. de verb. oblig. & is debitor dici non potest qui nisi velit ad soluendum cogi non possit, l. sub hac conditione de oblig. & action. quare iure meritò in Concilio Constantiensi damnatum fuit dogma huffitarum asserentium decimas deberi tantum vt eleemosynas ac proinde liberas esse vt refert Æneas Syluius in Historia Boëmica cap. 35. potest tamen ius percipiendi decimas ab vna tolli Ecclesia, & alteri præscriptione acquiri non quidem lapsu 30. annorum tantum, (licet olim sufficerent vt videre est in Can. 16 q. 4.] Sed 40. iuxta nouell. Iustiniani 131 canonisatam, & relatam in Can. vlt. 16. q. 5 & expressè confirmatam Capitularib. Caroli Magni lib. 3 cap. 236. vid. cap. illud 8. de præscript. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Agitur hic si quarta possit præscribi, vnde sciendum est octaua responso fuit incidenter explicata superius, cum pluries repliccatum fuerit etiam in taxatione huiusmodi quartæ attendi consuetudinem locorum, & quod possit hæc quarta præscribi, habetur in c. de quarta de præscri. & sæpè alias vt prosequuntur Tusch. in ver. quarta, q. 21 num. 11 & sequ. Azor. d. c. 12 q. 2 & alij recentiores, sed mense tradita vna est, quod si quæstio sit de quota, seu certa portione soluenda, tunc quia hæc consuetudo est, præter ius posset 10. annis præscribi: cum hæc sit regula trita in omni consuetudine præter ius, & latius explicatum est, tract. 9 cap. 11.

Est bene verum, quod Host. Ioan. And. & Panor. in cap. certificari de sepult. tradunt recurri spatium 40. annorum ad præscribendum, vt episcopo detur minor pars, quam sit quarta, quia sacri canones mandarunt quartam partem deberi, vt pluries replicatum est, & successiuè esset consuetudo contra ius canonicum, si verò vltra quartam partem solueretur episcopo, tunc esset præter ius, & in hoc casu sufficeret, præscriptio 10. annorum: & hoc probant etiam Azor. d. capit. 12. quæst. 3 Megal. d. lib. 2 cap. 13. numero 18. qui idem videtur tenere.

Verum præscriptio, quæ habet locum contra soluentes quartam, debet etiam habere locum contra recipientes, vnde si spatio 10. annorum posset episcopus præscribere maiorem partem, quam sit quarta eodem modo procedit è contra ex regu. text. in l. 1 C. de express. vt in pari causa non fiat iudicium ad imparia, sed pariformiter iudicentur.

Confirmatur, quia si spatio quadraginta annorum etiam secundum ipses præscribi potest tota quarta, & ad literam determinatum est in cap. de quarta, de præscript. estque vera opinio, & communis, vt docet Ab. in cons. 31 & cons. 47 lib. 1 Tusch. in d. conclus. 21. n. 30 & seq. & alij omnes vtique adesse debet differentia inter præscriptionem totæ & quartæ.

Attenderetur etiam huiusmodi consuetudo circa exactionem quartæ funeralis, & ita consuetudo seruatur, vt ex cereis quæ deferuntur, in associandis cadaueribus non habeatur quarta, nisi pro illis, quæ remanent in ecclesijs, quia hæc propriè dicuntur, destinata ad funus, & sepulturam, vt patet ex dictis c. 8 & in his standum esse consuetudini docet. Innoc. in c. requisisti,

de testam. & post Abb. Card. Per. de Vbal. & Azor. notat Megal. d. lib. 2 c. 3 num. 16 & 17 & hæc satis sint de tota hac materia: nam plura videri possunt penes authores citatos, & penes Bertach. in suo Repert. in ver. quarta Episcopalis, remanet nunc, vt pro complemento huius tractatus dicamus aliqua, de tuto. & curat. & de exequutoribus testamentorum, & postea dicemus pauca, de successionibus ab intestato.

DE PECVLIO Clericorum, relictis, & successionibus eorum.

Mo. Bap.

CVm titu. iste sit vltimus in hoc lib. propterea nō videtur indigere continuatione: Cæterum pro meliori cognitione est animaduertendū, quod cum author supra loquutus sit in genere de rebus eccles. temporalibus sequitur nunc de eisdem in specie pertractare, vel dicas secundo sup. tit. prox. author loquutus fuit de reb. temporalib. ecclesiarum, in præsenti verò loquitur de reb. tempo. clericorum: vnde siue vna, siue altera attendatur continuatio, congruè ponitur hic tit. iste, qui diuiditur in quatuor part. in prima loquitur de rebus, quas clerici acquirunt per contractum in secunda de rebus quas acquirunt per vltimam voluntatem: in tertia demonstratur, an clerici possent testari de rebus eccles. in quarta tractatur de succes. ab intest. clericorum: secunda ibi, sed & si: tertia ibi, generaliter: quarta ibi, quod si decesserit.

Io. Bapt.

ERgo res. CASVS. Quidam clerici beneficiati, sæpè emebant diuersa bona, & cum instrumenta continuo celebrassent nomine proprio fuerunt apud Episcopum accusati, vnde fuit dubitatum, an huiusmodi contractus teneant, & quatenus aliquid interesse Ecclesiæ posset considerari, res videtur clara per l. res quæ, ff de iur. dotium. Sol. tamen, vt hic habetur, quia inde tollitur omnis difficultas, quæ in facto circa hanc materiam posset oriri. Non obstat l. adducta, quia cum sibi contrarietur, l. ex pecunia C. eo. non est admodum clara eius intelligentia. Not. argum. quod soluens pecuniam præsumitur soluere de suo: Not. secundo, quod bona ab aliquo acquisita, cuius in dubio præsumantur ex qualitate personæ acquirentis præsumptiuè cognoscitur.

a ¶ De peculio.] Licèt peculium sui natura supponat habentem in aliena potestate, l. fin. C. de bon. quæ lib. & ff de pecu. per tot. & instit. quod cum eo qui in ali. potest. & sit quadruplex, vt in l. fi. C. de inoff. test. & per Ab. in rub. eod. hic tamen sumitur pro patrimonio ipso clericorum: & dicitur à pecunia quasi parua pecunia quia clerici, vt plurimum non habent simplicia patrimonia.

b ¶ Clericorum.] Hic accipe strictè, & propriè, vt non comprehendat monachos, sed solum sæculares: vt per Abb. in capit. 1. de instit. quorum est habere hoc peculium.

c ¶ Ergo.] Ex hoc principio patet continuatio ad præcedentia: & est inceptiuum verbum, vel coniunctiū, vel illatiuum.

DE PECVLIO[a] CLERICORVM[b] relictis, & successionibus eorum.

TIT. XXVIII.

Ecclesiasticæ res reputantur etiam illæ, quas sacerdos acquisiuit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet. h. d.

ERgo[c] res Ecclesiasticas ab Ecclesiæ eruribus abdicare non licet.[d] Ecclesiasticas autem res intelligimus non modò quas Ecclesiæ rationibus sacerdos comperit adscriptas, sed etiam eas[e] quas is empserit cum tempore suæ promotionis nihil[f] haberet.

De emptis, ex pecunia Ecclesiæ debet instrumentum confici nomine Ecclesiæ. h. d.

Cùm igitur, & hæc tanquàm de bo-

d ¶ Non licet.] 12 q. 1. per tot. & sup. tit. prox. per tot.

e ¶ Sed etiam eas.] Cap. 1 eod. vnde sumitur, & 13 q. 3 per tot.

f ¶ Nihil.] Paupertas ergo non obest, quo minus quis promoueri possit. Ita nota. 12 q. 3 c. 1 & per Ab. cap. 1. eo. licet aliud sit in tutore. Inst. de exequ. tut. in fi.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex præsenti §. quod bona reperta penes Prælatum præsumuntur ecclesiæ, & meritò quidem, quoniam quæsita per Prælatum qui nihil proprium habebat tpe promotionis de bonis ecclesiæ acquisiuisse præsumitur Ioan. And. in cap. 3 de peculio clericorum Tuschus verb. bona concluf. 112. qui ampliat siue hæres possideat, siue non, nisi idem probet quod aliunde acquisiuerit Lap. alleg. 114 Ab. in cap. 1 in 4 notab. de testament. & latissimè Rodoanus de spoliis quæst. 9 vbi pariter ampliat procedere etiam si prælatus acquisiuisset promiscuè cum bonis patrimonialibus quia si non fecit inuentarium, & non constet quod aliquid proprium habuerit præsumitur pro ecclesia vnde Bald. in cons. 198. Ampliat etiam procedere, si prælatus nihil habebat tempore consecrationis, & postea quæsiuisset.

Verum pro huius conclusionis veritate sunt distinguendi quinque casus secundum Baldum, Primus casus est, quia Prælatus acquirens per se nomine ecclesiæ, & hic casus est clarus, quod ecclesiæ acquiritur dominium, & possessio nullo habito respectu ex qua pecunia sit acquisitum, & idem in consilio 199 in principio ver. conclude ergo lib. 1. & cons. 80 ad euidentiam lib. 4. Secundus casus est, & est extensio quando Prælatus est talis qui non potest habere proprium, prout Monachus quia sicut seruus simpliciter acquirendo acquirit Domino, ita Prælatus incapax etiam si nomine suo proprio acquirat acquirit ecclesiæ Bald. in dicto cons. 298. in principio ver. aut nomine proprio lib. 1. Tertius casus est. & est pariter extensio quando Prælatus est capax, quia potest habere bona propria acquirere tam sibi, quam ecclesiæ, & si quidem si acquirat sibi ex pecunia ecclesiæ, & hoc non constat, & isto casu, res empta ex pecunia ecclesiæ acquiritur ecclesiæ Bald. dicto consilio 298 in principio vers. si vero est talis lib. 1 vbi emens ex pecunia ecclesiæ quando eccles. vel sibi acquirat concluf. 139. Quartus casus est etiam clarus quia si acquirit nomine proprio ex re proprij patrimonij, & tunc ecclesiæ non acquirit sed sibi, vel cui voluerit acquirit Bald. dicto consilio 298. in principio ver. aut ex re proprij patrimonij lib. 1 Bald. dicto consil. 80 libr. 1 quando verò est dubium an acquisiuerit de pecunia

Ecclesiæ

nis ecclesiæ [a] quæsita eiusdem esse intelligãtur, [b] ne quando ius ecclesiasticum imminuatur, curabt sacerdos, vt de his, quæ superemerit, & ad ipsius ecclesiæ nomen [c] scripturam conficiat, & ecclesiæ relinquat, alioqui ab eius ordinatione discedat. Qui verò prætextu proprii, vel aliem nominis fraudem facere voluerit sacrilegij [d] crimen incurret.

Relictum sacerdoti pro anima, censetur relictum ecclesiæ: secus est quid ei sit relictum sub onere fideicommissi. h. d.

Sed & si non emerit, sed pro anima quispiam intuitu ecclesia sacerdoti reliquerit, adhuc idem statuendum erit, [e] congruit enim vt quemadmodum sacerdos habet quod ecclesiæ dimissum est: ita & ecclesia id habeat quod relinquetur sacerdoti. Si quid tamen per fideicommissum aut sacerdoti, aut ecclesiæ relictum fuerit alteri post modum pro futurum, id inter ecclesiasticas facultates cõputandum non erit. [f]

ecclesiæ, vel de proprio, & tunc fac aliam regulam acquirentem affirmatiuam, limita quia regula est, quod acquisita per Prælatum habentem redditus proprios, & patrimonial. ac etiam redditus ecclesiast. censeantur ex pecun. patrimon. quæsiuisse, si heredes Prælati possidet si vero possidet ecclesia præsumuntur ex bonis ecclesiæ acquisita, & sic possessio confert præsumptionem in dubio Bald. cons. 298 numero 1 in fine ver. si autem dubitatur lib. 1.

a ¶ Bonis ecclesiæ.] Non tamẽ hæc est præsumptio iuris & de iure, vt non admittat probationem in contrarium. Num poterit per hæredem clerici probari, quòd licet non habuerit patrimonium, lucratus tamẽ fuit ex aliquo licito artificio, & ex industria quo casu non acquiritur eccl. c. quia nos de test & per Ab. in ca. 1 eod. & latius in c. 3 Simile est in vxore, quæ licet præsumatur in dubio quæsiuisse ex bonis mariti l. Quintus ff de don. inter vir. & vx. l. etiam C. eod. tit. ista tamen præsumptio recipit probationem in contrarium, vt per Ab. in d. c. 1 & per Neniza in Sil. nuptiali, lib. 4 per Alcia. de præsumpt. reg. 3 Aym. cons. 5 lib. 1

b ¶ Intelligantur.] Sed contra C. arbit. tutel. l. si defunctus. Resp. aliud in tutore, & curatore, qui est temporalis, & licitè negotiatur: aliud in clerico, qui non se immiscet negotiis sæcularibus, ne cle. vel mon. per tot. & est perpetuus, & habet liberiorem administrationem, nam sic delictum præsumeres contra l. meritò, ff pro socio, & l. Quintus, ff de donat int. vir. & vxor.

c ¶ Nomen.] cap. 2 eo. Sed quid si conficiat scripturam sub nomine proprio, vel alieno? Respon. adhuc res efficitur ipsius ecclesiæ, & hoc speciale est in ea, vt res empta ex pecunia sua, licet sub nomine alieno, fiat ecclesiæ, nam regulariter contra l. si ex eo C. de rei vend. l. & si de tua. C. de don int. vir. & vxo. l. si partus. C. comm. vtri. iudi. habetur in cap. inquirendum. eod. Dicit tamen Host. non reperiri textum expressum, pro hac exceptione, sed secundum Ab. est tex. in capite 1 de testam. fac. simil. 3 C. arbit. rure. C. de rei vel. l. si vt proponis.

d ¶ Sacrilegii.] Capite inquirendum eodem & ibi de hoc no.

Io. Bap. Sed & si CASVS Quidam clericus beneficiatus diuersos habebat amicos, qua de re sæpe sibi aliquid relinquebatur, vt pro animæ salute deberet celebrare, sed cum ipse huiusmodi legata alienaret, vel aliter de eis disponeret, fuit quæsitum, an posset: ipse enim dicebat hoc sibi esse licitum, cum legatum non ecclesiæ, sed sibi fuisset factum, Sol. tamen, vt hic dicitur, quia intuitu Ecclesiæ huiusmodi legata fuerunt facta, quod cognoscitur quia, dicuntur facta intuitu salutis æternæ qui respectus quando cessat legatum esset tantum clerico acquisitum, & sic obiectio non tenet: Not. quod licèt in vltimis voluntatibus mens testatoris sit sequenda, id tamen aliquando expresse, & aliquando virtualiter, & sic per coniecturas cognoscitur.

c ¶ Statuendum erit De hoc sup. de cano. por. § sed in hac re cle & habetur in capite requisisti, de testa. hac 12 q. 3 capite Pontifices.

f ¶ Non erit.] Poterit tamen detrahi Trebellianica, vt inst. de fideic. hæc § sed quia, nisi forte ecclesia vellet imitari principem, qui licèt possit detrahere huiusmodi quartas, consuenit tamen donare, l. 1 § ad muni. ff ad leg. Falc. Not. in l. & de lega. C. eodem tit.

ALOYSIVS RICCIVS Concluditur in præsenti § quod relictũ sacerdoti censetur relictum Ecclesiæ, quod limita si quis legauerit rectori alicuius Eccles. affini suo præsumitur legasse contemplatione ipsius non autem contẽplatione Ecclesiæ, & propterea poterit rector de legato disponere ad sui beneplacitum Authen. licentiam, C. de sac. sanc. Eccles. capite requisisti 1 de test per Bar. & Doct. vbi Soc. multa Egregia tradit in l. Ciuibus ff de rebus dub. & istud procedit etiam si non sit expressum nisi nomen appellatiuum dignitatis vt probatur in dic. capit. requisisti qui adhuc videtur, appositum ad demonstrationem personæ & quod dixi in consanguineo habet etiam locum in amico, vtibi per D. & sa. quod notat Bald. in l. 1 colomn. 10 C. qui accus. non poss. quod appellatione suorum venit, etiam singularis amicus sequitur Alexa. in leg. sæpè, col. quinquagesima, ff de re iudic. vnde talis posset prosequi iniuriam tanquam factam attinentibus suis secundum Bald. in reper. capite si præt. 1 de testament. in 6 Bald. consil 88 in quarto, latè per Andream Siculum in repet. l. cum acutissimi col. 42 & col. 50 C. de fideicommis.

Sed posset dubitari cui incumberet onus probandi, an ci se esse consanguineum, vel amicum an Ecclesiæ, quod non, & videtur quod ipsi Ecclesiæ prout in d. Authen. licentiam quia quilibet præsumitur ditari propria contẽplatione non aliter l. si defunct. Carb. tutel. & istud multo magis videretur procedere si Eccl. egeret, quia actori quod asseuerat probare debet l. actor. C. de prob. prout ibi dicit Iacob. de Arer. & Iacob. Butrig. & Alberic. de Rosat & alii in dict. authen. licentiam crederem contrariam opinionem esse veriorem quam tenet gl. in § interdicimus in Auth. de Eccles. tit. per illum tex. qui requirit quod rector ipse probet, & dicere quod probat eo ipso quod non probatur contrarium, nõ est Ene cauillatione, & facit quod in simili tenet glos. in capite 11 de succes. ab intest & Innocen. in capite cum in officiis de test. & pro ista opinione facit, quia regula est, quod legata rector. acquirãtur Ecclesiæ dic.

§ interdicimus 12 q. 3 Pontifices qui ergo vult. dicere fallentiam probat l. ab ea parte ff de probat gl. in rubr. de regul. iur. in 6 & in clem. fin. in glos. penult. de rescript.

Et facit in simili, quia volens succedere tanquam consanguineus debet probare consanguinitatem, & gradum, vt per Ant. in cons. 52 pro decisione Alex. in cons. 32 in primò Dec. cons. 311 in causa quæ Alexand. de quo etiam per Fulg. cons. 184 & ea notant Doct. in l. is potest in fine ff de acquiren. hæredit.

Generaliter CASVS

Io. Bap. Quidam clericus beneficiatus fecit testamentum, & in eo disposuit de fructibus sui beneficii, idque ea ratione fecit, quia dicebat se Dominum esse huiusmodi fructuum c. 1 de clerici. non residen. in 6 cõfirmatur, quia si dicimus ipsum esse dispensatorem, sine dubio erit simpliciter, & non limitatiuè, & consequenter huiusmodi modus dispẽsandi non erat sibi detinen. Sol. tamen, vt hic cauetur, & ratio est, quia nõ est Dominus illius portionis, quæ tempore mortis supereſt, glo. & doct. in c. fin. eo. tit. nostro qua ratione considerata, constat ni fallor obiectionem non tenere. No. 1 dispensationem rerum Eccles. clericis concessam locũ habere solum inter viuos: Not. 2 clericum esse Dominum illorum bonorum, quę aliunde acquisiuit, non quæ intuitu Ecclesiæ.

a ¶ Ob Ecclesiam.] Sic in ca. relatum 2 de testam.

* Nec super his vllum de iure testamentum fieri poterit.] Quamuis inspecto iure communi beneficiatus etiam simplex non possit testari de fructibus beneficij seu de acquisitis ex eis sed post illius obitum ad ecclesiam pertineant hoc est ad successorem in beneficio vel capitulum si ex mensa capitulari fructus percipiebat vt canonicus, can. Episcopi, capite sint manifestæ, 12 quæstione 11 cap. 1. 12 qu. 4 capite 1 cum seqq. 12 qu. 5 capite 1 cum seqq. de peculio cleric. capite 1 capite cum in officiis, capite ad hæc, ca. quia nos cap. relatum 2 de testamen. hodie secus est cum acquirat dominium reddituum sui beneficij eosque faciat suos ex Concil. Trident. capite 12 sess. 24 de reformat. ibi, quos ratione etiam Præbendæ ac residentiæ fecit suos & fere Generali consuetudine quæ maximè viget in Gallia vbi indistinctè Episcopi & clerici inferiores ad hæredes testamentarios vel legitimos fructus beneficiorum & ex eis comparata quæcumque transmittunt Feuret. de abusu, lib. 4 capite 5 numero 9 SOLIER.

Bona quæsita sacerdotibus intuitu Ecclesiæ, debent remanere apud Ecclesiam, nec de his potest quis testari. h. d.

Generaliter igitur bona quælibet ob Ecclesiam [a] acquisita sacerdotibus, siue mobilia, siue immobilia post illorum obitum debent apud eandem remanere, nec super his vllum de iure testamentum * fieri poterit.

Quid veniat nomine Ecclesiæ. h. d.

Nomine autem [b] Ecclesiæ vbi clericorum est collegium, non Episcopus, [c] vel morientis clerici successor, sed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam, & canonicam debet habere distributionem. Vbi autem in locum defuncti vnus tantum substituendus erit, in ea bona, velut & alia dispensabit. [d]

Clerici possunt maximè accedente iusta causa de bonis Ecclesiasticis facere eleemosynam. h. d.

Licèt autem clerici nec de mobilibus ipsi testamentum conficere possint: consuetudinis tamen est non improbatæ, vt de his pauperibus, & regionis locis, & de his qui vienti seruierint, [e] siue sint consanguinei, siue extranei, aliqua [f] iuxta seruitij meritum conferantur, non testamenti [g] ratione: sed eleemosinæ duntaxat intuitu.

Potest quis tantum legare de bonis Ecclesiasticis, quantum contulerit Ecclesiæ. h. d.

Item si tantumdem de proprij iuris facultate contulerit Eccles. quantum de Eccl. bonis

b ¶ Nomine autem.] Not. vnam significationem istius verbi, ecclesia, de aliis not. in capite quereland. ac præla. vi. suas, fac. supr. de constru. eccl. & quę ibi notatur in princ.

c ¶ Non Episcopus.] Qui tamen est in ecclesia, & ecclesia, in episcopo 7 q. 1 capit. scire debet.

d ¶ Dispensabit.] Sed quæ diuersitatis ratio inter hunc casum & superiorem? Resp. secundum Ab. in ea relatum 2. de testa. quia primo casu canonico datur præbenda ex bonis communibus cap. principaliter, vt inde sumat necessaria, non autem vt sit administrator ecclesiæ Iõ si aliqua remanent vltra præbendã debent cedere capitulo cuius sunt bona præbẽdarum Nam satis est, quod successor habeat corpus præbendæ: quia datur sibi vt inde viuat & capitulum administrabit bona acquisita, sicut alia bona communia. Sed in alio beneficiato per se extra aggregationem datur beneficium tanquam administratori ipsius ecclesiæ. Vnde quemadmodum est administrator aliorum bonorũ ecclesiæ: ita & hęc quæsita intuitu eccles. administrabit, q̃ rõ satis hic innuitur in illis verbis, velut, & alia, &c.

e ¶ Seruierint.] Ad erogandum pauperibus & pijs locis sufficit sola charitas, in alijs requiritur quæ præcesserit seruitium, capite relatum 2 vbi Ab. & capite ad hæc. de test. & non est mirum quod fiat hic remuneratione de rebus ecclesiæ: quia seruitium impensum prælato censetur ecclesiæ impensum, fac. capite per tuas, & quod ibi per Ab. de don.

f ¶ Aliqua.] Hoc verbum denotat moderationem, adeo quod non posset omnia mobilia episcopus erogare Ab. & Doct. in capite relatum. 2 & capit ad hæc de testament.

g ¶ Non testamenti.] Not quòd quandoque aliquid conceditur inter viuos, quòd non licet in vltima voluntate & sic põt quis facere per se quod nõ põt relinquere alteri faciendum fac. c. quia Ioan. 12 q. 5 & not. in cap. Apostolicę, de dona & sup. de constr. Eccle. § episcopo quoque Ro. differentię est quæ testamentum cõfirmat. morte c. cũ Marthę de celeb. miss. effect. ergo cõfert. in tps, in quo nõ est futurus prælatus ideo non põt

de aliquo disponere de facultatib. Eccleſiæ, arg. l. eum qui ff de iuri omn. iud. ſed ſi vult diſponere dum viuit non prohibetur, quia eſt adminiſtrator Eccleſiæ, licet ergo vna via quæ non liceat, licet tamen alia contra c. cum quid de reg. iur. in 6. ſed illud eſt quando quod prohibetur ratione effectus non modi, vt per Abb. in cap. ad hæc de teſt.

a ¶ Suſtinebitur.] 12 q. 2 c. ſi quis qualibet, & q. 5 c. ſi Epiſcopus.

b ¶ Intuitu.] Not. quod clerici, tam ſæculares, quam religioſi retinent iura ſanguinis, & ſi succedunt l. Deo nobis. C. de Epi. & Cler. & 16 q. 1 c. vno hæc tamen eſt differentia inter relig. & ſæcul. cler. quod ſæculares ſibi acquirunt, c. quia nos vbi Abb. de teſt. religioſi monaſt. omnes in d. c. quia nos.

Quãdo liceat vna via quod nõ licet alia.

nis legauerit, legatum ſuſtinebitur. [a]

Clerici poſſunt teſtari de his, quæ acquiſierunt non intuitu Eccleſiæ. h. d.

De his verò, quæ vt paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, [b] ſeu conſanguineorum, vel amicorum munere reſpectu non habito ad Eccleſiam [c] ad clericos peruenerint, [d] liberè [e] teſtari poterunt.

Clerico ingenuo deficientibus ſucceſſoribus ab inteſtato ſuccedit in totum Eccleſiæ. h. d.

c ¶ Ad Eccleſiam.] Quia tunc aliud eſſet, c. requiſiſti de teſtam. cap. 1 de ſucce. ab inteſt. & § ſed in hac ſpecie. ſupra de cano. port.

d ¶ Peruenerint.] Idem ſi ex aliquo condecenti artificio clericus lucraretur, puta quia aſſumpſiſſet lectu-

Quid iuris ſit de quæſitis per clericũ ex artificio.

ram cap. quia nos de teſtam. vbi Abb. & alij fac. not. in cap. 1 de celebr. Miſſ. Sed quid erit ſi clericus lucratus fuit ex illicita aduocatione, vel etiam ex ludo? Reſp. vt per Abb. in cap. relatum 2 in fin. de teſt.

e ¶ Liberè.] Etiam ſi ſit filius famil. quia nihilominus de aduentitijs teſtabitur, quod intellige, vt per Ab. & alios in c. quia nos de teſt.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § in bonis clericorum Eccleſiam ſuccedere, deficientibus ipſorum conſanguineis vnde ſciendum eſt, pro terminorum, & § intelligentia quod in bonis clerici decedentis nullis relictis conſanguineis qui ſuccedere poſſint non ſuccedit fiſcus Principis ſæcularis ſed Eccleſia, & Epiſcopus Guillel. de Bened. in repet. capit. Raynut. in verb. & vxore nomine Adelaſiam num. 271 de teſtam. l. ſi quis presbyt. vbi hoc not. Bald. Alber. & Paul. de Caſt. C. de Epiſcop. & cler. cap. 1 & ibi Butr. & Abb. de ſucceſſ. ab inteſt. Bart. in l. ſi quis filio § eius ff de iniuſt. teſtam. Imol. in l. ſi quis § 1 nu. 11 ff de iniuſt. teſtam. Rot. deciſ. 7 in tit. de teſtam. in Antiq. Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. in 5 & vlt. part. in fin. Peregr. in tract. de bonis fiſci lib. 4 tit. 3 num. 10 qui procedit etiam in bonis clerici delinquentis quibus ſuccedit etiam fiſcus Epiſcopi, & non Domini temporalis Pet. in cap. irrefragabilis, § cæterum nu. 10 de offic. ordin. & in cap. excommunicamus lib. primo in principio verſ. ſi verò de hæret. & ibi etiam Io. de Anan. & Marian. Soc. in princip. gloſ. in cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præbend. Bertach. in repet. in in verb. clericorum delinquentium bona Cardin. in Clem. 2. in 6 q. de hæret. Io. Lupus in repet. rub. extra de donat. inter vir. & vxor. in § ſeu ſect. item Diaz. in epitom. in 2 p. c. 7 nu. 5 car. 137 Alphonſ. Aluarez in reſeruat. Chriſtian. Relig. cap. 53 de hæret. nu. 13 Couar. in lib. 2 variar. reſolut. cap. 9 nu. 14 Peregr. in tit. de iur. fiſc. lib. 1 tit. 2 num. 105 qui ex Bal. in l. ſiue pars C. de dilat. dicit quod Epiſcop. eſt de maioribus magiſtratibus habens merum, & mixtum Imperium, vnde dicitur præſes ſuæ ciuitatis, & diœceſis Guillel. de Perno. noſter Siculus conſ. 5 in fin. Alex. & cæteri omnes in rubr. ff de iuriſdict. omn. iud. & in ſupradictis bonis ſuccedit fiſcus Epiſcopo, & non Papæ Abb. in cap. ſancto nu. 2 de ſucceſſ. ab inteſt. & Epiſcopus habet fiſcum gloſſ. in cap. quia diuerſitatem de ſucceſſ. præb. Cardin. in Clem. 1 § 1 de hæret. qui dicit prædictam gloſſ. eſſe ſingularem Anan. & Felyn. in cap. excommunicamus l. 1 cum multis aliis, quos latè congerit Couar. in l. 2 variar. reſolut. c. 9 nu. 11 & Burſat conſ. 3. 4. & 5 per tot. & Peregr. in prædicto tractat. de iure fiſci lib. 1 tit. 2 nu. 106. vbi ex hoc infert, quod Epiſc. poteſt pro delicto imponere pœnã pecuniarum applicandam ſuæ Cameræ, & fiſco, Hoſtien. Io. Andr. Abb. Felin. & alij in c. irrefragabilis, § cæterũ de offic. ordin. gloſſ. & Abb. in c. licet de pœnis Hoſtien. Butri. Cardin. & Io. de Anan. in ca. ad aures de Simon. qui Epiſcop. tamen non poterit bona ſuo fiſco applicata conuertere in proprios vſus, ſed illa applicare in operibus piis, vel Eccleſiæ Abb. in cap. 2 de ſucceſſ. ab inteſtat, & in ca. excommunicamus de hæret. Peregr. in d. tract. de iur. fiſci l. 4 tit. 3 nu. 10 verſ. ſi autem non habent.

Limitatur primò, prædictus effectus vbi clericus eſſet beneficiatus quia in ipſius bonis ſuccedit Eccleſia, ſiue Altare cuius eſt beneficialis excluſo fiſco Eccleſiæ, & Epiſcopi d. c. excommunicamus § damnantis de hæret. Peregr. præcit. n. 10. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis presbyt. C. de Epiſc. & Cler. Abb. in cap. 1 de ſucceſſ. ab inteſt. Couar. lib. 2 variar. ſol. cap. 9 n. 11 Peregr. in præcit. not. 10.

Limitatur ſecundò, vbi bona eſſent feudalia, ſeu emphyteotica quia tunc non applicabuntur ſiue Eccleſiæ, ſed dominis directis ipſorum bonorum Burſat. conſ. 43 nu. 37 & 39 lib. 1 vbi allegat. Diaz. in epitom. par. 2 ca. 7 n. 5 car. 135 Alphonſ. Aluarez in theſaur. Chriſtian. religion. cap. 53 de hæret. n. 13 Couar. d. c. 9 num. 11 Bero. conſ. 114 n. 56 vol. 1 Boſſ. in tract. Crim. in tit. de bonorum publ. nu. 18 & 53 & ſeq.

Limitatur tertiò, in bonis clerici hæretici pertinacis quæ ex Conſtitutionibus Clementis Papæ IV. & Innocent. etiam IV. debeat tripartiri, quarum partium vna applicatur communi ciuitatis, in qua hæreticus damnatur ſecunda officialibus exequentibus contra hæreticos, & Tertia officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis ita referendo prædictas Pontificales conſtitutiones, & multos DD. allegando concludit Burſat. conſ. 43 n. 42 lib. 1 & n. 44 & 45 aſſerens quod non tripartiuntur, ſed tantum bipartiuntur, & ipſarum vna applicatur fiſco Cameræ Apoſtolicæ, & alia officio Inquiſitionis, ſed in iſto Regno omnia bona hæreticorum tam ſæcularium, quam clericorum applicantur fiſco officij ipſius Inquiſitionis & de hoc latè ſcribit Param. de origin. Sanctiſſimæ Inquiſitionis, cap. 7 tit. 2 l. 1 & c. 3 tit. 2 l. 2 n. 13 & ſeq.

Et quando applicantur fiſco Eccleſiæ intelligas, vt applicentur fiſco loci in quo bona reperiuntur Burſat. dict. conſ. 43 n. 38 lib. 1 & licet aliqui relati per Caualcan. deciſ. 15 n. 3 li. 2 & per Peregr. in tract. de fiſco lib. 1 tit. 2 n. 104 cum pluribus ſeq. lib. 4 tit. 3 num. 10 fecerint diſtinctionẽ inter bona mobilia, & ſtabilia, vt ſcilicet bona mobilia applicentur fiſco Eccleſiæ, & bona ſtabilia fiſco Principis ſæcularis, nihilominus ipſa diſtinctio non eſt vera, & contrarium tenuerunt omnes relati in ipſo eff. & aliqui citati per eundem Caualcan. dict. num. 3.

Quòd ſi deceſſerint. CASVS. Quidam clericus Peru-

Io. Bap.

sinus decessit Romæ plura relinquens bona, & cum fuisset beneficiatus, & testamentum non fecisset, orta fuit lis inter Ecclesiam, & eius consanguineos, Ecclesia enim dicebat quod ad se pertinebat eius successio ob mutuam obligationem, quæ contrahitur inter clericum, & eius Ecclesiam, arg. § 11 inst. de societa. facit auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccle. & ca in præsentia de probatio. cæterum. Sol. vt hic legimus, quia sicut in humanis vir, & vxor adinuicem succedunt deficientibus reliquis successionibus, l. 1 C. vnde vir & vxor, ita quoque idem dicendum est de clerico, & eius Ecclesia: Non obstat ratio adducta, quia verificatur deficiente legitima successione, secus respectu clericatus. Not. primò clericatum non tollere successionem actiuam, & passiuam à iure ciuili indictam: Nota secundo Ecclesiam in successione ab intestato æquiparari vxori in sæcularibus, iuxta d. l. 1.

Quòd si decesserint intestati, nec aliqui fuerint inuenti, qui iure cognationis ipsis succedere valeant, si ingenuis gaudeant natalibus, [a] in integrum tunc Ecclesia succedet, [b] * nec cuiquam ex rebus eorum alii-

ne, vel legato, vel exemptis, & comparatis ex his redditibus patrimonialium quia hæc omnia bona temporalia sunt naturâ sua quorum successio ad legitimos Episcopi hæredes, vel ex testamento, vel ab intestato defertur, nec secundo sub spolij nomine comprehendunt bona acquisita intuitu Sacerdotalis ordinis, vel personalis industriæ, seu artificij, in his enim Prælati habentur, ac personæ sæculares illorumque administrationem adsolutam consequuntur ex c. placuit, cap. quicunque 12 q. 3 c. sicut 12 q 1 c. quia nos, de testam. vbi Couar. in cap. 1 n. 3 adeo, vt liceat ex bonis Episcop. alimenta suscipere, & hæc bona patrimonialia, vel quasi hæredibus reseruare, c. 1 de pecul. clericorum, cap. finium, & capit. vltim. d. 11 q. 3 probat Innocen. receptus ex Abb. in dict. cap. 1 de testament. nu. 2 & in ca. Episcopus de præben. & in cap. postulasti de rescript. dicit communem Couar. in d. c. 1 de testam. nu. 2. Nauar. de redditibus 1 par. q. 1 n. 38 Soto de iustitia lib. 10 q. 4 art. 2 Sarmiento de redditibus 1 part. c. 1 n. 18 & colligitur ex Paulo 1 ad Corinth. c. 9 vbi probat prædicatoribus Euangelij deberi subsistentationem, licet habeant vnde viuere possint, sicque procedit Concil. Agathens. in clerici omnes 1 q. 2 probat Thom. 2. 2. qu. 158 art. 7 in corpore post principium ibi nam bonorum proprium dominium habent, & in eod. art. in responsione ad tertium permittit habentibus patrimonium viuere de fructibus præbendæ, licet contra hanc sententiam teneant Barbaria, & Decius in dicto cap. postulasti n. 8 ex authoritate D. Hieronymi in cap. Clericos 19. 2 verior tamen est prima opinio, & ab omnibus obseruata ex Molin. de Iustitia 2 tract. disp. 142 atque ideo respectu horum bonorum Episcopi reputantur sæculares, vt liberè de illis disponant d. c. placuit, c. quicunque 12 q. 3 Nauar. in Apolog. q. 1 monit. Valasc. de part. tio. cap. 31 nu. 1 Molin. d. tract. & disput. 142 & apud nos Regia Or. d. l. 2 tit. 18 § 7 facit l. 1 C. de sacrosanct. Eccles. & casu quo non disponant de his bonis ad hæredes ab intestato deferuntur Nauar. de spolijs § 1 n. 14 Barbosa in lege diuortio nu. 66 ff solut. matrimon.

Vnde inter spolia solum consideratur, illa bona quæ intuitu Ecclesiæ, & eius redditibus comparata sunt in his enim solùm controuerti potest, an ad Sedem Apostolicam, vel ad successorem in Episcopatu remanere debeant, & sine dubio est ad successorem deferri debere, vt obseruatur ex antiquissima, & immemorabili huius regni consuetudine, quæ ex concordia processisse credendum, vt asserit Ord. l. 2 tit. 1 in fine principij principi enim asserenti ita fuisse olim concordatum credendum est, text. in clem. 1 de probat licet veritas mihi videatur esse in contrarium, quod circa hanc ordinationē nulla concordia extet specialis quia deducta fuit, ex extrauag. leg. 10 tit. 2 part. 2 & ex dipplomate, lib. 3 Speræ fol. 288 quibus locis de sola immemorabili consuetudine mentio fit solumque hæc consuetudo concors & confirmata est, vt infra dicam, vnde hic immemorabilis vsus, aliter in Episc. ac in reliquis prioribus, & Abb. accipiendus est, nam Ab. inferiores Episcopis liberè disponere possunt de bon isquæsitis etiam intuitu Ecclesiæ, vt infra dicam Episcopi verò minimè quia in illis hæc Hispaniæ consuetudo recepta non est, vt per Couar. in cap. relatum de testam.

Vnde vt ipsi testentur debent obtinere licentiam, seu dispensationem à Summo Pontifice, quâ simpliciter obtenta ad hæc aliqui dubitant an limitanda sit dispensatio ad pia non verò ad profanos vsus ex Abb. in capit. cum esses de testam. num. 3 Barbaria in tract. de potest.

a ¶ Natalibus.] Aliud si non sint ingenui, vt in § seq.

b ¶ Succedet.] Concor. 12 q. 5 c. fin. & q. 3 cap. quicunque, & c. 1 de successi. ab intest. & in § si quis Episc. auth. de Eccle. tit. quòd si quis habuit plura beneficia, videtur quòd hæreditas sine patrimonium decedentis clerici debeat diuidi, sed tu dic, quod succedit Ecclesia, in qua vltimo loco clericus inseruiuit, vt per Doct. in c. 1 de successi. ab intest. quod si tempore mortis habeat duo beneficia, tunc fortè facienda est diuisio. Quid si clericus nullam habet Ecclesiam, nec successorem ab intestato? Resp. secundum Abb. in d. cap. 1 bona deuenient ad Episcop. Et ipse disponet secundum Deum, vide per eundem in c. 2 de pœn. & in c. in præsentia, de proba. Facit auth. omnes peregrini C. com. de succes. Et quod dicitur de Ecclesia, intellige largè vt comprehendit, omne beneficium, etiam sine cura, facit cap. 1 relatum 2 de test. & tenet Abb. in d. c. 1.

* Ecclesia succedet.] Alio iure vtimur in Gallia, siue enim Clerici hæredem non habeant, siue ex iustis nuptiis procreati non sint non Ecclesia, sed fiscus Principis vel Dominus territorij bona eorum occupant. Secus est si propter crimen publicanda veniant, tunc enim Episcopus bona eorum mobilia retinet quasi personam sequantur immobilia verò fisco, vel Domino territorij acquiruntur, Chop. de Sacra Polit. lib. 3 tit. 8 num. 27 Ioann. Galli, quæst. 290 Auser. decis. 150 Capellæ Tolos. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Quæritur in præsenti § si clericus possit de fructibus beneficij testamentum condere, ad quod dicas pro materiæ intelligentia quod spolium secundum subiectam materiam definitur à Nouar. de spol. cler. § 7 nu. 5 vt sint bona à persona Ecclesiastica quæsita immediatè, vel mediatè ex bonis Ecclesiasticis, vel redditibus eorum debitis, quæ non fuerunt ante obitum impensa nec facta iure patrimonialia, nec quæsita alij irreuocabiliter, vel quæsita ex illicita negotiatione definit. Molin. de instit. disp. 147 fol. 824 vers. licet negandum Azor. inst tut. moral. 2 part. lib. 8 cap. 2 q. 1 verum est enim, quod omnia ea bona, quæ Prælatus dum vixit non distribuit, vel consumpsit inter spolia cōputantur, quasi illis bonis morte fuerit spoliatus, vel quod illud spolium in domo defuncti relictum legitimo successoris reseruatur.

Non tamen hoc ita indistinctè in omnibus Prælatorum bonis accipiendum est, nam supradicta restringi debent ad bona, quæ acquisita sunt, ex redditibus Ecclesiæ, vnde spolium Episcopi non constituitur ex bonis patrimonialibus, quæ ex legitima parentum, vel consanguineorum successione accipiunt, vel donatio-

Cardin. 7 par. q 4 nu. 7 Nauar. de redditibus Eccl. monit. 6 qui restringit talem dispensationem ad pia tantũ quia cum sit priuilegium sufficit, vt aliquid operetur, c. porro de priuileg. sed verius est, ad omnia prodesse quia S. Pontifex solum intendit tollere prohibitionem legis humanæ, & in odiosis dispositionibus, & priuilegiis omnia veniunt, quæ sub verborum propprietate comprehẽduntur. l. cum lege ff de testam.

In eo tamen consuetudo prodest Episcopis sicut, & cæteris Abb. inferioribus, veluti si pensiones, vel beneficia ex dispensatione obtineãt, quia in his ac proprij Abbates regulãtur, vnde Episc. titulares, seu anullares, qui beneficia aliqua possident, ad instar. Abbatum, & Rectorum de illis salariis suarum Ecclesiarum testari possunt quia non sunt simpliciter Episc. cum fine addito anullares non dignoscantur, ideò potius Abbatibus accedunt, sicque in Senatu iudicauimus in processu, vbi plures in legatis sententiæ prolatæ in eodem casu adiungebatur.

quid præsumere [a] licebit.

Bona serui promoti ad sacros ordines ab intestato decedentes diuiduntur in quatuor partes. h. d.

Si verò seruus [b] ad sacros ordines promotus, liberratem nactus fuerit, idemque postea decesserit intestatus, nihil olim Dominus de bonis eius vendicare poterit. Sed eius peculium in quatuor partes diuidetur: quarum vna Episcopo, altera Ecclesiæ, tertia pauperibus assignabitur, quarta parentibus, & si non sint capaces [c] parentes, Episcopus [d] eam recipiet, & in vsum Ecclesiæ diligenter distribuet.

iustitiæ eo quod clericus non habet verum, & legitimum Dominium eorum, sed alij contra contendentes supponunt duplicem distinctionem bonorum antiquitus fuisse in Ecclesia seruatam supponunt etiam veterem clericorum in communi videndi consuetudinem vsque ad tempora Aug. Episcop. facta autem diuisione bonorum ecclesiasticorum in quatuor partes, quarum vna Episcopo, secunda clerico, tertia fabricæ, & ornamentorum necessitati, quarta pauperibus dicata fuit censent etiam, quod si Episcopus vsurparet sibi partem fabricæ, clerici seu pauperum, vel è contra vnus occuparet partem alterius peccaret contra iustitiam, per consequens teneretur, & insuper addunt, quod Episcopus, & Clerus tenentur arctissimo vinculo charitatis, & misericordiæ, sed non iustitiæ erogare superfluum Ecclesiasticorum in vsus pios, & honestos, & pro hac parte, & Thom. quod lib. 6 art. 12 ad tertiam & 4 & 2. 2. quæstione 185 art. 3 Sot. de iust. & iur. lib. 10 quæst. 4 art. 3 & lib. 4 quæst. 1 art. Andr. in 4 de restit. cap. incipiente pro clerico concluf. 4. Præpos. in summ. 44 dist. colum. 5 Silua. clericus 4 quæstione decima, & restitutio. 3. quæstione quinta in princip. Abulen. in D. Matthæum, capite sexto, quæstione 74 Couar. in capite cum officijs, numero tertio de testament. Corduba in lib. 1 quæstionarij, quæstione decima octaua, Tolet. in sum. l. 5 c. 4 n. 16 tenet etiam Guttier. lib. 2 quæst. practic. can. quæst. 1 14 n. 15. idem Toletus, in prædicta summa de 7 peccatis mortalibus, cap. 38 nu. 3 sentit Rot. decis. 14 p. 1 in Nouiss. vbi Episcop. dicitur Dominus suorum reddituum Petri Nauar. de restit. lib. 4 c. 2 nu. 15 Azor. tom. 2 lib. 7 c. 8 & Sanchez appellat communem lib. 2 c. 20 nu. 24 in decalogum, seu in summa morali tom. 1 atque eam veriorem dicit, & propterea hæc pars videtur tenenda post factum ad fedendas conscientias scrupulosas, & timidas, maximè cũ pro ipsa vrgeat vniuersalis consuetudo confessariorum non obligantium Ecclesiast. ad huiusmodi restitutionẽ faciendam, de qua consuetudine testatur Couar. vbi supra ante factum autem consulerem pro prima opin. tanquam tutiore, & quæ meritò timeri deberet ab Ecclesiast. illis qui parum salutis propriæ ne dum alienæ curam habere prauis vitæ suæ moribus innotescunt.

Præsumere.

a ¶ Præsumere.] à furto dictum, q. d. explicare, surripere.

b ¶ Seruus.] Fac. c. 2 de succ. ab inte.

c ¶ Capaces.] Puta hæretici 24 q. 2 cap. sanè, & cap. si quis Episcopus.

Si bona clerici sunt fisco applicanda, applicari debent fisco Episcopi.

d ¶ Episcopus. Et sic nota, quòd illud quod venit applicandum fisco de bonis clericorum, non applicatur fisco Papæ, sed Episcopo loci, vt diligenter distribuat ad vsum Ecclesiæ, vt hîc. Item nota aliud quod Abb. in c. 2 de succes. ab intest. putat mirabile, quod in d. cap. 2 vnde hæc litera sumitur, videtur probari, quod si vni ex hæred. aufertur sua portio tamquam ab indigno, non applicatur fisco sæculari, licet hæres sit sæcularis: sed potius fisco Ecclesiæ, habito respectu ad qualitatem relinquentis: quia fuit clericus.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur quod redditus beneficiorum Ecclesiasticarum personarum diuidi debent in quatuor partes.

Vnde grauis est, quæstio an clericus lege charitatis tantum, an verò etiam iustitiæ teneatur expendere prouentus Ecclesiast. in vsus pios, & honestos valdè inter se differunt scribentes, & Nauar. quidem in suo tractat. de huiusmodi redditibus ecclesiasticis, cum aliis sibi relatis acriter tueri conatur adesse obligationem ex lege

FINIS LIBRI SECVNDI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS, ET ILLORVM Diuisione.

COntinuatur hæc materia cum superioribus, & sequen. per text. in princ. vnà cum gloss. huius proposit. tit. qui meo iudicio diuidi debet in tres partes, in quarum prima adnot. vt dixi continuatio: in secunda describitur iudicium: in tertia quotuplex ipsum sit demonstratur: secunda ibi potest autem: tertia ibi, summa diuisio.

* De Iudicijs.] Hunc titulum aliosque decretalium videlicet. De foro competenti, de iurepatronat. de causa possession. & proprietat. de decimis, de matrimonio, qui filij sint legitimi, de donat. inter virum & vxorem de appellat. iura & immunitates ecclesiæ Gallicanæ quam maxime lædere ait Feuret. de abusu, lib. 1 cap. 4 n. 22 nam inquit multæ decretales ibi insertæ sũt, quæ temporalibus Principum præiudicium afferunt, derogatur apertè iuri patronat. laicorum, notitiæ feudorum, & possessorij decimalis, nec non exequutionis testamentorum, & legatorum Ecclesiæ tribuitur exhibeturque iurisdictio Ecclesiastica velut origo cui subest Regia, & sæcularis quæcumque. *Sed certè non hæc fuit intentio sedis Apostolicæ vt decretales huiusmodi ad regimen populorum in vtraque potestate spirituali scilicet, & temporali Papæ subditorum duntaxat editæ vbique terrarum æquè obtinerent, vnde iuremeritò quoad prædicta, & alia id genus non seruantur in Gallia. SOLIER.

REstat CAsvs non figuratur. Not. tamen continuationem aliquando necessario esse faciendam de materia ad materiam, facit tex. instit. de rer. diuis. in princ. Io. Bap.

*DE IVDICIIS, * ET ILLORVM Diuisione.*

Quid sit iudicium, & quid causa. h. d.

REstat, [a] vt videamus de iudicijs. Potest autem iudicium ita describi, Iudicium [b] est discussio causæ quæ ritè fit in foro coram iudice. Causa [c] verò est origo negotij, & materia iudicij.

Quæ sint iudicia sæcularia, & quæ Ecclesiastica. h. d.

Summa diuisio iudiciorum hæc est, quòd aut sunt sæcularia aut Ecclesiastica. Iudicia sæcularia sunt, quæ coram iudice laico inter personas sæculares exercentur. Ecclesiastica verò sunt quæ coram iudice Eccle-

a ¶ REstat.] Quasi aut dicat, explicito tractatu, personarum in primo libro. Item rerum in secundo iuxta partitionẽ factam sup. de iur. nat. consti. & constit. § fin. restat tractare solum de iudicijs, de quibus quoniam materia est ampla & admodum diffusa, tractat duobus libris, vno complectitur iudicia ciuilia, qui est hic tertius, alio criminalia, qui est vltimus. Et licet hic terminus Iudicium varia significet: vt per Doct. in rub. eo. tamen hic sumitur pro instantia causæ discutiendæ, & partibus eius, l. properandum. C. eo. cap. forus, de verb. sign. 4. q. 4 c. 1.

Potest autem. CAsvs non figuratur, sed nota. quod iudicium, vt doct. ad not. in rubr. eod. cum sit terminus plura habens significata: nihilominus potest describi, licet primo non adnot. secundum quod significarum accipiatur. Io. Bap.

b ¶ Iudicium est.] Variæ traduntur iudicij definitiones in rub. eo. hæc tamen non videtur in sensu differre ab alijs, præsertim ab ea, quæ traditur ibi per Ab. & licet forte aliquæ possunt fieri oppositiones, si velimus attendere naturam definitionum prout strictè accipiuntur, & insanas scribentium disputationes, sufficit tamen, vt sustineatur, & verificetur prout in pluribus, & tanquam descriptio, ponitur hic, quod apparet ex illo vet. descri.

c ¶ Causa vero, &c.] Cap. forus, de verb. signif.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro generali intelligentia tituli, est videndum, primò quid sit iudicium, secundò vnde dicitur, & tertiò quotuplex sit.

Et quoad primum, iudicium est actus legitimus trium personarum in iudicio contendentium videlicet actoris, rei, & iudicis, ita definiunt Bald. ff de iudic. & Ab. extra eod. vterque in rubrica quos refert etiam Maran. in suo Spec. part. 2. in princip.

Quoad secundum dicitur iudicium quasi ius dictum, vt arg. textus in cap. forus de verborum signifi. ibi vocatur autem iudicium quasi iurisdictio, notant vestri in pract. lib. 7 c. 1 nu. 3. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1 q. 8 nu. 18 veteres tamen non iudicium, sed inquisitionem dicunt: vnde & auctores iudiciorum, præpositos quæstores, vel quæsitores vocant dicto cap. forus quod quidem nomen inquisitionis, adhuc retinemus in ea specie iudicij criminalis in quo iudex procedit ex officio sicut annotauit etiã Vestr. hic circa nomen, & definitionem breuiter præfatis reliquum est, vt quotuplex sit, iudicium videamus.

Summa. Hæc pars subdiuiditur in 3 partes sicuti tres in ea explicantur iudicij diuisiones: in quarum prima habetur diuisio iudicij desumpta à materia vel á potestate: in secunda declaratur alia eiusdem diuisio desumpta á qualitate iudicis: in tertia demonstratur alia eiusdem diuisio desumpta ab ordine procedendi: secunda ibi, est & alia: tertia ibi, rursus iudiciorum, quoad primum adhuc puto ipsam diuidendam esse in duas particulas: in prima habetur ista prima iudicij diuisio: in secunda eiusdem diuisionis declaratio: secunda ibi, laicus ergo: quoad primum CASVS aliter non figuratur. Not. tamen quod humanum genus non tantum legibus, sed etiam potestate regitur facit, cap. duo distinctio. 96. Nota secundo argumentum quod ius ciuile, & ius canon. originaliter, & effectiuè dependent á potestate Cæsarea, ac Pontificia.

Ioan. Bap.

a ¶ Personas.] Ecclesiasticas. Vt inf. eod. § pari ratione, & in tantum clerici sunt ab ecclesiastico iudice iudicandi, vt nec Papa subijcere possit clericos potestati sæculari. Innoc. & Ab. in capit. 2 de maior. & obed. nisi ex causa Ab. in capit. proposuit, de concess. præb.

b ¶ Duo enim sunt.] Concor. distinct. 96. & auth. quomodo opor. &c. & pulchrè per Arch. in rub. de creti col. 1,

c ¶ Regitur.] Et vnum non dependet ab altero, & sic potestas Imperatoris veri non videtur pendere à Papa: sed immediatè à Deo, & ita not. in ca. duo, & cap. si Imperator. dist. 96 de quo tamen dic, vt per eximium doctorem, & præceptorem meum dominum Restaurum Castaldum in tractatu de Imperatore, quæst. 4 qui testatur communem hodie esse sententiam, quod Imperator, & Imperium est ab ecclesia, & latius per eundem in eod. tractatu, quæst. 1 fac. quod not. Abba. in c. licet de for. compet.

d ¶ Administrator.] 11 q. 1 c. sicut, & per tot. & cap. nouit, eo. & hoc regulariter. Sunt tamen casus, in quibus iudex clericus cognoscit inter laicos, & è contra: vt diffusè per stephanum Aufrerium Tholosanum in tractatu de potestate sæcularium super ecclesijs, & per eundem in tract. de potestate ecclesiæ super laicis, & per Bernardum Laurentij in quadam recollecta casuum, in quibus iudex sæcularis potest in personas ecclesiasticas manus immittere, in Tomo 5 tractatuum, & per Doct. in cap. 2 de iud. vbi quando laicus possit esse assessor iudicis ecclesiastici, & in c. licet, & in c. ex tenore de fo. comp. & in cap. Ecclesia s. Mariæ de const. & dicetur infr. eo. in discursu varijs in locis.

siastico inter personas [a] Ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt [b] quibus principaliter orbis regitur. [c] Auctoritas sacra Pontificum, Imperialis, ac Regia potestas. Vnde sicut ciuilium legum non nisi ciuilis esse debet exequtor, ita etiam Ecclesiasticarum Ecclesiasticus iudex est administrator. [d]

Laicus à laico coram sæculari iudice conueniri debet, nisi causa sit spiritualis, vel similis: & litteræ impetratæ ad iudicem Ecclesiasticum non tenent. h. d.

Laicus ergo à laico coram iudice sæculari, non autem Ecclesiastico conueniendus erit, quod vsque adeò obtinet, vt etiam si alteruter litigantium ab Apostolica sede li-

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § incipit author, narrare quotuplex sit iudicium, pro cuius intelligentia noto quod iudicium triplex est spirituale, temporale, & mixtum, spirituale, vbi agitur de re spirituali temporale, vbi agitur de re temporali, & mixtum, vbi agitur de re quæ participat de vtroque, qui casus sunt plures quos ego breuitate possibili enumerabo.

Et primo mixti fori est crimen sodomiæ quia etiam ecclesiasticus, potest punire sodomitam laicum, text. est in c. clerici de excessib. prælat. & tradit repertor. inquisitorum, in § sodomia vers. 90.

Secundò mixti fori etiam est crimen adulterij, quod intellige quando ageretur de pœna adulterij, secus verò est si ageretur solum ad reparationem fori, quia tunc.

Iudex Ecclesiasticus est priuatiuè iudex, vide Clar. lib. 5 receptar. sententiarum, § vsura q. 37 vbi ennumerat alios casus mixti fori.

Item mixti fori sunt omnes causæ ciuiles quæ aguntur inter miserabiles, quales sunt pupilli viduæ, & similes personæ, quæ poterunt conuenire laicos coram Episcopo, vt habetur per Ab. & Doct. in capitul. significauimus de offic. deleg. & in capit. licèt ex suspecto de foro compet,

Limitata tamen quando vidua, seu pupillus essent diuites, quia tunc non dicerentur miserabiles personæ Ab. in dicto capitulo, significauimus.

Tertiò, est mixti fori sortilegium quod passim committitur tuam ob effrenatam hominum voluntatem, tũ ob continuas fraudes, & diabolicas illusiones tum etiam ob impunitatem, conniuentiam, & dissimulationem iudicium, sicut aiunt l. doc. in pract. crim. capit. 61 n. 79 Fegna in comment. ad Director. Bymer. part. 2 comment. 67 & nonnulla ad materiam sortilegij vide quæ diximus in tit. de sortileg. maled. & sacril.

His præmissis accedo ad respondendum quæsito, & dico quod aut loquimur, secundum ius commune, & quod fuit obseruatum vsque ad tempora Sixti V. aut secundum constitutionem ipsius Sixti quam edidit contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem anno Domini 1585 nonis Ianuarij si secundum ius commune distinguo ex communi Doctorum sententia, Aut fumus in prima specie quando scilicet sortilegium caret suspicione hæresis, & tunc rursus distinguo, aut loquitur de

inquisitore, aut de iudice Ecclesiastico, si de inquisitore nos habemus text. clarum in capitul. accusatos. § sanè de hæreticis in sexto, vbi disponitur quod inquisitor non se intromittat de sortilegijs, nisi manifestè saperent hæresim, vt tradit Affict. in const. In consutilem, numero 17 libro primo, si verò loquitur respectu iudicis Ecclesiastici extant opiniones. Nam Parlamentum Franciæ, diuersimodè iudicauit, vt tradit. Pappon. lib. 22 titul. 2. Arrest. 1. & 2. quem refert Clar. lib. 5 receptar. sententiar. §. hæresis, versic. successiuè quæro, & quod Parlamentum Parisiense variauerit refert etiam Bondinus in tract. de Dæmonomania, lib. 4. capit. 1 vbi ait quod de anno 1281 ad instantiam Episcopi Parisiensis Laudum protulit quod cognitio sortilegiorum spectaret ad iudicem ecclesiasticum priuatiuè ad laicum, & deinde de anno 1290. protulit laudum contrarium quod spectaret ad iudicem laicum priuatiué ad Ecclesiasticum quod vltimum laudum ipse approbat, & sequitur Abb. in capitul. 1. numero tertio de sortileg.

teras ad Ecclesiasticum iudicem impetrauit, irritæ sint, & inanes: [a] si tamen causa sit huiusmodi, quæ ad Ecclesiasticum forum pertineat, qualis est matrimonij, [b] vsurarum, [c] periurij, [d] & similes [e] * licèt inter laicos disceptatio sit, iudex Ecclesiasticus adeundus erit.

[f] *Spiritualis iudex ex causa iudicat inter laicos. h. d.*

Si verò sumus in secunda specie quando sapit hæresim, & tunc cognitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum ideſt Inquisitorem priuatiuè ad iudicem sæcularem Alberic. de agnoscend. assert Cath. q. 23 num. 74. Clar. d. § hæresis vers. successiuè. Et hæc distinctio videtur communiter & sine controuersia recepta.

Quartò, an Blasphemia sit mixti fori, & respondeo, quod aut blasphemia est hæreticalis, aut non, si hæriticalis tunc cognitio illius priuatiuè spectat ad inquisitorem. Eymer. in director. Inquisit. part. 2 q. 41 Pegna comm. 60 vbi testatur quod ita communiter sentiunt doctores; si non hæreticalis tunc est mixti fori Albert. de agnoscend. assert. q. 7 n. 24. Difficultas sola remanet qualis blasphemia dicatur hæreticalis, & ne nimis diuertam remitto vos ad Eymer. Simanc. & Pegn. quia alios allegat locis sup. citatis.

Io. Bapt. Laicus ergo. Licèt hæc pars in plures posset diuidi particulas CAsvs tamen ita in communi figurari commodè potest, cum sæpè diuersæ oriantur inter homines fideles controuersiæ, adeo quod aliquando oriantur inter laicos, & laicos, aliquando inter clericos, & clericos: aliquando inter laicos, & clericos, & aliquando inter tales fideles, vt dubium sit an sint laici, vel clerici, propterea dubitatum fuit de competentia iudicis: si enim nos volumus considerare duplicem potestatem supra adnot. in § 1 versicul. duo enim, res videtur clara quod inter laicos debet esse laicus, inter clericos, clericus, & in dubio sit locus præuentioni, iuxta not. in cap. penult. de foro compet. confirmatur præuentio ista arg. cap. 1 § cuius in agendo. 3 quæst. 8 Sol. tamen prout in hac parte legimus, & ratio est, quia ad cognoscendam hanc iudicis competentiam meliorem regulam non habemus, nisi conseruare quis gerat personam rei consenti, aut qualis sit res, quæ in iudicio est proponenda, tunc enim in claris cessat omne dubium: at in dubio conuenientius esset deuenire ad potestatem superiorem, quia in casu nostro est ecclesiastica ca. solitæ, de maiori. & obed. vnde cum solum ab obiectionem præuentionis sit respondendum, sine controuersia est dicendum ipsam locum habere quando vterque iudex esset competens, secus aliter, atque hoc eodem modo dicendum est ad reconuentionem, secundum tamen vlt. opin. vt docent doct. in capit. 1. de mutuis petition. & Maran. in suo specul. Not. 1 iudicis in competentiam aliquando esse omninò notoriam, & aliquando dubiam, & tunc ad superiorem esset deueniendum. Not. 2. quod iudicis competentia cognoscitur aliquando à reo conuento aliquando à qualitate negocij.

a ¶ Et inanes.] Sed quæritur an sint irritæ, & inanes ipso iure? Quidam quod tales literæ sunt in suspenso, & quod euentus declarabit, an sint nullæ, scilicet si appareat iudicem laicum esse, vel non esse negligentem: vt not. in capitul. licet, & in capitul. ex tenore, de foro compet. & tenuerunt multi antiqui Abb. in dict. capitul. licet distinguit, an literæ sint impetratæ à personis miserabilibus, an verò non miserabilibus, vt secundo quidem casu irritæ sint ipso iure, primo, verò non, ratio autem diuersitatis est secundum eum [reiectis rationibus Ioan. de Ligna. & Anto. de Butrio.) quia in personas miserabiles, seu delinquentes contra eas habet Papa iurisdictionem magis latam, quam in alias non miserabiles: quia miserabiles sunt sub eius protectione, vt hic, & capitul. significantibus, de offic. deleg. vnde committendo videtur exercere officium protectionis, quasi comminatur sæculari, quod si non procedet, sicut in simili dat conseruatorem ante iniuriam illatam, ca. 1. de off. delegat. in 6. sed alios laicos non sic habet in protectione, ideo nullo modo committit ante negligentiæ tempus, l. obseruare, § nec pro eo. ff de offic. pro conf. & capit. quod clericis de for. competen.

b ¶ Matrimonij.] Cap. causam malam matrimonij, de off. deleg. & cap. ex literis, de confang. & affict.

c ¶ Vsurarum.] Cap. quoniam de vsuris, & per tor.

d ¶ Periurij.] Cap. fin. de for. compet. in 6 potest tamen de iuramento esse cognitio iudicis sæcularis, puta si agatur de obseruantia iuramenti, non de validitate. Ab. in capitul. cum sit: de for. compet. sicut, & si agatur mero possessorio, licèt causa de petitorio sit spiritualis iuxta doctrinam Ab. in capit. literas, vers. vnde multum probabiliter de iur. calum.

e ¶ Et similes.] De quibus habetur latissimè in c. licèt de for. compet, fac. cap. tuam de ord. cogni.

* Vsurarum, periurij, & similes.] Criminum alia sunt Ecclesiastica, alia mixta, alia priuilegiata crimina, ecclesiastica seu fori Ecclesiastici inspecto iure Canonico sunt præcipuè hæresis, cap. vt inquisitionis de hæreticis in 6. Blasphemia, cap. statuimus de Maledicis. Sortilegium, Can. contra idolorum, & ibi gloss. in verb. verberibus 26. quæstio. 5. vsura, Clem. dispendiosam. de Iudicijs, gloss. in cap. 1. de offic. Ordin. D D. in cap. cum sit generale. de foro compet. cap. præterea de vsuris. violatio sacri ministerij, *Le Maistre*, in tract. de abusu, capit. 7. Mornacius ad auth. sed nouo iure Cod. de Episcop. & Cleric. Adulterium, cap. 1. de Offic. Ordin.

Concil.

concil. Trid. sess. 24 cap. 18. Periurium; capite cum laicus de foro compet. in 6 Simonia, Gloss. in cap. cum sit eod. tit. extra. concubinatus Panormit. in d. c. cum sit generale. Mixti fori sunt sacrilegium, text. & DD. in d. ea. cum sit generale periurium, cap. nouit de iudicijs iuncto Can. Rex debet 23 qu. 5 crimen falsi, cap. ad falsariorum de crim. falsi. crimina priuilegiata in quibus nullæ sunt partes iudicis Ecclesiastici nulla sunt de iure Canonico cum nequeat Princep. seu iudex sæcularis iudicare clericos deprehensos in qui buscumque criminibus quantumlibet atrocissimis, ca. cum non ab homine de iudicijs. At in Gallia aliud ius obtinet vbi sola hæresis est crimen mere Ecclesiasticum cætera aut sunt mixta id est fori Ecclesiastici in clericos, sæcularis verò in laicos, aut priuilegiata mixti fori apud nos censentur periurium, Feuret de abusu li. 8 cap. 2 numero 4 Simonia, ordinatione Blesensi art. 21 Iniuria, Concubinatus, Furtum simplex, idem ibid. priuilegiata sunt sacrilegium Chopin. de domanio li. 2 capite 7 Boer. decis. 284 Adulterium, quia capitale est, l. quamuis § fin. eod. ad l. iul. de adult. Blasphemia, Boer. decis. 301 Chop. de sacra polit. li. 2 tit. 2 num. 11 Sortilegium maleficio qualificatum, Baquet in tract. *des droicts de Iustice* capite 11 Ioan. Galli, qu. 241 & ibi Molin. Raptus, feron. ad consuetud. Burdegal. li. 1 tit. 4 de dote. Furtum qualificatum circonstantijs de quibus in l. hi qui alienas ædes ff ad l. Iul. de vi publica incestus, Belord. controuersiarum li. 9 capite 11. Sodomia Feuret vbi supra nu. 14 Gestatio armorum in turma, Ioan. Fauer. in l. addictos Cod. de episcop. audient. Benedict. in verb. & vxorem nu. 436 crimen falsi, Ioan. Galli, qu. 56 & 186 homicidium, veneficium, incendium Feuret loco cit. infractio saluegardiæ seu tuitionis Regiæ, Aufer. in tract. de potestate sæculari super ecclesiasticas person. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Notatur præsenti, § cum sequentibus, quod iudex spiritualis non cognoscit regulariter inter laicos, nisi ex causa. Vnde sciendum est, quod iudex Ecclesiasticus, procedit in causa adulterij, quia spectat illius cognitio ad forum Ecclesiasticum, quando agitur ad separationem thori Feder. de Sen. consil. 236 Amplia, vtnedum causa adulterij sed etiam causa dotis, & causa alimentorum tanquam accessoriæ ad causam adulterij sint cognoscendæ per eundem iudicem ecclesiasticum Feder. de Sen. d. cons. 236 Amplia quia iudex Ecclesiasticus est competens inter laicos vbicumque agitur de materia peccati, capite nouit de iudic. ideo ad episcopum spectat malè coniunctos separare, & malè disiunctos reconciliare, cap. tua nos de iure iur. & compellit ad obseruantiam iuramenti, vt tollantur periuria, & tollit ea, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, & omnia quæ peccatum inducere possunt cognoscit latè Feder. de Sen. consi. 275 Amplia quia causa matrimonialis, vel sponsalium spectat ad Iudicem eccles. Castrens. cons. 155 numero 2 lib. 2 Amplia, vt causa matrimonij sicut matrimonium spectat ad forum ecclesiasticum, & omne accessorium dependens, & consequens, & per quod impediretur contrahendum, & violaretur iam contractum Feder. de Sen. consil. 275 Amplia, vt in materia peccati sit iudex ecclesiasticus, est, tex. capite nouit de iudic. vbi Innoc. & cæteri, & procedit etiam si agatur, de furto, rapina, & similibus, Lap. alleg. 71 numero 3 Extende si statutum, vel lex ciuilis induceret quouis modo materiam peccandi, puta quod spurij succederent, vel possent instituì cum legitimis, quia ex quo homines cõturantur ad peccatum carnis iudex ecclesiasticus inhibet ne procedatur vigore talis statuti Feder. de Sen. cons. 278 Castrens. dict. cons. 467 lib. 2 vel quod vsuræ permitterentur, clem. unic. de vsur. vbicumque agitur de peccato vitando per denuntiationem Euangelicam, quia omnes causæ, in quibus iudex sæcularis non potest prouidere, vel quia agitur, de sola naturali obligatione, vel quia non auditur in iudicio sæculari spectat ad iudicem ecclesiasticum Bart. in extrauag. ad reprimendum numer. nono, vers. contra ipsam, declara tamen quod dicitur ratione peccati ecclesiasticum cognoscere, intelligi non in omni specie indebiti ex quo sequitur consequenter peccatum, sed solum de illo indebito, quod sapit fœtum ecclesiasticum ita Feder. de Sen. cons. 286.

Declara tamen totam istam materiam satis controuersam, quia si agitur de peccato declarando, vel determinando res est, clara, quod spectat ad solum Papã & ecclesiam Romanã hoc definire, vt in simili de vsura videmus in clementina prima de vsuris, idem quando agitur de dispensando a peccato certo casu in foro fori prout si agatur de absolutione à iuramento, quia spectat ad ecclesiasticum capitul. si verò de iure iur. idem si agatur de voto commutando, quod deberet impleri capitul. 1 & 2 de voto, & sic de separatione thori, & similibus, prout ẽt pariter spectat ad iurisdictionem ecclesiastici si agatur principaliter, & directè, vt quis abstineat à peccato, & purgetse per viam denuntiationis de qua in capite nouit. de iudic. vbi omnes, & maximè Ab. per totum, vbi declarat quomodo fiat denunciatio & purgatio si verò agitur de peccato iam declarato commisso per aliquem, & puniendo temperaliter in foro fori, & tunc recurrendum est ad distinctionem, quã ponunt doctores in capitul. cum sit generale de foro compet quia si delictum est ecclesiasticum puta quia sit inductum à iure Canonico tantum, & punitur per solum Iudicem ecclesiasticum, aut est solum punibile de iure ciuili, & tunc inter laicos punit solus iudex sæcularis, aut delictum est punibile tam de iure Canonico quam de iure ciuili, & si agatur de punitione ecclesiasticarum personarum spectat ad solum ecclesiasticum, aut de punitione laicorum tantum circa prophana, & spectat ad Iudicem sæcularem, aut laici delinquunt circa spiritualia, vel ecclesiastica, seu dependentia ab eis, & tunc est mixti fori, & vterque potest punire, & præfertur, ille qui præuenit Butr. plenè in capitul. cum si generale, numero 17 verficul. quintus casus de foro compet. vbi omnes.

Item Iudex eccles. solus cognoscit inter laicos de causa vsuraria, quia est spiritualis ad forum Ecclesiasticum spectans, de quo non potest sæcularis cognoscere Zabarell. in clem prima de vsuris numer. 18 & 19 quæstione 18 vbi dicit procedere de communi obseruantia quando tractatur an sit vsura, vel non Lap. alleg. 56 extende in tantum, vt etiam post latum laudum, pænatum, & post rem indicatam, & in instrumentis, quæ habent paratam executionem, Iudex ecclesiasticus potest inhibere, si opponatur de vsuraria prauitate Bald. cons. 455 libro 3 vbi quod inhibet ecclesiasticus de consuetudine tamen si constat. de calumnia, non debet inhibere; extende vt procedat hæc cognitio siue agatur principaliter an sit vsura vel non siue agatur ad cõsequutionem, vel repetitionem vsurarum, quia cum sit causa spiritualis cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum Lap. alleg. 71 & dicit quod opinio tenentium contra succumbit.

Amplia in causa hæresis capitul. 1 de offic. ordin. Lap. vbi supra Calder. consil. 125 alias 11 de Iudic. vbi quod nedum causa hæresis sed crimina illi connexa sunt Ecclesiastica Bald. cons. 360 libr. 3 vbi quod in ijs quæ spectant ad fidem solus Ecclesiasticus ligat. & soluit. vide quæ diximus latè ad tex. tit. de crimine hæresis.

Amplia in causa sodomiæ capite 1 de offi. ordin. Tap.

alleg. 71

Amplia ex prorogatione laicorum, quæ non potest prohiberi quia Iudex Ecclesiasticus efficitur Iudex laicorum l. si quis ex consensu l. Episcopale, C. de Episcopal. audien.

Amplia in causis decimarum, quia est causa principalis quando agitur an sit decima, & an vni Ecclesiæ, vel alteri debeatur Feder. cons. 96.

Amplia quia vbicumque iudex Ecclesiasticus fuit Iudex præparatoris videlicet libelli super absolutione à iuramento licèt in causa prophana, inter laicos potest etiam esse iudex causæ præparatæ Alex. cons. 58 libro 1 plenius cons. 63

Amplia quia Iudex ecclesiasticus potest cognoscere ad instantiam clerici actoris, causam contra laicum, pro re ecclesiastica, quando non est contentio quinres, pro qua agitur sit ecclesiæ, vel clerici, ca. si clericus laicus de foro compet. secus si negat laicus res esse eccles. sed suas dicat quia, coram iudice rei laici agendum est nisi consuetudo sit in contrarium Bellam. cons. 40 num. 239 & ita tenet Castrens. cons. 369 lib. 1.

Idem iuris est, * si vel à sæculari iudice iustitia impetrari non potest, [a] vel consuetudo loci, [b] vel miserabilitas [c] personarum Ecclesiasticum iudicem compellendum suadeat.

Clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico conueniri valeant cui non potest vllo pacto renunciari. h. d.

Pari ratione [d] tam Mileuitanensi, [e] quam Carthaginensi [f] concilio constitutum est, ne clerici clericos, relicto suo Pontifice, ad publicas [g] iudicia sub pœna depositionis, [h] & amissionis [i] propriorum iurium pertrahant: [k] cui beneficio, cum non sit per-

bat etiam ad clericum coniugatum de quo tamen dicas, vt in capitul. vni de cle. coniug. in 6 Sed nunquid clerici, qui consentiunt in iudicem ecclesiasticum, non suam incurrant pœnam de qua hic? Respond. vt plene habetur in capitul. significasti, de for. comp. sed an possit clericus de consensu episcopi consentire in iudicem laicum? Resp. non, ex ratione quæstatim subditur in hac litera, ita not. in dict. capit. significasti. Argumenta contra. capit. 2 de for. competenti. Solu. vt ibi per Ab.

K ¶ Pertrahant.] Sed quando intelligetur quis pertrahere, vt sit locus pœnis, de quibus hic, & videtur quamprimum quis clericum in iudicio vocauit, 1 quæstione 1 capitul. inolita vnde sumitur hæc litera & l. in criminali i. C. de iurisd. omn. iud. Alij quod solum post litis contestationem l quamuis ff de in jus, vocan. l. si conuenerit ff de iuris. omn. iud. & argum. 11 qu. 3 capitul. placuit & l. Papin. § meminisse, ff de inoffi. testamen. l. alia C. de his, qui vt indig. l. sicum exceptione. § satis ff quod met. causa, & hæc placet. Bart. & Ab. per l. qui cum minor. § accusasse ff de bon. liber. & per l. in iniuitutem § petijsse ff eod. titul. & hæc videtur commun. opin. quando sumus in dispositione legis: aliud si in dispositione hominis de hac plenè per Bart. in l. amplius ff rem. rat. hab. & quod dicitur licere desistere vsque ad sententiam, intellige secundum Ab. in capitul. si diligenti de foro compet. siue illa sit definitiua, siue habeat vim definitiuæ, vbi & de quadruplici modo practicandi, quod hic dicitur Sed an vetentur clerici compromittere præter conscientiam Episcopi? Respond. non super rebus proprijs. An autem idem sit super rebus Ecclesiæ, dic vt not. in capitul. contingit. de transact. & in capitul. 2 & in capit. cum tempore. de arb.

ALOYSIVS RICCIVS Disponit clericos coram iudice laico conueniri non posse, vt est etiam tex. in authent. statuimus C. de episcop. & cler. & capitul. si diligenti de foro compet. & Notat. etiam Maran. in suo Specu. distinct. 11 numer. 2 latè Nouarius in prag. 3 de clericis seu diaconis Saluaticis.

Quæ conclusio ampliatur 1 vt habeat locum etiam quoad bona patrimonialia ipsorum Clericorum capit. quamquam de censib. 6 gl. in verb. obligata, in capitul. ex literis de pignoribus, & ratio est, quia bona sumunt conditionem personarum c. ex his 11 quæst. Quare iudicium sæculare non est de reb. clericorum teste Isern. in constitut. si quis clericus in fin.

Ampliatur 2 ista conclusio, vt multò magis habeat locum q̃do ageretur de bonis spectantibus ad ecclesiam, seu de re spirituali sit spiritualitati annexa, quia tunc etiam quod ageretur inter meros laicos cognosceret iudex Ecclesiasticus vt habetur per citatos authores, ex quo infertur quod clericus sit conueniendus coram iudice Ecclesiastico, siue agatur actione personali, siue reali vt ex Affl. dec. 2 sub n. 1 Mariã in suo Sp. 4 d. 11

Et hæc conclusio quod clerici, & eorum bona ecclesiastica sint subiecta iurisdictioni ecclesiast. venit am-

* Idem iuris est) Totus iste § fallit in Gallia quin imò si, iudices Ecclesiastici in iure dicendo sint remissi & negligentes ad principem recurrendum est Feuret de abusu, lib. 9 ca. 1 num. 2 SOLIER.

a ¶ Non potest.] Puta, quia vacat Imperium, capitul. licèt, de foro compet. vel ex negligentia iudicis sæcularis, vt in dicto capitul. licèt, & capitul. ex tenore, de foro competent.

b ¶ Consuetudo loci.] Cap. si duobus, de appel. & cap. si clericus & foro comp.

c ¶ Miserabilitas.] Cap. ex tenore, de for. compet. & capit. super. de verb. signifi. & capitul. significantibus, de offic. deleg. & quæ sint hæ, & quando possint immediatè iudicem ecclesiasticum, adire per Ab. in cap. licèt de foro compet.

d ¶ Ratione.] Quæ scilicet ponitur in § primo sup. eod.

e ¶ Mileuitanensi.] 11 qu. 3 capit. inolita, & capitul. si diligenti de for. comp.

f ¶ Cartaginensi.] 11 quæst. 1 cap. placuit. capitul. si diligenti de for. comp.

g ¶ Publica.] Sæcularia, vt per Doct. in ca. si diligenti. de for. comp.

h ¶ Depositionis.] Hoc quando traxit in criminali causa secundum quosdam.

i ¶ Amissionis.] In causa ciuili secundum quosdam Abb. tamen in capitul. si diligenti, § fin. de for. compet. in vltim. not. aliter decarat. dic. vt per eum. Dubitatur tamen an ipso iure incurratur hæc pœna, an per sententiam, & communiter tenetur, quod per sententiam, vt traditur, in distinctio. capitul. si diligenti. Quid tamen si laicus trahat clericum ad forum sæculare? Respond. perdet causam, authent. statuimus, C. de Episcop. & cler. quod priuilegium Spec. trahe-

plianda, vt habeat locum etiam priuatiuè quod ad iudices laicos, & ita loquuntur omnes præfati Doctores. Ampliatur ergo etiam si laicus esset Imperator capit. Sacerdotibus 11 quæst. 1 & gloss. tract. crim. tit. de for. compet. nu. 126 quia laicus quacumque præfulgeat dignitate nullatenus potest cognoscere causas clericorum. Alexand. consil. 8 num. 1 vol. 1 quem refert, & à Val. consil. quarto, sub num. 8 lib. 1.

sonale: sed collegio [a] Ecclesiastico indultum, pactionibus priuatorum, aut iuramento illicito derogari non potest. [b]

Ampliatur quartò, vt habeat locum etiam si clericus renunciasset priuilegio fori, cap. si diligenti, de foro competen. gloss. in capitul. significasti eod. Alexand. d. consil. 8 colum. 1 & est communis, de qua Boër. super consuetud. Bituricens. fol. 26 colum. 3.

Ampliatur quintò, vt habeat locum etiam si clericus iurisdictionem iuramento prorogasset, vt tradit Specul. par. 2 tit. de renunciat. Neu. consilio 56 sub num. 1 Follet. in pract. crim. in verb. audiantur excusatores sub numero 18 & apertè patet ex eo, quia licet obligauerit se in forma Cameræ renunciando priuilegio medio iuramento, tamen non poterit conueniri coram iudice laico. Galesi. ad for. Camer. obligat. ad 2. par. quæst. 2 num. 1 vbi nonnullos cumulat.

Ampliatur sextò, vt habeat locum etiam in compromissis, quia clericus non potest, compromittere in arbitrum laicum, vide Gail. obser. 37 in fine, & licet non possit compromittere in laicum, vti arbitrum, posset tamen compromittere in eum vti arbitratorem est comm. de qua testatur Doc. in capitul. 2 numer. 2 de iudic. Et ratio quare Clericus non possit renunciare priuilegio fori est, quia hoc priuilegium fuit inductum ad fauorem totius ordinis clericalis, vt notant Doct. in dicto cap. si diligenti, & tradunt à Vall. dicto consilio 44 num. 9 & Gall. dicta obseruat 37 num. 2 D. Nouarius in Pragmatica odia, de Arbitris.

Ampliatur septimò, vt habeat locum etiam si clericus renunciasset cum consensu, & licentia proprij Episcopi gloss. in alleg. capit. significasti, de for. comp. Alex. d. cons. 8.

Ampliatur octauò, vt procedat etiam si laicus esset delegatus ab Episcopo, quia adhuc non posset cognoscere cum communis opinio sit quod Episcopus non possit delegare laico criminales causas clericorum, prout de communi testatur Rip. in capit. decernimus, num. 34 de iudic. quem refert, & sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. quæst. 41 Et hæc ampliatio habet locum, etiam si essent simul delegati clericus, & laicus, quia ille laicus adhuc non posset cognoscere, & est communis de qua testantur nonnulli, quos referunt & sequuntur à Vall. dicto consilio quarto, numero decimo quarto, libro primo Clar. in loc. prox. allegat. & in tantum suprascripta Ampliatio est vera, vt nullus laicus possit verberare, seu torquere clericum etiam accedente mandato Episcopi, quia adhuc incideret in excommunicationem Anan. in capit. super eo. colum. 2 in fin. de crim. falsi. & alij quos refert, & sequitur Maraut. in suo Spec. part. 4 distinctio. vndecima, numero 74. Aduerte tamen, quod Episcopus potest delegare laico causam ciuilem clericorum, sed circa potestatem imponendi censuras, & hanc opinionem vti veriorem refert, & sequitur aduersus Angel. & Ab. & Felyn. Marc. Anton. Cuch. Institut. Maior. lib. 2 tit. 6 num. 139 & seq.

Ampliatur nonò, vt neque consuetudo in contrarium valeat. Quam tradunt Doct. consuetudinem Angliæ, quod Rex habeat jurisdictionem in clericos, non valere Rot. decis. 10 alios 480 de consuetud. in antiq. Couar. pract. quæst. cap. 71 num. 5.

Ampliatur decimò, vt habeat locum etiam si laicus vellet cognoscere, ex priuilegio sibi à Papa concesso, quia Papa non dat priuilegium Principi laico, vt posset cognoscere de causis clericorum, Bess. in tractatu crimin. titul. de foro competenti, numero centesimo trigesimo, hanc opinionem sequuntur plures, quos refert, & seq. Moder. quæst. 8 num. 4 & communem esse refert, & sequitur Clar. libro quinto, recept. sent. quæst. quadragesima prima, versi. sed quid dicendum declara tamen vt non procedit respectu certorum clericorum, seu certarum causarum, quia Pontifex potest in priuilegium concedere Principi laico, vt cognoscat illas causas, sicut tradunt. Cucch. in lib. 2 tit. 2 num. 20 & Moder. quæst. 8 sub num. 4 vers. limita.

Ratio septimæ, & sequentium Ampliationum est; quia hoc priuilegium fori clericis concessum trahit originem a iure diuino iuxta illud Dauid in Psal. 107 Nolite tangere Christos meos. Et patet ex cap. si Imperator, distinct. 96 & ibidem notat gloss. in verb. discuti, & tradunt Innocen. & Abb. in capitulo solitæ, not. 6 de maior. & obedien.

Hodie verò secundum constitutionem Concilij Tridentini in sess. vigesima tertia, capitulo sexto, de reformat. clericus in minorib. constitutus ad hoc, vt is gaudeat priuilegio fori beneficium ecclesiasticum habere debet, aut quod clericalem habitum deferat, & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, sed an clericus habens primam tonsuram, vel minores Ordines, vt priuilegio fori fruatur teneatur portare habitum, & tonsuram clericalem si beneficium habeat, negant propter illam dictionem, aut, quæ distinguit, in terminis Emman. in Sum. par. prima, capitulo centesimo quinquagesimo quinto, colum. secunda, Clar. § fin. quæstione trigesima sexta, numero decimo nono. Bernard. capitulo sexagesimo secundo, numero nono, versic. si tamen. Sed quid si haberet pensionem vtrum gaudeat priuilegio fori resoluunt, quod sic Salzed. in practic. cap. 67 num. 10 Zerol. in praxi Episc. part. 1 verb. clericus, § 2 dub. prima, Cresecen. decis. 14 de sent. & re. ind. & vide D. Nouarium in d. pragmatica.

Aduerte tamen, quod regulariter receptio clericatus beneficij, vel seruitij in Ecclesia post delictum commissum, nihil proficit assumenti ad effectum exemptionis à iudice sæculari, & sic ab ipso poterit puniri absque eo, quod delinquens fori priuilegio gaudeat dummodo constet ipsum ordinem Ecclesiasticum suscepisse in fraudem, vt se eximeret à iurisdictione sæculari, secus tamen si constaret absque vlla fraude post commissum delictum aliquem assumpsisse clericatus ordinem, quia huiusmodi ordo eum liberat à jurisdictione iudicis sæcularis, resoluunt Couar. pract. cap. 32 num. 4 Gom. tom. 3 Vari. capitul. 10 num. quinto, Cancer. lib. 2 variar. capitul. secundo, num. 133.

Item in Concilio habetur, vt alicui Ecclesiæ inseruiat nota non sufficeret quod tonsuratus, vel tot inseruiat Ecclesiæ, vt gaudeat fori priuilegio eum hæc sint verba significantia actum perseueratiuum, vnde requiritur frequentia, & perseuerantia in seruitij præstatione resoluit Cened. q. 4 nu. 25.

a ¶ Collegio.] Et tamen maior pars collegij potest renunciare fauori introducto ad honorem totius collegij. Abb. in cap. inter canonicos, de ele. vers. ex hoc nota, quod pars, &c.

b ¶ Non potest.] l. Ius publicum, ff de pac. cap. si diligenti, de fo. compet. vbi latissimè, an & quomodo hæc positio procedat. Sunt & aliæ rationes, quod clericus coram iudice laico conueniri non possit, [de]

quibus in d. cap. si diligenti.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § qualiter clerici in iudicem non secus consentire non possint regulariter. Vnde clericus volens, nec poterat se obligare coram iudice temporali, nec iuramentum coram eo præstitũ obligare, vt in cap. in alta. 11 q. 1 & vulg. cap. si diligenti, de for. compet. Afflict. in decis. Neapolit. 24 in princip. Grammat. in decis. 78 per totum ante ipsos Isern. in capite 1 numero 10 & 11 qual. Vasall. iurar. debet fidelit. Quia pactis priuationum iuri publico derogaretur, quod fieri prohibetur l. ius publicum, ff de pactis, & quia non personale est priuilegium, sed toti Ecclesiastico collegio cõcessum, & priuatorum placito ibi non sit præiudicium d. cap. si diligenti, & author noster in hoc tit. § pari ratione.

Quinimmo Archiepiscopi, Episcopi, & alij Ecclesiæ prælati non possunt se ipsos subiacere iurisdictioni Imperatoris, vel alterius Principis sæcularis & similiter, nec clerici Io. And. in capitul. Ecclesiæ S. Mariæ, vbi Panor. num. 6 de const. Zabarel. in cap. perpendimus, in princip. de sent. excom. vbi dixit se dixisse coram Papa, nec ipsum hoc facere posset. Idem Panor. in c. 2 nu. 2 vbi Felyn. de maior. & obed. Quia per illud verbum Domini, nolite tangere Christes meos, clerici sunt effecti, de foro eccles. & exempti à potestate sæculari, ca. Imperator, vbi gloss. in verb. discuti. 96. dist. Gloss. in c. quamquam, de censibus in 6 Inn. in d. cap. 2 de maior. & obed. Quod ius diuinum tolli non potest ca. sunt quædam 25 q. 2 probatur in c. decernimus, eod. tit. nostro ibi, sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alij Ecclesiarum Prælati, de negotijs Ecclesiasticis, & maximè de illis, quæ spiritualia esse noscunt, laicorum iudicio non disponant, quod ibidem sequitur Panor. nu. 12 per quem infert, quod Episc. non potest laicum Vicarium facere, arg. tex. quem allegat ca. in nona 19 qu. 7 Inn. & Butr. in eod. c. decernimus Ioan. Franc. in tract. de arbit. § hactenus, vers. 9 quæro. Immò ipse Papa, Principi sæculari, vt possit inter clericos iudicare sine maxima causa potestatem dare non debet Panor. in c. proposuit, n. 14 de concess. præb. in c. literas, n. 14 de cõcess. spoliat. & non solum seipsum non põt se subiacere alicui homini sæculari dummodo, idem Ab. & Panor. in c. P. & G. n. 15 de off. deleg. sed nec etiam quemquam clericum potest de sua potestate eximere, idem Panorm. in cap. cum instantia, de excess. prælat. licet nemo possit dicere Papæ cur ita facis Ab. Panor. in c. inter corporalia, nu. 22 de transl. prælat. nec Imperator potest se de decimis intromittere, vel illos iudicare Pelagius de planct. eccles. lib. 1 c. 22.

Qualiter clerici in iudicem non suum consentire possunt. h. d.

In iudicem tamen non suum, si is persona sit Ecclesiastica, & Episcopi diœcesani consensus accesserit clerici consentire poterunt.

Actor sequi debet forum rei. h. d.

Quod si inter clericum, & laicum contentio sit, cognoscamus, vtrum Ecclesiasticus, an sæcularis iudex casum dirimere debeat, discipiendum erit, quis rei conuenti partes sustinet. Nam si clericus apud Ecclesiasticum forum, si laicus apud sæcularem erit agitanda causa. Cum generale sit, vt actor forum rei sequatur. [a]

Iudex laicus non potest condemnare clericos. hoc dicit.

Cauendum erit igitur laico iudici, ne quoquo modo clericum, [b] condemnet, [c] quod si fecerit, ab Ecclesia, cui iniuriam [d] irrogasse noscitur tandiu sequestrandus [e] quid dicemus de Eremitis, & idem videtur quod de clericis, cum subsint Episcopo, in cuius sunt territorio, vt not. in capitul. nulla distinct. 93 in capit. quæ vere 16 quæstione prima, & hoc videtur probare in no. & Archid. Contra Lauren. & Ioann. de Lign. Nam à Iurisdictione sæculari duplex actus eximit, ordinum receptio, & conuersio ad aliquam probatam religionem capitul. fin. de relig. dom. capit. non dubium de sentent. excommunicat. 17 quæstione quarta, si quis suadente, quorum neutrum in simplicibus Eremitis concurrit, & hoc videtur iure verius, licet primum fortè videri possit æquius, de quo per Abb. in dict. capite secundo, vbi quid rectoribus Hospitalium, & Iesuatis.

a ¶ Sequatur.] Cap. experientia cum seq. 11 q. 1 ca. cum sit, & c. si clericus, de for. comp. l. in criminali C. de iu. omn. iud. hoc tamen non procedit pluribus casibus, not. in cap. licet, & in capit. ex tenore de for. comper. de quibus aliquid sup. § prox. Item non procedit si agatur de exceptione l. si contendat ff de fideiuss. capitul. 1 de iureiur. de quo diffusè per Abb. in capitul. si quis contra clericũ tam in lectura, quam in rep. de for. compet. Item non procedit hoc si cõsuetudo aliter disponat; valet enim consuetudo quod laicus conueniatur corã iudice Ecclesiastico per clericum, etiam si non agatur de re Ecclesiastica, vel patrimoniali ipsius clerici. d. c. si clericus, vbi not. fac. c. nouit eod. & 2 q. 5 c. si quis presbyc.

b ¶ Clericum.] Cap. 2 cap. significasti, & cap. pen. de for. compet. & intellige non solum de eo, qui est in sacris constitutus: sed etiam in maioribus ordinibus, d. cap. 2 & cap. cum non ab homine. Sed an idem sit in clericis coniugatis? dic vt not. in cap. vni. de cle. coniug. in 6 & quod non sit idem videtur hodie per Concil. Trident. statutum respectũ certarum qualitatum, vt sess. 23 cap. 6 in decre. reform. Sed

c ¶ Condemnet.] Sed contra 3 quæstione quinta, capite cuius in agendo, & capite at si clerici, eo. cum materia? Respondeo, hoc non procedit in causa reconuentionis, de quo latè in dict. capite at si clerici. Idem dicendum in causa feudali, capite verum, de foro competenti de quo dic, vt per Abb. in capite certum eodem titulo, & habetur in capite cum non ab homine eod.

d ¶ Iniuriam.] 2 quæstione septima, capite accusatio. in fin. & dices de hoc, vt per Abb. in capite cum venissent, eodem.

e ¶ Sequestrandus.] Id est, excommunicandus, 25 quæstione tertia, capite certo, & ex hoc quod loquitur per verba futuri temporis, collige quod talis iudex non est excommunicatus ipso iure; sed venit excom-

erit, quousque reatum suum cognoscens emendet.

Si delinquens captus prætendatur clericus, Vtrum ita sit, debet cognoscere iudex clericus vocato iudice sæculari. hoc dicit.

Dubitari [a] tamen contingit, si iudex laicus delinquentem captum detineat, & is se clericum afferens ad curiam Ecclesiasticam remitti postulet, vel illum curia ipsa Ecclesiastica tanquam clericum repetat, [b] si iudex laicus illum esse clericum inficiatur, & propterea minimè remittendum contendat, quis sit huius dubitationis legitimus futurus iudex, & cum de re Ecclesiastica, & spirituali [c] sit controuersia ad iudicem Ecclesiasticum huiusmodi cognitio pertinebit. * Iudex tamen sæcularis, vel alius, cuius interest, [d] dum res huiusmodi cognoscitur, vocandus erit.

Delinquens captus habitus pro clerico statim debet restitui iudici Ecclesiastico. hoc dicit.

Sed si notorium [e] fuerit, vel fama publica extiterit, reum captum talem esse clericum, qui huiusmodi priuilegio gaudere debeat, [f] aut ipse pro clerico communiter habeatur, [g] statim * ante vllam de clericatu cognitionem [h] Ecclesiasticæ curiæ restituendus erit.

Talis quis præsumitur in quali habitu reperitur aliquandiu conuersatus, & captus. hoc dicit.

Idem dicendum erit, si ante deprehensio-

municandus per sententiam, vt communiter per Doct. in capitul. 2 de foro compet.

a ¶ Dubitari.] Capitul. si iudex de sent. excommunic. in 6 vnde sumitur.

b ¶ Repetat.] Sic ciuitas repetit suum ciuem l. 1 ff de re. vend. & l. de iure. ff ad muni. Sic & petit ciui suo iustitiam fieri, & violenter ablata restitui 13 quæst. 2 cap. Dominus. Sic & pater petit filium. § quid si impubes, sup. de reg. & cap. fi. de conuer. in fi. Sic miles armatæ militiæ per magistrum militum in ciuilibus, & criminalibus iudicatur l. magisteriæ, C. de iur. omn. iud. Vnde, & sic clerici coram iudice, cap. at si clerici. eod.

c ¶ Spirituali.] De qua regulariter, nec principaliter, nec incidenter debet se iudex laicus intromittere, capit. tuam de ord. cogn. & cap. per venerabilem, qui fil. sint legi cum simil.

* Pertinebit.] Apud nos iudex laicus cognoscit an sua sit iurisdictio, ita vt nisi reus doceat de qualitate Clericatus ad forum Ecclesiasticum non veniat remittendus, Papon. in decretis, lib. 1 tit. 5 n. 38. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § nota, quod pendente cognitione, an quis sit clericus, vel an deferat habitum Ecclesiasticum reus debet remanere penes iudicem sæcularem, à quo captus est, & interim Iudex ipse debet silere in processu, vt per Clar. lib. 5 recept. sent. quæst. 36 vers. regulariter, & est communis, de qua testatur Farina in quæst. criminalib. lib. 1 quæst. 3 num. 35.

Sed quæro an clericus dicatur incedere sine habitu, & tonsura quando alterum tantum defert, videlicet aut tonsuram, aut habitum an verò quando neutrum defert, & respondeo cum distinctione, nam aut loquimur, de clerico coniugato, aut de clerico non coniugato, si de coniugato, & tunc dico quod si alterum tantum deferat, & non vtrumque dicitur incedere sine habitu, & tonsura ad effectum, vt amittat priuilegium cap. 1 de cler. coniugat. Rot. decis. 7 alias 202 de sent. excom. in Nou. Guid. Pap. decis. 138 si non coniugato, & tunc dico, quod ad hoc vt dicatur incedere sine habitu, & tonsura requiritur quod neutrum relinquat quia si alterum, deferat adhuc incedere in habitu, & tonsura Zabarel. in cap. perpendimus de sent. excomm. Cæpol. cons. 11 num. 42 Rol. à Vall. cons. 4 lib. 1 num. 26 & alij quos refert, & sequit. Moder. vbi supra num. 65.

d ¶ Interest.] Puta aduersarius, qui illum detineri facit, & pro aliquo prætenso maleficio vult puniri facere, si autem non est aduersarius, puta quia iudex procedit ex offic. tunc citabitur sæcularis iudex conc. cap. venerabilibus, § 2 & capitul. si iudex de sentent. excommunicat. in 6 vbi not. & fa. pro hac litera capitul. inter quatuor, de maior. & obed. & l. emptor fundi, C. de euict. & l. de vno quoque ff de re iud.

e ¶ Notorium.] Facti scilicet quod nulla possit tergiuersatione celari capitul. vestra. de coha. clem. & muli. quia notoriè cognoscitur pro clerico, vt Archipresbyter, vel his similes: vel si est notorium iuris, ad idem capitul. cum olim. de verb. sig. & not. in capit. si iudex. de sent. excomm. in 6.

f ¶ Debeat.] Hoc ideo dicit: quia si esset clericus bulo, vel goliardus, & artem illam per annum exercuisset, vel tertio monitus non destitisset vel esset clericus vxoratus non incedens habitu, vel esset bigamus, vel degradatus, non remitteretur. Ita not. in capit. si iudex. de sen. excom. in 6.

g ¶ Habeatur.] Sic ff ad Mac. d. l. 3 & ff de off. præt. l. Barbarius, & de iur. patr. cap. consultationibus, & § interdum sup. eo. tit.

* Statim.] In hoc quotidie peccatur ab inferioribus Galliæ Laicis Iudicibus, qui nummi corrodendi ergo non statim vt tenentur, sed post conclusam in iudicio causam, & indictam, imò & receptam sportulam Clericum de quocumque quantumuis communi, & leuissimo crimine factum reum Ecclesiastico foro restituunt, quod dignum esset animaduersione. SOLIER.

h ¶ Cognitionem.] Determinat, quod dixerat de fama, vel communi reputatione, quibus casibus adhuc est necessaria cognitio super veritate: sed si est notorium, non est necessaria aliqua cognitio, ad nota. in capitul. vestra. de coha. muli. & cleric. & not. in capitul. si iudex de sent. excomm.

nem pro clerico publicè [a] se gerens, tonsuram & clericales vestes deferens deprehensus fuerit: donec enim contrarium constiterit, talis, qualem eum demonstrat habitus, præsumendus [b] erit.

Ex actu momentaneo non tollitur præsumptio orta ex actu habente tractum temporis, hoc dicit.

Aliud obseruandum, si antequam deprehenderetur, publicè se pro laico gerebat, & quasi laicus communiter habebatur: nam quamquam deprehensionis tempore in habitu clericali [c] repertus fuerit, ob præsumptionem. quæ aduersus captum ex præcedenti laicalis habitus delatione orta est, non antea restituendus erit, quàm de clericali titulo fidem fecerit, [d] interim [e] tamen quiuis processus [f] iudicis penitus conquiescet.

Secunda iudiciorum diuisio, quòd quædam sint ordinaria, & quædam extraordinaria. h. d.

Est & alia diuisio [g] iudiciorum nam Ecclesiasticorum, quædam sunt ordinaria, quædam verò extraordinaria [h] siue delegata. Iudicium ordinarium est, quod coram iudicibus ordinarijs exercetur. Ordinarius [i] iudex qui suo iure vel superioris beneficio vniuersalem iurisdictionem exercere potest, vt Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, &

a ¶ Publicè.] Idest coram populo, aliàs, & quod sit coram duobus, vel trib. dicitur publicè fieri, Abb. in cap. 2 de pur. can.

b ¶ Præsumendus.] In quo statu enim quis reperitur, in eo pro præsenti iudicandus, licèt de alio statu possit inquiri, ff de iniur. l. cum apud § si quis, & multis similibus, hoc probatur in capit. si iudex de sent. excommunic. in 6 & de materia vide per Ab. in cap. ex parte 3 & in cap. 1. de apostat. & in cap. contingit de sent. excò. c ¶ Clericali.] Et sic vltima possessio nil reseruat, vt remissio fiat. Argum. contra l. illud. ff de peric. & com. rei vẽdit. Sol. quod vehementior resultat præsumptio ex anteriori diuturna laicalis habitus delatione, quam ex isto vltimo statu vt innuitur in hac litera. Item secundum Ioann. Mina plura faciebant contra deprehensum, & solus habitus pro deprehenso. vnde non mirum si plura vincunt vnum, argument. authent. itaque C. com. de successio. & ita not. in cap. si iudex. de sent. excom. in 6.

c ¶ Clericali.] Et sic vltima possessio nil reseruat, vt remissio fiat. Argum. contra l. illud. ff de peric. & com. rei vẽdit. Sol. quod vehementior resultat præsumptio ex anteriori diuturna laicalis habitus delatione, quam ex isto vltimo statu vt innuitur in hac litera. Item secundum Ioann. Mina plura faciebant contra deprehensum, & solus habitus pro deprehenso. vnde non mirum si plura vincunt vnum, argument. authent. itaque C. com. de successio. & ita not. in cap. si iudex. de sent. excom. in 6.

d ¶ Fecerit.) Coram iudice Ecclesiastico, secundum Archi. Ioann. Monach. & Ioan. Andr. in capitul. si iudex de sentent. excomm. in 6. & sic continentia causæ diuiditur, contra. cap. 1 de sequest. quod est ideò, quia natura causæ requirit alium iudicem, ca. tuam. de ordi. cogn. ca. lator. qui fil. sint legit. Sed detentus in sæculari curia, quomodo litigabit coram iudice Ecclesiastico? Die relaxabitur fortè datis fideiussoribus, nec enim per hoc remittetur, c. si clericos de sent. excom. in 6 vel litigabit per procuratorem. Natura enim facti hoc habet quod interdum per alium quis prosequatur causam, capitul. mulieres, de iud. in 6 & c. vni. de stat. regul. in 6 & l. diuus. ff de custo. reo. Sed quomodo faciet hanc fidem? Respon. per publicum instrumentum suæ ordinationis, 1 quæst. 1 capitul. legum. Per testes etiam poterit hoc probare capitul. tuæ de cler. pereg. fac. not. per Ioan. And. in capitul. non licet de reg. iur. in 6 & in d. cap. si iudex.

e ¶ Interim.] Idest, pendente probatione titul. clericalis; est enim hoc præiudiciale, de quo primitus debet cognosci, vt sciatur, an vt clericus ab Ecclesiastico, vel vt laicus á laico puniri debeat, & est simile l. fin. C. de ordi. cog. & 3. q. 11 in fina.

f ¶ Processus.] Ergo non solum iudicare prohibetur, sed etiam procedere, fac. cap. vt inquisitionis, § pen. de hære. in 6 & cap. si iudex de sentent. excommunicat. in 6. vnde sumitur.

Est & alia. Hæc pars est subdiuidenda in 5. partes in quarum prima habetur qualis sit ista secunda iudicij diuisio in secunda, quis possit delegare, & cui: in tertia, si delegatio fiat pluribus, quomodò sit facienda: in quarta, qualiter ista iurisdictio delegata sit exercenda: in quinta, qualiter finiatur, secunda, ibi possunt autem: tertia, ibi, item mandari potest: quarta, ibi, sed siue vni: quinta, ibi, soluitur autem.

Quoad primum Cassvs non figuratur. Not. tamen causam distinctionis: ille enim qui iudicat, aut iudicat iure proprio, aut iure alieno primo respectu datur iudicium ordinarium, secundo verò iudicium delegatum: hinc puto inferendum, quod omnia, quæ sunt iurisdictionis, possunt secundum eorum naturam delegari, sed ratione congruentiæ secus est dicendum. Io. Bap.

g ¶ Diuisio.] Subdiuisio, quia hic diuiduntur iudicia Ecclesiastica: & licèt hæc sub diuisio conueniat etiam sæcularibus iudicijs: de illis tamen tractare non intendit.

h ¶ Extraordinaria.] Appellat delegata iudicia extraordinaria, sic & in capitul. quoniam contra: de probat. quod factum est ad tollendam quandam amphibologiam, nam ordinaria interdum alio sensu sumuntur, vt infr. eodem, § fin. scilicet pro his, in quibus proceditur exquisito iuris ordine: secundum quam significationem etiam iudicium delegatum potest dici ordinarium, quando non proceditur summariè, appellatur ergo iudex delegatus, & iudicium delegationis extraordinarium: quia exercetur à iudice non ordinario, vnde fuit electa hæc vox: quia melius opponitur ordinario, nec satis sonare videbatur si fuisset dictum iudicium delegatum, facit dicto capitulo, quoniam contra. & 3. quæstione tertia, §. spatium, verticulo ei autem.

i ¶ Ordinarius &c.] In istam descriptionem consentiunt Hostiens. in summa de offic. ordin. §. 1. & Speculat. eod. titul. in princip. & communiter Legistæ in l. more maiorum, ff de iurisdict. omn. iud. sunt tamen immutata duo verba, primum verbum superioris, nam Host. & Specul. dd. locis, & Bal. in d. l. more. vtuntur verbo, Principis. Sed commodius visum fuit verbum, Superioris: quia licet Principis appellatio latè pateat, vt in clement. 1 de baptism. in dubio tamen videtur repræsentare Principem supremum: & tamen alij sunt,

similes. Constituitur [a] autem à lege, à Principe, [b] consuetudine, vel vniuersitate.

Episcopus potest ius dicere in quolibet loco suæ iurisdictionis. h. d.

Igitur cum Egiscopus [c] in tota [d] sua diœcesi iurisdictionem ordinariam noscatur habere, poterit in quolibet loco suæ diœcesis non exempto per se, vel per alium pro tribunali sedere, & ea quæ ad ipsius spectant officium liberè exercere, & cum opus fuerit, auxilium publicum implorare. [e]

Quid sit iudicium extraordinarium, & quid iudex delegatus. h. d.

Extraordinarium, [f] siue delegatum iudicium est, quód coram iudice delegato exercetur. Iudex delegatus [g] est is, cui ab eo, qui demandare potest, causa committitur.

Non solum Princeps, sed etiam alij ordinarij possunt delegare, licèt delegatus à Principe sit magis priuilegiatus. h. d.

Possunt autem iurisdictionem * mandare non solum Princeps, verùm etiam alij ordinarij. [h] Is tamen cui à Prin-

cui licèt non sint supremi, nihilominus constituunt ordinarium: vt patet in Episcopo, qui constituit vicarium, qui secundum commun. opin. est ordinarius, & non habet iurisdictionem à Principe, sed benè à superiore: aliàs quoque facit episcopus ordinarium in consequentiam, vt declarat Hostiens. de offic. deleg. § quis delegare. in sum. versicul. item sciendum Aliud immutatum verbum est, quod hic dicit vniuersalem, cum tamen Hostiens. Spec. & Bald. & alij dicant vniuersaliter: in quo tamen non videtur magna vis.

a ¶ Constituitur.] Pro declaratione, & verificatione huius versiculi videndus est Hostiens. in summa de offic. ordin. § quis possit constituere, & per Specul. eodem titul. §. 1. & communiter per Canonistas in capitul. duo. eod. titul. & per Legistas in l. more. ff. de iurisd. omn. iud.

b ¶ A Principe.] Cum autem possit Princeps, & delegatum, & ordinarium constituere, quo modo cognoscemus vtrum voluerit ordinarium constituere, vel delegatum? Respondent. per Ab. in capitulo relatum, de offic. delegat. per Legistas in l. & quia, ff de iurisd. omn. iud.

c ¶ Episcopus.] Idem intellige de Legato circa suam legationem, capitul. nouit. de offic. leg. Idem Archiepiscopo circa propriam diœcesim, capitul. vt litigantes, de offic. ordin. in 6. sed non quoad prouinciam dicto capitul. vt litigantes, & 9 q. 1 capitul. 1 cap. 2 & capitul. 3.

* Tamen iure nostro Archiepiscopus cuius prouincia ad plurium Parlamentorum districtus protenditur nedum potest, sed tenetur in quolibet districtu foraneum Iudicem Metropolitanum constituere qui à grauatis per suffraganeos ibidem extantes appelletur ne prouocantes ab abusu à finibus curiæ cui subditi sunt distrahantur, Rebuff. in praxi in forma vicariatus n. 158. SOLIER.

d ¶ In tota.] Ita, quod nullus in tota sua diœcesi sub eo iurisdictionem habeat, in parte autem benè, quod dic, vt nota. 15 distinctione capit. perlectis, & fac. quod not. Hostiens. de offic. Archipresbyt. capitul. vltim. An autem inferiores prælati præferantur episcopis in cognoscendis causis subditorum, & quam iurisdictionem habeant, late per Abb. in capitul. cum contingat, de for. compet. & nouissimè in fauorem ordinariorum multa constituit Concilium Tridentinum, vt patet in 6 sessio. in decretis, reform. capitul. 3 & sessio. 24 capit. 11 & capitul. 20.

e ¶ Implorare.] Not. ergo ex hoc verbo, quod Episcopus non potest habere officiales armatos, nisi habeat iurisdictionem temporalem, vt per Ab. in capitul. cum non ab homine de iudic. & in capit. significasti, de off. deleg. & de eo, & toto quod dicitur, plenè habetur in cap. 1 de offic. ordin. in antiq. & in cap. 1 eod. tit. in 6.

f ¶ Extraordinarium.] Fac. c. quoniam, contra de proba. & 3 qu. 3 § spatium vers. ei autem, & per Fel. in rubri. de offi. deleg. n. 3.

g ¶ Delegatus.] Hæc descriptio videtur communiter approbari ex his, quæ tradunt Legistæ in rubr. ff de offic. eius, & Canonistæ in rubr. de off. deleg. post Host. in summa, licet sit aliqua verborum diuersitas, & hæc videatur simpliciter, quod conuenit instituto operi.

Possunt autem. CAIUS. Cum iurisdictio non solum in Principe tanquam in capite reperiatur, sed etiam diuersis personis inferioribus, atque modo diuerso competebat, indifferenter omnes volebant eam alteri etiam dignitate non ornato delegare: qua de re fuit de hoc dubitatum quoniam enim promotione ad dignitatem, vel officium videtur electa industria personæ, capit. constitutis de appellat. *facit, l. inter artifices*, ff de solution. negatiu è respondebatur. Sol. tamen vt in hac parte legimus, quia ob bonum publicum non solum expedit, sed oportet aliquando iudicem aliquē delegare: non obstat obiectio quia in nonnullis iudicib. aliquando verificatur, & aliquando limitatur, & sic secundum qualitatem casus contingentis locum habet: Not. 1 quod personæ inter se differentes ob identitatem tamen rationis aliquando ad inuicem æquiparantur. No. 2 quod licet delegat. gerat vicē delegantis & nihil proprij habeat, non quælibet tamen constitui potest. *Io. Bap.*

* Iurisdictionem.] In Gallia rescripta Apostolica iurisdictionem non tribuunt, sed excitant idcò que non satis est quod constitutis in dignitate aut personatum obtinentibus, vel Canonicis Ecclesiarum Cathedralium dirigantur iuxta cap. statutum de rescript. in 6. nisi etiam iurisdictionem habeant ordinariam, quia commissiones huiusmodi ordinaria non autem Apostolica auctoritate exequutioni demandari debent, Chopin. de Sacra Polit. lib. 2 tit. 7 num. 29. Melch. Pastor. de benefic. lib. 2 tit. 13 n. 3. SOLIER.

h ¶ Alij ordinarij.] Princeps ergo est ordinarius cum dicitur, alij, sit earundem qualitatum repetitiua, no. in l. si fugitiui, C. de fer. fug. immo, & ordinarius

cipe[a] mandatur, cæteris longè præstat. Nam & alteri ex causa[b] subdelegare, nisi illius electa fuerit industria[c] renitentemque compellere, & propriam sententiam exequi, & contra ipsum ordinarium procedere potest: [d] quæ in cæteris delegatis non obtinent.

Delegatus à Principe regulariter non potest quem citare, vt compareat personaliter. h. d.

Non tamē in ciuili iudicio[e] alterutri parti, vt coram se personaliter compareat iubere poterit[f] nisi vel mandatum ad hoc speciale[g] receperit, vel nisi pro veritate dicenda,[h] vel pro iuramento calumniæ[i] exhibendo, vel alia iuris necessitas partes coram exigat specialiter præsentari.

Delegatus à Papa non subdelegat, nisi personis hic enumeratis. h. d.

Sed nec omnibus promiscuè vices suas demandare poterit: sed illis duntaxat, quibus auctoritate literarum sedis Apostolicæ,[k] vel Legatorum[l] eiusdem causæ committuntur: hoc est non nisi dignitate[m] præditis,

ordinarium, 11 qu. 3 cap. per principalem, & not. in cap. fœlicis, § fin. de pœn. in 6.

a ¶ A Principe.] Intellige hic principem quemlibet non recognoscentem superiorem, saltem in temporalibus, vt per Ab. in capit. pastoralis, de offic. & potest iud. deleg.

b ¶ Ex causa.] Videtur ergo, quod sine causa delegatus à Principe subdelegare non possit. Sed contra videtur esse, quia hoc habet simpliciter à lege, vt subdelegare possit capitul. si de offic. deleg. & l. vni C. qui pro sua iurisdict. Respond. ad hoc distinguendo ex mente innocent & Ab. quod aut delegatus à Principe vult. delegare ex causa, & non est dubium, capitul. si pro debilitate de offic. delegat. aut nulla infra causa subest: & tunc aut non facit in fraudem alicuius: sed non vult. se implicare litigiis: & potest subdelegare, ac compellere subdelegatum ad acceptandam subdelegationem capitul. pastoralis, de offi. deleg. aut malitiosè vult subdelegare, & in fraudem alicuius, & tunc licèt valeat subdelegatio, tamen non potest compellere renitētem, dict. capitul. pastoralis secundum intellectum Ab. in dubio tamen non præsumitur in fraudem subdelegare, nisi saltem probetur ex coniecturis, vt not. in d. cap. pastoralis.

c ¶ Industria.] Quo casu non permittitur subdelegatio, capit. fin. de offic. deleg. l. inter artifices, ff de sol. quomodo autem hoc cognoscatur, per Fel. in dict. capite fin.

d ¶ Potest.] Cap. significasti. cap. in literis, cap. quærenti, & ca. sanè de offi. delegat. & in his locis latè traditur.

e ¶ Ciuili iudicio.] Secus extra iudicium, vt in notula seq. Item secus in causa criminali capitul. 1 de iudic. in 6 nisi decrimine ageretur ciuiliter, capitul. tuæ de procur. capitul. super his, de accus. si autem de crimine criminale iudicium intentaretur, non interuenit procurator nisi in casibus not. 2 quæst. 6 capit si quando, & de accus. capitul. veniens. Sed quid si procurator in causa criminali admittitur, an quæ facta sunt cum eo. valeant? Respond. vt not. in capitul. primo vnde sumitur.

f ¶ Poterit.] Cum hic loquatur in delegato Principis à contrario sensu videtur secus in ordinario 25 distinct. capitul. qualis, capitul. cum Apostolica, de his quæ fin. à præl. dic idem in ordinario, vt not. in ca. 1 eod. in 6 vnde sumitur, licèt ordinarius extra iudicium multis casibus possit subditos personaliter coram se conuocare, vt si eget illorum consilio, vel personali auxilio, & in alijs casibus, in dict. capitul. 1 annotatis. Sed videbatur quod delegatus Papæ quo ad causā sibi delegatam idem posset quod Papa: cum subsitutus, & cæt. l. si eum § qui iniuriarum ff si quis caut. iuncto. capitul. cum dilecti de dolo & cont. cum ibi not. & capitul. si de maior. & obed. & capit. fin. de dilat. Sed hoc obtinet tantum in Papa, non in delegato eius, vt not. in dict. capite 1 Potest autem delegatus quod Papa, hoc verum quoad illa, fine quibus non potest causa expediri cap. 1 & capit. præterea, de effi. deleg. & ita soluit Inno. & Archid. cum autem liberū sit cuilibet per se, vel per procuratoré respondere, l. præsenti. § cum autem, C. de his, qui ad Eccles. confug. l. 1 ff de proc. cap. fi. de iur. cal. in 6 beneficium iuris nemini fuit auferendum dist. 18 capit. de his c. indultum de regul. iuram 6 In causis verò collegii vel vniuersitatis de necessitate debet syndicus interuenire, cap. in pertractandis, de iur. cal. & not. in capit. dilectus 2 de fim.

g ¶ Speciale.] Quia tunc sicut Papa potest, & ipse similiter capit. penult. cum ibi not. de proc. & not. in capit. 1 de iud.

h ¶ Dicenda.] Scilicet ad præstandum iuramentum de veritate, quod solū olim præstabatur in spiritualibus: hodie secus capite 1 de iur. calli. in 6 Et in eo differt à iuramento calumniæ: quia per illud tantum detur de eo quod creditur & existimant respondentes l. 2 § fin. autem. C. de iur. calum. per istud de veritate respondetur prout litera sonat. capitul. dudum, 2 de elect. & not. in capite primo eod. in 6

i ¶ Calumniæ.] Quid principales personæ præsidie debent. C. de iur. casum authent. principales, & de iur. calu. capitul. in pertractandis, nisi procurator ad id habeat speciale mandatum, capitul. final. de iur. calum. in 6 quo casu delegatus principalē ad iurandum compellere, non poterit: cum hoc casu nulla sit iuris necessitas de qua hic, & in capitul. 1 eodem in 6 nisi fortè principalis iustior sit, quam procurator, & natura causæ hoc requirat, vel scit melius veritatem, l. fi. C. de proc. & fac cap. fi quem de procur. in 6.

k ¶ Sedis Apostolicæ.] Vt in capite statutum de rescript. in 6.

l ¶ Legatorum.) Vt capitul. statutum, § in nullo, de rescript. in 6

m ¶ Dignitate.] Sumitur autem dignitas multis modis, vt traditur in capitul. de multa, de præbend. & per antiquos in capitul. 3 de ele. non resid. & in cap. denique, distinct. 4 Sed quomodo ergo poterunt causæ committi natis annos viginti, capit. cum vigesimum, de offic. deleg. & l. quidam consulebant. ff de re iudicum tamen in dignitate, vel personatu constitutus natus esse debeat anno vigesimo quinto capitulo cum in cunctis, paragrapho inferiora, de elect. Solu. obiectio

iectio non procedit in canonicis, in quibus non requiritur tanta ætas, habetur in cap. ex cod. de elect. in 6 Item dispensatiuè potest minor. 25 habere dignitatem, vel personatum, cap. vni. de æta. & qual. in sexto.

aut personatum obtinentibus, [a] vel Ecclesiarum Cathedralium canonicis [b]

Potest vna causa etiam pluribus delegari, & si in rescripto non fuerit adiecta clausula: Quod si omnes, non valebit processus, nisi simul procedant. h. d.

Item mandari potest iurisdictio, tam vni, quam pluribus, [c] certis tamen. [d]

Sed si pluribus mandata sit, non adiecto eo: *Quod si omnes interesse nequiuerint, vel noluerint, reliqui exequantur*: nisi simul omnes coniunctim processerint, quidquid aliqui fecerint, nullam iuris habebit efficaciam. [e]

Qui per alium facit, per seipsum facere videtur. hoc dicit.

Planè si is, qui interesse non potest, vel coiudici [f] suos, vel alij vices suas commiserit, perinde res accipienda est, atque si omnes simul procedant.

Clausula, Quod si omnes, impedit sub delegationem. h. d.

Aliud iuris est illud [g] adiectum sit. Nam nec impeditorum collegatum subdelegatos admittere [h] cogendi erunt: & quod pars illorum fecerit ratum habendum erit.

Clausula, quod si omnes, operatur solùm in casu impotentiæ vel voluntatis. h. d.

Hoc tamen ita demum obtinebit, si reliquis procedere volentibus, quosdam interesse non posse, vel omnino nolle legitimè constiterit: alioqui procedentes nihil agent. [i]

Si vnus ex pluribus delegatis negotium inchoauerit alij non possunt se intromittere, nisi ex causa. h. d.

delegabāt eā modò vni & modo pluribus, & sic aliquādo simpliciter & aliquādo diuersis clauſ. adiectis ad libit. eorū, vnde ob hanc delegandi diuersitatem fuit dubitatum, quid iuris sit tenendum? videbatur enim à iure alienum, ita delegare, quinde daretur occasio prorogandi lites, cum sæpè propterea dubitari posset de potestate delegati quod esset contra l. properandum, in prin. C. de iudic. Sol. tamen prout legimus, quia mā datum delegationis ita variari debet sicut postulat Casus, & occasio contingens: hinc cognoscimus etiā obiectionem non tenere, quia prorogatio inutilis indict. l. damnatur. i Not. 1 quod ob hanc delegādi diuersitatem difficile est cognoscere qualis sit potestas delegati, imò ad formam mandati regulariter est recurrendum prout melius colligitur ex seq. partic. huius partis. Not. 2 quod argum. istius notat hoc *idem contingere in procuratore*, & propterea in hoc tenet arg. ab vno mandato ad aliud Not. 3 quod cum iura in hoc & doctrinę non sint omninò cōformes inde habetur modus conciliandi.

a ¶ Obtinentibus.] Idē de officialibus episcoporum principalibus & foraneis, & de prioribus religiosis conuentualibus, & Clauſtralibus, cle. & si principalis, de reſcr. ſecus est de monacho, nisi detur ex certa scientia Papæ. Ab. in cap. per inquisitionem: de elect. & in capite causam, eod. & nisi in casu, qui ponitur in sequenti notula.

b ¶ Canonicis.] Idē si quis sit monachus in Eccl. Cathedrali quia vbi reperitur qualitas in Monachis quæ requiritur in clericis, censētur habiles, vt in clem. & si principalis, de reſcrip. Sed hi censentur Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vt no. in ca. 1. 63 dist. ita Abb. consuluit, vt ipse refert in ca. cum olim. de priui. Idem tenet. in ca. causam quæ, eo. licet Archid. in ca. statutum de reſcr. aliter seruiatalias igitur habentib. perpetuum officium in Ecclesia Cathedrali non poterit causa per sedem Apostolicam delegari d. ca. statutum & ibi etiā not. licet aliàs extra iudicium simplex religiosus possit esse comissarius Papæ, ca. cum in veteri, de ele. & ibi Ab. in 2 not. immò de potestatis plenitudine posset etiam mero laico committere causam etiam spiritualem, & concedere excommunicādi potestatem Ab. in c. Messana. de ele. & in ca. fin. de cle. ægro. & not. distinct. 32 § verum, & in ca. bene quidem, distin. ca. 6 Hi autem Canonici Cathedraliū licèt possint esse delegati Apostolici: conseruatores tamen non possunt capit. fin. de offic. deleg. in 6 Sed quid si tempore datę, quis esset. Canonicus, & non tempore præsentationis, vel è conuerso: Resp. initium attendetur, & sic tempus datæ, vt no. in d. capite statutum super verbo Cononicis, in fin Circa hoc autem nouam, & bonam fecit prouisionem Concil. Triden. sess. 25 in decretis reform. ca. 10 incipiente. Quoniam ob malitiosam.

Io. Bapt. Item mandari potest CASVS. Quidam potest. habentes videndum.

c ¶ Pluribus.] Cap. scitatus, de reſcr. cap. *causam*, & c. *cum causa*, & c. quamuis, de offi. deleg.

d ¶ Certis tamen.] c. ad hęc de reſcr. vbi Doc. sic nec procurator incertus cōstituitur l. 2 ff de testam tutel. l. tutor incertus nec arbiter capite innotuit, de arbitris.

e ¶ Efficaciam.] Non solum quoad sententiā definitiuam, sed etiam quoad interlocutorias, ca. causam, de offi. deleg. quod loquitur indistinctè de sententia, & quod hic dicitur limitatur per Inn. Ab. & alio duob. vel trib. modis, in d. capite causam vbi

f ¶ Coniudici.] Et sic diuersa auctoritate in eod. iudicio poterit ęs procedere, scilicet, & tanquam delegatus, & tanquam subdelegatus. Sed an tunc ea ratione poterit ferre duas sententias? Resp. non ar. ca. pen. de ele. in 6 & ita Ab. & alij in c. quamuis de offi. deleg.

g ¶ Illud.] id est clausula, Quod si omnes.

h ¶ Admittere.] c. coram & ibi traditur per D. de leg.

i ¶ Nihil agent.] De hoc latè in c. prudentia in pri-

cip. & § 1 de offic. deleg. & in capite fcifcitatus, de ref.

a ¶ Vno illorum.] Idem de duobus, vel de omnibus qui fimal. inchoauerunt quoad quid fcil. quod fi omnes inceperunt, omnes finiant nifi ex cauſa, vt ſequitur, & ita not. in ca. cum plures de offi. dele. in 6.

b ¶ Inchoante.] Qualitercumque, etiam fi ijs non fit cõteſtata coram eo ca. gratum cap. licet c. quamuis, de offi. del. & ca. fi à ſub delegato, eod. tit. in 6 Aliud. in procuratore, qui dicitur occupaſſe per litis conteſtationem, vt ſit melior eius conditio, ca. fi duo. de procurat. in 6.

c ¶ Non poterunt.] Si. in pluribus procuratoribus datis in ſolidum l. pluribus, ff de procur. lib. creditor § duobus ff mand. & ca. non iniuſte de procu. in antiq. & in c. fi duo eo tit. in 6 aliàs ſequi poſſet perplexitas ſi quilibet per ſe procedere vellet: quia fortè eod tẽpore ad diuerſa loca citarent, capite fin. de reſcrip. vnus excommunicaret, alter abſolueret capite ſi contingat de ref. vt plenius not. capitul. cum plures, de offic. deleg. in 6.

d ¶ Recuſaret.] Tunc ergo poterit alius, vel alij procedere: non ſic in procuratoribus datis in ſolidum, quia vno occupante, & poſtea impedito, alij non poſſunt procedere, niſi dictum fuiſſet in conſtitutione, quod non fieret melior conditio occupantis, cap. ſi duo de procu. in 6 Et quod hic dicitur de delegato impedito collegam procedere poſſe, intelligendum eſt niſi ille, qui inchoauit ſubdelegatum daret argu. d. ca. ſi duo de proc. in 6 vt not. in ca. ſi plures de offic. deleg. in 6 Sed an ſi ceſſet impedimentum in eo, qui inchoauit, poſſit cauſam reſumere? Reſp. vt no. in d. c. cum plures.

e ¶ Quo ad omnes.] Concor. cap. cum plures ff de offi. deleg. in 6 vnde ſumitur.

Io. Bap. Sed ſiue vni CASVS Cum ſingula facta, quæ ſub iuriſdictione delegata continentur ſingulari ſcriptura cõprehendi nequeant, hinc eſt, quod quidam delegati extendebant poteſtatem ſibi demandatam vltra literalem intelligentiam quidam verò ipſam intra literam continebant, vnde fuit propterea de hoc dubitatum, ſi enim permittitur extenſio, falſa redditur regula, vt fines mandati diligenter cuſtodiantur, quæ habetur in l. diligenter, ff mandati cum vulc. ſi verò ſecundum eſſet faciendum falſa redderetur deciſio in capite 1 de offi. delegat. cum ſimil. cæterum, Solu. vt hic legimus, quamlicèt mens delegantis ſit conſideranda & ſequenda, tamen cum aliquando expreſſè & aliquando virtualiter ipſa in mandato contineatur propterea, & ſoluto eſt vera, & obiectio non obſtat, cum vtraque pars eius aliquando verificetur, Nota. 1 quod poteſtas delegati à volũtate delegantis in mãdato cõtenta regulatur. Not. ſecundo, quod voluntas delegantis, vel alterius conſtituentis cognoſcitur, vel ab ipſamet ſcriptura, vel à natura rei in mandato contentæ, quia declarare aliquid contingit aliquando expreſsè, & aliquãdo virtualiter.

Porrò vno illorum[a] commiſſum negotiũ inchoante, [b] alij vlterius ſe intromittere nõ poterunt, [c] niſi aut infirmitate, vel alia iuſta cauſa, illum qui cauſam tractare incæperit, contigerit impediri, aut idem nollet vel dolo malo in eo procedere recuſaret.[d]

Iuriſdictio perpetuata per vnum intelligitur perpetuata quo ad omnes. h. d.

Iuriſdictione verò per vnum viuo mandatore perpetuata, quo ad omnes [e] condelegatos iudices perpetuata intelligitur.

Delegatus debet diligenter ſeruare fines mandati. hoc dicit.

Sed ſiue vni ſiue pluribus, ſiue à Principe, ſiue ab alio mandata fuerit iuriſdictio, mandati forma diligenter cuſtodienda erit, nec aliquid contra quod ſibi mandatum fuerit, delegatus ſibi tentare audebit.[f]

Cum quid committitur, cenſentur omnia commiſſa per quæ peruenitur ad illud. h. d.

Planè[g] iuriſdictionem impedientes,[h] vel in iudicium venire detrectantes, delegatus à Principe Eccleſiaſtica diſtrictione,[i] etiam ſi literæ commiſſionis, id non contineant, coercere poterit, vel pro delicti, & cauſæ qualitate ſecundùm arbitrium[k] ſuum, ſi certa pœna canonibus non exprimatur, mulctare: quia ex eo, quòd alicui cauſa committitur, ſuper omnibus [l], quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenam [m] recipit poteſtatem.

f ¶ Tentare audebit. Concord. capitul. venerabili de offic. delegat & capitul. cum dilecta de reſcr. l. ſi procurator. C. de procu. l. diligenter, ff manda.

g ¶ Planè.] limitat dictum generale præcedens.

h ¶ Impedientes.] Extenditur ergo iuriſdictio ad alios, de quibus non habetur mentio in reſcripto. fac. capitul. 1 de offi. delegat. vbi de hoc latè habetur ſi excommunicatio extenditur interdũ ad illos, in quos lata non fuit, capitul. nuper de ſententi. excommu. iat. & capitul. ſi concubinæ eodem titul. & ratio ponitur in fine huius literæ, & concord. capitul. præterea, capitul. ſignificaſti, capitul. prudentiam in fin. capitul. ſuſpicionis 1 reſponſ. de offi. deleg & cap. iam literis, de teſtibus.

i ¶ Diſtrictione.] Sed ſi eſſet latè vltra comprehenſa in reſcripto, eſſet ipſo iure nulla, vt in capitul. cum olim aliàs fin. de præb. Sed quid ſi eſt lata vltra intentionem delegantis, an ſit ipſo iure nulla? Reſpond. valet ſecundum Cardinal. Ant. & Ab. in dicto capitul. fin. vbi videndum.

k ¶ Arbitrium.] Qualitate delicti, cauſæ, & perſonæ inſpecta, cap. ſicut dignum, de homi. fac. capit. de cauſis, § 1. de off. del. vnde ſumitur.

l ¶ Super omnibus.] Vnde non ſolum ſuper acceſſorio, verum etiam ſuper acceſſorio acceſſorii, cap. prudentiam, § ſi verò de off. del. & ibi Ab. not. concor. c. 1 & ca. præterea, de offi. del. vbi etiam reſpondetur ad contraria.

m ¶ Plenam.] Arg. quod delegatus iudex poteſt cõpellere litigantes ad ſoluendum ſalaria aduocatis in cauſa ſibi delegata; quod tamen non tenetur communiter, niſi quando ipſe in ſubſidium dediſſet aduocatũ non

Rationabiles exceptiones admittet delegatus, nisi verba rescripti sonent in contrarium. h. d.

Rationabiles [a] quoque & honestas exceptiones, & à iuris æquitate [b] non abhorrentes, licet id expressè mandato non comprehendatur, admittet, nisi quòd nullæ debeant, exceptiones admitti, nisi literis expressum fuerit. [c]

Delegatus habet iurisdictionem etiam in eum, in quem fuit facta alienatio post impetratum de eo non faciat mentionem. hoc dicit.

Sed etsi literas aduersus Titium ab Apostolico impetraueris, & is, vt mandatum eludat antequàm literæ ad iudicem datum perueniant, vel etiam postea antequàm citetur de possessione; de qua controuersia vertitur, communicationem fecerit; eum qui in possessionem sese ingesserit [d] poterit delegatus cogere, vt coram se iuris pareat æquitati, nec quòd rescriptum contra Titium impetratum fuerit, opponi poterit: generaliter enim omnis venditio, cessio, [e] & alienatio judicij mutandi causa facta, [f] vtroque iure prohibetur. [g] Aliàs delegata iurisdictio ad personas rescripto non comprehensas, etiam ipsis volentibus prorogari non potest.

Mandatum Apostolicum ex causa potest exequutioni mandari, etiam in alio loco ab expresso in mandato. h. d.

Simili ratione statutum est, vt is, per quem ab Apostolica sede [h] certò loco in-

inuenienti, secundum Imolam. post Pet. de Perus. in c. cum ab omni, col. fin. vers. an autem iudex de iudi.

a ¶ Rationabiles.] Arg. quod magis procedendum est secundum iuris ordinem, quàm secundum formam rescripti. Sed contra cap. cum dilecta, de res. Sol. vt in ca. ex parte 2 de off. del. vnde sumitur. Item arg. quod si compromissi in aliquem promittes omninò stare mandato suo; intelligendum est de rationabili, & honesto, capite veniens, & cap. Quintauallis, de iureiur. & l. si libertus, ff de ope. liberto.

b ¶ Æquitate.] A iure. s. informata, Abb. in c. ex parte, de off. de. & Legistæ in l. placuit. C. de iudic.

c ¶ Fuerit.] Adde secundum quosdam, & constet talem fuisse intentionem Papæ, quod voluerit quamcumque exceptionem remouere: aliàs non obstante generali remotione admitti poterunt rationabiles exceptiones arg. cap. audita, de test. spo. & l. obligatione, ff de pig. quod quomodo procedat, latè per Do. in c. ex parte 2 de offi. deleg.

d ¶ Ingesserit.] Not. ergo, quod in odium volentium elidere rescriptum per alienationem rei in alium factam, extenditur rescriptum ad personam in eo non expressam, & contra singularem successorem, quod est contra regulam, vt c. P. & G. de off. dele. & contra ea, quæ habentur in c. quia vbi latè Abb. eodem.

e ¶ Cessio.] cap. 2 de alien. iudi. mut. causa fact.

f ¶ Facta.] Et non solum requiritur dolus ex parte alienantis, vt habeat locum quòd hîc dicitur: sed etiam ex parte eius, in quem fuit alienatio facta, quòd fiadethęc literà in verbo ingesserit, & in c. 1 de ali. iu. mut. cau. fact. vnde sumitur, vbi etiam hoc verbum. Abb. ponderat, & in hoc ius canonicum continet prouisionem non cogitatam iure ciuili: quia lex ciuilis benè permittit eum in quem facta sit alienatio conueniri, vt l. 1 C. eo. sed coram suo iudice. Sed de iure canonic. etiam coram delegato etiam quod rescriptum de eo non faciat mentionem, sic fit prorogatio de persona ad personam, contra regulam c. P. & G. de off. del. vide per Abb. in c. quia eod.

g ¶ Prohibetur.] Vt ff & C. de alie. iu. mut. causa fact. & ext. eod. tit. per totum. Quorum titulorum remedium, vt habeat locum, tria debent concurrere, primum, vt alienatio sit facta causa mutandi iudicij futuri, & non eius quod iam est, l. hoc edicto ff de alie. iu. mu. cau. fact. quia si fiat alienatio rei litigiosæ, committitur edictum de litigiosis, l. fin. C. de litig. & cap. Ecclesia S. Mariæ, vt lit. pen. Item quod dolo fiat, vt dictum est in superiori notula. Item quod mea volentis agere interfit rem nō fuisse alienatam, l. 1. 2. & 3. & l. non solum § hæc actio. ff de alien. iud. mut. cau. fa. Ex his infertur, quòd, si quis alienaret, vel ex necessitate, vel esset paratus subire iudicium ac si possideret, non datur actio ex illo titulo, quia cessat dolus alienantis, vel interesse agere volentis, l. non solum, § si quis, ff eo. tit. & l. quia etiam. Sed nonne contra possessorem competit rei vendicatio, quomodo ergo competit actio in factū ex illo edicto, quæ est extraordinaria, cum remedium ordinarium cessare faciat extraordinarium, l. in causæ ff de minor. Resp. l. in causa procedit respectu eiusdem personæ: sed respectu diuersarum remedium ordinarium benè potest concurrere cum extraordinario, vt not. Abb. in cap. 1 eo. tit. & not. in l. vni. C. eod. tit. de alien. & c.

h ¶ Ab Apostolica sede.] Quid si ab inferiori ordinatio fiat talis commissio? satis idem debet videri, cum sit eadem ratio l. à Titio, ff de verb. oblig. cap. inter corporalia, de transl. communiter contra in c. statuimus, de off. del. in 6. vnde sumitur, vt hoc verbum aliquid operetur ad hoc cap. ad audientiam de deci. cap. si Papa de priuil. nec eadem est ratio, quia non sic de facili à delegato Papæ per vniuersum orbem recurritur ad Papam sicut ad ordinarium de prouincia, vel diœcesi sua potest recurri. Hinc quoque delegatus Papæ recusatur coram arbitris, quod

difficilè sit ad Papam recurrere : delegatus ordinarij non item. cap. si contra vnum, de off. del. in 6 si igitur delegatus ordinarij in loco exequi non potest, insinuet ordinario ; qui super hoc prouideat, vel expressè committendo eidem quod extra locum statutum id possit, vel alio modo.

quisitio, vel quid aliud [a] expediri mandatur, ob illius potentiam, vel malitiam, contra quem inquiri, vel procedi mandatur, vel fautorum eius eo loco securè mandatum exequutioni mandari nequeat, ad id exequendum locum securum, [b] & idoneum [c] eligere valeat, ne quis scilicet ex proprio dolo, vel fraude commodum reportet. [d] Quinimmo idem faciet si alia probabilis causa [e] subsit, propter quam in loco decreto perfici commodè [f] nequeat, quòd mandatur, ne tali pretextu impediri contingat mandatum Apostolicum, vel differri. [g]

Delegatio soluitur reuocatione iurisdictionis re integra. h. d.

Soluitur autem delegatio multis modis, puta reuocatione, morte : impotentia delegati, exequutione sententiæ, propria pronunciatione, temporis fluxu. Reuocatione, cum is, qui mandauit iurisdictionem, antequam is cui mandata fuerit, ea vti cœperit [h] mandatum reuocat. [i] Cum eo casu iurisdictio in eum effi-

semper necessitatem importat, vt in dist. 2 adaot. Notat. primò, nam differentia inter iurisdictionem ordinariam, & delegatam, quia vna est terminabilis de sua natura, secus altera : Not. secundò, argumentum, quod eisdem similib. modis dissoluitur mandatum compromissi, & procuræ cum dependeant ab eodem fonte, primò à voluntate, & à natura rerum. Not. tertiò, quod plures modi aliquid dissoluendi causant facilius esse dissoluere quam contrahere, & hanc limita reg. Contrariorum eadem est disciplina, & cap. 1 de regulis iuris extra.

a ¶ Vel quid aliud.] Puta pronunciatio, monitio, denunciatio, vel his similia.

b ¶ Securum.] Locus ergo non solum debet esse securus partibus, c. ex parte. 1 de appell. sed & iudici, & inquisitori, vt in cap. statuimus, de offic. delegat.

c ¶ Idoneum.] Quia id non taberna, vel in loco inhonesto expediri debet, quamuis tuto.

d ¶ Reportet.] Contra l. itaque ff de fur.

e ¶ Causa.] Etiam sine dolo, & culpa eius, contra quem id imminet expediendum, vt not. in c. statuimus, de offic. deleg. in 6.

f ¶ Commodè.] 22 q. 2 c. faciat. l. Nepos Proculo, ff de verb. sign.

g ¶ Differri.] Prouideri igitur debet, non solum ne impediatur in totum, sed etiam ne nimium differatur, conc. c. si super gratia, & c. statuimus de off. deleg. in 6.

Soluitur autem. Hæc pars tot habet particul. quot sunt modi, quibus dissoluitur ista delegatio, cæterum cum in communi. Casvs in ea commodè figurari posset propterea est animaduertendum quod

Io. Bap.

cum inter exceptiones frequens sit in hoc iudicio delegato exceptio iudicis, hinc est, quod contra ipsum opponitur aliquando reuocatio eius aliquando mors delegati, vel delegantis, aliquando impotentia alterius : aliquando exequutio sententiæ, aliquando propria delegati pronunciatio, aliquando temporis lapsus : & aliquando recusatio eius, & aliquando eiusdem suspensio cum simil. vnde fuit quæsitum an modis istis finiatur hæc delegatio iurisdict. vt inde cognoscamus an huiusmodi exceptiones teneant, si quidem inconueniens videtur tot modos admittere, tum quia lites prorogantur tali habita occasione vti de se patet, tum etiam quoniam mandatum post factum non est voluntatis, l. 1. 2. ff manda. facit l. 1 ff quod iussu. Sol. tamen vt hîc habetur, quia modi isti, vel oriuntur à natura mandati, vel à qualitate causæ delegantis, & delegati hinc not. vnde sit desumenda sufficientia istorum modorum : obiectio autem non videtur obstare, quia quæ oriuntur ex natura rerum, vel causarum, non dicuntur propriè causare litium immortalitatem à iure damnatam : contractus verò mandati non

h ¶ Vti cœperit.] Dualitercumque, capite quamuis, de offic. deleg. in 6. vbi no. & fac. cap. licet vndique, eodem tit. in antiq. adeo quod per solam relationem rescripti præsentationem dicitur perpetuata iurisdictio, & sic etiam per actum ante citationem contra tamen tendit Archid. in d. c. quamuis, & inferunt, quod per electionem notarij non dicatur iudex vsus iurisdictione, prima æquior, secunda de iure certior, secundum Perusi. in d. cap. quamuis, vbi latè, & per Abba. in cap. relatum de offic. deleg.

i ¶ Reuocat.] Non solùm expressè, sed etiam tacitè, puta, si delegans ad partis petitionem citet, vel alio modo procedat, secundum Arch. & Io. And. in cap. quamuis de offic. del. in 6 & per Doct. in cap. intimasti, de appell. & hoc quando in totum commisisset vices suas, aliàs etiam re non integra posset reuocare, l. iudicium soluitur, ff. de iud. & per Peru. in cap. iudex, & in cap. quamuis, de offic. del. in 6. Videtur etiam necesse, quod iudici delegato intimetur reuocatio ad hoc vt processus coram eo factus non teneat, vt per Peru. in d. ca. quamuis post Bal. in l. mandatum, col. 8 C. mand. & aduerte quod d. c. quamuis, loquitur in subdelegato à delegato principis, hic vniuersi taliter etiam in delegato, vnde vel intellige hanc literam secundum illum text. vel cum non videatur ratio diuersitatis, intellige etiam in delegato ab ordinario, & sic vniuersaliter.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § author enumerat omnes casus, in quibus soluitur delegatio, & primo dicit, quod soluitur reuocatione, secundò morte delegantis, adde Cappel. Tholos. in decisione 746. vbi dicit iurisdictionem expirare delegati, morte mandantis, re integra, non ipso iure sed per exceptionem additio verò ibidem tenet totum

caciter transisse non censeatur. [a]

Morte tam delegantium, quàm delegatorum soluitur delegatio, & si vnus ex pluribus delegatis moriatur, adhuc soluitur delegatio: nisi aliud expressum sit in rescripto, vel sub nomine dignitatis facta sit delegatio. hoc dicit.

Morte [b] extinguitur delegatio, tam eius, qui mandauit, si re integra [c] decesserit, quam etiam eorum, qui delegationem susceperunt, quod quidem adeo obtinet, vt si pluribus iudicibus datis vnus rebus eximatur humanis, delegatio etiam quoad superstites expiret, nisi aliud in delegatione comprehensum fuerit. Aut sub dignitatis [d] nomine non proprio facta fuerit.

Mors & absentia æquiparantur re integra. hoc dicit.

Quæsitum est, si ab Apostolica sede datus iudex quoties eum abesse [e] contigerit, vices tibi suas commiserit, an si is rebus eximatur humanis, commissum tibi negotium liberè valeas definire: & cum tunc quoque censeatur abesse, rescriptum est, si illo viuente iurisdictione vti cœperit, [f] posse se non secus ac si is viueret, & abesset in negotio procedere. Idem iuris est, si tibi vices sub ea forma committat, donec eas reuocandas [g] duxerit.

Delegatio perimitur impedimento delegati, tam iuris, quàm facti. h. d.

Sed etsi delegatus mortuus quidem non fuerit, ita tamen impediatur, vt omninò delegationis negotio interesse non possit, extinguitur [h] delegatio. Impedimentum autē intelligitur, tam iuris, quā facti. Iuris, vt si tunc mortuo eo, qui est in dignitate constitutus, iurisdictio transit in successorem, etiam re integra, cap. quoniam de off. delegat. Quod si is, cui sub nomine dignitatis facta est commissio transeat ad aliam dignitatem, an possit cognoscere de hac, & pluribus similibus quæstionibus dic, vt per Abb. & alios in d. cap. quoniam, & Perusi. in cap. quamuis de offic. deleg. in 6.

Posse quidem rebus dant ius, natura, potestas
Officium, meritum, demum diuina voluntas.

Et de eo quod dicitur vide in d. § tria, & l. cū prætor, ff eo. & per Specul. in tit. de delegato, § excipitur.

contrarium, quod expiret iurisdictio ipso iure, per mortem delegantis de veritate est notat. 9. Delphin. 780.

a ¶ Censeatur.] Capit. is qui de procu. in 6 § hæc autem, inf. eodem tit. quæ sunt. Sol. illud in procuratore, hic in iudice delegato, vel subdelegato. Quæ autem sit diuersitatis ratio. not. in d. capit. is qui, & dicetur in d. cap. hæc autem.

b ¶ Morte.] cap. relatum, & cap. si delegatus de offic. delegat. & intellige quod hic dicitur quando ei cui fit mandatum datur noua potestas ad actum, ita quod in exercitio actus gerit vicem mandatoris: secus in præcepto quod fit habenti alias potestatem: nam cum non detur noua potestas, sed potius excitetur antiqua, cap. licet, & cap. pen. de offic. ord. cessat ratio supradicta extinguenda mandatum, vnde recipiens præceptum tenetur illud implere, non obstante morte præcipientis: Bart. & Legistæ in lege & quia, ff de iur. omn. iud. Can. in dict. cap. relatum.

* Iste glossæ intellectus maximè obtinet in Gallia vbi mandata Apostolica excitatiua sunt non autem attributiua iurisdictionis vt superiori asteriscō monuimus, vnde prouisiones in forma dignum expeditæ non expirant morte Papæ mandantis quantumuis res sit integra, sed nihilominus quotidie ab Ordinariis quibus directæ sunt exequtioni demandantur cuius rei alia etiam potest assignari ratio quoad mandata prouisiua, quia scilicet iam gratia est facta, & non facienda cum solo verbo perficiatur, cap. inquisitionis, 25 quæst. 2 Clem. dudum § final. de sepult. nam in lingua Principis stat gratia, in Scriptura testimonium, in exequtione commoditas, Bald. in cap. capitulum, col. penult. de rescript. gratia autem facta non expirat morte concedentis, cap. si super gratia. de offic. delegati in 6. SOLIER.

c ¶ Re integra.] Id est postquam deuentum est ad citationem, capite gratum, de offic. legat. & hanc interpretationem veram latè deducit, Abb. cap. relatum de offic. delega.

d ¶ Dignitatis.] Quia

e ¶ Abesse.] Cap. si delegatus, de offic. del. in 6 argum. contra in l. absentem, ff. de verborum significatione, vbi captus ab hostibus, & ciuiliter mortuus, non dicitur abesse. Sol. quod hæc vox variè sumitur, & secundum subiectam materiam, vt per Accurs. & Alciat. in dict. l. absentem.

f ¶ Vti cœperit.] Qualitercumque etiam citra litis contestationem, capite relatum, & capite licet, de offic. deleg. vbi Doct. & not. supra eo. § proxim.

g ¶ Reuocandas.] Reuocare est iurisdictionis, l. iudicium soluitur, ff eodem retinendo: ergo reuocandi potestatem aliquid de iurisdictione retinuit, vt not. iu cap. si delegatus de offic. deleg. in 6.

h ¶ Extinguitur.] Cap. fisicitatus, & ibi latè Doct. de reseri. dicimus autē aliquid posse quinque modis de iure, vt in c. faciat homo 22. qu. 2. c. Agathosa 27 q. 2 ex natura, ca. puberes, & cap. à nobis de desp. impub. ex officio, cap. 1 in fin. de consanguinit. & affinit. & capit. cum inferior, de ma. & ob. ex merito, vt 3. qu. 7 § tria, ex diuina voluntate, vt de pœnit. d. 2 § charitas. Vnde versus.

infamis [a] factus, aut alio legitimo impedimento [b] detentus fuerit. Facti, vt si ineuitabili necessitatis articulo, putà infirmitate, præpediatur.

Iurisdictio delegati à principe expirat per exequutionem sententiæ. h. d.

Idem iuris est si delegatus à principe [c] per se, vel per alium [d] sententiam exequutioni mandauit, [e] vel mandari præcepit. Tunc enim eius iurisdictio cessat: quia semel est officio suo functus. [f]

Si iudex delegatus pronunciat se iudicem incompetentem, expirat iurisdictio. h. d.

Item si iudex delegatus interloquendo [g] pronunciauerit se super aliqua causa procedere non debere, vsque adeò iurisdictionem

a ¶ Infamis.] Cap. sciscitatus, de rescr. c. præterea, de test. cogend. ca. insinuante, & c. vno, & quod ibi not. de off. del. & an hoc procedat, si impedimentum proueniat in medio, & an iudex ipse possit allegare se infamem, Ab. & Doct. in d. c. sciscitatus.

b ¶ Impedimento.] Vt quia fuerit excommunicatus, vel suspensus, vel sit factus seruus, vel etiam sit iudex illiteratus, nec habet consuetudinem causarum: peritus enim debet esse iudex, nec ex alijs debet quærere quid eum loqui oporteat aut de iudicibus, in prin. & c. ex literis, de consang. & affin. Si tamen illiteratus habeat consuetudinem iudicandi, potest ei causa committi, l. certi iuris, C. eod. arg. l. parabolani, C. de epis. & cle. & not. in cap. sciscitatus, de rescr. & not. hoc pro commissionibus, quæ fiunt aliquãdo à sede Apostol. quibusdam præfatis, qui non habent, nec practicam, nec theoricam: quia contra tales posset excipi, quod non possùt esse iudices. Quid si cessaret impedimentum, puta quia infamis est restitutus, excommunicatus est absolutus? Respon. vt per Ab. & alios in d. cap. sciscitatus.

c ¶ A principe,] Quia delegati ab alijs non exequuntur cap. pastoralis, de offic. deleg. & § possunt, sup. eod.

d ¶ Per alium.] Etiam quod non sit ordinarius iudex, vt per Ab. in c. in literis, & in c. significasti, de off. deleg.

e ¶ Mandauit.) Et effectum habuit mandatum. Nam si mandauit, & non est paritum, ipsemet postea exequetur, c. signif. de off. deleg. verba enim sunt intelligenda cum effectu, l. 1 § hæc verba, ff quod quisque iur. & ita not. in c. in literis, de off. deleg. Dic plenè per Ab. & alios in locis supra alleg.

f ¶ Functus.] Per sententiam ergo solam non videtur iudex officio suo functus c. in literis, de off. deleg. Sed contra vnum esse l. iudex postquam, & l. cum quærebatur, ff de re iud. Sol. quod ibi dicitur obtinet respectu cognitionis.

ALOYSIVS RICCIVS. Expiret secundo loco iurisdictio iudicis delegati per prolationem sententiæ, vnde sciendum est, quod iudex delegatus habet iurisdictionem post diffinitiuam solum intra annum post annum secus. Innoc. in ca. pro illorum, de præben. numer. 3 vers. item videtur, sequitur Calder. cons. 74. Et ideo post annum non potest exequi suam sententiam, quia expirat iurisdictio, & propterea non potest iudex delegatus absoluere excommunicatum à se, nisi intra annum, Calder. d. consil. 74 alias 1 de offic. deleg. quod intellige, nisi esset appellatum à sententia, vel ab excommunicatione, quia tunc annus non currit, & potest absoluere post annum, Calder. vbi supra intellige declarationem si modo excommunicati, sic lata cum iurisdictione, secus si esset lata post diffinitiuam sententiam intra tempus appellandi, quia si fuit appellatum etiam quod appellatio deserta transierit, adhuc non poterit absoluere delegatus, Calder. consil. 139. aliàs 1 de sentent. excommun. limita, quia iudex delegatus si tulit sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij, & erat delegatus ad decisionem causæ non est functus officio, imò potest pronunciare se per causa, ita Rom. in cons. 350 numer. 10 vbi dicit esse opinionem Innoc. quam alij sequuntur, limita quia iudex delegatus à principe potest exequi suam sententiam intra annum Bart. Alexan. & Iasan. l. à diuo Pio, in princ. ff de re iudic. & procedit nedum de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili, secundum magis cõmunem, de qua Corn. cons. 15 colu. 4 lib. 1. Ruin. cons. 113 num. 10 lib. 4 & veriorem dicit Franc. Marc. decis. 72. p. 1. Extende, quia iudex delegatus à principe post sententiam intra annum potest etiam declarare fructus, qui veniunt accessorie in causa exequutionis dependente à petitione hæreditatis, l. item veniunt, § item non solum ff de per hæred. Bartol. in l. si post mortem, in fi. C. eod. Bald. in l. 1 C. de fruct. & lit. expens.

g ¶ Interloquendo.] Sententia ergo, per quam quis pronunciat se non iudicem, est interloquutoria: habet tamen vim definitiuæ: quia prorsus extinguit iurisdictionem pronunciantis, adeò quod talem interloquutoriam amplius reuocare non potest, & sic limitatur, l. quod iussit ff de re iud. & c. cum cessante de appel. quæ tamen procedunt in ordinario, qui etiam quod se pronunciarit incompetentem, potest tamen suam pronunciam reuocare, l. si præses. C. quomodo, & quando iud. vbi Bal. nos hic sumus in delegato vide de hoc per Ab. in c. significasti, & Fel. in c. ex parte, de off. deleg.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, §. quod si iudex delegatus pronunciat se esse incompetentem expirat iurisdictio, vnde euenit à contrario, quod si pronunciat se esse competentem acquirit iurisdictionem si partes sciuerint, & non appellauerint, Feder. de Sen. cons. 192 rub. de appel. col. 2 vers. si autem non decidit, Extende, vt procedat etiam quando iudex est delegatus, ex rescripto nullo prorsus, quia si pronunciat se competentem, & non appellatur sententia transit in iudicatum, & acquirit iurisdictionem, & valet iudicium coram eo Rom. plenè cons. 184 vide Fely. in c. cæterum, n. 34 & in c. super literis, vers. limit. 2 de rescr. Declara, vt procedat si modò appellatio à grauamine non esset manifestè friuola, quia talis pronunciatio notoriè contra veritatem foret frustratoria, Fed. de sent. cons. 192 colu. 2 & quod possit appellari à tali pronuncia competentiæ Signor. cons. 120. Amplia in omni iudice, de cuius iurisdictione dubitatur, quia si opinio inter DD. potest pronunciare se iudicem competentem, & valet pronuncia, Bal. d. cons. 2 nu. 3 lib. 5 sed debent exequi causæ, aliàs appellatio nil releuat etiam in terris. In perij, quia ius Canonicum circa hoc tanquam interpretatiuum, vel declaratiuum iuris Ciui-

amittit, vt etiam ex litigatorum [a] consensu illam reassumere non possit.

Si in rescripto tempus apponatur, transacto termino, expirat iurisdictio. h. d.

Sed & cum causa intra certũ terminum [b] deducenda committitur, termino transacto, mandatum expirat: [c] nisi tempus communi partium consensu [d] prorogatum fuerit. Terminus autem tunc incipit currere, cum iudicis literas recepisse contigerit. [e]

Potest quis conueniri vigore literarum posteriorum etiam non facientium mentionem anteriorum, quas aduersarius impetrauit, sed per annum non fuit vsus, hoc dicit.

Non absimili [f] ratione constitutum est, vt si quis Apostolicas literas impetrans infra annum [g] * postquam iudicum copiam habuerit, per numerum dierum, seu mensium, vel annorum, iecus si ad certum diem, vel terminum: putà, vsque ad festum Paschæ. Nam tunc semper terminus currit: quia post illum terminum expirat iurisdictio, & incipit currere absque alia præsentatione, vt per Ab. in c. de causis, de offic. deleg.

lis attenditur. Ang. cons. 217 n. 3 vers. 3 probatur, est autem differentia, an iudex pronunciet se competentem, vel pronunciet esse procedendum ad vlteriora: quia primo casu si pars non appellat, valet processus, etiam si non esset competens, secundo casu secus, nisi sit cognitum prius de competẽtia Ang. cons. 200. Amplia, quia iudex ordinarius, siue sit ecclesiasticus, siue sæcularis, dummodo habeat iurisdictionem ordinariam in illa specie, licèt non sit iudex competens clerici particularis forensis, vel laici forensis, si pronunciat se iudicẽ competentem, & non appellatur acquirit iurisdictionem, quamuis in veritate non esset iudex competens, Alex. plenè cons. 89 n. 2.

a ¶ Litigatorum.] Qui consensus litigatorum iudicem non facit eum, qui nulli præst iudicio, l. priuatorum, C. de iur. oma. iud. fac. sup. eod. § pariratione, & cap. si diligenti, de for. comp. & l. ius publicum, vbi latè Bart. ff de pact.

b ¶ Terminum.] sed quid si terminus sit ita breuis, vt non possit expediri causa arctatis inducijs, & dilationibus, an poterunt arctari inuitis partibus? Respon. vt per Innoc. in ca. super eo. de appell. & per Abb. in cap. de causis, de off. deleg. vbi distinguitur.

c ¶ Expirat.] Cap. de causis de off. deleg. & per Legistas in l. properandum, C. de iud.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc, § quod si in rescripto tempus apponatur, tranfacto termino expirat iurisdictio, vnde ex lege præscripta soluitur mandata iurisdictio transacto tempore, quod à magistratu præfinitum est, nam cum eo modo finiatur datio iudicis, etiam in extraordinarijs iudicijs, l. si iudex, ff de iudic. capit de causis, de offic. & potestat. consequens est, vt finiatur etiam mandata iurisdictio. Planè si consensu partium tempora prorogata sint [quod fieri posse dubium non est] magis est, vt adhuc iurisdictio duret, l. 2 § si iudex, ff de iudic. d. capit. de causis, nisi fortè prorogatio legitimum excedat modum: nam tunc ea non obstante finiatur tempore delegatio, d. l. si iudex, ff de iudic. quod videtur additum à Triboniano respiciente ad Iustiniani constitutionem in l. properandum, C. de iudic. quâ certa tempora finiendæ instantiæ præfinita sunt, vt ibidem animaduertit gloss. in verb. legitimatum.

d ¶ Consensu.] Quando terminus appositus est fauore partium, alias secus, vt per Innocent. cap. de causis, de offic. deleg. & per Bartol. in l. si quis ex consensu, C. de episcop. audien. & in l. prima, C. de iurisd. omn. iud.

e ¶ Contigerit.] Cap. super eo. & ibi Doct. de appellat. & hoc intellige quando terminus est statutus

f ¶ Non absimili.] Sed nec per omnia simili: quia in casu superioris, § solus lapsus temporis facit iurisdictionem expirare, sed in casu huius §. non solum requiritur anni lapsus, sed dolus, vel negligentia non præsentantis, & quod secundus impetrans præsentet suas: aliàs non data impetratione secundi valet primum rescriptum perpetuo, l. falso. C. de diuer. rescr. Et ex hoc secundum Ab. in cap. plerunque de rescr., vnde hæc litera sumitur, habes notabilem differentiam inter rescriptum, & priuilegium, nam rescriptũ non tollitur per non vsum, licèt sit datum ad aliquid faciendum, sed priuilegium tollitur spatio decem annorum, si fuit datum ad aliquid faciendum, & priuilegiatus infra illud tempus non fuit vsus, l. vnic. ff de mundi. plenè traditur in ca. cum accessissent, de constit.

g ¶ Infra annum.] Sed quando incipiet currere iste annus? gl. in ca. plerunque, de rescr. ponit quatuor opiniones, sed illa videtur verior, & receptior, quod ad hoc, vt currere incipiat, duo requiruntur, primum quod habuerit copiam iudicis, & quod ipse ex parte sua verè non fuerit impeditus, vt per Ab. in d. c. plerunque non tamen sufficeret probare impedimentum, nisi probetur diligentia tempore impedimenti. & quod impedimentum fuit causa immediata, quare non egit quod satis probabitur per protestationem, & hoc voluit Innoc. in cap. ex transmissa de rescr. Bar. in l. de pupillo, § si quis ipsi prætori, ff de no. oper. nunc. Sic non sufficit ad obtinendum quotidianas distributiones probare, quod canonicus de præsenti est infirmus, nisi appareat quod infirmitas fuit causa non interessendi diuinis: vt quia tempore sanitatis residebat, secus si per prius non solebat interesse diuinis, vt not. Inn. in c. ad audientiam, de cler. non resid. & in cap. 1 de cler. ægrot.

* Anno.] Ex hac dispositione quæ habetur in capit. plerumque de rescript. infert Rebuff. in praxi, titul. rescripta gratiæ & Iustitiæ, numero 42 mandata ad lites anno expirare, quod tamen de iure non est verum, nisi data impetratione secundi rescripti: aliàs enim vbi nullum aliud ab Aduersario impetratum fuerit, valet primum perpetuò, l. falsò, Cod. de diuersis rescript. Panorm. in d. cap. plerumque. Rescripta verò gratiosa ait idem Rebuff. ibid. numero 43. esse perpetua nisi quis negligens fuerit, cap. si Clericus,

& ibi gloss. & DD. de præbend. in 6. apud nos tamen vbi rescripta essent in forma commissaria anno antiquantur quantumuis gratiosa, Petrus Duclos. ad Flam. de Relign. lib. 2 quæst. 26 vbi vero essent expedita motu proprio aut in forma gratiosa perpetuò valent, d. l. falsò, & cap. si super gratia de offic. delegati in 6.

SOLIER.

a ¶ Vel negligentia.] Sed quis probabit hanc negligentiam? Respon. transcursus anni nec alia interpellatio erit facienda, cap. potuit, de loca. nisi ille vellet ostendere contrarium, sicut dicitur, de anno appellationis c. cum sit Romana, de appel. An autem, & quando quod hic dicitur practicari possit, not. in ca. plerunque de rescr.

b ¶ Nulla mentio.] Not. argum. optimum *secundum* Abb. *in cap.* plerumque, de rescript. *quod literæ surrepticiæ* ad lites non sunt ipso iure nullæ, de quo per Fel. in cap. ad audientiam. 2 de rescrip. post Ab. in d. ca. plerumque ante fin.

c ¶ Recusatione.]Materia recusationis iudicum latissimè patet, & habetur de ea in c. causam, & cap. insinuante, & c. suspicionis, de off. deleg. & in c. cum speciali. de appel. & in c. si contra, & in c. si iudex. de off. deleg. in 6. per Legistas in l. apertissimi, C. de iud. & in l. prætor, ff de iur. omn. iudic. & Host. in sum. de ea facit duos titulos, vnum sub tit. de off. deleg. vbi tractat de remotione iudicis delegati, alium sub tit. de app. vbi tractat. de remo iud. ord.

buerit dolo, vel negligentia[a] eis vti distulerit, auctoritate posteriorum literarum, quas postea forsan eius, aduersarius impetrauerit, conueniri valeat: licèt in posterioribus nulla mentio[b] de prioribus habeatur.

Recusatione extinguitur delegatio, cùm iudex datus suspectus postulatur, & pronunciatur. h. d.

Recusatione[c] quoque extinguitur delegatio, quod eo casu accidit, quo iudex datus altero[d] litigatorum petente, ob probabilem aliquam suspicionis causam à iudicio remouendus pronunciatur: vt puta si iudex datus dicatur dominus[e] litigantium, aut consanguineus, aut aduocatus,[f] aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem,[g] aut ab eodem in alia causa partem appellasse,[h] aut nondum iudicem ad legitimam ætatem[i] peruenisse.

Qualiter cognoscatur, & expediatur causa suspicionis. h. d.

Recusationis autem causa variè cognoscitur, nam si contra vnum ex duobus[k] ab Apostolica Sede delegatis suspicionis causa proponatur, siquidem illa clausula apposita sit: Quòd si ambo interesse nõ possũt aliter in causa procedat, corã non recusato coniudice expedienda erit:[l] vbi verò non est dicta clausula in rescripto, debet super hoc ad arbitros

Amplia, quia pendente recusatione iudicis propter suspicionem iudex nulliter procedit, c. quia suspecti, 3. q. 5 & habetur in ca. legitima. de appellat. in 6 & propterea quidquid agit nullum est ipso iure, Bart. in l. quia poterat, ff ad Tsebell. Extende, quia procedum, etiam si super suspicione, non sit pronunciatum, quia tunc non esset dubit. c. iudex, de off. deleg. in 6 Castr. cons. 221 limita, quia si iudex allegatus suspectus vigore statuti potest alij delegare, tunc valet delegatio, ab eo facta etiã si suspicio perueniret, quia in causa habeat delegans interesse Bal. cons. 365. vide latè Tusch. in verbo suspectus iudex conclus. 906.

d ¶ Altero.] Et sic etiã actor. dicit suspectũ iudicé, c. statutum § 1 de rescr. in 6 & ibi not. in verb. recus. & latè per Doc. in locis alleg. in superiori notula.

e ¶ Dominus.] Intellige impropriè, de domino alicuius familiæ ét largè accipiendo verbũ familia: puta si quis dicatur de familia alicuius Episcopi, Cardinalis vel alterius sæcularis personæ: nam si intelligimus de vero domino, vtique famili non possent litigares l. seruitute, & l. fin. ff de reg. iur. & l. lis nulla & l. vix certis ff eo. amplia hoc quod non solum dominus, sed ét omnes de eadem familia, Doct. in c, insinuante, de off. deleg. quia sunt socij, cum fæpe conueniant in vnum, vt dicimus de canonicis vt per Ab. in capit. cum R. Canonicus, de offic. deleg. & facit quod idem ponit in c. 2 de off. iud.

f ¶ Aduocatus.] Cap. postremo, de app. secus est, si is fuit impetratus iudex: qui erat destinatus aduocatus alterius partis: nisi impetratio fuisset facta in fraudem, vt per Ab. in c. dilecto de testib.

g ¶ Familiaritatem.] Cap. insinuante de off. deleg. Vnde nec doct. poterit esse iudex in causa sui scholaris, sine recusat. Ab. post Spec. in c. cum R. Canon. de off. deleg. quod intellige in causa, quæ sit cum alio non scholari, vel non suo scholari: aliàs inter suos æqualitas affect. operatur, vt non posset remoueri, l. penult. § 1 ff de rit. nup. & sic nota, quod ex modica causa iudex tanquam suspectus reuocari potest, vt per Ab. in d. c. cum R. Can.

h ¶ Appellasse.] Cap. ad hæc. 2 c. proposuit. de appel.

i ¶ Ætatem.] Cap. cum vigesimum, de off. deleg. & l. quidam consulebant, ff de reb. iud.

K ¶ Ex duobus.] Idem si ex pluribus, si sit eadem ratio, & concor. c. fin. contra. de off. deleg. in 6.

l ¶ Expedienda erit.] Sed numquid medio tempore

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § quod recusatione extinguitur delegatio, cum iudex datus suspectus, postulatur, & pronunciatur. Vnde sciendum est, quod iudex allegatus suspectus, & recusatus, nulliter procedit, quando recusatio est facta legitimè, videlicet dato libello recusatorio, coram ipso recusato, cum specificatione causarum recusationis, & petitis arbitris confidentibus, coram quibus obtulerit se probaturum, dictas causas, alias recusatio non releuat Bald. cons. 26 lib. 1 & quod causæ sint legitimæ Franc. in c. postremo de appellat.

Amplia, quia nedum iudex, sed etiam dominus, habens iurisdictionem in subditum, si fiat ei inimicus, & vasallus protestetur, & appellet, etiam extra iudiciũ, coram honestis personis eximitur à iurisdictione, & non potest dominus contra eum procedere Ang. cons. 273 extende, siue sit dominus laicus, siue ecclesiasticus quia si est suspectus potest recusari, Capic. decis. 137.

pore pendente probatione coram collega poterit ipse collega dum cognoscit de causa suspicionis etiam in principali procedere? Quidam quod sic, tu dic contra. vt not. in cap. si contra, de off. dele. in 6

a ¶ Haberi.] Ex quo vnus sine altero procedere non potest, capite cauf. & capite vno. de off. deleg. sup. eo. itē mandati. Impedito ergo vno, ita quod non possit committere, alii procedere nequeunt, secundum Io. And. in ca. si contra. de offi. deleg. in 6

b ¶ Constitutione.] Cap. suspicionis. de off. deleg.

c ¶ Episcopi.] Idem in subdelegato delegati ipsius Papæ, habetur in ca. super quæstionū § quem vero. de off. dele. si autem episcopus ipse recusaretur, eligerentur arbitri, ca. cum speciali, de appell. Sed cur. non & tunc aditur superior. Respon. quia iurisdictio ordinaria est fauorabilior. Item non ita de facili potest haberi superior ordinarius sicut nec sic de facili potest adiri Papa, & ideo si recusatur delegatus ipsius itur ad arbitros, voluerunt enim iura quantum possent prouidere partium incommodis, & expensis secundum Ioan. And. in cap. si contra. de off. deleg.

d ¶ Recusatur.) Ca. a requiris, & ibi not. in ca. si contra. de offic. deleg. in 6

Io. Bap. Rursus iudiciorum CASVS. Cum iudex ecclesiastic. in causis cognoscendis, & decidendis aliquando certa solēnitate obseruata procedebat, & aliquando nullum iuris ordinem obseruabat propterea dubitatum an tales modi essent de iure admittendi? si quidem si solēnitas fuit inducta ad inueniendam, & cognoscendam veritatem controuersiæ in iudicio propositæ, in qualibet causa obseruari debet ob indemnitatem rationis, l. à Titio. ff de verb. obl. cum simil. Solu- tamen vt hic habetur, quia solemnitas est inducta ad euitandam etiam fraudem, vnde maius est periculum in vna causa, quam in alia, natura et causarum cum diuersa reperiatur, diuersum quoque modum procedendi postulat, & ideo etiam obiectio inde videtur cessare. No. 1 quod modus procedendi in causis cognoscendis debet esse talis qualis est natura ipsius causæ: Not. 2 causam istius diuisionis, quæ est meo iudicio natura causarum, & suspicio fraudis.

e ¶ Subtili.] Not. subtilitatem quandoque reprobari, maximè in causis Ecclesiasticis, vt hic. & clem. dispendiosam de iud. cap. literas de iur. cal. c. 1 de dol. & cont. capit. sæpè de test. spolfacul. si fideiusser. § quę dam, ff mand. quandoque tamen approbatur, vt per Ab. in capit. capellanus de ferijs, circa quod distingue, vt per Ab. in capitul. dilecti de iud.

f ¶ Similes.] Puta super beneficiis, super decimis, & alijs, quæ enumerantur element. dispendiosā de iud. quæ solum procedit in enumeratis ibi secundum Doct. vt per Cassa. decisi. prima de iud. pro quo fac. not. per Bart. in lege qui liberis. § hæc verba, ponderando verbum suscriptis, ff de vulga. & pupil. post gloss. in d. clem. in verbo, suscriptis.

g ¶ Simpliciter de plano.] De virtute horum verborum not. in clem. sæpè de verb. signifi. & per Bart. in extrauag. ad reprimendū vbi latè de singulis omnibus verbis huiusmodi.

h ¶ Necessitates.] Secus in honorem Dei, & in hoc differunt hæc causæ summariæ: quia in his procedit iudex etiam inuitis partibus: secus in alijs, quib. accedere debet partium consensus ad hoc vt deroretur ferijs, ca. si de ferijs, habetur in cler. sæpè de verb signif.

i ¶ Constitutionibus Clemen. dispendiosam. de iud. clemen. sæpè de verb. signif.

k ¶ Ordine.] Et propterea fortè appellatur. ordinarium.

recursus haberi, [a] prout Gregoriana constitutione [b] latius continetur. Cum autem delegatus episcopi [c] recusatur, recusationis causa coram episcopo probanda erit: licèt coram ipso qui recusatur, [d] sit alleganda.

Iudicium summarium est, in quo subtilis ordinis iudiciarij obseruatione prætermissa proceditur. Ordinarium, & solemne est, in quo series iudiciariæ telæ obseruatur. h. d.

Rursus iudiciorum tertia diuisio hæc est, quod quædam sunt sumaria, quædam ordinaria, & solemnia. Summaria sunt in quibus subtili, [e] & solemni ordinis iudiciarij, obseruatione prætermissa proceditur. Vt sunt causæ electionum, prouisionum matrimonij, vsurarum, & similes, [f] in quibus nec solemnis libelli porrectio, nec litis contestatio est necessaria, sed simpliciter de plano [g] sine strepitu, ac figura iudiciali proceditur. Itaque de his iudex etiam tempore feriarum ob hominum necessitates [h] indultarum cognoscet, & litem dilationes amputando, exceptiones dilatorias, & frustratorias repellendo, quanto poterit faciet breuiorem. prout hæc duabus Clementis luculentissimis cōstitutionibus [i] latius continentur.

Iudicium ordinarium quid sit. h. d.

Iudicium ordinarium, & solemne est, in quo exquisito, & solemni iuris ordine [k] seruato proceditur: vt puta libellum porrigendo, litem contestando, & alia faciendo, de quibus infra latius visuri sumus.

DE PROCVRATORIBVS.

TIT. II.

DE PROCVRATORIBVS.

CONtinuatur tit. iste, prout legimus in princ. eius, vel dicas secundo, hactenus visum est de persona iudicis reliquum erat videre de litigantibus, qui cū regulariter soleant litigare per procurat. ideo post tituli. præceden. proponitur iste, qui diuiditur in 7 partes in prima adnotatur continuatio, in secunda ha-

betur quid, & quotuplex sit procurator: in tertia quis constitui valeat procurator: in quarta, an vnus, vel plures: in quinta, qualis sit procuratoris auctoritas: in 6 quis nequit esse procurator: in 7 quomodo procura ista finiatur: secunda: ibi exercemus: tertia, ibi, potest autem: quarta, ibi & tam vnus: quinta, ibi sed siue vnus: sexta, ibi sed nec omnes: septima ibi tamdiu autem.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro pleniori intelligentia huius Rubricæ est notandū quod procurator largè & secūdum canones dicitur omnis administrator 1 quæst. 4 cap. saluator sed per ea quæ tradunt in eius constitutione restringuntur ad aliquid, sed secundum leges & Canones proprie procurator est quia aliena negotia mandato sibi à Domino facto, gerenda gratuitè suscipit plura, vel vnū de negotiis gest. l. 3 § negotia, & dicitur mandato à Domino ad excludendum tutorem, vel curatorem collegia & prælatos Ecclesiæ qui procuratorem non possunt instituere sed actorem, vel syndicum, qui instituitur ab vniuersitate, vel à non vero Domino, & gratuitè, quia si interuenit merces est locatio operarū, sed intellige quod non potest paciscī, de quota, potest tamen accipere salarium, differt autē ab aduocata, quia ille causam præsentis iste verò absentis pertractat, vterque tamen dicitur postulare, sed aduerte quod differunt inter se actor, procurator, & syndicus, seu æconomus secundum glos. ca. erga Episcopum 11 quæst. 7 quia actor constituitur à non Domino, & auctoritate iudicis ad præsentes lites tantum: procurator verò semper à vero Domino constituitur, siue ad vnam litem, siue plures, siue futuras. Iudæus verò, siue æconomus ad vniuersitatem constituitur, siue à collegijs ad vnam causam, & plures & præsentes & futuras, & authoritate Episcopi cap. Imperatorem in fin. de iura cal. Canon. tamen omnes administratores Ecclesiæ vocant procuratores cap. saluator. 2 quæst. 3 & ibi vide glos. & in dict. ca. Imperatorum, vbi Panor. dicit quod si ad vnam certam causam solum constituitur, potest fieri sine authoritate superioris alias non.

Est autem duplex procuratio scilicet ad Iudicia, & ad negocia, primus non potest alium substituere, nisi post contestationem litis alias hoc potest habere capit. 1 de procuratoribus lib. 6 Non potest esse procurator minor 25 annis, nec furiosus, nec surdus, nec mutus accusatus de crimine, seruus, excommunicatus, vel constitutus ab excommunicato cap. auditis de procurat. Item si excommunicatio superueniens, ex persona Domini constituentis procuratorem repellat dictum procuratorem ab agendo ex reg. Innocent. in c. fin. eo. tit. si tamen esset occultus teneret dict. capitul. auditis nec regularis nisi in casu sui monasterij iubente prælato cap. cum religiosus de procuratorib. Nec clericus in quolibet gradu constitutus quo ad ciuiles causas, nisi pro miserabilibus personis secundum Host. secus in specialibus.

Io. Bap. EXpositis CASVS non figuratur. not. tamen quod licèt, in 1 li. oratio habeatur de personis, nihilominus ob diuersum respectum &c alibi de cisdē pertractari potest & debet, vt contingit in hoc tit. hæc enim persona procuratoris in præsenti est pars iudicij, vt ex text. colligitur.

Iudicia exercemus per nosmetipsos, & per procuratores, vel syndicos, & qui sint procuratorum species. h. d.

EXpositis generibus iudiciorum, consequens nunc est vt videamus, per quas personas [a] illa exerceri possint. Exercemus igitur iudicia non solùm per nosmetipsos, verùm etiam per procuratores nostros, aut syndicos. Procurator est, qui aliena negotia mandato Domini,[b] vel quasi Domini [c] administrat. Syndicus [d] est vniuersitatis defensor, & procurator.

Procuratorum duæ species. h. d.

a ¶ Personas.] Immo prius de personis debuit dici lege quidam referunt ff de iure codici l. si quæramus ff de testament. & nota in l. 1 C. de edic. diui Hadr. tollen. Sol. iste ord. non semper seruatur, vt apparet instit. de testamento iuncto titu. quibus non est permiss. fac. test. & aliàs sæpè, & vtique est inchoandum à generalioribus, § is igitur instit. de iust. & iur. & sup. de sacra. § fin. & l. 1 ff si cert. per.

Exercemus. CASVS *Io. Bap.* non figuratur. sed Not. 1 argumentum, quod cū per procurat. litigare licea, ideò quod per eos facimus per nosmetipsos facere dicimus. Nota 2 quod procurare est quædam species defensionis, hinc cognoscemus causam cur vnicuique sit permissum procuratorem constituere § quin ēt in fi. in eo.

b ¶ Mandato Domini.] C. 1 eo. & l. 1 eo aliàs siue mandato diceretur negotiorum gestor. vt ff de negot. gesto. per totum, & not. in rubric.

c ¶ Vel quasi Domini.] Vt est prælatus, & administrator alicuius Ecclesiæ, & similes, & de his vide per Hostien. infra princip. & traditur communiter in libro 1 ff eod.

d ¶ Syndicus.] l. 1 § 1 & per tot. ff quod cuiusc. vni. nom. & in capitul. primo de synd. & licèt constitutus fuerit ad vnam tantum causam, nihilominus dicitur syndicus, secundum commun. opin. licèt quidam contra, vt per Ab. in dicto capitul. primo, de synd. Et de differentijs inter procuratorem, syndicum, œconomum, & actorem, not. in capitul. si quis 2 quæst. 7 & in ca. petito eo. & not. in § fin. insti. de curato. Et quæ sit differentia inter hos circa iuramentum calumniæ habetur per Ab. in cap. quia eod. in cap. pertractandis, de iur. cal. ec. in cap. fin. vt lit. non contest.

Potest autem.] Hæc pars licèt posset subdiuidi quomodo tamen in ea CASVS, commodè incommodè in communi figurari valet, propterea est adnotandum, cum hominum quidam sint patres famil. quidam verò filij famil. quidam maiores, quidam minores, fuit propterea quæsitum, an omnes indifferenter possint prose, & pro alijs procurare? Si nos dicimus procurare esse quoddam defendere, § exercemus, § quę si quantum hoc eo. tit. nullus, & in nullo casu est excludendus, si verò consideramus qualitatem personæ tantum maiores ob perfectionem intellectus venirent admittendi institu. de curat in princ. Solu. vt hic legimus, quia sicut negotia sunt diuersa, ita quoque diuersam admittunt, vel repellunt personam litigantium ad obiectionem verò puto respondendum iuxta rationem decisionis supra adnot. si quidem qualitas iudicij, & negocij nec omnes dimittit, nec tamen minores reijcit. Not. primo, diuersitatem inter iudicium spirituale, & reliqua iudicia. Not. secundo quod maior, vel minor ætas consideratur respectu negotij quod administrari debet Not. tertio argu. quod iudex potest aliquem cogere ad suscipiendum patrocinium alicuius qui non habeat legitimum defensorem.

Porrò procuratorum duæ ſunt ſpecies: alij enim dantur ad iudicia, alij ad negotia extra iudicium explicanda.

Procurator conſtitui poteſt paterfamilias, & filiusfamilias, & ad negotia poteſt procurator conſtitui qui natus eſt anno 17 ad iudicia ſolum natus 25. h. d.

Poteſt autem ad iudicia, [a] non ſolum paterfamilias, verùm etiam filiusfamilias, [b] nullo intercedente patris conſenſu, [c] fieri procurator, ſi legitimam ætatem compleuerit. Licèt enim quis poſt xvij. annum, [d] procurator ad negotia licitè conſtituatur: ad iudicia tamen, niſi maior xxv. annis fuerit, conſtitui, non poterit. [e]

Natus annos 14 poteſt eſſe in iudicio ſuper cauſis ſpiritualibus per ſe, & per procuratorem non obſtante patria poteſtate. h. d.

Aliud tamen iuris eſt in principali: nam ſi is ad quartum decimum, [f] ætatis annum peruenerit, in cauſis beneficialibus,* & aliis ſpiritualibus, [g] nec non ab eiſdem dependentibus, [h] ad agendum, defendendumque per ſe, vel procuratorem perinde admit-

a ¶ Ad iudicia.] Accipit primum membrum diuiſionis.

b ¶ Filiusfamilias.] l. filiusfami. § ipſe quoque ff eo. & c. iuſtè eo.

c ¶ Patris conſenſu.] Quod non videbatur: quia qui per ſe non admittitur, non videbatur pro alio admittendus, cum interdum quis pro ſe admittatur, & non pro alio, l. 1 § 2 ff de poſtul. 3 q. 7 § tria & habetur de hoc in l. fin. § 1 C. de bon. quæ lib. Sed fuit filius ad procurationem admiſſus, quia ob eam rem nihil deperit patri, vt not. in cap. qui generaliter § 1 de procur. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc textu vt non ſolum paterfamilias, ſed etiam filiusfamil. nullo intercedente patris conſenſu poſſit fieri procurator ſi legitimam ætatem compleuerit adde quod contrarium fuit diſpoſitum per text. in vulgata l. final. § neceſſitate C. de bon. liber quæ fuit canonizata per Capellam Thol. in deciſ. 306 Guid. Pap. deciſ. 54. num. 1 & Affl. in deciſ. 180 & ſic concludunt Spec. in tit. de actor. § 1 numer. 20 verſ. item quod eſt filiusfamil. & in tit. de procurat. § ratione igitur numer. 10. verſ. item conſtitutiones Mar. in Specul. Couar. part. 4 diſt. 16 numer. 15.

Tu tamen limita primò, in caſu ſpirituali nam poterit procuratores conſtituere ſicut poteſt agere vt in capitul. fin. de Iudic. in 6. Soccin. reg. 151. num. 2 & etiam de annexis caſu ſpirit. Rom. conſ. 486 nu. 4 in fin. & Panor. in conſ. 12 col. 2 volum. 1 & ſic loquitur ſequens tex. noſter.

Limita ſecundò, poteſt filiusfamil. agere & procuratorem conſtituere abſque patris conſenſu in cauſis in quibus pater, non habet vſumfructum Guid. Pap. deciſ. 54 num. 2 Affl. d. deciſ. 18 Farinac. deciſ. 4. 17 & Capella Tholoſ. deciſ. 173.

Limita tertiò, Caſtrenſi, & quaſi Caſtrenſi, in quo poteſt procuratores conſtituere l. filiusfam. in princ. de procur. Hoſt. in ſum. tit. de procurat. § quis dare poſſit verſ. conſtituit. procuratorem Villalob. comm. opin. § aduocatus num. 130.

Limita quartò, in cauſa criminali nedum ſine conſenſu patris conſtit. procurat. & agere poteſt filiusfam. accuſando, ſed etiam parte contradicente l. inter liberas § ff de adult. Franc. deciſ. 100. n. 6. Villalob. dict. § aduocatus, num. 133 licet contrarium videatur loquitur text. in § non tamen. Cleri. & Monac. non poſſunt eſſe procuratores præſertim epiſc. & Præl. h. d. & ratio eſt ne à diuinis obſequis auocentur & litibus, ac contentionibus incubant, ſeruos in Deo pacificos, & ab omni diſcordia, auerſos eſſe oportet, c. ſicut Sacerd. 2. qu. 7. cap. cum ſimus 9. q. 3. & præſertim in curia ſæculari. l. placet, & l. omnes C. de Epiſc. & Cler. & in § poſtulandi quoque in fin. eod. titul. noſtro, & in § Deo aut amabiles Archan. de Sanctis, l. Epiſc. Viu. deciſ. 124. Guid. Pap. deciſ. 221. ſub n. 5 quam concluſionem declara primò procedere in vna can. Rom. ſing. 175. Viu. deciſ. 151. nu. 5. Balb. deciſ. 112. & Cappel. Tholoſ. deciſ. 131 Declara. 2 non procedere pro perſonis miſerabilibus pro Eccleſijs ſuis pro coniunctis nam hoc caſu cleric. & Sacerdotes nõ ſunt prohibiti procuratores eſſe vt in capite 2 extra ne Clerici, vel Monach. & in d. l. placet C. de Epiſc. & Cleric. Zanch. de priuileg. Eccl. priu. 53 per totum Viu. d. dec. 151 n. 1 & 7 Cappella Tholoſ. deciſ. 124 Hoſt. in ſum. tit. de procur. § quis dari verſ. item Monachi.

d ¶ Ad 17 annum.] § iuſtæ inſtitu. quibus ex cau. ma. non licet fac. l. 1. §. pueritia, ff. de poſtulat. & cap. qui generaliter § fi. eod. in 6 q. 7 § verum.

e ¶ Non poterit.] Sed quare maior ætas requiritur in procu. quam in aduocato, & quam in teſte? Reſp. quia procurat. tenetur obligatione mandati. Item contra, cum fertur ſententia, quod non eſt in aduocato, & in teſte. not. in capite qui generaliter, § fin. eod. in 6 l. 1 § iuſtium ff de poſtu. in l. exigendi. C. eod. per Specu. in tit. de aduocato, § 1 verſ. item quod eſt minor.

f ¶ Ad quartum decimum.] In matre, in muliere duodecimum, c. indemnitatibus 1 reſp. de elect. in 6 c. continebitur de ſp. impu. & ſic intellige decr. ex parte de reſti. ſpol. & no. in c. fin. de iud. in 6 vnde ſumitur.

* Beneficialibus.] Hoc maximè obtinet in Gallia ex nouella conſtitutione Regia, ſeu Codice Lodouæo, tit. 15 art. 14 vbi cauetur minorem de Beneficio prouiſum ſtare in iudicio, & agere pro poſſeſſorio, & iuribus Beneficij abſque Tutore, vel Curatore. Quod & in impubere locum ſibi vindicare videtur propter illa verba, *ſans authorité & aſsiſtance d'vn Tuteur*, licèt ſecus ſit de iure communi, cap. fin. § ſi verò de iudiciis in 6. SOLIER.

g ¶ Spiritualibus.] Puta matrimonio, & ſimilibus.

h ¶ Dependentibus.] Vt dote, quæ dependet à matrimonio, cap. 2 de dot. poſt. diuor. teſtitu.

tendus erit, [a] atque si vigesimum, [b] quintum ætatis annum natus esset, nec vlla patriæ potestatis, vel voluntatis erit habenda ratio, quanquam aliàs regulariter, [c] filiusfamilias, [d] sine patris assensu, in iudicio esse non possit.

Quomodo sit agendum, si minor quatuordecim annis in causis spiritualibus in iudicio esse velit. h. d.

Quod si quartum decimum annum natus non fuerit, in huiusmodi causis, nec agere, nec defendere per se poterit, [e] sed vel Episcopum, vel eiusdem, [f] officialem, ad has lites, [g] curator sibi dandus erit, vel si maior infante [h] fuerit cum auctoritate alterius eorundem [i] procuratorem constituere poterit.

Delegatus sedis Apostolicæ in causis, quæ agitantur coram se pro minori quatuordecim annorum potest eidem curatorem dare, vel auctoritatem constituendi procuratorem. h. d.

Quin etiam Apostolicæ sedis delegatus, & ab eodem [k] subdelegatus ad eas duntaxat causas, quæ coram ipsis ventilandæ [l] fuerint, vel curatorem * dare, vel procuratoris constituendi auctoritatem præstare poterunt.

Edictum de procuratoribus est prohibitiuum certarum personarum. h. d.

Constitui autem poterit non solùm clericus verùm etiam laicus * [m] Regulariter enim omnis, qui non prohibetur ad procuratoris officium idoneus habetur. [n]

a ¶ Admittendus erit.] Cap. fin. de iu. in 6.

b ¶ Vigesimum quintum.) et propterea etiam sine Curatore.

c ¶ Regulariter.) Ideo regulariter, quia aliquando solum agit patris consensu, verum etiam contra ipsum patrem, l. lis nulla. ff de iu. Item cum impetra veniam ætatis, l. 2 Cod. de his, qui ve. æta. impet. & in momentanea possessione, l. fin. Cod. qui legis person. Item cum agit de thoro violato, l. lex Iulia. & l. inter liberas, § pen. de adult. Item si interdicto de libero hom. exhib. l. 3 § si mulier. Itè secundum canones videtur, quod indistinctè conquerātur filius de patre, capite non est, de sponsa. & 2 qu. 7 capite quæritur, vbi de hoc, & 24 q. 4 cap. si Ecclesiæ. Item in casu, l. si longius, ff de iud. & de materia latè per Spec. in tit. de actore, § 1 versic. item quod est filius, & per omnes in l. fi. C. de bon. quæ liber.

d ¶ Filiusfamilias.] etiam maior, leg. cum oportet, & l. cum non solum, C. de bon. quæ liber.

e ¶ Per se poterit.) Capit. fin. § si verò de iudi. in 6.

f ¶ Eiusdem.) Non enim sufficit, imò nec requiritur patris auctoritas, nec enim de patrimonialib. tractamus, in quibus id locum habent. C. de bon. quæ li. l. non oportet, & l. cum non solum. Imò nec Imperator, vel alterius sæcularis iudicis auctoritas sufficeret, cum sit causa spiritualis, & Ecclesiastica d. l. 6 obesse quidem, & c. at si clerici de iud. & de arb. cap. contingit arg. ff ad Trebell. l. ille à quo § fin. cum l. sequent.

g ¶ Lites.] Ad hoc C. de cur. bon. dand. per tot. & C. de curat. futi. l. final. in prin. & dicit ad has, quia de temporalib. & non dependentibus à spiritualibus se intromittere non debet: nisi fortè ratione personæ, puta si cleric. esset: vt no. in c. fi. de iudi. in 6 vnde sumitur.

h ¶ Maior infante.] Id est, septimo, c. literas & ca. accessit, de desp. impub. minor. ñ. ætas quidquid videt ignorat. l. 1 in fi. C. de fal. mone. Sed dices quam causam spiritualem tractare potest minor infante: matrimon. enim vel sponsa. contrahere non potest, vt dictis iurib. benef. ecclesiast. habere non potest: vt not. in ca. super inordinato de præb. Qualis ergo erit hæc causa? Resp. fortè dispensat. Papæ adeptus est benefic. de quo agit, vel defendit, vel fortè repetit, vel ab eo repetuntur vsuræ, quæ causa saltem largè dicitur spiritualis, vt per Io. Andr. in cle. dispendiosam, de iud. & in c. 3 de vsu. in 6 Vel dicitur natus de illegit. matri. c. tuā, de ord. cognit.

i ¶ Eorundem.] Episc. scilicet, vel officialis.

k ¶ Ab eodem.] Non dicitur delegatus ordinarij, quasi ordinarius hoc delegare non possit ad hoc l. nec quidquam § vbi decretum, ff de offic. proc. fac. not. in c. pen. de test. in integ. c. licet de offi. vic. in 6 & in cap. fi. de iu. in 6 vnde sumitur.

l ¶ Ventilandæ.] Delegata enim causa & omnia delegata videntur sine quibus causa &c. cap. præterea de off. dele. § sed siue sup. tit. prox. Ad causam autē pertinet quòd persona legitima sit in causa: C. qui da. tut. & cura. l. in vniuersis, ergo possunt per quod peruenitur ad illud l. legatur, ff eod.

* Curatorem.] Apud nos ius dandi Tutores & Curatores etiam ad Lites Iudici duntaxat Laico non etiam ecclesiastico competit, quia ex iure ciuili descendit, nec vllus in iure Canonico de tutela vel cura extat titulus. SOLIER.

* Laicus.] Etiam in spiritualibus, cap. 1 & ibi Doctores de procuratorib. in 6 quia procurator se habet, vt nudus minister ac vt dicā declarando mentē constituentis, Flam. Paris. de Resignat. lib. 9 q. 3 num. 13 atque ita Laicus potest procurator constitui ad resignandum, Gloss. in Clem. vnica, in verb. procuratorem de renuntiat. & permutandū Beneficia, Gambar. in cap. 1. nu. 123 in fine de rerum permut. in 6. SOLIER.

m ¶ Laicus.] Etiam purus, & qui nullum penitus habeat ordinem, nec sit ecclesiastica persona 12 q. 1 ca. duo, & c. 1 eo. in 6 & per Spec. in tit. de procurator ver. item quòd est laicus. Sed contra ca. 2 de iud. sol. ibi, nomine proprio, hîc procuratorio, die vt habetur plenè in dict. cap. 1.

n ¶ Habetur.] l. mutus. § 1 vbi de hoc ff eo. & instit. per quas person. idem in teste, l. 1 ff de test. Idem in matrimonio, cap. cum apud de sponsa.

Et tam vnus. CASVS. Cum quidam ad victoriam in iudicio consequendam voluisset plures procuratores Io. Bap

Si duo dati sint procuratores in solidum, occupantis erit melior conditio, nisi in mandato sit comprehensum contrarium: quo casu solùm altero non valente, vel nolente prosequi: poterit inchoatum negotium suscipere: nisi is, qui non prosequitur alium substituerit. Si non sint dati in solidum, vnus sine alio procedere non poterit. h. d.

Et tam vnus, quam plures possunt in vna causa constitui procuratores. Si tamen duo simul [a] non adiecto, quòd in solidum sint procuratores, constituantur, vnus sine altero non admittetur. [b] Sicut si sint in solidum constituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem [c] negotium primus occupauerit. [d] Et dominus litis factus alterum excludet, nisi constituens dixerit, quòd occupantis [e] conditio melior esse non deberet. Tunc enim si eum qui occupauit, aut legitimè impediri contingat, aut prosequi fortè nolit, poterit alter negotium ab alio inchoatum [f] suscipere, ac perficere, dum tamen ab alio alius [g] non fuerit substitutus.

Procurator constitutus etiam ad ea, quæ speciale mandatum exigunt, non potest explicare ea, quæ exigunt mandatum speciale: nisi in procuratorio sit facta expressio aliquorum articulorum speciale mandatum exigentium, quo casu etiam non expressos articulos poterit exequi procurator. h. d.

Sed siue vnus sit procurator, siue plures, siue mandati diligenter [h] custodiendi erunt, vsque adeò vt si generaliter quis ad omnia

constituere, dubitauit an sibi id expediat, siquidem pluralitas personarum videtur negotiorum expeditionem impedire, cum plures personæ difficilè simul conueniant. sol. tamen prout habetur, in præsenti text. quia facilius res conseruatur, vel recuperatur à pluribus quam ab vno: non obstat obiectio, quia ipsa locum haberet quantum ad actum in vnum conueniendi, secus verò quo ad modum rem procurandi. Notat. primo, quod mandatum procuratorium non habet certam formam ob diuersam, & liberam voluntatem constituentis. Not. secundo, quod clausula in solidum in instrumentis aliquando non præsumitur, nec intelligitur, nisi expressè dicatur, de qua re vide gloss. 1 super § si plures, institut. de fideiuss. Not. 3. quod in pari causa melior est conditio occupantis, hinc not. vnam intelligentiam ad regul. quod ius ciuile fit scriptum vigilantibus l. pupillus in final. ff. quæ in fraud. credi.

a ¶ Simul.] Secus si in diuersis temporibus, quia constituendo secundum videtur primù reuocare l. si quis tamen § final. ff eodem, cap. non iniustè, eodem etiam si secundus nolit suscipere mandatum, arg. § posteriore, institut. quib. mo. testa. infir. & not. in cap. si duo. eodem in 6. nisi quis exprimat se nolle primum reuocare, fac. l. si quis pluribus, ff de leg. 1 & cap. si quem, eodem in 6 limita tamè hoc duobus modis, vt per Peru. in cap. si quem, § 1 eo. in 6.

b ¶ Non admittetur.] Quia hi duo censentur pro vno, cap. penul. § 1 de electio. in 6 aliud in exequutionibus vltimarum voluntatum, ca. fin. de test. & in causis spiritualibus cap. si duo l. decreto, ff de admini. tuto. & in his est hoc de benignitate receptum no. in dict. cap. si duo.

c ¶ Contestationem.) Quia tum demum videtur agi. l. amplius, ff de rem. rat. hab. facit cap. relatum, de off. deleg. Interdum is dicitur occupare, qui prius ad sententiam deuenit, l. si vero, ff de pecu. l. si quis à multis, ff de noxal. & not. in cap. si duo. eodem in 6 vnde sumitur.

d ¶ Occupauerit.] In bona significatione, sic 7 quæst. 1 cap. factus est Cornelius, aliàs in mala capit. generali de electio. in 6.

e ¶ Occupantis.) Et nihilominus tunc contra voluntatem Domini melior fiet conditio occupantis cum alius non admittatur, nisi eo, qui occupauit, impedito, vel agere desistente: quia constituens in totum statum iuris immutare non potest, cap. requisisti, & cap. tua de test. l. nemo, ff de legat. 1 si ergo non valet in totum, vt ager, valet quomodo valere potest, fac. cap. 1 § 1 de despons. impub. & not. in capit. si duo eodem in 6.

f ¶ Inchoatum.) Simile in capite cum in plures de offic. delegat. in 6.

g ¶ Alius.) Qui cum vices potiores gerat, alium excludet, capite si duo, in fin. eodem in 6 cum conc. ibi allegatis.

Sed siue vnus. Hæc pars continet regul. cũ quibus. limitation. vnde in ea Casvs. Ita in *Io. Bap. communi* figurari debet. Quidam fuit constitutus procurator ad possessionem beneficij *consequendam*, & *ad* omnes, & quascumque alias causas, qua de re volebat in qualib. causa indifferenter, & coram quolibet iudice litigare, ac etiam & alios procuratores substituere: ad hoc autem mouebatur, quia voluntas constituentis, quæ attendi debet iuxta leg. diligenter, ff mandati, videtur id concessisse, alioquin potestas procuratoris non penderet à voluntate constituentis. Solut. tamen prout hîc legimus, quia in quibusdam causis voluntas constituentis non præsumitur, in quibusdam verò natura ipsarum id non permittit, qua ratione suadente etiam obiectio videtur cessare: No. aliquando extendi, & aliquando restringi, quòd facit ad intelligentiam regular. suprà positam paragrapho quin etiam in final. eodem. Notat. secundo, grauiora in dubio non dicuntur demandata; quæ autem sint ista in text. adnot.

h ¶ Diligenter.] Leg. diligenter. digestis mandat. & paragrapho sed sicut, supra titul. proximo, capitulo cum dilecta de rescriptis, cap. venerabili de officio delegat.

§ fin. eo. in 6 & in tutoribus, tat. primo, mandatum

etiam speciale mandatum [a] exigentia constitutus procurator fuerit, ex vi generalitatis huiusmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum speciale exigitur admitti non debeat, [b] nisi clausulam generalem quorundam articulorum speciale mandatum exigentium subsequatur expressio, puta transactionis, & iusiurandum deferendi. Tunc enim & non expressos [c] casus mandatum complectetur. [d]

Mandatum non complectitur maiora, quam sint in procuratorio expressa. h. d.

Crimina tamen, vel defectus in personam electi, [e] siue eius cuius fauore, vel facienda, vel iam facta est prouisio, nec huiusmodi generalitatis, vel expressionis [f] obtentu, opponendi facultas competit, nisi super hoc aliud in mandatis [g] habeat. Nam huiusmodi generale mandatum grauiora, [h] vel maiora [i] quàm in ipso procuratorio sint expressa, non complectitur.

Procuratori ad negotia liberum est quandocunque substituere, procuratori verò ad iudicia substituitur solum in casibus hic expressis. hoc dicit.

Sed & illud non est ommittendum, quòd licèt procuratori ad negotia [k] liberum sit alium quandocumque constituere. [l] Iudiciario tamen minimè id concedi, nisi aut lis fuerit contestata, [m] vel in rem suam [n] datus sit, vel à domino substituendi fuerit concessa potestas: [o] quo casu etiam non expressam personam poterit in procuratorem eligere.

Regulariter in causis criminalibus non potest interuenire procurator. h. d.

a ¶ Speciale mandatum.] Quæ sint ista, per Specul. in tit. de procur. n. 4 & per Doct. in ca. qui ad agendum, eodem in 6. & instit. de his per quos agere possumus.

b ¶ Non debeat.] Vnde non valet tantum genus quoad speciem, quantum species ipsa, fac. c. 2 de appel. & l. Pomponius, & quod ibi not. ff eod. in princ. & capit. si sacerdos, de offic. ord.

c ¶ Non expressos.] Non tamen omnes: quia matrimonium nec tunc contrahere poterit, ca. fin. eod. in 6 nec contra electum, vel prouisum crimina, vel defectus opponere, clement. non potest, eodem not. in capit. qui ad agendum, eod. in 6 & § crimina infra eo.

d ¶ Complectetur.] Fac. ad hoc quod not. per Legi. in l. sed & si § quæsitum, ff si quis cautio: dum dicunt quod renunciatio casus fortuiti non valet quando est generalis, & nullus casus exprimitur: secus si aliqui exprimuntur: vt etiam not. in cap. qui ad agendum, eo. in 6.

e ¶ Electi.] Vel eligendi, ex quo contra certam personam, cap. qui contra certam, de elect. in 6 fac. ad hoc verbum, facienda, & idem dic de postulato, cap. 1 de ele. in 6 & ex hoc quod solum meminit de persona electi, sequitur quod in personas eligẽtium, vel prouidentium iudicum, testium, & his similium posset opponere: nam tales etiam ex probatione non puniuntur, cap. 2 de ord. cogn. vt not. in cle. non potest eo. vnde sumitur.

f ¶ Expressionis.] De qua supra, § proxim.

g ¶ In mandatis.] Quia s. habet mandatum opponendi crimina, & defectus contra electum vel prouisum: necesse, quod crimina vel defectus specificentur in procuratorio, & in hoc differt procurator solum excipiens, vel opponens ab appellante, ille enim habere debet crimina, & circumstantias specificatas in procuratorio, c. procurator de ele. in 6 & not. in cle. non potest eod.

h ¶ Grauiora.] Concor. cap. sedes, de resc. vbi per antiquos, & modernos materia latissimè tractatur.

i ¶ Maiora.] Concor. l. fin. ff de vi. tri. & oleo leg. & l. Plautius ff de auro, & arg. leg. & d. 12 c. nos consuetudinem, & c. scriptum, de ele. Sed cum anima sit corpore prætiosior, c. cum infirmitas, de pœn. & remi. ergo expressa iuramenta, quæ ligant animam ad pœnam æternam grauiora videntur, quam isti defectus, qui ligant corpus ad pœnam temporalẽ. Solu. anima constituentis non ligatur ad periurium per procuratorem, nisi constituens sit in culpa, vt not. in cle. non potest, eod. & dic vt habetur in c. fin. de iureiur. in 6.

K ¶ Ad negotia.] Idem si datum sit ad vnum negotium, l. 3 ff de neg. gest. & l. 1 ff eo. fac. l. 2 § quod ait, ff de vi. bonor. rapto.

l ¶ Constituere] Cap. 1 § fi. eo. in 6 hoc tamen non procederet in casu ca. fi. eo. in 6 & not. in d. § fi. Sed quæ est ratio huius differentiæ inter iudiciarium, & extraiudicialem procuratorem? Resp. secundum Bart. in l. pen. § accessio. ff de duer. & tempo. præscri. quia in iudiciario videtur electa industria personæ. arg. l. inter artifices ff de solut. secus in extraiudiciali. Alij aliam rationem afferunt, vide per Perus. post Bal. & alios in d. § fin.

m ¶ Contestata.) Scilicet, ab ipso procuratore, qui vult sustinere. Aliud enim videtur esse si post litem à domino contestatam fuisset quis datus procurator: quia tunc non posset substituere, cap. 1 § pen. vbi not. eo. in 6 conc. l. nulla, & l. neque, & l. pen. C. eod. & l. in causæ, ff eo. & quod ibi dicitur, intellige verum cum simpliciter fuit datus procurator, vel non expressè prohibitus: vt not. in d. cad. 1 § 1 alias pen.

n ¶ In rem suam.] Putà, quia mihi nomine donationis sint actiones cessæ, & datus sim procurator ad eas intentandas, l. illam, C. de dona. & potest dari procurator in rem suam, etiam ex parte rei, de quo dic, vt no. in l. Plautius ff eod.

o ¶ Potestas.] Tunc enim videtur substitutus, vel datus ab ipso domino ad hoc l. item eorum § decuriones ff.

quod cuiusque vni. nom. & habet locum hoc etiam si in concessione huius potestatis non sit expressa certa persona, c. 1 § 1 eo. in 6. Argument. contra in l. item si vnus, § si in duos, ff de arb. & cap. innotuit eo. tit. Sol. vt no. in d. c. 1 § 1.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro declaratione huius textus firmanda est regula, quod procurator ad iudicia ante litis contestationem nó potest substituere, l. si procuratores § si quis mandauerit ff mandati l. quod quis C. de procurat. Gail. lib. 1 practic. observat. cap. 74 n. 11 quamuis non haberet mandatum substituendi tamen domibus promisit habere ratum quidquid gestum fuerit per procuratorem, aut substituendum, nam per hæc verba non videtur data potestas substituendi Felin. in capit. licet col. 2 de offic. ord. Ann. sing. 411 post litem cõtestatam potest alium procuratorem substituere in vigore mandati, sed quia effectus est dominus litis arg. capit. is, qui de procurat in 6 vt probatur in d. cap. quod quis, quod quomodo declaratur vide quæ scribam ad l. quod quis.

Procurator vero ad negotia potest quandoque alium substituere l. si procuratorem, § si quis mandauerit ff mandati capitulo primo, § fin. de procurat. in 6 l. 1 § magistratum, ff de exercit.

Non tamen in omni iudicio procurator interuenire potest. In criminalibus enim causis, neque accusator, nec accusatus, nisi per se ipsos impetere, [a] vel defendere [b] permittuntur: [c] nisi vel ab illustri propulsanda sit iniuria: [d] aut rei contumacia sit excusanda: [e] vel contra accusatorem sit excipiendum: [f] aut de leui crimine [g] tractetur: aut si de graui agendum sit, ciuiliter [h] agatur.

Clerici & monachi non possunt esse procuratores. h. d.

Sed nec omnes ad procurationis officium temerè admitti debent: Ideoque Episcopus, & vniuersi sacerdotes cùm ad solam Dei laudem, piorumque operum actiones sint constituti [i] ab huiusmodi ministerio excludendi [k] erunt.

Monachi non possunt esse procuratores, nisi propriæ Ecclesiæ vrgente necessitate, & superioris iussu. h. d.

Idem quoque obtinet in monachis [l] * nam & illos, cùm solitariam vitam degere sed hæ personæ § 1 ff eo. de quibus & de alijs dic, vt per Spec. in tit. de procuratore, & latè per Dect. in cap. veniens de accu. & in c. si quando 5 q. 3 & in l. penul. § fi. ff de pub. iud.

Sed nec omnes CASVS in hac parte ita in communi figuratur. Cum procurator regulariter cõstitui soleat aliquis idoneus amicus, propterea quidam intendebant constituere procuratores tam clericos, quam monaches tam excommunicates, quam alios omnes suos amicos, putantes id sibi esse licitum argu. cap. fin. de postulan. fin. licèt procurare pro coniunctis prout d. ca. habetur etiam pro amicis videtur id esse permissum: excommunicatio vero si impediret agere, tolleret ius partis, quod esset contra rationem. Solut. tamen vt hic habetur quia dicit Apost. quod clerici, & monachi non debent immiscere se rebus secul. & excommunicatione excludi hominem à communione, non obstant obiecta, quia quoad primum non est par ratio inter coniunctos, & amicos, sed quatenus esset, verificaretur, in casu necessitatis, vt tex. decet: excommunicatio autem non tollit, sed solum suspendit ius partis. Not. primo quod ratione professionis, vel conditionis personæ nõ vnicuique: quolib. officium est imponendũ: Not. secundo quod excommunicatio non tollit ea. quæ sunt iuris naturæ. *Io. Lap*

a ¶ Impetere.] Accusator.

b ¶ Defendere.] Accusatus.

c ¶ Permittuntur.] Capit. veniens de accusat. capitulo tuæ, eo. 5 quæstione 3 capitulo in criminalibus, & 2 quæstione 6 capitulo si quando, & l. penult. § fin. ff de public. iudi. & 9 quæst. 9 capit. abluens.

d ¶ Iniuria.] 3 q. 9 § nisi & l. fin. C. de iniur.

e ¶ Excusanda.] l. pen. § fin. ff de pub. iud. & capit. veniens de accusa. & 23 quæst. 5 capitulo reos, & capit. cum dilecti, de dolo, & contu.

f ¶ Excipiendum.] Habetur in capit. veniens, & in cap. de his, de accusa.

g ¶ Leui crimine.] ff de accus. l. leuia. Idem si non excedant pœnam relegationis: quia fortè tunc videntur leuia, l. 1 ff an per alium causa appellat. & pro intellectu huius materiæ dic, quod delictorum quædam sunt leuia, quædam grauia, quædam graui ora, quædam grauissima, & quæ sint ista, vel illa, declara magistraliter, vt per Abbat. in capit. tuæ, de pœn.

h ¶ Ciuiliter.] Cap. tuæ, eod. cap. super his, de accus. & habentur in hoc § quinque casus, in quibus cum agatur de crimine tamen admittitur procurator: adnumetantur tamen & alij, vt crimin. suspecti tutoris, l. non solum, § fin. ff eo. Item cum agitur de ingratitudine l.

i ¶ Constituti.) Vt 5 q. 3 c. quia episcopi, alias fina.

k ¶ excludendi. Vt in § Deo autem amabiles, authen. de sanct. Episc. imò nec tamquam principales possunt, vel debent interuenire, 5 q. 3 cap. quia episcopus, & per Host. in sum. eo. § quis dare, & § sunt autem cuædam, & hoc duplici ratione, primo per eam, quæ hic ponitur, & in l. omnes C. de episc. & cle. Secundo, quia causæ, & lites materiam criminibus creant, l. properandum in princ. C. de iud. fac. cap. vni. de synd. & 2 quæst. 7 capitul. sicut, fac. etiam quod exercentes lites nomine alieno videntur quodammodo esse infames, not. in § fin. instit. de excep. & an indistinctè clerici repellantur ab officio procurandi, per Abb. in cap. sed nec, & in capitul. sicut, ne cler. vel mona. & in capitu. per venerabilem, qui fil. sint leg. & in cap. cum essent de fim. & in cap. 1 de fide iusso.

l ¶ Monachis.] Concord. cap. 1 de synd. & 16 quæst. 1 capit. qui verè, & cap. monachi.

* Monachis.] Abbates tamen & similes Prælati regulares possunt constitui procuratores in foro Ecclesiastico vt in cap. primo de postulat. Prælat. cap. per venerabilem, & ibi Panorm. qui filii sunt legit. sed

non in foro sæculari argum. cap. 1 & 2 ne Clerici vel Monach. nisi in causis ciuilibus, & pro miserabilibus personis vel coniunctis, vel pro Ecclesijs suis, cap. vltim. de postul. Simplices verò Religiosi non possunt procuratores constitui nisi duobus interuenientibus scilicet Abbat. imperante, & vtilitate monasterij suadente, ca. Monachi 2. 16 quæst. 1 vel de mandato solius Episcopi vbi est vtilitas Monasterij, Can. qui vere, 16 quæst. 1 tam in ciuilibus quam in criminalibus in foro Ecclesiastico, etiam pro laico patrono, vel principe, vel magno defensore, siue vtili amico monasterij, Innocen. & Hostiens. in capit. cum I. & A. dere iudic. & in ciuilibus & non criminalibus in foro sæculari, argum. d. cap. 1 & cap. 2 ne clerici vel Monac. Henric. Boich. *in d. cap. cum I. & A.* SOLIER.

Limitatur secundo, in Abbatibus priorib. ac alijs superiorem religiosum non habentibus Hostiens. in cap. sopita de test. Bohic. in c. cum pro causa de procurat. Iacob. in l. seruus n. 3 C. de iudic.

Limitatur tertio, quando is pro quo procurationem suscepit esset valde amicus monasterij, & monasterium ex tali procuratione defumit, vt latè Grass. in tract. de effect. amic. affect. 116 per tot. Cepol. consil. 21 n. 7 lib. 1 in ciuil. d ¶ Clericis.] Sed cum multiplex sit ordo clericorum, vt sup. de iur. person. per tot. de quibus clericis intelligitur quod hic dicitur? Resp. de omnibus sed secundū distinctiones quæ ponuntur per Do. in c. 1 & in c. si de postul.

profiteantur, à forensi strepitu, ac litigijs summoueri conuenit. [a] Planè monasterij exigente vtilitate, vel necessitate, & Abbatis accedente Imperio [b] ad procurationis officium accedere minimè prohibentur. [c]

Clerici regulariter coram sæcularibus iudicibus postulare non possunt. h. d.

Postulandi quoque officium clericis, [d] qui stipendijs sustentantur Ecclesiasticis [e] coram sæculari iudice in sæcularibus negotijs [f] interdicitur: [g] nisi propriam

a ¶ Conuenit.] Et ideò constituendum est alicui salarium, vt extricet negotia monasterij, expedit enim modico incommodo magnam redimere vexationem cap. 1 de synd. cap. qui verò 16 q. 1.

b ¶ Imperio.] 16 q. 1 cap. monachi, & sic non sufficit vtilitas ecclesiæ, licèt enim aliquid bonum, & vtile sit, non tamen est agendum, nisi eo modo quo fieri debet, 11 q. 3 cap. quid ergo, & 12 q. 2 ca. quatuor & cap. non oportet, de const. d. 5 & l. 3 § in bello ff de re mil. & no. in d. c. monachi. Et de hoc, an scilicet monach. possit esse in iudicio sine licentia Abb. in cap. dilecta de reser. & in cap. olim, & in cap. ex parte, de accus.

c ¶ Prohibentur.] Sed contra d. c. 1 de synd. vbi monasterium potius cogitur non monacho constituere salarium, quàm monachos occupare. Solu. quod ibi dicitur habet locum de honestate, non de necessitate. Quid enim si monasterium ob paupertatem non habet, vnde salarium commodè soluere possit? & ita tenetur communiter in d. c. 1 sed an sine mandato potest pro ecclesia interuenire? & videtur, arg. l. exigendi, C. eo. sicut miles procurat causam sui numeri, qui aliàs non potest [illegible] vt Theo. l. filius fa. Tu dic contra, cum monachus non possit cauere de rato, ratione fortè, nec synd[illegible] arg. not. in dict. c. 1 nec etiam potest præstare cautionem de iudicato soluendo, vt no. in ca. monachi, 16 q. 1 gestum tamen vtiliter ab eo posset ecclesia ratum habere, secus fortè in clerico sæculari, vt not. in c. 1 eo. & fac. cap. Nicolao de appel.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § quod monachi non possint esse procuratores, nisi propriæ ecclesiæ. & ratio est, quia monachi, ac cæteri regulares dicuntur mortui mundo Galeatt. inmargarit. iur. lib. 1 cap. 1 num. 25 Iacob. de S. Greg. in l. seruus nu. 3 C. de iudic. qui monachi, ac regulares non solum vti alterius procuratores verum etiam nec nomine proprio poterunt stare in iudicio sine licentia sui superioris Anch. in cap. Nicolao n. 1 de appel. Turrecrem. in c. nullus n. 1. 2 q. 6 Iacob. in loco proximè citato nu. 6 & ibi Add. in lit. A. cum alijs quos addicit Nepos de Montealbano in libell. de except. tit. 5 vers. item monach.

Limitatur primo, hæc conclusio in causa monasterij, quia in eo monachus poterit esse procurator de mandato sui Abbatis, prout text. noster ait, & cap. insuper de test. ca. monach. li. 2. 16 q. 1.

d ¶ Postulandi.] Quid si non habet beneficium ecclesiasticū, & tamen est in sacerdotio, vel sacris constitutus, an possit postulare, vt inde viuat? quidam quod non, quia poterit hic agere contra episcopum, vt sibi prouideat de beneficio, § 1 sup. de præb. vt no. in c. 1 de postul. Contra tenet Host. & Ab. nam si clericus propter indigentiam licitè exerceat opus rurale c. 1 de cel. mis. & licitè emit materiam, vt in formam traducat, arg. eorum, quæ no. in cap. canonum 14 q. 4 multo decentius poterit postulare, cum hoc sit dignius munus, l. aduocari, C. de adu. diuer. iud. Nec quidquam obest quod possit agere contra episcopum, quia fortè non possit obtinere, vel propter impotentiā, vel indigentiam episcopi vel ob aliam causam, idem diceremus in eo, qui non haberet sufficientia stipendia, arguendo de toto ad partem.

e ¶ Ecclesiasticis.] Quid si exerceant, an amittent beneficium, vel officium? Resp. negatiuè, c. 1 & c. fin. de postul. immo nec si exerceant tabellionatum, qui est vilior, vt per Ab. in capit. sicut ne cler. vel mo.

f ¶ In sæcularibus negotijs.] Secus igitur in ecclesiasticis, & dicitur negotium ecclesiasticum ratione personæ, vt quia persona ecclesiastica sequendo forum rei litigat coram sæculari. Item ratione delicti, vt quia pro sacrilegio vult ecclesia conuenire laicum coram iudice sæculari, cap. cum sit de for. compet. Item ratione rei, de qua agitur, vt quia res est ecclesiæ, vt per Abb. & Hostiens. in c. 1 de postul.

g ¶ Interdicitur.] Quid si exerceant, an amittent beneficium, vel officium? Resp. negatiuè, c. 1 & c. fin. de postul. immo nec si exerceant tabellionatum, qui est vilior, vt per Ab. in capit. sicut ne cler. vel mo.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc, § clericum regulariter coram sæcularibus iudicibus postulare non posse, vt habetur in cap. denique 24 q. 3 cap. prolatum 88 dist. cap. fin. de postulan. d. placet, C. de episcop. & cleric. glos. in cap. fi. 5 quæst. 3 vbi communiter omnes DD. & ratio esse potest, quia esset dedecus, & opprobrium clericalis dignitatis, si clerici se ingererent disceptationibus forensibus iuxta notata in l. repetita C. de episcop. & cleric. Pœna aūt clerici recipientis procurationes generales ad iudicia est, vt possit deponi, vel excommunicari Zeceh. in tract. de priuil. eccl. priuileg. 132 n. 10 Abb. in cap. sed nec n. 1 c. 5 & 6 ne cleric. & monach. & ibi Anchar. num. 1 & etiam peccaret generaliter ex quo agit id, quod est si ibi interdictum Zecc. in tract. prædict. priuileg. 115 num. 3 & licet clericus procurator generalis possit deponi, vel excommunicari, non tamen amittit priuilegium fori ecclesiasticī, nisi fuerit ter monitus vt à talibus desistat, vel semel in Synodo generali diœcesano idem Anchar. in d.

in d. cap. sacerdotibus num. 4 ne cleric. vel monach. Ab. in ca. sicut te nu. 3 eod. tit. vbi dicit quod nec isto casu proterit priuari beneficijs ecclesiasticis.

Ampliatur vt nec etiam possint esse procuratores generales ad lites alicuius magni viri, alicuius ciuitatis vel vniuersitatis, not. omnes, & præcipuè Ioan. Andr. in ca. sed nec ne cle. vel monach. Maiol. de irreg. libro secundo, capitulo quinto, numero decimo quarto, circa med.

Limitatur primò in causis proprijs in quib. clerici non prohibentur esse procuratores c. 1 de postul. prælat. ca. omnibus 4 quæst. 6 ca. 1 ne clerici vel monach. Capr. regul. 95 nu. 2 Fusc. in singul. in litera c. numero 91 Cæpol. consilio 21 numero primò, libro primo.

Limitatur secundò vt licèt clericus non possit esse procurator generalis iudiciarius attamen non prohibetur esse in vno negotio tantum in causis ciuilibus Fely. in cap. cum l. & A, num. 1 de re iud. & in cap. 2 num. 2 de iudic. cappel. Tolos. decis. 131 vbi Aufrer in addit. Ab. in cap. nostra numero 1 de procurat. & in cap. 1 num. 4 de fideiussor. Cæpell. cons. 21 nu. 6 in ciuil. libro 1 qui dicit hoc procedere tam si negotium spectat ad clericum, quam ad laicum Maccabr. consil. 18 numero 276 & 277 vbi asserit quod iura quæ prohibent, vt clericus non possit esse procurator intelliguntur de procuratore generali Barto. in l. placet num. 1 C. de episc. & cleric. & in l. filius familias § veterani, numero 2 de procurat. Et intelligas, vt possit esse procurator in vno negotio successiuè hoc est quod expedito vno non prohibetur procurare in alio dummodo non vigeat eod. tempore Dec. in ca. constitutis li. 1 num. 3 de appellat. Sed si negotium esset ita intricatum, inuolutum, & facili posset distrahere prout si essent multa, tunc nec illud vnicum procurare poterit Franc. in ca. 2 num. 4 de iud. Maiol. in tractat. de irreg. lib. 2 cap. 5 num. 14 versiat si illud. vnum.

causam, vel ecclesiæ suæ [a] prosequuti fuerint vel nisi vrgente necessitate pro coniunctis, [b] aut miserabilibus personis [c] postulare velint. [d]

Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno possunt esse in iudicio nisi ad defensionem. hoc dicit.

Hi verò qui excommunicationis vinculo innodati sunt, non solum procuratorio nomine iudicio interesse non possunt, [e] verum etiam nec proprio. Auctore tamen impugnante, excommunicato reo legitimæ defensionis copia [f] non est adimenda.

Procurator vniuersitatis in qua sunt excommunicati, non potest à iudicio repelli, nisi tribus casibus. h. d.

Sed bellè dubitari contigit, an vniuersitatis alicuius procurator, ex eo repelli debeat, quod maiores, [g] & iurati, [h] per quos ea-

a ¶ Vel ecclesiæ suæ.] Not. ergo ex hac litera, quod causa ecclesiæ non dicitur propriè causa Rectoris, & hinc est quod in causa ecclesiæ suæ potest quis esse iudex 2 qu. 7 cap. si quis erga, & de hoc latè in c. cum venissent. de iud.

b ¶ Pro coniunctis.] Sed nec pro coniunctis personis semper procurare, vel postulare poterunt, vt si simus in casu, in quo speciale mandatum requiratur, vt not. in ca ex parte decani de rescrip. Idem si id fieret contra voluntatem absentis. Idem in cap. constitutis eo. & l. Pomponius, in fin ff eod. Sed an quod hic dicitur possit intelligi de coniunctione spirituali: vt quia vnus canonicus possit procurare, aduocare literas impetrare pro suo canonico, aut compater pro compatre? Resp. vt iusè de hoc traditur in cap. consulti. eod. in cap. 2 & cap. fin. de postul. & in cap. nonnulli de resc. & per Archid. & alios in cap. statutum § cum autem de reser. in 6 Sed an naturales tamen, vel aliàs spurij possint in hac materia appellari coniuncti? Resp. vt not. per Abb. & alios in cap. nonnulli, § sunt, & alij de reser. vbi latè habetur.

c ¶ Personis.] Quæ sint miserabiles habitu & actu, vt non solum sint miserabiles, sed etiam pro se ipsis non possint postulare, vt sunt viduæ, orphani, & diuites qui non reperirent aduocatum, vt per Ab. in cap. 1 de postu. & in ca. postulantibus, de offic. deleg.

d ¶ Velint.] Quibus casibus possunt, sed tamen debent hoc gratis facere, vt dicit Hostie. sequitur Ab. in capit. 1 ne cler. vel monach. cũ permittatur hoc eis ex pietate. Sed tu de hoc die, vt latius per Ab. in cap. 1 in fin. de postul. vbi habes etiam an in criminalibus possit pro parte rei, & ad defendendum interuenire sine metu irregularitatis.

e ¶ Non possunt.] Cap. intelleximus, de iud. vbi latè traditur. c. excõmunicamus, § credentes de hær.

f ¶ Copia.] Cap. inter priorem & c. venerabilem, de except. vbi traditur ordinariè. Sed quid dicemus de infami an possit esse procurator, œconomus, vel syndicus? Respondeo, vt latè traditur per Ab. in ca. Imperatorum de iur. cal. in fin.

[ALOYSIVS RICCIVS. Excommunicatus nec proprio nomine nec alieno potest esse in iudicio nisi ad defensionem. hoc dicit, Sed pro regula habeas cõstitutum quod licet excommunicatus in propria persona possit se defendere, vt in cap. inter propriam, & cap. venerabilem extra de except. non tamen potest agere vel procuratorem ad agendum constituere, ad defendendum tamen potest & cogitur procuratorem dare cap. intelleximus de iudic. Afflic. decis. 268 num. 3 Rot. in antiqu. decis. 31 Rot. in nou. decis. 400 & 454 Cappell. Tolos. decis. 143 licèt contrarium teneant glos. in d. capite intelleximus Ab. Panormit. in capite fin. extra de procura: & Turzan. opin. 126 sed prima opinio videtur esse verior tutior, & melior ad fauorem excommunicati, vt cogatur procuratorem constituere, vt ad salutem reducatur, quam amplia quod si principali superuenit excommunicatio repellitur illius procurator cum ad principalem pertineat commodum, vel incommodum argu. cap. biduum § palam 2 quæstio 6 Capell. Tholos. decis. 385 & Aufrer. ad eandem Capell. Tholos. decis. 143.

g ¶ Maiores.] Præsidentes rectores, seu potestates.

h ¶ Iurati.] Consiliarii præsidentes, vel priores, qui sic appellãtur à iuramento quod præstãt de officio fideliter exercendo: non tamen est de substantia vniuersitatis, vt habeat rectorem, & potest esse vniuersitas sine

aliquo cap. secundum Inno. in cap. eum non ignores de præben. & sequitur Abbas in cap. fin. de procurat. vnde sumitur.

Habilitat tempore actus gesti.

a ¶ Tempore quo, & ca.] Not. quòd debet ponderari habilitas agentium tempore actus gesti. Vnde si tempore quo procurator est excommunicatus non reconualescit constitutio sit talis desinat esse excommunicatus, facit cap. post cessionē de probat. & Hostien & Ab. in cap. fin eod.

Excommunicatio an transeat in successorem officii.

b ¶ Innodati.] Sed quæritur, an excommunicatus ratione officii remaneat etiam deposito officio excommunicatus ita vt excōmunicatio transeat in successorem? & videtur non remanere, sed excommunicationem in successorē transire, velut & officium transit, cap. quoniam Abbas de offic. deleg. & § morte supra titu proxim. Cōtrarium est verum, ea. aduersus, de immun. de cles. vbi quod remanet adhuc excommun. olim officialis, vt ibi etiam Abb. not. & fac. cap. Romana. § caueant de sentēn. excomm. libro sexto transiret tamen tunc in successorem, si nollet de delicto commisso per prædecessorē satisfacere Nec obst. cap. quoniam Ab. quia ille text. habet locum quando dispositio concepta sub nomine dignitatis est dignitati ac personæ æquè proportionabilis, quod declara, vt per Ab. in d. ca. aduersus versicul. sed contra hoc, & contra text.

dem vniuersitas regitur, tempore quo [a] iniunctum fuit procurationis officium erant excommunicationis sententia innodati, [b] quasi [c] & illa repelli dēat, cuius non recipiuntur auctores? Et responsum est, huiusmodi procuratorem non repellendum, [d] nisi vel illi ipsi excōicati in literis procurationis essent expressi, [e] vel alias eorum auctoritate [f] procurationis institutio facta fuisset: aut ipsa vniuersitas excommunicationis conscia [g] simul cum eis eundem procuratorem constituisset. [h]

Procurator reuocari potest expresse, & tacitè puta si dominus per se incipiat causam tractare. hoc dicit.

Tamdiu autem durat quis procurator, quandiu is, qui eum constituit, reuocat, siuè expressio? Respon. vt latè per Ab. in cap. fi. eo. vers. Venio ad secundū & est prima regulę limitatio, pro qua fac. liber. nonnunquam ff de conditione & demonst. & ff de reg. iur. l. expressa.

f ¶ Eorum auctoritate.] Puta, quia dicebatur in procuratione, talis communitas fecit Titium procuratorem suum ad tale negotium, & maiores, ac iurati interposuerūt auctoritatem suam, & est secūda limitatio ad regulam, cuius ea ratio est: quia vbicunque interuenit auctoritas, si illa non est legitimè prestita, corruit actus quia auctoritas dat robur actui § tutor. instit. de auctor. tut. & in l. obligati § tutor. ff de auct. tut. & 12 quæstione 2 capite si qua de rebus. Sed auctoritas præstita ab excommunicato non valet vt in cap. ad probandum de re iud. merito, & cæt. Sed contra opponitur, vniuersitas cum sit domina suorum iurium liber in tantum ff de re diuisi. constituit syndicū sine auctoritate superioris capite in causis eodem libro primo ff quod cuiusque vni. no. si ergo non erat necessaria hæc auctoritas superiorum, actus debebat sub isteri, argum. liber vni in prin. Capite de rei vxorem actualem sol secundum Inno. & Abbatem in capite fin. eo. quod ex quo isti de vniuersitate voluerunt, syndicum constituere auctoritate istorum maiorum, & curatorum, videtur non voluisse aliter actum explicare, quam nisi illorum accedente auctoritate, ideoque actus non debet valere, ex quo isti erant excommunicati in actu igitur, in quo de iure non requiritur auctoritas, si fuerit postulata, & interposita à non habente potestatem interponendi non valet actus. Sed contra in capitulo bonæ, 1 de electi, Solut hic deficit voluntas constituentium sine illa auctoritate, secus in contrario, & ex hoc not. intellectum l. prima Ca. de re vxor. actio.

g ¶ Conscia.] Tertia limitatio, pro qua fac. capite scriptum est in fin. de cle. & hoc intellige de inhabilitate propter excommunicationem & omni alia quam constituentes remittere, & purgare non possent secus si defectus esset talis, qui posset purgari, & remitti per habiles: quia tunc admittendo videntur eos habilitare, cum Vintonien. de electio.

h ¶ Constituisset.] Quid si simus extra hos tres casus si obiiciatur aduersariis vniuersitatis quod maiores constituentium, & iurati sunt excommunicati, & sint parati hoc excipiendo probare, poterit nihilominus vigore impetratarum literarum agere? Resp. affirmatiuè si agatur nomine vniuersitatis non excommunicatorum, vt no. in capite fi. eo in fin. Quid si Imperator ipse est excommunicatus? Resp. vt plenè habetur in dicto capite fin.

Tam diu autem. Licet hæc pars posset diuidi in plures partic. quoniam tamen in ea. CASVS valet

c ¶ Quasi, & c.] Hæc ratio dubitandi, pro qua c. licet de testi. & capite cum non licet de prescrip. vbi quod membra à capite ordinantur: sed decidendi ratio est, quia actus geritur nomine vniuersitatis, ius vero vniuersitatis residet penes habiles, etiam si esset vnus solus, vt not. in ca. gratum de postul. prælat. & l. sicut ff quod cuiusque vni nom. inhabiles verò non sunt de vniuersitate, ideo actus gestus sub nomine vniuersitatis non dēt corruere ob interessentiam inhabilium: nam habiles videntur actum gessisse omni meliori modo, arg li. 3 ff de mil. testam. Non obst. adducta pro ratione dubitandi: quia quando actus exercetur ab vniuersitate, præsidentes intersunt. vt singuli de vniuersitate, & actus spectat ad vniuersitatem principaliter, quòd intellige quoniam ius vniuersitatis non est translatum per petuò in præsidentem, nec est principaliter penes præsidentem iure proprio, sed iure vniuersitatis: nam tunc secus, vt per Abbat. in cap. aduersus, versic. primo igitur. de immun. eccles. Quid si actus explicatur à pluribus, vt à singulis & non nomine collegij? Dic quod si inter eos est aliquis inhabilis, non valet actus, ex quo habilis, & inhabilis exercent actum indiuiduum & inseparabilem casus in ca. cum semper de offic. deleg. & l. Pædius, alias parui. ff de arbi. Cessat enim hoc casu ratio quæ militat. in vniuersitate.

d ¶ Non repellendum.) Hæc regula pro qua capite si eod. cap. nobis, vbi not. Ab. de simo.

e ¶ Expressi.] Sed qualiter erit intelligenda hęc

commodè in communi adnot. propterea est animaduertendum, quòd cum exceptio procuratoris sit frequens, & sæpè in iudicio opponatur, hinc est quod quidam dicebant procuratorem non esse audiendum, cum sit reuocatus tacitè, vel expressè : quidam verò opponebant mandatum fuisse refutatum, nec vnquam post refutationem acceptatum : quidam denique dicebant idem mandatum morte esse finitum, & ideo omnia gesta inde facta esse nulla, vnde fuit dubitatum huiusmodi exceptionibus siquidem mandatum cum sit contractus quidam tot. tit. ff mandati, non videtur posse reuocari l. sicut C. de act. & oblig. Sed si posset non debet iterum posse acceptari per reg. quod semel. de reg. iur. in 6 cum talis procurator si mortuus fuerit per hæredem repræsentetur auth. de iuram. à defun. præstit. nec etiam morte extingui. Sol tamen prout in tota hac parte habetur, quia huiusmodi mandata regulariter fiunt in gratiam constituentis, & in eis industria personæ eligitur, quæ libertatem habet acceptare, vel refutare mandatum cum solum in certis casibus posset ad id cogi, vt supra suo loc. adnot. Non obstant obiecta siquidem ad primum respondetur per primam, rationem adductam propter quam d. l. sicut aliquando recipit limit. ad secundum verò quo d. regul. quod semel. esse intelligendam vbi posset considerari damnum alterius, secus aliter ad tertium denique ob industriam personæ debet limitari. Nota. primò, quòd quæ dependent à voluntate vnius tantum, & in esse, & in conseruari ab illa regulatur quod facit pro testamentis. Nota. secundò, quod in dubio præsumitur, quod homo persistat in illa voluntate, in qua fuit à principio, nisi aliter apparet, & ideo gesta per procuratorem reuocatum, & non denunciatum regulariter tenent. Not. tertiò, quod in voluntate habemus explicamus aliquando tacitè, & signis, & aliquando expressè, & verbis. Nota. quartò, argumentum quod obligatio alicui absenti facta non tenet, nisi ab eo fuerit tacitè, vel expressè ratificata, aliter non tener.

expressè, siue etiam tacitè * vnde si tu [a] Titium simpliciter [b] procuratorem constitueris, isque in iudicio procuratorio nomine esse cœperit, deinde tu siuè ante litem contestatam, siuè post, [c] ad causam ipsam venias, non vt ipsi assistas, [d] sed vt causam eandem tractes : tractando causam Titium procuratorem reuocare censeris. [e] Nisi quod non animo reuocandi facias, vel expressè professus fueris, [f] vel ex aliquibus appareat coniecturis. [g]

Actus præcedens subsequentem limitat, & interpretatur. h. d.

Sed si eundem Titium sub ea forma : Quoties te abesse [h] contigerit, procuratorem constitueris ; & postmodum per te ipsum causam tractes, non propterea tamen

* Siue expressè, siue etiam tacitè.] Debet tamen reuocatio siue expressa sit, siue tacita procuratori intimari, alias non valet, l. si mandasset ff mandati, cap. mandato de procurat. gloss. vlt. in c. nec illud, 30 q. 5 nisi procurator præsens, & sciens sit, cap. si quem & ibi gloss. de procurat. cuius exceptionis replicatio est, nisi post litem contestatam procurator reuocetur inuitus, quia tunc reuocatio de iure non tenet, cap. 2 de renunt. in 6. quamuis apud nos valeat. SOLIER.

a ¶ Vnde si tu.] Prosequitur solum modo membrum tacitæ reuocationis : quia de expressa non videbatur difficultas.

b ¶ Simpliciter.] Non addendo, s. quoties me abesse contigerit, vel aliam similem conditionem, vel modum, vt infra § proxim. & in capite si quem eodem in 6.

c ¶ Siue post.] Contra cap. 2 eodem in 6 solu. illud quando procurator non contradicit per procuratorem vt latius not. in capite si quem eod. in 6.

d ¶ Assistas.] Quod poteris etiam procuratore tuo inuito, cap. 2 eod. in fin. & l. Paulus, ff eod. & l. si suspecta de inoff. test.

e ¶ Censeris.] Cap. si quem, eod. in 6 tam si Dominus ineipiat causam tractare in prima instantia, quam si in secunda secundum Perus. post Rom. in d. cap. si quem. Idem in procuratore substituente aliũ procuratorem.

f ¶ Professus fueris.] Notat. ergo secundum Perus. in d. capite si quem quæ etiam protestatio contraria facto iuuat protestantem, quando factum est contrarium protestationi præsumptiuè tantum, non verè, & expressè : cum hic possit reuocare procuratorem id exprimendo & not. quod protestatio saluat quod sine ea perderetur.

g ¶ Coniecturis.] Quæ coniecturæ ponuntur in cap. si quem in fin. eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Procurator reuocari potest expressè, & tacitè, expressè verbis expressis, tacitè verò si Dominus per se incipiat causam tractare h. d. adde quod dicitur etiam tacitè reuocari procurator per dationem procuratoris generalis, vt per Rot. in nouiss. decis. 298. Puteus decis. 167. Cornaz. decis. Lucens. 140 numer. 40. quos sequitur Costa de retrotract. capite 5. casu 28 num. 12 & c. 9 casu 13 num. 7 idemque procedit per constitutionem nouorum nam tacitè intelliguntur reuocati primi, & antiqui procuratores per text. in l. si quis cum procuratorio, § Iulianus, ff de procur. Boër. decis. 347 nu. 2 Magon. decis. Lucens. 2 nu. 9 Viu. dec. 15 n. 3 & 4 Surd. dec. 291 n. 2 Port. cons. 173 nu. 1 & Vantius de nullit. ex defect. mandat. nu. 163 & sic pariter quod constituit procuratorem in 2 instantia censetur primum positum in 1 instantia tacitè reuocare, esto quod cum primo esset facta litis contestatio arg. c. ex parte decani extr. de rescrip. c. ex insinuatione c. in nostra c. mandatum de procur. Cornaz. decis. Lucens. 168 num. 3 & 4. Eademque ratione si Dominus principalis præsente tamẽ procuratore facit aliquem actum voluntarium in eam censetur ipsum reuocare, secus verò illo absente vel si faceret actum necessarium quod sufficientius fieret per Dominum quam per procur. quia eo casu non censetur mandatum procuratorium reuocatum Vant. dicto tract. de nulli. n. 197. Item per cessionem, & renunciationem litis, & causæ factam à Domino procurator reuocatus censetur arg. tex. in cle. fi. de procur. Cassad. decis. 2 nu. 2 de appellat. Costa d. tract. de retrotract. c. 8 casu 28 sub num. 10.

h ¶ Abesse contigerit.] Pôt ergo procur. constit. ad actus iudiciales incertos, & sub hac eadem forma

procuratorem reuocare videris. Quinimmo Titius quandocumque [a] abesse te contigerit, procuratoris assumet officium. [b]

Procurator qui substituit non potest substitutum reuocare, nisi & reuocandi habeat potestatem. h. d.

Hæc autem de reuocatione Domini sunt intelligenda. Nam si à procuratore tuo alius procurator legitimè [c] substituatur post mandatum susceptum, etiam si eo substitutus vsus non fuerit, ab illo [d] reuocari (nisi etiam potestas reuocandi fuerit eidem concessa) non pōt.

Qui substituit in vna causa non prohibetur se intromittere in alia. h. d.

Sed si cum ad plures, vel ad omnes causas Titium generaliter procuratorem constituisset, is in vna, vel altera substituerit, in reliquis procuratoris officium exercere minimè prohibetur. [e]

Acta cum procuratore reuocato donec ignoratur reuocatio, tenent. h. d.

Ad hæc etiam admonendi sumus, quòd si ignorante iudice, vel aduersario post contestatam litem [f] mandatum reuocatum fuerit, ratum [g] esse debet iudicium, in quo quis post ignoratam reuocationem quasi procurator versatus fuerit.

Matrimonium contractum per procuratorem reuocatum, non tenet, licet reuocatio non venerit ad notitiam partium. h. d.

Non sic tamen in matrimonio statuitur: nam si procurator ad contrahendum specialiter [h] constitutus, antequam contrahat à Domino reuocatus [i] fuerit, contractum postmodum matrimonium, licet tam procurator, quàm ea, cum qua con-

delegatus Papæ dare subdelegatum, cap. si delegatus de off. deleg. & vtroque casu si moritur constituens re integra mandatum expirat aliter tamen dicitur res non integra in subdelegato quam in procuratore. Item aliter in procuratore ad iudicia, quam ad negotia no. in l. mandatum C. mandat. & in cap. si quem in princip. eodem in 6.

a ¶ Quandocumque.] Sed quid si sit constitutus procurator simpliciter, puta Dominus volens peregrinari fecit procuratorem ad negotia, postea rediens nihil dixit, sed iuit in aliam peregrinationem, an duret primum mandatum? Ioan. Andr. refert fuisse de hoc disputatum, & terminatum, quod finita prima peregrinatione, tacitè censetur reuocatum primum mandatum. Alij tamen distinguunt, an peregrinatio sit causa impulsiua an finalis mandati, dic vt per Perusin. in cap. si quem eod. in 6.

b ¶ Officium.] l. pen. C. de curat. furi. l. qui mutuam. § non ideo. ff mand. & not. quod procurator dicitur habere officium. Quod facit ad statutum disponens super habentibus officium, puta quod quilibet de lucro officij teneatur soluere gabellam, de quo per Doct. in rub. ff offic. eius & in capit. transmissa de deci.

c ¶ Legitimè.] Vt qui habet potestatem substituendi, capite is qui eodem in 6 aliàs non posset, nisi in casibus, capite primo, eodem in 6. Sed an quod hîc dicitur habet locum etiã in alijs duabus causis, d. capite 1 in quibus etiam legitimè substituit, puta si procurator sit factus Dominus per litis contestationem. Vel quia sit datus in rem suam? Respondeo non, cum in illis habeat potestatem à lege non ab homine. Præterea in d. cap. is qui, vnde hæc litera sumitur, fit mentio solùm de vno casu: ergo, & cap. nonne de præsumpt. l. cum prætor. ff de iudic. ergo quod hic dicitur in duobus casibus d. cap. limitatur, etiam aliis tribus, vel quatuor modis, vt per Perus. in d. c. is qui.

d ¶ Ab illo.] Substituente, secus autem à Domino, secundum, tamen ea, quæ traduntur in capite quamuis eodem in 6.

e ¶ Prohibetur.] Sic & delegatus ab alio, quam à Principe ad vniuersitatem causarum: nam delegat, in alijs iurisdictionem retinet. leg. cum prætor. § 1 de iud.

f ¶ Post contestatam litem. Sic cap. mandato. eodem videtur ergo quòd si ante litem contestatam fuisset facta hæc procuratoris reuocatio, quòd non sit necessarium, quòd veniat ad notitiam iudicis & partis. Contrarium tamen communiter tenetur in d. capite mandato, & quod ibi, & hîc dicitur post litis contestationem, subaudiendum est maximè, nam idem ante, vt not. in d. c. mandato.

g ¶ Ratum.] Capite mandato eod.

h ¶ Specialiter.] Nec enim aliter esset idoneus procurator, c. si. in 6. eo. etiam si haberet mandatum generale, cum quibusdã expressis clausula subsequuta, iuxta c. qui ad agendũ. eod. in 6 clausula enim illa, generalis, quæ sequitur specialiter expressa similia quidem includit, sed non longè maiora, cle. non potest eod. & sup. eod. § crimina. Sed num sufficit speciale mandatum ad contrahendum, vel requiritur speciale de certa, & expressa persona? & videtur quòd non requiratur expressio personæ, argu. c. 1 in 2. Respond. eod. in 6. Sed dic contra l. generali, ff de ritu nup. fac. cap. innotuit, de arbit. & quæ not. 29 quæst. 1 in summa, & per Abb. in capitul. causis versicul. exisio text. de ele. i ¶ Reuocatus.] Vel vetitus, ne contraheret. Quid sit iurauerit Dominus non reuocare, vel pœnit. Resp. idem, licet periurus sit, & de eo debeat sibi pœnit. imponi, c. sicut, &c. inter despõ. defuit enim consensus, vt no. in 2. si. eo. in 6. Vade secundũ Io. And. cautè agitur, si post contractũ procur. fiat ratificatio constitutis,

traxit, reuocationem huiusmodi penitus ignorauerint, [a] nullus momenti penitus existet ; [b] cùm illius [c] consensus defecerit, sine quo firmitatem habere non potuit. [d]

Acta iudicij post reuocationem procuratoris non ignoratam non tenent. hoc dicit.

Quòd si scientibus iudice, & parte mandatum reuocatum fuit, & nihilominus est in iudicio processum per procuratorem reuocatum, tam alia acta quàm ipsa sententia nullum afferet Domino præiudicium [e] Cùm falsi procuratoris [f] exceptio [g] non solùm ante sententiam, verùm etiam postea possit obijci, qua probata iudicium prorsus nullum redditur. [h]

Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare, si mandans perduret in voluntate mandandi. hoc dicit.

Non idem iuris statuetur in eo, qui absens procurator [i] constitutus præsentatum sibi mandatum suscipere nolle dixerit. Is enim refutatione huiusmodi nequaquam [k] obstante, quamdiu [l] constituens *in eadem voluntate* perstiterit, ad libitum [m] mandatum acceptare poterit.

Receptio instrumenti, & cautio Domini operatur, quibus procurator non possit renunciare mandato, sed teneatur defendere. hoc dicit.

a ¶ Ignorauerint.] Speciale hoc, cum aliàs reuocatio procuratoris ad negotia ad ipsum procuratorem venire debeat, vt habetur in cap. ex parte decani. de rescrip. Ratio specialitatis continetur in proxima superiori notula, & hic in hac litera, & in ca. fin. eo. in 6 vnde sumitur.

b ¶ Existet.] Arg. contra l. si pœniteat, ff de diuor. ibi, nisi is, qui recipit, &c. Sol. in contrahendo requiritur vtriusque consensus: secus in diuertendo, vt in contrario, & l. consensu, C. repud. reuocatum est ergo mandatum, licet mandatarius hoc ignoret, quamquam agat. ne sine culpa sua damno afficiatur l. si verò non remunerandi, & leg. si mandassem, ff. mand.

c ¶ Illius.] Id est, constituentis.

d ¶ Non potuit.) Cap. 1 & cap. 2 & per tot. 27 q. 2 & c. cum locum de sponsi. & c. 1 de desponsi. impub.

e ¶ Præiudicium.] Capit. in nostra eo. & quia hæc materia diffusius per Doct. tractatur, quâ vt breuibus notulis possit comprehendi, videnda sunt quæ ponuntur in cap. ex parte decani. de rescr. & c. ex insinuatione, & in ca. mandato eo. in 6 & per Bart. & Legist. in l. vni. C. de satisd. & Host. in sum. eo. § & qualiter mandatum, & alijs in locis.

f ¶ Falsi procuratoris.] Quis aût dicatur falsus procurator habetur in cap. ex parte decani. de rescript.

Exceptio procuratoria triplex.

g ¶ Exceptio.] Triplex est exceptio procuratoria. Prima, *quem* esse non posse procuratorem, quod sit miles, vel simili modo inhabilis. Secunda, quæ quis non habeat mandatum. Tertia, quæ habuerit, sed sic reuocatum, quod est prius cap. ex parte decani. de rescript. prima pôt opponi solum ante litem contestatam l. filiusfam. § veteram, ff eod. & l. ita demum. C. eodem, & not. in ca. in nostra eod. aliæ duæ etiam post sententiam, vt ibidem habetur, vbi Abb. ponit rationem diuersitatis.

h ¶ Nullum redditur.) Nec est hoc speciale hoc casu, sed idem obtinet in omni exceptione, per quam probatur retro nihil actum esse, vt puta si lata sit sententia à Iudice non suo. 11 q. 1 cap. 1 & cap. pen. l. fi. C. si à non compet. iud. c. ad probandum de re iudic. cap. exceptionem de exempt. & not. in cap. in nostra eodem.

i ¶ Procurator.) Tam ad iudicia, quàm ad negotia; nec etiam in cap. licet eodem in 6. vnde sumitur, distinguitur, & est vtrobique eadem ratio, vt ibi not.

k ¶ Nequaquã obstante.] Et hic nota speciale contra regulam quod semel placuit de reg. iur. in 6.

l ¶ Quamdiu.] Si ergo mutasset voluntatẽ, vel causam agendo, vel alium procuratorẽ dando, vel id verbis exprimendo, secus est, vt not. in cap. si duo, in princ. cum duobus sequen. eo. in 6.

m ¶ Ad libitum.) Arg. contra. ff de succes. edic. l. 1 § qua semel. Vbi si ille, qui est primi gradus dixerit se nolle acceptare, vel succedere, statim ius deuoluitur ad eum, qui est secundi gradus: Sol. ibi erat ad quem ex renũciatione ius deuoluebatur, hic ad nullum alium quam ad procuratorem constituentem. Vnde satis dici pôt, quod de quadam perseuerantia voluntatis, & æquitate ille, vel non definit esse procurator, vel definit vt Io. Mon. iure permittente reassumere potest, & fortè ita statutum fuit, ne cõtingat ob procuratoris defectum negotia irrotelari. Sed per hanc literam quamdiu, & ea quæ sumitur ex c. licet eod. in 6 si principalis diceret. Constituo talem qui se renuerit, talem constituo, non haberet locum, quod hic dicitur, & in cap. licet eo. in 6 & est hic arg. quod si electus præsentata sibi electione intra tempus, de quo in cap. quam sit de elect. in 6 electoribus adhuc in eadem voluntate manentibus, & lapso tempore poterit, consentire. nec id mirum, cum à principio renuentis, quasi inuiti trahantur 8 q. 1 c. qui episc. & c. in script. Idem in delegato, & multo fortius cum ipsius officium sit necessarium, c. scisciatus de rescript. l. legatus, ff de off. præsi. l. legatus l. pen. § qui autem ff de excus. mun. not. in d. c. licet.

A literis, [a] * vel instrumento, quibus te aliquis in causis suis procuratorem constituens pro te debito modo [b] cauit, [c] simpliciter nulla facta protestatione, [d] à te scienter, [e] receptis, [f] non potes postea recusare illius defensionem, immo cogi, [g] poteris illum defendere in omnibus, [h] causis & negotijs, ad quæ prædicta instrumenta, seu literæ se extendunt, cum per hoc [i] ad omnia tuum præstitisse videaris assensum. [k]

Morte constituentis expirat mandatum, interdum etiam re non integra. h. d.

Morte [l] quoque constituentis desinit quis esse procurator, quod interdum obtinet, etiam re non integra. Nam si prælatus,

a ¶ Litteris.] Per quas etiam constituitur procurator, l.c ff eod. & c.sopitæ, de censib. & est casus quo literæ, & sigillum priuati facit fidem, habetur de hoc in l.si procuratorem, ff eod.

* Literis.] Etsi de iure communi possit per literas procurator constitui, l. 1 ff de procurat. in Gallia tamen mandata ad resignandum aut permutandum beneficium aut pensiones creandas vel extinguendas, nisi per instrumentũ publicum à Notario Regio vel Apostolico coram quobus testibus ad minus confectum fuerint concepta penitus nulla declarantur edicto insinuationum, art. 9 ob fraudes, quæ alias fieri possent de quo plenius dixi in obseruat. ad Flamin. Paris. de resignat. lib. 9 quæstio. 7. SOLIER.

b ¶ Debito modo.] secus sit vitiosè cautum est l. quoties, ff qui sat. cog. fac. quæ traduntur in cap. fi. de dil.

c ¶ Cauit.] Scilicet de iudicio soluendo, loquitur enim hic de procuratore rei, vt delegatur per verbum, defensionẽ ad idem, ff eod. l. filius, § fin. & not. in cle. 1 vnde sumitur.

d ¶ Protestatione.] Potest intelligi, & de generali, & speciali. de prima, puta, quia protestatur, quod recipiendo instrumentum procuratorium, vel literas, intendit se obligare, sed velle deliberare, fac. de rest. spol. c. olim, 3 De secunda, vt quia de certa clausula inclusa in procuratorio protestatur, quod illam, vel illius mandatum susc ipere non intendit. & sic protestatio iuuat, quia nec primo, nec secundo casu est contraria facto. Benè enim se compatiuntur instrumentum recipere, & deliberare velle. Item recipere, & acceptare mandatum in quibusdam, & in alijs non, vbi verò protestatio, & factum non compatiuntur, protestatio non iuuat, habetur in capitulo cum M. de constitut.

e ¶ Scienter.] Secus si ignoraret quid contineretur in instrumento, vel literis, nec enim ignorans, vel errans consentiat. distinct. 38 capitul. quamuis capit. si de beneficio. de præbend. in 6 l. si per errorem ff de iurisd. omn. iud. sicut nec contemnit, capitul. Apostolicæ, de excep. capitul. si verò aliquis, capitul. 2 de constitut. in 6. Requiritur etiam quod sponte receperit, quia officium est voluntarium l. inuitus, C. eod. & not. in clem. n eod.

f ¶ Receptis.] Etiam si prius recusasset, & re integra pœnituit, & recipit, capitul. licet eod. in 6 & supra eod. § non idem, & nisi hoc casu interuenisset actus receptionis literarum, tacens fuisset habitus pro contradicente, quod benè declarat Abb. post alios in capit. non iniustè super glos. 2 eo. post hanc autem receptionem, competit huic exercitium officij, sicut, & de Iudice dicitur, cap. sup. eo. 2 ext. de appel. fac. capitul. is qui eo in 6 & 4 quæst. 5 capitul. vni. & quod not. de cler. ex comm. mini. capitul. pen.

g ¶ Cogi.] Præcisè, licet enim regulariter procurator non cogatur præcisè Dominum defendere, & si satis dedit de iudicato soluendo, de Domino defendendo, l. mutus, § fin. ff eodem, cum l. sequ. sed satis est stipulationem committi, ff eod. l. non cogendum, & cum teneri Domino ad interesse, instit. mand. § mandatum. In casibus tamen cogitur, scilicet cum Dominus satis dedit pro procuratore præsente & non contradicente, ff eo. l. filius § fin. & hoc ne fallat fidem Domino, & aduersario, & idem si pro absente, & postea procurator expresse, vel tacitè ratum habet l. si defunctus, 1 resc. ff eod. vtin clem. in eo & hic est, & alius casus, scilicet quando agit; cogitur enim defendere, aliàs denegatur actio l. mutus, § fi. Alius casus est in actione peritura, vt cogatur saltem litem contestari ff eodem: l. sed etiam, & dict. § fi. Et per hoc soluitur, quod obijci posset, procuratorem etiam post susceptum mandatum re integra pœnitere prius quam interfit aduersarij, § mandatum, instit. manda. quia illud verum in procuratore, pro quo constitues non cauit, secus in illo, pro quo cauit, & ita loquitur hic, & in clem. 1 eod. vnde sumitur. Sed hoc intellige, nisi iusta causa procuratorem excusaret. dict. § fin. cum l. seq. nam in casibus in dictis iuribus enumeratis, & Dominus eum reuocaret, etiam post litem contestatam, cap. 2 eod. in 6.

h ¶ In omnibus.] Tacita ergo acceptatio vniuersalis est ad omnia, etiam futura si sint inclusa, quod esse potest, vt in capitul. iniuste eod. titul.

i ¶ Per hoc.] Id est, per receptionem literarum, & procuratorij.

k ¶ Assensum.] Clem. 1 eod. vbi de hoc habetur.

l ¶ Morte.] l. inter causas in princip. ff mand. & de hoc per Hostiens. in sum. eod. § qualiter mandatum finiatur. Sed nunquid quando procurator per mortem constituentis desinit esse procurator sit necessarium, quod iudex, & aduersarius certioretur? quem ad modum in terminis § ad hæc etiam, sup. eo alias valeat iudicium? Respon. Bart. in l. si procuratorem, ff eod. videtur concludere, quod hæc certioratio non sit necessaria, & quod iudicium etiam sine ea erit nullum, & placet etiam Abb. in capitul. mandato, eodem per l. penul. ff quæ sentent sine appel. re. quod militat singulariter in casu l. si defunctus, ff eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Mandatum mandantis siue mandatoris morte soluitur adde l. inter cãs. ff mandat. etiam morte mandatarij, siue procuratoris l. si quis alicui 27 § morte ff eod. tit. Put. decis. 73 num. 1 lib. 2 Magon. decis. Flor. 106 n. 9 Guid. Pap. decis. 118 & 491. Diuus Nauarius in Prag. de procuratoribus.

Limita primo, mandatus morte non expirare quando fit aliquid quod fieri ex offic. necesse erat. Medic. concluſ. 64 n. 186 & in l. si defunctus ff de procur. Roman. cons. 202 numero 4 Soc. reg. 254 & Marsil. sign. 42. Nouarius vbi supra.

Limita secundo, quando actus perficiendus confertur post mortem quia tunc morte non finitur l. si ego, § 1 ff de Iur.dot. Corn. cons. 86 vol. 4 Aretin. cons. EB. col. 2 vers. item non est dubium Rom. d. cons. 202 nu. 3 Ruin. cons. 7 vol. 2 Nouarius vbi supra.

Limita tertio, in causa pia, quia in illa mandatum morte mandantis non finitur etiam re integra sed mandatarius potest adimplere mandatum mandante mortuo, vt in d.l. si ego § 1 ff de Iur. dot. Marsil. d. sing. 44 Roman. cons. 119 & 202 num. 5 Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuil. 82 & 132. Nouarius in prax. elect. for. quæst. 35 sess. 1.

Limita quarto, fauore pacis, nam morte mandatum non extinguitur, & ideo procurator vulnerari ad pacem faciendam constitutus pacem facere potest post mortem vulnerati Corset. de priuil. pacis priuileg. 93 Marsil. sing. 44.

vel rector te pro beneficio suo, vel Ecclesia [a] procuratorem constituat; & tu viuente illo litem contestatus fueris, aut negotium aliter attigeris post mortem tamen illius, etiam quoad cœpta, procurator esse desinis. [b]

DE PACTIS, ET transactionibus. [c]

TIT. III.

Metu iudiciorum interdum deuenitur ad pacta ad transactiones, & ad compromissa. h.d.

DE PACTIS, ET TRANSACTIONIBVS.

COntinuatur titul. iste, prout legimus in text. In princip. diuiditur autem in tres partes, in prima, habetur vt dixi continuatio, in secunda pacti explicatio, in tertia, transactionis declaratio, secunda ibi, & quidem, tertia ibi, transactiones quoque.

CONsequens. Casvs non figuratur sed no. litis euentum sæpè esse incertum, & ideo partes veniunt ad concordiam: Not. secundo, quod quæ sunt diuersi generis ob identitatem rationis sapiunt eandem naturam. *Ia. Bapt.*

DE PACTIS, ET TRANSACTIONIBVS.

Limita quinto, non procedere in mandato facto per Papam alicui fortè Episcopo vel Prælato quia eo mortuo succesor ipsius Episcopi, vel Prælati obedire, & exequi debet, nisi sit directum personæ Marian. sen. consil. 31 colum. 6 verficul. 6 probatur volum. 1 Fulgos. in l. more maiorum numero 25 ff de iurisdict. omn. iudic.

Limita sexto, mandatum morte non soluit. vbi principalis satis dedisset pro procuratore Guid. Pap. decis. 119 Verall. decis. 188 num. 1 & 189 num. 1 lib. 2 Cappel. Tholos. decis. 264 Crescent. decis. 11 num. 4 de sentent. & re iudic. Balb. decis. 278 Soccin. reg. 254 n. 9 & alij relati per Medices, d. conclus. 64.

Limita septimo, mandatum procuratorium non expirare per mortem domini quando procurator effectus est dominus litis ex Bal. Castren. Alexan. Ias. & alijs in l. nihil C. de procur. Magon. decis. 48 num. 14. 15 & decis. 52 num. 16 & 17 Cassador. decis. 2 numero 2 de procurat. Chacher. decis. 149 num. 1 Surd. decis. 89 num. 6 in 6 in fin.

Limita octauo, mandatum morte non Solui vbi principalis satis dedisset pro procuratore Bart. in l. si defunctus col. 1 vers. secundo, oppone ff de procur. Socin. in reg. 254 n. 9 Verall. decis. 188 n. 1 & 189 n. 1 lib. 2 Balb. decis. 278.

[a] ¶ Ecclesia.] Secus si pro causa sua propria, & priuata, quia tunc mandatum finiretur morte re integra, secus non integra, l. si defunctus ff eo. l. inter causas ff mand. § item si adhuc instit. C. manda. & concord. clement. fin. eod. vnde sumitur.

[b] ¶ Desinis.] Contrarium videbatur dicendum secundum Innoc. quia cum Ecclesia non moriatur, 12 quæst. secunda, capit. liberti, capitul. si gratiosè de rescript. in 6 procurator fit datus ab eo, qui potest, scilicet à prælato. etiam sine cons. capit. c. edoceri. de rescript. nihil videbatur esse quod eum prohiberet agere causam sibi commissam, etiam si res esset integra, vt not. in clement. fin. eod. Sed contrarium fuit decisum, cum sede vacante nihil debeat innouari, capitul. primo, & capitul. final. ne sede vacante, qui loquitur etiam lite contestata Immo Hostiens. mirabatur de hoc fuisse dubitatum, vt refertur in d. clem. si. dic. vt ibi, & per Doct. præcipuè per Archid. in capitul. si duo. eo. in 6.

[c] ET transactionibus.] Copula hic ponitur inter genus, & speciem Pactum enim nomen est generale, comprehendens, in se omnem conuentionem, & generaliter sumptum definitur, vt in l. 1 ff eodem in capitul. pactum, de verbo. signifi. Vnde omnis contractus sibi specificum nomen, non denominatur à suo genere, sed à specie, tanquam à digniori, l. iuris gentium, ff eo. Vbi verò conuentio non potest habere nomen specificum, cum plura sint negotia, quam vocabula, l. natura. ff de præscript. verb. stat. in nomine sui generis, & est quandoque nudum, quandoque vestitum, de quo traduntur exempla per Doct. in l. iurisgentium, § igitur nuda, ff eod. & in rubri. ff de verb. oblig. & in capit. 1 eod. Transactio est species pacti, & definitur, vt in l. 1 ff de transact. quæ declaratur, vt per Abb. in rubr. ec. Immo etiam arbitria, siue compromissa quandoque dicuntur pacta, siue transactiones, vt habetur in capitul. Quintauellis de iureiur. & autho. si vero contigerit, C. de iudi. Vnde autem dicatur pactum, vel transactio, per Abb. in rub. eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Prointelligentia totius tituli est, sciendum, quod pactum, vel pactio à paciscor dicitur, & est duorum pluriumque in idem placitum, seu consensus, ad aliquid faciendum, vel dandum, vt dicit tex. in l. 1 ff de pactis. Vnde contractus generali nomine pactum dicitur sed tamen cum habemus specificum nomen eum nominemus contractum, vt dicendo venditio, locatio, & huiusmodi, cum verò non habemus generale nomen pactum nuncupamus, sed quando differunt pactum, stipulatio, pollicitatio, conuentio, & promissio in hoc est animaduertendum, quod promissio si sumatur large est affirmatio, vel negatio, quia quis aliquid daturum, vel facturum affirmat, aut negat, & est quid commune ad omnia prædicta secundum Panor. in capitu. 1 de sponsalibus duo, est idem quod fides id est datio fidei seu sponsio, sed propriè est promissio præcedente rogatione, pactum verò large est id quod dictum est, sed proprie est, quando verba promittuntur à promittente, & consequenter à recipiente, vt dabo decem

si quem tradideris, & sic de ratione pacti propriè sunt tria, primo, quod iste actus generatur inter plures, secundo, quod partes sint præsentes per se, vel alium, aut scripturam ita quod consensus earum concurrat, tertio, quod verba promittantur à spondente. Vndè non est, pactum si quis relinquat Ecclesiæ centum cum onere faciendi anniuersarium, & Ecclesia acceptat quia consensus ecclesiæ sequi potest post mortem illius testatoris.

Stipulatio verò propriè est quando fiet è contrario, ita quod verba promittuntur à recipiente, vt si dicat vnus dabis mihi decem, & alius dicat dabo Instit. de verbor. obligat. in principi. & in l. 1 ff eodem titul.

Pollicitatio autem est, solius offerentis promissio nec requiritur præsentia personæ, cui pollicitatio fit l. 1 & l. pactum, ff de pollicitationibus, & fit sine interrogatione præcedente l. 3 fi. pe pollic.

Conuentio, aût est aliquid generalius pacto, quia scholares in schola, & fratres in capitulo conueniunt l. 1 § conuentionis, ff eod. & propriè, videtur in iure passiuè sumi pro citatione, actiuè verò pro pacto.

Sed vtrum ex sola promissione, seu ex nudo pacto abdicetur homo. Dicitur quod sic vt habetur in capit. 1 de pactis. & l. iuramenti. 22 quæst. 5 quod limitat Panor. in capit. prudentiam de donationibus, & in capitul. si cautio de fide instrumentorum, quando exprimitur causa, vt promitto tibi decem, quia vendidisti mihi talem rem, vel mutuò concessisti, & huiusmodi, secus autem si esset nudum pactum, vt si nulla causa esset adiecta, quia præsumitur quis per errorem promisisse, & sic allegari non potest obligatio naturalis, cum nihil sit tam contrarium consensui, quam error 29 quæstione prima, § 1 & l. si per errorem ff de iurisdict. omn. iudic.

Aduertendum est, tamen quod si dicat quis promitto tibi centum donare, quod tunc liberalitas promissionis præsumitur causa donandi, & sic non est, sine causa, & similiter si promittitur aliquid loco pio, quia præsumitur se obligasse fauore piæ causæ, nec ibi præsumitur error capitul. fin. de successionibus ab intestat. Item dicendum est, in promissione dotis etiam in carta fauore dotis text. in l. 1 C. de dotis promis. & successiuè dicitur quod multa sunt pactorum genera de quibus pauca referam.

Nam quodam dicitur vestitum, & quodam nudum vestitum dicitur pactum sex modis primo re, secundo verbis stipulando, tertio, vt quando in literis confitetur se aliquid recepisse, etiam si non recepit, quarto consensu, vt in societate mandato, emptione, venditione, vel locatione in quibus non requiritur scriptura, vel præsentia sed sufficit consentire per se vel per nuncium, aut scriptura de quibus, quatuor modis habetis text. in § 1 & in toto titulo instit. quibus modis re contrah. oblig. quinto, cohærentia contractus puta quod vendidi tibi domum cum pacto quod morer in ea per annum, quod quidem valet quia vestitur cohærentia contractus venditionis aliàs esset nudum sexto

CONsequens [a] nunc est, vt videamus de serie, & actis ipsorum iudiciorum. Sed quia [b] interdum accidit, vt iudiciorum metu litigaturi ad pacta, & transactiones veniant, aut ad arbitros declinent, ideo prius paucis de his dispiciamus.

Pacta sunt obseruanda. h. d.

Et quidem pacta inter quoscunque quacumque de re [c] inita, regulariter suam habere debent firmitatem, [d] neque enim quisquam (vt diuinum monet interuentu rei, puta promisi facere tibi aliquid, vt faceres mihi, vel dares aliud, vnde statim cum dedero tibi sponsum vestitur pactum ex parte mea, ideoque interuentu eius obligatus es, mihi ad promissum.

Nudum verò dicitur quando non vestitur aliquo prædictorum, sed in meris, & puris finibus conuentionis, verbi gratia promisi tibi dare centum sine aliqua interrogatione præcedente, vel chirographo, & huiusmodi, & consentis aliàs si non consentires non esset pactũ sed pollicitatio, de quo in l. iure gentium § igitur de pactis similiter dicitur nudum quando non continet causam, quia traditio rei sine causa nullius est efficaciæ l. numquam nuda traditio ff de acquir. rer. dom. licèt habeat alias fallentias, de quibus Panormitanus in capitulo si cautio de fide instrum.

a ¶ Consequens.] Quasi dicat, viso per quos exerceantur iudicia, videndum est, de actis ipsorum iudiciorum, & sic seruatur in parte quod dicitur in l. si quæramus, ff de testament. quidquid not. supra titul. proxim. in princip.

b ¶ Sed quia.] Continuatio.

Et quidem. CASVS. Cum partes timore iudicij sæpè ad inuicem veniant ad pacta, ita tamen, vt aliquando derogent indultis Apostolicis, aliquando verò specialiter derogent legibus humanis, & propterea iuramento confirmant, vnde quæsitum fuit quid iuris? & quamuis pactum in suo genere sit seruandum per dictum prophe. quæ procedunt de ore meo non faciam irrita, tamen si à lege fuerit reprobatum, nec etiam iuramentum insuper adhibitum debet tenere, quia materia non videtur licita iuxta capitul. 2. 22 quæst. secunda, & per l. nemo ff de legat. 3 cæterum Solut. vt hic legimus, quia ordinatio seruandi pacta cum sit affirmatiua, non obligat pro semper, si enim pactum esset à iure naturali damnatum, tunc, nec etiam iuramentum insuper adhibitum tenere: secus verò si à lege damnaretur, per iuramentum enim quod superius est, tale pactum omninò teneret, & valeret. Non obstant obiecta, quia ad primum respondetur per rationem decidendi ad d. verò l. nemo, puto dicendum ipsam esse intelligendam de lege, quæ specialiter prouidet: secus aliter. Not. 1 quod pacta derogant priuilegijs, iuramentum verò iuri humano: Not. secundo, pacta illicita esse talia, vel vigore iuris naturalis, vel virtute iuris humani. *Io. Bap.*

c ¶ Quacumque de re.) Ista generalitas variè restringitur, vt not. in capitul. primo, eod. & infra eodem, § penultim. fac. l. vt gradatim, ff de mu. & ho.

d ¶ Firmitatem.] Non tamen promittens potest cogi de eo, quod promisit facere scripturam, cap. legebatur, & ibi not. Abb. de maiorita. & obedient. Sed an tantam firmitatem habebunt, vt ex eis etiam actio oriatur, & de iure ciuili expeditum est quod non l. iurisgentium, § igitur nuda. ff eodem exceptis casibus, not. in l. legitima. ff eodem, titul. de quibus per Legistas in rub. ff de oblig. Canonistæ tamen in capitul. 1 eodem

&

& in capitul. quæ in Ecclesiarum de constitut contrarium tenent, scilicet quod pactum nudum actionem pariat. licèt quidam dicant ius canonicum non distare à ciuili, vt Saly. in l. legem C. de pact. Aug. in § in personam institu. de actio, & quidam alii in rub. ff de verb. oblig.

a ¶ Oraculum.] Psalmus, in quo dicitur, Quę procedunt ex labis meis non faciam irrita.

b ¶ Procedunt.] Ex hac generalitate inferunt quidam, quod quid quid sit de iure ciuili, de iure canonico etiam ex simplici pollicitatione quæ est solius offerendis promissio oritur naturalis obligatie, immo & actio, pro qua opin. fac. capit. iuramenti. 22 quæst. 5 & licèt comm. opin. sit in contrarium: contra eam tamen egregiè pugnat eximius doctor. & præceptor meus Guil. Pont. Peru. in rubr. ff de voc. obli. vbi videndum.

c ¶ Deroget.] Quod intellige, non solum de pacto quod subsequitur priuilegium, capit. cum olim de prescr. sed etã de pacto antecedenti, si in indulto de pacto non fiat mentio: c. ex multiplici. de decim. clem. dudum, de sepul. & not. in cap. 1 eodem in 6 vnde sumitur, idem si simus in dubio Peru. in d. cap. 1

d ¶ Monasterio.] Idẽ de alia Ecclesia seculari, vel parrochiali, vt per Per. capitulo. 1 eodem in 6 post Innocent.

e ¶ Libera.] Hinc *dubita in ex quo* enim Ecclesia habet potestatem liberam sepeliendi, videbatur quod omnes possent sepeliri, quibus est sepultura interdicta de quibus in capit. ex parte, de sepul. & sup. eod. titul. § non tamen omnes. Sicut & ille qui habet liberam administrationem: non habet potestatem donandi capitu. 1 de offic. vica. in 6 fac. l. si quando C. de in offic. testam. operatur tamen liberè sepulturæ ius vt Ecclesijs habentibus talem potestatem & priuilegium competat ius sepeliendi, vbi alias non haberet, vt Perusi. in capitul. 1 eod. in 6.

f ¶ Cum rector.] Quod pactum erit perpetuum, nec expirauit rectore mortuo, vt per Perusi. in cap. 1 eod. in 6 post alios.

g ¶ Conuentione.] Possunt ergo religiosi renunciare proprio priuilegio fac. ca. si de terra & cap. accedentibus de priuil. secus si concerneres & factorem Papæ iusta not. in ca. cum tempore de arbi.

h ¶ Compotes.] Sed contra, quia pactum inter ecclesias non debet nocere alijs non pacisscentibus, capitul. veniens de transact. l. si vnus § ante omnia, ff de pact. Solu. secundum Perus. in capitul. 1 eod. in 6 quod recipere ad sepulturam est in potestate Ecclesiæ recipientis si non sit ecclesia parrochialis, in qua procederet contrarium quia ipsa non posset præiudicare parrochianis suis, sed aliæ Ecclesiæ bene possunt præiudicare, cum non teneantur quemquam inuitè recipere, immo verè non dicerentur eligentibus præiudicare: cum nullum habeant ius in eis inuitis.

i ¶ Traditur.] Idem si iam tradita esset, vel si esset renunciatum antequam traderetur: quia respectus iuramenti militat omni tempore, vt per Ioann. And. & Perusin. in capit. 2 eod. in 6 vnde sumitur. Et hæc materiæ ventilatur quotidie inter consulentes. Sed quid si renunciet adhibito iuramento ea, quæ est ingressurn monasterium dic quod non valet nisi fiat de licentia Episcopi, vel eius vicarij intra duos menses proximos ante professionem, vt per Concil. Triden. sess. 25 sub. rubr. de regularibus & mon. capite 16

k ¶ Cum patre.] Idẽ si cum fratre: vel aliis consanguineis propter identitatem rationis, vt latè per Doct. in capite 2 eodem in 6

l ¶ Iuramento.] Non extorco vi, vel dolo ca. 2 eo in 6 vbi latè quando dicatur vis, vel dolus interuenisse. Et not. quod ratione iuramenti papa statuit etiam inter laicos, de quo in c. fi. de for. comp et. in 6 & in § laicus sup. de iud.

m ¶ Lege ciuili.] l. pactum quod dotali C. de pact. & l. pactum quod dotali. C. de collat.

n ¶ Seruari.] Facit authen. sacramenta puberum C. si aduer. vend. & ca. cum contingat de iureiur. in antiq. & ca. licet eod. tit in 6 & ca. 2 eo. tit. & li. & possint iudices sæculares compelli per censuram Eccl. ad seruandum hoc ius canonicum, vt not. in d. c. 2

* Seruari debet) famosum est capitulum 2 de pactis in 6 ex quo desumptus est iste § & quamuis Bonifaciarum & contra iuris ciuiles rationem editum in Gallia recipitur modo filiæ non minus legitima fuerit constitutum aut relictum; alias poterit agere ad supplementum & restitutionem preter aduersus renunciationem huiusmodi vitia decennium à maioritate sua & morte tris, Boer. dicis. 3 Feuret. qu. 427 Guid. Pap. & alij possim. SOLIER.

o ¶ Dispendum] Quo casu non esset seruandum 22 q. per totum, & not. ex hoc verbo, quod non solum non est seruandum iuramentum, quando vergit in interitum animæ sed etiam quando vergit in damnum etiam

oraculum, [a]) ea, quæ de labijs suis procedunt, [b] irrita facere debet.

Per pacta potest derogari indultis Apostolicis hoc dicit.

Quod quidem vsque adeò obtinet, vt Apostolicis etiam indultis pactum deroget. [c] Inde cum monasterio [d] ab Apostolica sede libera [e] sepultura concessa esset, pactumque esset cum rectore [f] parrochialis Ecclesiæ, ne parrochiani ipsius ad sepulturam reciperentur, Responsum est in dicto monasterio sepeliri eligentes obstante conuentione, [g] voti sui fieri non posse compotes. [h]

Pactum, per quod filia dotata renuntiat hæreditati paternæ iuramento vallatum tenet. hoc dicit,

Eodem etiam spectat, quod pactum à filia, dum nuptui traditur, [i] cum patre [k] pactum vt dote contenta, ad bona paterna nullum habeat regressum, si iuramento [l] vllatum sit (licet lege ciuili [m] improbetur) seruari [n] debet; * cum tale pactum non vergat in æternæ salutis dispendium.

Pactum quod tendit ad periculum animæ non ligat. hoc dicit.

Quod si seruatum animæ tendat detrimentum, quia fortè sit pactum de re turpi, veluti quòd post mortem Titii clerici, Secus

modicum. Vnde iurans facere illudi, quod est peccatum veniale, non obligatur tali iuramento, vt per archid. Ioan. & And. & Perus. in ca. licet eod. in 6

a ¶ Succedat.] Fac. cap. accepimus & c. fin. eod. hoc enim nemo potest facere sine auctoritate Papæ, sed cum auctoritate papæ bene poterit hoc fieri, capit. petisti 7 q. 1 & per Ab. in d. ca. accepimus Sed an Papa possit in vita sibi eligere successorem? Respo. negatiuè, secundũ com. opin. vt per Ab. in d. ca. accepimus, & per Fel. in c. 1 de consu. Ratio: quia hęc electio porrigeretur ad tempus in quo quis non est futurus Papa, meritò lib. quod sponsę, C. de don. propnupt. ca. vxore & quod ibi Ab. de sepul.

b ¶ Impossibile.] Not. impossibilitatem iuris, & impossibilitatem facti æquiparari, fac. l. filius ff de cond. instit. & l. nepos, ff de verb. signifi. & cap. faciat homo 21 q. 2

in beneficio succedat,[a] vel aliter de iure, vel de facto sit impossibile,[b] nullam inducet obligationem.[c]

Transactiones seruari debent & partium iuribus derogant. h. d.

Transactiones quoque similem iuris firmitatem obtinent[d] vsque adeo, vt iuribus omnibus, quæ partibus aut obtentu præscriptionis, aut priuilegii, seu quocunque modo suffragari poterant, vires adimant.[e]

Transactiones iuri contrariæ non tenent. h. d.

Sed & hoc de aliis transactionibus intelligere nos oportet, quæ non sunt iuri contrariæ, Alioqui si aut super re sacra,[f] litigiosa,* facta extenditur ad omnia etiam de quibus controuersia nulla erat l. emptor, § Lucius, & ibi glos. & Doctores ff de pactis.

Amplia secundò, vt transactio possit fieri etiam super decimis ca. fin. de rerum permutat quod intellige de præteritis, non autẽ de futuris sine licentia Papæ, vt docent Io. An. in c. pen. de concit vtili, vel inutili, & Imol. in ca. fin de rerum permut.

Amplia tertiò transactionem impedire litis ingressum, & processum ad vltiora fieri, & inchoari super his quæ per transactionem remissa fuerunt, quia per transactionem datur finis liti Saly. & Alex in li. fratris tui C. de transactionibus.

Ampliatur quarto, etiam quod processus tenderet ad pœnam sanguinis l. transigere C. de transactionibus.

Amplia quintò vt instrumenta de nouo reperta non vitiant transactionem l. supplex, C. de transactionibus limitatur hæc ampliatio quando instrumenta essent de solutione nam tunc rescinditur transactio Capell. Tholos. decis. 170

Limitatur secundo in fisco Ecclesiæ & pupillo l. Imperatores, ff de re iudicata.

Limitatur tertio virtute instrumentorum nouiter repertorum beneficio restitutionis in integrum Socin. in cons. 194 vol. 2 Tiraquel. in tractat de retract. titu. § 35 glo. 4 Cap. decis. 72

Limitatur quarto ob meum, & idem dicemus de omnibus contractibus, nam vbi contractus est initus metu reuerent ali mariti patris domini, vel prælati rescinditur, & annullatur officio iudicis non tamen intelligitur quod sola præsentia, vel reuerentia mariti, vel alterius cuiuscumque personæ cui reuerentia debetur inducat sufficienter metum ad rescindendum illum contractum, sed cum ea reuerentia requiritur, vt præcedant minæ à marito, vel à patre, vel ab aliis prædictis l. interpositas, C de transactionibus, Bart. in li. 1 § quæ onerandæ, num. 4 ff quar. rer. act. non dat.

Limitatur quinto, vbi transactio contineret in seturpitudinem, ex hoc quod est contra ius, vel peccatum immo neque iuramento firmatur Panor. in cap. pactiones de pactis.

Limitatur sextò, nam transactio facta super re iudicata non valet, Roman. cons. 517 Oldrad. in cons. 280 Aymon. consilio 752 numero 10

Limitatur septimò, per nouam repertionem instrumenti, l. in patrem la. 1 & l. non est ferendus ff de transactionibus de quo plene Rom. in sing. 198 num. 3

c ¶ Obligationem.] Fac. not. in cap. 1 & capit. si eo vbi Ab. reducit totam materiam ad quatuor regulas dic. vt per eum fac. ca. generaliter ff de verb. oblig. & li. si remunerandi, § rei turpis, ff mandati.

Transactiones CASVS. Quidam litigantes inter se super beneficio tandem iudicij rædiò affecti venerunt ad transactionem, vnde fuit dubitatum, & quæsitum an talis transactio teneat argumento enim eorum, quæ dicta sunt de pactis qu. videtur de indubitabili coque inagis que lites de republ. tolluntur Sol. tamen iuxta id quod in præsenti text. legimus, quoniam secundum qualitatem rei super qua litigatur, transactio est iudicanda valida, & sic etiam obiectio videtur cessare, si rectè fuerit considerata Not. transactionem super re illa esse de iure admittẽdam quæ est in potestate nostra.

d ¶ Obtinent.] Intellige quando altera pars transactionem impleret, aliàs transigens posset vti iure suo l. cum proponas. C. de transac.

e ¶ Adimant.] Concord. cap. 1 de transact. ergo licèt postea reperiantur instrumenta non tamen lis instaurabitur l. sub prætextu C. de transact. capite inter monasterium de re cum. cap. seq. Circa hoc tamen consueuit distingui, vtrum petitio super qua transigitur sit specialis, vel generalis, addunt aliqui vel indefinita, vt per Legistas in d. l. sub præt. & per Can. in d. c. 1

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod transactiones seruari debent, & partium iuribus derogant. Pro cuius materia est sciendum, quod transactio est de re dubia, & lite incerta, & nec dum finita non gratuita pactio, sed aliquo dato, vel retento, vel promisso l. 1 ff de transactionib. & l. transactio C. eodem titu. & ca. super eo extra eodem. Vnde dicitur transactio. quasi transitio actionis, eo quod transigens, ab actione transit, & discedit & differt à pacto, & compositione quia illa fieri possùt amicab. nullo dato vel ret. d. c. super eo

Sed quatenus in textu nostro habemus quem per transactionem partium iuribus derogatur. Amplia quod transactio ad omnia trahitur vbi generalis, & indistinctè est facta l. plurib. ff de acceptilationib. Salic. hic, & in l. si de certa, eo. tit. qua transactio generaliter facta

* Litigiosa] mores Gallorum transactiones super re litigiosa initas non improbant : reseruatur,

tamen beneplacitum curiæ, aut etiam Summi Pontificis si super Beneficio transactio interueniat, nec tunc sufficit reseruari beneplacitum Papæ, nisi etiam impetretur, Gloss. & DD. in cap. cum pridem de pactis.
SOLIER.

a ¶ Matrimonij.] Fac. c. fin. de transact. quos enim Deus coniunxit, homo non separet 33. quæst. 2 capitulo quos Deus, capitulo inter corporalia, de translat. posset ergo fieri transactio, & compositio etiam super matrimonio, quando non tenderet ad dissolutionem: quia cessat tunc ratio prohibitiua, & ita tenetur communiter in d. cap. fin.

aut in causa matrimonij [a] interpositæ sint, nullum robur obtinet.

DE ARBITRIS.

TIT. IV.

Qui sint propriè arbitri. h. d.

ARbitri dicuntur propriè, qui nullam potestatem [b] habentes, consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur.

Tam in iudicem ordinarium, quàm delegatum potest promitti. h. d.

Sed etsi qui legitimam in partes potestatem habeant, ab eisdem tamen in

DE ARBITRIS.

Io. Bap. COntinuatur titulus iste iuxta id, quod habetur supra tit. proximo in princ. diuiditur autem in quinque partes in quarum prima habetur qui sint arbitri: in secunda qui possint esse arbitri: in tertia qui possint compromittere: in quarta super qua re fiat compromissum: in quinta quomodo finiatur, secunda ibi, sed & si: tertia ibi, sicut autem: quarta ibi plerumque: quinta ibi, finiunt autem.

Io. Bap. ARbitris dicuntur. CASVS. Non figuratur, sed not. quòd arbitri sunt tanquam iudices, cum habeant auctoritatem tamen à compromittentibus licet aliquando secus contingat vigore statutorum.

b ¶ Nullam potestatem.] Scilicet à lege fac. cap. à iudicibus 2 q. 7 vnde sumitur, reiecta tamen illa distinctione arbitrorum ordinariorum & arbitrariorum: quæ nec est necessaria nec recepta: vt ibi per glossam & Doct. sed contra infra eo, § proxim. vbi & à lege *habent* potestatem. solu. quia nec tunc habent aliquam potestatem à lege tanquam arbitri, sed tanquam iudices.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro totius tituli intelligentia notandum est, vt plenius quis sit arbiter, quod quidam sunt arbitri, qui nullam potestatem habent cum legitimantium consensu in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur, arbitrorum verò alij sunt ordinarij, & arbitrarij, vt ij qui legitimam potestatem habentes ab eis eliguntur, arbitrandum, qui non sunt suæ iurisdictioni suppositi alij verò sunt arbitrarij tantum arbitrariorum autem tantum duo sunt genera quia quidam sunt arbitratores, qui non tenentur, seruare formam iuris in exequutione iustitiæ, & promittunt partes non recedere ab eorum arbitrio sub certa pœna, quam soluere oporteret, si non parerent, sententiæ de quibus diffusè Anton. de Butr. super cap. Quintaullis de iureiurand. quidam verò sunt arbitri qui sunt duplices scilicet arbitri iuris, qui eliguntur, à partibus ex recusatione iudicis ordinarij, vel delegatis, qui in exequutione Iustitiæ debent seruare formam iuris, & ab eis appellatur quidam verò sunt arbitri simpliciter, qui eliguntur, à partibus quæ si non consentiunt sententiæ reducunt, se ad arbitrium boni viri qui propriè non sunt arbitri, sed sunt quasi proxeneta, & communis amicus, vel compromissarius, & amicabilis composito: qui etiam tenetur seruare formam iuris in exequutione iustitiæ, & quidam sunt iudices arbitri arbitratores, & amicabiliter compromissores, in quo etiam differunt inter se Anchar. in cons. 229 verum is quis promisit sub pœna, aut iuramento stare dicto arbitratoris possit impunè petere reductionem ad arbitrium boni viri, si arbitramentum sit iniquum Innoc. tandem concludit quod potest quia iuramentum quod est vinculum fortius, quam pœna non astringit ipsum ad parendum quousque redactum sit ad arbitrium boni viri, vt patet in dicto capit. Quintaullis, & consequenter minus ipsum adstringit pœna, & idem tenet, Host. quando generaliter est iuratum de stando dicto arbitratoris, & Specul. in tit. de arbitr. & placet Panorm. quia verba generalia debent intelligi secundum subiectam materiam l. quæro, ff locat. & consequenter pœna, & iuramentum debent intelligi si enormiter non læserit, sicut etiam in capite per tuas de arbitr. notanter, dicit Innoc. quod iuramentum, de stando ipsius dicto intelligitur alternatiuè scilicet quod stabit aut soluet pœnam, vel interesse de quo vide plene per Boër. in quæst. 284 volum. 2 & per Rum. in cons. 189 num. 10 volum. 4 sed introduc. & distringe quod si interueniat dolus ex proposito non obstante quocumque iuramento, & pœna, potest peti reductio ad arbitrium boni viri, & in hoc conueniunt omnes communiter Doctores præsertim Io. Cald. in sua disputatione quæ incipit duo litigantes, seu in cons. 10 in tit. de iureiur. plenè Paris. in cons. 45 numer. 7 vol. 1 de quo vide Alex. in cons. 131 num. 12 vol. 2 quando verò re ipsa dolus interuenit sine dolo ipsius arbitrarij tunc si modica fi. læsio non petitur reductio vt no. in l. si de meis, § repeti reductio, vt plenè Alex. in cons. 131 col. 5 vol. 2 & de veritate cœpisse. ff de arbitr. aut non est modica læsio, & communis est opinio, quæ possit Cappel. Thol. in qu. 167 plenius in addit ibidem, & Paris. in cons. 44. & 45. volum.... Verùm vbi incideret periurium debet absolutio iuramenti peti infra decem dies alias parte opponente non debent audiri in reclamatione, & tanquam periurus non est audiendus, imò reijciendus à limine Iudicij plenè Paris. in dicto cons. 44 num. 2 cum sequent. volum. primo verum non obstat iuramentum, nec tanquam periurus potest quis repelli quando fuit admissus ad approbandam, & iam probatur arbitro nihil dicente idem Paris. in cons. 45 num. 9 & 10 volum. primo ex quo illa exceptio periurij debet opponi alias illi videtur renunciatum ibidem num. 9 & 10. & plenè 57

quid si specialiter, & expressè dictum est, vt arbitrator, positius vnius partis in totam, vel in partem alteri tradere, & standum sit dicto eius etiam in quo, numquid peti poterit reductio ad arbitrium boni viri maximè si interuenerit iuramentum vel pœna ex regula Host. dicitur quod partes debent arbitramentum obseruare nisi sit contra Deum, nec possent contrauenire sine metu pœnæ, vel periurij si pœna, vel iuramentum interuenit, quia potuerunt partes in hoc se ligare, & renunciare suo iuri, vt inferius tamen ex æquitate iudex ex officio suo occurrere deberet iniquitati pensatis personarum & causæ qualitatibus cap. si quod verbum de transact. quod Panorm. dicit valdè notandum attendendum etiam quod decisio prædictorum dependeret, ex sequenti quæstione scilicet. Vtrum partes possint à principio renunciare reductioni ad arbitrium boni viri, & posito quod valeat renunciatio, vel pactum vtrum extendatur ad omnem læsionem maximè si interuenerit iuramentum, vel pœna distinguè si quis absente parte, & extra iudicium renunciat petitioni huius reductionis non valet quia sic non valet futuri iuris renunciatio, vt l. si ita scriptum § primo, ff de lega. 2 no. plenè in l. prima C. de pact. capite ex multiplici de decim. & ibi plenè Abb. in iudicio autem vel extra iudicium in præsentia partis tenet renunciatio futuri iuris, quia habet vim pacti de non petendo iuxta not. in dict. lege prima C. de pact. maximè per Bar. ibidem, si autem quis obligauit se per pactum ad non potendum istam reductionem sumus in casu dubij, & in hoc dicit Dynus, quod hoc non obstante in simplici renunciatione seu pacto potest hanc reductionem petere rationem magnæ læsionis quia illud pactum debet intelligi si, vt bonus vir fuerit arbitratus argum. in lege quæro ff loca. vbi dicit text. quod si promisit l. cator non expellere inquilinum intelligitur, si soluerit pensionem, & idem ibi confirmat Ioan. Andr. in regula scienti inquit illud etiam procedere si interuenisset pœna vel iuram. & idem Bart. in l. societatem, § arbitrorum, ff pro socio dicens quod iuramentum habet in se illam conditionem, quam habet pactum præambulum scilicet, non venire si æquè fuerit arbitratus operatur etiam illud pactum seu renunciatio respectu modicæ læsionis, & idem tenet Butr. in d. capite Quintauallis, & videtur communis opinio Contrarium tamen sentit. Freder. de Senis in cons. 220 dicens, quod pactum seu renunciatio iuramento vallata adstringit, ad non contraueniendum respectu cuiuslibet, læsionis quod tamen benè non probat, sed Butr. sentit etiam sine iuramento dicens, re non videre, qua re per pactum remitti non possit dicta reductio nisi dolus procedat ex animo vbi autem interuenit re ipsa valere debet pactum ex quo de intentione partium constat. Bald. verò dicit hoc obseruari communiter quod non obstante quacumque verborum cautela propter enormem læsionem reductio prædicta fieri non potest Panorm. autem sic dicit si deceptio interuenit ex proposito, quia scilicet scienter per fraudem gratiam, vel editu grauat partem potest reductio peti respectu cuiuscumque læsionis non obstante quocumque pacto, quia si expressè non potest remitti dolus futurus l. si vnus § illud nulla ff de pactis, ita nec tacitè sub generalitate verborum, item si propter dolum retractatur, arbitrium l. 3 eod. tit. nostro, & l. ita demum ff eod. à fortiori, & in hoc communiter Doct. conueniunt si autem deceptio interuenit re ipsa sine dolo arbitratoris reductio non potest, in læsione modica, vt in l. si de mets. § recepisse, ff de arbitrar. etiam si renunciatio non interuenit, vt in capite nisi de præbend. peti autem potest, in læsione non modica secundum communem opinionem, quæ ventura est, si non interuenit renunciatio si verò interuenit, vi scilicet possit vni tollere, & dare alteri non potest peti reductio ratione magnæ læsionis, vel quantitatis quia renunciatio aliquis operatur vnde tunc peti potest ratione maximè seu enormis læsionis, & non magnæ quia ista maxima in dubio videtur excepta arg. l. omnes ff de his quæ in fraud. credit. & si renunciauerit aut fecit pactum de non petendo reductionem etiam respectu magnæ lesionis, adhuc potest peti si deceptio interuenit ex proposito quia dolus futurus remitti non potest, vt dictum est, non autem poterit peti si deceptio interuenit re ipsa, quia pars poterit sibi ex pacto prouidere l. prima ff depositi, vt in regula contractus, & in regula scienti, de regul. iur. lib. 6 poterit autem peti respectu læsionis enormis, ex quo de tali non fuit expressum quia renunciatio trahi non debet extra intentionem agentis, l. qui iniuriæ, ff de furtis, & ita sentit Ant. in dict. capit. Quintauallis, dicens, quod magna, vel parua quantitas dicitur respectu personarum, & causæ, l. cum filius, ff de leg. 2 vide gloss. in cap. fin. de re iudic. vnde totum, vel partem de iure vnius potest dare alteri, sic non ligat præceptum arbitratoris si fuit contra Deum etiam apposita pœna, vel iuramento, & probat Host. & idem putat Panorm. si est contra ius commune non remissibile per partes, vt in cap. examinata, & in cap. peruenit de arbitrar. & in cap. si diligenti de foro competenti si autem est contra ius priuatum partis peti potest reductio si deceptio interuenit ex proposito, & dolo arbitri ratione dicta, & commun. dictum, non autem potest peti si interueni deceptio sine, & hoc est verum nisi fuisset appositum aliquod verbum illius potestatis restrictiuum scilicet altè, & bassè prout sibi videtur, aut placuit quia hæc verba important arbitrium boni viri, vt in l. Thias, ff de fideicommiss. liber. & quomodo cognoscitur læsio, vel iniquitas, vel enormis læsio Dec. in cons. 44 num. 1 & 4 & 6 cum sequent. & sic possunt hæc opponi non obstantibus quibuscunque renunciationibus ibidem compromissum factum inter Laicos, & Clericos in casu reclamationis ad quem iudicem Laicum, vel Clericum reclamatur, Calder. in cons. 128 & super rebus quæ non possunt alienari non potest compromitti Dec. cons. 44 num. 1 & 4 compromissum non fit de rebus iudicatis ibidem num. 3 & Ias. in l. si diuersa. C. de transact. num. 5 nisi cum clausula ibidem. An compromissum potest peti in causa appellationis Ias. in l. ita demum numer. 6 C. de procurator non constat, de potestate arbitri sententia ipsius non meretur exequutionem Freccia de præsent. instr. car. 4 & arbiter, non potest vltra potestatem sibi datam in compromisso iudicare Afflic. in decis. 117 Guid. Papa in cons. 14 nu. 5 Soc. cons. 57 numer. 1 volum. primo, & si est compromissum prorogatum an censeatur prorogatum cum eisdem conditionibus Hippo. singul. 300 & arbiter debet laudare in loco compromissi alias nō valet Corn. cons. 47 volum. 2 Clericus quando ligatur Pragmatica de compromittendo Soc. in cons. 71 & Capic. in decis. 66 compromissum in Iudices ordinarios, vel alios quando fit Guid. Papa, quæst. 69 & laudum latum extra tempus non valet Rom. in cons. 141 venditor laudatus ad defensam emptoris an petit compromissum Paul. de Castr. cons. 178. num. 3 volum. 2 Ioan. de Arnon. singul. 70. An de quæstionibus tutelæ possit compromissum fieri Kar. in l. prætor, & in apostillis, ff de tutor. & curat. datur ab his laudum non potest, pro parte acceptari, & pro parte reprobari nec arbiter, in vno articulo potest sententiare de Franc. in decis. 173 & in reclamatione laudi ad quem Iudicem accedendum est, an ad Iudicem actoris, vel rei in hoc sunt opiniones de resolutione Paris. in cons. 45 num. 65 volum. primo. Couar. in cap. 12 variarum resolu. lib. 2 Compromissum non habet locum quando est opposita exceptio transactionis, vel litis finite Decius in l. fratres numer. 6 C. de transact. Pragmatica de compromittendo an liget compromissarium sicut cedentem, & consanguineos ad

compromittendum Hippol. singul. 335 Decius in cons. 59 num. 4 volum. primo, & Afflict. in decis. 74 num. 3 & si semel fuerit compromissum expiratum quoties debet prorogari Decius, in cons. 93 Ioan. de Arnon. singul. 54 Parisi. consilio 43 volu. primo Hippo. singul. 300 Soc. cons. 99 volu. 3 Couar. in § primo, parte prima relectio. cap. 332 volum. primo, & plenè Afflict. in decis. 46. quãdo compromissum trahat causam vltra duos menses Abb. in cap. venerabilis numer. 10 de iudic. compromissum à quo die incipit currere Alexand. in cons. 34 volum. 1 de Franch. in decis. 54 num. 3.

Sed & si CASVS. Io. Bap. Quidam litigantes volentes suam controuersiam compromittere, nõ conueniebãt in eligendis arbitris: alter enim putabat indifferẽter de quolibet genere personarum ipsum posse eligere, id est iudicem, seruum, monachum, virum criminosum, laicũ etiã super re spirituali, fœminam, & similia: si quidem à fine debet cognosci an in iure aliquid liceat iuxta doctrin. Nauar. lib. de finibus huma. actuum illa enim quorum finis bonus est, bona erunt, vt ipse dicit, at finis compromissi est bonus, sup. tit. prox. in princip. meritò videtur dicendũ indifferenter esse admittendum, quia veritas à quocunque dicatur semper est veritas. Solu. tamen proui. in hac parte legimus, quia arbiter ob similitudinem quam habet cum iudice debet esse sicut iudex, cui ætas conditio, sexus, & probitas præcipuè conuenire debent, vt iura docent. Non obstat obiectio, si quidem ad hoc vt aliquid liceat non solum finis, sed etiam aliæ debitæ circumstantiæ requiruntur, arg. cap. non satis, dist. 86 Not. arg. quod si arbiter non potest esse quælib. persona indifferenter, multo magis hoc idem videtur, dicendum de iudice cum habeat potestatem à lege. Notat. secundò, aliquem prohiberi ne aliquid faciat, vel aliquid munus suscipiat natura, lege & suspicione.

eligi [a] * poterunt. Quod non solum de eis intelligendum est, qui ordinariam exercent iurisdictionem verum etiam de his, qui delegatam [b] tantum obtinent.

Ponit personas, in quas non potest compromitti. h. d.

Sed neque serui, [c] nec (qui seruis similes sunt) Monachi, [d] & regulares arbitrium in se recipere possunt. Ad hos enim quies, oratio, & manuum labor, non autem causarum spectat cognitio. [e] Hæretici quoque, apostatæ, schismatici, infideles, & excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati, arbitrorum in se officium assumere non poterunt. [f]

In laicum de re spirituali non potest compromitti: nisi sit clerico adiunctus, vel in eum sit compromissum auctoritate Apostolica. h. d.

Sed nec in eum, cuius licèt ex delicto aliquo non sit læsa existimatio: laicus tamen est, de re spirituali compromissum fieri potest. [g] Si tamen is, aut clerico sit adiunctus, * aut Apostolica auctoritate compromissum susceperit, arbitri partes exequi minimè prohibebitur. [h]

In fœminas non potest compromitti: nisi id permittat regionis consuetudo, & ordinis. h. d.

iuslibet ferè Gallici Senatus possunt hodie in arbitros nominari, & arbitrorum officio fungi petita prius per ipsos à Senatu licentia, Feuret. ibidem modo relatores litis non sint, Mornac. ad l. 9 de recept. arbit. quam limitationẽ vix admittendam puto suppositа præsertim ipsius curiæ venia. Iudices verò delegatos in ea causa, cui commissi sunt arbitrium suscipere non posse ostendit Argentiens noster ad consuet. Britan. tit. *des Iustices*, art. 28. notab. 4 & de his intelligendam ait l. sed etsi seruum, § fi Iudex de arbit. & l. tutor. ff de tutorib. & curato. datis ab his relatam in can. 1. §. si quis verò iudex 3. quæst. 7. SOLIER.

a ¶ Eligi.] Fortè cum potestate, & facultate quod procedant, vt arbitri, vel arbitratores, & vt iudices prout sibi videbitur, iuxta ea, quæ traduntur latissimè per Ioan. Bapt. Perusi. in tract. de arbitraris, lib. 12.

* In arbitros elegi.] Hoc indistinctè non obtinet in Gallia nam ordinatione Regia anni 1535. & Senatusconsultis relatis à Feuret. de abusu, lib. 4 cap. 4 nu. 11 prohibentur Iudices Ordinarij arbitrium rei coram ipsis controuersæ suscipere: secus si lis nondum fuerit introducta aut coram aliis Iudicibus perdeat indecisa, Guid. Pap. quæst. 69 Præsides tamen & Consiliarij cũ stat. de arbitris lib. 4 capite sexto, & capite 9. indigeret fortè hoc Pontificali decisione.

b ¶ Delegatam.] Cap. cum olim, & c. innotuit eod. c. nisi de præb. cap. literas de præsumpt.

c ¶ Serui.] l. Prædius § 1 ff eodem liber tamen postea factus posset pronunciare ex nouo consensu partium. leg. sed & si seruum in princip. ff eod.

d ¶ Monachi.] Capite Monachi, & capite de præsentium. 10 q. 1.

e ¶ Cognitio.] Cap. de præsentium. 10. q. 1.

f ¶ Poterunt.] Nota quod de excommunicato, apostata, & alijs, de quibus hic, non sunt de omnibus in terminis, & expressè iura loquentia: sed ex mente iurium ferè indubitata communiter opinamur, non posse hos arbitros fieri, vt apparet ex his, quæ diserte, & eleganter tradit Perus. in tract. de arbitris lib. 4 capite sexto, & capite 9. indigeret fortè hoc Pontificali decisione.

g ¶ Fieri potest.] Capite cum *contingit* eo. *scue* nec iudicare potest, capite secundo de iudic. nec etiam potest esse delegatus, nisi iussu Papæ, habetur in dicto capite secundo. Sed nec per viam conuentionis potest cognoscere super spiritualibus, habetur in c. 1 de mut. pet. Immò nec vt arbitrato, & amicabilis compositor secundũ Abb. in d. c. cum contingit, vbi, an possit cognoscere de can. vsurarum.

* Aut Clerico sit adiunctus.] Tamen Senatusconsulto Parisiensi de die prima Iulij 1627. processus quorundam arbitrorum super rebus spiritualibus & temporalibus nominatorum nullus, & abusiuus fuit declaratus irritumque compromissum ex quo dumtaxat Laici mixtim cum Ecclesiasticis in arbitros fuerant assumpti, Feuret. de abusu, lib. 4 cap. 4 n. 9. SOLIER.

h ¶ Prohibebitur.] Cap. per tuas, eos Not. ergo duos casus in quib. potest laicus cognoscere de re spirituali, & amplia primũ casum, vt procedat etiam quòd plures sint laici, quã clerici d. c. per tuas, vbi Abb. fa. c. quod in

dubijs, de consec. eccl. vel alt. & cap. sacris de sept. traditur per recentiores in cap. 2 de iud. & in l. imperium, ff de iur. omn. iud. Sed contra videtur quod per ministerium clericorum laicus actuum spiritualium capax fieri non possit, c. Messana, & cap. sacrosancta de ele. & per Ioan. And. in d. cap. per tuas, & in fi. cap. nobis de iure patr. Sol. arbitrium de re spirituali non est actus spiritualis, vt per Abb. in cap. contingit, & cap. per tuas, eod. & eius laicus non est vere incapax, sed prohibetur solum ratione honestatis: honestas autem facti seruatur ex mixtura clerici. Sed adhuc contra d. l. Pædius ff eo. Sol. seruus est merè incapax vnde non fit capax ex mixtura habili: sed in terminis nostris laicus non est incapax sed solum ratione honestatis est prohibitus super tali re arbitrari, Abb. in dict. cap. per tuas.

a ¶ Iudiciali.) Cum igitur arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, l. 1 ff eo. meritò nec arbitrium poterunt suscipere fac. l. fi. C. eo. secus ergo esset si fieret compromissum in mulierem tanquam in cõmunem amicam, & amicabilem compositricem posset enim tale compromissum mulier acceptare: quia coram procuratore non est iudicium, sed extraiudicialiter proceditur, vt in cap. Quintauallis, de iureiur. & c. dilecti, à contrario sensu eodem vnde sumitur.

b ¶ Separandæ.] Cap. dilecti, eod. cap. mulierem 33 quæst. 5 per Legistas in l. 1 ff de legibus, & in l. fœmina ff de re iud. & in l. 1 C. de muli. in quo lo. mu. sex. congr. &c. lib. 10. Sed nunquid saltem cum iuramento possit compromitti? Respond. non, vt per Abb. post Specu. in d. cap. dilecti, vbi etiam reddit rationem.

Consuetudo potest dare iurisdictionem mulieri.

c ¶ Consuetudo.] Consuetudo ergo potest dare iurisdictionem mulieri. Ex quo infertur quod mulier prohibetur iudicare non ratione incapacitatis: quia tunc consuetudo non posset eas habilitare: arg. cap. quanto de foro compet. & cap. causam de præscri. sed ratione honestatis, faciunt not. in c. sciscitatus, de reseri. Sed tunc contra, consuetudo non debet valere contra honestatem, c. cum decorem, & c. cum ab omni, de vit. & hone. cler. Resp. id admittetur in mulieribus solum præcellentibus habentibus dignitatem, sicut videmus de Abbatissa, quæ ratione dignitatis, habet iurisdictionem. cap. dilecta de exce. præl. Et quod hic dicitur de consuetudine, intellige de mulieribus præcellentibus nuptis principibus viris, ita quod principatus pertineat ad virum: nam si mulier haberet principatum proprio iure, tunc non indigeret consuetudine: sed esset iuri communi munita, per Abb. post Innoc. in ca. dilecti eod.

d ¶ Admittendi erunt.] Est ergo edictum de arbitris prohibitorium certarũ personarum: vnde omnes admittuntur, qui non sunt expressè, prohibiti, vt hic, fac. l. 3 § tametsi & l. Pædius, cum l. sequent. ff eod. l. 1 ff de test. l. cum prætor, ff de iud. capitulo inter corporalia, de translat. prælat.

Fœminæ quoque licèt illæ summæ opinionis existant, ab omni iudiciali [a] examine vsque adeo sunt seperandæ, [b] vt ex illarum sententijs nulla pœna aduersus illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur: nisi regionis probata consuetudo [c] talium munerum, participes illas redderet.

Qui non prohibetur potest esse arbiter. hoc dicit.

Cæteri verò, quos neque sacrorum canonum, nec sæcularium legum statuta specialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt. [d]

Reperiuntur quidam, qui non possunt compromittere. h. d.

Sicut autem ij, quos supra recensuimus arbitria exercere prohibentur: ita etiam illorum quidam [e] compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Pontificij, quam Cæsarei iuris commodius cognosci poterunt.

Ponit causus, super quibus non potest compromittti: & quod super matrimonio spirituali potest compromitti: secus super carnali. h. d.

Pleræque etiam causæ arbitrorum notionem effugiunt: nam liberales, [f] Sicut CASVS non figuratur, sed not. quod in lib. introductorio non omnia, & singula sunt explicanda, sed illa quæ videntur magis vtilia. *Io. Bap.*

e ¶ Illorum quidam.] Vt est seruus l. non distinguimus, § seruus, ff eod. l. 3. §. si seruus, ff de petu. facit l. seruus, C. de iud. Idem monachi, & etiam alij clerici 16 quæst. 4 cap. monachi, & ca. de præsentium, quod tamen intellige secundum eam, quæ latissimè traduntur tam per Abb. in ca. per tuas, eod. Item excommunicati secundum Io. And. & Specu. fac. cap. dilecti, de exce. Item hæretici, & proplenissima informatione personarum, quæ compromittere non possunt, videndus est Perus. in suo luculento tractatu de arbitris in 2. lib. per tot.

Pleræque etiam causæ. CASVS. Quidam Perusini desiderio euitandi lites compromiserunt omnes, & quascunque causas ciuil. criminal. ecclesiast. & cuiuscumque alterius generis, vnde fuit quæsitum quid iuris, si enim volumus considerare finem compromissi, qui est supra tit. prox. in prin. affirmatiué est respondendum, confirmatur per reg. legistarum quod vna causa respiciens plura determinabilia debeat æqualiter ipsa determinare. Sol. tamen vt hic habetur, quia illa quæ sub compromisso continentur debent esse in nostra potestate arg. cap. si diligenter, de foro competen. quod in nonnullis causis non contingit: non obstat obiectio, si quidem ad eam respondetur per id quod dixi supra in § sed & si eo. ad confirmationem vero dico, quod non est eadem causa in omnibus, vt constat. in text. Not. 1 quod quædam causæ in iudicio examinatur, licèt pertineant ad nos, non tamen sunt in potestate nostra. Not. 2 quod ob hanc causarum diuersitatem, videtur necessarium in iudicio examinare in primis, quæ causa sit compromittibilis, quod facit pro intelligentia statutorum loquentium de compromissis. *Io. Bap.*

f ¶ Liberales.] l. non distinguemus § de liberali, eo.

matrimoniorum, [a] filiationum, [b] monachorum, [c] conuersionum, in integrum restitutionum: [d] item criminales, [e] & quæ maiores iudices exigunt, per arbitros cognosci non possunt.

Super matrimonio spirituali potest compromitti, non super carnali. h. d.

Quòd autem diximus de matrimonijs compromitti non posse, de carnalibus intelligendum est: nam quòd de spirituali matrimonio compromitti possit (secundum ea quæ supra diximus [f]) nulla est dubitatio.

Arbiter super pluribus, si super vno tantum pronunciet, non expirat compromissum: nisi habuerit à partibus facultatem ita pronunciandi. h. d.

Finiuntur [g] autem arbitria pluribus modis: vt puta sententiæ prolatione, & temporis lapsu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cùm de omnibus, de quibus compromissum fuerit arbiter pronunciauit. Nam si de quibusdam tantum sententiam tulerit, nisi talem pronunciandi potestatem à partibus habuerit, compromissum non expirat. [h]

Termini lapsu compromissum expirat. h. d.

Lapsu temporis expirat arbitrium, cum terminus compromissio comprehensus re infecta labitur. [i]

Morte tàm arbitrorum, quam compromittentium expirat compromissum, nisi specialiter sit dictum de hæredibus compromittentium. h. d.

Mortis quoque interuentu compromissa irritantur, tam arbitrorum [k] quam etiam litigatorum. [l] Compromissum [m] enim in

l. 1 C. de pedan. iud. c. penul. eod. secundum vnam lectionem: & hoc intellige principaliter: Nam si coram arbitrio compromitteretur de aliqua causa compromittibili, si incidenter esset necesse cognoscere super libertate, posset tunc cognoscere, vt not. in d. § de liberali, pro quo l. cum proponas secundum vnam lect. C. de reb. cred. facit secundum quosdam l. quoties, C. de iud. & l. 2 C. de ord. cogn.

a ¶ Matrimoniorum.] Capit. causa in fin. de rest. in integr. tamen secundum aliquos posset arbiter. cognoscere de tali causa incidenter, & de materia huius § latissimè per Peru. in tract. de arbitris, lib. 3 per totum.

b ¶ Filiationum.] Fac. l. abdicatio, C. de patr. potest.

c ¶ Monachationum.] Per Doct. in l. non distinguemus, § de liberali ff eo. & per Perus. in suo tractatu de arbit. lib. 3 c. 3.

d ¶ Restitutionum.] l. fina. C. vbi & apud quem, c. causa, in princ. de rest. in integ. potest tamen secundū quosdam, & de hoc incidenter cognoscere, Abb. in d. cap. causa, in princ. vers. 2 nota.

e ¶ Criminales.] Cap. causa, in fin. de rest. in integr. l. non distinguemus, § Iulianus, ff eod.

f ¶ Supra diximus.] § per compromissum, de ele. & cap. quia propter eod. tit.

Io. Bap. Finiuntur autem. Casvs, facto vt præsupponitur compromisso fuit quæsitum, an finiatur modis diuersis sicut iudicium delegatum, præcipuè verò sententia, temporis lapsu, morte, & simili, & cum dependeat à libero compromittentium contractu videbatur respondendum quod tantum per sententiam debebat finire, cum ista fuerit compromittentium intentio. Sol. tamen, vt hic legimus, quia compromissum in hoc assimilatur delegationi, & procuræ, & sic non tenet obiectio, imo propter hanc similitudinem tenet argumentum ab vno ad aliud, vt alibi dixi, & adnot. Not. formam mandati compromittendi esse diuersam ad arbitrium istorum compromittentium, & ideo in hoc nequit certa regula assignari.

g ¶ Finiuntur.] De materia huius § latissimè per Perusi. in tracta. de arbit. lib. 13 per tot.

h ¶ Non expirat.] Idcoque sententiam super vna tantum causa latam mutare poterit, l. quid tamen, ff eod. Sed an idem sit de iudice ordinatio, qui de pluribus simul quæstionibus fuerit aditus? Resp. non: quia licet arbiter fines compromissi excedere non debeat, l. non distinguemus, § fina. cum l. seq. ff eod. iudicium tamen redditur in inuitum l. inter stipulantem, §. Stichum ff de verb. obl. & ideo in quibusdam lata sententia tenet, licèt de alijs mihi dicat, lege fin. autem, § fin. ff. de negoc. gest. & not. in d. l. quid tamen.

i ¶ Labitur.] Possent tamen partes terminum prorogare, licet arbiter non cogatur in se compromissum assumere, quando per eum non stetit, quo minus pronunciaret in 1. termino, l. si cum dies, ff eod.

k ¶ Arbitrorum.] Et si fuerit in plures arbitros compromissum, etiam morte vnius tantum, expirat compromissum, ca. vno delegatorum, vbi etiam not. de offic. deleg. & in iudicibus delegatis accidit nisi expressè cautum fuisset, quod non deberet expirare, quid autē sit in iudicibus ordinarijs, & alijs officialibus habetur per Doct. in cap. prudentiam, de off. deleg. Et quod dicitur de morte, extende etiā ad diuturnam absentiam: quia diu absente arbitrio, vel expirat compromissum, vel certe illo non obstante potest pars recurrere ad iudicem ordinarium, Abb. in cap. præsentata, vers. not. ibi per duodecim, & per eundem in cap. fin. eod.

l ¶ Litigatorum.] Etiā alterius tantum, cap. ex parte, eod. Sed nunquid erit idem si moriatur prælatus, qui compromisit super rebus ecclesiæ suæ, vt expiret compromissum morte prælati? Resp. distinguendo, vt per Abb. in cap. fin. eodem.

m ¶ Compromissum.] Sed an quod dicitur hic de ipso compromisso obtineat etiam in actis gestis coram ar-

bitro, ſ. vt eorum virtus expiret vnà cum compromiſſo? Reſp. quædam ſunt acta litis, vt citatio, litis conteſtatio, ſatisdatio, & ſimilia, & iſta pereunt vnà cum compromiſſo, ſicut quando perit inſtantia iudicij, vt plenè per Inn. & Abb. & cæteros, & in cap. cauſam quæ de teſti. Quædam ſunt acta cauſæ, puta atteſtationes, partium confeſſiones, & ſimilia concernentia merita cauſæ, & iſta non expirant, etiam quod expiret cõpromiſſum non ſolum morte, verum etiam alio quocumque modo, l. pen. C. eod. vbi Doct. Canoniſtæ in cap. fin. eod. De teſtibus tamen diſtingue, vt habetur in cap. præſentata, de teſtibus, & in l. fin. C. eod. titul. Idem intelligas de effectib. compromiſſi productis de præterito: nam non extinguuntur. Vnde ſi fuerit coram arbitris interrupta præſcriptio per conteſtationem litis, vel alio modo legitimo, non expirat ille effectus expirante compromiſſo, vt per Bal. in dicto ca. cauſam, & per Abb. in d. capit. fina. eod.

a ¶ Non extenditur.] Etiam ſi ante mortem eſſet concluſum in cauſa, & dies præfixus ad ſententiam ferendam, capit. ex parte, & ibi Abb. eodem, quanquam ſi eſſet ſententia lata, exequutio tranſit in hæredes, l. quamuis & l. diem proferre, § fina. ff eod. & habetur in dicto cap. ex parte, & in cap. fin. eod. & ſic hoc caſu ſententia, & concluſum in cauſa non æquiparantur, licet aliquando contra, vt per Legiſtas in l. naturaliter, § nihil commune, ff de acquir. poſſeſſ. l. emptore, ff de actio. empt. Et nota hic caſum, in quo obligatio contracta cum defuncto non tranſit ad hæredem: regulariter contra, licet de hærede non fuerit facta mentio in contractu, l. veteribus. C. de contra. & con. ſtipul. de aliis ſimilibus caſibus not. in l. iuriſgentium § pactorum & in l. qui in futurum, § 1 ff de pact. & generaliter, quando pactum factum cum defuncto cohæret perſonæ defuncti, non transfertur obligatio in hæredem, Legiſtæ in l. eadem, ff de verb. obligat. & in l. ſi deceſſerit ff qui ſantiſd. cogan. in l. poſtulante, ff ad Trebell. & facit ad quæſtionem an ſi conuenerit, vt quis poſſit perſonaliter capi, ſi non impleuerit ex parte ſua poſſit etiam, illo mortuo hæredes capi? Et ad ſtatutum diſponens debitorem poſſe perſonaliter capi de quo remiſſiuè per Ab. in cap. fin. eod. ſed quæ eſt ratio quod compromiſſum non tranſit in hæredes? Reſpondeo ſecundum Ab. in d. cap. fin. quia arbitri plerumque eliguntur ratione confidentiæ, & amicitiæ, quæ fortè non erit ita cum hærede meo vt mecum, meritò ſi morior non debet cogi hæres meus ſtare compromiſſioni in quo ceſſat illa ratio confidentiæ. Aliam rationem reddebat Hoſt, vt per Abb. in dict. cap. fin.

b ¶ Caueatur.] Sed pone, quod ſit cautum, intelligetur de vno tantum hærede, an etiam de pluribus? Et videtur quod de vno tantum, l. antiquitas. C. de vſufr. l. boues § Hoc ſermone ff de verbor. ſignific. Specul. Abb. & communiter contra. l. in manibus C. de lega. l. fin. C. de hære. inſtit. facit l. qui per ſucceſſionem ff de re. iur. Non obſtat l. antiquitas, quia illud ſpeciale, ne fruſtra ſemper apud proprietarium ſit ipſa proprietas. Item numquid quod hic dicitur habeat locum in arbitratoribus, & amicabilibus compoſitoribus? Specul. quod non, contra Abbas in cap. fin. eod. & hæc magis placet.

c ¶ Relinquimus.] De his pleniſſimè per Peruſinum in ſuo tractatu de arbitris, libro decimotertio per totum.

cõpromittentis hæredes non extenditur, [a] niſi de his quoque ſpecialiter caueatur. [b] Sunt & alij modi, quibus compromiſſa finiuntur, quod tamen vt ad cæptum iudiciarij ordinis propoſitum feſtinemus, ex alijs iuris libris cognoſcendos relinquimus. [c]

DE IN IVS VOCANDO.

TIT. V.

Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui ſcribant acta iudicij. hoc dicit.

ERgo ſi partes neque pactionibus, neque tranſactionibus, neque compromiſſis concordes reddi poterunt, ad iudicem deueniendum erit. Illud autem in primis proſpicere iudicem oportebit, ne ſcilicet debitæ ſolemnitates iniudicio prætermittantur. [d] Adhibebitque publicam perſonam, aut duos viros [e] idoneos, qui vniuerſa acta iudicij conſ-

DE IN IVS VOcando.

COntinuatur hæc materia, prout legimus in princip. huius tit. vel dicas aliter, præmittendum eſt partes non potuiſſe venire ad aliquam concordiam per aliquem modum ex ſupra relatis, & explicatis, vnde coactæ fuerunt venire ad iudicium, & quoniam principium iudicij eſt ipſa citatio § omnium hoc tit. noſtro, ideo proponitur hic tit. iſte, qui diuiditur in quatuor partes, in quarum prima adnot. continuatio: in ſecunda qualiter acta iudicij ſint in ſcriptis redigenda, in tertia demonſtratur qualiter citatio eſt principium iudicij: in quarta habentur caſus diuerſi non comparendi: ſecunda ibi, illud autem: tertia ibi omnium autem: quarta ibi ſit tamen.

ERgo ſi partes CAsvs non figuratur. Not. tamen quod ad iudicium eſt deueniendum quando aliter partes ad concordiam venire nequeunt, vnde not. arg. prius eſſet tentanda remedia ad pacem cõducentia. *Io. Lup.*

Illud autem CAsvs. Quidam Epiſcopus dicebat ius, partes ſolum audiendo non curando, vt ſingula acta ſcriberentur, qua de re fuit quæſitum, an expediret ſingula iudicij acta ſcribere: ſi enim finis iudicij eſt attendendus non videbatur huiuſmodi ſcriptura neceſſaria, ſiquidem poſtquam vnicuique quod ſuum eſt per iudicium eſt reditum, non videtur opus aliud addere. Sol. tamen vt hic habetur, quia oportet aliquando demonſtrare ſententiam eſſe legitimè latam, ex actitatis, quod ſine prouiſione præſentis partis fieri non poteſt, vnde cum prouiſio iſta ſit ordinata ad alium finem, ideo obiectio non tenet. Not. 1 ſcripturam eſſe neceſſariam in quolibet actu, qui fieri debet in iudicio. Not. 2 quod notarius ſapit naturam duorum teſtium.

d ¶ Prætermittantur.] Cap. cauſam, de iudic. capit. quoniam contra, de probat.

e ¶ Duos viros.] Videtur ergo, quod tabellio æquivalea:

ualeat duobus, ex quo loco eius adhibentur duo idonei alias videtur quod æquiualeat tribus, 16 qu. 3 § poteſt verſis autem, & ſic videtur, quod plus credatur ſcripturæ tabellionis quam ſcripturæ epiſcopi, vel alterius iudicis: niſi habeat teſtium ſubſcriptionem cap. cum à nobis, de teſtibus hoc ideo, quia tabellio cum iuratus ſit, credendum eſt, inſtrumento ſuo ca. ad audientiam, de præſcript. cap. illud de præſumption. Sic cõſuetudo regionis interdum habet, quod credatur inſtrumento principis, vt in capite cum dilectus, de fide inſtrumentorum. Licèt autem circa iudicia credatur ſcripturæ tabellionis, circa contractus tamen ei non creditur, niſi habeat teſtium ſuſcriptionem § ſancimus, auth. de hær. & falcid. iurius tamen eſt, quod & in iudiciis adhibeantur ſi adhiberi poſſunt, vt not. in capitulo quoniam contra, de probation. vnde ſumitur.

Sed ſi iudex neglexerit formam dicti capit. quoniam contra obſeruare in eligendo notarium vel duos idoneos viros conſcribentes acta iudicij tunc ſi aliquod dubium, difficultaſque oriretur nulla ad modum ipſi iudici adhiberetur fides ſuper proceſſu fabricato, niſi in quantum conſtaret per legitima documenta, imo iudex non habens penes ſe notarios, vel duos probatos viros, ita conſcribentes acta, per ſuperiorem debitam quidem pœnam puniri debet d. c. quoniam contra, in fin.

cribant, vt Innocentiana[a] conſtitutione, in generali Concilio edita latius continetur.

Initum iudiciorum eſt citatio ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli. h. d.

Omnium[b] autem iudiciorum inſtituendorum principium, & fundamentum ſunt citationes, ſine quibus omnia, quæ aduerſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carent[c] Nam neque naturalis, [d] neque ciuilis ratio quemquam indefenſum iudicari permittit. Quicumque igitur cum altero, iudicio contendere voluerit, ante omnia curare debet aduerſarium ita moneri, vt ſeſe coram iudice exhibere teneatur[e].

Omnium autem. CASVS. Quidam iudex Mediolan. indifferenter ius reddebat parte non citata, ideque putabat ſibi licitum, quia dicebat ſatis eſſe cauſam ſibi cõſtare tanquam iudici, & propterea nil aliud requiri, argumento capitul. euidenti, de accuſatio cum ſimil. Solu. tamen, vt hic habetur quia ſi ſecus eſſet, ſæpè contingeret aliquem indefenſum condemnari, quod repugnat iuri, & rationi. Non obſtat obiectio, quia non eſt ſatis, vt aliquid ſit notum iudici, niſi ſit notum legitimè, & canonicè & ſic intelligi debet dicto cap. euidentia. Not. primò, quod nemo poteſt in iudicio iudicari, niſi prius fuerit legitimè citatus. Not. ſecundo quod cum citatio ſit ordinata ad defenſionem faciendam, ideo in quolibet indifferenter requiritur facit l. inciuile ff de legi. *Io. Bap*

a ¶ Innocentiana.] capite quoniam contra, de probat.

b ¶ Omnium, &c.] Inſtit. de pæn. temer. liti § fin.

c ¶ Viribus carent.] Facit de vnoquoque ff de re iudic. clement. paſtoralis eodem titulo, capit. inter quatuor vbi not. de maioritate, & obedientia capit. caueant, & capitul. omnia, tertia quæſtio. nona. In tantum vt ſententia lata in fauorem abſentis non citati non teneat, vt not. in l. eaquæ, C. quomodo & quando iudex. Ab. in capit. quoniam contra de probation. licet videatur contra l. quod fauore. C. de legibus, & nulla ratio, ff de legib. Non mirum cum ſit de iure diuino, vt apparet in principio libri Gen. in quo habetur quod Deus noluit Adam condemnare de inobedientia, priuſquam illum citaſſet. Ideo ei nec per Papam derogari poteſt, & de hoc per Legiſtas præcipuè recentiores, in l. nec quidquam § vbi decretum, ff de offic. proconſ. Centum tamen & quindecim caſus, in quibus non eſt neceſſaria citatio colligit Ant. Nicel. in opere quod inſcribitur, concordia gl. q. 52 in 1 tomo tractatuum.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § quod iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui ſcribant acta iudicij. Nam acta iudicii à Notario ſcribi debent, alias non valent: vt per Io. And. de Nigr. in c. Regni, item quod prædicti officiales nullatenus num. 9 Et eſt text. in ritu. magnæ Curiæ 159 & ratio quod id ſtatutum eſt vt tã in ordinario quam in extraordinario iudicio iudex habeat ſemper notarium veluti perſonam publicam, ne falſitas præiudicet veritati, & tanto magis quoniam iudex ſæpiſſimè in euidens partis damnum, aliqua iniqua dicebat, & litigator veram negatiuam contra huiuſmodi, aſſertionem probare, oſtendereque non poterat.

Et Natta meritò quidem hoc itidem amplificat conſilio 138 vt acta ipſa publica minimè teneat, ſcripta per alium quam per actuarium etiam ſi illa reperiantur ſcripta de conſenſu partium, & hoc idem conſtantes quidè firmat etiam Bald. in l. in teſtamentum, C. de teſtamentis, & in l. repetita, C. de epiſc. & cler.

Et tamen bene verum, quod acta ipſa iudicii auctoritate iudex de iure communi per duos viros, ſeu per tabellionem conſcribi poſſunt & tunc indubitanter quidem facerent quidem, cap. quoniam contra falſam, de probationibus, & hæc lex obſeruatur in Regno, præſertim in illis locis, in quibus non reperiuntur Notarij tunc enim ſi ſupplicatur per ordinarios officiales ipſorũ locorum magna Curia Vicariæ, ſeu in Regijs audientijs Prouinciarum, conſuetum, nempè eſt ordinari, ac prouideri, quod aſſumpto vno, vel duobus ad conſcribendum acta procedant in cauſis cæterum animaduerte quod tunc non poſſet ipſemet officialis alteri penitus extraneo hoc committere, vt voluit Innoc. in dicto capite quoniam contra, cui ibi omnes accedunt, & ratio viuax, & palpabilis eſt, quia ex quo iudex induſtriam perſonarum, & ſic fidelitatem duorum virorum, vel tabellionis elegerit non cenſeretur aliter eis committere, tradereque authoritatem, vt alios eligat, niſi ſpecialis iudicis authoritas interueniat, vt in cap. fin. § is autem, de off. deleg.

d ¶ Naturalis.] Immo non naturalis videtur permittere ſi ſententia lata ſit iuſta: quia dummodo finem habeamus, non curamus de modo. Solut. hoc verum quando motus non eſt de ſubſtantia, alias quando eſt de ſubſtantia, non ſufficit habere ſuum effectum. Ab. in capitulo vniuerſitatis, verſic. in gloſſ. penultima, de ſenten. excommunicat fac. capitulo eccleſia, de conſtit. & vt lit. non conteſt. per totum. *Quando curandũ de mod.*

e ¶ Teneatur.] Quod tunc erit cum citatio habebit ſua requiſita, de quibus inf. eodem in proceſſu.

ALOYSIVS RICCIVS In præſenti § habetur citationem eſſe neceſſarium in omni negotio, & cauſa, vt ſtatuitur etiam per l. de vno quoque ff de re iudic. 1 nam ita diuus ff de adopt. cap. cum olim de teſtibus clem. paſtoralis de re iudic.

Non nulli tamen ſunt caſus, in quibus aliqua citatio

non exigitur, & primus, est cum tractatur de eijciendo à possessione iniustum notoriè possessorem quia ipso minimè vocato eijci potest Rot. in Nouis. decis. 14 Hostiens. in ca. accepta de restitut. spoliat secundus quando citandus est præsens in iudicio, quo casu citatio aliqua non requiritur, vt per Capic. decis. 37 Bar. Bald. Salic. C. si ab hær. se abstin. tertius, casus erit in debitore suspecto de fuga, in quo fiũt duo singularia vnum quod proceditur ad capturam personæ, & est realis citatio Alterum verò quod recipere testes, vt possit capturam committere absente, & non citata parte fieri possunt, ita Bart. in l. ait prætor. § si debitorem, ff quæ in fraud creditoris *Bald. in* l. consentaneum, num. 13 C. quomodo, & quãdo Iudex quartus casus est in sententia supremi Principis, in quo nulla requiritur citatio, vt per supra citatos habetur authores quintus, casus est quando est cõmissa causa, vt procedat *secundum* suã conscientia, quia eo casu partem citare non tenetur, Bald. in C. certum l. vnde legit num. 5 dum dicit commissionem conscientialem non egere citatione Rom. in Rubric. de arbitr. col. 2 in fi. Alex. in l. de vnoquoque ff de re iudic. 6 casus in executore Apostolico qui citare partem aduersam non tenetur, quia cum sit merus executor non procedit per viam disceptationis, vt voluit Bald. in l. quinquaginta ff de excusat tutor gloss. in clem. 1 de re iudic. septimus, casus est cum notorie constat. iudici, citando aliquam defensionem non spectare, ac nullum ius ei competere argument. capitul. cum olim. de re iudic. glo. in l. 1 C. qui aduers. Panor. in capit. ad nostram il. 2 de iur. iur. octauus casus est in casib. in quibus non requiritur causæ cognitio, quia in eis nulla citatio est necessaria, jvt ex liber tertio paragrapho si causa cognita ff de boner. possess.

Fit tamen Hæc pars tot. partic. habet, quod sunt causæ quibus excusatur ne ad iudicium compareat. in cõmuni tamen CASVS. ita commodè figurari potest *Io. Bap.* Quidam fuit ad iudicium citatus qui aliter non comparuit, & cum iudex voluisset ipsum condemnare fuit quæsitum, an posset excusari allegando citationem nõ fuisse legitimè factam, vel ratione personæ, vel ratione loci, vel ratione temporis, vel rõne formæ citationis, cum in ea requisita non contineantur, vel alia simili causa & cum contumacia sit punibilis vt docto adnot. in capitul. 1 de iudic. ideò cum simpliciter non comparuisset videbatur puniendus. Cæterum Sol. vt in hac parte legimus, quia citatio cum debeat esse legitima, tunc erit talis quando secundum debitas & adnot. circumstantias fuerit facta. Non obstat obiectio, quia de legitima contumacia intelligitur vt doctor. ibi præsupponunt. Not. primo competentiam iudicis simpliciter, vel respectu alicuius actes aliunde non cognosci, nisi ex qualitate jurisdic. personarum in iudicio interuenientium loci, temporis formæ, & aliorum circumstantiarum, hinc habemus varium modum excipiendi. Nota 2 que causa, propter quam citatio est nulla aliquam est perpetua & aliquando temporalis.

Ex quatuor capitibus elusoria redditur citatio, & citatus à non suo iudice non tenetur comparere. h. d.

Fit tamen interdum pluribus modis[a], vt quis vocationi de se factæ parere non compellatur, vt puta [a] ex personæ qualitate, loci conditione, temporis ratione, & forma citationis, Personæ qualitas inefficacem reddit citationem, tam ius dicentis, quàm etiam in ius vocati. Nam si te is in ius voeet quem tibi iudicem non esse competentem manifestum sit, [b] dubio procul ad comparendum vocatio talis te minimè coarctabit. [c] *

Qui legitimè citatus mutauit iudicem, non propterea potest declinare iudicem, cum sit præuentus. h. d.

a ¶ Vt puta.] nota quat. c. ex quibus oritur inual. citat.

b ¶ Manifestum fit.] Hoc ideo dicit: quia aliud esset si dubitaretur, prætoris enim est æstimare, an sua sit iurisdict. l. 2 § sed & si dubitetur, & l. si quis aliena cũ ibi not. ff de iul. cõtumacia, & ibi et not. ff de re jud. & faciunt tradita per Cano. in c. cum ordinem. de refeript. & in cap. parati, de appell.

c ¶ Coarctabit.] Et hoc procedit non solum in ordinarijs, sed potest procedere etiã in delegatis, puta si sit commissa causa plurib. fine clausula illa, quod si non omnes, & pars tãtum eorum citet, vt in capitul. prudentiam, in princip. & ibi no. cum capitul. seq. de offi. deleg. fac capitul. ex literis, eod. titul. & capitul. si duobus, de appel. & habetur per Specul. in titul. de citatione col. 2 versicu. Item quod est euidens. Sed quid si judex, qui citauit mortuus est, & alius in locũ de mortuj substituitur vtrum citatus teneatur comparere absque noua citatione? Vel contra: quid si aliquis citatus est sub nomine dignitatis, & mortuus est, & alius substitutus, an citatio coarctabit substitutum? Resp. vt per Ab. in c. licet in fin de acc.

ALOYSIVS RICCIVS. Dicit quod citatus an non suo judice non tenetur comparere corroboratur hæc conclusio per text. in l. 3 ff de judicijs, vbi habetur nõ videri contumacem qui præsens. judicium suscipere nõ compellitur, sed mihi contrarium videtur per tex. in l. si quis ex aliena ff de judicijs, vbi quod si quis alienæ jurisdictionis, & non proprie per prætorem fuerit citatus tenetur coram prætore comparere, quia alias procederetur contra eum tanquam contra contumacem concordat l. 2 si quis in jus vocat. non fuerit cap. cum personæ de priuilegijs. In qua difficultate tu dic textum istum precedere, quem dubium est vtrum citatus teneatur respondere coram prætore: nam stante hoc dubio, si non compareat procederetur contra eum tãquam contra contumacem, sed si notorium sit citatum non esse subditum prætoris citantis, si tunc citatus nõ compareat, non procederetur contra eum tanquam contra contumacem, & in his terminis procedit tex. noster quam concordiam assignauit Mising. in decis. Cameræ Imper. centuria 6 obseruat. 7 quæ prima opinio locum sibi vendicat in iudice delegato, nam si aliquem citet in dubio tenetur comparere, quia ad iudicem delegatum pertinet cognoscere, & pronunciare vtrum sua sit iurisdictio capitul. super literis de rescriptis nihilominus est differentia in hac materia inter iudicem delegatum, & ordinarium, nam Iudex ordinarius habet fundatam intentionẽ, quo ad õnes, qui reper. in eius territorio, & ideo in eo cit. tenetur comparere corã ordin. citante iuxta generalẽ regul. prædicti tex. l. si quis ex aliena. Deleg. autẽ nõ habet territ. neque habet intent. suã fund. quo ad iurisdict. nisi obstendet lit. deleg. c. cũ in iure de offi. deleg. & ideo citatus per cũ nõ tenetur corã eo cõpar. nisi in citati. sit incerta copia prædictę deleg. alias, & si nõ cõpar. poterit citãscõtra eum procedere tanq. contumacẽ l. vnic. C. de super Inno. in c. præter. in eo. a de dilat. Guid. Pap. decim 450

* *Coarctabit.*] *apud nos citatus coram* Iudice

non fuo tenetur comparere, vt de incompetentia excipiat alias expensis quas frustratorias vocant subiacebit. SOLIER.

a ¶ Legitimè.] Vt, quia cómissa ad petitionem partis vt in capitul. proposuisti, vbi Abb. de for. comp. si iudex procederet ad vtilitatem priuatam: alias esset nulla, & per consequens non perpetuaret iurisdictionem, capitul. cum plures, vbi not. de offi. delegat. in 6 nec etiam præuentionem induceret. Ioann. And. & Abb. in d. cap. proposuisti vbi, an talis citatio debeat esse per tria edicta, an per vnicam citationem peremptoriam.

b ¶ Præuentus.] l. si quis postea ff de iud. l. cum quædam, ff de iurisdict. omn. iud. patet. ergo quod per solam citationem perpetuatur iurisdictio, tam ordinarij, quam delegati, vt cap. proposuisti de foro compet. vnde sumitur, & capitul. gratum, & capitul. licèt de offic. deleg. & capitul. fin. de offic. leg. fac. capitul. vt debitus, de appell. & cap. capitulum sanctæ Crucis, de rescript. vt citatio prævalet impetrationi literarum, qui ergo conuenitur coram iudice competenti cogitur vsque ad finem persistere, etiam si mutauerit forum: quia præuentus fuit.

Si tamen contigerit, eum, qui legitimè [a] citatus fuerit, alterius postmodum fieri iurisdictionis, quasi præuentus [b] ius reuocandi forum non habebit.

Citatus ad instantiam spoliatoris non tenetur comparere. h. d.

Idem iuris [c] est si iudex quidem tuus sit, ex eo tamen te mandet vocari, vt in iudicio cum spoliatore tuo stare compellaris, nec enim antea comparere cogeris, quam ad omnia canonicè restitutus [d] fueris.

Ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum. h. d.

Locus quoque, ad quem vocatus fueris, tunc inualidam reddit citationem, cùm aut incertus est, [e] aut citantis non subest iurisdictioni. [f] Idem etiam dici poterit, si citatio impetrationi literarum præualet.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti § quod legitimè, citatus cum sit præuentus non potest declinare iudicem. Idem probat capitul. penultim. de foro compet. & gloss. in capitul. quoniam de probat. & l. si postquam ff de iudicijs, & ratio est, quia cum ordinarij sint partes in iurisdictione præfertur ille, qui præuenit argument. capitul. penultim. de rescript. Vnde generalis regula constituitur in hac materia quod in causa pari is qui præuenit præfertur l. neganda C. qui accusare non possunt.

Ampliatur etiam in iudicio summario, & exequtiuo Pau. Cast. cons. 169. & etiam in retractu comparenti ratione consanguinitatis Boer. cons. 42.

Ampliatur secundò, quod si sint plures iudices habentes iurisdictionem cumulatiuè, & in solidum is, qui præuenit in causa est in cognitione illius præferendus, vt habetur in l. 1 ff de offic. cons. & c. cum plures de offic. deleg. in 6.

Ampliatur tertiò, idem procedere in diuersis iudicibus diuersam iurisdictionem habentibus, nam ille, qui peruenit est præferendus cap. penult. de foro compet.

Ampliatur quartò, & vltimò, quod si quis fuerit vocatus, vt compareat coram ordinario, & citatus postea impetrauit certos iudices ad cognoscendum de eadem causa, nihilominus ordinarius præfertur propter regulam huius tex. & quia secunda impetratio non facta mentione de præuentione censetur subreptitia cap. inter Monasterium de re iudic.

Quæ regula sic ampliata restat nunc videre, ex quibus actibus dicatur præuenta iurisdictio, & l. text. in l. si quis postquam, clarè probat dici præuentam per citationem, vt habetur etiam in cap. penult. de foro compet. Bart. in l. si plurib. num. 1 & ibi Iaf. n. 24 de leg. 1 & ratio est quia licèt ante litem conteftatam propriè non dicatur iudicium cœptum leg. cum fundus ff si cert. pet. tamen postquam interuenit citatio dicitur lis pendere Clem. 2 vt lit. penden. quia citatio est fundamentum iurisdictionis contentiosæ § fin. Inst. de pœn. temlitig. Pan. cap. relatum num. 6 de offic. deleg. quod procedit etiam si citatio non sit præsentata Iudici, Soc. leg. libertus, & ibi Iaf. nu. 6 ff de in ius voc. quod intellige quando citatio fuit exequuta, Hoc est, quod cum effectu pars fuerit citata ad comparendum, nam aliàs non dicitur citatio, sed potius mandatum, de citando, vnde neque lis dicitur pendere, antequam pars cùm effectu fuerit citata d. clem. 2 vt lit. pend. & consequenter non dicitur præuenta iurisdictio, & ita colligitur ex cit. l. si quis postquam, & notant Pau. & Iacob ibi numero secundo.

c ¶ Idem iuris.] Supra dixit de nullitate, quæ obuenit ex persona iudicis, nunc de ea, quæ ex persona rei conuenti.

d ¶ Restitutus fueris.] Cap. 1 & 6 prius 3. quæst. 2. Specu. in titul. de citatione. § 1 & ponitur hic vnum tantum exemplum de spoliato: sed plura videri possunt in l. 2 & l. 3 ff eodem in quibus citatio non valet ex qualitate personæ, quæ citatur.

e ¶ Incertus est.] Tunc enim videtur perinde ac si nullus locus constitutus fuisset l. de ætate § nihil ff de interro act. & nimia generalitas reprobatur, capit. ex literis, de dolo. & contu. Sed hæc citatio ad locum incertum non est ipso iure nulla, si non est omnimoda in certitudo, puta, quod citatus fuerit quis ad villam & sint plura loca eiusdem nominis, vt in cap. final. de rescript. quia debet citatus comparere in loco, in quo consueuit comparere. l. si locus. ff de iudic. l. si cum dies § si arbiter ff de arbi. & habetur in d. cap. fin. de rescript.

f ¶ Iurisdictioni.] l. final. digestis de iur. om. iud. & capite cum Episcopus de offic. ordin. in 6. & hoc adaptari potest, etiam ad delegatum, capite statutum, § in nullo de rescript. in 6. & in tantum hoc procedit secundum quosdam, vt citatio nec ex partium consensu possit conualescere, vt notat. in dict. § & in nullo, & de hoc per Specu. in tit. de citat. § 1. vers. Item quod iudex, & ibi etiam per Ioan. And. in Apostil. Quod tamen, hic dicitur non habet locum in terminis clem. 1 de foro compet.

tandus extra iudicis territorium [a] * moram trahere comperiatur. Tunc enim ius dicenti impunè non paretur. [b] Quemadmodum & si locus citationi designatus pestilens [c] sit, aut aliàs pro citato malè tutus. [d]

Diebus feriatis in honorem Dei, etiam ex consensu partium non potest procedi. Et angustia temporis ad comparendum dati vitiat citationem. h. d.

Sed etsi re iudex iusserit adesse, aut inter angusta nimis tempora, [e] aut quæ veneranda sint diuini cultus gratia, [f] nullas vires habebit talis iussio. Quamuis enim non prorogare, sed expedire deceat quæstiones: [g] vsque ad eo tamen his diebus iudiciorum [h] strepitus debet conquiescere, vt nisi, vel necessitas [i] cogat, vel

a ¶ Extra territorium.] Poterit videri fortè temerè hic istud positum, cum si de verbali citatione intelligendum sit, quemadmodum videtur intelligendum, ita videatur dubium, vt non defuerint aliqui Legistarum, vt Ang. de Perus. & etiam alij, qui dixerint hoc egere decisione Cæsarea, vt per Ias. in l. fin. ff de iur. omn. iud. sed hoc hoc fortè verum fuerit apud Legistas, certè apud Canonistas videtur *clarum* per clem. pastoralis de re iudic. & quando etiam apud eos id non esset clarum quod hic dicitur, esset intelligendum iux not. per Specul. in titul. de citat. § 1 versicul. septimus, & per Bart. & alios in dict. l. fin. vt puta, quando diuersi iudices non subsunt vni Domino: sed sunt omninò separati, de quo nemo videtur dubitare.

* Territorium.] In Gallia validè quis citatur extra territorium Iudicis etiam non petita à Iudice loci licentia, vt nouella ordinatione Regia cauetur, tit. 2 art. 10. SOLIER.

b ¶ Non paretur.] Ratio, l. fin. de iurisd. omn. iudicum.

c ¶ Pestilens.] Vt not. in capitul. communis, distinct. 23. in versicul. morali & in cle. quamdiu de appellat. & per Specul. in titul. de citatio. § 1 versicul. item excipitur. Sed, quid si in loco pestis redderetur ius, an citatus excusaretur si non compareret? Resp. vt per Bart. in l. de ætate, quam legit. in l. recusare § si quis alio ff ad Trebell. & latius per Abb. in capitul. cum dilecti versicul. ex hoc dict. not. dict. authe. quod si ius. & fac not. per eundem Abb. in cap. propter sterilitatem, versic. dubium est.

d ¶ Malè tutus.] Facit capitul. de cætero, de sentent. excomm. & cap. veniens, de accus. & vtrobique Abb. nec distinguemus, ex qua causa ortæ fuerint inimicitiæ, & an culpa non comparentis. Abb. in dict. c. de cætero. fac. no. per eundem in cap. 1 in 2 notab. de iud. fac. clem. 1 de re iud. & l. sententia. C. de iur. omn. iud. Idem etiam esset, si locus sit inhonestus, vt per Spec. in titul. d. citat. § 1 versic. item quod sit citatus.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti, § habetur quod ex qualitate loci citatio non arctat ad comparendum. Hinc aduerte quod citatio habetur pro non facta, vbicumque continet breue tempus ad notificandum, clem. 1 vbi gloss. & Imol. numer. 41 de iudic. vnde scias (nam in practica in Regno quot die allegatur absentia citatorum in causis) vt opponas de nullitate, ac breuitate termini ad euitandum contumacias cum aliquando viderim hisce oculis aliquos iudices errare Stabiliendo breue atque breuissimum tempus, dum allegatur per consanguineos affines, & amicos absentia citati in vltimo peremptorio, & tamen vbi citatus reperitur tunc extra prouinciam, vel ignoretur locus, in quo morari facilè, tenetur in istis casibus, & similibus. Iudex concedere dilationem vnius mensis ad notificandum, & perquirendum secund. Ifer. in constit. edictor. ordinem colum. 5 versicul. item probato.

Quæ quidem assignatio termini facta absenti compertum est quod necessario atque indubitanter debet intimari, vt per Bald. in l. 2 col. 1 C. vbi in rem actio, & terminus quis dicatur breuis, vel longus faciliter explicat Spec. in tit. de citationibus.

e ¶ Tempora.] 5 qu. 2 c. 1. & c. primates, & per tot.

f ¶ Diuini cultus gratia.] Hoc procedit quando fuit facta citatio, vt compareat tali die, quæ est feriata in honorem Dei: secus si fuisset dictum, compareat vsque ad talem diem, quia licèt illa dies esset feriata, tamè potest comparere ante diem feriatam, & hoc dicit esse verissimū Ab. in capite fin. de fer. licèt antiqui multis modis distinguerent, vt ibi per eum in 1 quæst. Quod autem sit è contra, si sit facta citatio die feriata, ad diem non feriatā, dic vt per eundem in dict. capite fin. quæstione secunda.

g ¶ Quæstiones.] Cap. finem, & capite venerabilis de dolo, & cont. cap. fin. eod. leg. properandum. C. de iud. sed quid dicemus de actibus extraiudicialibus, & iurisdictionis voluntariæ? Respond. possunt etiam diebus feriatis in honorem Dei explicari, quantum ad hoc vt teneant: sed talem actum celebrantes peccant, nisi certis casibus, vt in notulis sequent. Et vidi in doctoratu Illustris. Flauij Vrsini olim scholaris, & Domini mei, & postea Auditoris Cameræ Apostolicæ meritissimi, & nunc Cardinalis amplissimi in Collegio Perusino, non modicam altercationem: quia d. Dominus cupiebat præsentari in die feriata in honorē Dei, hoc est in die S. Angeli. de mense Septembris, & aliqui doctores multum reclamauerunt dicentes, hoc non debere fieri, quod esset peccatum cum esset actus, in quo iudex debet pro tribunali sedere: tamen obtentum fuit quod fieret, fortè quia magis cupimus hominibus placere, quam Deo. Et eodem anno 1556 fuit doctoratus Illustrissim. Domin. Andræas Mathæus de aqua viua, ad præsens meritissimus Episcopus de Venafro, qui licèt fuerit præsentatus die non feriata, sed iuridica fuit, tamen doctoratus in Festo S. Augustī. nec fortè fuit indecens, in festo Doctoris fieri quem Doctorem, de hoc latè per Abb. in cap. fin. de fer. & in tit. de citat. § 1.

h ¶ Iudiciorum.] Sed an idem sit in compromissis, quod in judiciis? Respondeo, idem secundum Abb. in capite final. de fer. & hoc intellige in vero arbitro secus est in arbitratore, & amicabili compositore, capite primo de feriis. Spec. in tit. de arbit. § fi. vers. in forma Ioan. And. & Abb. in c. fin. de fer.

i ¶ Necessitas.] Pura, quia sit res tempore peritura. Plura exempla dantur in l. 1 & 2 & l. 3 ff de fer. fac. l. 1 ff de dam. infecto.

pietas [a] ſuadeat, conſentientibus etiam partibus proceſſus habitus non tenet.

Nec faciunt cauſas feſtis tractare diebus,
Pax, ſcelus admiſſum manumiſsio: reſperitura,
Terminum expirans, mora, teſtis abeſſe volentis,
Cumque poteſtatis patriæ ius filius exit.

Feriis indultis hominum cauſa renunciari poteſt. h. d.

Aliud tamen obtinet, ſi ob hominum neceſſitates [b] feriæ indultæ fuerint. Tunc enim acta cuncta tenent, ſi de partium conſenſu proceſſerint voluntate. [c]

Delegatus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ commiſsionis, & deſignare auditorium, ſecus eſt in ordinario. h. d.

Iam verò multum intereſt, delegatus ne citet, an ordinarius. Ille enim cum aliena vtatur iuriſdictione, longè remotus, [d] non niſi literis commiſſionis ſuæ tenorem continentibus [e] & intra certa ſpatia, [f] quem vocare poterit. Et cum proprium non habeat auditorium certum huiuſmodi literis locum, vbi ſe citatus exhibere valeat, deſignare illum oportebit, cum in ordinario nulla ſubſit huiuſmodi neceſſitas. [g]

Ponit quid agendum ſit delegato, ſi iuriſdictio eius expirat in peremptorio. hoc dicit.

Item in delegato [h] quæri poteſt, ſi peremptoriè partes is citauerit, & earum altera (die data) ſeſe abſentat contumaciter, an ſaltem circa vltimam diei partem ſit in negotio procedendum: & vtrum, ſi duxerit expectandum, ſit iterum

---

a ¶ Pietas.] Puta, quod ſit cauſa miſerabilium perſonarum: nec enim in operibus miſericordiæ eſt habenda dierum diſtin. arg. cap. vtinam, diſt. 76 & capite nunquam, diſt. 5 & aliis caſibus per Abb. & Doct. in c. fin. de feriis, qui concluduntur his verſibus.

De quorum verſuum declaratione Abb. & alij in d. cap. fin.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § quod diebus feriatis in honorem etiam Dei ex conſenſu partium non poteſt procedi, vt habetur etiam in l. dies Feſtos C. de Feriis Vant. de nullitatibus, c. 9 num. 131. quamuis in aliis indictis ob neceſſitatem hominum, & ipſorum vtilitatem executio, vt per eundem Vant. de nullitatibus, num. 131.

Sed dubium eſt quid in diebus Feriatis in honorem Dei, qui tamen, & à populo, & clero non ſeruantur, vt ſunt dies hebdomadæ Sanctæ, an fieri poſſit executio, & ſecundum text. in l. omnes dies, C. de fer. & Bertachini in § executio, num. 19 vbi multos citat negatiuam tenent opinionem dum generaliter dicit de tempore in honorem Dei.

Verum eſt notandum quod ſi partes conſentiant etiam in dieb. feriatis legitimè procedi poteſt, vt eſt text. in l. ſi feriat. ff de feriis, quod eſt limitandũ nam huiuſmodi conſenſus partium non præiudicabit perſonis acceſſorijs, pro vt ſunt teſtes, & iudices qui propterea non ſunt arctandi tempore feriarum ad veniendum in iudicium, vt de teſtibus explicitè tradit Paul. Caſtienſ. in cap. 1 in princip. nu. 7 ff de feriis, & idem eſt dicendum quando in feriis æſtiuis impetrantur memorialia cum decretatio quod procedatur in cãn. feriis non obſtantibus, nam cum illa decretatio procedat ad petitionẽ partis non præiudicat iudicib. & teſtib. ita quoque procedit in cauſis fiſcalibus, & publicis iuxta tex. in l. publicas. C. eod. tit. & in omnibus actibus voluntariæ iuriſdictionis l. actus omnes C. eo. tit.

Verùm aduertas, quod obſeruantia huiuſmodi feriarum, aut dierum feſtiuorum non procedit vbi periculum eſt in mora Theſ. in deciſ. 95. in fin.

b ¶ Neceſſitates.] Vt miſſum, vindeminarum. Sed quid dicemus, ſi ſimus in loco, vbi non recolligitur vinum, vel granum: Item quid ſi recolligitur quidem, ſed quæſtio vertitur inter milites, vel clericos: an tunc poſſit procedi? Reſp. vt not. in capitul. fin. per Abb. & alios de feri.

c ¶ Voluntate.] Idem etiam dicas de feriis repentinis, puta, ſi ſint inductæ ob res proſperè geſtas. Vel propter natiuitatem filij ipſius principis. Vel quia duxit vxorem, l. ſed & ſi per prætorem, § feriæ, ff quibus ex cauſ. maior. cum enim non ſint inductæ fauore partium meritò non poteſt eis per partes renunciari, facit l. omnes dies in fine, & l. à nullo C. de feriis, & ita per Doct. in c. fin. de feriis.

d ¶ Longè remotus.] De quo per Abb. in c. præterea de dilat.

e ¶ Continentibus.] Ad hoc, vt reus poſſit inſtrui, & deliberare, quid debeat in termino reſpondere, habetur latè in c. præterea, de dilat. & per Specul. in tit. de citatio § ſequitur verſicul. vtrum autem citatus, vbi allegat multa concordantia.

f ¶ Spatia.] Id eſt, intra duas dietas, capitul. nõnulli, & capitul. dilectus 2 de reſcript. capitul. ex parte, de foro competent. capitul. olim. de except. cum concor. et hic nihil fuit expreſsũ de duabus dietis: quia iſta materia de duabus dietis habet multa capita, & multas diſtinctiones, de quibus plenè per Specul. in tit. de citatio. § primo.

g ¶ Neceſſitas.] Habes ergo, quomodo differãt cit. ord. & deleg. ſed de hoc dic plenius, immò pleniſſimè, vt per Spec. in tit. de cit. § nunc de citat. & alibi in dict. titul.

h ¶ In delegato.] Non autem in ordinario, cuius iuriſdictio tempore non expirat: & ſic commodè annectitur ſuperiori, § in quo ponitur alia differentia inter delegatum, & ordinarium, concor. capit. conſuluit de offic. deleg. vnde ſumitur.

citandus [a] contumax. Et in hac specie multum interest, duret iurisdictio post peremptorium terminum, an expiret. Primò enim casu, in diem alteram æquitate [b] suadente iudex expectare poterit: nec propterea peremptorio elapso pars contumax citanda erit: nisi gratiam [c] eidem fecerit benignitas iudicantis. Posteriore verò, nè frustra iudicialis instantia [d] euanescat, si pars cum id nouerit, sese iudici non præsentauerit, hora, [e] qua congruè procedi possit, ad exequendum, propter quod [f] eis legitimè terminum peremptorium [g] assignauerit, ad exequutionem liberè procedere poterit.

Iudex in peremptorio non debet terminum nimium coarctare. h. d.

Discretus tamen iudex in assignatione peremptorij, [h] * non debet iurisdictionem suam, nisi necessitas vrgeat, adeo coarctare. [i]

Citatus potest ex legitimo impedimento non comparere: quo tamen cessante debet se iudici præsentare. h. d.

Adhuc tametsi omnia solemniter peracta fuerint, nec vocatus accedat ad iudicem, quibusdam casibus excusandus erit,

a ¶ Citandus.] Videbatur, quod peremptorium esset circunductum, & sublatum, vt iterum esset citandus, vt l. & post peremptorium, ff de iudic. Sed nunquid, parte non comparente, circunducatur edictum ipso iure? Respon. non, vt per Abb. in capitul. consuluit de offic. deleg. super gloss.

2. Quod ergo remedium habet pars comparens contra absentem? Respond. duplex. Primum quidem, vt faciat circunduci terminum, & ab illa citatione absoluit, nec enim debet propria auctoritate recedere. Secundum est, vt faciat se absolui ab instantia iudicij. Est autem inter hæc duo remedia differentia non modica, vt prosequitur Abba. in dict. capit. consuluit versicu. nunquid, aut parte non comparente.

b ¶ Æquitate.] Ergo æquum, & honestum est in diem alteram: nec enim statim atque non comparuit potest dici contumax: quia potest habere iustam causam absentiæ, & sic reuocabitur sententia capitul. cum Bertholdus, de re iud. nec prætor festinare debet ad decernendum, vt iubeat possidere, vt l. si finita § si fortè, ff de dam. infect. nõ tamen est necessarium, si nolit in diem alterum expectare.

c ¶ Gratiam.] Ecce quanta potestas datur iudici circa iudicia, vt possit parcere contumacii in præiudicium alterius l. 1 C. quomodo, & quando iudex l. si cum dies, § si quis ex litigatoribus ff de arbit. Non enim quidquid iudicis potestati permittitur, iuris etiam necessitati subijcitur, l. non quidquid. ff de iud. & est contra id. 3 quæstio. nona. capitul. fin. Item licèt iudex possit parcere inferendo sententiam termino constituto: non tamen potest ei parcere in expensis, & sumptibus: alioqui ipse de suo restituet expensas, l. sancimus, C. de iud. Sed videtur, quod de iure mero teneatur expectare vsque in sequentem diem l. qui hoc anno ff de verò oblig. Vel saltem, quod suprema hora dici possit iudicare 2 q. 6 cap. biduum, dic. vt not. in c. consuluit. de off. deleg. per Abb. & alios.

d ¶ Instantia.] Id est, potestas.

e ¶ Hora.] Nota hic & ex cap. consuluit de offic. deleg. quod citatus pro certa die, hora tamen non determinata, debet comparere, hora, qua congruè possit iudex incipere, & finire actum incumbentem: nam secundum qualitatem actus tacitè videtur hora dici præfata. Vnde dixit Innoc. & sequitur est Abb. in d. cap. consuluit quod canonicus citatus ad electionem faciendam certa die, debet comparere de mane: quia electio solet fieri illa hora propter Missam Spiritus Sancti, vt not. in cap. cum nobis de elect. citatus ergo ad certam diem, qua iudex non solum potest sed solet iudicare, fac. l. quod si nolit § quia assidua ff de ædi. edict. fac. l. qui semissem, ff de vsu. & cap. ex literis de constit. & l. pen. ff de iust. & iure.

f ¶ Propter quod.] Id est, id propter quod.

g ¶ Terminum peremptorium.] Sine cuius assignatione non valeat sententia l. 1 § item cum ex edicto. ff quæ sent. si appella. rescind. nisi ipsemet iudex partes in sua præsentia constitutas moneret, hæc enim monitio vim habet trinæ citationis.

h ¶ Peremptorij.] l. numquam. ff de ind. capitul. tam ex literis, de restitut. in integ.

* In assignatione peremptorij.] In hoc Regno termini quarumlibet citationum in causis ciuilibus sunt peremptorij, ita vt non comparentem iterum citare non sit necesse nouell. ordin. Regia, tit. 5 articu. 2 termini autem huiusmodi regulantur iuxta qualitatem Iudicum, & distantiam locorum, d. ordinat. tit. 3. SOLIER.

i ¶ Coarctare.] Cap. constit. de offic. deleg. cap. reprehensibilis de appel. 2 q. 6 cap. appellatore l. non tantum, ff de excus. tutor.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod iudex in citatione peremptoria det congruum tempus, & dilationem ad comparendum, nam de iure communi sunt tria edicta, quorum quodlibet durat decem diebus, ita quod currunt triginta dies ad comparendum glo. ad peremptoriam cum duabus legibus sequentibus ff de iudic. auth. qui semel, C. quomodo, & quando iudex.

Pro cuius intelligentia nota, quod citatio peremptoria dicitur si fiat modo prædicto, vt sint tria edicta quodlibet continens interuallum decem dierum. Secundum dicitur peremptorium quando fit vnica citatio, in quo dicitur peremptoriè compareat. Tertiò dicitur peremptoria citatio quando fit voce per iudicem, quia peremptorij loco substinetur l. cessante vbi Accurs. in verbo editi, & in verbo admoniti. C. quomodo, & quando Iudex, & ideo in citatione iudex congruum tempus, vt illa subsistat apponere debet Oldradus consilio 43. Aflict. decisio. 124. Graua. ad Octauian. Vestrium in practic. libro quarto capitulo secundo numero 10 vbi dicit quod etiam si fieret citatio

absque aliquo termino quod valeat, & in elligatu, vt citatus congruo tempore compareat, ex Felin. in cap. consuluit de offic. deleg. Alex. in l. liber homo, § 1 ff de verbor. obligat. Intelligendo quod tenentur illico currere sed cum quodam temperamento se præsentare argum. c. parari de appellat. Cappel. Tholos. decis. 302. Boër. decisio. 235.

In hoc tamen Regno Neapolitano seruatur, quod in citatione circumspecti Iudices congruum tempus apponunt, considerata itinerum distantia & distantiæ loci longinquitate, dicitur quod intra sex vel decem dies compareat, & ipso citando intimato, expectatur donec labatur vltima illius temporis dies, quo elapso sequenti die si non erit festiuus, accusatur prima contumacia post modum abuntur tres alij dies siue feriat, vel non feriati, & quinto die sinon est feriatus accusatur vltima contumacia, sin autem citandus cuis esset extra regnum, vbi degat assignantur dies sexginta quibus elapsis accusantur contumaciæ ordine prædicto, vt est prag. incipiens relatione, & ritib. & est constitutio Regni editorum. Et si citatio facta fuerit, non appositodie, quod citatus comparere debeat, intelligendam esse vt veniat ad primam vel quanto citius comparere potuerit, vt per Put. decis. 212 & Præpos. in c. cum parati de appellat.

a ¶ Impeditus.] Exemplum habes in cap. ex literis de in integr. restitut. facit cap. pastoralis, § 1 de offic. deleg. si tamen citatus tardè, arripuit iter, non excusatur ob impedimentum post tarditatem contingens l. prima. ff si quis caut. in fine facit nota per Innoc. in cap. P. & G. de offic. deleg. De iudice qui nimium se arctabit in petendo consilio, & notata per Abb. in c. cum in veteri. vers. vlt. not. de elect.

b ¶ Tribunal.] l. contra pupillum, § 1 ff si quis caut. & per Legistas in l. 1 § 2 ff eo. tit. Nisi procurasset se citari per maiorem iudicem, cap. pastoralis circa finem de offic. deleg. & per specu. in tit. de citat. § 1 vers. item quod vocatus fuit.

c ¶ Vinculis.] Facit l. succurritur, ff ex quibus caus. maio. l. 2 § fin. cum ll. sequent. ff si quis caut.

d ¶ Infirmitate.] Cap. si Episcopus, dist. 18 cum ibi not. cap. querelam de procu.

e ¶ Similibus.) Puta, quod iussus is fuerit esse in legatione à Rege cap. si Episcopus dist. 18 cap. cum parati de appel. & de his similibus casibus per Specula. in tit. de citatione, § 1 & per Abbatem in sua practica c. 17 versic. & multi & per Felin. & alios in c. cum olim de re iudic. calores tamen immoderati non excusant, c. cum dilecti, de dolo, & contu.

f ¶ Facere.) Cap. cum dilecti, de dolo, & contum. Debet etiam mittere ad iudicem ad faciendam fidem de impedimento, vt per Abb. & alios in cap. querelam de procur. Et hæc excusatoris missio multum operatur, & maximè quod sententia lata à iudice per excusatorem certificato non tenet, Abb. & alij in dicto loco.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc finali, § quod citatus posset ex legitimo impedimento non comparere quo tamen cessante debet se Iudici præsentare, pro cuius intelligentia nota quod citatus ad hoc, vt excusetur, debet mittere nuncium, vt de suo impedimento relationem faciat, & tunc excusabitur Ita Bar. in l. eum qui, ff de commod. Sed de iure Saxonio debet habere procuratorem cum speciali mandato, qui impedimentum alleget, & ipse principalis iuret, vt refert Coler. in decis. Germaniæ 124 numer. 2 & 3. quia tardius comparens nec impedimenta comprobans, etiam Saxonis iure ad multa præstare coguntur Landrech. lib. 1 artic. 53 Coler. decis. 104 numer. 21 vbi optimè Iacob. Sculthes, in additionibus.

Intellige tamen, quod si citaretur extraneus, allegans impedimentū belli, inimicorum suæ factionis, si fieret contumax, nec mitteret excusatorem, debet audiri Afflict. decis. 29.

vt puta si facto aduersarij impeditus, [a] aut ad maius tribunal [b] vocatus, vel vinculis, [c] aut infirmitate [d] detentus, aut alijs similibus [e] causis implicatus non accesserit. Debet tamen cessante impedimento, quanto potuerit citiùs iudici sui copiam facere. [f]

DE DOLO, ET CONTVMACIA, & in possessionem missione.

TIT. VI.

DE DOLO, ET CONtumacia, & in possessionem missione.

CONtinuatur titul. iste prout ex princ. eius apertè colligitur, siquidem cum citatus sæpè non intendat, nec velit comparere, & propterea incidit in contumaciam, hinc est quæ post tit. præceden. proponitur iste, qui diuiditur in tres partes: in quarum prima habetur quid iur. in comm uni de dolo, & contumacia: in secunda tractatur de missione in possessionem causa custodiæ: in tertia demonstratur an contumax posset puniri multiplici pœna: secunda ibi, illud quoque, tertia ibi, quod autem.

ALOYSIVS RICCIVS. Quia titulus hic de duob. facit mentionem scil. de dolo, & contumacia, nos igitur pro intelligentia primo videbimus quid, & quotuplex sit dolus, & secundo quid sit contumacia, & quid operetur. Et deueniendo ad primum, dolus duplex est s. dolus bonus, & dolus malus, dolus aũt bonus, & licitus sumitur, pro solertia: vnde dicitur quis bonæ in dolis, li. bonum dolum intus habens. i. bonum ingenium, afferte de præsumptionibus & idem generaliter est quoties quis simulat, vt si vel socium seruet indemnem á proximo l. 1 ff de dolo, & ibi gl. l. atqui natura. § cum me. ff de legat. 2.

Dolus malus aũt est omnis calliditas fallacia machinatio ad circunueniendum, fallendum, & decipiendum in alterum adhibita, & sic communiter sumitur & diffinitur in d. l. 1 ff de dolo, & calliditas, quidem committitur in animo tacendo, ff de act. & empt. & vend. l. 1 sicut si venditor sciuit rem alienam, vel obligatam, & tacuit, fallentia aũt in verbo mentiendo, l. falsus. § si quis, ff de furtis, machinatio verò fit arte verborum, l. Iulianus, ff de act. emp. & vend. § idem c. quæcunque 22 qu. 2 nam machinatio est occulta insidiatio, aliqui verò dixerunt, quæ dolus est insidiosa machinatio, vt si commodatarius in scriptis fecit rem commodatam, l. 1 ff de dolo vbi machinatio ponitur pro vt etiam inducit mendacium, & calliditatem cum intentione nocendi Gem. aũt in cap. si compromissarius, § si vero de elect. lib. 6 dicit quod dolose facit quis quando scienter rem sibi prohibitam facit vbi etiam nonnulla ad materiam concernentia habes, & scitu digna. Quoad secundum contumacia est delictum fictum, quia statutum quæ contumax habetur pro confesso, dẽt intelligi de delicto ficto non vero Bal. in l. si filio la. 2 ff de solu. matr. & in

l. in multis. C. de appel. latè Marsil. in praxi. § postea q̃ num. 12. Declara quia plus non operatur confessio ficta, ex contumacia q̃ operetur confessio vera delicti. Plot. cons. crim. diuer. 72 lib. 2 Cæph. cons. 70 num. 17 lib. 1. Amplia quia contumacia est delictum l. omnem delictum in prin. ff de re. milit. Io. de Anan. cons. 48 Iaſ. in l. 1 § fin. ff si quis ius dicitur non obtẽper vbi quæ si condemnatus ex delicto pôt impunè offendi, poterit ét offendi condemnatus in contumacia tanquam delinquens Alex. cons. 20. lib. 7 & quæ contumacia sit delictum, ét in minore, in tantum quæ si est pubes non restituatur; quia aduersus delictum minori non subuenit Abb. cons. 26 lib. 2. Amplia quia contumacia est crimen, vel delictum. Ioan. de Anan. cons. 25 vbi quæ dolo æquiparatur intellige quia est dolus fictus quæ peruenit ex contumacia primo minor mulier & rusticus excusatur, Bar. in l. 1 ff de minorib. Limita quando contumacia inducit probationem delicti, prout quæ contumax habetur pro confesso nam tunc non dicitur delictum sed probatio delicti Corn. cons. 97. Secundo contumacia operatur eosdem effectus quos operatur delictum primo sicut procurator ex delicto non pôt facere incidere dominum in pœnam, ita nec ét contumacia q̃ é delictum Ana. d. cons. 27. Amplia secundo, quia contumacia operatur quæ verus contumax non appellat, quæ p̃dit priuilegium, & quæ habetur pro confesso Anan. loc. cit. Amplia tertio, quia contumacia operatur, quæ minor in defensus patiatur primum decretum, quando fuit legitimè citatus tutor, vel curator si hẽt, & si n̄ hẽt quando sunt citati legitimè proximiores agnati, quia si non defendant, contumacia nocet vt detur musio in possessionem bonorũ pupilli propterea contumaciam secus propterea non solutionem ita. Imo cons. 110. Declara, vt per Rom. cons. 454 per totum quando citati sunt personaliter, vel facta diligentia ad domum alias si ad domum sine diligentia non dicitur minor contumax, & indefensus & idem si essent legitimè citati, sed actor non comparuit. Amplia quarto, quia contumacia dicitur hæresis c. si præsbyteri 81 dist. Abb. cons. sup. Conc. Basili, nisi in 3 dubio num. 9. Amplia quinto nam contumax dicitur infidelis c. nullus 38 dist. & Abb. vbi sup. Amplia sexto, quia contumax de iure communi paritur missionem in possessionem ex 1 decreto l. consentaneum, cap. quõ, & quando iudex, Bart. in l. si finita § Iulianus, ff de damno infect.

Amplia septimo quia contumacia puberis citati, & qui passus est missionem ex primo decreto in exequutione iudicati non restituitur etiam si velit cauere de iudicio sint & reficere expensas, quia debet soluere, ex quo aduersus delictum non subuenit ei, & contumacia est delictum Abb. cons. 29 colum. 3 vers. quoad tertium lib. 2 per totum.

Amplia octauo quia contumax habetur pro confesso. Vide Tusc. in statuto circa contumaces, vt habeantur pro confessis concl. 496.

Amplia nono quia obligatus á lege, vel á testatore ad aliquid implendum, faciendum, vel exequendum, si interpellatus, vt faciat recusat facere, & est contumax in præiudicium sui actus habetur pro exequuto Rom. cons. 523 vers. probatur sic. n. 16 in fin.

Amplia decimo, quia contumacia habet vim contestationis litis in causis, in quibus contra absentem potest procedi ad diffinitiam Bart. in extrauag. ad reprimendum in vers. contestata.

Limita primo quia contumacia non nocet contumaci quando actor est in dolo, vt quia fuit comperere absenti exceptionem, & expectauit, vel procurault absentiam, quia tunc non valet aliquid contra contumacem Rom. cons. 454 n. 9 Ruin. cons. 160.

Limita secundo nam per mortem cessat contumacia, § deinceps auth. de nuptijs.

Limita tertio, quia cessante contumacia cessat missio in possessionem l. si ante vbi Socin. in 1 not. ff de excep. rei iudic.

Limita quarto, quia contumacia non transit ad hæredes, l. manifeste. ff de iureiurand.

Limita quinto, nam de iure communi contumacia non operatur, quod quis habebatur pro confesso Bart. in extrauag. ad reprimendum in vers. receptionem in fin.

Ad materiam fusè Doctissimus D. Nouarius in pragm. 1 vt contumaces non accedat ad curiam Regis.

Quid dicatur contumax, & quid sit contumacia. h. d.

ERgo iuridicè [a] vocatus nulla legitima causa [b] impeditus, [c] si se iudici præsentare neglexerit, [d] aduersario [e] accusante [f] contumaciæ crimine.

ERgo iuridice. CASVS non figuratur, cum desiniendo, & theoricam dando procedat. Not. tamen quod ideo contumacia est crimen & consequenter potest puniri, quia nos de iure naturæ, & diuino tenentur obedire superioribus legitimè constitutis, dicente Apostolo. Obedite superioribus vestris, &c. sicut autem contumacia in specie non est vna tantum, ita etiam non vna tantum pœna debet puniri, hoc tamen intellige de contumacia delusa, secus aliter. *Io. Bap.*

a ¶ Iuridice.] Id est secundum ea, quæ supra titulo proximo.

b ¶ Legitima causa.] De quibus supra tit. prox. § fi. tamen, cum seq.

c ¶ Impeditus.] Poterit autem de legitimo impedimento constare, non solum per legitimas ac ordinarias probationes: sed etiam per solum iuramentum impediti, c. ex literis, de restit. in int. quod forte non procederet de iure ciuili, vt per Abb. ibi, vers. licet plenè probetur, & forte solum in causis fauorabilibus vt in d. c. ex literis.

d ¶ Neglexerit.] Aut iam postquam venerit illicentiatus recesserit Abb. in c. constitutis in prin. de proce. & in c. prout eod. & in sua pract. c. 18. Quis dicatur contumax post Spec. in titu. de contumacia in princ. Abb. in c. consuluit de offic. deleg. vers. & ideo.

e ¶ Aduersario.] Nota quod collitigans ciuiliter dicitur aduersarius, & sic ex facto á iure non improbato quandoque oritur inimicitia, nec inspicitur iuste quis litiget an iniuste, vt per Abb. in c. 1 de iud. & in cap. 1. de plus peti. & in cap. proposuisti de for. comp. & fac. Not. in cap. cum super de offic. deleg. Puta tamen quod mitior sit appellatio, aduersarij, quam inimici, & quod licet omnis qui est inimicus sit aduersarius, qui tamen est aduersarius non semper est inimicus.

f ¶ Accusante.] Hoc ideo, quia si aduersarius non accusaret quis non posset dici contumax. l. properandum, § & si quidem C. de iudi. vbi Bald. l. consentaneum, & ibi Bart. C. quomodo, & quando iudic. immo non veniente actore in vltimo peremptorio circumducitur citatio, adeo vt necesse sit reum ex integro citari l. & post edictum, ff de iud. Legist. in l. fin. § sed si stipulator. ff de eo. per quem fac. erit. Sed contra videtur quod not. Abb. in cap. 1 vers. nota iudicem posse,

de

de iud. vt ait quod iudex potest mulctare contumacem, etiam parte non petente. Solut. contumax quis non est parte non accusante: sed per accusationem partis redditur contumax iudex mulctat etiam parte non petente contumacem mulctari, quod tamen fieri non poterit in continenti. Sed in ipsa mulcta imponenda debet contumax de nouo citari Ab. in ca. veniens de accu. fac. c. cũ contumacia, de her. in 6 a ¶ Crimen.] Not. quod contumacia est crimẽ & quidem interdum capitale. l. omne. § contumacia ff de re mil. & est peccatum mortale. Ab. in cap. 1 vers. contumacia, de iud.

b ¶ Est enim, &c.] Hanc definitionem siue descriptionem ponit. Host. in sum. eo sequitur Ab. in sua practica. cap. 18 quis sit contumax.

c ¶ Inobedientia.] Contumax tamẽ in vno articulo citandus est ad alios, nisi à principio fuisset citatus ad totam causam Ab. in cap. aditis de proc. & sic ista in obedientia non egrediet actum, in quo quis fuit inobediens.

SOLIER.

Illud quoque. Hæc pars diuiditur in duas partes, in quarum prima habetur qualis sit iusta in possessionem missio: in secunda quando locum non habeat demonstratur: sec. ibi, sed ista quidem: quoad primum. CASVS

Io. Bapt

men [a] incurrit, Est enim [b] contumacia erga iudicem, vel prælatum commissa inobedientia. [c]

Contumacia variè punitur. h. d.

Hæc autem variè [d] iuribus coercetur; nunc enim litis damno [e] nunc mulcta [f] nunc expensatum refectione, [g] & rei sequestratione, [h] vel ecclesiasticæ sententiæ innodatione [i] ob contumaciam suam conuentus afficitur.

Actor mittitur in possessionem rerum rei contumacis & post annum efficitur verus possessor reseruata quæstione super proprietate. h. d.

Illud quoque videtur ordinarium, vt contumace aduersario tuo existente, in possessionem earum rerum, de quibus quæstio vertitur, vel quam alias sunt in patrimonio rei* pro modo debiti, si personalis [k] instituitur actio, custodiæ causa [l] inducaris [m]

ita potest in commu. figurari. Duo fuerunt citari ad iudicium occasione quorundam bonorum, & cum noluissent comparere, iudex ob talem compromissã cõtumaciam volebat alterum possessione prẽd. bonorum priuare, alterum verò excommunicare fuit dubitatum an posset, primum pœna nõ debet esse grauior delicto l. respiciendum ff de pœnis c. sicut de homic. negatiuè respondebat. confirmatur quia si de istum est eiusd. generis non debet diuersa pœna puniri. Sol. tamen vt in hac parte legimus, tum per rõnem in tex. assignatam tum ẽt quia nec in possessionem missio, nec excõmunicatio simpliciter imponũtur, sed donec, quousque nolũt obedire qua rõne suadente pri. obiectio nil vim concludere, ad cõfirma nouem autem puro dicendum vel contumaciam non fuisse omninò eius generis, vel si erat talis, tali pœna debebat puniri, quæ magis timebatur, § fi. hoc eo. No. 1 quod mittere aliquẽ in possessionem habet latitudinem, quia ad diuersum finem ordinatur, & ideo alien est perfecta, & aliquãdo imperfecta. No. secundò quod sicut idem delictum põt augeri, & grauius reddi, ita quoque pœna & augmentum debet recipere, & grauior imponi. Notat. tertio casum, in quo acquiritur possessio, & quomodo ipsa acquiritur. No. vlt. duo honesti viri quo ad hunc casum æquiparantur superiori: quæ facit per appellare volentibus qui copiam superioris non hãt, vt alibi dicemus.

d ¶ Variè.] Adeo vt possit colonis interdici, ne dominis de fructibus respondeant, vel ne colant agros contumacis Abba. in capite graues de sentent. excommunication.

e ¶ Litis damno.] l. contumacia ff de re iud. Item nec poterit litis in qua est contumax per dentiam à legare, vt per Ab. in cap. tenore de rescrip. in fin. vers. nunquid autem conuentus &c.

f ¶ Mulcta.] l. 1 ff si quis ius di. non obtemp. l. 2 ff si quis in ius voc. non ierit. Sed hæ duæ pœnæ non habent locum, nisi in vero contumace, non autem in ficto Doctores commun. in d. l. 1 § fin. & in l. 4 § prætor, ff de damn. infect. Qui autem sit verus contumax vel fictus Legistæ in l. fi. ff de tex. in integ. & in l. properandum § fin. autem reus C. d. iudi.

g ¶ Refectione.) l. sancimus, vbi traditur cap. de iudi.

h ¶ Sequestratione,] Cap. 2 eod.

i ¶ Innodatione.] Cap. quoniam frequenter. § fin. vt lit. contest. c. 1 co. in 6 constitutus, vbi not. de sent. excomm. in 6 & iudex c. si viderit hanc. pœnam, magis timere debet illam imponere: pars tamen non posset hæc petere: qua cum excommunicatio proferatur loco mulctæ nulla actio ad hoc competit parti. Bart. in l. 3 ff si quis in jus voc. non ierit. & per Ab. in cap. 1 de judi. & in cap. prout, eo in fin. Vbi etiam hoc limitat vno modo: hodie tamen non est deueniendum ad hanc pœnam excommunicationis, nisi cum non potest aduersus reos realis vel personalis executio fieri, vt per Concil. Trid. sess. 25 in decretis reformat. ca. 3.

* Vel quæ alias sunt in patrimonio reri] Huic in possessionem missioni in Gallia non est locus sed contumax lite cadit post modum audiendis vbi refusis sic refundendis expensis in ciuilibus intra annos 30 in criminalibus verò intra quinquennium restitutionem petet.

k ¶ Si personalis.] Quo casu prius incipiendum est à possess. mobilium, demum si non sint res mobiles venitur ad immobiles, vt latè per Legistas in l. à diuo Pio ff de re iu. & per Canonistas in cap. quomodo frequenter, § fi. vt lit. non contest.

l ¶ Custodiæ causa.] Vnde hæc missio non est valde præiudicialis, vnde mirum si sit etiam contra absentem reipub. causa l. ignorare C. de test. in integ. nisi tamen absens accessisset ad sed. Apostolicam, ca. meminimus, de appel. & ibi Ab. vers. ex his potest responderi.

m ¶ Inducaris.] c. fi. de eo, qui mit. in pos. cap. quemadmodum frequenter, § fi. vt lite non contest. Hæc tamen inductio in possessionem potest facilè impediri nam ff vel amicus aliquis rei comparebit pro absente audiendus erit, vt per Ab. in d. § fin. Sed an hujusmodi amici sint citandi antequam fiat huiusmodi missio? Resp. Legistæ multi tenent, hoc non esse necessarium, neque contrarium alicubi probari, contrarium alicubi probari contrarium tamen no. in cap. causam, de do. & contu. & tenet hoc Ab. in c. consultationibus, de offic. del. in vers. 3. not. quod amici per illum tex.

vt tædio, [a] affectus reus veniat aliquando responsurus. Quòd si adhuc per annum in sua contumacia perseuerauerit, iudice decernente, verus possessor [b] efficieris, super proprietate duntaxat aduersæ parti defensione reseruata. [c]

Fructus ne dilapidentur, sunt sequestrandi hoc dicit.

Sed si missus in possessionem fructus dilapides, sequestrandi erunt [d]: & quod distractum est, in pristinum statum reuocandum. [e]

Si ob potentiam aduersarii contumacis non possit actor possessionem, ingredi vel illam amiserit, nihilominus efficitur verus possessior elapso anno. h. d.

Si tamen [f] propter rei potentiam, siue dolum contigerit, vt intra annum rem custodiendam nanciscì non possit vel etiam acquisitam amittas, ne contumax melioris quam obediens conditionis existat, de canonica æquitate sancitum est, vt hoc etiam casu verus elapso anno, possessor actor [h] constituatur. [i]

Si reus contumax dederit cautionem de standoiuri nec multandus est quod aduersarium non fuerit passus esse in possessione, & missionem passus restituetur. h. d.

Hoc tamen tunc obtinet, cùm reus nullam cautionem præstitit: nam si de standoiuri cauerit [k] nec multandus, quod in possessione actorem esse passus non fuerit: & missione passus illico restituendus erit. [l]

Actor anno lapso non reputatur possessor, si per eum steterit, quominus intrauerit possessionem. h. d.

Idem iuris est si annus lapsus esse proponatur: per reum tamen non sterit [m], quominus ante terminum, & possessionem receperit, & cautionem dederit.

Excommunicatus à delegato Principis, etiam delegato mortuo non potest ab ordinario absolui, vel alio præterquam in mortis articulo, vel demandato Papæ. h. d.

a ¶ Tædio.] Tedium aut consistet in hoc, quia actor missus in possessionem expellet reum de possess. percipiet fructus & cõseruabit, eos c. 2 & c. 3 de seq. poss. & fruct. In personali verò actione tædium erit, quia cũ cultura spectet ad contumacem, missus erit, cum eo, in agro, ne ille cõsumat fructus. l. is cui. § qui legatorum, ff vt in poss. legat l. si finita. § si quis aut ff de dam. in fact. & no. in ca. quoniam, frequẽter, § fin. vt lit. non cõ. & in c. contingit. eod.

b ¶ Verus possessor.] ca. quemadmodum frequenter § fin. vt l. non cont. an autẽ incõmutabiliter, dic. vt ibi not.

c ¶ Reseruata.] ca. quoniam frequenter. § fi. vt lit. non contest.

d ¶ Sequestrandi erunt.] Hoc intellige, si ante annum missus in possessionem distrahet, vt in cap. dilectus de sequest. possess. & fruct. & no. ex hoc, quod missio in possessionem non reuocatur, licet missus peruerse se gerat circa conseruandos fructus: sed sit sequestratio. Sed quid si non dilapidet adhuc, sed sit suspectus de dilapidatione, an erit facienda sequestratio? Respond. non sed erit ab eo, qui missus est in possess. danda cautio de fructibus debito tempore restituendis, not. in cap. suscitata, de test. in integ. & per Ab. in d. c. dilectus.

e ¶ Reuocandum.] Not. quòd ille, qui mittitur in possessionẽ causa custodiæ siue reali actione agatur, siue personali: infra annum non facit fructus suos: sed custodire eos debet, vt si intra annum reus recuperare velit possessionem, ei fructus restituantur, expensę tamen necessariæ pro fructibus percipiendis factæ primo debent deduci, li. fundus in prin. ff famil. ercis. anno autem elapso lucratur omnes fructus, vt notatur in ca. contingit, eodem & hoc in reali.

f ¶ Si tamen.] Nota casum, in quo quis siue aliqua apprehensione nanciscitur possessionem, concor. capite contingit eodem vnde sumitur: de alijs habes per Legistas in l. 1 ff de acquir. possess. Item nota remedium vnum cõtra eum, qui nõ admittit alium in possessionem: de alijs pluribus habes in cap. tuæ vt lit. non conte.

g ¶ Melioris.] Facit c. contingit, eo. & l. 3 § 1 ff de donatione, inter vir. & vel. Seruius, ff quod vi aut clam. l. non solum, ff de noxa. l. itaque fullo. ff de fur. cap. ad hæc de postu. 16 q. 1 ea. legi.

h ¶ Actor.] Siue agat reali, siue personali, de quo tamen dic, vt latè in c. contingit eo.

i ¶ Constituatur.] Sed an ipso jure, vel requiratur sententia? Resp. vt in ca. contingit, eo.

K ¶ Cauerit.] Allegando se non esse contumacem, & habetur in capite cum venissent, de eo qui mittitur in poss. & hoc quando dubitatur de contumacia; aliàs si contumacia sit manifesta, non auditur: nisi etiam expensas reficeret, aut in capite venerabilibus § idem, & § secus, de sent. excommunicatione in 6 & per Abbas in dicto capite cum venissent, & fac. hoc adlimitandum, capite quoniam § in alijs, vt lit. non contestata item dicas etiam si non cauit, per eum tamen non fierit, vt statim sequitur.

l ¶ Restituendus erit.] Nisi missus in possessionem sit necessario, & causa reipub. absentes: quia tunc non est restituenda possessio. capite dilect. de verb. sig. & no. in capite 2 de eo qui mit. in poss. & ca.

m ¶ Non steterit.] Paria ergo sunt aliquid per me fieri aut prome non stare, quo minus fiat, fac. capite imputari. de reg. iu. in exto capitul. quia diuersitatem de concess. præbend. capit. plerumque de rescript. cap. quoniam in princ. vt lit. non conte. ca. ex insinuatione, & capit. ex tenore, de app. 2

quæst. 7 capitul. anteriorum: § ad hoc Vicini ergo q. fecerunt quantum potuerunt, vt malefactorem caperent, si non cœperint, non tenentur etiam stante statuto, Bart. in l. ne quid ff de incen. rui. & nauf. Abb. in capitul. secundo, de eo qui mit. in pos. Argument. tamen contra in capitul. primo, de eo, qui mittit in possess. rei. ser. cau. Solu. ibi voluntas stetit in puris terminis voluntatis, hic quando voluit cauere, & obtulit cautionem: sed defuit qui reciperet, & sic habes vnam limitationem ad id, quod hic dicitur, & ad dict. capite 2. Idem etiam esset vbi plures conueniri possunt, & vnus tamen esset contumax: quia non est faciendæ missio, nisi omnes vocentur l. Æmilius ff de mino. & argum. in l. hoc autem, qui ex cau. in pos. ea. & per Abb. in cap. cum deputati. ver. & subijcit vnum notabile, de iudicijs.

a ¶ Delegatus.] Scilicet à Principe, vt patet ex sequentibus, & concord. capitul. pastoralis § præterea, de offic. ordin. vnde sumitur.

b ¶ Excommunicationis.] Habet ergo talis delegatus quoad causã sibi commissam ea, quæ sunt meri, & mixti imperij, de quo dic, vt per Doct. in cap. quod sedes de offic. ordin.

c ¶ ET responsum est.] Vt capit. pastoralis, §. præterea de offic. ordin.

d ¶ Maior.] Capitul. sanè de offic. deleg. capitul. pastoralis, § præterea, de offic. ord.

e ¶ Non potest.] Not. hic, & ex cap. pastoralis, § præterea de offic. ordinar. regulam, quod ab excommunicatione, ab homine lata ille duntaxat potest absoluere, qui excommunicauit, vel successor, vel superior eius, licèt excommunicatio non sit specificè excommunicatori reseruata: secus est in excommunicatione lata per constitutionem legem, vel statutum: quia quilibet EPISCOPUS superior excommunicati absoluere potest, si absolutio non est reseruata statuenti, facit. cap. nuper, de sent. excomm. Abb. in d. §. præterea.

f ¶ Articulo.] Quo casu dict. quolibet genere excommunicationis, & à quolibet ECCLESIASTICO potest absolui. argum. 17 quæst. 4. cap. si quis suadente, & c. quod de his, de sent. excomm. & cap. sanctum est baptisma, de consecrat. distin. 4. Sed numquid transfretare volens vel obsessus, vel prælium campestre ingressurus absolui possit, quasi constitutus in mortis articulo? Resp. on. vt notat. in capite pastoralis, § præterea, de offic. ord.

Quæri contingit, si delegatus, [a] qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis [b] vinculo innodauit, vel petitorem causa rei seruandæ in possessionem induxit, rebus eximatur humanis, an eidem iuri parere volenti, & idoneam cautionem offerenti ordinarius absolutionis beneficium impertiri, & possessionem restituere valeat? Et responsum est [c] quòd (cùm delegatus quoad hoc sit Ordinario maior [d]) excommunicatus ab eo non potest [e] per alium præterquam in mortis articulo [f] sine mandato Summi Pontificis, absolutionis gratiam obtinere, vel possessionem recuperare: nisi alius ei in onere successerit [g] & honore.

Passus missionem, si mortuo delegato præstet infra annum cautionem de parendo iuri, etiam post annum recuperabit possessionem. hoc dicit.

Sed ne missus in possessionem verus [k] efficiatur post annum possessor, missionem passus coram ordinario, vel (si eius copiam habere nequiuerit) coram publicis [i] & honestis viris, vt quasi conscriptionem interrumpat annalem, [k] offerre, ac præstare poterit [l] de parendo iuri cautionem: [m] vt sic etiam post annum per Apostolicam sedem possessionem recuperare mereatur.

In causis beneficialibus non habet locum

g ¶ Successerit.] Capite quoniam Abb. de offic. delegata, capite aduersus, de immunita. Eccles. fac. leg. mortuo iudice, & l. proponebatur, ff de iudic. & leg. quædam, § nihil interest, ff de eden.

h ¶ Verus, & c.] Solus ergo anni lapsus videtur quem facere verum possessorem, nec requiritur secundum decretum, cap. quoniam frequenter, § in aliis, vt lite non contestata, argumentum contra. in cap. primo, de eo, qui mittit in possess. causa rei seruan. de hoc not. in cap. pastoralis, § præterea de offic. ord.

i ¶ Publicis.] L. vt perfectius, C. de anna. excep. decima sexta, quæst. tertia, § potest l. sancimus, C. de EPISCOPAL. audien. & capitulo fin. de appellat. & licet vtatur numero plurali sufficit tamen vnicus notarius cum testibus, vt per Abb. & doct. in cap. pastoralis, § præterea de offi. ord. in fin. vers. quæ autem dicantur, & vers. not. hoc vltimum.

k ¶ Annalem.] Sed vsque ad quod tempus poterit postea petere rem sibi restitui, siue recipere possessionem? Quidam constituunt differentiam inter ius canonicum, & leges, vt secundum illud vsque ad spatium quadraginta annorum, secundum hos triginta, Abb. in cap. pastoralis, § præterea, de offic. ordin. tenet quod vsque ad decem cum postea sit completa præscriptio, dic vt ibi.

l ¶ Poterit.] Capite pastoralis, § præterea, de offic. ordin. vnde not. quod lex consuluit, *simile in l. is qui destinauit*, ff de rei vendic. & l. fin. ff de præt. stipu. ET nota quod dicit offerre præstare: quia oblatio sola non sufficit, nisi factum sequatur, capite primo de eo, qui mitt. in possess. causa rei seru. Sicut nec etiam sufficit offerre pecuniam ad interrumpendum cursum vsurarum: nisi deponatur in æde sacra, l. acceptum. C. de vsur.

m ¶ Cautionem.] Sed cum cautionis verbum includat stipulationem: l. Sancimus, C. de verbor. obligat. quis stipulabitur? Respondeo, secundum antiques in capite pastoralis § præterea, de offic. ordin. ordinarius causæ, vnde si causa est temporalis, iudex secularis, si Ecclesiastica, iudex Ecclesiasticus. Alij quòd quilibet ordinarius, vt per Specul. in titul. de primo, & secundo decreto, § iam de effectu versicul. ET nota, quod præmissa, cum versic. sequent. Ex quo dicto non secundum Abb. & alios in d. § præterea, quod ordi-

narius potest stipulari ei, qui non est sibi subditus, est enim publica persona, & stipulationis actus est voluntarius, de quo per Ant. Abbat. & alios in cap. dudum de conuers. coniug. & idem in proœ. decret. & per Imol. in cap. fin. de sepult.

Io. Bap. Sed ista quidem. CASVS. In hac parte ita figuratur. Orta fuit controuersia inter quosdã clericos super beneficio Ecclesiastico, inter laicos verò super materia sæculari, sed cum in prima causa fuisses contumax reus conuentus, in altera verò ipse actor, iudex volebat propterea reum contumacem puniri per pœnam missionis in possessionem, per ea quæ sup. sunt statuta de hac missione, ipsum verò actorem impunitum relinquebat ob libertatem, quam ipse videtur habere in litigando. C. vt nemo inuiti ager. cog. Et ideo quærebatur quid iuris. Sol. vt in hac parte statuitur, quia in pœnis imponendis non tantum delictum, sed etiam persona, & materia delicti sunt considerandæ, l. aut facta, ff de pœnis: cap. sicut de homic. in princip. non obstant obiecta, quia ad primum dico quod non est par ratio in qualibet materia, super qua orta est lis, vt de se patet, ad secundùm verò facilis est solutio, quia illa regula, est intelligẽda sine præiudicio ipsius rei conuenti: Not. 1. quod iura debent variare secundum varietatem rerum quibus sunt promulganda. Not. 2. casum in quo licitum est iudici & alteri parti litiganti ad vlteriora in iudicio procedere etiam lite non contestata: de qua re dicemus in tit. de litis contestat.

missio in possessionem, h. d.

Sed ista quidem tunc procedent, cùm de profanis rebus [a] erit disceptatio: nã qui super dignitate, personatu, vel beneficio, [b] Ecclesiastico [c] obtinendis [d] cum aliquo litigat possessore, ob partis aduersæ contumaciam in possessionem mittendus non erit; ne per hoc [e] ad ea ingressus vitiosus pateat.

In beneficialibus contra contumacem proceditur etiam lite non contestata. h. d.

Licebit tamen iudici hoc casu (etiam lite non contestata [f]) diligenter examinato negotio [g] ipsum fine debito [h] terminare, contumaciam absentis diuina replente præsentia [i] *

Contra reum contumacem si de causa liqueat, potest ferri sententia etiam in causa profana, lite contestata: contra actorem verò etiam lite non contestata. h. d.

Quod interdum etiam in profanis obtinebit, [k] vt puta si contestata lite reus contumax fuerit, & de causa liqueat, [l] & vel actor ipse contumaciæ crimen incurrat, in capite prout eodem.

a ¶ Profanis rebus.] Imò & in Ecclesiasticis rebus habet locum hæc missio, si agatur de Ecclesia vel rebus Ecclesiæ, non tamquam de beneficio, sed tamquam de proprietate, cap. 1 vt lit. non cont. capit. dilecto, de verb. sign. & cap. 1 de eo qui mit. in pos. in 6 vnde sumitur, qui text. restringitur ad causas beneficiales, vnde quod hic, & ibi dicitur non procedet in iure patronatus, vt per Perus. ibi. Et quod exprimitur de rebus profanis, sit gratia frequentioris contingentiæ, arg auth. cassa & irrita C. de sacrosanct. Eccles. & cap. 1 cum ibi not. per Abb. de iniu.

b ¶ Beneficio.] Quamtumuis modico, secundum Host. ad hoc cap. maioribus de præb. & cap. pen. de verb. sign. & no. in c. 1 de eo qui mit. in poss. in 6.

c ¶ Ecclesiastico.] Secus in præbenda, vel benef. temporali, quod possit sine canonica institutione obtineri.

d ¶ Obtinendis.] Idem in obtentis, vt habetur in c. 2 de eo qui mit. in poss. 6.

e ¶ Ne per hoc. &c.] Hac eadem ratione agens recuperandæ non est restituendus nisi primo probata colorata possessione ex tit. vt per Archid. & Peru. in c. 1 de eo qui mit. in poss. in 6 habetur plenè in cap. ad decimas de rest. spo. in 6 & in c. in litteris, eod. tit. in antiq.

f ¶ Non contestata.] Et hoc videtur tradi pro regula, quòd vbi de remedio in possessionem missionis non est prouisum contra contumacẽ absentem, posset procedi ad sententiam definitiuam lite non contestata, vt per Bart. in auth. qui semel. Cod. quomodo, & quando iudex. Perus. in c. 1 de eo qui mit. in poss. in 6.

g ¶ Examinato negotio.] Nota quod vbi deueniri potest ad sententiam, lite non contestata, iudex potest supplere de facto pro absente adducendo probationes, not. in auth. qui. semel. C. quomodo, & quando iudex, & in l. ampliorem. C. de appe. Regulariter contra quia iudex non supplet in his, quæ sunt facti. l. 1 C. vt quæ de sunt. Docto. in cap. ad nostram 2 de iureiur. & not. in capit. bonæ primo de postulat. prælat. In beneficialib. autem vbi vertitur periculum animæ iudex semper ex officio supplere debet, cap. cum nobis olim. de ele. Peru. in c. 1 de eo qui mit. in poss. in 6.

h ¶ Fine debito.] Vt

i ¶ Præsentia.] C. quoniam frequenter. § 1 vt lit. non cont. c. 2 de arg. in 6 c. 1 de eo. qui mit. in pos. in 6 l. properandum. § cum autem. C. de iud.

* Præsentia.] Sed quomodo hoc procedet? nam si absentia rei repleatur Dei præsentia sententia non erit lata contra absentem. Sed dic quod Dei præsentia non facit absentem haberi pro præsente: Sed absentiam contumacis supplet Dei præsentia, vt non dicatur siue partibus, & siue litigantibus Iudex iudicare, ita Bonifac. de Vitallinis super Clem. de dolo & contum. nu. 6. SOLIER.

k ¶ Obtinebit.) f. quod potest per iudicem deueniri ad definitiam sententiam, reo contumace: & hoc est vnũ ex remediis, quæ dantur contra reum contumacem, fac. c. prout eo. De aliis, vide no. d. c. prout & per Bart. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex.

l ¶ Liqueat.] Vel liquere possit, vt per Abb. in c. prout eod. sed videtur quod semper liquet. At enim actor probauit, & liquet pro eo: aut non probauit, & liquet contra eum: cum actore non probante, &c. cap. fin. de iureiur. Sed resp. contrariũ habet locum quando actor habuit omnes dilationes ad probandum, ita quod fecit quidquid potuit, & demum reperitur non probasse: secus vbi ob contumaciam partis aduersæ non recepit omnes dilationes iuridicas: quia forte multa potuisset

quo casu etiam lite non contestata,[a] instante reo, iudex, & testes recipere, & sententiam ferre debebit.

Si actor non venerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expensas & cauere de in posterum comparendo: aliàs, non admittitur ad aliam citationem. h. d.

Idem quoque actor, si ad terminum,[b] ad quem aduersarium citati fecerit; venire contempserit, venienti[c] reo in expensis propter hoc[d] factis legitimè[e] condemnabitur: ad aliam citationem minimè admittendus, nisi de fideliter[f] in posterum comparendo idoneam cautionem[g] dederit.

Iudex debet esse contentus vna pœna ex pluribus, quæ aduersus contumacem competunt: & extrescente contumacia potest etiam ad alias procedere. h. d.

Quòd autem diximus: iuribus variè contumaciam coërceri, non est ita accipiendum quasi omnes simul pœnas ius dicens infligere contumaci debeat, sed quod variarum pœnarum sibi datur optio,[h] vnde alterutra, quæ magis timeri[i] debeat, iudex à principio contentus erit, ad aliam[k] nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis.

probare, si reus fuisset præsens, vt per Ab. in d. cap. prout & in capite causam eod.

a ¶ Lite non contestata.] Cap. causam eo. secundum communem & verum intellectum, nota ergo differentiam inter reum contumacem, & actorem, per quam magis fauemus reo, quo instare potest ferri sententia, etiam lite non contestata, actore contumace: secus contra. Rationes plures reddũtur in d. ca. causam per gloss. & Doct. quæ tamen omnes videntur tendere ad hoc, quod hoc accidat: quia maior est cõtumacia actoris, quam rei, vnde seuerius etiam cum eo agitur. Et licet de iure ciuili actori contumaci dentur quædam dilationes, tamen id non videtur necessariò seruandum de iure canonico secundum Abb. in cap. causam.

b ¶ Terminum.] Siue peremptoriè, siue non, in principio causæ, siue in progressu cum lex loquatur generaliter. l. de pretio. ff de public. & ita not. in ca. 1 eod. in 6 vnde sumitur.

c ¶ Venienti.] Ergo non venienti non condemnabitur, sed contumacia cum contumacia compensabitur l. si duo ff de dolo. l. si ambo, ff de compen. & erit circumducta citatio, l. & postea dictum ff de iudi. quod tamen intellige de speciali: secus in generali ad totam causam, quia licèt quoad terminum, à quo neuter comparuit sit circumducta citatio: non tamen quoad alios actus, & totam causam, vt per Perus. in d. capite primo, eo. in 6 post Rotam.

d ¶ Propter hoc.] Idem ratione contumaciæ, cap. 1 de excep. in 6 c. fin. & c. cum dilecti eo. alias autem etiam ad expensas factas in aduocatis, & procuratoribus reficiendas quis tenetur, cap. in nostra. vbi Innoc. de iureiur. & in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. cum tamen quis condemnatur ob contumaciam, secus est, cap. 1 eod. in 6. vbi Perusin.

e ¶ Legitimè.] Quod dic vt no. 2. q. 1 in primis, & in c. finem eod. vbi, an in condemnatione expensarum requiratur alia citat. de quo etiam per Bar. in l. 3 § si ad diem ff de re mili. & l. 1 ff si quis ius di. non obtemper.

f ¶ Fideliter.] Præsumitur autem malitiosè quis abesse, nisi probetur legitimum impedimentum, capite cum Bertoldus. & cap. quærelam, de re iud.

g ¶ Idoneam cautionem.] ex eo quod dicit idoneam intellige quod pignora, vel fideiussores dentur. l. si mãdato § fin. ff mand. licet aliàs verba cautionis intelligamus simplicem promissionem, l. sancimus, C. de verb. signif. si quis tamen hoc dare non potest, debet iurator iam, vel quam potest, vt traditur in capite primo, eodem in 6.

Quod autem. CASVS. Quidam iudex Mediolan. potius affectione, quàm iure motus volebat contumaces pluribus simul pœnis punire, quia dicebat ipse ob talem pœnarum impositionẽ facilius litigantes reduntur obedientes, & lites citius terminantur, quod est iuxta intentionem legislatorum, vnde fuit quæsitum quid iuris? Solut. vt hic habetur, quia impositione pœnæ iustitia distributiua semper ante oculos est habenda: non obstat obiectio, siquidem non debet malum permitti, vt inde veniat bonum: multum est enim aliquẽ tot pœnis punire cum sit contra iustitiam. Not. quod licet pœna posset, & debeat augeri iuxta argum. delicti, non tamẽ potest regulariter multiplicari ob vnum, & idem delictum.

h ¶ Optio.] Hoc intellige iuxta ea, quæ not. in ca. à crapula, de vit. & hon. cler. & in c. fraternitatis, dist. 33 & per Abb. in cap. inter cætera, de rescript. & per Legistas, in l. quicumque, C. de seru. fugit. & videtur hoc intelligendum quando ad hæc remedia, vel pœnas contumaciæ, nulla parti competit actio: aliàs videtur secus, vt per Abb. in cap. prout. eo. column. penultima, in fin.

i ¶ Timeri.] Illa enim est potius infligenda. vigesima quarta, quæstione quinta, capitul. prodest. Argum. contra, cap. sanè, & cap. pastoralis. 3 resp. de offic. deleg. fol. vt ibi hodie datur modis procedendi per Concil. Trident. sess. 25 in dec. reformationum, capitul. tertio.

k ¶ Aliam.) Vsque ad tertiam vicem per contumaciam eiusdem actus l. fin. C. de mo. mulct. & per Abb. in cap. 1 de pœn.

ALOYIVS RICCIVS. Habetur in hoc paragraphi quod iudex debet esse contentus vna pœna ex pluribus, quæ aduersum contumaces competunt, & meritò quoniam vna pœna contenti esse debemus, l. qui fidem, ff de pactis Doct. in l. vbi pactum & in leg. si quis maior cum l. diuersa, Codice de transactionibus, leg. secundæ, § final. digestis nau. caup. vbi datur actio furti, & actio honoraria contra cauponẽs, vna tamen exercetur facit text. in l. si stip. ff de verborum oblig. vbi habetur quod

contenti esse debemus pœnis legalibus, quem textum allegat Iser. in cap. primo, versic. contrahentium in addit colum. 4 quæ sint regalia, propterea pluries fuit decisum in nostra curia Archiepisc. quod si quis vulnerat cum armis non punitur duplici pœna. s. delationis armorum, & vulneris, sed pœna tantum vulneris plectetur glos. cõmuniter recepta in l. qui de crimine in verbo plurima capita de accusationibus, quam communiter sequuntur Doctores, vt testatur Marsil. in l. si in rixa, numero quinto, ff ad legem Cornel. de sicar. & l. vnica, C. de rapt. virgin. Bertazol. consilio 320 libro primo. Losfred. decisio nonagesimaquinta, Clar. in sua practica, quæst. octuagesima quarta, vers. alius est casus, sic etiam seruasse Senatum Mediolanens. cum quodam Ioanne Baptista de Fornarijs qui proiecerat pilam ferream in suum aduersarium, & deinde ensem euaginauerat, hunc enim vnica tantũ pœna puniri iussit idem Senatus, pœna enim delationis armorum confunditur cum ipso delicto, ex doctrina Bartoli, § denunciamus, in fi. authen. de armis. Platea in § item lex Iulia c. 2 col. secunda, vers. sed pro instit. public. iudic. Cæphal. consilio 204. Decian. in tract. crimin. lib. primo, cap. quarto, numero 9 & Farinac. Variar. quæst. 108 numero 169 & latè D. Nouarius in Collect. decis. ad pragmat. 1 de pœnis, & quando imponitur pœna alternatiua cuius erit electio rei, vel iudicis, vide Felin. in cap. inter cætera de rescrip. & Menoch. de arbit. iudic. lib. 1 quæst. 96.

DE LIBELLI CONCEPTIONE, & oblatione.

POstquam vidimus in præcedenti titu. qualiter reus legitime citatus debeat coram iudice comparere, sequitur nunc videre ad quid teneatur actor in princ. iudicij, & ideo proponitur nunc titu. iste, qui dividitur in 6 partes, in quarum prima habetur quid iuris de libello isto in communi: in secunda, quot sint eius species: in tertia quid continere debeat: in quarta an semper eius solemnitas sit seruanda: in quinta quale sit officium iudicis circa ipsam: in sexta adnot. continuatio cum seq. tit. secunda ibi, porro: tertia ibi. exprimitur: quarta ibi sunt tamen: quinta ibi, in his: sexta ibi, sed ne.

a ¶ Conceptione.] Non malè fuit in hac rub. adiecta hæc dictio, licèt non ponatur in decretalibus: quia in hoc tit. non tractatur simpliciter de oblatione libelli, sed etiam qua forma debeat concipi. Continua autem sic, supra visum fuit de contumacia, sed quia non semper contingit reum, vel actorem esse contumacem, ideo videndum quid agendum comparente reo, & sic non contumace.

DE LIBELLI CONCEPTIONE, a & oblatione.

TIT. VII.

Actor reo comparente debet clarum iudici libellum offerre. Et quid sit libellus. hoc dicit.

IN primis igitur reo in assignato termino comparente iudici b libellum actor offeret, & illum ita clarum, c & planum, vt ex eius inspectione deliberare d reus valeat, vtrum cedere velit, an contendere, atque vt si contendendum sit, despicere valeat Iudex quemadmodum à se concipienda sit sententia. e Nihil enim f aliud est libellus, quàm breuis scriptura g claram h actoris intentionem continens, * & contra aduersarium necessariò concludens,

Libellorum alij sunt accusatorij, alij conuentionales. h. d.

IN primis. CASVS. Quidam iudices penitus, & omninò negligebant huiusmodi libellos, quia dicebant eorum officium esse iura partium litigantium audire, & postea inter eas iudicare, iuxta cap. forus, de verbor. signif. vnde fuit quæsitum quid iuris Solut. vt hic habetur, & per rationes in tex. assignatas confirmatur, quia aliter frustra esset ordinatum, quod in § fina. supra de iud. & in clem. sæpè de verb. sig. legimus. Non obstat obiectio, quia libellus iste non solum respicit iudicem, sed etiam reum, vt in text. legimus: Not. 1 ad libellum duo essentialiter esse necessaria, videlicet scripturam, & claritatem. Not. 2 casum, in quo scriptura essentialiter requiritur. *Ia. Bap.*

b ¶ Iudici.] Et à iudice postea offeretur reo, & hæc est bona practica secundum Abbatem in c. 1 eod. vbi & aliæ plures practicæ ponuntur, de hoc per Legist. in auth. offeratur, C. de lit. contest.

c ¶ Clarum.] Cauendũ ergo erit à nimia generalitate, ca. 2 eod. Item cauendum, quod non sit alternatiuus, l. prætor edixit, § quod autem, ff de iurcis. Nec conditionalis, § ex conditionali instit. de verb. oblig. Item quod non habeat verbum, prægnans, vel duplex c. fi. de reser. l. is qui ducenta. ff de reb. dub. Et generaliter, quod non ponatur aliquid vnde obscuritas oriatur, not. in c. constitutus, de in integ. restit. per Inn. & Abb. in c. 1 eod.

d ¶ Deliberare.] Fac. l. 1 ff de eden. nec enim in continenti compellitur respondere, maximè si tale est factũ, quod indiget matura deliberatione fac. c. propositi. d. 81 & per Ab. in c. 1 eo. habetur inf. eod. § fin.

e ¶ Sententia.] Quæ debet esse conformis libello. l. fi. C. de fideicommiss. libert. & traditur latè per Legist. in l. vinum ff si certum per l. vt fundus, ff communi diuid. c. licèt Hely de simon. c. cum dilectus, de ord. cog.

f ¶ Nihil enim, &c.] Variæ quidem dantur definitiones libelli, vt per Abb. in rubr. eod. & per Host. in sum. eod. & per Specul. in tit. de libell. concep. tamen hæc visa est cæteris commodior, & eam ponit. Abbas. in sua prax. in c. 38 pro qua allegat. l. ampliorem, § 1 C. de app. & declaratur per eundem in d. rubr.

g ¶ Breuis scriptura.] Libellus ergo dandus est in scriptis, 3 q. 3 c. offeratur, & auth. offeratur C. de lit. contest. & c. 2 eod. & per Ab. in rub. & c. 1 eod. Hoc tamen non procedit in causis vilioribus, in quibus nulla scriptura requiritur, vt in supra alleg. locis.

h ¶ Claram.] Sed si breuis quomodo clara, iuxta illud Horatij.

* Actoris intentionem continens.] Apud nos libellus

petitionis inseri debet citationi alias citatio est nulla, & apparitor pœna viginti librarum reparationibus prætorij Iudicialis nec non loci pauperibus pio æquis partibus applicandarum multandus venit codice Lodouico ita statuente titul. 2 art. 1. SOLIER.

Breuis esse laboro, obscuris fio.

Porrò libellorum duæ sunt species, [a] alij enim sunt accusatorij, alij conuentionales. Accusatorij sunt, quibus qui aliquos ad iudicem alicuius criminis reos defert; [b] de quibus quidem in præsenti nobis non est institutus sermo, sed infra suo loco, [c] & ordine dicetur. Conuentionales sunt quibus in ciuilibus disceptationibus vtimur, dum rem nostram [d] aut quam nobis deberi [e] putamus, in iudicio petimus.

Quæ debeat continere libellus, & quòd ineptus, vel obscurus libellus non obligat ad respondendum, & quòd iudex illum potest lacerare. h. d.

Exprimet [f] igitur oblatus libellus non solum agentis, [g] & conuenti [h] nomen, sed & iusdicentis, [i] & petitæ rei, [k] & actionis qualitatem. Et si personali experiendum sit actione, petendi quoque causa exprimenda erit, [l] alioqui nec conuentus videlicet.

Quis, quid coram quo, quo iure petatur, & à quo.
Rectè compositas quisque libellus habet.

Vel clarius sic:

Conuenti nomen, & nomen conuenientis,
Iudicis, & nomen scribet, causamque petendi.
Et quascumque petet res istas scribere debet.

Sol. illud procedit in breuitate nimia.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit diffinitionem libelli, tu adde aliam quod libellus, nil aliud est, nisi breuis scriptura intentionem actoris continens contra aduersarium necessariò inferens, & concludens, vt per Alciat. in pract. Ciuili.

Io. Bap. Porrò. CASVS non figuratur, sed nota causam diuisionis, quia scilicet omnis controuersia est ciuilis, vel criminalis: vel aliter dicas, quod vna species oritur à iustitia commutatiua, altera verò à iustitia distributiua.

a ¶ Duæ sunt species.] Ita diuidit glo. & Dect. in c. 1 eo. & Specul. de libellorum concept. in c. quot sunt species libellorum.

b ¶ Reos defert.] De his habes in l. libellorum, ff de accu. vbi latissimè per Bartol. & secunda quæst. prima, cap. legum, & quæstio. 8 c. libellorum.

c ¶ Suo loco.] Infra de acc. post prine.

d ¶ Nostram.] Ratione dominij, vel quasi, vel ratione alicuius alterius iuris, vt designet libellum super omnibus realibus actionibus, & sic verbum nostrum stat hic largè, nec significat solum dominium, sed omne aliud ius, cuius occasione quis potest agere. fac. nor. in l. 2 C. in quib. cau. colo cens. domin. accus. pos. libro vndecimo, & in leg. secunda in principio, ff de orig. iur. in verbo, Papinianum.

e ¶ Deberi.] Capit. fin. eodem, & designat per hæc verba, libellum in personalibus actionibus.

Io. Bap. Exprimet igitur. CASVS. Quidam actor composuit libellum nulla solemnitate obseruata, sed simpliciter suam intentionem in eo explicauit, vnde fuit quæsitum quid iuris, & argumento capitul. dilecti de iud. respondebatur nullam solemnitatem esse necessariam: Solut. tamen vt legimus, quia libellus iste est iudicij ordinarij, iuxta § fina. supra de iudic. non obstat obiectio, quia illud capitulum intelligitur quoad nomen actionis, secus quoad substantiam. Not. primo in libello quinque esse necessariò explicanda, videlicet quis, à quo, quid, cur, & coram quo. Not. secundo, arg. quod conuentionalis libellus distinguitur in realem, & personalem, quia cuiuslibet est diuersa ratio, &c.

f ¶ Exprimet.] Materia huius § cumulatè traditur per Hostiens. in sum. cod. § quid continere debeat, & Specul. in sua pract. in tertia parte, in tit. de libel. concep. & in c. quid libellus continere debeat, & communiter in cap. 1 eod.

g ¶ Agentis.] Cap. querelam, de elect.

h ¶ Conuenti.] Specul. in sua pract. in tertia parte in capitul. quid libellus continere debeat, allegat ad hoc in argumen. tertia quæstione tertia, capitul. nullus, & in l. in his tribus ff de iudic. l. fin. C. de eden. l. prima, ff eodem titul. cap. secundo, de ord. cognit. & capitul. querelam de electio sed iura per eum allegata interdum non multum faciunt.

i ¶ Ius dicentis.] Non intelligas necessariò de nomine proprio, sed sufficit, quod exprimatur nomen dignitatis, & officij, ita vtetur intelligat coram quo conuenitur. Sed cautius videtur, vt nomen proprium exprimatur, & id videtur seruari in practica, quæ est optima legum interpres & hoc est exprimendũ, vt sciat reus, an sit iudex competens, vt inf. eod. § fi.

k ¶ Petitæ rei.] Vt habetur in cap. significantibus, de appel. & cap. 2 eod. quod est, idem ad verbum.

l ¶ Exprimenda erit.] Vt traditur latè in fin. eod. & dantur tam per Specul. quam per Hostiens. glos. Abb. & omnes hi versus, qui comprehendunt, quid debeat libellus continere,

Io. Bap. Exprimet igitur. CASVS. Quidam actor composuit libellum nulla solemnitate obseruata, sed simpliciter suam intentionem in eo explicauit, vnde fuit quæsitum quid iuris, & argumento capitul. dilecti de iud. respondebatur nullam solemnitatem esse necessariam: Solut. tamen vt legimus, quia libellus iste est iudicij ordinarij, iuxta § fina. supra de iudic. non obstat obiectio, quia illud capitulum intelligitur quoad nomen actionis, secus quoad substantiam. Not. primo in libello quinque esse necessariò explicanda, videlicet quis, à quo, quid, cur, & coram quo. Not. secundo, arg. quod conuentionalis libellus distinguitur in realem, & personalem, quia cuiuslibet est diuersa ratio, &c.

ALOYSIVS RICCIVS. Iste § ponit ea, quæ continere debet libellus vnde sciendum est primo, quinque substantialia libellum continere debere scripsit Spec. in tit. de libelli concepti § 4 primo, nomen actoris secundo, nomen rei tertio, rem quæ petitur recte cum confinibus designatam quarto, iudicem ordinariũ, vel delegatum coram quo producitur quinta, & vltima conclusionem eius quod petitur, ex quo sola narratio non sufficit, nisi debita conclusio in illa fit Rota in decis. 323 in nouis. & Paris. in cons. 125 num. 3 volum. 2 ex facti enim narratione in libello quid, & quo iure

Dicit tamen Host. in summa eod. § quid debeat continere, versic. ideoque apponendus est, quod de consuetudine in libellis apponitur solum quis, quid, à quo, & qua de causa petat.

petatur cognoscitur, vt dixit Bar. in l. certi condictio in prin. ff si certum petatur Minad. in decis. 1 num. 5 licèt in Criminalib. admisceatur libellus absque conclusione Bar. in l. libellorum, num. 19 ff de accusat. Bal. in l. edita numero 39 C. de edendo, & seruari in prax. scripsit Triui. in decis. venet 32 n. 15 lib. 2 in hoc tamen Regno Neapolitano per capitulum Reginæ Isabelle incipit Isabella dicit esse sublatas solemnitates l. libellorum, & quod sufficit constare de veritate, vt in specie voluit Foller. in pract. in verb. audiantur excusationes num. 126.

Sciendum secundo circa vers. & iudex quod libellum ineptum iudex ex officio reijcere debet. & Abb. in ca. cum inter, de exceptionibus libellus dicitur ineptus varijs modis primo, quando continet defectum apparentem Inn. in cap. 1. de officio Vicarij Bal. in l. si defunctus, num. 10 C. de suis & legitimis, 2. dicitur libellus ineptus, quando petitur debitum conditionale Bal. in l. fin. C. de formulis 3. quando causa est ordinaria, & pars petit procedi summariè Bart. in l. 2 C. si contra ius, vel vtilit. public. 4. quando non aptè sed malè concludit glo. in c. cum dilecti de emptione, & venditione quinto, quando continet malam, & ineptam causam non qui continet malam actionem intentatam Innocent. in cap. examinata de iudicijs quare stante ineptitudine libelli debet iudex ipsum lacerare Guil. pract. observ. lib. 1 observ. 44 nu. 6 Gama. in decis. Lusitan. 206 Iafred. in decis. 207 immo poterit iudex Actori infrigere, vt alium libellum clarum, & concludentem exhibeat Valasc. in dec. 97 ex libello enim inepto omnia acta corruunt, & nulla sūt Castrens. in cons. 65 vol. primo, limita in Principe qui ex libello inepto iudicare potest Dec. in cons. 631 Paris. in cons. 1 volum. 1 limitat. 2 in causis summarijs. Vant. de nullitat. ex defect. process. numero 24 limitat. 3 vt iudex possit ex libello inepto reum absoluere ab obseruatione iudicij Afflict. in decis. 60. Ripa obseruat. 160.

respondere tenebitur. [a] Et iudex libellum non legitimæ conuentionis formam continentem conscerpere ac destruere poterit. [b]

Plures dantur casus, in quibus solemnis libelli porrectio non est necessaria. h. d.

Sunt tamen casus, in quibus solemnis [c] hæc libelli oblatio minimè est necessaria, [d] veluti in quibus de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij [e] procedendum erit, & in quibus etiam non contestata lite [f] testes recipi possunt, & alij plures. [g]

Benè faciet iudex, si rem terminare quaret sine tela iudiciaria. h. d.

In his quoque casibus, quibus libelli necessaria, si enim est inducta ad veritatem sine fraude & melius inueniendam, ac cognoscendam affirmatiuè respondebatur. Cæterum Sol. est tenenda, quam hic legimus, quia si secus esset, non daretur distinctio iudicij relata sup. in § fin. de iud. Non tenet obiectio, quia talis solemnitas conuenit omni negotio: vnde puto inde inferendum, quod præd. iudicij dist. relata à qualitate materiæ videtur originem trahere, licèt immediatè à forma sit, vt suo loco adnot.

a ¶ Non tenebitur.] Capitul. 2 eodem capitul. significantibus de appel.

b ¶ Destruere poterit.) 11 q. 1 cap. sacerdotibus, & ibi glos. in verbo incendit, & passim per Doct.

c ¶ Solemnis.] Quia licèt non sit necessarius libellus in forma, est tamen necesse fieri in litis exordio petitionem, siue in script. siue sine, vt possit inde nasci pronunciatio petitioni conformis, & vt possit haberi plenior certitudo, super quibus petitiones, & articuli formari debeant: vt in clem. sæpè de verb. sig. vbi latè traditur. Quomodo autem, differat ista petitio à libello solemni, habetur in d. cle. sæpè, & per Abb. in sua pract. cap. 38.

Io. Bap. Sunt tamen. Casvs commodè non figuratur, sed not. hoc solum, quod inter scholares fuit dubitatum, an libelli solemnitas sit indifferenter in qualib. causa

d ¶ Necessaria.] In casibus ergo non exceptis libellus videtur de substantia iudicij, de quo tamen latè not. in cle. sæpè de ver. sign. in verbo necessariò, circa quod tamen multæ sunt varietates apud Doct. vt per Ab. & alios in c. 1 eod.

e ¶ et figura iudicij.] Vt in clem. sæpè, de verb. sign. & de ratione not. ibi in verb. figura.

f ¶ Non contestata lite.] De hoc vide per Specu. in sua pra. in 3 p. in titul. de lib. conc. & in cap. in quibus casibus sit offerendus libellus ante fin. vers. & generaliter.

g ¶ Alij plures.] Vt puta si sint causæ viles, authen. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. recit. Si ex consensu partium fuisset remissa hæc solemnitas si consuetudo haberet, vt non detur libellus, sunt & multi alij, quos enumerare sit magis laboriosum, quam subtile, & latius per Spec. in titul. de lib. conc. in cap. in quibus casibus, vel causis offerendus libellus, vel non in 3 p. sui oper.

ALOYSIVS RICCIVS. Nunc incipio enumerare nonnullos casus, quibus libelli porrectio necessaria non est vnde sciendum est, libellum non requiri primo in causa aliment. Bar. in 6 si quis adhiberunt in princ. ff de liberis agnoscendis Surdus de aliment. tit. 8 priuileg. 2 n. 3 non requiritur 2 libellus si proceditur via exequutiua vigore instrumenti aliquando quod habet vim libellis Lancellot. Gall. in consil. 24 num. 4 vol. 1 Barz. in tract. de instrument. guarantag. parte 2 quæstio. 3 in fine non requiritur libellus tertio, in causa exequutiua vigore rei indicatæ Soc. Iun. in cons. 75 num. 1 volum. 1 non requiritur quarto, libellus in causa depositi Alphon. in collect. 472 non requiritur quinto, libellus in causa reuocationis attentatorum glos. in clement. 2 vt lite pendent. non requiritur sexto, libellus quando intentatur actio in factum Innocent. in capitulo primo, de libelli oblatione Alexand. in l. intra dies, ff de arbitris, & octoginta casus in quibus non exigitur libellus notat, Asinius in praxi. ciuili, §. quarto, capitulo tertio.

Io. Bap. In his quoque Casvs. Cum actor libellum formasset, & per iudicem reo obtulisset, quæsitum fuit an iudex teneatur ad aliquid aliud, negatiuè autem respondebatur, quia cum partes non venerint ad concordiam, præsupponitur ipsas velle litigare, vt supra de

in jus voc. in princ. & ideo nil. aliud videbatur necessarium quam ad vlteriora procedere. Solut. tamen, vt hic legimus tum per rationes adductas in text. tum etiam judex cum sit bonus vir, conuenit illa etiam consulere, quæ partibus expediunt, nec tenet obiectio, quia semper in judicio potest esse locus pœnitentiæ: Nota primò argument. quod medici, & iurisconsul. non debent ex improuiso ad quæsitum sibi propositas respondere, sed matura habita deliberatione: Not. secundò, indicias esse semper concedendas quando ob difficultatem rei propositæ locus est consultationi, quia velox responsum, sæpè sequitur pœnitentia.

a ¶ Probè fecerit.] Quod hic dicitur sumitur ex capitul. pastoralis, de judic. non tamen secundum intellectum, quem ibi communiter, videntur tradere Doctor. sed secundum, intellectum, & opp. Abba. in sua practica capitulo trigesimo sexto, quod est sub ista inscriptione. Quod reus petat libellum offerri per actorem: qui valde post Specul. commendat practicam faciendi, quod hic dicitur, gratia litium finiendarum, vel minuendarum & breuiandarum.

b ¶ Principales personas.] Nota quod ea, quæ consistunt in facto, debent non per aduocatos, vel procuratores proponi: sed per: principales personas, facit notat. per glossa, & Doctor. in l. secunda, de iur. calum. ex quo infertur per Abbat. in capit. pastoralis, de judic. vnde hæc litera sumitur, quod cum litis contestatio fiat per propositionem negotij, petitionem, & responsionem ad illam, leg. vnica C. de lit. contestation. per ipsas principales partes, non autem per procuratores, & aduocatos fieri debet: quod tamen limita, vt ibi per eum, & per ea, quæ habentur infra de li. contestat. § de illo.

c ¶ Etiam aduocatos.] Vel procuratores, vt not. in capitul. pastoralis, de jud. & per Abb. in sua pract. capitul. 36 sub rubr. quod reus petat libellum offerri per actorem, & erit hoc cum principales sunt indiscreti, & nimiæ simplicitatis: quod intellige, vt per Abb. in d. capitul. pastoralis.

d ¶ Terminare.] Et ista terminatio non fiet per sententiam definitiuam, casu quo sine tela judiciaria liqueat judici de negotio: sed faciet judex præceptum parti confessæ, vt satisfaciat intra certum tempus: secus si præcessisset libellus, & secuta esset confessio, quia tunc debet ferri sententia, vt nota per gl. & alios in capitul. dudum 2 de ele. refert. & commendat Ab. in sua pract. in loco in præcedenti notula allegato.

ALOYSIVS RICCIVS In præsenti § notatur iudicem in casibus, in quibus libelli oblatio est necessaria probè facere si causam expediat sine strepitu judiciario ad quod debes notare quod judex hoc facere nequit nisi habeat in commissis; clausula enim hoc simpliciter, & sine strepitu & cæt. non potest vti, nisi inferior, Menoch. de succes. ciuibus titul. de testatoris potestate lib. 1 § 6 numero 12 importat hæc clausula, vt ordo judiciarius, sit sublatus. Marta de clausulis capitul. 160 Barbos. similiter de clausulis capit. 103 imo tollit. omnes solemnitates juris positiui adeo, vt nec libellus sit necessarius, sed solùm quædam simplex petitio facti narrationem continens Cabedo Lusitan. in decis. 72 pa. 1 post. Marant. de ordine judicij part. 4 titul. an judex sit competens numer. 8

Est tamen animaduertendum quod in iuribus, in quibus iudex potest procedere sola facti veritate inspecta per hanc clausulam nō operatur nisi quoad ordinem, & modum procedendi, nec tollit ordinem iudiciorum substantialem sed dilationes tantum Rodulph. quæs. 39 numer. 7 lib. 2 citationem non tollit Marant. de ordin. Iudic. part. 4 tit. & an judex sit competens nu. 9 probationes necessarias non aufert. Mart. d. clauſ. 160 numer. 10 juramentum calumniæ non tollit vt Seraphin de priuil. juram. priuileg. 22 num. 67 excusionem non tollit Pereira de empt. & vendit. cap. 33 nu. 30 nec reuocantur attentata Gratian. decis. Marchiæ 179 nu. 16

e ¶ Inductiæ.] Scilicet viginti dierum aut. offeratur C. de lit. contestat videtur tamen in hoc standum consuetudini ipsius Curiæ, secundum Bart. in dict. authen. & in authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudex & in l. 2 ff de re iud. Erit ergo hoc arbitrio iudicis. Ab. in capitul. cum in veteri. versic. quinto, nota de elect. Quandoque etiam nullo modo dantur tales inductiæ, puta si citatorijs literis libellum continentibus (vt quibusdam locis, & casibus practicatur) potuerit reus instrui, & ex eis deliberare, per Leg. in d. auth. offeratur & per Canonistas, in capite 2 & capite literas de dilat.

f ¶ Defendantur.] Vt inst. de excep. in princip.

g ¶ Obscuritatem.] Quasi dicat tractatum illarū exceptionum quæ proponuntur post litem contestatam, debeat præcedere tractatus ipsius litis contestationis: sed quia facere diuisionem, & tractare prius de his, quæ proponuntur post litem contestatam, & postea de litis contestatione, & postea de exceptionibus, quæ proponuntur ante litem contestatam, pareret obscuritatem, merito eius vitandæ, gratia tractemus semel de omnibus exceptionibus. Est autem huiusmodi situatia arbitria, vt per Abbatem in rubrice de excep. post Ioan. And.

est necessaria porrectio, probe iudex fecerit [a] si principales personas, [b] vel in subsidium etiam aduocatos, [c] factum ipsum proponere iusserit, & sine tela iudiciaria controuersiam terminare [d] tentauerit.

oblato libello debent reo dari dilationes ad excipiendum. hoc dicit.

Oblato tamen secundum iuris ordinem libello, certæ reo conuento indulgendæ sunt inductiæ, [e] quibus deliberet cedendum sibi sit, an contendendum: acceptandus, an recusandus iudex: denique vt proponat, si quas habet exceptiones. Quæ propterea comparatæ sunt, vt ij, aduersus quos instituuntur actiones defendantur. [f]

Diuersarum rerum commixtio parit obscuritatem. hoc dicit.

Harum verò quædam ante litis contestationem opponendæ erunt: quædam verò etiam post contestatam litem. Sed ne si qui inter has alieni tractatus modij fuerint interiecti, huiusmodi sectio obscuritatem [g] pariat, Videamus nunc generaliter de exceptionibus.

DE EXCEPTIONIBVS, & replicationibus.

COntinuatur titulus iste per § fin. supra titulo proxim. in fin. vel dicas aliter quod post titul. præceden. ideo proponitur iste, quia reus conuentus debet libello sibi oblato, vel consentire, vel aliqua exceptione ipsem reiicere diuiditur autem tot. iste contex. in 2 part. quemadmodum duo proponuntur, in prima tractatur de exceptionibus, in secunda de replicationibus, secunda ibi; aantur aduersus, quo ad primum subdiuiditur in duas partes. in prima adnot. quid & quotuplex sit exceptio, in secunda quælibet species eius explicatur. secunda ibi, dilatoriæ sunt.

DE EXCEPTIONIBVS, & replicationibus.

TIT. VIII.

Quid sit exceptio, & quod duplex eius est species dilatoria, & peremptoria. Et quod dilatoriarum quædam respiciunt iudicem, quædam actorem quædam reum quædam causam. hoc dicit.

EXceptio est actionis, vel intentionis exclusio. [a] Exceptionum summa diuisio in duo genera [b] deducitur: aut enim sunt dilatoriæ, aut peremptoriæ. Dilatoriæ

Io. Bap.

EXceptio est CAVSVS non figuratur, sed not. causam distinct. qui excludere actorem contingit aliquando simpliciter, & aliquando ad tempus hinc est quod omnis exceptio ad vnã exd. speciebus commodè reduci potest.

a ¶ Exclusio.] Declarat hanc descriptionem sequendo Abba. in rubr. cod. vt exceptio dicatur actionis exclusio, cum in veritate competit actio, & eam per exceptionem excludi oportet, vt cum promitto tibi, vel metu compulsus, vel dolo, nam ex stipulatione mero iure ciuili oritur actio, sed aduersus eam excipitur de dolo, vel metu, vt in princip. instirut. de excep. dicitur etiam exceptio exclusio intentionis quando actio in veritate non competit actori agit tamen de facto, vt si petas à me decem, & ego excipio me soluisse nam si hoc verum est nulla tibi competit actio; cum solutione eius quod debetur tollatur omnis obligatio, instit. quibus mod. toll. obl. in princ. erit ergo tunc exceptio exclusio non actionis, quæ nulla est, sed intentionis, quæ solum est facti hoc casu non iuris, vide hoc quod habetur in l. secundo digestis eod. & aliquid per Bart. in l. Iulianus, digestis de con. indeb. & per Inno. in ca. cum dilecti & in capitul. dudum 2 de elect. vbi appellat exceptionem intentionis, quando excipitur contra eum qui non petit, vt refertur per Abb. in rub. eod.

b ¶ In duo genera.] In hãc primam sectionem omnes conueniunt vt apparet ex not. per glos. & Doctor. in capitũ. exceptionem, eod. & per Hostiens. in sum. eod. § que sit exceptionum diuisio,, & per Spec. eodem, titul. § & passim per Doctor. Verum est, quod prædicti vitra ista duo membra addunt tertium dicentes alias etiam esse quas appellant mixtas, vel anomalas, de quibus etiam hic dicitur vt infra eodem, § sunt. & quædam, & § sunt, & aliæ. Sed non placuit statim hic in ista prima sectione huius generis meminisse. tum ob exemplum institutionum iuris ciuilis, in § appellantur ea. titul. tum etiam quia illæ quas, vel mixtas, vel anomalas appellant, sunt vel dilatoriæ, vel peremptorie quantum ad sui essentiam, licèt participent de alterius natura. vt dicimus de petitione hæreditatis quæ proculdubio est realis quo ad sui essentiam, & substantiam, licèt participet, de personalitate l. hæreditatis C. de peti. hæred. vel si habent substantiam separatam non possunt dici mixtæ, ex natura dilatoriarum, & peremptoriarum, vel si constant ex substantia vtrarumque veniunt sub enumeratione simplicium. fac. § primo, de action. vbi non fit mentio de mixtis in prima sectione, & merito, si enim sunt anomalę meritò, & modo quodam anomalo debuit de his tractari.

ALOYSIVS RICCIVS. In hoc § author ponit definitionem, & diuisionem exceptionis, sed quia hæc materia est satis clara, & ab omnibus pertractata, ideo ego magis necessaria breuitate possibile, pertractabo & sic incipiendo à definitione, exceptio nihil aliud est, quam exclusio actionis, vt ait. Marant. in suo Spec. part. 6 mẽb. 9 num. 1 & est duplex, quædam quę dicitur dilatoria, eo quod causã differre solet non principale negotium perimere, & opponitur regulariter ante litem l. exceptionem C. de probationibus Felin. cap. exceptionem, nu. 7 de exception. & hoc in tantum est verum vt aduocatus qui eam opponeret postea esset puniendus vna libra auri l. pen. C. de exception. Spec. titul. de Adnot. § 1 vers. Item quod post nu. 11 tit. de excep. & ratio quare sit opponenda antea, & quia contestatio litis præcudit viam exceptionibus dilatorijs l. pomponius § rat habitionis, & ibi glos. & Bart. num. 2 ff de procurat. & opposita habet vim impediendi litis ingressum capit. pasto. alis de rescriptis & ca. inter monasterium de iudic. sed aduerte quia non satis est eam opponere sed debet probari alias non impediret Bald. & de Castr. in d. cap. exceptionem num. 4

Quædam verò dicitur exceptio peremptoria & opponitur post litis contestationem, vt tradit glos. in d. l. exceptionem C. de probationibus, Addunt aliqui exceptionem anomalam quę videtur mixta, vt tradit Papien. in practic. in forma responsionis rei in glos. saluis, numer. 3 Item, & per peremptoriam, appellant non anomalam, sed anormalam, seu enormem sed non curamus de nomine quia satis est scire quod omnes istę voces significant exceptionem sine regula, & inæqualem quæ propterea poterit opponi tam ante quam post litem contestatam.

Sciendum tamen est, dilatorias exceptiones de quib. agimus esse in triplici differentia, quædam enim respiciunt personam iudicis, & dicuntur declinatoriæ fori seu exceptiones incompetentiæ, seu recusationis quædam respiciunt personam litigatium, vt puta si opponatur, quod comparens caret mandato, pupillus tutore, & quid simile, & iste dicuntur exceptiones legitimationis personę. Quædam verò respiciunt libellum seu causam ipsam, vt puta quia libellus arguatur de inepti tudine, vel quod actio fuerit intentata ante diem obligationis, quamuis ista exceptio actionis intentatæ ante diem sit potius anomis ex quo potest opponi etiam lite contestata, & istæ carent proprio nomine.

Ad materiam plura practicabilia congerit D. Io. Maria Nauarius Doctor Celeberrimus in pragmatica 1 de exceptionibus.

Dilatoriæ.] Hæc pars diuiditur in quatuor partes Io. Bap.

in quarum prima tractatur de exceptione dilatoria : in secunda de peremptoria : in tertia de exceptione mixta : in quarta habetur consilium circa eas, & adnot. earum natura : secunda ibi, peremptoriæ : tertia ibi, sunt etiam : quarta ibi, cauebit autem, prima pars adhuc subdiuiditur in quatuor partes, in prima habetur vnde d. exceptiones desumantur : in secunda, quando opponantur : in tertia infertur quædam generalis reg. in quarta explicatur quid iuris de exceptione excommunicationis, secunda ibi, secunda, hæ verò : tertia ibi, deducuntur : quarta ibi, his annumeranda, quoad primum casus, litigantes quidam consilio quorumdam aduocatorum opponebant diuersas exceptiones desumptas modò à persona iudicis, vel alterius partis, modò à qualitate causæ, vel actionis, & modò ab aliqua alia circumstantia, vnde fuit quæsitum, an id de iure liceat, & cum inde in longum protrahantur non videbatur id promittendum: confirmatur quia inde aperitur via committendi in legem, vt de se patet. Sol. tamen, vt hic cauetur, quia si secus esset ex diuerso capite iudicium posset reddi legitimum cum bonum constet ex tota causa, l. 1 ff de orig. iur. qua ratione suadente nec obiectio aliquid concludit, quia ex bono non deducitur malum, nisi eo malè vratur homo : Not. 1 à contrario sensu quod si huiusmodi exceptiones non opponerêtur, actus teneret. Not. 2 argum. perfectionem alicuius aliquando cognosci nõ posse nisi beneficio exceptionis.

a ¶ Rem.] Vt si sit factum pactum de non petendo intra certum tempus, quia hæ non solum differunt iudicio oppositæ, sed etiam rem vt in § appellantur. Inst. tit. de for. comp.

d ¶ Supra.] Vt supra de iud. § recusatione, cum seq. cap. cum speciali : de appel. cap. suspicionis, de off. deleg.

e ¶ Agere velit.) Cap. 1 de synd. capit. qui vere. 16 q. 1 & supra de procurat. § sed nec omnes, & per Host. in sum. eod. tit. § quis dare, versic. sunt autem, & § quis dari, versic. item Monachi, & fac. § pen. inst. eodem. fac. C. qui leg. perf. hab. standi in iud. per tot. & leg. fin. § necessitate C. de bon. quæ lib. & ibi per Doct.

f ¶ Esse negetur.] Vbi per Bart. in l. 3 § defendi. ff de quibus caus. in pos. eat. & hæc quæ proueniet ex defectu mandati potest opponi etiam post latam sententiam, vt inf. eod. § ergo in initio. Abb. in ca. in nostra, vers. Item not. de procu.

g ¶ Non interesse.] Quæ pariter est dilatoria, vt not. per gloss. & Abb. in ca. ex parte, de testib. & per Abb. in c. 1 de accu. per Bart. in l. posthumus, § si quis ex his, ff de inoffic. testam.

h ¶ Audiri non debere.) Vt per Abb. in c. quia frustra de vsur. in fin.

i ¶ Cautionem postulet.] Vt l. qui proprio, § qui alium, ff de procu. l. exigendi. C. eo. tit. de procurat.

k ¶ Spoliatum esse.] cap. cum dilectus, vbi latissimè per Abbat. & Doct. de ord. cog.

l ¶ Reuocet.) Vt cap. fin. de fo. comp. & l. 2 ff de iudi.

m ¶ Libelli.] Hæc autem licet sit dilatoria, poterit tamen interdum opponi etiam post sententiam, videlicet cum talis est ineptitudo libelli, quæ non concludit ius agendi nec super eo sententia formari potest, vel firmari, vt per Abb. in capite cum dilecti, de empt. & vend.

n ¶ Delitis pendentia.) Vt per Bald. in leg. peremptorias, in fin. C. sent. rescin. non posse. & in leg. senatus. C. qui accus. non possunt, Fel. in capite exceptionem, eodem.

o ¶ Diem solutionis.] Vt in l. 1 in fin. ff quando dies vsufr. ced. hoc tamen quandoque opponitur ad

sunt quæ rem [a] & iudicium [b] differunt. Harum quædam iudicis personam respiciunt, quædam verò actionis, & causæ.

Exceptio incompetentiæ, & suspicionis sunt declinatoriæ. h. d.

Personam iudicis, respiciunt, vel quæ illius incompetentiam [c] arguunt, vel quæ de ipso suspicionem ingerunt, secundum ea, quæ supra [d] suo loco latius exposuimus. Et hæ declinatoriæ quoque poterunt appellari.

Procuratoris exceptiones spectant personam actoris. h. d.

Actoris partem illæ spectant, quæ illum non legitimam in iudicio standi personam habere demonstrant : quales sunt procuratoriæ, vt puta, si quis per monachum, aut regularem, aut clericum agere velit. [e] Item si quis vt tutor, vel curator, vel procurator, vel syndicus compareat, & illum tutorem, vel curatorem, vel procuratorem, vel syndicum esse negetur, [f] vel sua non interesse, [g] vel audiri non debere [h] protestetur, & quæ sunt his similes.

Quæ sint exceptiones descendentes ex persona rei. h. d.

Ex persona rei deducuntur, veluti si quis ab eo, qui alienam litem defendit, de iudicato soluendo cautionem postulet : [i] aut si ab actore se spoliatum esse [k] reus conuentus coram iudice quæratur : & propterea restitutionis beneficium imploret : vel si actorem ex legitima causa domum reuocet. [l]

Quæ sunt exceptiones descendentes ex causa. h. d.

Actionem, & causam respiciunt, vt cum proponitur de ineptitudine libelli [m] aut delitis pendentia, [n] aut cum nondum diem solutionis [o] venisse prætenditur.

b ¶ Iudicium.] Vt sunt illæ, quæ specialiori nomine appellantur declinatoriæ, de quibus statim hic dicit, quæ licet iudicium differunt, tamen non differunt rem principaliter.

c ¶ Incompetentiam.] Cap. si diligenti, & per tot.

processum quandoque ad merita causæ, itaque secundum modum proponendi variandum erit, & tempus, vt per Abb. & alios in cap. exceptione.

Hæ vero. CASVS. Quidam ligantes desiderio victoriæ moti in qualib. parte iudicij volebant supra adno. exceptiones proponere, putabant autem sibi esse licitum, quia ipsarum beneficio singula iudici gesta non solum legitimè fiunt, sed etiam apparent: aliter verò secus contingeret. Cæterum Sol. vt hic cauetur, quia natura istarum met. exceptionum id videtur requirere, nec tenet obiectio, siquidem tunc aliquod factum dicitur legitimum, quando suo loco, & tempore est gestum. Not. primò, actiones non esse legitimas nisi loco, & tempore debito fuerint factæ: Not. secundò, quod est tacitè, vel expresse semel approbat. nó potest postea reprobari.

Declinatoriæ exceptiones proponi debent ante omnem exceptionem, alioqui amplius opponi non poterunt. h. d.

Hæ verò regulatiter [a] omnes ante litis contestationem proponi debent. Sed quas declinatorias appellauimus non modò ante litem contestatam: verùm etiam ante omnem [b] dilatoriam exceptionem opponere reum oportebit: alioqui si aliam [c] primò proposuerit, cum per hoc in iurisdictionem eius coram quo proposuit, consensisse videatur * eiusdem iurisdictionem serò declinare conabitur.

Dilatoriæ exceptiones non declinatoriæ regulariter proponuntur ante litem contestationem. hoc dicit.

Ergo [d] in initio litis declinatoriæ opponi debent, & probari. Cæteræ post oblatum libellum, ante litem contestatam intra terminum à iudice [e] assignatum, quandoque opponi, & probari [f] poterunt.

Ponit aliquos casus, quibus, & post

a ¶ Regulariter.) Hoc ideo dicit: quia quandoque etiam post litem *contestatam proponūt*, vt patet ex superioribus notulis, & habetur latissimè per Canonistas, in cap. exceptionem, co. & inf. co. § prox. vide aliquid per Legistas in l. naturaliter, § nihil commune, ff de acquir. poss. super combin. Bart.

b ¶ Omnem.] 3 qu. 6 § exceptio, cap. pastoralis, eod. capite inter Monasterium, de re iu. l. apertissimi, & l. cum specialis C. de iud. l. fin. C. eodem, l. exceptionem, C. de prob. & ibi habetur, & in c. quoniam contra, de probat.

c ¶ Si aliam.] Puta dicendo quòd aduersarius eius qui excipit, est excommunicatus, & super hoc sententia feratur, & sic approbatur persona iudicis, vnde ipsum postea reprobare excipiens non poterit, 4 qu. 3 § item si quis testibus, & 3 q. 8 cap. cuius in agendo, fac. l. sed etsi susceperit, ff de iudi. & habetur latè in cap. inter Monasterium, de re iud.

* Consensisse videatur.) Apud nos talis consensus iurisdictionem Iudicis non sui minimè prorogaret, iurisdictiones enim in Gallia patrimoniales sunt, & iuris publici cui pacta & consensus priuatorum non præiudicant. SOLIER.

d ¶ Ergo.] Benè ergo: quia hoc ex supradictis infertur, & notat. in hac materia quatuor tempora. 1 ante litis ingressum, & tunc regulariter proponuntur declinatoriæ, & peremptoriæ litis finitæ, vt infra eo. § Harum 2 post litis ingressum ante contestationem, & tunc proponuntur regulariter dilatoriæ illæ, quæ non concernunt personam iudicis. Tertium post litem contestatam ante sententiam, & tunc regulariter proponuntur peremptoriæ. Quartum post sententia, & tunc proponi possunt quædam dilatoriæ: puta, quæ retroactum processum nullum redderent, vt hic in fin. & quædam peremptoriæ, vt per Spec. eod. titul. nostro, § dicto, nu. 14 & per Bal. in l. 1 C. de iur. & fatig.

e ¶ A iudice.] Not. iudicem ex causa posse abbreuiare terminum à iure statutum, nam ad proponendas dilatorias ius perfigit terminum litis contestationis, c. inter Monasterium de re iud. & l. fi. C. eo. & tamen iudex potest abbreuiare, vt hic, & c. pastoralis, eo. vnde sumitur, & hoc tenet Bart. in l. 2 ff de re iud.

f ¶ Probari.] Imò dilatoria solutionis probabitur,

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit in hoc §. quando exceptio declinatoria opponenda sit, vnde nota, quod hæc exceptio declinatoria, ante litis contestationem opponenda est, leg. apertissimi C. de iudic. & l. final. C. de except. & ibi gloss. & Doctor. aduerte, quia est alleganda coram ipso iudice, qui allegatur suspectus, vel si allegata sit coram superiore est sibi notificanda, & inhibendum; alias si sibi non notificaretur quamuis esset notificata parti aduersæ processus, & sententia teneret, vt decisum fuisse testatur Triuis. decis. 51 lib. 1. Imò nec potest opponi ab eo qui prius opposuerit aliam exceptionem, vt voluit Paul. de Castr. in l. si conuenerit num. 3 ff de iurisdict. omnium iud. & est communis, de qua testatur Fel. in cap. inter Monasterium in vndecima declaratione, nu. 13 de sentent. & re iudic. & seruatur etiam in praxi, & ratio huius opinionis est, quia qui semel in iudicem consensit, & approbauit non potest deinde illum vti suspectum, ad sui libitum recusare arg. text' & ibi gloss. in leg. sed etsi suscepit, ff de re iudic. & hoc non patitur difficultatem, sed is qui opponit aliquam except. tacitè consensit & approbat iudicem ex quo videtur requirere eum, vt super ea pronunciet Bart. & Bald. in d. l. si conuenerit n. 1 ff de iurisdict. omn. iud. Felyn. in d. capite inter Monasterium n. 4 igitur nó potest amplius illius iurisdictionem declinare, & quod recusatio iudicis sit opponenda ante omnes alias exceptiones sensit. Rot. decis. 2 part. 2 num. 3 diuers.

postquam actor fundauerit intentionem suam leg. exceptionem, C. de probat. & 3 quæst. 6 § exceptionem habetur in c. exceptionem eod.

a ¶ Nuper.] Nihil est enim, quòd imputet reo, quòd non proposuerit ante litem contestatam, fac capite insinuante, vbi Doct. de offic. deleg. & capite pastoralis, eodem argument. in leg. de ætate, § ex causa, ff de inter actio. & in l. 1 in princip. ff de vent. in spic. capite cæterum, de iu. cal. & d. 50. capite vt constitueretur, fac. l. 2 C. de consor. eiusdem lit.

b ¶ Postmodum.] Id est, Post terminum intra, quem omnes exceptiones dilatoriæ proponi debent, sic capite præsentium, de testibus latè habetur in capite pastoralis, vbi inquit Abb. quod non posset proponi hæc dilatoria, si diceretur ista post conclusionem, in causa.

ALOYSIVS RICCIVS. Limitat nunc author propositã conclusionem, & dicit quod in aliquibus casibus, exceptio potest opponi etiam post litem contestatam.

Et sic limita primò, quando exceptio esset apposita non post aliam exceptionem; sed simul, quia tunc non induceretur consensus, & propterea recusatio operatur suum effectum quamuis esset scripta in vltima schedula exceptionum vide Bart. in l. quidam consulebat, ff de re iudic. Felyn. in d. capite inter Monasterium nu. 5 tit. eodem.

Limita secundò, vt non procedat si denuo superueniisset; quia quæ denuo emergerunt nouo indigent auxilio, leg. de ætate, § ex causa, ff de ventr. inspic. Amplia vt habeat locum etiam post litis contestationem de Amic. cons. 109 numero quarto. Intellige, vt habeat locum quando superueniisset facto aduersarij secus si facto ipsis opponentis vide Maran. in suo Spec. part. 6 membr. 9 nu. 9.

Limita tertiò, quando ignoranter pars omisisset illam opponere ante litis contestationem, seu alias exceptiones test. Gail. in pract. obser. lib. primo, obseruat. 37 numero vndecimo, & quod hæc sit communis opinio testatur Iaf. in leg. ita demum numero sexto de procuration. & ratio est, quia ignorantia est patet, & comes erroris quis excludit consensum, quia ei nihil est, magis contrarium quam error leg. si per errorem, digestis de iurisdict. omn. iud. Amplia ex his quæ scribit Asin. in pract. § primo 3 cap, secundo, in ampliat. 14 limitationis, vt habeat locum etiam si dubiè fuisset cognita, quia paria sunt ignorare, vel dubitare, vt in hoc proposito tradit Asin. loco cit.

Limita quartò, in recusatione iudicis opposita à tertio interueniente ad causam, quia & si tertius censeatur actor, & propterea non possit declinare, sed teneatur sequi forum rei, vt tradit Gail. vbi supra libro primo, obseruat. 71. & tamen quod possit recusare iudicem vide text. in capite cum semper, & ibi Abb. alij, & Dec. num. de offic. deleg. Afflic. decis. decima quinta numero tertio, & decisione 235 in fine.

litem contestatam dilatoriæ opponi possunt. hoc dicit.

Sed lite contestata quandoque eas opponere licebit, veluti si qua nuper [a] reo competens ex orta fuerit, vel is, qui eam opponere voluerit, se postmodum [b] ad eius notitiam peruenisse iure iurando [c] fidem faciat, vel esset huiusmodi, quæ retroactum processum nullum redderet, [d] vt est ea, quæ vel mandati, vel iurisdictionis defectum arguit.

Et ex loco, & ex tempore, & ex aliis fontibus ducuntur exceptiones. h. d.

Ducuntur autem huiusmodi exceptiones non solum ex supra positis causis: sed etiam ex loco, [e] ex tempore, [f] & ex aliis pluribus, [g] vt tam Pontificij, quam Cæsarei iuris libris facile est legentibus cognoscere. [h]

Exceptio excommunicationis licet sit dilatoria, tamen potest opponi, & ante, & post litem contestatam. h. d.

His annumerãda est etiã excõmunicationis

e ¶ Iureiurando.] Nota casuum, in quo iuramentum est legitima probatio. Verum autem hoc habeat locum in peremptoriis, variè loquuntur Doctor. vt habetur in capite pastoralis eodem, & per Specul. in §. dict. eodem.

d ¶ Nullum redderet.] Habetur latè in capite in nostra de proc. Host. in summ. eod. § hæc de dilatoriis, verficul. sed certè. Idem si partes fuissent protestate velle se aliquando huiusmodi exceptiones opponere, capite pastoralis, eodem vide latè per Feli. in capite exceptionem, eodem per Legist. in leg. ita demum curat, & in leg. licet, C. de procu.

Ducuntur. CASVS. *Io. Bap.*

Hic non figuratur not. tamen ex isto § iuncto § 1 supra eodem quod omnis exceptio desumitur aliquando à causa intrinseca eorum quæ in iudicio necessario requiruntur, aliquando vero à causa intrinseca.

e ¶ Ex hoc loco.] Vt, quia dicatur non tutus, clem. pastoralis, de re iud. & supra de in ius voc. § locus, vbi not. vel quia alio loco sit quid soluendum, capite vni. de plus pet.

f ¶ Ex tempore.] Vt sup. de in ius voc. § sed etsi te.

g ¶ Pluribus.] Vt puta ratione rescripti, vt per Specul. eodem titul. nostro § 1 versic. dilatoriarum autem, & sunt plures exceptiones, quam actiones, vt per eundem eodem titul. § viso, ante fin. versic. postremo not.

h ¶ Cognoscere.] Sic instit. eod. § hæc exempli.

exceptio, * quæ licèt & ipsa dilatoria sit, [a] à cæteris tamen dissimilem naturam sortita esse deprehenditur: nec enim post oblatum tantum libellum, ante contestatam litem velut cæteræ: sed in qualibet parte litis opponi poterit, [b] peremptorio termino ad proponendum exceptiones declinatorias, & dilatorias, præfixo minimè obstante. [c] Quod est in hac exceptione specialiter obseruandum: ne quisquam in periculum animæ [d] suæ excommunicato communicare compellatur, quod si eam reus omiserit, vt actor [e] sumptibus, & laboribus fatigetur,

* Excommunicationis exceptio.] Excõmunicatus per sonã in iudicio stãdi legitimã nõ habet, actor eque ab agendo siue in prima instantia siue in causa appellationis repellit non solum in foro Ecclesiastico sed etiam in curijs sæcularibus, cap. decernimus de sentent. excommunic. in 6 sed moribus Gallorum, & de generali consuetudine Franciæ huiusmodi excommunicationis exceptio in foris sæcularibus non admittitur, Feron. ad consuetud. Burdeg. tit. de retractu § 7 Tiraquell. de retractu gentil. glos. 18 § 1 num. 276 Boer. q. 43 Chopin. de moribus Andeg. part. 2. qu. 1. Vnde ibi non est opus absolutione ad Cautelam quæ de iure requiritur, & fuit introducta vt litigantes legitimam personam habeant stãdi in iudicio, & lis cum eis legitimo marte decurrere possit, cap. 36 de testibus, l. properandum, §. illo dubio. de iudic. SOLIER.

His annumeranda Casvs in tota hac parte ita potest in communi figurari. Quidam opposuerunt exceptionem ab excommunicatione de sumptam, itaque faciebant in qualibet parte iudicij, nulla iuris forma seruata, non declarando excommunicationi atque modo contra vnam, modo verò contra alteram partem litigantium, vnde fuit quæsitum quid iuris: si enim excommunicatus potest esse in iudicio causa defensionis § hi vero, supra de procurat. excep. ista ex hoc cap. esset nulla: si vero causa agendi prohiberetur, ius eius tolleretur, vel diminueretur, quod esset contra iustitiam: at si id esset admittendum, deberet opponi iuxta, § hi vero: supra eod. titul. nostro. Solut. tamen, vt in hac parte definitur, quia si aliter esset, ius excommunicationis redderetur frustra: non obstat obiectio, quia ius alterius nec tollitur, nec propriè diminuitur, sed solum differtur ad tex. autem in d. § hæ vero dico ipsum verificari regulariter, at in casu nostro limitatur ob naturam excommunicationis esse spiritualem, & ideo regulæ, quæ dantur de exceptionibus in communi, in ista sæpè debent limitari: Not. secundo exceptiones aliquando oriri etiam à iure speciali, & ideo à iure communi non debent regulari.

a ¶ Dilatoria sit.] Quoad sui substantiam & regulariter opponitur, tamen quandoque in vim peremptoriæ, puta, ad perimendam electionem propter excommunicationem eligentium, vel electi, quo casu non habet locum quod hic dicitur, & in cap. 1 eod. in 6 & ibi etiam not. & not. in cle. 2 eod.

b ¶ Opponi poterit.] Cap. exceptionem eo. c. 1 eod. in 6 cle. 1 eo.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc, § quod exceptio excommunicationis licet sit dillatoria, tamen potest opponi, & ante, & post litem contestatam, vt habetur in cap. exceptionem, & ibi glos. in verb. excep. vbi quod exceptio excommunicationis in qualibet parte iudicij contra actorem obijci potest, vt habetur in cap. pia de exceptionibus lib. 6 & elem. vnic. eod. & ibi Ancha. num. 3 Zabar. num. 1 vers. tertiò quæro, & ita opponi potest vel ante sententiam vel in ipsa sententia, & etiam post sententiam, ita, vt tunc impediat sententiæ executionem, ex cap. pia de exceptionibus lib. 6 Panorm. in cap. exceptionem num. 12. 19 & 20 de exceptionibus. Vnde Specul. in tit. de exceptionibus § 2 vers. sed numquid, hanc exceptionem vocat anomalam, quia non sequitur materiam seu regulam aliarum declinatoriarum, seu dilatoriarum, secundum ea quæ traduxi in c. pastoralis de exceptionibus, & cap. inter monasterium de sentent. & re iudic. cuius rei rationem assignat Pontifex in d. cap. pia, vt sic censura ecclesiastica magis timeatur, commune periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati dum communibus actionibus, excluduntur rubore perfusi facilius resipiscant.

Hoc autem, quod dixi exceptionem excommunicationis in qualibet parte iudicij opponi posse, solum habet locum, quando opponeretur in vim dilatoriæ, non autem in vim peremptoriæ, ex glos. in d. cap. pia in verbo opponit, & ibi Franc. initio verb. aliquando Anchar. num. 3 vers. nota argumentum Felin. & Panorm. vbi supra, quia peremptoria exceptio litem non differt, sed tollit § appellantur autem exceptiones instit. de excepti. dilatoriè verò dicitur exceptio opponi, ad effectum differentiæ intentionis agentis, vel propter ipsius agentis excommunicationem, vel iudicis, aut procuratoris. Peremptoriè verò opponi dicitur quando opponitur ad perimendam electionem, vel alium similem actum propter excommunicationem eligentium, vel electi, vel alterius excommunicati, qui talem actũ celebrasset, vt tradit glos. 2 in clem. 1 de exceptio. vt verbi gratia, electus est quis ad aliquam ecclesiam, & ei obijcitur electionem non valere ab excommunicationis ipsius electi, vel eligentium tempore electionis.

Quæ quidem exceptio coram quecumque iudice opponi potest, ordinario, vel delegato, Ecclesiastico vel sæculari, ex glos. in d. cap. pia in verb. opponit, & Monach. & Archid. Socin. in cap. Sacris num. 434 de sent. excom. Costa. in cap. decernimus, num. 2 & 3 titul. eod. in 6.

c ¶ Minimè obstante.] Not. quod terminus præfixus simpliciter ad aliquid faciendum, seu proponendum ad id, ex cuius omissione imminet animæ periculum, viam non præcludit. Et hæc est ratio, ob quam in causa matrimoniali sententia abnegatiua matrimonij non transit in rem iudicatam, cap. lator, & cap. consanguinei. de re iudic. vbi etiam not. de quo plenè per Abb. in cap. iurauit de præbend. & aliquid in cap. exceptionem eod.

d ¶ Periculum animæ.] Not. quod etiam in iudicio non sine periculo communicatur, de quo dic vt not. in cap. intelleximus. de iudic. Et ex hac ratione aliter dicendum est de suspenso, quam de excommunicato, de quo latè per Ab. in c. Apostolicæ, eod.

e ¶ Vt actor.] Requiritur ergo, quo reus malitiosè distulerit opponere: aliàs non procederet quod hic dicitur. Vnde si destiterit opponere ex causa rationabili, puta, quia non habebat in promptu probationes, cessaret hæc condemnatio, pro quo allegat Host. l. argen-

in expensis legitimis [a] condemnandus erit.

In opponenda exceptione excommunicationis, seruanda est certa forma. h. d.

Sed cùm per malitiam [b] hæc exceptio in iudicijs opponeretur, frequentius Innocentiana constitutione [c] consultissimè cautum est, vt certa in ea proponenda forma seruari debeat, vti ex ipsius constitutionis tenore facilè apparere potest.

Exceptio excommunicationis potest actori opponi in prima tantum instantia, non in secunda, idem de cæteris dilatorijs. h. d.

Hæc tamen in prima tantùm instantia sibi locum vendicant quòd si succumbens actor appellauerit prætextu excommunicationis oppositæ, à prosequutione appellationis minimè, excludendus erit, [d] quod & in cæteris dilatorijs, multò magis locum obtinet. [e]

Reus excommunicatus licèt conuenire non possit, admittitur tamen ad proponendas suas legitimas defensiones. h. d.

rarius, § pen. ff de eden. Ab. vero in cap. exceptionem eod. adducit bonum text. in capit. plerunque 2 q. 7.

a ¶ Legitimis.] Quæ autem sint expensæ legitimæ, dic vt per Ab. & alios in cap. exceptionem, eo. Sed nunquid iudex teneatur condemnare in expensis, etiam si non fuerit petitum. Itē si non condemnauerit, an pars possit appellare? Vide per Ab. in ca. significauerunt vers. sed circa prædicta eod.

b ¶ Malitiam.] Quæ semper creuit, 12 q. 1 cap. omnis ætas, & 20 qu. 3 cap. proclivius, & § mitiores, authe. de nupt.

c ¶ Constitutione.] Vt in capitu. 2 eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto §. quod in opponenda exceptione excommunicationis seruanda est certa forma. Vnde si opponatur in vim peremptoriæ sufficit opponere simpliciter de excommunicatione, licet non exprimantur species aut nomen excommunicatoris, cum hoc nullibi cautum reperiatur, vt ait Soc. in loco iam citato, nu. 436 & citat pro hac sententia Innoc. Petr. & Ab. nam cap. pia de exceptionibus loquitur quãdo opponitur in vim dilatoriæ non peremptoriæ, vt patet, quia in vim peremptoriæ non posset opponi, in qualibet parte litis, & iudicij, vt colligitur, ex ca. 1 de lit. contest. lib. 6 & nos supra docuimus. Quando autem talis exequutio maior opponitur, in vim dilatoriæ debent opponentes ipsius excommunicationis speciem, & nomen excommunicatoris exprimere vt Innoc. 1v. in cap. pia de exceptionibus libro 6 statuit, & quamuis Vugolinus, & Ægidius ibi velint per [speciem] intelligi causam scilicet excommunicationis, ita vt reus admitti non debeat ad opponendum, nisi exprimat causam, vt per expressionem causæ appareat, an pro illa, vel pro alia causa excommunicatus sit argument. cap. prudentiam, § 6 de offic. iudic. delegat. & an ab homine, vel à canone vtrum maiori, vel minori sententia sit ligatus, & Ægidius ait hanc fuisse mentem conditoris dictæ constitutionis pia, dicens se hoc habuisse à quodam fratre Iacobo Episcopo Benonensi qui fuit Cancellarius Innocentij 1v. alij tamen omnes, vt glos. in d. cap. pia in verbo speciem Specul. in titul. de exceptio, § viso verb. sed quando excommunicatio Bernard. Hostiens. Goffred. & etiam Ioan Andr. in d. cap. pia Socin. in d. cap sacris num. 436 verius docent, per [speciem, intelligi ipsius excommunicationis speciem & ratio est quia cum duæ sint excommunicationis species excommunicatio maior, & minor, & quælibet diuersos producat effectus, minor enim non repellit à communione hominum, sed solum à receptione sacramentorum, maior autem, à sacramentorum perceptione, & administratione, nec non consortio hominum priuat; nec rei facilè iudicium subterfugerent, & litem prorogarent quo minus condemnarentur. & excommunicationem simpliciter opponendo minorem non nunquam obiecissent postea conuincerentur, meritòne excipies cum alterius iactura vagetur, vt in capitulo secundo de rescript. libro 6 statuit, vt excommunicationis species in exceptione nominarentur quo casu si minor sit nõ admitteretur exceptio, sed iudicium iudex prosequeretur; secus autem si maior excommunicatio opponatur vndè, vt rectè Ioan. And. in d. capi. 1 ita docet falsum est posse actorem, per causæ, expressionē scire an maiori, vel minori excommunicatione ligatus sit; quia fieri potest quod Iudex minorem excommunicationem infixerit, ex causa quæ mercebatur maiorem, vt de se patet, vnde exprimi debet species excommunicationis, non causa, vt videatur an excommunicatio maior vel minor sit, quæ opponitur: quia per talem expressionem facilè constabit, an exceptio admittenda sit.

Nomen etiam excõmunicationis [siue proprium siue appellatiuũ, vel saltem nomen dignitatis] exprimi debet, ab excipiente in ipsa exceptione, & glos. in cap. pia in verbo nomen de except. lib. 6 Iac. in cap. sacris num. 437.

Ideo autem nomen exprimi debet, vt sciatur an sit ordinarius, vel delegatus, quia si sit delegatus non staretur excommunicationi ipsius, nisi ostenderet de delegatione iurisdictionis ca. cum in iniure de offic. deleg. quamuis si ordinarius fuerit hoc non requiratur.

d ¶ Excludendus erit.] Sed contra cap. per tuas, de sentent. excommunicat. Sol. contrarium procedit, quando quis appellat à sententia excommunicationis, quam dicit iniustam: hic loquitur cum appellatur ab alio grauamine, & de excommunicatione nihil ipse dixit, nec confitendo eam iniustam, neque nullam, sed aduersarius opponit de excommunicatione ad finem istum repellendi, quod non debet admitti, cum iste se defendat. Ita solu. Abb. in cap. significauerunt, & in c. fi. eo. Sed quid dicemus, si quis sit excommunicatus ob illam eandem causam ob quam appellauit? Resp. adhuc habent locum, quod hic dicitur, nec procedet c. per tuas, vt per Ab. in dict. c. fin.

e ¶ Locum obtinet.] Vt habetur in l. ita demum C. de procurat. aliquid etiam per Ab. in c. pastoralis, eod. & capit. coram, de restitut. in integ.

Reus autem [a] nullo obstante excommunicationis vinculo velut rectè conuenitur, ita ad legitimas defensiones [b] semper admittitur. Satis enim absurdum [c] esset, si actore impugnante defensionis copia reo denegaretur. Quia sic multoties condemnaretur [d] absoluendus. Reconuentionis tamen potestas eidem minimè permittitur. [e]

Superius dicta de excommunicatione, intelliguntur de maiori. h. d.

Cæterùm, quæ supra de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione sunt intelligenda: sed de ea tantùm, quæ à perceptione sacramentorum, & à fidelium communione separat, [f] vt etiam ipsa Innocentianæ constitutionis verba demonstrant. [g]

Peremptoria exceptiones sunt, quæ ius actoris perimunt, & semper agentibus obstant. h. d.

Peremptoriæ, [h] seu elisoriæ [i] exceptiones sunt, quæ in totum ius agentis perimunt [K] & semper [l] * agentibus obstant:

a ¶ Reus autem.] Intellige hoc de reo necessario, non autem de voluntario, secundum ea, quæ diffusè not. per Abb. & alios in cap. cum inter eo. Vbi ponit quod in tantum necessitas, vel præiudicium imminens aditum præbet ad essendum iudicio, vt ob hanc causam admittatur quis etiam tanquam actor, vt puta si reus esset fugitiuus, si res esset tempore peritura, cum enim qui stimulatur ad agendum ex imminenti periculo, potest dici hæc actio defensio quædam, quod tamen penitus non firmat.

b ¶ Legitimas defensiones.] Cap. cum inter eod. cap. intelligimus, de iud. vbi ordinariè.

c ¶ Absurdum.] Nota arg. ab absurdo, simile in cap. ex ore de priuil. & cap. quemadmodum, de iureiur. c. cum inter eod. l. nam absurdum, ff de bon. liber.

d ¶ Condemnaretur.] Quod est absurdum, argument. l. absentem, ff de pœn. Sed an reus excommunicatus possit petere à iudice sententiam ferri pro se, & videtur, cum enim permittat ei esse in iudicio, videtur etiam permitti, vt *faciat omnes actus, quos potest facere, tanquam* reus in iudicio. Contrarium tenetur communiter, vt per Doct. in cap. cum inter eod. in cap. intelleximus, de iud.

e ¶ Permittitur.] Vt capitul. cum inter eodem, & § infra de mutu. pet. An autem possit excommunicatus cõpensare? not. in d. c. cum inter. in fin. de iud. § fin.

f ¶ Separat.] Hoc est de maiori, quæ appellatur anathema, vt infra de sentent. excommu. in princip. & cap. si quem. eod. titul. & huius decisionis ratio est in promptu: quia *scilicet* minor excommunicatio non separat à communione fidelium, sed tantum à participatione sacramentorum, vt nota. in locis supra alleg. Vnde non mirum si potest esse in iudicio excommunicatus minori, cum non veretur communicare cæteris fidelibus, fac. cap. Engeltrudam. 3 q. 4 & habetur per Specul. in § viso. versic. & minor.

g ¶ Demonstrant.] Cap. 1 eod. in 6.

Peremptoriæ. Licet hæc pars posset subdiuidi, quemadmodum tamen in ea potest in communi CASVS vt puto figurari, propterea est animaduertendum, quod quidam volentes videri iurisperiti proponebant in iudicio nullo temporis, vel iudicij ordine seruato, & ideo petebant à iudice, vt iudicare vellet iudicium fuisse, & esse nullum, & parti tale ius agendi minime competere, quia quæ contra ll. fiunt, debent declarari nulla. l. non dubium C. de legibus, vnde quæsitum fuit, quæ, quot, & cum sunt exceptiones istæ proponendæ. Solu. in hac parte cauetur, quia sicut sunt diuersæ, ita etiam diuersam habent naturam, & tempore sibi proprio suum producunt effectum, ol iectio autem non videtur concludere, quia si legitimè, & modo legitimo fuerint propositæ, non tenet argumentum: secus aliter: Not. 1 vnde huiusmodi exceptiones desumantur, & ideo sicut ista sunt diuersa, ita etiam diuersæ erunt naturæ: Not. 2 quod semel legitimè terminatum fuit, absonum videtur iterum examinari, quia reiterario inutilis nunquam est admittenda: Not. 3 quasd. exceptiones, licet peremptorias reddi omninò nullas, nisi debito iudicij loco fuerint propositæ.

h ¶ Peremptoriæ.) Simile in § appellantur eod.

i ¶ Elisoriæ.] Vt intelligamus quid sibi vult ista duplex appellatio sciendum est quod Abb. in sup. pract. cap. 16 vbi tractat de peremptorijs exceptionibus, facit differentiam inter peremptorias. & elisorias: & peremptorias putat eas appellari oportere, quæ funditus: vel in totum [vt hic dicitur] perimunt, & tollunt obligationem ciuilem, & naturalem, vt exceptio solutionis, & acceptilationis, & hac potius putat dicendas defensiones, quàm exceptiones: quia non sunt actionum exclusiones. Aliæ verò, vt pacti conuenti, doli, metus, quæ non perimunt, sed eli*dunt*, putat melius appellari elisorias, quam peremptorias. Et licet hæc differentia denominationis non sit seruata in § appellantur, instit. eod. tamen, quia non est contraria iuri, imò adiuuatur rationibus, non fuit visum ab re, hanc differentiam quasi digito ostendere, quæ videtur etiam de mente Spec. vt per Ab. ibi, & facit ad hoc quæ dicit Ab. in rub. eod. & nota, supra eod. in princ. & per eundem Abb. in cap. exceptionem vers. circa peremptorias, & quod not. gloss. 2 in c. 1 de lit. contest. in 6 vbi etiam Doct.

K ¶ Perimunt.] Vt solutionis, acceptilationis.

l ¶ Semper.] Id est sine præfinitione temporis, vt ff de doli except. l. pure § fin.

* Semper.] Omnis exceptio peremptoria est, & perpetua cui nulla temporis præscriptio obstat quamuis ex eadem causa agenti obstaret præscriptio l. pure § fin. ff de doli mali except. fallit primò vbi non rei exceptionem sed actor replicationem obijciat: hæc enim sicut actio est temporaria, l. quæsitum est § fin. ff de peculio. Secundò fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ hæc enim biennio finitur, l. in contractibus Cod. de non num. petun. Tertiò fallit vbi naufragij exceptio obijcitur nisi enim intra annum querela naufragij proponatur, & probetur postea non datur exceptio, l. 2 Cod. de naufragijs. Quartò fallit cum post sententiam latam exceptio obijcitur, l. post rem iudicatam ff de re iudicata. SOLIER.

quasis est doli mali, metus, pacti conuenti [a] solutionis, iurisiurandi, præscriptionis, transactionis, & rei iudicatæ, & si quid contra leges [b] * factum esse dicatur.

Exceptiones peremptoriæ litis finitæ sunt, quæ impediunt litis ingressum. h. d.

Harum quædam dicuntur peremptoriæ litis finitæ quædam simpliciter peremptoriæ. Peremptoriæ litis finitæ sunt, quæ litis impediunt ingressum [c] & aduersus agentem omni tempore opponi possunt: qualis est exceptio transactionis [d] iurisiurandi, [e] & rei iudicatæ, [f] quæ vel in ipso limine iudicij proponi poterunt. Cum enim super negotijs, transactione, iureiurando, & sententia decisis, aliàs lis inchoata terminata fuerit, valde absonum visum fuit: [g] super eisdem nouum assumi debere iudicium, & quasi in infinitum forensia iurgia protrahere. Inde quoque litis finitæ exceptiones appellantur, quòd vt aliquis esset finis litium, institutæ fuerint. Idem iuris est, in alijs etiam peremptorijs exceptionibus, quæ vulgo manifestæ sint, & notoriæ [h] habeantur.

Exceptiones peremptoriæ proponuntur post litem contestatam ante sententiam. h. d.

Cæteræ verò litis contestationem minimè impediunt, [i] neque ante sententiam erunt regulariter [K] proponendæ: quas quidem si dolo malo, suo tempore in prima instantia reus proponere distulerit, etiam in causa appellationis opponendi sibi facultas denegatur.

a ¶ Pacti conuenti.] Scilicet de amplius non petendo, quæ tanquam peremptoria non impedit litis contestationem, vt per Bart. in l. si tibi, § pactus ne peteret ff de pact. Sed an exceptio pacti de non agendo impediat litis cont. vnde Doct. varie sentiunt, de quo post alios vide per Peru. in c. 1 delit. cont. in 6.

b ¶ Contra leges.] Verbi gratia, contra legem Iuliam fundi dotalis, instit. quibus alien. lic. vel non li. 3 & ibi, not. ff eod.

* Contra leges) quia quod contra legem fit pro infecto habetur, l. non dubium cod. de legib. SOLIER.

c ¶ Ingressum.] Scilicet si ante litem contestatam opponantur & in vim declinatoriarum sed oppositæ post litem contestatam censentur oppositæ admerita causæ Bal. & Do. in l. postquam liti. C. de pac. & l. exceptionem. C. de probat. Legistæ communiter in l. nam postea ff de iureiur. & in l. eleganter, § quis post transactionem, ff de co. inde. & l. deb. & l. fin. ff pro suo Et plerasque differentias, quæ resultant, vtrum tales exceptiones opponantur tanquam declin. vel tanquam peremptoriæ, per Perus. in cap. 1 de lit. contest. in 6 post glo. & alios. Si autem non appareat, vtrum sint oppositæ tanquam peremptoriæ, vel tanquam declinatoriæ in dubio quales sint reputandæ, per eundem ibidem. Debet tamen esse cautus is, qui opponit exceptionem litis finitæ tanquam declinatoriam, vt offerat separatum in continenti probare, aliàs, si aduersarius negaret, dictas exceptiones esse veras tunc non impediretur litis contestatio, sed deberet reseruari post litis contestationem, vt traditur in l. nam postea, § 1 ff de iureiur. & latè Perus. in d. cap. 1

d ¶ Transactionis.] capitu. primo, & ibi Abb. de transact. & not. in c. fin. eo. in 6

e ¶ Iurisiurandi.] Siue sit pactum iuratum de non petendo, siue de non agendo, siue simplex iurament. de non petendo, omni casu exceptio ex iuramento descendens impedit litis contestationem, & ad reseriptum, & ad processum opponi potest, vt sic periuriù vitetur, vt tenent communiter Doct. quos refert. Perus. in cap. primo, de lit. contest. in 6 reiecta, dist. Ioan. And. & fac. l. 2 ff de iureiur. & l. non erit § dato. ff de iure iuran. cap. etsi Christus eod. titul. & capit. veniens de accusat. de hoc, per Specul. in d. § eod. titul. nostro, num. 45

f ¶ Rei iudicatæ.] Ab eod. cui fuit ius iudicandi. l. 4 § condemnatum ff de re iud. l. non putauit. § non quæuis. ff de bon. possess. contra ab alias non tenuisset sententia, cap. at si clerici de iur. vnde sententia lata ab excommunicato, & schismatico non pareret hanc exceptionem. per not. in cap. 1 de litis contest. in 6 Idem si sit iudicatum non seruato iuris ord. secundo quæstio 6 § definitiua. Idem si simus in causa cuius natura repugnet huic exceptioni, vt est causa matrimonialis in casibus later de re iud. Et procedit, quod hic dicitur tam in causa ciuili, quam criminal. capite de his de acc. Per. in d. cap. 1

g ¶ Visum fuit.] l. causas, & l. fratris C. de transact.

h ¶ Notoriæ, Fac not. par Ab. in capite primo de non oper. nunc vers. fac quod not. in simili, post not. in l. post rem iudicatam, ff de transa. & in capite 1 de lit. cont. in 6 & per eundē Ab. in capite exceptionem, nu. 16 eod. & in capite primo de ord. cogn. vbi reassumit totam materiam, fac. capite quoniam, de fil. præsbyt. & perus. in d. capite 1. Ponit. regulā quod peremptoriæ debent exponi post litem contestatam, cui accomodat quadraginta tres limitationes.

i ¶ Impediunt.] Ergo per talem exceptionem non fit litis contestatio alias non requiretur, an impediret, vel non capit. 2 de lit. contest. in 6 & quemadmodum hæ peremptoriæ non impediunt litis contestationem, ita etiam illarum taciturnitas non faceret reseriptum ad lites surreptitium, quominus saltem procedatur secundum formam iuris. Innocen. in cap. ex par. de lit. cont. Perus. in capite primo, eod. tit. in 6 Nisi essent litis finitæ vel nisi essemus in reseriptis gratiosis ad beneficia: in reseriptis ad beneficia iustitiæ, quia tunc stamus iuri cōmuni, vt latius per Perus. in d. c. 1 in 1 col.

K ¶ Regulariter.] Ideo dicit, regulariter: quia dātur multi casus in quibus tales exceptiones etiam post sententiam opponi possunt, vt exceptio falsitatis, cap. cum venerabilis. eo. per Abb. in c. licet de probat & pures casus posuit Accurs. in § Appellantur instit. eo. & per Spec. § d. num. 14 hoc erit & per Bald. post Ac-

cur. in l. 1 C. de iu. & fac. ign.

a ¶ Denegabitur.] Secus si non dolo proponere distulerit: quia potuerunt opponi. l. per hanc C. de temp. appel. cap. cum Ioannes de fid. instrum. & hoc quod differens dolosè opponere in prima instantia, non poterit post in secunda opponere, videtur audacius fortè oppositum hic, cum non sit de hoc in promptu tex. aliquis, nisi capit. exceptionem eo. arguendo à speciali. Sed hoc & æquissimum videtur, & tenet Ioan. Andr. & Hostien. in c. inter monasterium de re iudic. & Abb. in ca. 1 eo. & idem Ab. & Anton. de Butr. in d. cap. exceptionem. nu. 17 & videtur comm. opin. Canonistarum.

Sunt etiam. Hæc pars diuiditur in 2 par. in quarum prima habetur quid iuris de exceptione pro iudiciali, & pol. in secunda verò de exceptione contra testes tractatur. secunda ibi, sunt & aliæ: quod ad primum. CASVS ita in hac parte potest in cõmuni figurari. Cum litigantes soleant. diuersas in iudicio proponere exceptiones ad aduersarium repellendum hinc est quod fuit dubitatum de non nullis, vt si quis petat hæreditatem, & opponatur sibi *exceptio de legitima natiuitate*, vel de spolio facto, cuius vigore sit prius restitutio facienda, vel alia simil. secundum qualitatem casus contingentis, & cum vnum iudicium distinguatur ab alio, iuxta tradita per doc. de distin. iudicij loquentes, negatiue respondebatur: alioquin requiritur iudicia esse ad inuicem permixta, quod videtur inconueniens secundum tradit dist. de iudiciis, vt dixi, & si exceptio esset spolii tamen, eod. pacto videtur esse reuerendũ quia dolo petit qui statim restitutus etiam, capite dolo, fac de reg. iur. in 6 Cæterum Sol. prout in hac parte cauetur quia aliquem inde tolluntur lites quod expedit reipub. & ideo præiudiciales exception. merito quidem dicitur, aliquando vero in pœnam ipsius spoliatoris id factum fuit: Non ostant. obiecta: ad primam obiectionem dico iudicia esse adinuicem distincta, quoniam tantum vnum dependet ab altero, proptorea non tenet obiectio, & vera remanet decisio: ad secundam autem dico dict. regu. verificari quando constat. de dolo, secus in dubio, vel ob delictum spolij debent limitari iuxta capit. 5 in fi. de restit. spol. Not. 1 quod aliquando iudicia habent adinuicem ordinem, & dependentiam quæ nisi obseruentur, administratur iniustitia. Not. 2 medium consequendi quod suum est esse actionem, & exceptionẽ aliquando, sed actio directa, exceptio vero indirectè operatur sed reductiue est tantum actio.

b ¶ Appellari possunt.] Et sic eas appellat. Abb. in sua pract. c. 61 quod inscribitur de exceptionibus peremptorijs. facit § præiudiciales inst. de acti. & no. per Abb. in c. 3 de ord. cogni.

c ¶ Petat.] Et sic libera persona vendicari potest adiecta tamen causa vt quia filius meus est, maritus meus est fac. l. 1 ff de rei vẽdi & not. in ca. ex parte. de test. spo. vbi Inno. & alii, & no. per Abb. in cap. 1 de ordi. cogn. vnde hic sumitur & not. verbum. petat, quod designat, quod id quod dicitur hic habet locum, cum agitur petitorio: secus enim esset si mulier ageret possessorio: quia tunc non admitteretur exceptio consanguinitatis, seu alia concernens defectum proprietatis, c. ex conquæstione. de rist. spol. & per Abb. in d. c. 1

d ¶ Intentionem elidendam.] Quæ prius est fundata, vnde reus condemnandus veniret, nisi se defendere: debet enim iudex iudicare secundũ merita causæ, que panduntur assertione partium l. fi. C. si per vim, vel alio modo. Vnde vt appareat, vtrum reus sit absoluendus, vel non: debet discuti sua exceptio. & hæc est decidendi ratio hoc casu, secundum Ab. in c. 1 de ordin. cogn.

e ¶ Definitionis.] Scilicet causæ principalis & matrimonij, super qua sufficit. vt pronuncietur, de quo tamen late per Ab. in ca. 1 de ordin. cogni.

f ¶ Cognoscenda erit.] C. 3 de ord. cogn. & ibi per glo. & Doct. fac c. lator qui fil. sint legi. & 3 q. 11 § si de hereditate & § si crimen. & l. 2 C. de ordi cogn. & l. quoniam Codice. de adult. & l. preses Codice de plagi.

g ¶ Exceptionis.] Et ista exceptio spolij est dilatoria Abb. in capite cum dilectus. vnde sumitur de ord. cogn. & per Abb. in capite venerabilis. de offic. dele. per Lanfr. & in rub. de cau. & pos. & prop. & licet videatur hic poni inter peremptorias: tamen ponitur respectu quo sapit natura præiudicialium exceptionum Et quod hic dicit in modum exceptionis, procedit in iudicijs ciuilibus, in quorum tractatu sumus: in criminali autem procedit quod hic dicitur etiam si per viam actionis spolium intentetur tertio quæstio. primo per to. & secundo quæstio. secundo per tot. & per Abb. in capite secundo ver. quæro. hic text. dicit, de or. cog. & de hoc paragrapho inter scholares infra eod.

gabitur. a

Præiudiciales exceptiones sunt, quæ alteri causæ præiudicium afferunt puta exceptio consanguinitatis, causæ restitutionis viri, exceptio naturalium petitionis hæreditatis. h. d.

Sunt etiam quædam exceptiones, quæ præiudiciales appellari possunt, b ex eo quod alteri cognitioni præiudicium afferunt vt potè, si qua mulier. Titium in vtrum petat c qui ad mulieris intentionem elidendam d consanguinitatis obijciat exceptionem, qua probata, cum quæstio principalis perimatur de ipsa est cognoscendum ante quam ad definitionis e articulum procedatur. Idem si petenti hæreditatem natalium obiecta sit exceptio. Cum enim successionis causa, à causa natalium dependeat, posteriore quoque loco cognoscenda erit. f

Spoliatus opponens de spolio in modum exceptionis non coigitur respondere antiquam sit restitutus. h. d.

Sed etsi quæstio spolij in modum exceptionis, g petentibus obiecta fuerit probationes super spolio primitus erunt audiendæ. Eoque legitimè probato, reus non cogetur respõdere positionibus donec, integrè resti-

tutus fuerit. [a] *

Non debet iudex in causa super sedere obtentu exceptionis spolij, nisi dicatur factum ab actore, & hoc in ciuilibus. hoc dicit.

Sed quia huiusmodi exceptionem nonnunquam in iudicijs calumniosè propositam causas Ecclesiasticas contingebat impedire, & per interpositas appellationes principalis causæ cognitionem perimere, [b] consultissimè Innocentiana constitutione [c] decretum fuit, vt in ciuilibus negotiis spoliationis obiectu ab alio quam ab actore, [d] factæ, iudex in causa principali procedere non postponat.

An & quomodo in criminali iudicio possit opponi exceptio spolij à tertio facti. hoc dicit.

In criminalibus, verò etiam si à tertio [e] spoliatus fuerit, dum tamen vel tota sua substantia, vel maiori parte [f] ipsius, se per violentiam, [g] priuatum [h] affirmet, obiecta exceptio processum differet pœnis statutis, [i] si eandem intra certa tempora [k] non probauerit objiciens. Eo quoque salubriter adiectio, vt rerum priuatarum spoliatio, agenti super Ecclesiasticis, vel ex contrario, non opponatur. [l]

a ¶ Restitutus fuerit.] Quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos opponere debemus, capitul. 1 de restitut. spoliat. in 6 sed non habet locum quod hic dicitur, vbi notorié constat de non iure spoliati. Innocent. in capitul. constitutus, de fil. presbyt. Perus. in capitul. proposuit de appellat. & per eundem in d. capitul. 1 § final. in princip. Abb. & alij in capitul. 2 de ord. cog. Item in causa depositi, secundum quosdã quod satis potest admitti, si constaret de deposito. Item non habet locum quando quis conueniretur in sua obligatione iurata. Sunt etiam alij casus, in quibus non militat, quod hic dicitur, pro quibus recurrendum est ad ea quæ tradunt Doctor. in dict. capitulo 2.

* Restitutus fuerit.] Etiamsi spoliator velit probari de Dominio incontinenti, Innoc. in cap. 2 de caus. possess. & propriet. SOLIER.

b ¶ Perimere.] De facto intelligit, non de iure, hoc est, quia multi propter tot impedimẽta, & timorem expensarum ius suum indiscussum relinquebant: nec enim spoliationis exceptionem peremptoria: sed illatoria, vt not. supra eod. § prox. Nec obstat l. si quis in tantam. C. vnde vi. quia licèt priuatio Domini insurgat condictione ex illa lege, non tamen oritur ex exceptione, vt not. in cap. pastoralis, de caus. poss. & propr. & in capite 1 de restit. spol. in 6 vnde sumitur, vel dic. perimere, id est, differre, vt nota. in dict. capite 1 prima placet.

c ¶ Innocentiana const.] Capite primo de rest. spolia. in 6.

d ¶ Ab actore.] Esset enim iniquum quod reus excideret, contra actorem de spolio facto à tertio, cum in hoc non deliquerit actor, & ideò factum alterius sibi non debet obesse l. si quis in suo, § fin. C. de inoffic. testament. & l. non debet, ff de reg. iur. & peccata suos auctores tenere debent, l. sancimus, C. de pen. & procedit hoc etiam si res spoliata peruenerit ad ipsum agentem, licèt contra eum possit agi remedio capitul. sæpè de restitut. spoliat secundum Ioan. Andr. & Perus. in capitul. 1 eodem in 6 in princip. Item etiam si spoliatio facta esset à procuratore ipsius agentis suo proprio nomine spoliante l. procurator, ff de except. doli. Et idem si spoliatio sit facta Syndico Collegij, etiam si ipse syndicus sit de collegio cum nec tunc de tali spoliatione excipi possit, per plura allegat. per Perus. in dict. cap. 1 licèt possit opponi secundum quosdam ad exequutionem sententiæ. Bern. tamen in dicto cap. primo dicit se non vidisse aliquem sic excipientem in ciuilibus, vt ibi refert Ioan And.

e ¶ A tertio.] Hæc est differentia inter causam ciuilem, & criminalem, & intellige hoc vt non habeat locum quando denunciaretur ad pœnitentiam, vel quando ex crimine ageretur ciuiliter ad interesse agentis, sed solum quando ex crimine ageretur criminaliter, & per accusationem. Sed quid si procedatur inquirendo? Et communiter videtur teneri, quod hic dicitur obtinere etiam hoc casu veluti, & si accusaretur, & per Perusin. in capitulo primo, de restit. spoliator. in sexto, licèt quidam contra.

f ¶ Maiori parte.] Nota quod spoliatio omnium bonorum, & maioris partis æquiparantur, l. omnes § Lucius, ff quæ in fraud. cred. iuncta, l. in summa ff de pecul. & l. 1 C. de iur. emphyt. & quod habetur in capite potuit de loca. latissimè per Tiraquel. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. in gloss. vel partis.

g ¶ Per violantiam.] Requiritur ergo quod talis spoliatio sit facta per violentiam expulsiuam, vel ablatiuam: secus ergo si esset spoliatio tantum dolosæ: quia non haberet locũ quod hic dicitur, secundum Ioannem Andr. & Perus. in capite primo, de restitut. spoliat. in sexto.

h ¶ Priuatum.] Nota, quod requiritur, quod tempore quo agitatur iudicium quis sit spoliatus omnibus bonis, vel maiore parte: secus ergo si recepisset bona, vel maiorem partem bonorum, & hoc si opponatur de expoliatione facta à tertio, sed si de expoliatione facta ab accusatore, tunc requiritur quod spoliatus sit integraliter restitutus, sicut esset quando ageretur ciuiliter. Perusi. in capitulo vndecimo, de restitut. spoliat. in sexto.

i ¶ Pœnis statutis.] Expensarum, vel etiam arbitrariis, vt nota. in capitulo 1 de restitutione spoliator. in sexto.

k ¶ Certa tempora.] scilicet, quindecim dierum, vt capitulo primo, de restitution. spoliat. in sexto. Sed an hæc tempora possint prorogari? Respondeo, vt per Doctor. in capitulo primo, & in capitulo pia de except. in 6.

l ¶ Opponatur.] Capitulo primo, § final. de restitution. spol. in sexto, vbi etiam not. quæ sit ratio.

Accusatio excipienti de spolio à tertio facto debet indulgeri tempus, intra quod restitutionem petat, & causam si potest finiat, quo elapso non obstante tali exceptione accusari poterit. hoc dicit.

Inter scholares, [a] olim dubitari contigit, si spoliatus à tertiò, [b] contra suum accusatorem de spolio excipiat, an ei tempus, [c] indulgeri debeat, infra quod restitutionem imploret, ne fortè sic existens omnem accusationem eludat: & id æquitati, & iuri satis consonum visum fuit. Vnde si infra tempus indultum restitutionem, non petierit: & causam cùm posset ad finem non perduxerit [d] non obstante exceptione spolij, [e] deinceps accusari poterit.

Exceptiones contra testes peremptoriarum naturam sapiunt, ideo ante sententiam proponendæ. h. d.

Sunt & aliæ exceptiones, quas propriè neque dilatorias, [f] neque peremptorias [g] appellaueris, cuiusmodi sunt, quæ aduersus productos testes opponuntur, vt puta, si quis Mæuium examinatum, infamem excommunicatum, vel aliàs criminosum esse dicat. Quæ tamen cùm ad peremptoriarum naturam [h] accedere videantur, ipsæ quoque ante sententiam proponēdæ erunt.

Ponit differentiam vtrum testi obijciatur crimen, de quo numquam aliàs fuerit conuictus, vel obiiciatur crimen, de quo aliàs quis confessus, & conuictus fuit. h. d.

Multùm tamen interest, an per exceptionem tantùm testibus opponantur crimi-

a ¶ Scholares.] Sic capitulo primo, § solet de restitutione spoliator in sexto, & nota, quod fuit responsum ad consolationem scholarium, nec mirum, cum illorum auctoritas sit probabilis, argument. l. quæsitum in princip. ff de fund. instituit. & l. cum scriptum, ff de dot. præleg. & in casu præponitur scholaris Doctori, vt in l. 1 C. de anno ciu. lib. 12.

b ¶ A tertiò.] Id est, ab alio, quam ab accusatore 3 quæstione prima, capitulo Episcopi & quæstione secunda, capitulo cum Ecclesiæ, & nota. in capite primo de restitut. spoliat. in sexto.

c ¶ Tempus.] Iudicis arbitrio statuendum, cum non reperiatur iure determinatum, l. 1 ff de iure delib.

d ¶ Perduxerit.] Not. casum, in quo quis compellitur agere, facit not. in l. vnica. C. vt ne. inu. ag. vel acc. & decem, & septem huiusmodi casus ponuntur per Ioann. Andr. in capite primo, § solet de rest, spol. in 6 & de hoc per Bal. in l. diffamari, C. de ingen. manu. & latissimè ibidem per Cæsarem Contard. Celebrem Aduocatum in Romana Curia, & per Bart. in l. 2 ff de re iudi.

e ¶ Exceptione spolij.] Nota quod excluſus per lapsum temporis ab agendo, videtur etiã excluſus ab excipiendo, quod ideo est secundum Perusinum in capite primo, § solet, de rest. spo. in sexto, quia *terminus tendebat ad* exclusionem exceptionis, aliàs annalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, l. secunda, in fine, ff de dol. except. l. 1 & l. inuasor. C. vnde vi, vbi Doctor. & habetur in clem. 1 de restit. in inte.

Sunt & aliæ. Etiam in tota hac parte. CASVS. Potest in communi figurari, & ideo not. quod cum exceptiones desumantur ex diuersis sedibus, vt ex supra adno. suis locis clarè habetur, propterea contra testes quoque aliquando proponuntur, quod quidem quando contingit, quæsitum fuit quales sint exceptiones istæ, cum enim testes sint quid extrinsecum à iudicio, quod aliquando sine eis potest reperiri, venientur propterea dilatoriæ per

Io. Bap.

§ hæ verò, supra eodem vbi adno. at cum ius deficiat probationibus deficientibus l. duo sunt Titij, digestis test. tutel. potius peremptoriæ, debent iudicari: cæterum quomodocumque sint, venientur proponendæ, quia quilib. in dubio præsumitur bonus capite fin. de præsumpt. & si non sumus in dubio aliter sequeretur actorem priuari culpa aliena iure suo quod esset contra regul. iur. in 6 cum simil. Sol. tamen prout in hac parte legimus quia diuerso respectu sapiunt vtramque naturam, potestque contingere testes esse personas moribus ornatas, tamen falsum dicere, cum sæpè cognitio nostra sit erronea, vt doc. adn. qua quidem ratione suadente clarè in primis constat primam obiectionem non obstare, neque etiam secundam: & ratio non indiget speciali solutione: quando vero non sumus in dubio, quod actor non priuaretur culpa aliena, sed sua, quia non legitimè probaret, & sic cessat quoque altera obiectio: Not. primo, viros criminosos, & infames ab omni actu l. repelli: quia continuo præsumitur delinquere, cap. semel de reg. iu. in 6. Not. secundo, aliquē non esse criminosum reputandum nisi postquam legitimè constiterit ipsum deliquisse: quia Ecclesia non iudicat aliquid esse tale, nisi legitimè appareat, facit capite sicut de simon.

f ¶ Neque dilatorias.] Quia non differunt processum super principali sicut faciunt dilatoriæ, facit simile de iu. capit. exhibita & quia non est necesse eas proponere ante litem contestatam sicut dilatorias. § primo, sup. eo. c. inter Monasterium de re. iudi.

g ¶ Neque peremptorias.] Cum non concernant actionem & eius exclusionem, quod faciunt peremptoriæ, l. 1 & l. 2 ff de exce. & su. eod. in prin. Item non possunt opponi publicatis attestationibus, cap. de testibus, de test. & not. Abb. in cap. præsentium, eodem tit. in princip. licèt contra videatur id quod notat Abb. in c. 1 eo d. vt in notula sequenti, sed dic vt per Abb. in secundo not.

h ¶ Naturam.] Quia si non directè saltem per obli-

quum actionem perimit, sublata enim probatione remanet ius partis inutile, cap. sæpè de restit. spoliat. l. duo sunt Titij ff de testa. tutel. & ideo potest dici quasi peremptoria, arg. 4 quæst. 3 Hermaphroditus ideoque vsque ad sententiam potest opponi, sicut aliæ peremptoriæ, l. 2 C. quæ sent. rescind. non poss. Abb. in cap. 1 eod. licet hoc videatur contra id quod not. Abb. in c. præsentium de testib. in princ. cum dicit publicatis attestationibus opponi non posse, vt in superiori notula, facit not. per Abb. in c. fin. de dolo & contu. versic. dico ergo ponendo.

na, de quibus numquam accusati fuerint, an verò ea, de quibus aliàs conuicti, vel confessi fuerint. Primò enim casu obiectorum criminum probatio ante exhibenda [a] erit, quam causa per sententiam [b] terminetur, & si conuicti, vel confessi [c] fuerunt, ordinaria cessante pœna, sufficiet, [d] quod à perhibendo testimonio repellantur, præsertim [e] cum obiectum crimen minimè causam contingat. [f] Posteriore verò, cum non sit cuiquam contra alios credendum, nisi se prius probauerit innocentem: [g] à ferendo testimonio penitus repelli poterunt.

Opponens exceptionem, quæ aduersus opponentem opponi potest, nihil agit & hoc si proprio nomine excipiat, secus si nomine suæ Ecclesiæ. h. d.

Cauebit autem reus, ne quam contra aduersariũ suum exceptionẽ porrigat, cuius ipse

a ¶ Exhibenda.] Statim, vel infra terminum competentem à iudice statuendum, c. licet de probat. & ca. prudentiã § sexto, de offic. deleg. arg. seruata distinctione illius auth. C. de testib. auth. si dicatur, & not. in c. 1 eodem sumitur.

b ¶ Per sententiam.] Nisi fuerit appellatum, l. fin. C. de fide instrum. & not. in c. 1 eod. vnde sumitur. Et quidam intelligunt quod hic vt Tanc. de illa exceptione, quæ obijcitur in personam testium, quæ ante sententiam debet probari, secus si testes arguerentur de falso, vel etiam actor: quia vsque ad viginti annos poterit opponi l. quærelam C. de fal. dic. vt not. in d. cap. 1.

c ¶ Confessi.] Vnde repelluntur, si hoc ostendatur sine aliqua probatione, capitul. testimonium, de testibus secundum quod intelligendum est quod hic dicitur vt not. in capitul. 1 eodem, & in dict. capitul. testimonium.

d ¶ Sufficiet.] Capitul. 1 eodem. Sed immò contra, quod non sufficiat. Primò, quia litera tam in dict. capitulo primo, quam hic videtur innuere, quod debeat imponi pœna extraordinaria, arguendo ab exclusione vnius, cap. nonne de præsump. & l. cum prætor, ff de iud. Secundò obstat cap. ecce 24 quæstione tertia, vbi dicitur crimina esse punienda vbicumque clarucrint. Tertiò obstat. text. in capitulo cum super de confess. Quartò obstat. l. 2 § si publico, ff de adult. vt nota in capitulo secundo, de ord. cogn. vbi latè Abb. in verb. nunc venio ad gloss. in versicul. restitutio omissa præcedenti.

e ¶ Præsertim.] Id est tantum secundum Hostiens. & Goff. qui tenent, quod tantum tunc non ponitur, cum crimen causam non contingit, aliàs indistinctè. Sed secundum Innocen. hæc dictio, præsertim, stat. pro maximè, quasi idem sit, si crimen contingat causam, de qua agitur quod dic, vt Abb. in capitulo eodem versic. ex his videtur velle.

f ¶ Contingat.] Quod erit, quando testis, non solum confitetur, sed inuolutum eodem crimine, vt voluit Innocent. sed etiam circa idem factum, vt voluit Hostiens. & sequitur Abb. in capitulo primo, eodem in fin. Bart. autem in l. 2 § si publico, ff de adult. videtur exigere, quod tangat idem delictum, & easdem personas, dic vt per Abb. in dicto capitulo primo.

g ¶ Innocentem.) Sed quomodo si est quis conuictus, vel confessus, poterit probare se innocentem, cum, & talis negatiua non admittatur contra testes, capitul. ad nostram de probat. nec possit quis infirmare quod dilucidè voce sua est protestatus, capite per tuas, de probat. l. generaliter. C. de nu. pecu. & confessioni primæ sit standum capitul. literas de præsumpt. Abb. antiquus dixit probari posse talem innocentiam, si testis probet absentiam à loco delicti. Sed hoc non placet Ioann. And. quia licèt hoc procedat respectu verbi, *conuicti*, non tamen procedit respectu verbi, confessi. quasi dicat licèt admittatur ad probandum contra probationem, non tamen contra propriam confessionem. Sed Anto. defendendo Abb. dicit, quod etiam respectu confessionis potest admitti: non tamen perimendo confessionẽ, sed potius excusando, iuxta ea, quæ habentur in capite cum dilecti de accus. Sed Panorm. non probat supradicta, nec respectu probationis, nec confessionis. Loquimur enim nunc, quando testis alio tempore fuit conuictus, vel confessus, & nunc opponuntur crimina illa. Certum est autem, quod ex quo non probauit, tunc contrarium, nec excusauit confessionem, nec nunc debet admitti: quia non appellando videtur simpliciter acquieuisse conuictioni, & confessioni, argument. capitul. quo ad consultationem. de re iudi. & capitulo primo de frig. & male. Sed dicta per Anton. & alios procedunt. vbi nouiter conuinceretur testis de crimine, vel confiteretur, vnde dic, quod & tunc probat se testis innocentem cum probat se emendatum, & pœnitentiam egisse, etiam si aliàs fuisset conuictus, vel confessus, & hoc probari poterit per proprium Sacerdotem, capitulo in capite distinctione 50 & 2 quæstione prima, cap. si peccauerit, in fin. de simo. fa. capitulo ferrum, dict. distinctione quadragesima decima, & ita notat. in capitulo primo, eodem, vbi etiam Abb.

Cauebit autem. CASVS. Quidam litigantes non obseruabant, nec eligebant quales exceptiones essent proponendæ, sed solum numerum earum, quia putabant quod si non omnes, saltem altera iuuaret ad mentionem consequendam, cum ius excipiendi sit reo concessum ad ius suum defendendum, § fin. sup. titul. proxim. cæterum Solut. prout in hac parte habetur, & consulitur: quia licèt quis excipiendo non confiteatur, non debet tamen eadem met exceptione teneri, cum delicta mutua compensatione tollantur, capite fin. de adulteriis non obstat obiectio, siquidem constat propterea ipsam non concludere *Io. Bap.*

ad finem consequendum: Nota primo, quod delicta mutua compensatione tolluntur, & ideo excipiens iste nihil operatur prout text. dixit: Not. secundo casum, in quo contraria simul tolerantur, cuius ratio illa videtur esse, quia qui excipit non confitetur actoris intentionem.

nexibus implicetur. [a] Cum scire debeat nullum hanc esse iuris effectum habituram, veluti si plura beneficia possidens de eadem pluralitate aduersus alium excipiat, [b] vel si periurium, [c] aut excommunicationem is obijciat, qui peierauit, [d] vel Ecclesiastica sententia innodatus fuerit.

Non quis, sed quo nomine agatur, est attendendum. h. d.

Hoc tamen ita accipiendum est, cum proprio nomine conuentus excipit: cæterum, si suam defendens Ecclesiam, tales exceptiones opposuerit, audiendus erit, [e] nec quod opponens eisdem sit obnoxius replicari poterit.

Qui excipit non confitetur agentis intentionem, & potest quis plures, etiam contrarias exceptiones opponere, & si iudex non admittat, potest appellari, & iudex puniri. hoc dicit.

Postremò sciendum est eum, qui excipit, non propterea agentis intentionem confiteri [f] illum videri: cum eidem non solum vnam, sed etiam plures, [g] quamquam contrarias, [h] proponere liceat: quæ si legitimæ fuerint, & iudex non admiserit, reo quidem per appellationis remedium succurretur, & iudex ipse meritis pœnis [i] coercendus erit.

Aduersus exceptiones dantur replicationes. h. d.

Dantur aduersus exceptiones replicationes, de quibus multis agere super-

potest intelligi varijs modis. Primò, secundum Dyn. in cap. nullus de regul. iur. scilicet quando tales exceptiones non sunt prorsus contrariæ: aliàs secundum cum non possunt opponi, nec simul, nec successiuè: quia reus conuincitur de mendacio, ad hoc authent. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. leg. 1 ff si quadru. pauper. fecis. dic. & l. fin. C. de noxa. Sed hãc declarationem reprobat Bart. in dicta l. nemo post glos. & ponit aliam declarationem distinguendo, vt per eũ ibi, & refert Ab. in ca. pastoralis, eod. qui in summa resider in hoc vt possit quis, vt contrarijs exceptionibus, cum contrarietas resultat ex diuersis exceptionibus, & onus probandi incubit excipienti, de quo habes exempla ibi per Ab. Tertiò modo potest intelligis quod hic dicitur, vt possit reus vti pluribus exceptionibus contrarijs eodem tempore non purè, sed sub conditione, & disiunctiuè, velut, si excipiẽs dicat. Propono talem exceptionem, & si hæc non procedat propono talem, & hic est bonus modus practicandi secundum Abb. in cap. fi. in fine, de religiosis domibus.

Dantur CAVS. Cum actor voluisset contra reum replicationes opponere, & reus contra actorem duplicationes. fuit quæsitum an liceat si enim proprium officium actoris, & rei volumus considerare, huiusmodi replicationes non deberent admitti, alioquin esset transire proprios terminos: at si essent admittendæ, procederetur in infinitum, quia non est maior ratio in vna, quam in altera. Solu. tamen prout in hoc text. & in alijs in eo generaliter citat. habetur, quia quatenus tendunt ad debitum finem, & sunt admittendæ, & in infinitum non procedunt, secus aliter: & sic etiam obiectio cessat: Not. primo, argumentum quod in casibus non specificè decisis à simili, & ab identitate rationis est procedendum, facit capitul. quarto, vbi gloss. & Doctor. de confirmation. cum simil. Not. secundo, exceptiones, & duplicationes sunt eiusdem naturæ, & ratio est quia qui excipit dicitur agere, &

Io. Bap.

a ¶ Implicetur.] Vt 32 qu. 6 cap. nihil cum pluribus seq. & dis. 26 c. fin. & 3 quæst. 7 cap. iudicet cap. cum Ecclesiasticæ, eo. Et contra tales solet illud obijci, Clodius accusat mechos, Catilina Cethegum. fac. cap. pro illorum de præb. & 6. cum omnes, & quod ibi not. de const.

b ¶ excipiat.] C. cum Ecclesiastica eo. An autem pluralis possit de pluralitate nomine ecclesiæ excipere, latissimè traditur ibi & hic statim subditur.

c ¶ Periurium) Videtur ergo, quod periurus repellatur ab agendo, & facit capitulum dilecte eodem. Arguendo à speciali, quod intelligas, non indistinctè, sed vt appellat quemadmodum alia crimina, à multis enim repelluntur criminosi. cap. 1 & cap. cum dilectus, de accus. & 4 quæst. 6 cap. omnibus, vnde criminosi non possunt alios denunciare, vel accusare, vt iuribus præall. & ita hanc materiam intelligit Abb. in cap. dilecti, eod.

d ¶ Qui peierauit.] Et sic contra exceptionem criminis non datur replicatio criminis, fac. l. apud Iulianum, § Marcellus. ff de excep. doli, sed contra fac. l. cum mulier, & l. viro. ff de matrim. & c. pen. & c. fin. de adul. solue vt prolixè not. in d. l. cum mulier & l. viro. & per Bart. & Doct. & diffusè per Abb. post glos. in dilecti. eod. vbi notanter infert ad decisionem plurium quæstionum.

e ¶ Audiendus erit.] Vt habetur in cap. dilecti. eo.

f ¶ Confiteri.) Capitul. cum venerabilis eod. l. non vtique, ff eodem, & ibi Doct.

g ¶ Plures.] l. nemo, ff eod. l. nemo, ff de reg. iur. & c. nullus, eod. tit. licet secus sit in actionibus, vt not. in dictis legibus.

h ¶ Contrarias.] l. nemo, Vbi not. ff eod. Hoc autem

i ¶ Pœnis.] De quibus per Specul. § fin. vers. punitur enim, &c.

ideo replicationes exceptiones dici possunt.

a ¶ Superuacuum.] meritò resecandum, l. 1 & quod ibi nota, ff quod me. caus. § quibus in prima constit. C. arg. contra in l. 1 § fin. ff de vent. inspi. & institut. de repi per tot.

* An similitudinem exceptionum.] Contraria & similia exceptionũ sunt replicationes de quibus proponitur, l. exceptio in fine ff de exceptionib. l. 2 § replicationes, & § illud tenandum ff eod. sunt, & duplicationes, triplicationes, quadruplicationes de quibus habetur ind. § illud, & Instit. de replicat. in princ. SOLIER.

DE MVTVIS petitionibus.

COntinuatur titulus iste prout ex principio eius colligitur: vel dicas secunddo, quod cum mutua petitio sapiat naturam exceptionis, vt infra, videbimus, ideo post titulum præcedent proponitur iste, qui diuiditur in tres partes. In prima, enim tractatur de mutua petitione in genere: in secunda adnot. regula de iudice coram quo fit facienda: in tertia habentur plures limit. ad reg. adnot. secunda ibi, nec solum, tertia ibi de arbitris.

uacuum [a] esset: cum institutæ sint ad similitudinem exceptionum, * quæ aduersus actiones opponuntur de quibus, si quis plenius velit intelligere, ex his, quæ superius diffusè de exceptionibus posuimus, mutuari poterit.

DE MVTVIS petitionibus. [b]

TIT. IX.

Si reus conuentus nolit, vel non possit, excipere, si habeat vnde actorem reconueniat, poterit illum reconuenire. h. d.

IGitur oblato ab actore libello, si reus conuentus nulla sit exceptione munitus,

Io. Bap. IGitur oblato. CASVS. Quidam clericus agens nomine suæ Ecclesiæ ad ius eius conseruandum, non habens exceptiones congruas, voluit aduersarium suum reconuenire, dubitauit tamen an ista reconuentio esset licita, quia argument. l. fin. C. de compensation. videtur licita, nisi in re clara: Solu. tamen vt hic habetur, quia reconuentio ista sapit naturam exceptionis, vt alibi supra dixi, & lites, de republ. tolluntur, nec tenet obiectio cum aliud sit recompensare, & aliud reconuenire. Nota primo, argument. illud quod nos pro nobis approbamus, contra nos etiam dicimus approbare, facit gloss. super capitul. si quid distinct. trigesimaseptima. Nota secundo, quod licèt mutua petitio causet duo iudicia, vnica tamen sententia debent terminari, cum simul cognoscantur.

b ¶ De mutuis petitionibus.] Continuatio patet ex principio, tituli. Sed quæritur, quæ sit mutua petitio? Respond. conuentio ex parte actoris, reconuentio ex parte rei: nam reconuentio est secunda conuentio, sunt ergo duæ petitiones, & cum ex vtraque parte fiat petitio, pòt merito appellari contra petitio secundum Ab. in rub. eod. secundum quem ista denominatio mutuæ petitionis est largior aliquando, quam appellatio reconuentionis, quia mutua petitio potest dici non solum reconuentio: verum etiam simplex conuentio, vt quia secunda inchoat quando prima est ferè in fine: tunc enim non est, propriè reconuentio, cum non possint simul tractari, & vna sententia terminari, sed habet locum regula, qui prior appellat, prior agat l. qui prior, ff de iud. & cap. 2 vers. nos autem de ord. cogn. & ita Ab. in rub. co. fac. glos. in cap. dispendia § fin. de reserip. in 6 in verbo, vel conuenticnis. Et sic videtur posse intelligi opin. Spec. in titul. de reconuentione, § sequitur, dum tenet, quod reconuentio possit fieri vsque ad conclusionem in causa, hic tamen videtur tractari de conuentione, & sic de mutua petitione stricte sumpta.

ALOYSIVS RICCIVS. Prototius huius materiæ cognitione, scias quam iudicium aliud dicitur, conuentionale aliud reconuentionale iudicium conuentionale est illud, in quo prima conuentio deducitur iudicium autem reconuentionale est in quo deducitur secunda conuentio, quæ fit ex aduerso per rem contra actorem, de quo loquitur, l. cum Papimanus, & Authen. & consequenter, eodem tit. nostro, & totus titulus, extra de mutuis petition. & natura reconuentionis est, vt proponatur in principio litis ante litis contestationẽ in causa conuentionis: tunc enim dicitur vera reconuentio, & pari passu procedit cum ipsa conuentione, & ista est communis opinio, vt est glos. in clement. sæpè, § verum in verbo exordij, de verborum significatione, & per Dec. in consilio ducentesimo, columna secunda, Felyn. in capitulo primo, de mutu. petitio. quicquid tenet. Specul. in titulo de reconuentione, § sequitur, vbi dicit quod vsque ad conclusionem potest fieri reconuentio, tamen eius opinio non est vera, quod ad hoc scilicet, & pari passu ambulet cum conuentione. Nam verum est, quod potest fieri post litem contestatam, & in quacumque parte iudicij tamen tunc non dicitur, verè reconuentio, quia non ambulat pari passu, nec per eam retardatur causa conuentionis, Dec. in consilio vltim. columna secunda, & ita intelligitur tex. in capitulo dispendia, § reus de reseriptis in texto ita etiam declarat Lanfranch. in clem. sæpè, columna octaua, in fine, versicul. sequitur tex. in verbo exordio, de verborum significatione, & Nouissimè de Franch in decisione trecentesima septuagesima sexta, numero primo, & Tholo. quæstione trecentesima sexagesima sexta, & in addition. & si actor non vellet respondere super reconuentione denegatur ei audientia. quia non procceditur in causa conuentionis, donec respondeat super reconuentione, ita dicit Specul. in dicto titulo de reconuentione, § finali, & habetur in capitul. primo & secundo, de mutu. petition. & regulariter coram omni iudice locum habet reconuentio. nisi expressè reperiatur prohibita per regul. capit. cuius in agendo, tertia quæstione octaua, & l. cum Papinianus in fin. primo coram Iudice delegato habet locum reconuentio: nam in hoc non differt delegatus ab ordinario, capitulo primo, & ibi Abbas in prima columna, de mutu. petition. Bartol. hic, columna penultima, quod intellige quando delegatus fuit impetratus ad instantiam vnius partis tantum, quia tunc viget ratio tradita in dicta lege cum Papinianus, de quo plenè per Roman. in singul. centesimo quinquagesimo. An coram iudice appellationis

habeat locum reconuentio communis conclusio est, quod non, secundum Bartolum hic, columna fina. & Bald. columna tertia, vers. quæro nunquid in eam intelligendo, scilicet quando iudex appellationis aditur, ex necessitate, vt Innocentius in cap. primo, de mutu. petition. & Baldus in l. per hanc colum. finali, de tempor. appellation. & Domini de Rota in decisione sexagesima prima, in Antiquis. & Baldus in lege secunda, § ei quoque ff de iudic. limita tamen istam conclusionem communem procedere quando appellatur post litem contestatam, puta diffinitiua sententia, quia tunc vrget ratio prædicta, secus esset, si appellatur ab aliqua interloquutoria ante litem contestatam: nam tunc distingui debet, aut Iudex appellationis confirmat primam interloquutoriam: & tunc ex eo quo causa remittitur, iudici à quo à quo non habet locum reconuentio coram iudice ad quem ex quem ex quo minimè causa conuentionis coram eo remanet, aut iudex appellationis: retractauit interlocutoriam pronunciando benè appellatum, & malè iudicatum, & tunc ex quo etiam causa principalis deuoluitur ad iudicem appellationis, vt est textus in capit. vt debitus honor, & ibi Abbas columna penultima, & fin. de appellatio. & Doctor. omnes in capit. cordi. § post hoc, de appellat. Abbas & Bartol. in l. eius in fin. ff de appellation. recipien. dicendum est tunc habere locum reconuentionem, ita tenet egregiè Ioan. And. in capit. primo, de mutu. petitio quem ibi sequitur Ab. in antepenultima columna versicul. tertio quæro, de quo etiam de Franch. in dicta decisione trecentesima decimasexta, & Lantred. in decisione sexagesimaquinta, & Aflict. in decisione centesima quinquagesimaquinta, quid autem coram iudice prorogato an habeat locum reconuentio glos. Bartol. & alij Doctor. communiter in leg. est receptum, ff de iurisdictio. omnium iudic. tenent, quod sic tu autem distinguè, scilicet, quod quædam est prorogatio, quæ fit in summissionem vnius ex litigantibus, & quando maior, vel æqualis spontè se submittit iurisdictioni alicuius iudicis conueniendo aduersarium suum coram eo, & tunc habet locum reconuentio, ita procedit dicta lex & receptum, & ratio patet, quia tunc procedit ratio dictæ legis cum Papinianus: nam actor submittendo se eligit illum Iudicem pro se quæ-eam vero est, prorogatio quæ fit de consensu communi partium iuxta leg. si conuenerit, ff de iurisdictione omnium iudic. tunc coram tali iudice prorogato non habet locum reconuentio ex quo cessat ratio dictæ leg. eum Papinianus, cum talis iudex prorogatus non fuerit electus ab actore solum, sed ab vtroque, & cum ista distinctione intellige ea, quæ notantur in dicta lege est receptum, maximè per Iaſ. ibi, in fine, aut coram arbitrio habeat locum reconuentio dic quod communiter Doctor. tenent, quod non habet locum, quia ex quo eligitur de consensu vtriusque partis cessat coram eodem dicta leg. Papinianus in fine, tex. est in capitul. cum dilectus de arbitrar. per quem ita tenet Bartol. hic, in fi. & Specul. in tit. de reconuentio. § primo in principio, & in dicto capitul. primo, colum. prima, & penultima, de mutu. petit. quod tamen intellige de arbitro voluntariè electo de communi voluntate partium, secus in arbitro iuris electo ex necessitate statuti ad totam causam, quia tunc coram eo haberet locum reconuentio secundum Ab. in dicto capit. cum dilectus, colum. tertia, vnde stante dispositione Regiæ Pragmaticæ odia litium in Regno, quod causæ inter coniunctos compromittantur tales arbitri dicuntur iuris, & coram eis habet locum reconuentio, vt Ab. ibidem licèt in cap. primo, columna penultima, de mutu. petit. videatur tenere contrarium, & cum hac vera, & communi conclusione per transit Ioan. de Arnon. in singulari 95 qui alios nonnullos cumulat, & Roman. in singulari 183 quia arbitri iuris eliguntur ex necessitate iuris, & habent iurisdictionem à lege, vnde quemadmodum necessitant actorem litigare coram iudice ordinario, ita coram arbitro iuris, quicquid dicat Iason. in dicta leg. est receptum in fine, ff de iurisdictione omnium iudicum, & exinde est noua & peregrina limitatio ad capit. cum dilectus, de arbitrar. prout eam not. ibi Ab. in tertia columna, & isti arbitri iuris non habent iurisdictionem nec ordinariam, nec delegatam veram, sed quandam tertiam speciem iurisdictionis similem, & æquiparatam delegatæ iurisdictioni potius, quam ordinariæ, ita tenet Baldus in consilio quadringentesimo septuagesimo, volum. primo, & in lege apertissimi, C. de iudic. columna finali, versicul. quarto quæro, & ibi etiam Bartolus, & Angelus, Corn. in consilio quinquagesimo quarto, columna secunda, volumine secundo, & tangit Pelyn. in capitulo final. columna penultima in fine, de re iudicat. vbi probatur etiam quod ab istis arbitris iuris debet appeliari ad Principem, & sic ad legem animatam ex quo à lege habent iurisdictionem, sed hodie vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ appellatur, seu reclamatur ad ordinarium iudicem illius loci, vbi est factum compromissum, vt dicta dispositio Regiæ Pragmaticæ odia litium dictat. & si compromissum est factum inter laycos & clericos in casu reclamationis, an ad iudicem laycum, vel clericum reclamatur in hoc sunt diuersæ opiniones Doct. nam Baldus in lege secunda, ff de appellation. tenet, quod si est factum compromissum in clericum, & laycum deductio est facienda coram iudice superiore clerici ea ratione, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, vt habetur in lege fina. C. de petitio. hæredit. ibi etiam dicit Bartolus, quod si appellatur ad laycum frustratoria esset appellatio, quia laycus iudex non potest compellere clericum etiam volentem coram eo comparere, capitulo si diligenti, de foro competenti, his & alijs rationibus adductis per Calcan. in consilio centesimo vigesimo octauo, analiticè dicitur, quod dicta reclamatio debet fieri, & tractari coram iudice. Clerici tamen reiectis omnibus alijs opinionibus in hoc attendenda est doctrin. Bartol. in l. secunda, C. vbi, & apud quem, scilicet quando cognitio hæc est data arbitratori, seu arbitro à iudice sæculari, vel statuto compellente partes ad compromittendum, vt in casu dictæ Pragmaticæ compelluntur affines ad compromittendum. in quo casu etiam ligat Clericos affines, de quo & decis. Capyc. per totam 66 & per consequens ista reductio, seu reclamatio debet fieri coram iudice layco. Ordinario iuxta dictæ Regiæ Pragmaticæ etiam ex illis deductis per Calcan. in dicto consilio centesimo vigesimo octauo, & non coram iudice Clerici, quid si compromittentes, & res, de qua compromittitur, in arbitros sunt diuersarum diœcesium, & dictum arbitratoris petitur reduci ad arbitrium boni viri coram quo debe, peti Feder. de Sen. in cons. centesimo octuagesimoquinto, num. 1 vtrum coram iudicibus particularibus ad certa negotia per personas deputatas per leg. vel statum habeat locum reconuentio exemplum ponitur in iudicibus mercatorum, vel alterius artis, seu negotij, de quibus loquitur leg. final. C. de iurisdictione omnium iudicum, in hoc Anton. de Butr. in capitul. 1 de mutu. petit. tenet, quod non habet locum reconuentio, sed Ab. ibi in penult. & in fine col. melius loquitur: nam quod dictos iudices mercatorum, & alios similes deputatos certo collegio tenet indistinctè, quod habeat locum reconuentio, quando talis iudex eligitur per actorem, & est ratio, quia eorum iurisdictio est prorogabilis, quod sentit Bartol. in l. 1 ff de iud. vnde tanto facilius prorogat per reconuentionem secundum eum, quod confirmatur bona similitudine.

a ¶ Differat.]

quæ vel iudicium differat. [a] vel litis ingreſſum impediat, [b] mutuis petitionibus aduerſarium ſuum fatigare poterit, & agentem coram eodem iudice, [c] antequam litem conteſtetur, [d] reum conſtituere. Cuius enim [e] quis in agendo obſeruat arbitrium, eundem habere contra ſe iudicem in eodem negotio [f] dedignari non debet.

Reconuentio ſtatim poſt conuentionem eſt facienda. hoc dicit.

Propoſita ergo actoris intentione, reſponſione [g] facta ſuper quæſtionibus rei monitionæ præmiſſa [h] incontinenti [i] actor reſpondere compellendus erit vt viciſſim [k] poſtea rationes partium iudex audiens concordia, [l] vel iudicio vtriuſque [m] negotium terminet.

Etiam coram iudice delegato poteſt reus actorem reconuenire. h. d.

Nec ſolum coram ordinario reconuentio talis ſibi locum vendicat: verum etiam coram delegato, [n] vnde niſi reus litteras impetrare maluerit [o] actorem ſibi ob-

a ¶ Differat.] Vt ſunt declinatoriæ & dilatoriæ.

b ¶ Impediat.] Vt ſunt, exceptiones litis finitæ.

c ¶ Iudice. Vt]ea. diſpendia § fi. de reſcrip. in 6 Et hæc eſt vna ratio, quâ nititur reconuentionis materia quæ facit pro actore contra reum, iuxta ea quæ declarat Abb. in ca. 1 eo in primo not.

d ¶ Conteſtetur.] etiam poſt, ſtatim tamẽ ac fuerit lis conteſtata, & antequam de calumnia iuretur, ſecundum Bal. in cap. cum veniſſent de iud. Iaſ. in l. nõ ſolum § morte ff de nou. oper. nun. Et nota quod per hanc literam reiicitur opi. Specul. in tit. de reconuent. § ſequentur, & gl. in ca. 1 eod. dicentium vſque ad cõcluſionem in cauſa poſſe locum habere reconuentionem, quod poteſt procedere in reconuentione impropria vt tactum fuit ſupr. eo. in rub. & not. de hoc in cle. ſæpè § verum de verb. ſig. & latiſſimè per Moder. in capite 1 eo. & facit contra Specula & ſequaces ordo titulorum in Decreta. in quibus prius ponitur de mutuis petitionibus quam de lit. conteſt. quod in hoc libro ſeruetur ſimile not. in rub. ff de eo per quem facti. erit.

e ¶ Cuius enim. & cap. Sic 3 q. 8 cap. 1 § cuius & l. cum Papinianus in fi. C. de ſent. & in ter. & de dublici ratione reconuentionis, quæ virtualiter in hoc verſiculo includitur per Ab. in c. 1 eo. in 1 not.

f ¶ Negotio.] Sed non ne alia cauſa eſt conuentionis principalis, alia reconuentionis? Reſpon. vtique ca. 1 & 2 eo. Quomodo ergo appellat idem negotium Reſpon. quia idem iudex iidem litigatores, eadem inſtantia cum vna ſententia terminandum ſit vtrumque ca. cum dilectus de ord. cogn. & quia prohibita appellatione in vno, cenſetur prohibita, & in alio, d. c. & infr. eod. § vtriuſque, vel dic. vt not. in l. cum Papinianus, in fi. C. de ſenten. & interlo.

g ¶ Reſponſione.] Quæ reſponſio vel confeſſio non præiudicat confitenti, vel reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis. l. fin. ff de interrog. actio & per Ab. in cap. quamuis, verſ. 4 quæro. de ſenten. vide tamen circa hoc, quod not. Innoc. in c. qualiter. 2 de accuſ. & in cap. per inquiſitionem, de elec. & Abb. in ca. fin. de confeſſ.

h ¶ Monitione præmiſſa.] Sic ca. 1 eod. vnde ſumitur ex quo not. ibi Ab. ſufficere vnicam monitionem ad hoc, vt actor teneatur reſpondere libello rei in cauſa reconuentionis, & regulariter monitio iudicis facta in præſentem habet vim trinæ citationis, & ſufficit etiam vbi requiritur peremptorium, vt not. in ca. conſuluit. de offi. deleg. & probatur in l. 2 C. quomodo & quando iudex iuncta gloſſa.

i ¶ Incontinenti.] Id eſt, nullo actu medio interpoſito, vel eodem durante iudicio, vel dic, vt latiſſimè habetur in ca. 1 eod. vbi de natura huius dictionis per Ab. & alios.

K ¶ Viciſſim.] Scilicet, eodem tempore, ordine tamen ſucceſſiuo, ita vt non concurrat in temporis momentum gl. & Abb. in ca. 1 eod.

l ¶ Concordia.] Debet enim iudex primò ſi poteſt partes reducere ad concordiam, fac. cap. 1 eod. & habetur de hoc 2 qu. 5 c. ſi primates & 24 q. 4 in ca. ſi quis membrorum li. æquiſimum, ff de vſufr. ea querelâ de ſimo. habetur in ca. fi. de tranſact. & per Abb. in ca. humilis de mal. & obed. & c. cum inter de ele. & in c. ſi quando, de offi. deleg. & in c. cum pridem, de pact. & in rubr. de treu. & pac. vbi latiſſimè per Moder. & hoc verũ in principio litis, quo tempore iura partium ſunt incognita, Sed quid, ſi iam eſt concluſum in cauſa, & iudici liquet, pro qua parte debeat ferre ſententiã an poſſit cum bona conſcientia hortari partes ad cõcordiam? Specul. in tit. de præparatorijs iudiciorum. § excipitur relieuit hoc indeciſum, tu pro ſolu. vide per Abb. in cap. fin. de tranſact. verſic. 2 quæro.

m ¶ Vtriuſque.] Etiam ſi quantum ad reconuentionis cauſam: aliàs iuriſdictionem non habeat ſit enim iudex per reconuentionem, ſine ſit ordinarius ſiue delegatus, cap. 1 eod. ca. prudentiam, de offi. deleg. In tantum vt per viam reconuentionis poſſit quis habere iuriſdictionem in clericos, vt not. in d. c. 1 & in ca. at ſi clerici de iudic. Si tamen natura cauſæ patiatur, vt infra eo. § interdum.

Nec ſolum. CASVS. Cum præſupponatur reconuentionem vnicuique eſſe permiſſam, quidam litigantes rei, conuenti volebant ſuos aduerſarios indifferentes coram quouis iudice reconuenire: vnde fuit quæſitum an poſſent, & an ipſorum æqualis debeat eſſe conditio per capitul. cum ſit & ca. licet elect. 1 de foro competen. negatiuè reſpondebatur, Cæterum, Sol. vt hic cauetur, quia cuius arbitrium, ſequimur in agendo, idem ſequi debemus in reconuentionem patiendo, ſupr. eod. poſt princip. Non tenet obiectio, quia nos præſupponimus iudicem eſſe competentem, & ſic iura adducta non contradicunt. Not. primo, quod vna, & ead. perſona non poteſt approbari quod intellige reſpectu eiuſdem finis: Not ſecundo, quod litigantium par debet eſſe conditio facit reg. non debet actori ff de reg. iur. *Io. Bap.*

n ¶ Delegato.] Vt in capitul. 1 eodem, & in capit. diſpendia paragrapho reus de reſcrip. in ſexto vnde ſumitur.

o ¶ Maluerit.] Eſſet tamen ſtultus, ſi faceret, cum

per literas actoris possit suum negotium expedire, vt nota, in capitul. dispendia, § final. de rescript. in sexto, argument. § sed nostra institut. de hæred. quali. & differ. l. fin. § penultim. C. de iud. delegat. Posset tamen casus dari, in quo compelleretur impetrare nouas literas, puta si esset causa, quæ non caderet in cognitionem delegari sine speciali mandato Papæ 6 quæstion. secunda, capitulo. si Episcopus, & capitul. primo eodem capitulo secundo, de cor. firmat. vtil. vel inutil. & capitul. pen. de restit. ininteg.

a ¶ Ob noxium.] Etiam actione reali, secundum quosdam vt not in capitul. dispendia, § fin. in 6 & per hoc verbum dicunt communiter Doctor. quod cum qualitas adiuncta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis § si extraneus, ff de noxal. act. & in rescriptis attendatur tempus datæ capit. eam te de rescript. in antiq. & capitul. si eo tempore, de rescript. in 6 quod solum habebit locum reconuentio in causis & actionibus competentibus tempore impetrati rescripti: secus autem in his, quæ sunt ortæ post datam rescripti vt latè Perusi. in dict. § fin. Qui in tantum putat hoc verum, vt post Anchar. dicat, quod si fuisset in iudicio processum, etiam non opposita exceptione, scilicet quod non potuerit actor reconueniri occasione actionis natæ post datam rescripti, nihil valeat sententia, de quo latè per Ab. in ca. fin. eod.

noxium [a] eodem durante iudicio, coramdatis iudicibus reconuenire poterit.

Actoris, & rei conuenientis æqualis debet esse conditio in iudicio. h.d.

Vtriusque autem, tam actoris, quam rei reconuenientis aqua debet esse conditio: [b] vnde cum causa, appellatione remota, committitur, si reus actorem reconuenerit, vno eodemque iure circa appellationis remedium [c] vterque censendus erit.

Coram arbitris, non habet locum reconuentio hoc dicit.

De arbitris dubitari poterit, an coram eis reconuentioni locus esse possit? Et cùm arbitri iudicare [d] non possint, nisi de his tantùm super quibus in eos cõpromissum fuit [e] suum aduersarium reconuenire coram arbitris, coram iudice verò laico volebat reconuentionem proponere super re ecclesiastica, & fortasse erat excommunicatus vel de crimine accusatus vnde fuit quæsitum, quid iuris, ob rationem enim reconuentionis sup. eo. in princ. affirmatiuè respondebatur, nec qualitas rei, vel personæ debebat obstare, quia mutua petitio sapit. aliquo modo naturam exceptionis, vt continuatione rubri. apertè colligitur, ac etiã quia expedit reip. plures lites vna sententia definire, Sol. tamen, vt in tota hac parte cauetur, quia arbitrium dependet à volũtate partium, & reconuentio non potest facere iudicem competentem, vel personam inhabilem, reddere habilem ad obiectionem autem dico, quod ipsa non verificatur, nec militat coram arbitria, & ratione qualitatis rei vel litigãtium, licet autem mutua petitio sapiat, præd. naturã est tamen ab exceptione maximè diuersa: reipub. quamuis id expediat singula tamen legitimè sunt tractanda. Not. primo, vnam differentiam inter iudicium, compromissam, & sic limit. l. 1 ff de arbit. Not. 2 reconuentionem esse similem compromisso, quia sicut compromissum aliquando prohibetur, vt supra de arbit. habetur. ita reconuentio aliquando non permittitur.

b ¶ Conditio.] Cum in iudiciis non debeat esse personarum acceptio capitul. nouit de iudic. 4 quæst. 4 capit. 2 nec debet actori licere quod reo non permittitur l. non debet, ff de re iud. fac. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & l. 1 cum sequent. ff quod quisque iur. & c. cum omnes de constit. concor. cap. fin. cod. vnde sumitur. Sed an si actor super vna tantum causa rescriptum impetrauerit possit à reo super plurib. reconueniri Et non videtur, ratione seruandæ qualitatis, contrarium est verius & tenetur communiter in dicto capit. fin. Item numquid actor reconuentus possit iterum reconuenire reum super causa in rescripto non expressa, cum efficiatur reus causa in reconuentionis? & comm. tenetur, quod non, vt per Legistas in authe. & consequenter C. de sentent. & interlocut. omn. iud. & per Canon. in d. ca. fi.

c ¶ Appellationi remedium.] Idem intellige in alia procedendi formula, vt puta si quis sit priuilegiatus, ne possit extrahi extra diœcesim, vt per vtrumque Ab. in cap. fi. eo Sed contra fac. l. quod fauore C. de legib. Solut. vt communiter in dicto capitul. final. quod contrarium procedit, vbi priuilegium fuit concessum motu proprio: secus si ad petitionem partis: quod valde notandum putat Pan. in dicto capitul. final. licèt subtiliter tenet tenere contrarium in ista materia reconuentionis.

Io. Bap. De arbitris. Hæc pars licèt plures habeat particul. tamen cum in. ea posset Casvs in communi figurari, propterea est adnotandum, quod alter litigantium volebat

d Iudicare.] Impropriè videtur arbiter iudicare cum coram eo propriè non sit iudicium, cum id non sit sine iurisdictione, quam non habet arbiter, sed habet tantum nationem, l. prætor, ff de re iud. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. Item impropriè fert sententiam l. quid ergo § ex compromisso ff de his, qui non infam. Vnde stante ordinatione, quòd à duabus conformimus sententijs non appelletur non comprehenderet pronuntias arbitrorum, vt no. aliqui in rubr. de arbit. ad Ab. post And. Sic in c. super quæstionum in prin. de offi. dele. & Io. de Ana. in consil. 16 viso puncto Tria enim requiruntur ad hoc vt propriè dicatur sententia. Primò quòd infamet, si causit eius naturæ. Secundò quòd ex ee detur actio 3 quod qui succubuit possit agere euictione, quæ omnia cessan. in sententia arbitri. Primo non infamat d. § ex compromisso. Ex ea non datur actio. l. 1 C. de arbit. Non competit regressus de euictione, l. si dictum, si compromisero, ff de euict. Ex hoc tamen verbo collige, quòd debet arbiter procedere in forma iudicij vt latè declarat Abb. in capit. cum dilectus de arbi. & fac. not. per eundem in c. ex parte in 4 not. eo. tit.

e ¶ Fuit.] Sed non videtur hæc bona ratio Nam & deleg. non pòt cognosc. nisi de rebus expressis in reser. c. cum olim. c. P. & G. c. de causis de offi. deleg. Et tamen coram eo habet locũ reconuentio, vt sup. eo. § nec solum. & c. disp. § fi. de re c. in 6 sic videbatur etiã in arbitrio Sol. secundum Abb. in c. 1 eo. & in c. cum dilectus. de arbit. Primo, quod diuersitas est inter iudicem delegatum & arbitrum: quia iurisdictio delegata procedit à iure, merito succedit iuris dispositio edita in materia reconuentionis at potestas reconueniendi datur beneficio iuris, sed arbitrium procedit

ex mero facto, & sola voluntate partium, ideo non debet extendi vltra ea, quæ partes voluerunt, ex quo enim partes recesserunt à dispositione iuris adeundo arbitrum relicto iudice, recesserunt, & ab alia iuris dispositione, ideo ius in compromisso non supplet, arg. l. fi. C. de pact. conue. Vel secundo solue. subtilius, iudex communiter aditur ab actore, & iudicium exercetur in reum inuitum, l. inter stipulantem, § si Stichum, ff de verb. obl. vnde meritò fuit ipsi reo subueniendum volenti aliquid petere, cum ab eo petatur: cõpromissum autem fit communi consensu partium, ideo non debet habere locum reconuẽtio: quia est quod imputetur reo quare causam reconuentionis non curauit exprimi in compromisso: & sic cessat ratio, super qua fundatur reconuentio. Hinc dixit notat. Bart. in authen. & consequenter, C. de sent. quod coram delegato impetrato cõmuni consensu partium non habet locum recõuentio: quia est quod imputetur reo cur causam reconuentionis non fecit exprimi in rescripto, sequitur Abb. in d. cap. cum dilectus, vbi latè de hoc.

a ¶ Non posse.] Et hoc in arbitris voluntariis procedit indubitanter. An autem sit idem in arbitris iuris? Dic vt per Abb. post Specu. in cap. cum dilectus de arbit. & in c. 1 eod.

b ¶ Iudice laico.] Qui cognoscere de spiritualibus non potest, cap. ex tenore & c. diligenti, de for. compe. & habetur in capite at si clerici, de iudi.

c ¶ Iuris patronatus.] cap. quando, de iud.

d ¶ Decimarum.] Cap. tua. 1 & 2 de deci.

e ¶ Matrimonij.] Capit. 1 de consangui. & affin. fac. cap. relatum, § ad hoc de iur. patron. & sic not. quod iudex conuentionis non potest cognoscere virtute reconuentionis de causa, de qua aliàs cognoscere non poterat Accur. tamen in auth. & consequenter, contrarium tenet per l. quoties C. de iudi. & facit. l. si idem cum eodem, post princ. ff de iurisd. omn. iudi. Sed tu dic secundum Bart. in d. auth. & consequenter C. de sent. & interlo. & Abb. in c. 1 eod. quod opin. Accur. potest procedere in causis, in quibus non poterat cognoscere, nisi de consensu partium, actor enim per electionem sibi præiudicat, cum pari debeat eundem esse iudicem contra se l. cum Papinianus C. de sen. & inter l. Sed quod hic dicitur procedit, si actor. si reconueniretur super te, vel causa, de qua iudex non posset cognoscere etiam vtraque parte volente, & ita procedit com. opi. Canonist. vt latè per Abb. in d. ca. 1. Hoc tamen casu scilicet quando iudex conuentionis non potest cognoscere ex natura causæ de ipsa reconuentione admitteretur reconuentio coram alio iudice, licet pendeat conuentio in alio iudicio, & sic limitatur, cap. dispendia, de rescript. in sexto, de quo tamen vide plenius per Abb. in dict. capite primo, eodem.

f ¶ Excommunicationis.] Scilicet maioris, vt per Archi. di. 23 c. 1 & per Gemin. & alios in capite 1. de rescript. in 6.

g ¶ Non conceditur.] Missionem tamen passus, & comparens petendo sibi restitui possessionem, est audiendus secundum Abb. in cap. cum inter, de exec. quidquid distinxerit Bart. in l. de pupillo, § fi. ff de noui. ope. nunc. Sed an possit excommunicatus saltem compensare? Respondeo, varij varia sentiunt, vt per Abb. in d. capitul. cum inter. Videntur tamen Doctor. in hoc conuenire; quod aut conueniens debitum confitetur, & compensationi acquiescit, & admittitur compensatio, videtur enim tunc solutio quædam, leg. si debitor, ff. qui po. pign. hab. nec enim refert, qualiter satisfiat, l. si rem, § omnis, ff de pigni. actio. Aut aduersarius negat, & compensationi nõ acquiescit, & tunc non audiretur reus super compensatione, licet Abb. in d. capite. cum inter, dicat æquum sibi videri, vt etiam hoc casu audiatur excommunicatus, dic vt per Canon. ibi, & per Legistas in l. amplius, ff rem rat. habe.

h ¶ Extendatur.) Nisi quod excommunicatio debeatur ex eodem contractu ex quo conuenitur, puta, si ab eo petatur res vendita, poterit ipse prætium petere, Inn. in c. si verè, de sent. excom. & per Abb. in c. cum inter de exc.

i ¶ Criminaliter.] Habes hic, quòd in causis criminalibus non habet locum reconuentio, quod tamen intellige prout habetur per Bart. in l. is qui reus, ff de publ. iudi. & per Abb. in cap. 1 eodem, & in cap. cum dilectus, de arbi. Materia enim diffusior est, quam vt breuibus notulis possit explicari.

* Criminaliter.] Sunt tamen nonnulli casus in quibus reus criminis factus accusatorem suum accusare potest. Primus est quando iudicium quo accusare volens reus factus est finitum est, l. is qui ff de public. iudic. Secundus quando accusator de maiore crimine accusatur, l. 1 C. qui accus. non poss. Tertius quando reus suam suorumve iniuriam prosequi vult, l. neganda in

respõsum est, coram eis reconuentionem locum habere non posse. a

Reus conuentus coram iudice laico non potest reconuenire actorem super causa spirituali. hoc dicit.

Interdum etiam accidit, vt nec coram ordinario, nec coram delegato iudice reo actorem reconuenire sit potestas: vt puta, si coram iudice laico b conuentus actorem super causa iuris patronatus c decimarũ, d matrimonij, e aut alia spirituali reconuenire velit.

Excommunicatus non potest reconuenire. hoc dicit.

Idem iuris est, si conuentus excommunicationis f vinculo innodatus existat: huic enim, licèt alioqui excipiendi facultas minimè sit interdicta, actorem tamen reconuenire non conceditur: g ne quod (vt supra diximus) in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur. h

Super causa criminali non permittitur reconuentio: idem in causa depositi. h. d.

Illis quoq; qui corã iudice criminaliter i *

princ. Cod. eod. Quartus quando reus causam Fisco deferre vult, l. capitis reus, ff de accusat. Quintus quando vxor à marito adulterij accusata, lenocinij crimen illi obijcit, l. 2 § si publico, ff ad l. Iul. de adult. SOLIER.

a ¶ Depositо.] l. si quis pecunias. C. depositо. & c. fin. eo. tit. Quæ iura licet loquantur in compensatione, tamen multo magis procedere debent in reconuentione, quæ plus est, quam sit compensatio, vt not. sup. tit. prox. & habetur per Abb. & Docto. in cap. cum inter R. de except.

conuenti fuerint, vel super depositо [a] nisi se prius innocentes probauerint, & depositum restituerint, alios criminandi, vel conueniendi licentia non conceditur.

DE RESTITVTIONE.

Spoliatorum.

TIT. X.

Intentans spolium non potest reconueniri, nisi super causa spolij. h. d.

DE RESTITVTIONE spoliatorum.

DIctum est, in § fi. supra tit. proximo, quod reconuentio in quibusdam causis non habet locum inter quas cum etiam spolium reperiatur, vt hic in princ. propterea post tit. præceden. proponitur iste, qui diuiditur in quinque partes, in quarum prima habetur qualiter spolium sit prius cognoscendum, quam alia causa in secunda qualiter, & quomodo spoliat. sit restituendus: in tertia quis dicatur spoliatus: in quarta quando spoliatus non sit restituendus: in quinta qualiter permittatur recedere à petitorio, & accipere possessorium spolij secunda ibi, sed & si: tertia ibi, spol. autem: in quarta ibi, illud: quinta ibi postremo.

Io. Bapt. IS quoque. CASVS. Quidam spoliatus possessione quarundam rerum agitabat ad ipsas recuperandas, dicendo se tanquam spoliatum esse prius restituendum: pars autem aduersa volebat reconuenire super prætenso credito: vnde fuit quæsitum, an reconuentio ista sit concedenda, vel spolium tantum sit prius cognoscendum: per id enim quod legimus supr. titul. prox. in princ. reconuentio videbatur concedenda, Sol. tamen, vt hic cauetur, & per rationem in textu. assignatam, nec etiam tenet obiectio, quia nonnullæ causæ reconuentionem non admittunt. d. § fin. supr. titul. prox. spolium enim, vt hic habetur, est priuilegiatum. Not. primò, causam spolij esse possessorium priuilegiatam, & propterea multas reijcit exceptiones. Nota secundò, arg. quod non tenet priuilegium aduersus aliud priuilegium eiusdem generis, quod facit pro restitutione non concedenda Ecclesiæ, vel minori, aduersus Ecclesiam, vel minorem.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro totius tituli generali cognitione velim notes, quod expulsus, contra expulsorem tam ciuiliter, quam criminaliter agere potest, de quo Bal. & Salyc. hic, & Hippol. plenius in singulari. 2. Soc. fallent. 123 plenius Iacob. de Nouell. qui ponit 30 Fallent ad hanc regulam in vers. vulgatis est regula, ar. 92 Boer. quæst. 238 Decius in consil. 191 Aym. consilio 140 & Afflict. in decis. 193 ex quibus habes, quod spoliatus ante omnia est restituendus nec obstat, ei exceptio Dominij posita per reum, de quo, & eius limitationibus, & declarationibus Alexandr. in cons. 6 volum. 3 & in l. naturaliter § nihil. commune num. 15 & sequent. vbi per Rip. numero 44. & sequent. & alij omnes ff de acquirend. possess. Cassador. decis. 3 in titul. de restit. spoliat. Rot. in decis. 7 in antiquis Soccin. in regula 123 Afflict. decis. 7 Ias. in lege 2 C. de edicto diui Adria. tollen. & in lege 3 numero tertio, de noui operis renunciat. Hippol. in regula 2 Dec. consil. 191 numero 9 & consil. 440 late Philip. Port. lib. 2. concluso. conclu. 44 vbi pluribus modis ampliat. & limitat Roman. cons. 499 Modern. ab Aquila lib. 1 commun. conclus. in verb. except. spoliationis, & iterum in verbo spoliatus sua possessione Roland. à Valle cons. 6 volum. 3 Dec. in d. cons. 191 & Cephal. cons. 136 num. 9 cum seq. & ratio est, quia spoliator semper delinquit Boer. in quæstione 238 num. 2 & donec restituat rem, & purget vitium, & delictum suum non debet audiri, ibidem an in hoc interdicto recuperandæ titulus coloratus sufficiat Hippol. singul. 11 & 199 Guid. Papa, in quæstione 37. 38 & 83 Ripa in capite cum Eccles. colum. 17 in fin. de caus. possess. & propriè Cepoll. Caut. 82 & Boer. in quæstione 238 quinimo spoliatus à iudice iuris ordine non seruato etiam ante omnia est restituendus, lege meminerint, C. vnde vi, &c. conquerente, & ibi Ab. & Doct. de restit. spoliator, & in c. referente, & ibi Dec. n. 2 de præbend. & Bal. in consi. 335 volum. 1 & consil. 348 & consilio 350 eod. volu. Luc. de Pen. in lege coloni colum. 5 post medium, vers. vnum, si quis spoliatus, & in 20 quæstione, & Gale. in cons. 120 Soccin. in regul. 9 Zabarell. in cons. 79. col. 2. Socc. consil. 112 versicul. secundum quæstionem, volum. 1. Decius in consilio 191 colum. 3 & fin. versic. quinto, hoc comprobatur, Oldrad. in cons. 224. colum. prima, vnde in hac materia sub paucis verbis dicendum est, quod aut loquimur in interdicto, seu possessorio recuperandæ, aut in interdicto vti possidetis, seu retinendæ, aut in interdicto recuperandæ, si interdicto adipiscendæ, aut reus offert, incontinenti sede dominio suo probaturum, & tunc admittitur, & talis exceptio dominij obstabit possessorio agenti adipiscendæ quia dolo petit quod restituturus est, ex regula dolo petis de regul s iuris, aut non offert in continenti se probaturum, & tunc non obstat, vt notatur in l. 2 C. de edicto diui Adriani tollend. aut loquimur in possessorio retinendæ, & super hoc sunt opiniones nam Dinus in regula qui ad agendum tenet, quod exceptio dominij opposita per reum habet obstare agenti possessorio recuperandæ si in promptu doceat de dominio, & sequit. Ang. in l. si de eo fundo, ff se acquirenda possessione sed Bar. Glos. Imol. & communiter moderni in dicta l. naturaliter § nihil commune tenent contrarium, quod non habet obstare exceptio dominij possessorio agenti retinendæ, & idem Paul. de Castr. in dicta lege si de eo, aut loquimur in interdicto recuperandæ, & tunc regulariter contra agentem non potest exceptio dominij, seu proprietatis opponi lege si maritus de donat inter vir. & vxor. cum aliis supra allegatis, hæc regula fallit in multis casibus, de quibus per gl. in capite in nomine Domini in verbo audientia 24 distinction. & in capitulo gaudemus in verb. negaretur de diuort. cum aliis

cumulatis per Luc. de Penn. in dicta lege si coloni in quæstione 24 & diffusius Boer. in quæstione 238 nu. 5 cum seq. & per Capyc. in deci. 64. 69. 77. 38. & 167.

a ¶ IS quoque.] Continuatio.

b ¶ Non poterit.] Cap. 1 eo. & cap. fin. de ord. cog. vbi latè de materia

c ¶ Nam super, &c.] Sic c. fi. de ordin. cog. vnde sumitur.

d ¶ Spolij.] Not. ergo, quòd priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum: quod intellige, quando vterque est pariter priuilegiatus respectu eiusdem causæ, quæ agitur, vt in l. 1 ff quibus ex cau. maio. & fac l. in fraudem, in fi. ff de mil. testam. vbi generalis dispositio comprehendit etiam personam priuilegiatam in casu, in quo loquitur dispositio, de hoc plenè per Bart. & Legist. in authen. quas actiones, C. de sacrosc. eccles. & per Cano. in c. ad aures de rescript. & in c. in præsentia de proba.

c ¶ Ante restitutionē.] Et sic hoc priuilegium non tollitur per sententiam, nisi sit sequuta realis restitutio: ex quo infertur, quod agens actione iudicari super possessorio consequitur, vt non teneatur respondere ante restitutionem factam, quod tenet Spec. in tit. de reconuent. § 2 vers. quid si conuentio, & Abb. in cap. fin. de ord. cog. fa. quia subest eadem ratio postquam suberat ante sententiam, scilicet ne nudi, & inermes contendamus, cap. frequens, eodem in 6 & 2 quæst. 2 per tot.

f ¶ Possessione.] Quæ in beneficialibus potest haberi etiam sine canonica institutione, vt hic, & in capite in literis, eodem, & ibi benè deducit Abb. in 4. not.

g ¶ Prius.] Hoc verbum intelligi potest duobus modis. Primò, vt denotet prioritatem respectu eiusdem instantiæ, prima melior, vt latè deducit Abb. in cap. in literis eo. in 5 not.

h ¶ Eiectione.] Id est, de possessione violenter ablata, vt exponitur, & not. in capite in literis eod.

Io. Fap. Sed & si CASVS. In hac parte ita debet meo iudicio figurari. Præsupponitur, quòd quidam Clericus beneficiatus fuit iniustè spoliatus possessione sui beneficij, & cum voluisset suam possessionem recuperare non attendebat qualiter spolium in iudicio esset proponendum, & ideo indifferenter ipsum proposuit, id est modò per exceptionem, & modo per actionem, vnde fuit quæsitū quid iuris, quoniam enim restitutio spolij est priuilegiata sup. eodem in princ. propterea quilibet modus videtur ad id congruus, confirmatur quia restitutio spolij est faciēda in odium spoliatoris. Sol. tamen vt in hac parte cauetur, quia iudicium istud spolij debet regulari ab intentione agentis, & intentio ista à modo cognoscitur cap. 2 de ordin. cognition. non obstat obiectio, quia priuilegium, & odium præd. non debent operari vltra intentionem agentis. Not. primo, quod priuilegium spolij est diuersum, quia non solum spoliatus ante omnia est restituendus, sed etiam suspendit aliud iudicium. Not. secundò, quod ordinata ad vnum finem non debent finem diuersum producere, cum ad illum non habeat propriè aptitudinem: Not. tertiò, quod finis propriè disponit, & regulat quæ ad ipsum conuenire, & ordinari debent.

i ¶ Criminali iudicio.] Secus ciuili, vt statim dicit, & hæc litera procedit secundum cōmunem intelligentiam Doctorum, qui ita intelligunt omnia iura 2 quæst. 2 per tot. & 3 quæst. 1 per tot. vt apparet ex not. per Specul. de accus. poss. & propri. § 1 vers. illud. per gloss. & Abb. in capite cum dilectus, de ordin. cogn. vbi dicit Abb. quod d. gloss. nemo vnquam reprobauit excep. Ant. But. & fac bona ratio, quod in hoc casu causa spol. proposita per viam actionis operetur supernaturaliter, id est, etiam effectum exceptionis excludendo criminaliter agentem, quia non debet quis contendere criminaliter cum suo aduersario spoliatus: posset enim ex defectu facultatum perdere causam, habet ergo locum illud. Nec nudi contendēre, nec inermes inimicis nos opponere debemus, c. 1 eo. in 6 & hæc ratio redditur per Abb. in d. cap. cum dilectus.

k ¶ Causam proponit.] Scilicet per viam actionis.

* Si prius.] Spoliatum ante omnia esse in sua possessione restituendū ciuili & canonico iure statutū est, l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi public. cap. 1 & cap. in literis de restit. spoliat. ne ex proprio delicto quis

IS quoque, [a] qui se quibusdam rebus, aut iuribus spoliatum conqueritur, ab aduersario suo reconueniri non poterit: [b] nam super [c] spoliatione conuentus aduersus restitutionem petentem, non est, nisi super quæstione spolij [d] audiendus. Restitutionis enim petitio in hoc priuilegiata esse noscitur, vt ipsam intentans, non cogatur ante restitutionem [e] spoliatoribus respondere.

Non datur reconuentio de possessione ad titulum. h. d.

Vnde cùm quis, se de beneficij possessione [f] violenter eiectum apud iudicem conqueritur, si aduersarius eundem non canonicè dicat institutū de violenta prius [g] eiectione, [h] quàm de canonica institutione cognoscendum erit.

Spoliatus est ante omnia, & quo ad omnia restituendus. h. d.

Sed etsi spoliatus non primus coram iudice super spolio sibi illato consistat, sed criminali iudicio [i] ab aduersario lacessitus spoliationis causam proponat [k] ita demum super petitione iudex procedere poterit, si prius * restitui spoliatum sua sententia iusserit: omnes enim leges, tam Ecclesiasticæ, quàm sæculares ante omnia cuncta spoliatis, vel eiectis reintegranda, & damna

commodum sentiat, l. auxilium, ff de minorib. & l. itaque fullo, ff de Feuret. etiamsi spolium sine violentia fuerit, l. meminerunt Cod. vnde vi, contra Dynum in cap. qui ad agendum, de regul. iuris in 6 vel in promptu offeratur probatio Dominij, gloss. & Doctores in d. cap. 1 licet gloss. in l. si de vi, ff de Iudic. contrarium teneat sed male: si enim lex priuat. Dominum Dominio suo propter delictum spolij, l. si quis in tantam, cod. vnde vi quomodo veli & admittere hanc exceptionem, sentiret enim commodum ex suo delicto, quod leges abhorrent; nam esset in facultate Domini probationibus inuentis, sua manu ius dicere vt recte considerat Menoch. in tract. de recuperat poss. remed. 1 n. 239. Limita tamen spoliatum non restitui ante omnia quãdo timetur oriri scandalum, gloss. cap. in primis, 2 quæst. 1 & gloss. summæ 3 q. 1 vid. gloss. in cap. petitionem in verb. restituendus de accusat. SOLIER.

a ¶ Damna sarcienda.] Cap. grauis eo cap. accedens 2 vbi Abb. in pen. not. vt lit. non contest. Rot. decis. 25 & non solum ad damna, & expensas passas post spolium, sed etiam ad facta in conuocandis, & parandis armis ab eo, qui propulsauit vim incontinenti, & sic ab eo, qui nunquam perdidit possessionem, iuxta tex. in l. 1 § vim vi. & l. 3. § cum igitur, ff de vi, & vi arma secundum vnum intellectum, quẽ in hoc sequit. ibi Bart.

b ¶ Præcipiunt.] Vt 2 q. 2 c. omnes & c. nullus & per tot. & 3 q. 1 cap. reintegranda. & per not. l. si quis in tantam. C. vnde vi l. si quis adsefundum C. ad leg. Iul. de vi pub.

c ¶ Fructus.] Vt in ca. grauis eod. vbi Abb. & Doct. Ab. in cap. accedens 2 vt lit. non cont. Bartol. in l. si quis ad sefundum, C. ad leg. Iul. de vi publ.

d ¶ Possessionem.] Nec sufficiet dare pignora, cap. cum aliquibus de sent. excommu. & not. in cap. episcopi. § 1. 3 q. 1 vnde sumitur. Immo de æstimatione rerum ablatarum stabitur iuramento spoliati, cap. final. de his, quæ fi. vi. met. causa.

e ¶ Quæstionem regerat.] Id est per viam actionis opponat, & fac. cap. cum dilectus, § nos autem distinguendum, de ord. cogn. vnde sumitur, & intelligi quando reconuentio est facta ante litem contestatam, iuxta not. sup. tit. prox. in prin. Imm. idem quando esset actũ de spolio post litem contestatam ab alio quantum ad non impediendum primo instituta ab aduersario, vt in d. § nos autem, sed non quantum ad id, quod hic dicitur de terminatione faciẽda vnica sententia, quia eum se istæ causæ non contingant, procedit regula, qui prior appellat, prior agat, quam declara, vt per Abb. in d. c. cum dilectus, adeo, quod non est ius in litis contestatione quantum ad effectum, de quo quærimus.

f ¶ Idem iudicium.] Sic supra tit. prox. in prin. vbi not.

g ¶ Sententia.] Immo videtur quod sint plures sententiæ, l. etiam §. Ex causa. ff de minor. cap. cum Ecclesia. capit. cum sup. de causa poss. & propriet. Sol. re vera duæ sunt sententiæ, sed dicitur vnica propter temporis vnitatem, & identitatem: quia inter easdem personas eodem tempore ab eodem iudice feruntur, fac. l. scire debemus ff de verb. signific. Sed quid si iudex pronunciauit super conuentione, & non super reconuentione? Quidam quod non valet sententia, tu die quod valet, licet possit appellari, vt not. & late traditur in d. cap. cum dilectus. Magnum enim in eo versari potest, partis interesse, in cuius causa non pronunciauit iudex propter compensationem directè, vel indirectè faciendam, vt latius per Abb. in d. c. cum dilectus. Nunquid autem supposito, quod sit verum non tenere sententiam, possit peti exequutio antequam pronuncietur super alia causa? per Doct. in dicto cap. cum dilectus.

h ¶ Excipiendum.] Ergo qui excipit non contestatur litem, & sic patet, quod qui negat non excipit, nec qui excipit confiterur, l. non vtiq; ff de except. c. cum venerabilis de except. & infr. de litis contest. post princ.

i ¶ Recipiendæ.] Cap. cum dilectus, de ord. cog.

sarcienda [a] esse præcipiunt. [b]

Spoliator tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt. h. d.

Fructus [c] quoque non tantum à violento possessore perceptos; sed etiam qui à veteri possessore percipi verisimiliter potuissent, restituendi erunt.

Sola sententia non purgat spoliatum, sed iuncta cum exequutione. h. d.

Nec restitutionis solum sententia sufficiet, nisi re ipsa omnia iudicis officio restituantur, ita vt eiectus, vel spoliatus etiam naturalem possessionem [d] recipiat, cunctaque, quæ sibi ablata fuerint, eodem vnde surrepta fuerunt, reuocentur.

Quæstio spolij per modum reconuentionis proposita non impedit processum super alia causa ciuiliter institutum. h. d.

Quòd si ciuiliter conuentus aduersario spolij quæstionem regerat, [e] cum mutuæ tunc intelligantur petitiones, in idem iudicium [f] deductæ, vicissimque tractatæ, vnica simul erunt sententia [g] terminandæ.

Cum spolium proponitur in modum exceptionis, nulla fertur restitutionis sententia sed quamdiu non fuerit reus restitutus, non est cogendus actori respondere. h. d.

Sed hæc quidem obtinent, cum in modum actionis spolij quæstio proponitur, sed si circa litis contestationem de spolio quis excipiendum [h] duxerit, super ipsa quidem exceptione probationes primitus recipiendæ [i] erunt: ea tamen legitimè probata nul-

la restitutionis erit ferenda sententia, [a] sed tamen diu spoliatori super petitionibus suis respondere cogendus non erit, donec ab ipso restitutus fuerit: quemadmodum enim [b] si in modũ exceptionis aliquod crimen testi obijcitur, vt à testimonio repellatur, & si crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, sibi pœna non infligetur ordinaria, [c] sed eius duntaxat testimonio non creditur, sic spoliatione in modum exceptionis tantum probata restitutionis sententia, minimè ferenda erit.

Tribus casibus priuatus à iudice dicitur spoliatus si non seruauit iuris ordinem, si nulliter pronunciauit, si erat iudex incompetens. hoc dicit.

Spoliatus autem, non solum is intelligitur, qui à priuato quocunque homine rerum quarundam possessionem indebitè priuatus fuit: sed etiam ille, quem iudex ipse * iuris ordine prætermisso [d] beneficio, vel is qui licèt iuris quidem ordinem seruauerit: spoliati tamen, & de facto damnati iudex erat incompetens: [e] si iudex sit competens, circa priuationem tamen nulliter pronunciauit. [f]

Spoliasse & is intelligitur, qui mandauit spoliari, aut spolium suo nomine factum ratum habuit, vel spoliatori successit in vitium. hoc dicit.

a ¶ Ferenda sententia.] Nec enim ad hoc fuit actũ, sed de hoc exemptum, attenditur tamen semper id quod agitur, & secundum modum agendi fertur sententia c. licet Hely. de symon. & c quando de accus. Nec potestas iudicandi extenditur vltra id, quod est libello comprehensum, l. vt fundus, ff comm. diuid. Sed pone, quod ego succubui in exceptione, nunquid possum postea directè agere possessorio? Videtur quod non: quia eandem quæstionem volo refricare, licet alio genere iudicij, quod non licet. l. si quis cum totum, § fin. ff de except. rei iud. contrarium not. in c. cum dilectus de ordin. cogn. vbi de hoc late. Sed an tunc probationes factæ super exceptione, in qua quis succubuit fidẽ faciant in iudicio, in quo quis agit ad faciendam fieri restitutionẽ? Resp. non, nisi aduersarius consentiret de quo in d. c. cum dilectus.

b ¶ Quemadmodum enim.] Sic c. cum dilectus, de ord. cognit.

c ¶ Ordinaria.] Secus in extraordinario: quia testis inhabilis gerens se pro habili ostendit auctoritatem iudicis ratificando, secundum ea, quæ tradit Ab. in c. cum dilectus, de ord. cogn. vbi latissimè ratio tractat. Immo si ob crimen obiectum grauaretur, opin. testis repelleretur is à promotione, secundum quosdam, vt per Ab. in d. c. cum dilectus. Sed contra id, quod testis obiectu criminis repulsus, non sit puniendus videtur esse, c. ecce, 24 q. 3 vbi dicitur, quod vbicumq; crimina claruerint, sunt punienda. Solu. illud est intelligendum, quod clarauerint modo legitimo, vt per accusationem, denunciationem, vel inquisitionem. Item contra capitul. cum super. de confess. Solu. illud ob confessionem, secundum quosdam. Item contra capit. per inquisitionem, de cle. vbi fuit punitus is, contra quem principaliter non agebatur. Sol. ibi fuerat formata inquisitio, etiam contra illum punitum cum fuisset mandatum procedi, tam in capite, quam in membris. Item contra l. 2 § si publico, ff de adult. Solu. vt per Bart. & Legi. in dict. § publico, & per Abb. & Cano. in d. c. cum dilectus.

Spoliatus autem CASVS. Fuit dubitatum inter scholares quis propriè dicatur spoliatus: si quidem priuatus aliquando quis sua possessione ab aliqua persona priuata, & aliquando dicitur mandato iudicis, ita tamen, quod possessio aliquando erat apud ipsum spoliatorem. & aliquandõ transibat ad tertium successorem; pro iudice facit præsumptio capit. cum ad sedem hoc eod. pro priuato verò facit præsumptio cap. fin. de præsumption. iunct. l 2 C. quando liceat ius sibi dicere, & ideo non referi apud quem sit possessio. Sol. tamen, vt in hac parte cauetur, quia iudex, vel non est competens, vel iniustè processit, priuata persona non ratione sed affectione id fecit, & sic his obseruatis non tenent obiecta, nec solutione aliqua indigent. Not. 1 quod iudex, & priuatus in prohibitis æquiparantur, quia mala ab omnibus æqualiter sunt euitanda: Not. 2 quod iudex nulliter agit aliquando ob incompetentia, & aliquando ob ordinem non seruatum: Not. 3 quod idem, & paria sunt aliquid per nos, vel per alios mandato nostro agere, quia semper causæ principali id attribuitur.

* Quem iudex ipse.] Spoliatus à iudice non petit restitutionem prout petit spoliatus à priuato quia præsumitur pro iudice glos. in cap. in præsẽtia 7 q. 1 Felin. in cap. dilectus, *le premier*, de rescript. sed contra hoc est textus in cap. conquerente, de restit. spoliat. & ibi Abbas verbic. vltimò tenemõti vbi dicit quod contra iudicem iniustè spoliãtem potest agi possessorio recuperandæ sicut contra priuatum. pro solutione vid. Abb. ibidem & plenius per Felin. in d. cap. dilectus. SOLIER.

d ¶ Prætermisso.] Secus si processit iudicialiter, & sententia allegetur iniusta, ex iniustitia causæ: quia tunc proculdubio contra iudicẽ possessorium non cõpetit, sed necesse est venire per viam appel. aliàs sent. transiret in rem iudicatã, etiã si esset iniusta, nec vlterius reus audiretur, c. cũ inter, de re iud. l. res iudicata, ff de re iud. & l. ingenuũ, ff de stat. hom. Aduertendũ tamen est, quod aut processit mere extraiudicialiter, & sibi incumbit onus probandi legitimitatẽ causæ, c. conquerente, eod. vnde sumitur, aut præsit iudicialiter, sed allegatur processus nullus, & sic, quod iniustè, & violenter spoliauit, & tunc dicens debet probare, nisi appellauerit: quia pro iudice præsumitur ex quo processit in figura iudicij, & non fuit appellatum faciunt, not. in capit. quoniam contra de probat. & cap. cum in iure, de offic. delegat.

e ¶ Incompetens.) Vt per Doct. in c. conquerente. cod. Specul. in tit. de petitio. & possess. § quoniam Legistæ in l. naturaliter, in § nihil commune ff de acq. possess.

f ¶ Nulliter pronunciauit.] Habetur in cap. conque-

In. Bap.

rente, eo. & in cap. causam matrimonij, vbi per glo. & Doct. de offic. deleg. & c. cum causam, vbi Abb. in quarto not. eod. tit. qui dicit, quod potest condemnatus de facto resistere aduersus executionem sententiæ nullæ, immo ingrediens possessionem virtute sententiæ latæ parte non audita fine causæ cognitione priuatur iure suo, l. meminerint C. vnde vi. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, est enim in lata culpa, qui vtitur sententia nulla, nimirū si tenetur de violentia, § 1 inst. de vi. bon. rapt. Hinc est, quod statutum puniens ingredientem possessionem alterius de facto locum habet contra ingredientem possessionem alterius virtute decreti iudicis inualidi, vt per Bart. & Legistas in l. iustè possidet ff de acqui. possess. vbi in fortioribus terminis ampliatur materia nostra, vt procedat etiam in spoliato vigore sententiæ validæ, & iustæ: nam ingrediens possessionem de facto resistente possessore, & virtute validæ sententiæ, priuatur iure suo, secundum Doct. in d. l. iuste, fac. not. per Bart. *in l. si creditores in 3.* quæst. principali. C. de pigno. Bald. in l. omnino in penult. col. C. ne vxor pro marito, quod secundum eos procedit, etiam si alicui sit data licentia ingrediendi possessionem propria auctoritate, licet in hoc contrarium teneat Fel. in capit. de cætero columna pen. de re iud. Tu pro concordia vide Rip. in l. naturaliter, § nihil commune, col. 10 ff de acquir. possess.

Is quoque [a] spoliasse intelligitur, qui licet ipse non spoliauerit, per alium tamen spoliari mandauerit, aut spolium suo patratum nomine ratum habuerit. [b] Vnde & is restitutioni obligabitur [c] quemadmodum, & ille, qui rem indebitè occupatam [d] scienter [e] recipiendo spoliatori succedit in id vitium. Licèt enim non is spoliauerit: cùm tamen quoad periculum animæ non multùm interfit, [f] vtrum quis iniustè detineat, an alienum inuaserit, contra huiusmodi possessorem [g] spoliato per restitutionis beneficium, non obstante iuris ciuilis [h] rigore succurritur. [i]

Renunciatio facta post spolium non impedit spoliati restitutionem: secus si ante fuerit renunciatum. h. d.

Illud quæsitum est, si post spolium Ecclesiæ renunciasse quis dicatur, an ob huiusmodi renunciationem spoliato sit deneganda restitutio: & cum non sit verè reintegranda 3 q. 1 quia ratio illius, cap. sæpè, est fundata super peccato quod non contingit fieri sine scientia. Sed quid, si ab initio quidem ignorauit vitium, sed ex pacto sciuit, an contra talem possessorem habeat locum talis prouisio? Et non videtur, cum videtur exigi scientia tempore receptionis, vt hic in illis verbis: scienter recipiendo, & in d. cap. sæpè fac. l. in delictis, § si extraneus, ff de noxa l. & l. ex facto, ff de vulg. & pup. & quod not. in c. statutum, de præscr. in 6 super verbo Canonicis, & in ca. decreuit, de hæret. in 6 & in clem. 1. de consang. & affi. Tu dic, satis esse subesse scientiã tempore, quo agitur, pro qua opin. fac. ratio text. quæ vult obuiari peccato, tum quod sic subuenitur spoliato expresso: & sic sumus in materia fauorabili, & extendenda cum hic nó agatur de aliqua pœna imponenda spoliatori, vt latius disseritur per Ab. in d. c. sæpe.

a ¶ Is quoque.] De hoc in cap. cum ad sedem, eod. & l. 1 § quoties ff de vi, & vi arma.

b ¶ Ratum habuerit.] Nota quod ad hoc, vt qui non spoliauit nec spoliari mandauit teneatur interdicto vnde vi, tria concurrere debent. Primò, Quod spolium sit suo nomine factum. Secundò, quod illud ratum habeat. Tertiò, quod illud habeat ratum tanquam factum suo nomine, vt per Accur. in l. 1 § sed & cum quis, ff de vi, & vi arma. Rip. in l. naturaliter, § nihil commune col. 8 ff de acquir. poss.

c ¶ Obligabitur.] Immo & contra possessorem, qui nec verè nec fictè spoliauit potest implorari officium iudicis, not. in c. post electionem, de conces. præb. contra quem datur, & remedium d. c. sæpè, vt statim subditur.

d ¶ Occupatam.] Siue sit res clericorum, siue laicorū, & in hoc remedium, cap. sæpè de restit. spol. vnde hic sumitur est generalius, quam remedium canonis reintegranda, 3 q. 1 vt per Abb. in d. cap. sæpè, in ca. cum sedem eo. & habetur per Senen. in l. rem quæ nobis, ff de acquir. possess.

e ¶ Scienter.] Concor. cap. quia V. de iu. aliàs ignorantes, non haberet locum prouisio, cap. sæpè eod. sed cap. di personale, in rem tamen scriptum sequitur successorem singularem, & hoc accidit ratione peccati quo quis se inuoluit recipiendo rem vitiosam scienter, vt subueniatur oppresso, & habet locum hoc non solum, si immediatè venerit in manus possessoris ab ipso spoliatore: sed etiam, si per multorum manus prius ambulauerit, vt per Abb. in c. sæpe eo.

f ¶ Non multum interfit.] Hinc reperiens rem alterius, & non restituens, tenetur furti, veluti si ab alio subtraxisset l. falsus § qui alienum, ff de furt. 14 q. 5. cap. si quid inueniſti not. in cap. quia frustra, de vsu. fac. quod not. in cap. sæpe eo. in fin.

g ¶ Possessorem.] Not. casum, in quo ius agendi personale, in rem tamen scriptum sequitur successorem singularem, & hoc accidit ratione peccati quo quis se inuoluit recipiendo rem vitiosam scienter, vt subueniatur oppresso, & habet locum hoc non solum, si immediatè venerit in manus possessoris ab ipso spoliatore: sed etiam, si per multorum manus prius ambulauerit, vt per Abb. in c. sæpe eo.

h ¶ Iuris ciuilis.] l. cum à te, ff de vi & vi arma, & ita secundum Canones rigor iuris ciuilis non est seruandus, fac. cap. 1 de dol. & contuma. & cap. dilecti, de iud. & l. penul. C. ad Treb. dist. 49 cap. hinc etenim, & not. in cap. sæpe eod.

i ¶ Succurritur.] Remedio conditionis ex cap. sæpe, eod. vt latè ibi per Abb. deducitur, vbi defendit illius capituli prouisionem à superfluitate demonstrans, quæ sit differentia inter d. cap. & l. si coloni, C. de agri, & cens. lib. 11.

Illud quæsitum est. Licet hæc pars plures habeat particulas, in communi tamen ita potest in ea CAsvs figurari. Quidam beneficiatus volebat possessionem sui beneficij recuperare, sed pars aduersa plures, & diuersas excogitauit exceptiones, ac remedia ad se defendendum, sciens enim sibi licitum esse plura opponere, § pen. supra de except. propterea contra eum opposuit renunciationem ab eo factam, item aliud spolium, item rescriptum à principe concessum: item titulum non legitimum, item præsumptionem iuris, item crimen

Io. Lop.

crimen hæresis, & simil. qua de re fuit quæsitum, an nihilominus esset restitutio ista facienda, & cum restitutio sit inducta in odium, & pœnam spoliantis, vt supra suo loco est deductum non videtur differenda, eoque minus quo si secus daretur cum occasio spoliandi, & rem inuasam indebite retinendi: quod non est dicendum cæterum Sol. prout in tota hac parte habetur, quia ob qualitatem facti contingentis, vel non adest vitium spolij, vel est purgatum, vel regula ista restitution. est limitanda, & sic obiecta aliquando non tantum nō obstant, imò omninò concludunt. Not. primò renunciationem debere esse omninò liberam, alioquin nihil operatur Nota. 2 quod priuatio præsumit habitum, & ideo qui nūquam vel nulliter fuit in possession. non est restituendus: Not. 3 restitutionem non esse faciendam quando timetur de salute animæ, vel aliquod scandalum timeri posset, quia minus bonum habet rationem mali, ca. 1 d. 13

a ¶ Verisimile.] Ex his verbis, & ex hac ratione Ab. in capite 2 eod. vnde sumitur putat hanc materiam restringendam, vt non habeat locum quoties renunciatio fuisset facta etiam post spolium, in manibus tamen superioris, tum quia illa præsumitur spontanea, arg. l. non est verisimile, ff quod met. caus. & eorum quæ not. in l. transactionem. C. de transact. tum quia ex quo constat. illum non habere ius in proprietate non debet sibi restitui beneficium Quando autem renunciatio beneficij fit in manibus non superioris, non perditur ius, quod renuncians habet in beneficio, immo non tenet talis renunciatio, iuxta not. in cap. quod in dubijs, de renunt. nec superior in odium renunciantis posset talem renunciationem ratam habere, vt latè deducit Ab. in d. capitul. secundo

b ¶ Renunciatione.] Quid si ante spolium spoliatori feciſſet pactum de non agendo iudicio possessorio Respond. pactum nihil proficit, quasi det derelinquendi materiam, l. si vnus, § illud, ff de pact. dotal. secus si post, secundum Ab. post alios in ca. 2 eo.

c ¶ Restitutus.] Sed contra hoc opponitur ex mente Innoc. in c. super hoc, de renunciat. & Doct. in c. 2 eod. Quia videtur, quod renunciando post spoliationē purgetur vitium spolij. Simile in l. 2 C. quod met. caus. & in l. ob turpem, ff de cond. ob turp. caus. Vbi promittens obmetum, vel turpem causam sponte soluens videtur purgasse vitium precedens. Sol. in contrarijs solutio subsequens est exequtio actus præcedentis nec ad aliud posset ordinari solutio nisi ad solutionis promissionem præcedentem ideo sponte soluendò, cum non teneatur, videtur liberè docere, & purgare vitium præcedens, arg. lib. cuius per errorem, ff de reiur. Sed renunciatio sequens post spolium non ordinatur ad actū præcedētem, vt exequutio illius, cum ad multa alia possit fieri spoliatio, quam propter renunciationem præcedentem. Item per renunciationem sic factam non accrescit ius spoliatori Bart. in l. naturaliter § nihil commune, ff de acqui. poss. & per Ab. in c. 3 eod.

d ¶ Quod si ante, & c.] Facit c. accepta. eo. vnde sumitur Sed quæ est diuersitatis ratio, inter hunc, & superiorem vsum? Respondeo exceptio renunciationis factę ante spoliationem concludit ad possessionem, renunciando enim dum quis exiſtit in possessione habet rem ex toto pro derelicta, & perdit proprietatem, & possessionem l. si quis vi § differentia, ff de acquir. possess. vnde est exceptio admittitur tāquam concernens proprietatem, & possessionem: secus si renunciatio fiat postea: quia concernit proprietatem tātum, non possessionem, quam quis non potest renunciare, cum non habeat, vt Ab. in c. 2 eo.

e ¶ Abiurasse.] Id est renunciasse, & idem secundum Lapum, si quis constituisset ante spolium procuratoré ad renunciandum, & ante renunciationé fuisset factum spolium, vt per Ab in c. 2 eod.

simile [a] quod spontè proprio iuri renunciauerit, qui renunciat spoliatus, huiusmodi non obstante renunciatione, [b] restituendus erit.

Testes super spontanea renunciatione non sunt recipiendi ante restitutionem. h. d.

Testes etiam partis alterius de iuramento, & renunciatione spontè facta non ante admittendi erunt, quam spoliatus plenariè fuerit restitutus. [c] Quod si ante [d] spolium ecclesiam spontè abiurasse [e] * reperiatur, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

Ponit aliquos casus exceptos ab illa regula: Spoliatus ante omnia est restituendus. h. d.

Sunt alii casus, [f] quibus iure denegabitur spoliatis restitutio: vt puta, cum agenti per modum exceptionis de alia spoliatione opponitur [g]: aut tam super proprietate, quam super spolio eodem tempore disceptari spoliatus ipse consenserit [h]: aut ante restitutionis postulationem petitoria actione iu-

* Abiurasse) Intellige de abiuratione seu renuntiatione simplici secus est de conditionali quam in fauorem vocant nam ista non obstanti potest renuncians agere spolio quia incumbit possessiori vsque ad aduentum resignatarij, Flam. de Resignat li. 13 q. 5 n. 156. SOLIER.

f ¶ Alij casus.] De quibus latissimè per Legist. in l. naturaliter, § nihil commune, ff de acquir. poss. & ponit gl. summæ 3 q. 1.

g ¶ Opponitur.] cap. fin. de ord. congn.

h ¶ Consenserit.] c. 1 eo. Vnde cautela est, vt spoliatus protestetur, quod non cōsentit quod spolians probet de suo dominio, vt per Vero cautela 82 Sed an iudex possit impedire tunc consensum. Resp. secundum Ab. in c. 1 non debet impedire, nisi ob periculum animę & timorem peccati Sed quid si spoliatus non consentit, expresse tamen non replicauerit contra exceptionem proprietatis, an tunc censeatur tacitè consentire, & talis consensus valeat? Resp. Bart. in l. si quis ad secundum C. ad legem Iul. de vi. publ. tenet sufficere: quia ita se habet replicatio ad exceptionem, secus se habet exceptio ad actionem l. secunda ff de excep. Sicut ergo actio non excluditur, nisi exceptio, proponatur, ita non debet excludi exceptio, nisi proponatur replicatio Simile est, quod licèt cōtra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis, vt not. in authen. sed iam necesse. C. de don. ante nup. & in ca. is qui fidem de spons. Si tamen parte tacente fuerit probatio admissa, illi standum erit, vt per Innoc. in ca. fraternitatis, de frig. &

malesi. & in c. cum Bertholdus, de re iud. Sic etiam licet ad impediendam executionem trium conformium non possit nullitatis exceptio opponi, si tamen fuerit oppositâ parte tacere impeditur executio, dic vt per Rip. in l. naturaliter, § nihil cõmune, ff de acquir. pos.

a ¶ Succubuerit.] De hoc latissimè per legi. in l. naturaliter, § nihil cõmune, ff de acquir. possess.

b ¶ Item si &c.] In quo spoliatus non restituitur ante omnia, concor. ca. consultationibus, de offic. deleg. vnde sumitur.

c ¶ Per contumaciam.] Quid si per contumaciã ab esset? Respon. idem si non esset adhuc lis contestata, vt not. in ca. consultationibus, in prin. & fine de off. deleg. licèt ad illlum text. vnde hic sumitur dicit multi intelect. vt ibi per Ab. in fi.

d ¶ et deiectionem.] Not. quod duo probare tenetur, qui petit restitui sese possedisse, & se spoliatum fuisse c. consult. de offic. deleg. & c. olim. eod. & in c. causam quæ, qui fil. sint. legiti.

e ¶ Restituendus nõ erit.] Not. ergo, quòd licèt iudici non possit liquere de causa, infra tempus sibi præfixũ per delegantem, non tamen propter hoc debet omittere solemnitates iure substantiales. Sed contra videtur, l. ignorare C. de restit. milit. & ff de priuil. credi. l. fin. & l. Fulcinius § si fundum, ff quibus ex caus. in posse. ead. vbi absens etiam ex iuxta causa, si non defendatur patitur missione in possessionem Sol. aliud est in possessionem mitti aliud possessionem restituere. Missus enim in possessionem non efficitur possessor, sed custos, supra de dolo & cont. § 1 & l. is cui, ff vt lega. no. cane. Vnde cum sit modici præiudicij, non mirum: si fiat etiam contra absentem ex iusta causa: sed restitutus verè possideret, & consequeretur mul. a possessionis commoda, de quibus per Ab. in cap. consultationibus, de offic deleg. & in § commodum instit. de interdict. Sed ad hoc contra: nam iussus possidere ex secundo decreto efficitur verus possessor. l. cum proponas. C. de bon. auct. iud. possi. & in d. § 1 sup. de dolo & contum. & c. quoniam frequenter, in fin. vt lit. non conte. Et tamen tale decretum inter ponitur contra absentem & lite non contestata iuribus supra alleg. vnde multo magis idem videbatur dicendum de restitutione possessionis, cum hic concurrat fauor spoliati. Sol. in causa restitutionis requiritur sententia definitiua: quia principaliter quæritur de spoliatione & regula iuris est, quod lite non contestata, non debet procedi ad sententiam definitiuam, vt in tit. vt lit. non conte. per tot. Sed cum interponitur secundum decretum non fertur sententia diffinitiua, vnde non pronunciantur pricipaliter super debito, sed in odium contumacis iudex per interlocutoriam suam dat possessionem, vel bona insolutũ quod fit: per interlocutoriam Inno. in ca. dilecto, de verb. sign. Ioan. And. & Ab. in d. cap. consultationibus. Vnde si iudex videret se deceptũ, quia causa, propter quam fuit secundum decretũ interpositum non fuit vera, ipsemet iudex potest decretum reuocare quod non posset si sententia esset definitiua, vt per Canon. in cap. literis de offic. deleg. & per Legistas in l. quod iussit ff. de re iudi. Quid ergo faciet iste spoliatus? Respondeo faciet ad domum absentis legitimè denunciari & si non sit qui cum defendat mittetur in possessionem causa rei seruandæ, reo postea veniente, & iusta probata causa absẽtiæ restituetur in integrum, vel ad appellandum: nec enim hæc missio prohibetur in d. ca. consultationibus, vt ibi not.

f ¶ Cognitum.] Et hæc exceptio, cum opponi possit non minus ad possessorium, quam ad petitorium consueuit à Doct. appellari anomala, vt per Ab. in capit. ex parte col. fin. eod. fac. ad hoc notat. per Bald. in tit. de pace Constantiæ in vers. restituitur, & in l. 1 C. si de mo. poss. & in l. 2 C. de edicto di. Hadr. tolled.

g ¶ Spiritualia possidere.] capite causam de prescrip.

h ¶ Restitutio.] Ex hoc fuerunt communiter Docto. quod exceptio specialis reseruationis beneficij impedit restitutionem, etiam quod spoliatus iustificare possit possessionem titulo colorato: quia reseruatio Apostolica inficit titulum, & possessionem, cap. si eo tempore de elect. in 6 & ita tenet Rota Rom. decis. 16 in nouis sequitur Lap. alleg. 24 & Ab. in c. in literis nu. 28 Et licet hanc decisionem impugnet Aret. eam tamen bene defendit Rip. in l. naturaliter. § nihil commune ff de acq. poss. numero 82 & contra Aret. est commun. opin.

dicium expertus succubuerit. a

Probatio spolij absentia spoliatoris, & lapsus temporis non operantur restitutionem, si spoliator non absit per contumaciam, vel dolum. hoc dicit.

Item si b spoliatore non per contumaciam, c vel per dolum absente, ab Apostolica sede ad iudices spoliatus literas obtineuit: vt si eum spoliatum iudicibus constiterit, intra certum temporis spatium restituatur, si reus intra præfixum terminum sese iudici exhibere non possit, quamquam temporis lapsus immineat & actor sit suam possessionem & deiectionem d probare paratus, nihilominus restituendus non erit. e

Si contra agentem spolio opponatur electio: per quam concludatur actorem non possedisse, spoliatus ante omnia non restituetur. h. d.

Sed etsi talis opponatur exceptio, quæ agentem minimè possedisse concludat, tamdiu sustinenda erit restitutio, donec super tali exceptionem cognitum f fuerit. Vt ecce, nec laici spiritualia posside re, g nec sacerdotes vxores habere possunt. Vnde si vel illi se beneficijs spoliatos, vel hi ab vxoribus se destitutos coram iudice conquerantur & ab aduersarijs de sæcularitate, vel de sacerdotio agentibus opponatur, proculdubio differenda erit restitutio. h

Cùm pro spoliatore militat iuris præsumtio, spoliatus non est ante omnia restituendus. h. d.

Quinimmò, & cum sola iuris præsumptio pro spoliatore contra spoliatum militat, [a] impedienda erit restitutio: ex quo apparet eum, qui (exempli gratia) restitui postulat, [b] ad decimas, quas intra alienæ Parrochiæ limites possedisse asserit, nequaquam restituendum esse, nisi euidenter [c] docuerit, quòd earum possessionem legitimè assequutus fuerit, [d] quia eas occupasse iniustè verisimiliter præsumitur, cùm ex prædiis perueniant intra alienam Parrochiam constitutis, manifestúmque sit eas iure communi ad eandem Ecclesiam pertinere, [e] nisi aliud ostensum fuerit. [f]

Hæreticus non restituitur ante omnia. Idem si in restitutione timetur de periculo animæ, vel scandalo: quia differtur restitutio. h. d.

Plures præterea sunt casus, [g] quibus spoliatus illico non restituitur: veluti cùm hæresis labe pollutus * deprehẽditur, [h] vel facta restitutione, animæ periculum immineret [i] vel scandalum [k] timeri possit. Et alij, qui non minus sæcularibus, quam Pontificiis legibus continentur.

Spoliatus potest suspenso petitorio ante conclusionem in causa intentare possessorium: secus si sit concluſum, nisi tamen aliter iudici videatur. h. d.

a ¶ Militat.] Facit cap. fi. eod. in 6 & intellige hoc, quando hæc iuris præsumptio non solum ostendi iniustitiam possessionis ex parte spoliati, sed etiam iustificat possessionem spoliatoris, & ita procedit exemplum hic positum, & d. c. fi. Secundò intellige, nisi præsumptio iuris quæ est contra spoliatum elidatur contrarijs præsumptionibus, vt per Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. pos. & propriè, Tertiò, intellige in spolio facto ante litẽ motam: secus in spoliato lite pendente agente remedio attentatorum, c. si constiterit, vbi Aret. de Accusat. Franc. in cap. bonæ. Rip. in l. naturaliter, § nihil cõmune, ff de acq. possess. Quod tamen non procedit in beneficialibus, in quibus iuris præsumptio impedit restitutionem, etiam per viam attentatorum petitam, vt per Gemin. in d. ca. fi. & per Rot. decis. 440. & per Rip. vbi supra.

b ¶ Postulat.] Et per hoc verbum apparet, quod illud, quod hic dicitur, habet locum in spoliato agente, non autem in reo se defendere: quia licèt ius cõmune faciat contra eũ, potest tamen se defendere ex legitima præscriptione, & aliis legitimis defensionibus, vt per Francum post alios in d. c. fin. in 4 not.

c ¶ Euidenter.] Quod dicitur fieri, etiam si aliæ efficaciores præsumptiones sint in contrarium, vt supra in prima notu. huius § fac. l. si quis locuples ff de manumiss. testam. & l. prætor ait, § prætor ait, & quod ibi not. ff de dam. infect. iuramentum autem partis non faceret rem euidentẽ Ab. in c. ex ratione in 4 q. in fi. de app.

d ¶ Assequutus fuerit.] Exceptio ergo notoria ex defectu proprietatis obstat agenti possessorio recuperandæ, licèt regulariter exceptio domini j non obstet, cum etiam prædo sit restituendus ad suam possessionem, cap. in literis, eod. de quo dic latè, vt per Perusi. in cap. fin. eod. in 6 ante finem.

e ¶ Pertinere.] 17. q. 7 c. omnes basilicæ, cap. cum olim, de præsumpt. cap. dudum, de decim.

f ¶ Ostensum fuerit.] Regulariter ergo quando ius commune facit contra actorem pro reo, debet iustificari possessio, vt hic, & c. fin. eodem in 6. quam regulam limita notabiliter, 5 modis, vt per Perus. in dict. capite fin.

g ¶ Sunt casus.] De quibus latissimè per Legist. præcipuè Modern. in l. naturaliter, § nihil commune, ff de acquiren. possess.

* Hæresis labe pollutus.] Fallit in Gallia vbi hæretici Caluiniani eodem iure gaudent ex indulgentia Principis quo cæteri Regni colæ, & sic spoliati veniunt ante omnia restituendi. SOLIER.

h ¶ Deprehenditur.] Cap. quo iure dist. 8 & 13 qu. 1 ratio est: quia exceptio hæresis concludit etiam in possessorio: quia hæreticus nihil potest possidere, cap. 1 & 223 quæst. 7 ergo obstat agenti interdicto recuperandæ, vt sup. eod. § sed etsi talis, & ostende, quod hic dicitur, vt procedat non solum in crimine hæresis: verùm etiam in omni crimine, quod induceret beneficij priuationem ipso iure, vt per Abbat. in cap. item cum quis eo. vbi etiam habes quid iuris sit in profanis.

i ¶ Immineret.] Vt puta, quia spoliatus est quis vxore, quæ excipit de consanguinitate in gradu prohibito, adeo quod facta restitutione potest timeri de coniunctione illicita, & incestuosa, cap. literas, eodem iunctis not. per gloss. in cap. 1 eodem, quod procedit omnino, quando super tali coniunctione non posset Papa dispensare, vt per Rip. in l. naturaliter, § nihil commune, ff de acquir. possess.

k ¶ Scandalum.] Maximè graue, & de hoc per Ant. de But. in cap. ex parte eod. & not. in cap. in primis. 2 quæst. 1 & in summa 3 quæstione prima, & in capite ad petionem, de accus. & per Felyn. in cap. nihil, de præscrip.

Postremò. CASVS. Quidam Dominus spoliatus fuit possessione cuiusdam domus, & cum voluisset eam recuperare inaduertenter incepit agitare iudicio petitorio, dicens eam esse sibi restituendam, quia est Dominus, & cum in progressu iudicij dubitasset de exitu eius ob defectum probationum, pœnitentia ductus voluit ab isto iudicio recedere, & possessorium accipere ob priuilegium spolians concessum, fuit dubitatum an posset, quia dominium trahit ad se possessionem capite cum dilectus de causa possession. confirmatur, siquidem vna via electa non videtur conueniens postea re- *Io. Bap.*

linquere per reg. quod semel placuit de reg. iur. in 6. Cæterum Sol. prout hic cauetur, quia in odium spoliatoris hoc statutum fuit, qua ratione suadente, nec etiam obiectio aliquid concludit. Not. primo, aliud priuilegium restitutionis spoliatorum vltra quæ sup. habentur hoc eod. tit. nostro. Not. secundo, quod iudicium possessorium est commodius iudicio petitorio, & ideo in certis casibus, & certo modo licet transire à petitorio ad possessorium.

a ¶ Postremo.] Sumitur hic § ex capite § pastoralis de caus. poss. & prop. & ex clemen. vni. eodem tit. vbi per Doct. diffusè tractatur materia cumulationum petitorij & possessorij, quam Legistæ ponunt in l. naturaliter § nihil commune ff de acquir. poss. quæ quoniam diffusior est, quam vt breuibus notulis possit cõprehendi, ton tangetur hic, sed sufficiet remissio ad prædicta loca.

b ¶ Ingressus fuerit.] Immò etiam si sumus in causa appellationis, vt in clem. vni. de caus. poss. & propr.

c ¶ Concluſum.] Fac. authent. de testibus, § quia verò multi & cap. cum dilectus de fide instrum. Et exponunt aliqui, qui tenent, quod renunciare, & concludere sint idem, vel pro, id est, vt in cap. pastoralis de caus. possess. & propr. Sed tu dic secundum Innocen. Ioan. And. & Abb. quod hæc differunt: nam dicitur quis renunciare cum renunciat probationibus facti, quam allegationibus iuris, de quo tamen videndus est Feli. in cap. cum dilectus de probat. & per Dec. in c. 1 de iud. Iaſ. in l. admonendi, ff de iureiur. & dicit Abb. in c. pastoralis de caus. poss. & propr. quod renunciatio dicitur, quando fit à parte, concluſio quando fit à iudice, potest enim iudex sufficientibus dilationibus inuitis partibus concludere in causa, vt not. in clement. sæpè de verb. signi. Sed ad impediendum hoc possessorium sufficit alterum tantum? Respondeo non, secundum Abb. in cap. pastoralis de caus. poss. & propr.

d ¶ Causâ non decisa.] Si ergo aliquis succubuit in iudicio proprietatis, adhuc post sententiam potest redire ad possessorium, sicut è conuerso, arg. cap. quærelam de electio. quia alius est modus agendi. & aliud petitur quam prius, l. cum quæritur, cum l. sequent. ff de except. rei iudi. Argument. contra in cap. cum dilectus, de caus. possess. & propriet. Sol. vt not. in cap. pastoralis, eod. tit. super verbo, causa.

c ¶ Subtracta fuerit.) Si non potuit probare dominiũ, vt hic dicit, Quid procedit redire ad possessorium cum videatur condemnandus: quia sententia super proprietate tradit ad se sententiam super possessione cap. cum dilectus de causa possess. & propriet. Resp. potest valere quo ad fructus quos recuperat à tempore deiectionis. Item quia ex quo habuit possessionem, habebit commodum retentionis, nisi aduersarius proprietatem probauerit. l. res alienas. C. de rei vendi. & quia si spoliator rem petat, potest ei obijci quod amisit ius, si quod habebat, per l. si quis in tantam. C. vnde vi.

Postremò [a] sciendum est, in spoliantis odium constitutum esse, si spoliatus proprietatis litem ingressus fuerit, [b] nullam de illata sibi violentia mentionem faciens, antequam renunciatum sit, aut concluſum [c] in proprietatis iudicio, vt idem debeat super possessorio (etiam petitorio suspenso) audiri, quòd si renunciatum fuerit, vel concluſum, vt iam possit causa proprietatis sententia terminari, ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri, causâ non decisa [d] possessorio non erit vtendum, nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire: putà cum ex perspicuis indicijs iniquitas inuasoris facilè arguitur, & spoliato, casu siue dolo spoliatoris, dominium probandi facultas subtracta fuerit. [e]

DE LITIS CONTESTATIONE.

TIT. XI.

Litis conteſtatio est fundamentum iudicij, quo deficiente fruſtra superædificabitur. hoc dicit.

HActenus ea complexi fuimus, quæ plerumque [f] ante causari discussionem tamen quod verum fundamentum iudicij est litis conteſtatio, & ideo: quæ præcedunt, potius præparatoria, quam partes iudicij dicuntur.

Est autem. CASVS. Non figuratur. Notat. 1. quod per præsentem textum confirmatur, quod obseruaui supra in prin. Not. secundò, iudicium ideo dicitur incipere à conteſtatione litis, quia tunc causa in eo proposita cognoscitur, & non antea, hinc sol. quæst. à quo actu iudicium incipere debeat.

f ¶ Plerumque.] Ideo plerumque: quia non semper ante discussionem causæ contingit, locum esse pœnis statutis contra contumaces, de quibus dixi supra de dolo, & contum. nec semper proponuntur exceptiones, nec semper mutuæ petitiones fiunt ante litem conteſtatam, vt not. supra de mut. pet. in prin. nec semper spoliati ante litem conteſtatam restituuntur, supra tit. prox. § fin. fac. d. per Spec. in tit. de lit. conteſt.

DE LITIS CONteſtatione.

COntinuatur titul. iſte prout legimus in princip. eius vel dicas secũdo, quod ex supra dictis præsumendum est reum conuentũ non habere exceptionẽ vel reconuentionem, & ideo actor debet procedere ad vlteriora in iudicio proposito, sed cum hoc fieri nequeat nisi præcedat litis conteſtatio, propterea post tit. præced. proponitur iſte, qui diuiditur in quinque partes: in quarum prima habetur cõtinuatio: in secũda quid sit, & quomodo fiat litis conteſtatio: in tertia à quo fiat: in quarta, quando fiat: in quinta qualis sit eius effectus: secunda ibi, est autem: tertia ibi, fit autem: quarta ibi, nec solum: quinta ibi, igitur. Io. Fa.

HActenus. CASVS. Non figuratur: Not. Io. Fa.

partes [a] habentur, quàm iudiciorum præparatoria, [b] perueniamus nunc ad ea, quibus ipſum iudicium conſtituitur. Eſt autem iudiciorum quaſi fundamentum [c] quoddam litis conteſtatio: * nam ſi illa à partibus prætermiſſa fuerit, proculdubio omnia, quæ ſequuta fuerint, corruent, ſeque ipſos litigatores inanibus laboribus, & ſumptibus vexabunt, [d] vnde nec teſtes recipi, nec ad ſententiam per iudicem procedi poterit. [e]

Lis quomodo conteſtetur. hoc dicit.

Ea verò fit [f] per petitionem in iure [g] propoſitam, & congruam reſponſionem [h] ſequutam, animo [i] conteſtandi litem

a ¶ Iudicij partes.] Facit not. in l. iudicium, ff de iud. & l. amplius, ff rem. rat. hab. & c. ex parte 2 de verb. ſignifi. Sed quo ad hoc, vt confeſſio, vel quid aliud dicatur factum in iudicio, ſeu in iure, ſatis eſt, quod iudex iuriſdicendi, vel reddenda gratia ſedeat, licet lis non ſit conteſtata, Abb. poſt alios in rub. de iud. verſ. ex quo etiam in foro, & in capit. ſuper qq. in prin. in gloſſ. in verbo, exordium.

b ¶ Præparatoria.] De quibus dic, vt habetur per Legiſtas in rub. C. de edend. & per Canon. in rubr. de iud. & per Spec. in rubr. de præparatoriis iudiciorum.

c ¶ Fundamentum.] Immò fundamentum eſt citatio, vt ſupra de in ius vocan. § 1. Dic quod citatio eſt fundamentum iudicij, in quàtum eſt primum principium, & ſine ea iudiciũ non valet, ſed reuera ante litis conteſtationẽ non ſumus certi, an illi actus ſint portio iudicij, cum poſſit eſſe, quod partes non contendant, diuerſis ergo reſpectib. hoc verbum, fundamentum iudicij poteſt prædicari de vtraque, videlicet tam de citatione, quàm litis conteſtatione, & fac. pro hac litera cap. ex part. 2 de verb. ſignif. & cap. relatum, de offic. deleg. & § omnem, authent. de litig. & quod ante litis conteſtationem iudicis officium non imploratur, cap. ſignificante, de appell. & fac. not. in d. cap. ex parte.

* Litis conteſtatio.] Litis conteſtatio eſt cum iudex per narrationem negotij cauſam audire cœperit, leg. vnic. Cod. de litis conteſtat. & poſt viginti dies ab editione libelli lis conteſtanda eſt, non prius, auth. offeratur, Cod. eod. nec vltra duos menſes conteſtatio producenda, Auth. libellum eod. tit. Apud nos lis pro conteſtata habetur, vt primum Iudex de cauſa cognouerit, & conteſtatio huiuſmodi vltra triduum non protenditur à notificatione exceptionum actori per reum facta, ſeu facienda computandum, vt nouella ordinatione Regia cauetur, tit. 14 art. 1 & art. 13. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius § cognitione duo videnda ſunt primo, quis ſit litis conteſtatio, ſecundum an ſit de ſubſtantia iudicij.

Quoad primum litis conteſtatio eſt principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eadem ſubſequuta reſponſio c. 1 de litis conteſt. c. dudum 2 de elect. & ſecundum Marant. in ſpeculo par. 1 membro 10 n. 2 litis conteſta. eſt negotij hinc inde narratio apud iudicem.

Quoad ſecundum lapidem angularem iudicijque initium, & fundamentum vocant omnes litis conteſtationem, & eſt de iudicij ſubſtantialibus, ita vt illius omiſſio vitiet proceſſum, & ſit nullus Vant. de nullit. ex defectu proceſſ. n. 28 Surd. conſ. 134 vol. 1 Myſing. obſeruat. 1 & adeo eſt de ſubſtantia, vt illi per partes renunciari non poſſe voluit gloſſ. in ca. de cauſis de litis conteſtat. Cap. Thol. in dec. 353 & hæc procedit, tam in ciuil. quam in criminal. Franc. Marc. in dec. 918. part. 1

In nonnullis tamen caſibus hæc litis conteſt. non requiritur primò, quando petitur declarari incidiſſe in Canonem excom. latæ ſent. ob violentam manuum iniectionem, in clericum iuxta tex. in ca. ſi quis ſuadente 17 qu. 4 vt placuit Rotæ in Nouis in decis. 54 incip. ſi petatur. Egid. Bellamer. in deciſ. 361 incip. in declaratione.

Secundò non requiritur in cauſa, vbi proponitur nullitas conſtãs ex actis litis conteſtationẽ requiritur, vt optimè concludit Rota in Nouiſ. in deciſ. 340. incip. fuit dubitatũ Panorm. in c. per tuas, vbi Dec. nu. 5 Aldobrãd. in conſ. 69 num. 7 vol. 1.

Tertiò, in liquidatione publici inſtrumenti facienda litis conteſtatio non requiritur, cum ordo iudiciarius non exigatur Couar. de exequut. inſtrum. q. 14 nu. 32 Corn. in conſ. 156 vol. 1.

Quartò, in cauſa hæreſis litis conteſtat. non exigi arg. capit. fin. de Hæretic. in 6 Carrer. in tract. de hæretic. n. 111 Simanch. inſtitut. Catholic. 64 num. 23.

Quintò, non requiritur lis conteſtatio in cauſa depoſiti Panorm. in ca. quia propter de elect. Viu. in deciſ. 191 num. 6.

Sextò, non requiritur litis conteſtatio in cauſa exequutionis ſententiæ Bartol. in l. intra de re iudicat. Affl. in deciſ. 346 num. 2 & 5 per totum.

Septimò, in cauſa matrimoniali Clement. diſpendioſam de iudic. Rota in Nouis in deciſ. 402.

Octauò, in cauſis, in quibus pœna ipſo iure infligitur non eſt neceſſaria Bartol. in l. ex iudiciorum, n. 2 Afflict. in cap. 1 § porro num. 3 ex quibus cauſ. feud. amitt. ques refert, & ſequitur Menoch. in conſ. 69. num. 161 vol. 1 Cappell. Tholoſ. in deciſ. 34.

d ¶ Vexabunt.] Simile in l. 1 ff de inoffic. teſtament. & de hoc pe. Hoſtienſ. tit. de lit. conteſt. § quid ſit litis conteſtatio.

e ¶ Procedi poterit.] Vt lite non conteſtat. per tot.

f ¶ Ea verò fit, &c.] Verba hæc, quibus videtur litis conteſtatio definiri, vel deſcribi ſumuntur ex cap. primo eodem, & ex capitul. dudum de elect. 2 & ex l. 1 C. eod. fac. cap. prout de dolo. & cont. & capite cum cauſam, de iura. calu. & per Specul. eod. titul. § 1 & per Hoſtienſ. in ſumm. eod.

g ¶ In iure.] De ſignificatione huius verbi, habes in l. ius pluribus, ff de iuſt. & iur. & expone hic in iure, id eſt, in iudicio, & iudice ſedente pro tribunali, vt per Abb. in capite primo, eodem in vltimo not. & ſuper prima gloſſ. vide tamen de hoc Abb. in capit. cum cauſam de appell. in princ.

h ¶ Congruam reſponſionem.] Hoc verbum, congruam non eſt in capite primo, eodem in capit. dudum 2 de elect. vnde hic ſumitur, ſed viſum fuit congruum, & valdè opportunum inſerere ex mente Hoſtienſ. in ſumm. eodem, § primo, quia deſeruit ad tollenda plura contraria, de quibus in locis præalleg.

i ¶ Animo, &c.] Non tamen eſt neceſſarium quod

reus dicat respondeo ad libellum, animo contestandi litem: nam in dubio talis animus debet præsumi, ex quo respondetur ad libellum, nisi protestatio fiat in contrarium, vt per Innocent. in capitul. cum M. de const. & Ioan. And. & Ab. in capitul. dudum 2 de elect. verficul. nota qualiter, & in capitul. vnic. eod. licèt tamen talis expressio non requiratur, talis tamen animus requiritur, ideò sunt hic hæc verba adiecta ex intentione. Hostiens. id summ. eodem, § 1 & licet non ponantur in iuribus: vnde sumitur hæc litera, visa tamen fuerunt inferenda ad tollendam omnem ambiguitatem. Et, quia si quis proponat factum coram iudice non ea mente vt litem contestetur, vel respondeat saluo iure suo, vel sine præiudicio, non erit propterea litis contestatio, cum hoc fiat non ad iudicis interrogationem, sed motu proprio, vt not. in capitul. vnic. eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Quomodo contestetur habes hic vnde animaduertas, quod communis practic. contestand. litem est, vt reus, dicat, posita prout ponuntur narrata, prout narrantur vera non esse saluis iuribus, & defensionibus suis suo loco, & tempore producendis. Inducitur etiam litis contestatio non solum negando, sed etiam per verbum dubitatiuum credulitatis, puta si reus dicit non credo narrata vera esse secundum Bal. in l. si debitor. ff de petion. hæred. pro hoc est glos. in capitul. cum ad finem in vers. credere de restit. spoliat. & Bal. in l. 3 C. qui ad liber. proclamar. sit etiam litis contestatio per verbum ignoro, & ita communiter seruatur quando fit litis contestatio per procuratorem, vel hæredes, & alios qui iustam prætendunt ignorantiam in facto alieno l. quamquam ff ad Velleia. & Bart. in l. qui alterius, ff de regul. iuris, & hæc litis contestatio non potest fieri absente actore, quia litis contestatio dicitur quasi simul. testatio, & ideò ambæ partes debent esse præsentes in iudicio, vt hic Bald. declarat.

a ¶ Cum iudex.] Vel etiam arbiter, l. 1 ff de arbit. vt not. in l. 1 C. eod. vnde postrema ista verba sumuntur, de quorum intelligentia, & declaratione, vide quæ ibi scribuntur.

b ¶ Respondeat.] Ratio ponitur in c. vni. eod. quia qui ponit aliquid dictum, vel factum nihil petit ab aduersario, nec enim ostendit per hoc velle agere, atque ita per hoc non posset ferri sententia condemnationis, vel absolutionis cum nil petitum sit per positionem, sed ostenditur aliquid esse factum, vel dictum, vel promissum, & sententia est ferenda secundum modum agendi, capitul. qualiter, de accus. capit. licèt Hely. de simon. & condemnatio non est facienda, nisi ad hoc sit actum capitul. cum dilectus de ord. cog. Afferuntur, & aliæ plures rationes de quibus per Abb. in dict. capitul. vni. in princip. Excipitur tamen ab eo quod hic dicitur vsus casus secundum Hostiens. Bart. & quosdam alios, scilicet quando fieret positio generalis de omnibus continentur in libello quam non tenet Abb. in ca vni. eodem.

Fit autem CASVS. Cum in iudicio diuersæ in niant personæ vt sunt principal. litigantes, proc res, aduocati, & dubitauerunt scholares per qu debeat ista conte siquidem sicut principal. inter gare, vel non lit ita ipsi tantum litem contestare, matur: quia isti respondent art. men vt hic cauet contestare litem clarare voluntat tigandi, quod eti alios fieri pot, se pondere artic. i factum ipsum q declarari, & id tenent obiecta quædam facta per nos, ac per a plicari possunt, pendent à volu qua si non depe secus esset. Not. facta nomine possunt reuocar bis, & reddinul modo tempore id fiat, alioqui contra nos præs

factam, cum iudex [a] per narrationem negotij causam audire cœperit. Vnde si quis positionibus simpliciter respondeat, [b] aut peremptoriam exceptionem proponat, nequaquam per hoc esse facta contestatio litis intelligitur.

Procurator, tutor, & similes possunt litem contestari. h. d.

Fit autem litis contestatio non solum per principales, sed etiam per procuratorem, [c] tutorem, & personas similes. [d]

Aduocati responsio, nisi sit statim reuocata, facit litis contestationem. h. d.

An aduocati [e] responsio litis contestationem faciat, dubitari potest? Et ex facto responsum est, nisi statim [f] reuocata [g] fuerit, illius quoque responsione contestationem fieri.

vt per nos sint tacitè approbata.

c ¶ Per procuratorem.] Ca. cum ad sedem, de r

d ¶ Similes.] Puta actores, vel syndicos & fa rem non nouam § potroni C. de iudic. capitul. dolo & contum. & cap. cum causam de iura. ca cum procurator agit, ff de exce. dol. l. procurato neque, C. de procur. l. licet, ff de iud. quæ iura tur ad hoc per Specul. in tit. de lit. cont. § seq

e ¶ Aduocati.] Not. ergo hinc, quod etiam per sionem aduocati sit litis contestatio, nisi sit re capit. cum causam de appell. vnde sumitur, si fessio aduocati præiudicat parti non reuocanti, vbi Ab. de cens. facit, l. 1 C. de erro. aduoc. & Ab. & alios in c. pastoralis de iud.

f ¶ Nisi statim.] Sed quando intelligitur statim aut responsio aduocati præiudicat ad processum inducit contestationem litis, & sic præcludit latorijs proponendis. & tunc oportet, quod pa reuocet antea quam pars faciat aliquid quod so post litem contestatam, videtur enim pars ip responsionem aduocati approbare, cum plus si facto approbare, quam cum verbo capitul. d appell. aut confessio aduocati præiudicat ac causæ, & debet reuocari infre triduum l. 3 C. adu. sed & post triduum, & vsque ad sententian reuocare, si velit docere de errore, & ita proce 35 q. 9 § his ita fac. capitul. fin. de confes. l. ver iussus, ff de appell. sed & hoc etiam intellige non esset sequutus alius actus, per quem per pa duceretur approbatio responsionis ipsius aduo admodum dictum est proximè, quando conce cessum: quia eadem, & in hoc casu videtur cundum Peruf. post alios in d. cap. cum cau appell.

g ¶ Reuocata.] Sed an ad reuocandam aduc

ponſionem ſit neceſſarium docere de errore aduocati? Et videtur neceſſe capit.fin.de conſe. & l. error. C.de iu. & fact. igno. Contrarium verius: contrarium enim loquitur de perſonis principalibus, hic in aduocato & ratio diuerſitatis eſt ſecundum Hoſtienſ. quia aduocatus non habet mandatum ad confitendum, vel ad procedendum in cauſa, ſed ſolum patrocinandi. Idem aduocatus nunquam ſit Dominus litis, l. 1 § 1 ff de poſt Peruſ. poſt Bal. in c. cauſam de de appell.

Nec ſolum Casvs. Cum iudicium aliquando officio iudicis, & aliquando actione exerceatur inter doct. fuit dubitatum, an ſemper iſta conteſtatio ſit neceſſaria ſiquidem quando officio iudicis procedit à iudice videtur peti, vt aliquid ſua auctoritate faciat: Sol. tamen prout hic cauetur, quia cum officium iudicis diuerſimodè conſideretur, hic accipitur loco actionis, & ſic etiã obiectio ceſſat. Not. officium iudicis aliquando æquiparari cum actionibus, & ideo eiuſdem iurisiudicantur.

Io. Bap.

Cum officium iuducis pro actione inſtituitur, eſt neceſſaria litis conteſtatio. h. d.

Nec ſolum, [a] cum per actionem iudicium inſtituitur, erit litis conteſtatio neceſſaria: ſed etiam vbicumque [b] iudicis officio pro ipſa proponitur actione, [c] veluti cum reſtitutio in integrum non incidenter, ſed principaliter poſtulatur.

Qui effectus ſequantur ex litis conteſtatione. h. d.

Igitur [d] ſequuta conteſtatione reus, & iudici ſubijcitur, [e] & actori obligabitur, dilatorijs exceptionibus via præcluditur, [f] actiones perpetuantur, [g] præſcriptio interrumpitur, [h] alij quoque effectus i emanant, vt tam ciuilibus, quam Eccleſiaſticis conſtitutionibus, ſuis locis traditur.

a ¶ Nec ſolum.] Sumitur ex capitul. fina. de offic. iud. & continet duas regulas, vnam expreſſam, & affirmatiuam, ſcundum quod officio iudicis principaliter intentato requiritur litis conteſtatio, aliam tacitam & negatiuam à contrario ſenſu, quod in officio incidenter implorando non eſt neceſſe litem conteſtari. Et concludendo materiam ſecundum Ab. in d.c. fin. Aut officium iudicis imploratur incidenter, & non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec libellus. Aut imploratur principaliter, & tunc, aut ſuper iam liquido ita quod non eſt neceſſaria cauſæ cognitio, & non debet fieri litis conteſtatio. Exemplũ, cum filius petit, alimenta à patre: vel contra debet enim de plano procedi. l. nequaquam. § de plano, ff de offic. procu. Vel cum petitur exequutio ſententiæ á iudice, qui iudicauit. Aut petitur ſuper non liquido, & tunc aut aduerſarius, & certus eſt, & præſens, & procedit quod hic dicitur, vt cum petitur reſtitutio in integrum aduerſus contractum: aut aduerſarius eſt abſens, & certus, & tunc, ſi aliquid petitur dari, vel fieri in præiudicium partis, vel à parte, debet fieri conteſtatio, vt not. in d.cap.fin. Aut non petitur aliquid dari, vel fieri. Exemplum, cum minor vult abſtinere ab hæreditare adita. & poteſt procedi lite non conteſtata, authent. ſi omnes, C. ſi minor ab hæred. ſe abſt. Idem ſi aduerſarius eſt incertus, vt in dict. authen.

b ¶ Vbicumque.] Idem vbi deficit actio, vt not. in capit. fin. de offic. iud. de leg.

c ¶ Actione.] Quod eſt cum actio nulla competit, ſi enim communi auxilio quis munitus eſt. non debet ei extraordinarium remedium concedi l. in cauſæ, ff de mi. Ex quo infertur, quod actio, & officium iudicis ſunt diuerſa, de quo per Leg. in l. 1 ff de iuriſd. omn. iud. & per Conon. in capitul. fin. de offic. iud. & eſt hic argu. quod actio ſecundum Canon. eſt proponenda de quo in c. dilecti, & in c. examinata. de iud.

Igitur. Hæc pars ſubdiuiditur in duas partes, in quarum prima habentur dicti effectus: in ſecunda adnot. quædam limitationes ſecunda ibi, admonendi quoad primum. Casvs ſuit inter ſcholares dubitatum an litis conteſtatio illos producat effectus, qui hic in text. adnotantur, ſiquidem conteſtare litem nil aliud videtur ſignificare, niſi declarare voluntatem litigandi, vel non cæterum Sol. vt hic legimus quia ex natura conteſtationis oriuntur, vnde cum iſta voluntatis declaratio omnia iſta diuerſo reſpectu cõtineat ideo nec etiam tenet obiectio. Not. quod effectus alicuius actus quando ſunt plures quidam oriuntur à natura actus, quidam à voluntate hominis per talem actum explicata.

d ¶ Igitur.] Hic ponuntur aliqui effectus qui proueniunt ex litis conteſtatione, de quibus per Specul. eodem tit. § ſi. incipit effectus.

e ¶ Subijcitur.] Ita, quod poſt litis conteſtationem non poteſt amplius recuſari, per ea, quæ Specul. in tit. de recuſatione iudicis, § ſit autem, & per eundem in tit. de except. § viſo. & habetur ſup. de excep. § hæ verò, & c. inter monaſterium de ſent. & re iud.

f ¶ Præcluditur.] Vt ſupra, de excep. § hæ vero, vbi not. & capit. inter monaſterium, de ſent. & re iudic. l. Pomponius, § rati. ff de procura.

g ¶ Perpetuantur.] l. ordinata, ff de liber. cau. l. ſi eum § qui iniuriarum ff ſi quis cau. vbi latè Doct. Aliud in exceptione doli. l. fin. C. de dolo. Item aliud etiam in officio iudicis, quod pro actione proponitur quia litis conteſtatione non perpetuantur, not. in c. fin. de offic. iud. & ibi declaratur per Abb.

* Item fallit in retractatione ſtatus defuncti, quæ fieri debet vſque ad quinquennium tantum, gloſſ. fin. in l. vlt. cod. de dolo. & in petitione reſtitutionis in integrum, gloſſ. vnum in l. ſed etſi, § quoties ex quib. cauſis maior, gloſſ. ſiniendam in l. fin. Cod. de temp. in integrum & gloſſ. fin. in l. 1 Cod. ex delictis defunctorum, & in actione repetundarum in hæredem niſi vſque ad annum à morte eius qui arguebatur d. gloſſ. vltima. SOLIER.

h ¶ Interrumpitur.] l. more, C. de rei vend. l. ſicut vbi Bald. de præſcrip. 30 vel 40 annorum, l. naturaliter. ff de vſucapio.

i ¶ Alij quoque effectus.] Vt, quia conſtituit aduerſarium in mora quantum ad fructus l. certum, & l. more, C. de rei vendi. l. litigator C. de fruct. & lit. expen. Item quia poſt non poteſt reuocari procuratorium mandatum, niſi certis de cauſis l. poſt litem ff de procurat. Sequuntur & alij plures effectus, de quibus

per Specul. § pen. & § fin. eod. tit. nostra.

ALOYSIVS RICCIVS. Author hic enumerat effectus litis contestationis tu autem dic quod multi sunt, & inter alios sunt isti quia primò præcludit viam opponendi dilatorias l. Pomponius § rati, ff de procur. secundò perpetuat actionem, vt not. plenè Alex. in lege si eum §. qui iniuriarum, ff si quis cautio pro hoc est tex. in l. ordinata in princip. ff de liber. caus. 3 quia constituit aduersarium in mala fide quantum ad fructus l. certum, & l. more C. de rei vendicat. & Bart. in l. litigator. C. de fructi. est litium expens. quarto, quia constituit in mora secundum Alex. in cons. 47 col. fin. vol. 4 & maximè in his quæ debentur officio iuratur, vt possit procedi ad diffinitiuam, de iure communi, ad quam sine ea procedi non poterat vt in § si verò etiam in Auth. de exhibend. reis quia dicitur lapis angularis totius Iudicij, super qua radicatur totum iudicium. Bar. in cap. 1. de litis contestati. & de iure communi est vnum de *substantialib. Iudicij, adeo quod si omittatur vitiat to*tum proces. vt tenet glos. in cap. dudum est 2 de elect. tamen de veritate Afflict. in decis. 283 num. 3 Barthol. c. detestantes super ritib. magnæ Curiæ Car. 3 & plenè Gram. in decis. 1 licet hodie in regno non requiratur in causis ciuilib. & mixtis, ex quo omnes sunt summariæ ex forma regiæ Pragm. & cap. detestantes, & in causis summarijs non requiritur litis contestatio Cyn. in l. probatam C. de sentent. vnde potest omitti litis contestatio & valet processus, quia omnia substantialia iudicij sunt sublata, & solum attenditur vera dispositio iuris gentium, & ad solas probationes respicitur quo casu ille est primus actus qui solet immediatè fieri *post litis* contestationem in causis, in quibus lis non contestatur, scilicet eo ipso quod iudex incipit cognoscere de meritis causæ, ita tenet Lud. Rom. in cons. 174 col. 2 Bart. & Bald. in l. nulla, & in l. nihil eapit. de procur. & Paris. in tract. Sindic. in verbo sententiam col. 4 sexto, operatur interruptione, præscriptionis litis contestatio, est tex. in dict. l. more C. de rei vend. & I. sicut, & ibi Bal. C. de præscription. 30 ann. & multos alios operatur effectus, de quibus Specul. in tit. de litis contestat. § pen. & fin.

Admonendi CAsvs. Quidam cauti de rebus suis, & timore admittendi ius suum voluerunt testes examinare ante litis contestationem, & cum supra dictum sit, quod causa tunc propriè incipit cognosci quando videlicet lis est contestata, § 1 super eo dubitatum fuit an id esset concedendum. Sol. vt in hac parte habetur, quia si aliter esset, ob qualitatem casus contingentis, aliquando quis amitteret probationes, & consequitur ius suum, & sic quod dicitur in obiectione intelligitur regulariter, secus autem limitatiuè. Not. 1 argumentum, quod probari aliquid ad diuersum finem pōt ordinari, & ideo etiam aliquando ante contestationem. Not. 2 quod non in omni iudicio requiritur litis contestatio, & ideo solemnitas probandi non obseruatur. Not. 3 argum. intelligendi statuta circa materiam examinandi testes,

Cum ciuiliter agitur, & probabiliter de morte testium, vel diuturna absentia timetur, possunt examinari testes, etiam lite non contestata. h. d.

Admonendi [a] tamen sumus, quod traditum est, lite non contestata non posse testes recipi, aut ad sententiam peruenìri, non esse perpetuum. [b] Nam si fortè de morte [c] testium timeatur, vel absentia diuturna, [d] cum ciuiliter [e] est agendum, ne veritas [f] occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, [g] senes, & valetudinarij, & alij testes, de quibus ex probabili causa [h] timetur [i] etiam, lite non contestata, [K] sunt ad-

a ¶ Admonendi.] Hic § venit declaratiuè ad principium huius tituli, vbi dicitur, quod lite non contestata non possunt testes recipi: nam hoc fallit pluribus casibus, vt hic patet, & in capit. quoniam frequenter vt lit. non contest. vnde sumitur.

b ¶ Perpetuum.] Idest, generale, sed benè regulare: Nam differunt hæc inter se, nam ad constituendam, & verificandam regulam nó requiritur, quod nullam habeat exceptionem, sed sufficit illam verificari, prout in pluribus habetur in l. 1 ff de re iudic. aliud obtinet in verbo, generaliter, & in verbo, genus: quia illud comprehendit omnia suppositа sine aliqua exceptione pro hoc capit. venerabilem de elect. vers. est etiam vbi hæc ponuntur tanquam diuersa, & per Abb. in cap. quoniam frequenter vt lit. non contesta.

c ¶ De morte.] Quod accidit non solum ob senium, & ægrotationem: sed etiam ex *alijs causis*, puta, si mulier sit prægnans, si mare quis sit ingressurus, & hoc plurimum reside t in iudicis arbitrio. Doct. in cap. quoniam frequenter vt lit. non contest.

d ¶ Diuturna.] Puta, si quis peregrinetur ad sanctum sepulchrum, vel arbitrio iudicis.

e ¶ Ciuiliter.] Hoc ideo: quia in criminalibus nunquam recipiuntur testes lite contestata cum enim tunc agatur de maximo præiudicio, non est aliquid faciendum inordinatè, 3 q. 6 ca. Epiphanium, & l. fin. C. de prob. Alij alias rationes reddunt, de quibus per Abb. in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest.

f ¶ Veritas.] Cap. quamquam. 14 q. 2.

g ¶ Subtrahatur.] Curare enim debet iudex, vt salua sit rerum probatio l. curent, ff de test. & in auth. de test. § his vero, & § pen. cum conc.

h ¶ Probabili causa.] Sed quæritur, an sit causa probabilis quod pars vereatur ne ex mora varient fidem, vel obliuiscantur? Quidam quod non, tum quia talis casus non est exceptuatus, tum quia semper allegatur talis timor, & sic vacuaretur effectus regulæ, quod testes non examinantur ante litis contestat. Communiter contra. Et facit pro hac opi. l. 3 § duæ, ff de Carb. edict. & l. hac consultissima. § at cum humana, C. de testa. & latè hanc partem tuetur Ab. in c. quoniam frequenter vt lit. non contestat. Idem procedet, si periculum esset in fuga. Ab. in c. cum non ab homine, vers. & in quantū de iud. etiam sine citatione, vt vbi per Abb.

i ¶ Timetur.] Quo casu solum ij respiciuntur, de quib. timetur, non alij, nisi in casu, c. significauit de testibus, & in c. quoniam frequenter, § sunt & alij: vt lit. non contest. & ibi Ab. declarat.

K ¶ Contestata.] licèt his casib. testes lite non contest. recipi videatur, veritate tamen inspecta, & quoad effectum, non intelliguntur recepti lite non contestata, quia non publicantur, nisi lite contestata & cum alijs, si alij lite contestata inducti fuerint. Nec ob tales

testes

mittendi. [a] Seu pars conuenta [b] ſit contumax, ſeu ſine dolo ſit abſens, vt conueniri non poſſit. [c]

Qui teſtes examinauit ad perpetuam rei memoriam debet intra annum, vel conuenire aduerſarium, vel examen denunciare. h. d.

Debet tamen actor intra annum [d] ex quo facultas ſibi data fuerit aduerſarium [e] conuenire, aut ſaltem huiuſmodi teſtium receptionem eidem denunciare: [f] alioqui atteſtationes ſic receptæ non valebunt, [g] ne forteſtes ad ſententiam procedet iudex niſi in caſibus ſpecialibus no. in d. c. quoniam frequenter.

a ¶ Admittendi.] ſ. per iudicem rei, Ab. poſt Feder. de ſen. in cap. ſi quis contra de for. comp. verſ. Item quod ſupra voluit.

* Sunt admittendi.) Hæc teſtium ad futurã rei memoriam receptio quam in Gallia vocamus, *examẽ à futeur*, eſt ibidẽ hodie penitus abrogata nouella ordinatione Regia tit. 13 SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS In præſenti § habes limitationem ad regulam illam teſtes recipi non poſſe ante litẽ conteſtatam vt ſcilicet examinari poſſint in ſubſidium, vt probatur in capit. quoniam frequenter illi vt lit. non conteſtat. cap. Alber. & ca. ſignificaſti de teſtibus l. in lege Aquilia ſi deletum vbi Bart. ff ad legem Aquil. l. publicati vbi communiter ſcribentes C. de teſtament. Pract. Noſter Pap. in forma. ca. quando teſt. produc. ad æternam rei memoriam Alber. conſ. 412 vol. 3 lib. 1 cum adductis per Menoch. de arbitrat. Iudicium caſu 62 in Nouiſ. ſcholijs, poſtquam de periculo infirmitatis, vel ætatis, aut de longo itinere ſubuendo per teſtes debet ante omnia conſtare, quibus valde firmetur ne veritas periclitetur, vnde etiam lite non conteſtata, vel quaſi, Iudici enim concluditur, non parti recipiuntur teſtes ſeruata forma d. ca. quoniam frequenter, Bald. conſ. 384 vol. 3 & in dominio Mediolani ad præſcriptum Nouar. conſtitution. titul. de probation. § ſed quoniam materia ſed ſi viuunt tempore litis conteſtatæ ſunt iterum examinandi Rip. de ſubſtitut. Reſp. 5 nu. 7 par. 2 cui tamen remedio, vt locus ſit ſeptem requiruntur copulatiuè.

Primò enim exigitur quod ciuiliter agatur.

Secundò quod cauſa vrgent rationabilis ſcilicet veriſimilis timor teſtium mortis ob infirmitatem, vel ætatem ſexagenariam illorum, vel longa ipſorum, abſentia & de hac qualitate conſtet per ſummariam quandam cognitionem Menoch. præſumpt. 54 lib. 2 num. 4

Tertiò debet adhiberi citatio aduerſarij, ſi citari poteſt.

Quarto ſi poteſt citari de Iure *communi debet conueniri* intra annum à tempore, quo poterat conueniri vt ſaltem denuncietur eidem receptio, dummodo ſit in facultate actoris agere alioqui non currit tempus anni ita docuit Afflict. ad regni conſtitutio. lib. 2 tit. 34 nu. 2 Menoch. de præſumption. lib. 2 præſumpt. 54 de iure autem conteſtationum dict. loc. abſens citandus eſt ad domum eius habitationis cum vno ex proximioribus agnatis, & in ſubſidium vnius, ex cognatis per Iudicem eligendi.

Quintò requiritur quod agatur de præſenti, quia actor in exercitio, vel qui actoris vices ſuſtinet non poteſt petere examinationem teſtium ad futuram rei memoriam Corn. conſ. 119 & 172 vol. 2 Pariſ. conſ. 24 num. 2 & 3 vol. 3

Sexto quod innitens hoc remedio non poſſit aliter probare ſuam intentionem d. c. quoniam frequenter vbi Ab. & alij.

Septimò & vlt. quod creditum ſit purum quoniã debitor in diem nõ poteſt ante diem conueniri, vt ſoluat. ſed benè vt caueat ſi rationabilis ſit cauſa quod aduenìente die ſoluet. l. in omnibus ff de Iudic. lib. inter omnes, ff qui ſatiſd. cogant. latè Oſaſc. deciſ. 130 Aſin. præclarè tractat. de executio. § 7 ca. 126 Surd. de aliment. tit. 8 priuil. 77.

b ¶ Conuenta.] Idẽ ſi nondum eſt conuenta ſed conuenienda.

c ¶ Non poſſit.] Plures alij caſus enumerãtur in capit. quoniam frequenter vt lit. non conteſt. & 36 enumerat Spec. in titul. de teſt. § nunc tractemus.

d ¶ Intra annum.] Not. præſcriptionem annalem ſic, e. plerumque de reſcr. c. paſtoralis de offic. ord. cum cõcor. all. in ca. quoniam vt lit. non conteſt. non procedat. & capit. Sed quæritur, an iſte annus ſit vtilis, vel continuus? Reſp. á prin. vtilis eſt, quod ſatis hic probatur, & in d. capit. quoniam cum fiat mentio de poteſtate cõueniendi. Sed in proceſſu erit continuus, fac. not, ſuper rubr. ff de diuerſ. & tempo. præſc. vbi penitur regula, quod iſtarum præſcriptionum tempora ſemper ſunt continua, niſi aliud ſpecialiter lege caueatur vt videtur caueri in d. capit. quoniam frequenter.

e ¶ Aduerſarium.] Cum fuerit abſens, & non contumaciter, vt no. in capite quoniam frequenter, vt lit. non cont.

f ¶ Denunciare.] Hoc intelige ſecundum Inn. quando aduerſarius fuiſſet abſens, ita quod commodè citari non poterat, nam ſi fuiſſet preſens, non eſſet neceſſaria iſta citatio, ipſe enim interfuiſſet receptioni teſtiũ iuramento ab eis præſtito, cap. 2 de teſt 2 q. 1 ca. in primis ſequitur Ab. in ca. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. verſ. 7 quær.

g ¶ Non valebunt.] Sed an ipſo iure non valent, an potius requiritur ſententia? Reſp. neceſſarius eſt interuentus ſententiæ, quoties. enim ius dicit quid non valere propter aliquod omiſſum, quod debet fieri poſt expletionem actus, non corruit actus ipſo iure ſed opus eſt ſententia, vel exceptione, not. in li. vniuerſa. C. de prec. Imp. offer. & per Bar. in l. 1 ff de teſti. Vnde in caſu noſtro ex non facta denunciari ne, vel conuentione *intra annum atteſtationes non annullantur* ipſo iure ſed per ſententiam, vel opus eſt exceptione, vnde valeret ſententia poſtea lata earum prætextu, & ſic in fauorem non ſeruantis hanc ſolemnitatem, non enim annullantur ipſo iure, quod eſt valde nota, ſed ſecundũ Ab. in capit. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. Sed an annullentur tales probationes, etiam reſpectu alterius partis, quæ non fuit in culpa, ſcilicet, vt & illæ, quæ faciunt in ſui fauorem non teneant? Reſp. Inn. Hoſt. Ant. & communiter tenent quod non, cum non ſit in dolo. 14 quæſt. 5 cap. non ſanè. Card. videtur tenere contrariũ putat enim quod ſi aduerſarius recipit. has probationes pro ſe, neceſſe eſſe, quod recipiet etiam contra ſe, Ab. tamen in d. c. quoniam frequẽter. tentat opin. concordare duplici fœdere diſtinctionis, dic vt per eum. Et facit hæc ad quæſtionem, ſi ſtatuto caueatur quod gabella non ſoluta, non valeat cõtractus, ſi aliter tantum pro parte ſua ſoluat gabellam an valeat contractus ſaltem pro parte ſoluentis.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

COntinuatur tit. iste per glos. rub. vel dicas secundò quod facta litis contestatione erat necessarium deuenire ad probationem: verum quia in iudicio à litigantibus fraus committitur, & præcipuè circa probationes, propterea post tit. præcedentem proponitur iste qui diuiditur in tres partes; in prima habetur quid iuris si quis non vult iuramentum sit præstandum: in tertia quid iuris si non sit præstitum secunda ibi, in hac tamen: tertia ibi, illud postremò.

tè hoc procuretur in fraudem, [a] vt scilicet progressu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, [b] vel aliæ, [c] locum habere non possint.

Nota ex isto paragrapho bonam regulam ad cognoscendum, quando non est necessaria litis contestatio. h. d.

Sunt & alij casus [d] in quibus absque litis contestatione legitimè possunt testes produci, & lis sententia terminari, quos tam ex his, quæ supra de contumacia diximus, quam etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Et generaliter [e] vbicumque libellus non exigitur, aut ius agendi contra certam personam non dirigitur, litis contestatio non est necessaria.

DE IVRAMENTO [f] *Calumniæ* [g]

TIT. XII.

Actor recusans subire iuramentum calumniæ cadit ab actione, reus habetur pro confesso. h. d.

SEd vt veritate præuia iudicia expendantur, institutum est, vt litigatores quod petente parte ab altera præstatur, vt in l. prima Authen. sacramentum l. cum & iudices Authen. isto, auth. plures, C. de iureiur. propter calum. cap. dudum, li secundo extra de elect. cap. fin. de iurament. calum. Gail. practic. obseruat. libro primo, obseruat. 84 per tot. Colet. decisio. German. 117 numero quarto.

Et fuit introductus ob publicam vtilitatem, ne veritas occultetur ad text. in l. secunda, § sed quia veremur, C. de iureiur. propter calum. quod præstandum erit in principio litis ante litem contestatam in li. 1 § fin. C. de iurament. propter calum. Marian. Sen. in capit. primo, num. 17 extra eod. tit.

SEd vt. CASVS Quidam requisitus iurare de calumnia recusauit, ea motus ratione, quia cum ageret ad ius *Io. Bap.* sum recuperandum, vel conseruandum, nõ videtur posse præsumi ipsum vti fraude aliqua aliter enim præsumeretur delinquere, quod esset contra c. fin. de præsump. Solu. tamen vt hic cauetur, quia cum in iudicio præsumitur quod adhibeatur omne opportunum remedium qua ratione suadente etiam ratio in contrarium adducta videtur cessare, si quidem sæpè contin-

a ¶ In fraudem.] Sed quid si pars, velit probare, quod non fecit in fraudem, an admitti debeat? Respon. non, not. in ca. quoniam frequenter, vt lit. non contestat. Sed benè admitteretur ad probandum, quod non habuit capiam conueniendi, cum iste annus à principio debeat esse vtilis, vt supra not. fuit.

b ¶ Ad repellendum testes.] Testibus humanis rebus exceptis, per quos testes receti reprobarentur, siue eorum dicta cap. ex tenore, & capitul. præsentium, de testibus & l. optimâ C. de contrahent. stipul. versicul. & si inter præsentes. Vel quia se absentaret, vel quia efficerentur inimici actoris li. 3 § duæ ff de Catho. edict. & plenius, de hoc nota. in capit. quoniam, vt lite non contestat. in fin principij.

c ¶ Vel aliæ.] Exceptiones elidétes principale negotium, vt puta præscriptio, quã tunc poterat pobare, vel pactum de non petẽdo, vel consimiles, quia posset esse quod tunc temporis probationes super his haberi non possent. argument. l. in lege, ff ad leg. Aquil. & l. quidam ff de furt.

d ¶ Alij casus.] Qui sint isti casus habetur in cap. quoniam frequenter vt lit. non contes. § porro. in princip. vbi adnotantur. 20 casus & 36 casus ponit spec. in tit. de test. § nunc tractemus.

e ¶ Et generaliter.] Not. duas regulas generales, in quibus comprehenduntur, in quibus non est necessaria litis contestatio quatuor ponit Ab. in cap. quoniam frequenter. vt lite non contestat.

f ¶ De iuramento, & c.] quia post contestatam litem statim iurandum est de calumnia capit. cum causam eodem meritò post superiorem titulum, & de hoc est dicendum secundum Spec. eod. in princ. & secundum Ab. in rub. eod.

g ¶ Calumniæ.] f. vitandæ, sic exponitur, & illud habeat vnusquisque suam propter fornicationem scilicet vitandam, vt distinc. 14 ca. nerui. in fin. & per Spec. & Ab. in rub. eo. & exprimetur infra eodem, in principio.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius titul. intelligentia scias, quod primum iuramentum, quod in iudicijs & causis introduci solet est calumniæ ius iurandum,

ALOYSIVS RICCIVS Ad materiam istius § Not. & primò, quod quis potest cogi, & compelli cũ sit actus iudicialis, & iudicium redditur inuitum, l. inter stipulantem, § 1 ff de verbor oblig. & si testis captis pignoribus, & etiam per captionem personæ potest compelli ad litem contestandam latè Bald. hic & Alexand. in l. si finita, § Iulianus, colu. 1 ff de dam. infect. sed si reus respondet libello cum protestatione, quod non animo litem contestandi an talis protestatio aliquid operetur vt lis non habeatur pro contestata cõmunis conclusio est, quod lis non sit contestata, & quod talis protestatio releuet, nisi iudex prius iusserit litem contestari: nam tunc cum simus in casu necessario protestatio nihil releuat, l. alimenta, C. de neg. gest. ita tenet Franc. de Aret. in l. qui in aliena, § fin. colum. penul. ff de acquir. hæred. & Alexand. in consil. 42 col. 2 in fi. volum. 3 & Bart. & Bal. hic latè.

in exordio litis, [a] de calumnia [b] vitanda [c] iurare debeant. * Quod iuramentum si quis præstare recusauerit, actor quidem ab instituta cadet actione, [d] & pro confesso reus habendus erit. [e]

In causa suæ Ecclesiæ Clericus non cogitur iurare de calumnia, secus in propria. h. d.

In hac tamen parte quibusdam casibus Clericis iura pepercerunt. Vetuerunt enim nedum propriæ Ecclesiæ causa peragitur inconsultis illorum prælatis. [f] huiusmodi su-

git, quod vna præsumptio tollat aliam. Not. quod ex qualitate modi agendi præsumitur aliquem iniustè, & indebitè litigare, & ideo quædam iuris refugia ab honesto viro debent euitari.

a ¶ In exordio litis.] i. post tunc enim verè incipit esse lis, vt supra tit. prox. in princ. not. in l. 1 § 1 ff si quis ius di. non obtemp. & c. super qq. § quid si de offi. deleg. c. ex parte 2 de verb. sign. Argum. contra inf. tit. prox. Sol. vt appareat ibi in litera. Sciendum tamen est, quod si præstitum sit ante litis contestationem super tota causa, non est opus, quod denuò præsterur. Item si iuretur longè post litem contestatam, non per hoc vitiatur iudicium, & in summa secundum multos quandocumque, etiam post sententiam præstari poterit tale iuramentum, vt per Legistas in l. qui bona § si alieno, ff de dam. inf. c. & per Abb. & alios in c. 1 eod. Et quod dicitur de tempore post litis contestationem est frequentius, & facit infra eod. § & non tantum, & in terminis capitul. primo eodem in sexto.

b ¶ De calumnia.] Continet autem hoc iuramentum quinque capitula. Scilicet, quod credit se iurans bonam causam habere, quod interrogatus non negabit, quod verum credit, quod non vtetur scienter falsa probatione, & quod dilationem non petet in fraudem, nec dabit, nec dedit, nec promisit, nec promittet aliquid pro causa, nisi quibus leges dari permittunt, vt in lege secunda, circa princip. & authent. principales, C. eo. authen. vt litig. iur. in princ. Vnde versus.

Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur.
Et si quæreris verum non inficietur,
Nil promittitur, nec falsa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Spec. tamen in § nunc dicamus eodem tit. consulit, quòd omittatur capitulum de dilatorijs frustratorijs non petendis, aliàs ratò eueniet, quòd litigantes non sint periuri, quod & Abb. probat in dicto cap. 1 eod. Nec enim vbi verisimiliter potest de transgressione timeri, deferendum est iusiurandum, cap. Clericos, de cohabit. mul. & cler. & cap. ille 22 q. 5.

c ¶ Vitanda.] Non ergo iurabit de præterito, vt verbum futuri temporis demonstrat, & quia facta pro infectis non possunt haberi, l. in bello. § factæ. Quidam tamen, quod & de præterito debet iurari. l. 2 C. eod. ponderando verbum, mouisse, & facit secundum eos ratio: quia videris se iurare falsum; desistet à iuramento, & per consequens à causa. Item sciens iuraturum non calumniabitur etiam à principio litis Abb. tamen in capite primo eodem tenet primam opinion. licèt dicat hoc non esse magni momenti, dic vt per eum ibidem.

* Iurare debeant.] Apud nos iuramentum huiusmodi non est in vsu teste Rebuffo in præmio constitut. Reg. Gloss. 5 n. 50 & Bugny. in legib. abrogatis lib. 1 cap. 3 nisi in actionibus personalibus, & parui momenti quæ coram auditibus locorum absque ministerio Patroni, vel Procuratoris ventilantur iuxta ordinationem Blesensem, art. 153. SOLIER.

d ¶ Cadet actione.] Cap. fin. eo. § fi. vnde sumitur. Sed numquid ipso iure an potius requiratur sententiam, vt not. in dicto § fin. quod intellige, tam de reo, qui habetur pro confesso, quam actore, qui cadet actione, vt hic. Sed ad quid requiritur sententia, cum confitens habeatur pro condemnato, l. prima, ff de confess. & l. prima, C. eo. tit. & l. debitoribus. & l. post rem iudicatam, ff de re indic. Respond. contraria procedunt in confessione ante litem contestatam: secus in ea, quæ emanauit ante contestationem, quia tunc secundum commu. opin. requiritur sententia, vt not. in l. prima, ff de suppell. leg. & in c. dudum, de elec. & 2 q. 1 capit. nos in quemquam, at in casu nostro supponimus litem contestatam: quia aliàs non fuisset iuratum de calumnia verisimiliter, & facta confessio non debet plus operari, quam vera.

e ¶ Habendus erit.] Poterit tamen contumax in iurando vsque ad pronunciam iudicis purgare contumaciam, vt latè in capitulo fin. eod. & per Legistas in l. secunda, C. eodem, & not. quòd talis confessio facta causata ex contumacia non transit ad hæredes, nec eis præiudicat, si principalis non fuit condemnatus, vt per Abb. post alios in capit. pen. & capit. fin. eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Actor recusans subire iuramentum calumniæ cadit ab actione, reus habetur pro confesso. h. d. adde text. in l. 2 § quod si actor est, § quod si reus, C. eod. titul. § 1. Auth. vt litigant. Gail. lib. obseruat. 86. Si tamen pars quæ compelleretur ad iurandum de calumnia peteret processus copiam illa non concessa compelli non posset, vt æquitati consonum esse dicit Vantius de nullit. ex defect. process. nu. 29 in fin.

In hac tamen. Hæc pars licèt posset diuidi in plures partic. quoniam in omnibus potest. CASVS. Commodè in communi figurari, propterea, est animaduertendum, quod quidam cum litigarent super diuersis rebus, cum diuersis personis, & in diuersis instantijs, petebant hoc iuramentum præstari super omnibus rebus ab omnibus personis, in qualibet instantia, ac etiam manu tactis scripturis: quare fuit quæsitum an petitio ista esset admittenda, siquidem si volumus considerare causam qua inductum fuit hoc iuramentum, sine dubio petitio videtur honesta, quia facilius fraus inde euitatur. Sol. tamen, vt hic habetur, qua ratio qua inductum fuit hoc iuramentum supra suo loco à nobis ad not. non militat in qualibet causa, licèt in qualibet persona, atque instantia, & sic etiam obiectio videtur cessare: Not. 1 præsumptionem diuersam oriri à diuersitate rerum, in quibus diuersus finis consideretur: Not. secundò, quod ad euitanda mala, quædam debent reiterari, in quacumque persona consideretur: Not. tertiò, quod secunda instantia habet quædam communia cum prima, & ideo ead. prouisio in vtraque sæpè verificatur.

f ¶ Prælatis.] Et ita Episcopus non iurabit inconsulto Romano Pontifice, quod satis exprimitur in c. 1 eo. vnde sumitur. Sed cum ista requisitio sit valdè difficilis de consuetudine hoc non seruatur, vnde iurant Episcopi etiam irrequisito Papa, vt traditur in dicto cap. 1 quam consuetudinem seruandam dicit Abb. ibi, etiam in inferioribus clericis, sic vbi extaret, licèt non sit

admodum verisimile, quod inducatur, cum ipsi facilè adire possint proprium prælatum, quod tamen si non faciant, non propterea vitiatur iudicium vt not. in dict. cap. 1 & intelligitur hoc non solum de Episcopis: sed etiam de prælatis inferioribus: quia dict. c. 1 non restringit ad Episcopos vt ibi aduertit Abb. in fi. vbi etiam latè examinat, an dispositio habeat locum in quocunque iuramento. Consuetudo autem videtur admisisse in omnibus clericis.

a ¶ Gaudere noscantur.] Vt in cap. cæterum eodem secundum com. intellectum, etiam quod extaret consuetudo in contrarium, vt latè ibi traditur.

b ¶ Non tactis.] Not. casum, in quo in iurando non requiritur tactura scripturarum, regulariter contra. An autè talis tactura aliàs sit de forma iuramenti, not. in cap. vt circa de elect. in 6 super ver. corporali, & per gloss. in clem. 1 de hæret. in ver. tacta. & per Abb. in cap. laudabilem, de frig. & malef. & per Abb. in c. ad aures, de his quæ vi. met. causa. vbi & quid distet iuramentum à fide præstita.

c ¶ Scripturis.] i. Euangelijs, vt per Abb. in c. etsi Christus, de iureiuran. Sed de consuetudine sufficit, quòd testis tangat quamlibet scripturam, vt per Abb. in c. fraternitatis, & in c. tuis, in fin. de test. & in c. 1 eo. & tales scripturæ sunt tangendæ manibus, adeo quod non sufficeret tangere brachio. Abb. in cap. cum in causa eod. Sed qualiter iurabit Iudæus, qui non credit Euangelio? Resp. secundum Specul. eod. § restat. versi. sed pone super decem præceptis Moysi, vel per Deum patrem, quod probat etiam Abb. in d. c. 1. Vel fortè etiam Iudæis seruabitur consuetudo de qualibet scriptura.

d ¶ Spiritualibus.] Vt puta de Ecclesiis, de decimis, & similibus, vt in cap. 2 eod. sed an in criminalibus sit iurandum de calumnia? Latè traditur per Doct. in l. 1 C. eo. & in c. 1 eod.

e ¶ Iurabatur.] Fortè, quia in spiritualibus præsumebatur, quod Deus semper esset in memoria, & propterea quod litigantes non calumniarentur. Tres alias rationes ponebat Innoc. in c. 2 eod. Prima, quia rigor in spiritualibus non seruatur, cap. 1 de dol. & contum. Secunda, quia licèt iuramentum non sit peccatum, ex frequenti tamen iuratione sæpè sequitur peccatum ca. etsi Christus de iureiur. maximè de credulitate sit hoc Sacramentum. Tertiò, quia hoc iuramentum est à malo non credentis, cap. significasti, de elect. sed patum valent hæ rationes, & militant etiam in non spiritualibus causis, vnde illis non obstantibus tanquam friuolis antiqua iuris dispositio fuit immutata, vt in § fi. c. 1 eo. in 6.

f ¶ Sancitum est.] Vt in c. 1 § fi, eo. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. In causis spiritualibus posse iurari de calumnia hic concluditur, & sic tenet Damhouder. in prax. rer. ciuil. cap. 151. nu. 11 & 12 dicens appellari iuramentum veritatis quod præstatur in causis spiritualib. Mohedan. decisione 212 Conrard. de offic. prætor in causis ciuil. tit. de iuram. calum. nu. 2 & sic etiam in causis beneficialibus, cap. 1 § fi. eo. tit. in 6 arg. eorũ quæ scribit Vant. de nullit. ex defect. proces. n. 29 Aretin. in c. dilecti nu. 18 extr. de iudic. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1 q. 20 nu. 3 & ita pariter in causis Summarijs, vt sunt omnes causæ ciuiles in regno Burs. cons. 2 nu. 3 col. 1 Put. decis. 392 n. 1 lib. 2 arg. tex. in clemen. sæpè de verb. signif. Roland. à Vall. cons. 71 vol. 1 num. 9 Augustin. decis. Rom. 1531. Item necessariũ est iuramentum calumniæ in causis criminalibus, vt dicit Albert. in l. libellorum num. 1 ff de accusat. Foller. in pract. crimin. canon. 1 verb. accusatione porrecta, num. 51 & plur. alij, quos refert Clar. in pract. cum quæst. 18 nu. 4. idemque procedit in causis appellationis, vt suo loco dicemus.

bire iusiurandum cogantur licèt in propriis causis huiusmodi priuilegio minimè gaudere noscantur. [a]

Prælati iurant non tactis, sed propositis scripturis. hoc dicit.

Sed & quo casu hoc iuramentum subire, vel permittuntur prælati, vel iubentur, non tactis, [b] sed tantum propositis scripturis [c] id implebitur.

Hodie etiam in causis spiritualibus iuratur de calumnia. h. d.

In causis spiritualibus [d] olim de calumnia minimè iurabatur: [e] sed quia & in illis litigatores frequenter calumniari compertum est, nouissimè sancitum est, [f] vt in eis id, quod in cæteris constitutum est, obseruari debeat.

Etiam procuratores iurare de calumnia tenentur quandocumque videbitur. h. d.

Et non tantùm principales: verùm etiam procuratores, & syndici [g] huiusmodi iuramentum suscipere compellendi erunt, etiam si quid ponere, aut respondere debeant à Dominis instructi fuerint, [h] aut post hoc præstitum iuramentum deputati fuerint, nec enim illud intra certa iudicij tempora coarctatum reperitur: sed poterit iudex exigere,

g ¶ Et syndici.] Cap. cum causam, eo. cap. primo, § 1 eodem in 6. Et idem est in tutore, & curatore, l. 2 § tutores. C. eodem. Idem, & in patre, quando habet legitimam administrationem, vt per Abb. in cap. pen. eodem. Idem in aduocatis. l. 2 C. eodem l. rem non nouam C. de iud. Sed hoc in patronis causarum de consuetudine non seruatur quæ consuetudo tamquam peccati nutritiua non valet cap. ex parte, & cap. finde consuet. & optimum esset secundum Abb. quod ea non obstante deferretur iuramentum calumniæ, etiam aduocatis: quia si ita fieret temperarent à patrocinio causarum iniustarum, quod suscipiunt, vel propter amicitias, vel ob alias causas.

h ¶ Deputati fuerint.] Not. ergo, quod procurator licèt habeat specialissimum mandatum ad iurandum nomine Domini, vel respondendum, vel agendum,

nihilominus tenetur iurare in animam suam de calumnia: qui procurator non debet causam iniustam suscipere, l. rem non nouam C. de iud. de quo latè habetur in cap. primo eodem in 6 & differt hoc iuramentum calumniæ ab alijs: quia procurator in alijs iuramentis iurare debet in animam Domini, vt plenè not. 1 in capit. præsentium § 1 de test. in iuramento autem calumniæ, & in animam Domini, & suam iurare tenetur. Ita Rota Rom. dec. XXXVII. incip. quidam procurator refert & sequitur Perus. in d. cap. 2.

ALOYSIVS RICCIVS. Licèt calumniæ ius iurandum debet præstari à principalib. requisitis qui si præstare illud recusent à Iudice cogi poterunt etiã partes inuitæ ex officio cum sit introductum ob bonum publicum, vt in d. l. 2 § sed qua veremur, tamen procuratores iurare de calumnia tenentur quandocumque iudici videbitur pro vt hic habetur, vt putà si Dominus sit absens nam poterit à procuratore speciale mandatum habente præstari Bar. Bal. Alex. & cæteri in l. qui bona § fi. alieno ff de damn. inf. argumen. capit. ad agendum de procur. in 6 Cappell. Tholos. decis. 132. & de iure communi verum eã scribit Coler. decis. Germ. 115 numero primo & secundo cui ad Seraph. de priu. iura. priu. 111 numero quarto, Guil practic. obserua. lib. 1 obseruat. 83.

Quam conclusionem amplia 1 non solum cogi procuratorem ad iurandum nomine Domini, sed etiam suo nomine quia posset ipse partem calumnijs vexare sicuti Dominus, vt censuit Rot. in nouis. decis. 37 & 40 ea scil. can. quia procuratores sunt linguosi, litigiosi, iniurioſi, & pauperum laniatores ex Platon. in § fin. instit. de satisdat. Amplia secundo, idem procedere in aduocatis quis tenentur iurare de calumnia l. rem nouam, § patroni C. de iudic. Castr. in l. cum & iudices sub numero quarto, C. eodem nostr. titul. dicens de consuetudine non obseruari Lipsiens. decis. 268, 316. & 468. Foler. d. decis. 115. & 117. Amplia tertio, etiam iurare oportere Episcopos, Prælatos, Clericos, Æconomos, Tutores, Curatores, & Syndicos, capit. fin. vbi latè Soc. numero decimo, duodecimo, decimo tertio, decimo quinto, quadragesimo tertio, quadragesimo sexto, per tot. de iur. calumn. Et vltimò amplia, vt omnes & quicumque litigantes istud iuramentum subire tenetur cuiuscumque sint dignitatis Scap. de iur. non script. lib. 1 capit. 15 numero 5. Auth. principales. C. de iureiur. iur. propter calum.

a ¶ Viderit.] Sic in c. 1 eo. in 6 & dictum est sup. in princip.

b ¶ Causa appellationis.] Not. quod causa appellationis dicitur esse diuersa à principali. Hinc est quod procurator causæ principalis non cogitat prosequi causam appellationis, cap. non iniustè de procul. & in causa appellationis fiunt nouæ probationes, clem. testitibus de testi. dicitur instantia esse diuersa à causa principali, cap. ex ratione, de app. est etiam diuersitas iudicis, l. eos, C. de app. & tribunalis, cap. 2 de consuetudine in 6 & vide per Peru. in c. 2 eod.

c ¶ Iuramentum.] Quod non videtur, cum cauendum sit à sequenti iuramento, iuxta no. in cap. etsi Christus de iureiur. & in c. 2 de prob. & licèt hoc secundum videtur superfluum, sed reuera non est: cum causa appellationis sit diuersa, vt in proxima notula.

d ¶ Veritate.] Not. quod iuramentum calumniæ, & iuramentum de veritate dicenda sũt diuersa. Et in pluribus differunt, & primò: quia hoc iuramentum calũniæ præstatur in causis ciuilibus, & pecuniarijs c. cæterum, & ca. cum causam, & c. fi. eod. De veritate verò in spiritualibus, ca. literas eod. & c. dudum de elect. Itẽ quia in iuramento de veritate respondetur de credulitate auth. de his, qui ingre. ad appe. § pen. & § fin. sed in isto non nisi de scientia 4 q. 1 c. hortamur, & cap. præsentium de test. in 6. Item iuramentum veritatis continet multa capitula de calumnia verò solum quod ipsum verbum sonat. Item ad iurandum de veritate non datur dilatio: quia statim potest iuraturus dicere, Credo, vel non credo. Ad iurandum vero de calumnia datur l. qui interrogatur, ff de inter. actio. de quo dic vt per Abb. & cano. in capit. pen. eod. de veritate iurant principales personæ, de calumnia etiam procuratores, vt supra eod. § proxi. Item de veritate iurat syndicus, vel actor in animam propriam, c. in patronis, eo. De calumnia vero etiam in personam Domini & vniuersitatis, habetur in c. 2 eo. in 6 & in c. præsentium, de test. in 6. Et has differentias cum aliis quibusdam ponit Spe. eod. tit. § 1 vers. dicit autem quas subtilius examinat declarando, & limitando, & quasi quodam sarculo extirpatiuo prosequitur Abb. in capite literas, eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus loquitur hic author quod in causis appellationum iuramentum calumniæ exigitur dicas procedere quamuis in prima instantia fuisset præstitum c. 2 in princ. d. tit. in 6 Conrard. in tract. de officio prætor. in causis ciuil. tit. de iuram. calumn. num. 2 & Damhouder. in prax. cap. 151 numero 14.

Illud postremò. CASVS. Cum in iudicio hoc iuramentum non sit præstitum, quia à parte non fuit petitum, & ideo iudex processit ad vlteriora, fuit propterea postea dubitatum, an processus valeat, præcipuè vero quia fuit oppositum de nullitate, & cum contra Il. hoc sit factum, nullum iudicabatur per l. non est Cod. de legibus, Sol. tamen, vt hic legimus per rationem in text. assignatam. Non obstat obiectio, quia debebat à princip. legitimè peti, & ideo non fuit id factum contra Il. Not. quod factum aliquod contra legem non semper est nullum ipso iure, quod intelligo si non sit de substantia, sed ad benè esse, secus aliter. *Io. Bap.*

quoties expedire viderit.[a]

De calumnia iuratur etiam in causa appellationis. hoc dicit.

Præterea quamquam in prima instantia partes iurauerint, non tamen propterea in causa appellationis [b] huiusmodi iuramentum [c] declinare poterunt cùm rursus & de calumnia vitanda, & dicenda veritate [d] iurare partes sint compellendæ.

Iuramenti de calumnia omissio non vitiat processum. hoc dicit.

Illud postremò admonẽdi sumus, quod pro-

pter omissum tacitè [a] in tota causa calumniæ iuramentum, iudicialis processus alias factus legitimè, nec est nullus, nec ob eam causam venit annullandus : [b] cum huiusmodi iuramenta præstari de substantia [c] ordinis iudiciarij non existat.

VT LITE [d] PENDENTE nihil innouetur.

TIT. XIII.

Lite pendente nihil innouandum. hoc dicit.

INstituta ergo lite, & solemnibus [e] præstitis satisdationibus. [f] calumniæ iuramento exhibito, ad probationes, & merita causæ descendendum erit : & interim

Iuramentum testium remitti potest.

a ¶ Tacitè.] Secus si expresse : quia sic remitti non potest. l. 2 § sed quia C. de iura. ca. l. Immo consuetudo de ipso non præstando non valeret, traditur latè in cap. tuis de testi. & hæc species iuramenti est tota in hoc contraria iuramento testium, quod expresè potest remitti. d. c. tuis. Non tacitè, c. licet de testi. quædam ergo possunt tacite fieri, & non expresse, de quo in ca. fin. de vit. & hon. cle. & 11 q. 1 c. inclyta. Licet tamen hoc iuramentum calumniæ possit tacitè omitti, si tamen petatur, & dimittatur, iudicium est nullum, quia tunc est de substantialibus, secundum Bart. in l. de pupillo, § qui opus, ff de no. ope. nun. & post alios sequitur Perus. in c. 1 eod. in 6 vbi dici, quod malitiosi procuratores petunt à principio, quod iuretur de calumnia, & postea non curant vlterius insistere, vt sic postea in fine, si non appareat iuratum curatorum sit iudicium nullum, & de his per Imol. in l. qua bona. § si alieno, ff de damno infecto.

Cautela malitiosorum procuratorum.

b ¶ Annullandus.] Cap. 1 eo. in 6.

c ¶ De substantia.] Et ideo poterit huiusmodi iuramentũ remitti per rescriptum supremi Principis, dum tamen in eo dicatur non obstante tali lege. traditur, in l. 2 C. eo. & per Abb. in cap. cæterum. eod. in fin. vbi quid etiam in legato.

ALOYSIVS RICCIVS. Disponitur per hunc textum omissionem iuramenti de calumnia non vitiare processum tu tamen aduertas hoc non procedere simpliciter sed quando tacitè remittatur. Vnde firma regulam, vt si hoc iuramentum fuerit petitum ab aliqua parte, & omittatur, processus erit nullus nisi tacite remittatur Bar. Bald. Salic. Cur. & alij in d. l. 2 C. de eod. tit. Corn. cons. 316 num. 10 volum. 3 Rot. in antiquis decis. 660 & 664 Guido. Pap. cons. 8 numer. 1 Roland. à Vall. cons. 71 num. 7. 8 & 12 volum. 1 Cappel. Tholos. decis. 114 Vrsil. ad Afflict. decis. 265 num. 32 Surd. cons. 124 Grass. de except. except. 32 num. 114. Vantius de nullit. ex defect. process. num. 29 & ratio est nam eum à iudice petitum fuit remitti hoc iuramentum non potest, & consequenter, est de substantia & quæ sunt de substantia non possunt omitti vulgata, l. cum hi, § 1 ff de transact. & sic tenet Put. decis. 398 n. 1 & 2 lib. 2.

Sed quando censetur remissum ad ornatum textus nostri dicas censeri hoc iuramentum remissum si à neutra parte petatur, & tunc nullitati processus locus non erit, expresè autem à partibus remitti non potest Viu. opin. 258 num. 5 & decis. 109 num. 1 Gail. practic. observat. lib. 1 observat. 85 sub num. 1 Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1 quæst. 20 num. 5 Coler. decis. 17 num. 4 & 5 immo nec à statuto vel consuetudine remitti publicè voluit Anchar. in cap. cæterum numero 5 de iuramen. calum. Menoch. d. q. 20 Viu. d. decis. 109 n. 4.

VT LITE PENDENTE nihil innouetur.

COntinuatur titul. iste prout colligitur ex principio eius vel dicas 2 quod cum præstito iuramento calumniæ esset deueniendum ad probationem, voluit auctor antequam doceat quid iuris, de probatione, demonstrare quid à partibus interim sit obseruandum, & ideo tanquam in medio proposuit hic præsentem titulum, qui diuiditur in tres partes : in prima habetur, vt dixi continuatio, & regul. ad materiam propositam, in secunda quid sit litem pendere : in tertia quid iuris si aliquid innouatum sit : secunda ibi, lis autem : tertia tibi, planè.

d LIte s. iudiciali : nam alias verbum, lis, adaptatur etiã ad cõtrouersitas extra iudiciales. vt per Abb. in cap. sæpè, de appellatio. Quod facit ad statuta loquentia de litibus & litigatoribus, fac. no. per eundem Abb. in c. 2 de verb. sign.

Lis dicitur etiã extraiudicialis.

Instituta. CAsvs hic commode non figuratur, cum auctor procedat continuando, & dando, theoricam, est tamen adnotandum, quod causa istius theoricæ, & illa videtur esse, quia ista alterius litigantis læderetur si innouaretur aliquid, hinc not. materiam de attentatis. *Io. Bap.*

e ¶ Solemnibus.] i. præstari solitis.

f ¶ Satisdationibus.] Quarum aliquæ præstantur ex parte rei conuenti partim ab actore. A reo satisdatur de iudicio sisti, quæ satisdatio fuit inuenta suspicione fugæ, vt per Doct. in l. sciendum, ff qui satisd. cog. cum reorum sit fugere l. properandum, § fin. C. de iudi. & propterea possidens immobilia releuatur ab hac satisdatione, cum tunc non sit probabilis suspicio fugæ, & de hac in authen. offeratur, C. de lit. conte. & in toto titul. qui satis. cogn. & in l. 1 ff si quis in ius voc. non ierit. Item ex parte rei est illa fideiussio de iudicato soluendo, quam licet non præstet reus conuentus. Inst. de satisd. § sed hodie. præstant tamen defendentes rem alienam, l. qui proprio, § qui alium ff de procu. l. exigendi, C. eod. titul. nisi Dominus releuet procuratorem in mandato ab hoc onere, vt inoleuit com. practica, vt per Bar. in rubr. ff iudi. solu. Ex parte actoris præstatur satisdatio de expensis reficiendis in casum succumbentiæ, de hac in authen. generaliter, C. de Episcop. & cler. & in authent. de litig. § ad excludendas, & hanc præstat etiam si immobilia possideat. Abb. in capitul. quoniam frequenter, § in alijs, vt li. non conteſt. Item satisdatio de rato, quæ præstatur ab eo, qui comparet pro actore, cum dubium est de mandato, l. 1 C. de procurat. l. Pomponius : § ratihabitionis, ff eod. titul. & generaliter ab omnibus qui agunt alieno nomine l. non solum, § alieno, ff de procur. l.

pendente lite nihil innouari * poterit. [a]

Lis quando dicatur pendere ad impediendam innouationem. h. d.

Lis autem [b] pendere hoc respectu [c] tunc dicetur, non modò cum lis contestata fuerit, verùm etiam postquam [d] à iudice competenti [e] citatio emanarit, [f] & ad partem citatam peruenerit, [g] vel per eam

Pomponius, ff sed & is, eodem tit. Sunt & aliæ species satisdationum, de quibus prolixè per Specul. in tit. de satisd.

* Pendente lite nihil innouari.] Hinc lite pendente nemo sua possessione spoliandus nec in ea inquietandus, cap. 1 & 2 vt lite pendente, nec alienatio rei litigiosæ fieri debet cap. Ecclesia eod. tit. l. fin. cod. de litig. nec supplicandum est, l. 2 cod. eod. tit. quod intelligendum est non facta mentione de litis pendentia, gloss. in cap. super literis in verb. qualitate de rescript. SOLIER.

a ¶ Innouari poterit.] Vt text. eo. per tot. & eo tit. in 6 per tot. Quod intellige de his, quæ pertinent ad iudicem, & causæ processum, Rot. Rom. hoc eod. tit. decis. 3. Item innouatio lite pendente nemini præiudicialis valet, vt per Felin. in capitul. cæterum, num. 15 de rescr. quo in loco multa ponuntur ad declarationem huius tituli. Item ius nouum impetrare non est attentare, Staphil. in tit. de gratijs, & exspectatiuis § subsequenter, num. 33. Quando autem tacita litis pendentia vitiet priuilegium, & quando illa allegari possit. Felin. in cap. 1 & in capitul. super literis de rescript. & est notandum, quod facta lite pendente sunt odiosiora, quam si aliàs facta fuissent. Hinc licet contra spoliatum possit opponi exceptio alterius spolij, cap. fin. de ord. cog. & supra de restit. spol. in princip. contra spoliatum tamen lite pendente non potest talis exceptio opponi, not. in clement. 2 de app. & per Abb. in capitul. bonæ de appella. Item contra spoliatum lite pendente non potest opponi exceptio excommunicationis, secundum Rot. Rom. decis. 2 de rest. spol. Additur, quod restò de spoliato facta lite pendente fit officio iudicis, cap. pen. & cap. fin. eod. Nec mirum, quia spolians lite pendente non solum offendit partem: sed etiã iudicem: vnde magis peccat. not. in l. 1 C. de pact. latè Rip. in l. naturaliter, § nihil commune nu. 67 ff de acqu. poss.

ALOYSIVS RICCIVS. Habes in hoc § quod lite pendente nihil est innouandum, ex quo potuit pœnitere absque aliqua pœna Hostiens. in sum. in tit. de fals. & Afflict. decis. 21 nu. 2 sicut Libertus ante litem contestatã & potest pœnitere si incidat in pœnam sine venia vocasse patronum c. Episcopus, § libertis gl. in verb. quinquaginta.

Et sic lite pendente quis debet stare in possessione iuris, vel seruitutis Bart. in l. 1 § hoc interdicto ff de itinere actu priu. Guid. Pap. q. 366 & 538 Bertrand. in cons. 51.

Vt etiam impeditur liquidatio instrumenti Freccia. in tract. liqu. instrum. 9 part. quæst. 2.

Ita pariter lite pendente non datur perempta instantia Grat. decis. 103.

Item lite pendente quis non cogitur soluere debitum, vel censum facta tamen conclusione in causa Frec. in tractat. præsent. instrument. in 9. part. quæstion. 2.

Sed quæ lite pendente prohibentur, vel permittuntur vide late Delphin. q. 39.

Io. Bap. Lis autem. C A S V S non figuratur, sed not. 1 quod, paria sunt esse citatum, & non permitti citari, habere notitiam, & nolle eam habere. Not. 2 citationes debent esse tales, vt ille qui citatur instrui super illo facto commodè possit.

b ¶ Lis autem.] Sic clem. 2 vt lit. perden.

c ¶ Hoc respectu.] Scilicet quoad innouationem impediendam, & fortius quo ad iurisdictionem perpetuandam, capitu. proposuisti: de foro compe. capitul. gratum, de offic. delegat: sed quo ad quædam alia non sufficit citatio, sed requiritur litis contestatio, vt supra tit. secundo, § igitur.

d ¶ Postquam.] In pendentia ponderamus principium, & finem hic determinat principium, aliud autem, id est, quando definat, patet in cap. 1 eo. in 6 & c. quia res 11 quæstio. 1 scilicet lite finita, quod esse potest per sententiam, à qua non est appellatum, vel aliter, vt no. in c. 1 de lit. contest. in 6 & in locis allegatis, in clem. 2 eod.

e ¶ Competenti.] Competentem hoc loco appellamus iudicem qui causæ iurisdictionem habet cum exercitio data, quod illa possit per exceptionem elidi, siue exceptio contingat personam, vt quia suspectus, siue iurisdictionem, vt quia rescriptum surreptitium, valet enim hoc casu processus in principali, si non excipiatur, c. inter monasterium, de iud. & cap. ad audientiam, 2 de rescript. sicut autem requiritur competentia in iudice, sic & in citatione, vt hic, & in clem. 2 eod. vbi not.

f ¶ Emanarit.] Limita hoc duobus casibus, qui ponuntur per Felin. in cap. super literis numero 32 de rescript. vbi & alia valdè notanda in materia, & facit ad hoc cap. causam, & quod ibi not. de testi. Item limita. in electione secundum ea quæ ponit Ab. in cap. cum venisset, de restit. in integrum.

g ¶ Peruenerit.] *Licèt ergo quo ad perpetuandam* iurisdictionem sufficiat, citationem emanasse, secundum canones, vt not. in cap. gratum, & in c. fin. de offi. deleg. & in cap. proposuit de for. comp. tamen quo ad inducendam litis pendentiam non sufficit emanasse, nisi peruenerit.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit author in hoc § quando lis pendere dicatur pro cuius materia est sciendum, quod lis non dicitur pendere per citationem factam, nisi per eam reus instruatur, super quibus ad iudicium vocatur casus est in clem. cum lite, vt lite pendente nil innouan. iuncta gloss. final. in verb. ad patrem.

Ad hoc tamen vt lis dici possit pendere, sex requiruntur.

Primo quod citatio emanauerit: secundo, quod à competente iudice; tertio, quod ad citatum peruenerit vel per eum steterit; quarto, quod plene per eam poterit instrui ad citatos; quinto, quod citatio sit apta; sexto, quod nuncius sufficienter intimauerit eam, quos omnes numerant gloss. Zabarel. in alleg. clc. Guid. Pap. in quæst. 488.

Dicitur etiam lis pendere primo, per oblationem libelli, vt in l. 1 C vt lit. pend. secundo, per relationem, vel consultationem factam superiori per iudicem l. ex illo C de appel. tertio per appellationem, vt in tit. nil nouar. appel. quarto, per iudicis recusationem cap. 2 requiri de appel. l. apertissimi, C vnde vi, quinto, per restitutionem in integrum tot. tit. C de restit. in integr.

sexto, per libelli porrectionem l. 1 & 2 quam d. libell. prin. dat. septimo, per impetrationem iudicis cap. suggestum de appel. octauo, per commissionem causæ, & hæc vetat quo ad impediendam impetrationem, quo verò ad reuocationem attentatorum requiritur citatio, vel dic. litem pendere, quod est litem contestatam esse vsque ad sententiam diffinitiuam, vel terminum litis, vt not. Ioan. And. clem. 2 tit. eod.

Vnde lis quid, & quod sit eius principium dicitur quod à contentione limitis dicta est, iuxta illud Virgilij, limes erat positus, litem vt decerneret agri, & c. forus de verb. signifi. & dicitur mota lis cum fuerit contestata ca. ex part. cl. 2 eod. tit. vel dic quod terminus litis est magis generalis, nã quandoque ponitur pro instantia causæ, & ita accipitur in leg. properandum de iudic. quandoque ponitur pro ipsa causa deducta in iudicio, vt habetur in l. nullæ C. de procur. vel dicitur lis incipere ante litem contestatam gloss. & Bal. in l. in causas C. de transact. sed veritas est in contrarium, & illa glo. in hoc reprobatur: vnde non incipit nisi à litis contestatione, probatur in cap. super quæstionum post prin. & ibi gl. in verb. litis exordium de offi. deleg. & in l. apertissimi in princ. & ibi glos. in verb. inchoetur C de iudic.

Vel sic diffiniri potest lis est contradictio verbalis, apposita amicitiæ seu affabilitati facta animo contristandi, lis tamen duplex est, quædam scil. priuata id est, quæ vertitur inter aliquos nullo præsente vel præsente persona priuata, aut publica non vt publica, sed vt priuata, quædam publica, seu iudicialis, quæ vertitur inter aliquos coram publica persona, de qua glos. in d. c. forus.

Et litis contestatio quid sit dicitur quod est negotij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & subsequuta responsio, siue negando siue confitendo, quod primo est intelligendum iudice interrogante, secundo, verbaliter id est, ore tenus secundum Panorm. in cap. vnic. extra eod. tertio, intellige, quod hæc fiant procedendo in causa directè, & à proposito, quarto, per principales personas, non per aduocatos, vt c. pastoralis de iudic.

Litis quasi contestatio, dicitur quod est quando aliquis conuentus in iudicio super reb. mobilibus quas possidet nomine alieno, nominat Dominum in iudicio, & accipit inducias ad denunciandum Dominum, vt ad iudicem veniat, aut mittat si ipse Dominus non comparet in termino sibi dato, tunc enim lis dicitur quasi contestata contra Dominum, siue habetur pro contestata, vt in c. quoniam § in alijs vers. quod si super vt lite non contest.

a ¶ Factum.] Scilicet dolosè.

b ¶ Peruenirẽt.] Concor. cle. causam de testib. cum all. in cle. 2 eod.

c ¶ Expressa.] Concor. cle. non potest. de procu. cum all. in cle. 2 eo. Et est consilium, quod actor inserat citationi, libellum, de quo dic, vt not. in dict. cle. 2.

factum [a] est, quo minus ad eius notitiam peueniret, [b] dum tamen in citatione ea sint expressa, [c] per quæ possit quis instrui, super quibus in iudicio conuenitur.

ob dilapidationem: etiam lite pendente, fit sequestratio. h. d.

Planè ab eo, qui postquam à sententia prouocauit, possessionis fructus dissipat, etiã lite pendente, sequestrari poterunt. [d]

Litis pendentia non inualidat matrimonium contractum. h. d.

Sic etiam, [e] si dum super matrimonio lis pendet, secundum quis matrimonium ritè [f] contraxerit, si primum non tenuisse debus fallit hic tit. Et an sit opus in sequestro, quod res sit in iudicium deducta. Item num cadat in reb. corporalib. per Ab. & alios in c. examinata de iud.

Planè ab eo. Casvs. Cum lite pendente diuersa ab altera parte fuerunt innouata, videlicet dissipare fructus, matrimonium contrahere, & simil. fuit dubitatum an omnia indifferenter essent reintegranda, quidam scholares tenebant partem affirmatiuam, ob causam qua fuit statutum nil esse innouandum lite pendente, de qua supra in princ. nos adnot. Sol. tamẽ iuxta id quod hic legimus, quia non est par ratio in omnibus rebus in iudicio propositis, & ideo nec etiam obiectio tenet. Not. 1 quod reus conuentus cũ non posset ad libitum de fructibus disponere suæ possessionis videtur propterea quasi custos: Not. 2 casum, in quo potest contrahi secundum matrimonium stante primo, licet contrahendo peccet, & propterea debeat pœnitentiam pati.

d ¶ Sequestrari poterunt.] Cap. fina. de seq. poss. & fruct. l. ab exequutore, C. quorum appell. non rec. & hic est vnus ex casibus, in quibus fallit hic tit. Et an sit opus in sequestro, quod res sit in iudicium deducta. Item num cadat in reb. corporalib. per Ab. & alios in c. examinata de iud.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod ob dilapidationem, & lit. pend. fit sequestrum, licet iudex regulariter ex officio suo non possit opponere sequestrum capi 1 de sequestr. poss. & Ang. cons. 107 limita quando esset timor ne partes deuenirent ad arma quia tunc iudex pót possessionem sequestrare l. æquissimum, & ibi Bart. & alij ff vsufruct. qui idem dicunt quando timetur de dilapidatione. Extende, vt procedat qui si non vult sequestrare pót præceptum facere partib. ne accedant ad rem Bal. & alij in l. æquissimum, ff de vsufructu. Spec. & ibi Ioan. Andr. tit. de libell. concept. § nunc dicendum, n. 14 Castr. cons. 3 lib. 2 Curt. sen. cons. 60 Felin. in rubr. de tregua, & pac. in 4 limit. Cap. decis. 13 per tot. & decis. 96.

Intellige quod hoc procedit quando summatim constet iudici quod pót oriri scandalum, aliàs secus Ang. d. cons. 107 in fin. vbi quod debet pars citari, & quod non creditur hoc Iudici asserenti subesse timorem. Extende, quia inter duos contendentes de possessione essodiendi mineram, videlicet Dominum, & inuentorem ne veniant ad arma potest iudex apponere sequestrum Ioan. de Imol. cons. 87 Restringe quia non procedit limitatio quando constat quod vnus solus possidet, & alter turbat, quia non debet apponi sequestrum, sed dari manutentio, & prohiberi turbans sub pœna ita Ias. in verb. quidam existimauerunt ff si cert. pet. vbi quod limitatio procedit quando nullus possidet, sed vterque contendit velle possidere aliàs, vt benè docet Guid. Pap. decis. 178 Benintend. decis. 23 numero 8 Menoch. de adipiscend. remed. 6 num. 12 vsque ad numerum 20.

e ¶ Sic etiam.] Ponit alium casum, in quo litis pendentia non operatur de his supra cod. in princip. in ver. emanarit, fac. cum in Apostolica, de sponsa. vnde sumitur.

f ¶ Ritè.] Et rectè,

a ¶ Decla-

claratum fuerit [a] pendentis litis obtentu secundum irritari non poterit [b] Et tamen, qui in contemptum contraxerit competens pœnitentia [c] imponenda erit.

DE PROBATIONIBVS. [d]

TIT. XVI.

Quid sit probatio. h. d.

PRobatio igitur : [e] est idoneis argumentis, [f] & legitimis mediis [g] facta demonstratio.

Quibus mediis fiat probatio. h. d.

Contingit autem, quid probari variis modis, vt puta, confessione partium, depositione testium, instrumentorum exhibitione ius iurandi religione, inspectione iudicis, notorietate rei suspicione vehementi, fama atque aliis adminiculis.

a ¶ Declaratum fuerit.] Et verè non tenuerit, filij tamen concepti lite pendente ante sententiam diuortij sunt legitimi. capit. cum inter, vbi Abb. qui fil. sint. leg.

b ¶ Non poterit.] Capitul. cum in Apostolica. de spon. & fac. simile de electione, secundū opin. illorū qui dicunt, quod electio facta lite pendente non retractatur, sed differtur eius exequutio, vt in capitul. cum venissent in princip. & super glo final. de restitut. in integr. sed illud ob possessionem. Sed contra videtur capitul. considerauimus, & capitul. auditis de elect. Solut. secundum Hostiens. & Ab. in capitul. cum in Apostolica. Contrarium procedit in vinculo instituto per Ecclesiam, contra, Ecclesia statuere poterit ad libitum, hic & in dicto capitulo cum in Apostolica, in matrimonio carnali, quod fuit institutum à Deo, circa quod Ecclesia non tantam habet potestatem.

c ¶ Pœnitentia.] Et intra tempus pœnitentiæ sibi carnali commercio interdicetur, c. cum in Apostolica de desponsa. & ibi no.

DE PROBATIONIBVS.

COntinuatur titul. iste prout adnot. gloss. rubr. per prin. tit. præceden. vel dicas clarius, quod postquam auctor explicauit ea omnia, quæ causæ cognitionem præcedunt, consequens erat ad cognitionem ipsam transitum facere, quæ cum habeatur per probationem, ideo proponitur hic titul. in 2 partes. in prima habetur quod & quotuplex sit probatio : in secunda eius species explicantur 2 ibi, partium confess.

d ¶ De probationibus.] Continuatio sumitur ex præcedenti titul. in princ. Et sub hoc titulo comprehenduntur plures tituli, qui tam in Gregoriano, quam in Sexto ponuntur separatim, & distinctè, Itidem fecisse videmus Iustinianum in ti. de legatis, & aliis, vbi sub vnius rubricæ inscriptione concludit plures titulos digestorum, & C. Additur, quod ita rubricando cessant angustiæ, & oppositiones quas ponunt. Doct. in rub. eod.

Io. Bap. PRobatio. CASVS non figuratur, Not. tamen primo quod probatio ideo, videtur dicta demonstratio, quia concludenter dét probare ? Not. 2 quod probatio desumitur : vel à persona rei conuenti : vel à causa ipsa. vel ab extrinseco, vt est confessio inspectio, notorium & testes, & sic reductiuè ad ista capite reducit.

e ¶ Igitur.] Reassumptiuè ad principium tituli præcedentis. Fuit autem per antiques descripta probatio, vt videre est, tam per Host. in summa eodem quam per Ab. in rubric. ex quibus hæc fuit elicita, de cuius declaratione ibi videndum.

f ¶ Argumentis.] Sume pro iudiciis, præsumptionibus, & alijs adminiculis, vel secundum Host. pro omni specie probationis

g ¶ Legitimis mediis] Puta, *testibus, & instrumentis.*

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § ponit author quibus mediis fiat probatio pro quorum intelligentia scias quod probatio (secūd. Azonem) est rei dubiæ per argumenta ostensio & regulariter probatio incumbit asserenti l. 2 ff de probat. & c. fi. 6 q. 5 latè D. Nouarius de elect. for. q. 4 sect. 3.

Quæ Probatio in genere triplex est, Prima scil. euidentissima per priuilegia, Vel instrumenta indubitata sicut in simili dicit text. inc. pen. de exceptionib. li. 6. secunda euidens & clara quę fit per testes, vel facti euidentiam, c. tua de cohab. cler. c. scelus ca. 1 & ibi gl. 2 q. 1 ista probatio per rei euidentiam, & loci aspectum admittitur etiam post conclusum in causa, & ista probatio superat omne genus probationis secundum Bal. in l. contra negantem in fin. ff ad l. aquil. & in l. si quis testib. C. de testib. de quo plenè Ruin. conſ. 149 n. 4 cum seq. Afflict. decis. 233 probatio est minus euidens, q̄ fit per coniecturas c. afferte de p̄sumptionib. In specie aut sunt multiplices. Primò enim fit per aspectum, vt in notorio, quod probatur per facti euidentiam l. 1 ff de ventre inspic. c. euidentiam de accusationib. & quomodo sit procedendum in notorio latè Paris. in consil. 147 vol. 4 & Aflit. in constit. eos tantum lib. 3 & in constit. humanitatem, n. 27 & manifestum, quod dicitur, & quibus modis probatur, & dicitur manifestum. Vide Cepol. in cons. crimin. per totum 58.

Secundò, fit per testes plures, vel etiam per vnum cum alijs præsumptionibus vehementibus.

Tertiò per instrumenta.

Quartò per confessionem, de his quatuor habetur in cap. cum ad sedem de restitutione spoliatorum.

Quintò per scripturam antiquorum librorum cap. cum causa co. tit.

Sextò per violentam præsumptionem o. dixit Dominus 23 qu. 1

Septimò per famam cum aliis præsumptionibus ca. 3 loco eod. tit. & vicini fama probationem facit ca. vlt. de frig. & malefic. & per famam cum vno teste cap. sicut de prob. quod tamen nnn sufficit ad condemnandum de crimine secundum Bart. in l. veniens de testibus, quia in criminalibus debent esse probationes apertissimæ, & meridiana luce clariores, secus in causa ciuil. l. vlt. C. de probat. de quo etiam est apostilla in conſ. Alex. 77 nu. 6 vol. 1 & plene de Franc. in decis. 372 vol. 2.

Sed vtrum adminicula non probantia, plenè coadunata facient plenam probationem glo. in cap. cauſam de probationibus dicit quod ſic. ſed contra hoc arguit ibi Panor. quia ſingulares teſtes nihil probant capitul. licèt de probationibus, & multa imperfecta non faciunt vnum perfectum capitul. quorundam cum gloſſ. 117 diſtinct. Tu tamen dic nam ſi probationes diuerſę tendunt ad vnum, ſunt committibiles, & ſi ſunt ſufficientes ad iudicis animũ inducendum ad plenam credulitatem inducunt etiam plenã probationem, & hoc ſiue ſint eiuſdem generis ſiue diuerſi, & vnus teſtis cum fama iuxta not. in cap. 1 de appellat. & idem in aliis præſumptionibus, & adminiculis cum vno teſte de viſu, vel pluribus de credulitate, ſi verò tendunt ad diuerſa non ſunt committibiles, exemplum in ſingularibus teſtibus, vt ſi aliqui teſtes deponunt. de mutuo ſed non perfectè & aliqui de confeſſione mutui, & non perfectè, vt non coniungantur, ad faciendam plenam probationem quia mutuum & confeſſio ſunt diuerſa, nec tendunt ad vnum totum faciendum cum ſępè ſit vnum ſine reliquo, de quo plenè Alexand. in conſ. 72 & in apoſtilla plenius nu. 2 & 3 Caſt. in cons. 381 Delph. in quęſt. 860.

Quomodo noſcatur probatio ex confeſsione, & quæ ſint poſitiones. h. d.

Partium confeſſione [a] tunc conſtat probatio, cum reus poſitionibus [b] reſpondendo, * vel aliàs iudicio de intentione confitetur actoris. Sunt autem [c] poſitiones breues quædam narrationes facti ſeriem continentes, ad eliciendam veritatem conceptæ, ſuper quibus quis petit ab aduerſario [d]

Partium confeſſione. Hæc pars diuiditur in octo particul. in quarum prima explicatur confeſſio, in ſecunda teſtium depoſitio, in tertia fides inſtrumentorum, in quarta iuramentum: in quinta inſpectio iudicis, in ſexta notorium, in ſeptima ſumptio, & præſumptio, in octaua fama, & opinio, ſecunda ibi debet autem, tertia ibi, at ſi partes, quarta ibi, quod ſi nec teſtibus, quinta ibi, iudicis inſpectio, ſexta ibi, ſed & ſi, ſeptima ibi ad notorium, octaua ibi fama. Quo ad primum hæc pars rurſus, ſubdiuiditur in duas particul. in prima tractatur de confeſſione in iudicio facienda, in ſecunda de ſcripturarum editione, ſecunda ibi non tamen, quo ad primum. Cavsa ita poteſt in ea figurari. Quidam clerici litigãtes inter ſe diuerſis poſitionibus propoſitis petebant vt eis daretur reſponſum, & quatenus denegaretur ab aliquo quod denegãs debeat haberi pro confeſſo ſicuti ac ſi conuictus eſſet, fuit quæſitum quid iuris, & per § ſed iſta in fin cum § ſequen. ſupra de dolo, & contumac. Reſpondebatur ad vlteriora eſſe procedendum. Solu. tamen vt in hac parte cauetur: quia cum contenta in libello ſint quid facti, oportebat prius, videre an aduerſarius ipſa concedat, vel neget, quod vt legitimè fiat, debet obſeruari quod hic legimus. Nõ obſtat obiectio, quia cum reſponſum, quod debet dari libello in iudicio propoſito ſit diuerſum à reſponſo, quod datur huiuſmodi poſitionibus, ideo non tenet argumentum ab vno, ad aliud. Not. primò, qualis debeat eſſe confeſſio iudicialis, nam de iſta loquitur hic auctor: ſi aliter enim eſſet non eſſet iudicial. dicenda. Nota ſecundò, quod confeſſio cum poſſit eſſe erronea ideo permittitur, eam poſſe reuocari, dummodo ſtatim id fiat, hinc deducitur paria aliquando eſſe naſci, & ſtatim perire. Not. tertio quod quis conuincatur & confiteatur paria ſunt, cum producunt eundem effectum.

ALOYSIVS RICCIVS. In præſenti § author incipit explicare primam ſpeciem probationis, quæ eſt per confeſſionem partis, quæ ſpecies probationis eſt melior, & efficacior omnibus cum confeſſus pro iudicato habeatur l. vnic. C. de confeſſis, & in eum nullę ſunt partes iudicis l. quia pro indeff ad l. aquiliam hinc eſt quod à propria confeſſione quis recedere non poteſt. Alex. conſ. 49 n. 1 & in conſ. 13 num. 5 vol. 1 & in iure nulla eſt maior probatio quã oris proprij confeſſio de Amicis conſ. 50 n. 1.

a ¶ Confeſſione.] Not. ergo, quod appellatione probationis continetur etiam confeſſio, quod quidam negant propriè, cum potius ſit releuatio ab onere probãdi de quo dic, vt per Doct. in rub. eo. & hoc principium eſt veluti ſummarium totius huius tituli.

b ¶ Poſitionib.] Pro intelligentia ſciendum eſt, quod poſitiones differunt ab articulis, & libellis. Ab articulis differunt, quia poſitiones ſunt breues, & ca. vt hic dicitur. Sed articulus eſt pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit, putà, per teſtes, vel ſcripturas Bal. in l. generaliter § iuramento. G. de reb. cred. Specul. in titul. de teſtament. § nunc videndum colu. 1 verſicul. ſciendum eſt igitur, & habetur plenè in capitul. præſentium de teſtament. in 6. Et fiunt poſitiones per verbum, ponit, ad eliciendam confeſſionem ab aduerſario. Articulus fit per verbum probare intendit, & reſpicit probationes faciendas per teſtes vel ſcripturas, casu quo poſitiones negentur. Item poſitio fieri poteſt mere negatiuè, & tenetur illi pars reſpondere, capitul. 1 de confeſſ. in 6. Sed articulus non poteſt concipi negatiuè: quia eſſet improbabilis, niſi cohæreret loco, & tempori Alexan. l. inter ſtipulantem, in princip. ff de verbor. obligation. Item ponens poſitum confitetur, ſi poſitio fuit in iudicio præſentata, nec poteſt reuocari niſi doceatur de errore, ſiue poſitio fiat in ſcriptis, ſiue non, Specul. in titul. de poſitionibus. § 10 verſicul. quid ſi actor. & verſic. quod ſi ponens Bald. in l. generaliter § ſed iuramẽto. verſ. not. ſuperbo, & cæt. C. de reb. cred. & not. in capitul. cum contingat. de offic deleg. & habetur per Ab. in capitul. examinata de iud. & in capitu. cauſam de iur. calu. ſed articulans non cenſetur fateri, quod dicit in articulis Ab. in capit cum venerebilis, in fin. de except. Ioann. Andr. in cap. fi. de iureiur. in 6 Doct. in capitul. fin de confeſſ. Bar. in l. 2 § quod obſeruari C. de iur. cal. Bald. in l. ſicut. in fin. C. de repud. hered. Alibello autem differunt poſitiones: qua libellus habet concluſionem, & reſpondens libello litem cenſetur conteſtari, vt not. ſupra de litis conteſtation. in princip. niſi fortè eſſemus in ſummariis habetur de hoc in c. 2 de confeſſ. in 6 Capitulorum autem generalior eſt appellatio (licèt interdum promiſcuè his nominibus vtamur.) & comprehendit, tam articulos, quam poſitiones. Vnde terminus datus ad capitu. cenſetur datus tam ad ponendum quam ad articula. Bal. ind. § ſed iuram.

* Reſpondendo.) ſi dubitetur de aliquo & probatio difficilis ſit aduerſarius interrogandas eſt (vulgò dicimus *eſtre ouy categoriquement*) vt vel confitendo, vel mentiendo ſeſe oneret & ita is cui probandi onus incumbit eo releuetur l. 1 & l. 2 l. non alienum eſt & l. vbicumque ff de interrogat. in iure faciend. SOLIER.

c ¶ Sunt autẽ, &c.] Iſta deſcriptio ſumit. ex his quæ ponit. Spec. in tit. de poſit. § 1 iunctis not. Per Bald. in li. generaliter. § ſed iuramento de reb. cred.

d ¶ Ab aduerſ.] Nõ autẽ ab aduoc. vel alia 3 perſon. niſi tamẽ pars ſit ſimplex, & prob. timeat. nec capi. Nã 2 H.

poterit respondere per aduocatum. Idem si sit persona indiscreta, secundum Innocent. vt per Abb. in capitul. pastoralis in fin. de iudi.

a ¶ Responderi.] Quod clarè fieri debet aliàs fiet interpretatio contra respondentem Abb. in cap. eum causa de iuram. calum.

b ¶ Confessiones.] Facit clement. sæpè de verbor. significat. vnde sumitur. Sed si pars negat, quod petitur, quid releuat positiones facere, quas etiam negabit ? Respondeo. Vt not. in d. clem. sæpè in verbo, confessiones.

c ¶ Defectum.] Cap. 1 de confess. in 6.

d ¶ Auctoritas.] Vt in capitul. dudum de elect. capitul. primo, & capitul. secundo, de confess. in 6 & clem. sæpè, de verb. signifi.

e ¶ Si quis igitur, &c.] Siue reus sit, siue actor secundum com. resolutionem. Quidam tamen hoc intelligunt in reo tantum, & eius procuratores, pro quibus videtur cap. fi. de conf. in 6. qui text. solum meminit de reo, hæc litera deseruit vtrique opin.

f ¶ Requisitus.] Scilicet per iudicem non per partem, vt nota in capitul. primo, de confessis, in sexto. Valeret tamen spontanea confessio, si fieret ad instantiam aduersarij iudice non præcipiente, l. si sine, ff de interro. acti. Doct. in capitul. prout, de dol. & cont. & plura alleg. Perus. in cap. fin. de conf. in 6.

g ¶ Pro confesso.] Sed quæritur, an ipso iure an potius per sententiam ? Archidiac. & Ioann. Andr. quod ipso iure contra Ioann. Monac. quod immò requiritur declaratoria, & eius opin. videtur sequi Abb. in capitul. cum causam versicul. item aduerte, & in capitul. cum in causa versic. quæro hic dicitur de iure calumn. & Leg. in l. 2 § quod si actor. C. eodem titul. pro quo facit not. *in l. eius qui debitorem*, ff de iur. fisc. & capitul. primo, de homic. & capitul. si fœlices de pœn. in sexto, & in capitul. cum secundum, de hæret. eodem lib. vbi quantumcumque pœna imponatur ipso iure, semper tamen requiritur declaratoria. Sed possunt opin. concordari, vt per Petr. in capitul. fin. de confess. in sexto, qui limitat quod hic dicitur quinque modis, die vt per eum.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis in præsenti § recusantem respondere positionibus haberi pro confesso: verum, vt prædicta conclusio vera sit nonnulla concurrere debent, & primò, qualitas causæ, alioquin ex sola contumacia in non respondendo positionibus non poterit condemnari, nec habetur tunc pro confesso, vel negante Plot. consil. 52 numero 29 vbi exemplificat, si libellus est ineptus, vel non concludens, vel manifestam continens rei defensionem Curt. de posit. numero 15 colum. 3 Marsil. fin. 625.

Secundò, quia ad iudicis præceptum non respondens habetur pro confesso, siue super facto defuncti, siue alieno, dummodo tamen detur terminus ad deliberandum, Bald. cons. 225 lib. 1.

Tertiò requiritur, quod positio sit pertinens Moron. de treg. & pac. q. 35 num. 6.

Quarto intelligitur, quod contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso super positionibus sibi lectis, vel aliter editis, vt quia sunt traditæ nam ista sunt æquipollêtia Bald. consi. 215 lib. 2.

Quintò, quod habeatur pro confesso, precedit, quando ad iudicis præceptum non respondit: ita vt requiratur citatio ad allegãdam causam, quare non habeatur pro confesso Alex. cons. 213. num. 31 lib. 6 & ibi add. ad lit. c. Guid. Pap. cons. 7. Moron. de treg. & pac. quæst. 35 dummodo tamen citatione non adsit comminatio, quod habebuntur pro confessis Alex. cons. 212 nu. 2.

Sextò etiam monitus à iudice, vt respondeat positionibus, poterit moram purgare, maximè re integra Natt. cons. 364 num. 10 Neuizza. cons. 6 num. 12 Osasc. decis. Pedem. 5 & decis. 71 & quod in causa appellationis licita sit purgatio moræ, & contumaciæ dicit Castrens. cons. 141 lib. 1 licèt Bald. cons. 182 teneat quod contumax in respondendo positionibus in termino sibi præfixo à iudice, vel à statuto non possit moram purgare. Idem Bald. cons. 315 lib. 2 vbi tamen dicit, quod ex causa excusabitur Guid. Pap. cons. 7 Moron. de tregua, & pace, q. 35 num. 7.

Septimò, quando positiones sunt sine termino, quo casu etiam, quod quis non respondeat, non habetur pro confesso, neque contumace, Cels. ad Lanfranc. in cap. quoniam in tit. de respons. num. 195 in verbo pro confesso de probat. Ratio est, quia isto, quod probares, *non vinceres*, quando non adesset tempus, pro vt est in mutuo, cum sic probatio non esset concludens Meuiz. cons. 30. num. 18.

h ¶ A iudice.] Ergo quod hic dicitur, non habet locum in citato per nuncium, vel epistola, vt not. in c. fin. de conf. in 6. & tenent Arch. Dyn. & Perus. ibi. qui tamen limitat hanc opi. duobus in casibus. Primo, cum contumax dixit se nolle respondere, vel venire. Secundo, quando iudex in citatione fuit comminatus, quod nisi compareat habebit positiones pro confessatis, per allegata, ibi per eum intelligentem hoc, quando quis est citandus secundo: secus si primo tantum quia non haberet locum, quod hic dicitur. Intellige ergo, cum iudex ipse interrogat in tantum, quod si notarius, etiam ex commissione iudicis interrogaret non haberet locum, quod hic dicitur, nisi iudex esset præsens.

i ¶ Sed si antequam.] Nota casum, in quo quis non respondens positionibus non propterea habetur pro confesso, de aliis pluribus habetur, in capit. fin. de de confess. per gloss. & Doct.

Recusans respondere positionibus, habetur pro confesso. h. d.

Si quis igitur [e] positionibus sibi factis respondere requisitus [f] recusauerit, vel ne responderet se per contumaciam subtraxerit, pro [g] confesso habendus erit.

Contumax nondum iussus à iudice respondere non habetur pro confesso. h. d.

Hoc tamen ita demum obtinet, si à iudice [h] respondere iussus, illum absentem fieri contigerit, sed si antequam [i] iuberetur

contumaciter abscesserit, tunc pro confesso minimè reputabitur : sed contra eundem tanquam contumacem procedendum erit, prout iuris ratio dictauerit. [a]

Confessus & probationibus conuictus æquiparantur. hoc dicit.

Redditis igitur [b] circa exhibitas positiones responsionibus, diligenter ab actore discipiendum erit, an à reo [c] super controuersia legitimam confessionem [d] extorserit, [e] quo quidem casu, & ipse * probationum oneribus releuabitur, & iudicis in cognoscendo [f] partibus cessantibus statim super tali confessione pronunciandum erit. [g]

Confessio erronea statim reuocata non præiudicat. hoc dicit.

Planè si per errorem [h] facti huiusmodi confessionem emanasse doceatur confitenti (sed tamen confessionem suam statim reuocanti) nullum præiudicium generabitur : [i] alioqui quod sua quisque voce

Legitimam confessionem quæ faciant.

a ¶ Dictauerit.] Quod habes in cap. prout de dolo & contu. & supra de dolo & contu. per tot.

b ¶ Redditis igitur.] Sic Spec. in tit. de conf. in princip.

c ¶ A reo.] Vel procuratore eius, licet non sit semper eiusdem efficaciæ confessio procuratoris cuius est rei, vt, quia non facit fidem in alio iudicio, velut confessio principalis, vt per Abb. in c. per inquisitionem num. 12. de elect.

d ¶ Legitimam confessionem. Sed quænam concurrere debent ad hoc, vt dici possit legitima confessio ? Resp. multa, & primo, quod fiat à pubere, vel maiore, nec enim tenet confessio facta à pupillo. 22 q. 5 cap. paruuli, cap. ex parte de corpo. vitiat, & capit. cum virum de regul. fac. l. 11 C. de fal. mone. l. certum, § si à pupillo ff de confess. Minor. tamen 25 annor. licet obligetur ex sua confessione : tamen restituitur, l. si ex causa § 2 ff de minor. & multa in materia per Hostien. in summ. de confess. in princip. Secundo, quod sit sponte facta aliàs nõ teneret cap. 1 de his quæ me. cau. l. 1 § diuus, & si quis vltro ff de quæst. 2 cap. Lotharius. Tertio, quod non sit facta per errorem, cap. fin. de confess. & hic. Quarto, quòd non faciat pro confitente, sed contra l. de ætate. § 1 ff de minor. Quinto, quòd fiat coram suo iudice, alias non teneret, cap. at si clerici, vbi Abbas, de iud. Hoc intellige, si pro tribunali sedeat, vt ibi traditur. Sed quid si processus, in quo emanauit confessio, fit nullus? Respond. nihilominus tenet confessio, vt in dict. cap. at si clerici, & per Abb. in c. dudum 2 de elect. nisi causa nullitatis percutiat, & afficiat etiã confessionem, putà quia facta tempore feriato ; vel coram non suo iudice. Abb. in cap. Pisanis de restitut. spol. Sextò, quòd fiat in iudicio per ea, quæ suprà, & per Spec. in tit. de confess. § nunc videndum restat, vbi distinguit. Septimo, quòd fiat præsente aduersario, vt in l. certum, § si quis absente de confess. Octauo, quòd sit certa, d. l. certum. Requiruntur, & alia de quibus diffusè per Specul. in tit. de confess. § sequitur, & per Hostiens. eodem titul. § qualiter per quatuor col. per Doctor. in capit. olim, de rescript. & in cap. fin. de confess.

e ¶ Extorserit.] Dicetur autem extorta confessio non solum quo ad id quod quis est expressè confessus : sed etiam omne id, quod sequitur ex illo. Abb. in capite venerabilis excep.

* Et ipse.] Confessus pro iudicato habetur competitque aduersus eum ex sua ipsius confessione actio, l. 1 l. Iulianus in fine, ff de confessis, l. vnic. Cod. eod. tit. ac etiam exceptio, l. quidam in princ. ff de donat. nisi ij qui agere, vel excipere volunt confessum non interrogauerint, l. vltim. ff de interrogat. SOLIER.

f ¶ In cognoscendo.] Et etiam in pronunciãdo, aliquando sumus in ciuilibus, vt per Abb. in cap. quærenti, de offic. dele. Licèt secus in criminalibus, quo casu confessus non habetur pro condemnato, vt per eundem in c. at si clerici, de iud. de quo latè per Hostiens. in summ. de confess. § fin. vbi habes, quod etiam in ciuilibus, sæpè in confessum pronunciandum.

g ¶ Pronunciandum erit.] Vt in cap. præterea 2 de transact. & tenet Spec. de confess. in princip. Hoc tamen non procedit indistinctè vt in proxim. notul. & per Hostiens. in § fin. de confess. & per Doct. in l. 1 C. de confess. Sed videtur habere locum cum confessio fit post litem contestatam, vt per Bart. in l. 1 ff de confess. & per Doctor. communiter in cap. quærenti, de off. deleg.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit, quod confessus, & probationibus conuictus æquiparantur, & consequenter sequuta confessione debet sequi condemnatio, intellige tamen, vt debeat ei concedi breuis terminus aduersus confessionem Maranta de iudicijs nu. 39 & Viuius, decis. 68 & ratio est, quoniam confessio ipsa rei inquisiti potest reuocari per eum, vel per illius procuratorem, cum speciali mandato, asserendi huiusmodi confessionem emanatam, exortamque formidine tormentorum, vt per Anch. cons. 24. numero 4. vbi in facti contingentia ita obtinuisse recitat.

h ¶ Per errorem.] Vel iracundiam, vel nimiam festinantiam, Abb. in capit. cum venerabilis, de except. vers. opp. videtur enim statim. Fortè vsque ad definitiuam sententiam, non post, licèt post præceptum iudicis de soluendo confessio possit reuocari. Abb. in capite ex parte, de verb. signif.

i ¶ Generabitur.] Cap. fin. de confess. vbi Abb. subtiliter distinguit, an, & quando possit confessio prætextu erroris reuocari, post Bart. in l. non fatetur, ff de confess. & per Hostiens. in summ. de confess. § an error.

ALOYSIVS RICCIVS. Confessio erronea potest statim reuocari, & reuocata non præiudicat habes ex isto textu.

Quem amplia procedere etiam in confessione facta, per procuratorem, quæ confessio facta per procuratorem reuocari potest, etiamsi emanata ea sit cum iuramento, ac etiam non docto aliter de errore ita Rota Rom. decis. 140. in nouis Ægid. decis. 146 Franc. in cap. fin. col. 3 de iure iurand. Veral. decis. 108 confessio procuratoris in 1 part. vbi hoc non immeritò, quidem amplificat quoque locum sortiri in quacumque confessione, etiam si illa geminata foret, explicatque denique ita iudicatum in Rota Rom. vbi assignat hanc palpabilem, viuacemque rationem hoc re ipsa contingere, ex quo præsumitur abipso procuratore emanata confessio, tanquam de causa malè informata, & tanto magis cum procurator teneatur necessariò, quidem per Dominum informari, ad quod nempè absque difficultate aliqua debet habere dilationem, vt per Innoc. in capit. exposuit in gloss. sua in verb. teneri de dilat.

Item assignari potest altera etiam ratio, nam confessio procuratoris non est vera confessio Domini, sed facta, & interpretata taliter, quod ea non debet ipsi Domino, vllo nempè modo præiudicare per notat. per Bert. in leg. cum filius, ff de verb. oblig. & in l. eius qui delatorem, ff de iure fisci vbi vult, quod ficta confessio alicuius non nocet suo hæredi, si non habuerit effectum contra defunctum, nec itidem confessio filij ficta nocet patri, vt notatur in d. l. filius, quodque procedit de plano, & absque scrupulo, si ageretur ciuiliter, tunc profectò confessio facta inter certas personas non præiudicat, quoad aliam personam, vt l. penul. ff de interrog. acti.

Taliter, quod ad institutum nostrum reducendum confessio sola simplicis procuratoris non præiudicat illo quidem modo, Domino, vt firmauere vniformi consensu omnes in l. si debitorem, ff de nouat.

Limita nunc in confessione deliberata, qui reuocari non potest, Roman. cons. 346 Crauet. cons. 112. num. 9 per gloss. in cap. ex literis, in verbo admonita de diuortiis.

Limita secundò, in confessione extraiudiciali redacta in scriptis Ripa in l. admonendi, num. 15 ff de diuortiis.

Limita tertiò, non docto de errore Bellam. dec. 411.

Limita quartò, in confessione resultante ex positionibus, quæ est irreuocabilis Alex. cons. 34 col. 1 volu. 1 Iaf. in l. error col. 2 C. de iuris, & facti ignorant. Hosti. & Io. And. in cit. c. ex literis, de diuor.

Limita quinto, quando confessio esset per partem acceptata Franc. in cap. causam versic. & ex prædictis de appellat. Alex. consil. 118 volum. 3.

dilucidè [a] contestatus est, proprio non valebit amplius testimonio infirmare. [b]

Reus non tenetur edere actori, nisi instrumenta communia. h. d.

Non tamen, [c] quia positionibus reus respondere compellitur, [d] si documenta quoque, quæ ad causam pertinentia penes se detinet: nisi sibi cum actore sint communia, [e] exhibere compellendus erit. Nam graue nimis [f] esset illum ad eorum exhibitionem vrgeri, per quæ sibi postea præiudicium fieret. Sed actor ipse inficiante reo sumptis congruis dilationum temporibus intentionis suæ proprias probationes afferet, [g] vel testes inducendo, vel instrumenta, & alias scripturas producendo.

Reus citandus est ad videndum iurare, & deponere testes. h. d.

Debet autem in primis, si ex dictis testium

a ¶ Dilucide.] Quod erit, etiam si respondeat per verbum credo, si interrogetur super facto proprio Abb. in capit. literas, & capit. cum causam, de iura. calumn.

b ¶ Infirmare.] Capit. per tuas, de probat. l. generaliter. C. de non num. pec.

Non tamen. Casvs. *Io. Bap.* Sæpè inter litigantes contingit quod alter habeat apud se diuersas scripturas ad litem, & iudicium pertinentes, qua de re altera parte instâte petebatur, quod omnes edi debeant, idque videbatur licitum, argumento § admonendi, supra de litis contestatio. Sol. tamen, vt hic habetur, quia ad fundandam intentionem non sunt desumenda arma de domo rei, vt cõmuniter Doctor. adnot. non obst. obiectio quia text. in d. § loquitur de legitima probatione, quod non contingeret in casu nostro: Not. arg. quod non tenentur aliquid facere pro beneficio alterius cum damno nostro.

c ¶ Non tamen, &c.] Hic ponitur ratio dubitandi § istius, videbatur enim quod quemadmodum dum reus cogitur respondere positionibus, possum ab eo quamquam inuito confessionem extorquere contra seipsum, ita etiam possumus cogere eundem ad edendum, quamquam possit ex tali editione damnum pati, quæ ratio visa est adeo fortis quibusdam Legistis, in l. 1 C. de eden. quòd fuerunt ausi tenere quod reus hodie teneatur actori edere, quod tamen expressè est contra iura in d. l. 1 & l. nimis, C. de testi. & in cap. 1 eod. vbi plenissimè de tota materia per Abb. & alios.

d ¶ Campellitur.] Vt cap. 2 de testi. in 6.

e ¶ Communia.] Not. casum, in quo reus edit actori, fac. c. G. perpetuus, de fide inst. & de aliis habet per Cano. in capite primo, eod.. per Legist. in l. 1 C. de eden.

f ¶ Graue nimis.] Sic in l. nimis. C. de testi.

g ¶ Afferet.] Sed contra videtur l. si post C. de assess. Solu. ibi non probationem, sed personæ præsentiam pars exigit, vel illud est speciale, vt not. in l. nimis C. de testi.

Debet autem.] Hæc pars ob eius maximam vtilitatem est subdiuidenda in 7 particul. in quarum prima habetur qualiter recipiantur testes: in secunda quot: & qualiter examinentur: in tertia qui possunt esse testes: in quarta quid concedatur, ne pereant probationes: in quinta an liceat probare post renunciationem: in sexta quando, & quemodo opponat contra testes: in septima qualiter testis possit scrip. corrigere, secunda ibi interrogabit, tertia ibi testes vero, quarta ibi

dabunt autem: quinta ibi, elapsis igitur: sexta ibi, sed interdum: septima ibi, eum quoque. Quoad primum

Io. Bap. Casvs ita figuratur. Cum in quadam causa essent testes recipiendi, iudex sine aliquo iuramento, nec partis aduersæ citatione volebat eos recipere, atque examinare, idque putabat esse de iure ob præsumptionem bonitatis cuiuslibet hominis, confirmatur quo ad iuramentum, quia infra in hoc eod. tit. explicatur, vt est species, vna probationis, & cum hoc ad notitiam alterius partis peruenisset, instabat id non esse aliquo modo faciendum, qua de re Sol. prout in parte legimus, quia testes in iudicio ordinario, de quo nos in præsenti loquimur debent recipi, & admitti certa iuris solemnitate obseruata, & sic prima obiectio non videtur aliquid concludere: quo ad confirmationem vero dico quod diuersi sunt fines, vnde hic tex. noster intelligitur de iuramento veritatis dicendæ. Not. 1 casum, in quo nemini est credendum sine iuramento quamuis ille sit religios. quod facit contra cap. fin. de præsumpt. Not. secundo, quod testes ad testificandum tunt omninò obligati, & propterea præcisè cogi possunt, idque videtur factum, vt partes possent in iudicio sua iura probare.

rei sit eruenda veritas, admoneri [a] aduersarius, quòd auditurus [b] iuramentum veniat, [c] ne si prætermissum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat firmitatem. [d]

Non creditur testi non iurato, nisi remittatur iuramentum. h. d.

Sed & testium depositiones non aliter recipiet iudex, quàm prius iurisiurandi religione firmauerint, quòd tantum quæ vera nouerint professione suæ testificationis aperient: [e] nullius enim testimonio, quantumcunque religiosus [f] existat, nisi iuratus [g] deposuerit, in præiudicium credi

a ¶ Admoneri.] Personaliter, vel ad domum non tamen semper sufficit citatio ad domum, de quo per Ab. & Doct. in ca. causam, de dol. & contu. & in cap. fin. de eo qui mit. in poss. sed si non fuit pars citata non valet, vt hic. Excipiuntur quidam casus per Doct. in ca. 2 de test. & inter alios casus, quem ponit Bartol. in l. Theopempus, ff de dot. præl. vt si testator mandet stari super aliquibus dicto alicuius, quem dicit informatum quia sine vlla citatione poterit deponere, hoc tamen bonis rationibus reprobat Ab. in d. cap. 2 sed num sufficiet vnica citatio, vel potius requiratur trina? Resp. vt per Ab. in c. consuluit, de off. deleg.

b ¶ Auditurus.] Imo contra: quia testes audiendi sunt in secreto, & sigillatim recipiendi cap. venerabili, de testi. cap. inquisitionis, § 1 de accu. cap. nullum C. de testi. Quomodo ergo veniet pars testes auditura? Solu. secundum gl. & Doct. in cap. 2 de testi. vnde sumitur, quod hæc litera non intelligitur ita iudaicè, vt pars debeat audire dicta testium, dum ipsi deponunt: sed potest audire testes iurantes, & post publicationem videbit etiam dicta testium. Vel aliter hoc intelligitur, quando testes deponunt in causa publicationis, id est, ad perpetuam rei memoriam, vt in cap. quoniam § sunt & alij, vt lite non contc. prima verior secundum Abb. in d. cap. 2 & fac pro prima not. in capit. constitutus, de fideiussor.

ALOYSIVS RICCIVS. Agitur in præsenti, § de iuramento testium, & duo disponit primo reum esse citandum ad videndum iuramenta testium: & hanc conclusionem canonizauit Rota test. Farinac. in decis. 36 part. 1.

Secundo quod testi non iurato, non creditur, concordat textus in cap. iusiurandum, C de testibus, quia probatio testis regulatur à iuramento, vt inquit Bald. consil. 96 lib. 1 vbi quod sicuti iuramentum non potest diuidi: ita nec dictum testis, quia fundatur super iuramento Imo consilio 147 numer. 3 Bart. & Doct. in l. iusiurandum, C. de testibus, vbi quod debent iurare manibus tactis scripturis, & regulam ponit. Ias. cum ampliationibus, & limitationibus in l. admonendi, ff de iureiur. qui testes debent corporaliter iurare, vt probent non autem verbo, & idem cũ iuramentum possit dupliciter intelligi verbe, & corporaliter, non probatur iurari, & sola assertione, quod iurarunt nisi exprimatur de iuramento corporali Signor. consil. 195.

Limita quando testis declarat dictum suum dubium, quia non requiritur iuramentum Rom. cons. 482 num. 8 sequitur Bosius titu. de oppos. contra testes n. 35 & est ratio, quia qui declarat nihil denuo facit, sed factum detegit.

Limita secundo, quando essent plures personæ dignæ fide quæ aliquid sine iuramento attestantur; quia facient præsumptionem Marcabru. ab Anguillis cons. 50 num. 93 & 94 Ias. in repet. l. admonendi num. 190 vers. 7 quæritur Bart. ff de iureiur. quod procedit etiam si sit vnus testis in dignitate, quia licet non probet sine iuramento facit tamen præsumptionem glos. in capit. cum olim essemus de priuileg. Alex. cons. 124 lib. 9 num. 7 quem citat, & sequitur Marcabrun. cons. 40 num. 95 & seq.

c ¶ Veniat.] Quid si nolit venire? Resp. recipiuntur, & valebunt depositiones, ac si venisset, cum venire, vel non, sit in potestate partis, nisi in casu, vt not. in cap. constitutus, de fideiuss. Et hoc etiam intellige, quando lis fuit contestata, vt in titul. vt lit. non contest. & not. in cap. 2 de test. Quid si pars non possit venire? an depositiones valeant? Respond. de hoc sunt opin. videtur tamen mero iure depositiones tenere, licèt legitimè impeditus sit restituendus ad deponendum contra testes, secundum Abb. in cap. 2 de testi. restituetur etiam aduersus depositiones ipsas testium.

d ¶ Firmitatem.] Ita vt nec iudicium quantumuis modicum cum faciant depositiones Ab. in c. 2 de test. Bart. in l. maritus, ff de quæst. not. ergo, quod actus gestus contra legem est ipso iure nullus l. non dubium C de ll. c. quæ contra. de re iud. An autem hoc verum sit, vbi est appositа pœna? dic vt per Bart. in l. prætor. ff de non. oper. nunc. & per Ab. in c. 2 de testi.

e ¶ Aperient.] Vt 3 q. 9 c. hortamur. Sunt & alia plura, quæ debet testis iurare antequam deponat, de quibus per Spec. in tit. de teste sub c. de testium iuramento, & per Host. in sum. de testib. § quid debeant iurare.

f ¶ Religiosus.] Cap. nuper, de testi. Etiam si esset episcopus, vel Cardinalis, Ab. in c. cum olim n. 5 de priuil. licet hi non tangant scripturas, c. fi. de iuram. calum. & in § in hac tamen parte super eod. tit. Dictum tamen magni viri iurati faciet præsumptionem Ab. in c. cum olim, de dolo & cont.

g ¶ Iuratus.] Licèt non citatus. Abb. post Spec. &

debet alterius , [a] nisi fortè iuramentum ab aduersa parte [b] remittatur. [c]

Testes recusantes iurare sunt sub pœna excommunicationis cogendi , & iuramentum de non deponendo non tenet. h. d.

Quòd si testes à iudice moniti , [d] sese , vel odio , vel gratia , vel timore à ferendo testimonio subtraxerint , per censuras Ecclesiasticas * testificari compellendi [e] erunt nec audientur , [f] quòd sese quo minus deponant proprij iuramenti [g] vinculo innodatos [h] asserant.

Diligens debet esse iudex examinando super omnibus qualitatibus totius causæ. hoc dicit.

Interrogabit ergo iudex testes in qualibet causa ad minus duos [i] (nulla [K] enim causa est regulariter , quæ vnius testimonio quantumuis legitimo terminetur)

Dom. de Ro. in c. 1 de testib. vers. ext. gl. quæro.

a ¶ Alterius.] Secus fortè, si dictum testis non esset in præiudicium alterius , puta , quia deponat quem baptizatum , vel ecclesiam consecratam : quia crederetur fortè vni, etiam non iurato, cap. paruulos, & ibi not. & c. cum itaque, de consc. dist. 4 Item vbi quis vult probare se egisse pœnitentiam per confessorem suum, ca. nemo de fin. fac. cap. omnis, de pœn. & remis. vel deponeret : tanquam peritus in arte Ab. in ca. proposuisti, eod.

b ¶ Parte.) Cap. tuis, de testi. vnde sumitur, licet autem , & ibi , & hic fiat mentio in singulari numero de parte, debet tamen vtriusque partis interuenire consensus, testis enim iurat pro vtraque parte verum dicere , & ex falso eius testimonio potest vtraque pars lædi, c. omnes, de reg. iur. in 6 sed an requiratur consensus etiam iudicis? Quidam quod sic , ne circumueniatur illius auctoritas pro hoc l. acta. ff de re iud. Contra tenet Abb. in d. cap. tuis. Quando scilicet causa est merè priuata , tum quia iuramentum debet esse necessarium , ca. & si Christus, de iureiuran. quæ necessitas cessat ex quo partes , de quarum fauore principaliter agitur , remittunt, tum per l. si conuenerit , ff de re iud. & resp. ad l. acta, vt ibi per eum. Et pro hac opin. fac. quod iura non meminerunt de iudice. Sed si non apparet remissum, vel præstitum an præsumatur interuenisse? Respon. non, cum solemnitas intrinseca non præsumatur , cap. dudum , de elect. ibi. Non inuenimus esse factam per Legistas latè in l. sciendum , ff de verb. oblig.

Formalia conuentionis principaliter fauorem partis possunt remitti.

c ¶ Remittatur.] Cum igitur iuramentum possit remitti, patet quod non est de solemnitate formali ipsius testimonij , & vt quidam dicunt , est magis de ordine , quam de substantia. Sed contrarium tenet Ab. in cap. tuis, de test. per c. de testib. eod. titu. Et cum per hanc suam opinionem videatur dicendum, quod non possit à partibus renunciari tanquam formæ, arg. not. in l. 1 ff de verb. oblig. & in cap. cum dilecta , de rescr. limitat ipse illa dicta, vt non procedant , quando forma principaliter concernat fauorem partis, fac. l. fin. C de fideiu. cum ibi not.

d ¶ Moniti] Not. quod testes antequam cogantur , moneri debent, fac. c. super de test. cogen.

* Per Censuras Ecclesiasticas.] In Gallia testes ad ferendum testimonium citati mulcta decem librarum adesse compelluntur soluenda oppositionibus vel appellationibus quibuslibet non obstantibus , codice Lodoico, tit. 22 art. 8 SOLIER.

e ¶ Compellendi.] Cap. fin. de test. cogen. & per tot.

f ¶ Nec audientur.] Non valet ergo iuramentum de non testificando fac. c. intimauit & c. constitutis de testib. & c. quia plerique, de off. ord. in 6 Cum enim testimonium ferè sit munus publicum, compelli quis pôt, vel inuitus, l. 1 si quando, C de test. cog. per tot. & 11 q. 3 c. quisquis, & c. 1 de crim. fal. & de hoc per Ab. in ca. qualiter , de accus. etiam in c. omnis, de pœn. & remis. & in c. dilectus, de excess. præl. & in c. 2 de offic. ordin.

g ¶ Iuramenti.] Sed videtur, quod tales iurantes non sint compellendi contra iuramentum proprium deponere , c. debitores ca. etsi Christus , cap. 4 de iureiur. & si dicatur, quod non tenuit iuramentum, ergo tales iurando peccauerunt , & si peccatum debet eos arcere à ferendo testimonio? Resp. secundum Ab. in c. intimauit , de testi. quid istud iuramentum tanquam illicitum non pôt obseruari sine peccato, cum celare veritatem sit peccatum. Non obstat temeritas iurantis : quia sicut temerarium iuramentum non remouet à promotione, cap. sicut de iureiur. Sic nec à testimonio , vel solue distinguendo, vt per Ab. in cap. constitutus, 1 de test.

Testificari minus publicum.

h ¶ Innodatos.] Cum verò non sint innodati , vt in superioribus notulis, ideoque secundum Anchar. in capit. intimauit, de test. non erit necessaria absolutio, licèt cautè faciant , qui petunt. Spec. in tit. de teste , § de testium compulsione, ver. quid si quis iuramento.

Interrogabit. Casvs. Quidam iudex plures testes,& suo iudicio examinabat aliquando verò pauciores , & modo diuerso ipsos interrogabat : at quidam alius volens hanc molestiam euitare suam potestatem examinandi continuo delegabat , idque ambo putabat esse licitum ob varias rerum circumstantias , quarum cùm multa sunt in arbitrio iudicis , vt passim in iure habetur, his accedit copia negotiorum, quæ iudicem videtur tenere in alijs rebus occupatum , qua de re quæsitum fuit quid iuris ? Sol. prout in hac parte legimus : quia iudex quomodocunque procedat, semper debet ab aliqua iuris regula regulari ob interesse etiam ipsarum qua ratione suadente , nec etiam obiectio aliquid concludit , cum aliquando limit. & aliquando verificet. Nor. 1 quod perfectio cuiuslibet actionis ab omnibus circunstantijs necessariò dependet , & sic intelligi debet, l. 1 ff de orig. iur. & ideo obseruare huiusmodi circunstantias est necessarium in qualibet operatione. No. 2 delegationem alicuius causæ non esse faciendam, nisi aliqua legitima ratione suadente.

Io. Bap.

i ¶ Duos.] Quia in ore duorum vel trium , &c. cap. licèt de testib.

K ¶ Nulla, &c.] Intellige hoc regulariter. Nam , tri-

ginta casus, in quib. dictum vnius facit plenam probationem enumerat Spec. in tit. de teste § restat. vers. hoc tamen fallit. Plures enumerant Legistæ in l. ad nonendi. ff de iureiu. & Canon. in c. veniens ff de test. Et Ab. in c. super eod. de test. per illum tex. ponit regulam, quod vbicunque agitur ad peccatum impediendū, nec ius alterius læditur sufficit dictum vnius facno. in c. sup. de testi. & c. solemnitates de cons. c. dis. 1 & 2 q. 1 c. multi & no. per Ab. in c. at si cleric. de iud. & allegatur bonus tex. in cap, quicunque, 11 q. 1 de cuius intellectu, per Ab. in d. c. nup & in d. c. 2 eo. aūt valeat consuetudo, quod vni testi. credatur per Ab. & posteriores, in d. c. 2 & per Iaſ. in l. de quib. ff de ll.

eosque diligenter [a] examinabit de singulis circumstantijs, [b] diligenter loquitur de causis, [c] videlicet de personis, [d] loco tempore, [e] visu, [f] auditu, [g] scientia, [h] credulitate, [i] fama, & certitudine, cæterisque, quæ ad rem facere, [k] & negotio conuenire existimabit.

Non solum ex verbis testium : verum etiam ex coniecturis alijs veritas deprehenditur. h. d.

Illud quoque subtiliter, animaduerte non omittet, quo vultu, qua constantia, quaue animi trepidatione testes deponant : cùm interdum ex his, vel ipsis inuitis testibus, magis quàm ex verborum serie rerum veritas eluceſcat.

Ex causa delegabit iudex examen testium. h. d.

Si quis tamen eorum, qui interrogandi

a ¶ Diligenter.] Hæc diligentia consistit in multis quæ hic ponuntur, quibus adde, quæ debet eos sigillatim examinare, & de per se cavenerabili de test. quod intellige prout per Ab. in c. caueam, & c. sicut de testibus.

b ¶ De singulis circumstantijs.] Aliàs non *peruenit ad veritatem, c. occidit, 23 q. 8* & de his habes in l. 3 ff de test. & in § si testes 2 qu. 3 sed an sint examinandi testes, etiam super occultis circumstantijs? Dic vt per Innoc. Host. & Ab. in c. qualiter 1 de accus.

c ¶ De causis.] Debet enim iudex quærere de causis scientiæ, quam si testis non reddiderit non valebit dictum eius 4 q. 3 § solam & 23 q. 3 c. si habes, & in authen. de test. c. licèt dudum, nec faciet quidem præsumptionem. Idem erit, si reddiderit rationem, sed inutilem, Ab. in c. cum cām. de testi. sed quod, si iudex non quæsierit, & testis simpliciter responderit, se scire? Resp. valebit eius testimonium, c. sicut, vbi de hoc de re iud. & communiter in c. cum causam, de test. Vel distinguendum est, vt per Inn. in c. cum causam.

d ¶ De personis.] Scilicet ipsorum testium, an sint honesti, vel turpes personæ, 4 q. 3 § 2 vel dic de personis, id est de contestibus.

e ¶ Loco, & tempore.] Id est, quo loco, & quo tempore actus, de quo quæritur fuit gestus. Nam si in his testes essent diuersi, non valeret eorum testimonium, c. nihilominus, & ibi not. 3 q. 9 vbi hoc limitat glo. & declarat Ab. in c. cum causam de testi. vel dic de tempore, id est ex qualitate, vel tarditate temporis, quâ testis vtitur in respondendo. Nam ex tarditate deponendi redditur testimonium suspectq. 4 q. 3 § idem in testibus, fac. dot. in c. nihil de verb. sign. De teste, qui loquitur præmeditatum sermonem, vt per omnia se remittit. prima accommodatior literæ.

Visus. f ¶ Visu.] Accipe hic de sensu visus speciali, quem habemus per organum oculorum. Nam aliàs sensus vsus est generalis ad omnem sensum. Vnde si deponat per hunc sensum visus super re perceptibili alio sensu non vitiaretur testimonium, de hoc not. 3 q. 9 c. testes, Bar. in l. 2 § idem Labeo. fin. de aq. plu. arc. & per Bal. in l. solam C de test. Ab. & alios in d. c. cum causam eo. tit.

g ¶ Auditu.] Scd an cæcus possit esse testis super re perceptibili auditu, si habeat notas voces contrahentium? Resp. commu. quod sic, vt per Ab. in c. cum causam de testi. licèt ille distinguat. Ang. tamen in l. si non speciali, C de testib. tenet, quæ ista depositio cæci non facit plenam probationem.

h ¶ Scientia.] Et debet reddi causa scientiæ per illum sensum corporeum, quo percipitur actus, super quo deponitur, vt si deponendum sit super re perceptibili visu, debet dicere, quia vidi, si super re perceptibili auditu : quia audiui, & sic de singulis, licet sensus visus sit generalis ad omnem sensum, vt in notula in verbo, visu. Et idem in sensu tactus secundum Bal. in l. solā, C de testi. Iaſ. in l. manumissiones, ff de iusti. & iure.

i ¶ Credulitate.) Scilicet, an credant ea, quæ deponunt. Sciendum est tamen, quod de auditu, fama, & credulitate interrogantur testes ad præsumptionem non ad plenam probationē, vt per Ab. post Goff. in c. cum causam de test. & de hoc per vero in caut. 45.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit iudicem diligentem debere esse examinando super omnibus qualitatibus totius causæ, vnde nota testes esse examinandos super interrogatorijs partis alias examen est nullum c. per tuas de testibus Paris. cons. 107 num. 7 in princ. maximè in criminalibus, vbi secundum communem non probant nisi sint examinati super omnibus interrogatorijs, & sic etiam in causa summaria, vbi procederetur summariè sine strepitu Bursat. cons. 20 n. 65 lib.

Amplia quia testes examinati, & non interrogati de causa scientiæ, & super interrogatorijs partis, contra quam examinantur, non probant nisi repetantur, & interrogentur super omnibus, postquam autem fuerunt repetiti benè probant Alex. cons. 104 l. 5 vers. vbi autē.

Amplia secundo, quia testes examinati, & non interrogati super omnibus non dicuntur ritè examinati; ideo possunt repeti etiam publicatis eorum dictis tamquam non ritè accepti Bart. cons. 30 lib. 2 quod procedit etiam si notarius scripsit quod fuerunt super omnibus interrogati, quia sermo, & interrogatio generalis non releuat, sed debet esse specialis Bar. d. cons. 98 in fin. lib. 2 maximè in criminalibus secundum communem, de qua Bursat. cons. 34.

k ¶ Ad rem facere.] Fac l. de minore in fi. de fideiusso. & quæ ponit Spec. in tit. de teste, § nunc tractandum vers. sæpè pallor. & illud Nasonis.

Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu,

Et ea, super quibus examinati debent testes clauduntur his versibus.

Auditus, visus persona, scientia, causa,
Fama locus, tempus ac certum, credulitasque,
Dum testis recipit iudex hæc iuncta notabit.

Sed nunquid teneatur respondere testis, vtrum sit criminosus? Vel talis qui non possit testificari? Resp. de hoc sunt multæ ac multæ opi. & sex. refert. Ab. in cap. cum causam. de testib. Vide per Cano. in c. 1 de confess. in 6 præcipuè per Bellenzin.

a ¶ Vale-

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit quod iudex ex causa potest delegare examen testium, in cinilibus certè committi potest, in crimnalibus verò non nisi ex iusta causa, vt quia iudex esset impeditus iusto impedimento, vel si sint testes alterius iurisdictionis. vt docet Bald. in l. apud. eloquentissimum C. de testibus Ang. de malefic. in verb. iudex statuit terminum num. 23 Aflict. in const. in pecuniarijs legibus, & si causa pecuniaria ciuilis est multum ardua non debet committi examinatio cap. decis. 80.

sunt, valetudinarij, [a] vel senes, [b] vel debilitate confecti habeantur, vel etiam ita paupertate depressi, [c] vt ad præsentiam iudicis venire nõ possint [d] * idoneum deliget iudex, quem ad suscipiendas illorum attestationes dirigat. [e]

Testes considerantur conditione, naturâ, & vitâ. h. d.

Testes verò non omnes recipiendi sunt, sed fideles. [f] duntaxat, & idonei. [g] Cẽsentur [h] autem testes conditione, natura, & vita. Conditione, si liber testis, non seruus: [i] seruus n. sæpe metu dominantis veritatis testamentum supprimit. Natura, si vir sit non fœmina [k]

Testes verò.] hæc pars quamuis possit dividi in plures particulas quoniam tamen cõmodè potest in ea CASVS. in communi figurari propterea est ad animaduertendum quod cum quidam iudices indifferenter admisissent ad testificãdum omnes & quascumque personas, ita quod nec conditio nec natura, nec qualitas vitæ, & morum aliquo modo obstabat, idque putabant esse licitum quia via cognoscendi veritatem est potius amplianda, quam restringenda, argum. cap. quemadmodum frequenter, vt lite non contest. Cæterũ Solu. vt in hac parte legimus, quia si indifferenter testes admittuntur, admitteretur etiam correctio iuris naturalis, & aperiretur via committendi fraudes Non obstat. obiectio quia aliud est excludere, vel admittere personam ad testificandum, & aliud est definire quando, & vbi probatio sit facienda. No. 1 quod causa cognoscendi testem ad testificandum habilem reductiue est natura, conditio, & vita illius, quibus possit addi, & suspicio Not. 2 quod huiusmodi causæ etiam in iudice, verificantur, & aliquando in arbitro, & simil.

a ¶ Valetudinarii.] Valetudinarij autem qui sint, relinquitur iudicis arbitrio: vt per Ab. & alios in cap. quoniam frequenter, præcipuè vers. 4 quæro, vt lite non contesta.

b ¶ Senes.] In casu nostro senes dicuntur post 70 an. quia ante non excusantur à muneribus, tutelis & simil. l. maiores ff de iur. imm. & ita tradit. Ab. in cap. si qui. testi. vnde sumitur. Aliàs autem multæ sunt opi. qui dicantur senes, per eundem in ca. quoniam frequenter, vers. 3 principali quæro.

c ¶ Depressi.] Immo non videtur, quod ad testem pauperem debeat iudex mittere, cum nihil impediat, quin possit se conferre ad iudicem? Resp. fortè hoc dicitur quia testis posset esse nobilis, & pudore afficeretur, si lacerus, & pannosus comparet coram iudice. Ita not. in cap. si quis de testib. Ex quo nota. quod pauperes nobiles excusantur à muneribus publicis, quæ palam explicanda sunt, si ob paupertatem domo nõ egrediuntur. Sed adhuc contra: quia paupertas repellit à testim. 2 q. 1 c. in primis & 4 q. 3 c. si testes. Sol. contrarium procedit, quando testes essent aliàs suspecti: secus si sint honesti viri, licet pauperes. Ita commu. in dicto c. si qui.

d ¶ Non possint.] Idem si sint egregiæ personæ. debet n. iudex ad eas mittere, nisi illæ suo priuilegio renunciare velint l. ad egregias. ff de iureiu. Vel nisi sit causa criminalis. Vel aliàs ita ardua, vt testis debeat deponere in præsentia iudicis: quia tunc potius debet egregia persona ire ad eum quam contra vt per Ab. & alios in c. si qui de test. Et quibus casibus iudex mittit ad examinandum citanda erit pars aduersa, vt vadat ad videndum iurare ad domum testis Bar. in l. ad egregias ff de iureiur. nisi testis sit mulier quod Ab. in d. c. si qui admittit de honestate, non de rigore.

* Idoneum] quis autem dicatur idoneus ad audiendos ex delegatione testes? dic quod in ciuilibus tabelliones vel scribæ non sunt idonei sed soli magistratus aut graduati saltem apud nos vt iudicatum in Senatu Tolosano die 10 septembris 1587 refert Dominus *Laroche* in decretis lib. 2 tit. 4 art. 1 & lib. 6 tit. 25 art. 1 & de iure ciuili examinatio non potest committi nisi habenti iurisdictionem vt per Bart. in l. iudices, cod. de fide instrument. tamen de iure canonico potest committi etiam Tabellioni & priuatæ personæ, cap. mulieres de iudiciis in 6. SOLIER.

e ¶ Dirigat.] Not. ergo, quod articulus receptionis testium est delegabilis clem. vnica de offic. delega. Sed hoc non procedit in causa criminali pro quo fac. not. in ca. at si clerici de iudi. in & supr. glo. 2 & hoc procedit regulariter, vt in auth. apud eloquentissimũ C. de fide instr. Nam si talis sit iudex, quem non deceat ire ad domum testium, & testes ita grauantur vt non possint accedere ad iudicem, poterit tunc iudex mittere ad eos, licet causa sit criminalis vt per Ab in cap. si qui de test. fac. no. in c. mulieres, de test. in 6 Alij tamen putant distinguendum vt habetur in d. capite si. qui.

f ¶ Fideles.] Fac. l. 1 ff de test. & 2 q. 7 ca. non oportet, & ca. si hæreticus sic nec ad accusandum. ca. alieni & ca. quærendum c. causa & q. excipe tamen casum in ca. contra Christianos de hæret. in 6 & ibi not.

g ¶ Idonei.] Id est integri, debent autem quatuor concurrere ad hoc vt dicantur idonei, vel integri de quib. per Ab. in ca. 1 de except.

h ¶ Censentur.] Reputantur sunt magis, & minus in pretio respectu illorum trium, quæ hic ponuntur fac instit. de iur. natu. gent. & ciuil. in fi. prin. in verbo cẽseri, secundum expositionem Guil. Bud. fac tex. in c. forus de verb. signif. vnde sumitur, vbi est verbum, non censentur, sed considerantur, quod in idem recidit.

i ¶ Non seruus.] 4 q. 3 c. vbi § item serui. & ca. item idonei, & 11 quæst. 3 ca. 4 auth. si dicatur, C. de testibus.

K ¶ non fœmina.] Intellige diuerso modo, secundũ diuersos respectus Nam respectu. testamenti fœminæ penitus arcentur, § testes instit. de testa. l. qui testamento, § mulier, ff de testa. Idem in causis criminalibus, secundum Canones 33 q. 5 ca. mulierem, licet argu. sit contra 15 q. 3 ca. ex eo. sed illud secundum leges, vt no. in ca. forus, de verb. signif. & hoc regulariter. Aliquando admittitur in criminali causa, etiam mulier etiam malæ famæ, vt meretrix, vt in c. tanto

desimo Respectu tamen casuum, in quibus mulier in testem admittitur, quod est regulariter d. § mulier. & late per Fel. in ca. quoniam de testi. Intellige quod hic dicitur, quod fœmina in cõparationem masculi non est perinde idonea, nec facit tantam fidem. Vnde si sunt duo viri ex vna parte, ex alia duæ fœminæ, præferendum est testimonium virorum, vt per Ab. in d. c. forus, quod intellige quando testimonium fœminarum non tenderet in fauorẽ rei: aliàs secus: quia præferentur fœminæ, Bella in dic. cap. forus, gloss. in capite clerici. d. 81 Marsel. in l. vnius § in ea causa in fin. de quæstione.

ALOYSIVS RICCIVS In præsenti § author disponit conditiones, quas debent habere testes, vnde notandum quod testes debent habere septem conditiones de quib. in his versicu.

Conditio, sexus ætas, discretio, fama.
Et fortuna fides in testibus ista requires.

Dicitur autem conditio nam seruus non potest esse testis ca. forus, & l. quoniam liberi de testibus, & plene Boer. in q. 719 quod tamen fallit cum de facto serui quæritur, & non pro Domino, vel contra Dominum, vt in § item verborum instit. de inutil. stipul. In criminalib. similiter in defectu testium, sed tunc admittitur cum tormentis in dict. § item in verb. item serui similiter nec regularis coram iudice sæculari sine licentia superioris, quia licèt possit esse testis argum l. primæ, ff de testibus, & in auth. de mon. § cogitandum tamẽ hoc limitatur coram iudice sæculari de licentia superioris & non aliter secundum Paris. cons. 24 vol. 3 col. 33

Dicitur secundò, secus nam mulier de iure ciuili admittitur in ciuilibus, etiam in codicillis, & vltimis voluntatibus l. qui testamento § mulier. ff de testibus quam omnes doctores sequuntur nemine discrepante, vt dicit Bellon. in cons. 141 nu. 8 sed quid de iure canonico Dic si quæritur de testamento condito ad pias causas, res non habet difficultatem, quia in illo mulier absolutè potest testificari, & ita obseruandum est in vtroque foro sed quid si testamentum sit conditum ad causas prophanas nunquid de iure canonico poterit in eo testis adhiberi. In hoc articulo doctores sunt varij: tamen magis communis opinio est, quod etiam de iure canonico mulier in testamento condito ad causas prophanas non possit esse testis, vt attestatur Iul. Clar. qui post relatas pro & contra opiniones dictorum eandem cõmunem opinionem sequitur in tractatu de testamentis in quæs. 55 in versic. scias tamen.

Dicitur tertiò, ætas nam in causa ciuili requiritur pubertas capi. 1. 4 qu. 3 in criminali vero ætas viginti annorum l. iuuenis ff eo. poterit tamen pubes testificari de visis in pubertate si erat doli capax quando vidit argum. § pupillus Instit. de inutili stipulat. & l. in negotijs ff de negot. gest.

Dicitur quartò, discretio nam furiosus, & mente captus non admittitur in testem sicut nec ad officium iudicandi, vt cap. tria 3 qu. 7 nisi habeat lucida intervalla vt ff de testa l. qui testium § nec furiosus.

Dicitur quintò, fama, nam infames à testimonio repelluntur cap. præterea de testibus, & præcipuè in criminali causa capit. testimonium extra eod.

Dicitur sextò, fortuna, nam diuiti magis creditur l. 4 ff de testib. & aut. sed cum testator C. ad leg. falcid. pauper enim repellitur, si est talis conditionis quod pecunia corrumpi possit, alias non arg. § vlt Inst. de suspectis tutoribus, sed hoc à iudice considerandũ est cap. testis 4 quæst. 1.

Dicitur septimò, & vltimo, fides nam fidelis contra infidelem non admittitur cap. si hereticus 2 quæs. 7 & l. 2 ff de testib. de quo plene per Afflict. in decis. 214 nu. 1.

nam, varium, [a] & mutabile semper fœmina.

Mulieres non sunt in forum trahendæ gratia testimonij ferendi, sed ad eas est mittendus tabellio. hoc dicit.

Cuius tamen testimonium, si quando necessariũ [b] fuerit, cum mulieres * honestas [c] ipsa, ac naturalis pudor virorum cætibus immiscerì [d] prohibeat, quacumque auctoritate [e] testimonij ferendi causa, vel alia, quæ iure non exprimatur, [f] in iudicium

a ¶ Varium, & c.] Verba sunt Poëtæ libr. quarto, Æneid. & habentur in capitul. forus de verb. signifi. vnde sumitur, facit l. filia. C. de inoffic. testament. & est argumen. in l. reprehendẽda. C. de instit. substit. Vnde versus.

Quid leuius fumo? flamen? quid flamine? ventus.
Quid vento? mulier quid muliere? nihil.

b ¶ Necessarium.] Vt quia non sunt alij, qui veritatem sciant, vel non ita benè sciunt 14 q. 2 capit. quàquam.

* Mulieres) Fœmina testificari potest vt hic & l. ex eo quod ff de testib. tam in ciuilibus excepto testamẽto § testes de testam. instit. quam in criminalibus inspecto iure Ciuili d. l. ex eo quod, l. quidam § mulier ff de testam. § possunt instit eod. tit. in ciuilibus tantum attento iure Canonico non autem in ctiminalibus cap. mulierem 33 qu. 5 nisi in casibus in quibus infames admittuntur, Gloss. ibid. in verb. nec testes. Apud nos etiam in causa criminali mulieres testes adhiberi possunt, Papon. in decretis lib. 9 tit. 3 art. 17 minor tamen fides eis adhibetur quam viris, Faber in suo cod. lib. 4 tit. de testib. def. 58 ita vt ex duarum mulierum testimonio vix at ne vix quidem quis damnandus veniat, Faber ibid. quia varium & mutabile testimon. semper fœmina producit c. forus de verb. sign. inũ. SOLIER

c ¶ Honestas.] Ergo quod hic dicitur, non habet locum in omni muliere: sed tantum in honestè viuentibus Sic aliàs licèt mulieres pro debito ciuili personaliter capi. non possunt, authen. sed nouo iure. C. de custo. reo. Nec possint tali priuilegio renunciare nisi pro reddẽda administratione tutelæ, vt per Bart. in authẽ matri, & auiæ. C. quando mul. tutel. offi. Mulier tamen inhonestè viuens poterit indistincte pro ciuilibus debitis personaliter capi. gloss. & Bald. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iudex.

d ¶ Immiscerì.] Periculosa est enim sexuum commixtio 18 q. 2 ca. definimus l. maritus C. de procur. l. fin. C. de arbi. & nor. in capit. 2 de iud. in 6 vnde sumitur, fac. l. 1 § sexum ff de postulan.

e ¶ Quacunque auctoritate.] Etiam literarum sedis Apostolicæ, vel legatorum ipsius, c. 2 de iu. in 6 literæ Apostolicæ specialiter hoc continerent, quod non intel. de literis legatorum, legatus enim de latere, vel alij inferiores, non possunt causam committere contra iuris formã, vt no. in c. fi. de her. in 6 & ten. Dom. & Per. inc. 2

f ¶ Exprimatur] Exprim. autẽ hæ causę in c. 1 fi. de iud. in 6 secũdũ aliquos tamẽ probat Per. post Anc. in c. 2 de iud. in 6 putãtes causas expressas esse omnes crim. vt in auth. sed nouo iure. Codice de custo. reo. Item casus li. 1 § ex hoc ff de vent. inspici.

trahi [a] non poterit: sed ad eam mittendus tabellio, [b] & iuxta Bonifacianæ constitutionis [c] tenorem procedendum erit.

Testis malæ vitæ caret fide. hoc dicit.

Vita censetur testis, si innocens sit, & integer, [d] nam si vita bona defuerit, fide carebit. [e]

Clerici possunt testificari pro Ecclesia, & singulares personæ pro vniuersitate sua, nisi tamen aliqua causa probabilis impediat. hoc dicit.

In summa quicumque iure minimè prohibentur [f] ad testimonium perbibendum sunt admittendi. Clerici [g] ergo à ferendo testimonio super negotio propriæ Ecclesiæ, vel aliæ singulares personæ, in causa suæ vniuersitatis [h] agendi non erunt: [i] nisi ad agendum, respondendúmve fuerint hic, fac c. cum apud, vbi Abb. in 1 not. de sponsa. & cap. 1 de testibus.

a ¶ Trahi.] Scilicet inuitas, quod satis per se denotat hoc verbum volentes, ergo possunt ad iudicem accedere, nisi sumus in fœminis religiosis, quæ nec si velint debent iudiciis personaliter interesse, cap. 2 de iud. in 6 vnde sumitur. Et nota hic casum, in quo mulieres sunt melioris conditionis, quam masculi. Ad idem cap. mulieres, & cap. ea noscitur de sentent. excommun. & capitul. ex literis. de pigno de quo latissimè per Legi. in l. 2 ff de re. iu.

b ¶ Tabellio.] Vel alia idonea persona, putà, presbyterum, vel alium honestum virum, vt legitur, & not. in c. 2 de iudi. in 6. et nota hinc, quod licèt de iure ciuili examinatio testium non possit committi, nisi habenti iurisdictionẽ, vt per Bar. in l. iudices C. de fide. instr. de iure tamen canonico potest committi etiam tabellioni, & priuatæ personæ, primò, tamen debet iudex committere tabellioni, si eius copia haberi, poterit, Petrus. in d. c. 2 post Inn. in c. quoniam contra eod.

c ¶ Constitutionis.] Vt in cap. 2 de iudi. in sexto.

Testis qui integer.

d ¶ Integer.] Quatuor concurrere debent, vt testis dici possit integer. Primò, quod sit omninò immunis à crimine quod intellige, vt per Abb. in c. testimonium, de test. & dicetur aliquid in sequenti notula. Secundò, quod procul. sit ab infamia, & an hoc procedat in infamia facti, Ab. in d. c. testimonium, Suspicione, id est inimicitia 3 q. 5 c. accusatores, dicens fraudulenter se inimicum, vt se à testificando subtrahat, licèt mortaliter peccet, quia dicit mendacium in causa proxim. 22. q. 2 c. nequis, & c. 1 de crimin. falsi nihilominus fraude comperta reciperetur, & ei crederetur, Abb. in cap. inquisitionis § 1 de accusat. versic. Alterius, Quartò suspicione criminis: quia non debet in aliquo vacillare, sicut opinio ordinandi, dist. 81 cap. tantis, & declarat. Abb. in cap. 1 de except. in 3. not. fac. illud Horatij.

Integer vitæ, scelerisque purus.

e ¶ Carebit.] Ergo peccatum mortale repellit à ferendo testimonio, capitul. testimonium de testibus. & cap. 1 de accus. Sed hoc non est indistinctè verum, sed prout declarat. Abb. in dict. capitul. illa de elect. & in capitul. accusationis, § 1 vbi bonus text. in materia de accusa. Illud not. quod enormiter peccans non facit fidem, etiam cum iuramento, Abb. in capitul. 1 de purg. can. nec famam inducunt tales testes Abb. in d. c. inquisitionis § 2.

f ¶ Prohibentur.] Not. quod edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum, est permissorium regulæ, quilibet enim admittitur, nisi prohibeatur, vt item tam clerici inferiores, quam prælati Ecclesiarum, quod satis probatur in d. cap. insuper ponderando inscriptionem d. cap. insuper quæ est priori, & fratribus. Et cum prælatus possit esse iudex in causa Eccles. suæ 2 q. 7 c. si quis, & ibi not. & in ea. cum personæ, de priuil. in 6 ergo multo magis poterit esse testis, cum facilius repellatur quis à iudicãdo, quam à testificando, & ita arguit Abb. in d. c. insuper, facit ca. cum R. de off. deleg. Hoc tamen limita primò non habere locũ si prælatus promoueret causam, in qua vult testificari, d. c. insuper. Itẽ quãdo ageretur de causa, quæ spectaret specialiter ad mensam Episc. vt per Abb. in d. c. insuper. vers. ex his infertur, & de materia latissimè in d. c. insuper, & c. cum nuncius, de test.

g ¶ Clerici.] Tam sæculares, quam regulares, religiosi & conuersi: nec enim in materia ista inter hos est differentia, Abb. in cap. insuper in 1 quæst. de testib.

h ¶ Vniuersitatis.] Etiam sæcularis, eadem enim est in omnibus ratio: quia scilicet causa non est singulorum, l. in tantum, ff de rer. diuis. & 12 q. 2 c. qui manumittitur. & per Canon. in c. insuper, & c. cũ nuncius, de test. Leg. in l. parẽtes, C. eo. tit.

i ¶ Non erunt.] Cap. in super. c. cum nuncius, & cap. in tuis de test. cap. etsi Christus, de iureiur. & hoc intelligе in ciuilibus, distinguendo tamen plenè, vt per Abb. in d. c. insuper. Secus in criminalibus, ca. super prudentia. 12 q. 2 nisi esset res & criminalis quæst. inter eosdem de vniuersitate: quia par affectionis causa omnem excludit suspicionem l. non solum, ff de ritu. nup. & latè per Abb. in dict. c. insuper. Immò secundum pleroſque non sunt omninò integri, maximè quando per aduersam partem producerentur testes in contrarium, vt per Abb. in d. cap. insuper.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit, quod clerici possunt testificari pro Eccles. & singulares personæ pro vniuersitate sua, nisi tamẽ aliqua causa probabilis impediat, pro cuius intelligentia, facit regulam, quod ciues, seu homines vniuersitatis possunt esse testes pro ipsa vniuersitate Felyn. in c. insuper, de testib. Ias. in l. 2 § sed si patron. ff de in ius vocando, Alex. cons. 136.

Quam regulam amplia procedere tam si vniuersitas sit ciuilis, quam Ecclesiastica, quia in vtroque casu homines possunt esse testes ipsius vniuersitatis, sicut consuluit Ias. in consilio 104 Felyn. in d. c. cum super contra opinionem Butrij volentis ibidem contrarium, quod etiam recipitur de iure, si fuissent duo testes de vniuersitate: nam faciunt fidem, in casibus tantum à iure permissis, prout voluit Corn. in consilio 47 idem

videtur quando alij testes actu, & habitu haberi non possunt, vt per decis. Afflict. 400 prout etiam diuisus si ageretur contra aliquem facinorosum malæque vitæ hominem prout declarat Penna in l. veterani, C. de veter. lib. 12 vbi dicit, quod quamuis per constitutionem Regni prosequens contra Baronem requiritur certus numerus testiũ, tamen id non recipitur quando Baro. fuisset persona facinorosa: nam tunc omnis testis admittitur, & non in tanto numero.

Quam regulam ita ampliatam limitat Iaf. in d. loco, sex modis inter cætera declarat, quando causa ipsa tangeret commodum, vel incommodum singulorum, iuxta exempla tradita per Afflict. loco cit. quem refert, & sequitur in omnibus Cassan. in consuet. Burg. Rubric. 13 nu. 6 fol. 373 Alexan. cons. 57 & 187 vol. 6 tenet quod in casibus, in quibus testes recipi debent numerus supplet defectum, vbi etiam declarat, quod testes vniuersitatis non sunt idonei ad probandum solutionem debiti creditori ipsius vniuersitatis. Sic etiam religiosi possunt deponere in fauorem Monasterij, licèt de ipsius redditibus viuunt, vt per Afflict. in citata decis. quod ego intelligerem non in plena, totaque fide, nisi fuisset magnus numerus: nam tunc supleret defectum, vt voluit Alexan. in addit. ad Bartol. in l. 3 de testib. comprobat etiam Curt. Senior. in cons. 34 nisi tractaretur de causa ardua magni honoris, magnæque iurisdictionis, & quando ipsi testes portarent onera in litigio. Anch. in capit. super prudentia, 24 quæst. 2.

Monachi de consensu Abbatis, possent testimonium dicere. hoc dicit.

Monachi quoque, & quicumque sub alterius obedientia [c] constituti sunt, de sui Præsulis licentia [d] * rectè testimonium dicent.

Christianorum testimonia aduersus infideles admittuntur, sed non contra. hoc dicit.

Christianorum quoque testimonia aduersus Iudæos, in omnibus causis recipienda erunt, [e] nullis sibi contra hoc principum priuilegiis [f] suffragantibus. Sed contra Christianum, nec Iudæus, nec Paganus: nec Hæreticus, aut aliter Infidelis, [g] neque

Resp. quidam distinguunt inter testimonium exhibitum in iudicio, & testimonium adhibitum contractui: magis tamen communiter tenetur, quod valeat, vt per Specul. in tit. de test. § primo, versic. item excipitur quod est Monachus, quia non reperiuntur prohibiti, immò potius permissi, capitul. nuper de test. capitul. etsi Christus, de iureiuran. cum simili, & hoc tenet Accurs. in § cogitandum, in authen. de Monachi. Bald. in authen. ingressi, Cod. de sacrosanct. eccles. Abbas in capit. cum nuncius de test. per capit. Abbat. de verborum significatione, & capitul. veritatis, de dolo & contumac. Et quod hic, & in capite Monachi, 16 q. 1 dicitur de licentia intelligè secundum eum, quod in principio debent habere licentiam prælati, cum nec legere literas debeant sine licentia Prælati, 12 quæst. 1 cap. non dicatis. Sed si testificati fuerint valebit testimonium cum lex illud non annullet. Simile est, quod licet non debeant fieri plures, quam vnus patrinus si tamen fiant plures cum omnibus contrahitur spiritualis cognatio, vt suprà de tripli. cognat. § de eo. & ibi not. licet hoc sit nouissimè per Concilium Tridentinum immutatum. Vel intellige de licentia, quæ procedat de honestate, non de necessitate. Quemadmodum etiam dicimus de teste, qui debet deponere ieiunus, cap. 1 de testi. facit cap. 1 de desponsi. impuber. in fine. Nec sumendum est hic, argument. à contrario sensu.

a ¶ Instituti.] Quo casu non poterit testificari: quia nemo debet habere duplex officium in causa quarta, quæstione 4 cap. 1 & cap. 2 facit cap. singula, dist. 89 & 16 q. 1 cap. presbyteros. Et l. ille à quo § tempestiuum, ff ad Trebellian. l. si plures, ff de pact. l. nemo, C. de assess.

b ¶ Alia causa.] Sed quænam erit ista alia causa? Respon. multiplex, vt excommunicatio, crimen graue, periurium, infamia, capitulo testimonium, de testib. & capitul. ex parte eodem titu. Vnde nota, quod habilitatus ad certum actum respectu huius causæ, videtur habilitatus solum respectu illius non aliarum causarum pariter impedientium fac. capitul. ex tuarum, de auct. & vsu pall. l. si domus, ff de seru. vrban. prædio fac. quod not. in capitul. statutum, de rescript. in 6 & per Abb. in capitul. cum nuncius, ff de test. in princip.

c ¶ Sub obedientia.] Vt sunt Canonici regulares, conuersi, & alij Religiosi huiusmodi, vt per Specul. in tit. de teste. § 1 versic. item excipitur, quod est Monachus vbi multa iura allegat. in materia: sæ tamen allegationes sæpè plus valent numero, quam pondere.

d ¶ Licentia.] Sed quid si non habuerint licentiam? * Licentia.] Sed quid si Clerici aut Monachi nolint deponere coram iudice Laico an cogi poterint per iudicem Laicum? Distinguendum est, aut enim producuntur in testes in causa ciuili aut criminali. Si in causa criminali non consueuerunt cogi per iudicem sæcularem sine licentia eorum Superioris videlicet Abbatis si sit Monachus: vel Episcopi si sit Sæcularis, Guid. Pap. qu. 65. Papon. in decretis, lib. 9 tit. 1 art. 33 si verò producantur in causa ciuili consueuerunt cogi per iudicem Laicum leui coërcitione putà arrestatione equi, ijdem ibid. vid. cap. veritatis de dolo & contumac. cap. 1 de iuramento calum. l. nec honore, Cod. de Episc. & Cleric. SOLIER.

e ¶ Recipienda erunt.] Cap. Iudæi. de testi. An autem Iudæus possit contra Christianum de crimine excipere, dic, vt per Abb. in d. c. Iudæi.

f Priuilegiis.] Vt habes in cle. 1 de testi.

g ¶ Infidelis.] Vt cap. 1 & cap. licèt de test. l. quoniam C. de hæret. cum authent. ibi posita. & per Specul. in titul. de teste, § 1 vers. item quod Iudæus. Sed contrarium videtur probari in cap. Iudæi. eodem. tit. solu. verbum, præsumant tollit difficultatem, vbi not. Item contra, cum in iudicio sit seruanda æqualitas capite secundo, de mutuis petitio, cap. cum inter de except. ergo videtur iuridicum, quod sicut Chri-

excommunicatus, [a] aut aliter criminoſus [b] rectè teſtimonium [c] dicent.

Criminoſus perſeuerans in crimine non poteſt teſtificari: emendatus verò in cauſa ciuili poteſt, niſi fuerit reus periurij, vel niſi ſit affectus infamiâ. In cauſa verò criminali, licèt emendatus, difficilius admittitur. hoc dicit.

Planè quod de criminoſo diximus, [d] diſtinctionem recipit: nam ſi is, cui ab aduerſa parte opponitur, adhuc in ipſo crimine [e] perſeuerat, tam in ciuili, quam in criminali cauſa ab omni prorſus teſtificandi officio [f] excludendus erit: ſi verò ſit de crimine emendatus, [g] nec eum comitetur infamia [h] non eſt in cauſa ciuili, vel etiam cum de crimine ciuiliter agitur, [i] præterquam pro reatu periurij [k] repellendus.

Emendatus de crimine in cauſa criminali difficilius admittitur in teſtem quam in ciuili. hoc dicit.

In criminali autem quæſtione, ſi in alio iudicio contra ipſum accuſatione de crimine

ſtiani Iudæos non recipiunt contra ſe, ſic nec ipſi contra Iudæos recipi debeant. Solu. vt not. in clement. prima, de teſtibus.

a ¶ Excommunicatus.] 3 quæſtione quarta, cap. conſpiratores cum concord. alleg. per Specu. in titu. de teſtibus, § primo, verſicul. item quod eſt excommunicatus. Et idem dicas de ſuſpenſo, vt per Spec. in d. § 1 verſ. quod de ſuſpenſo.

b ¶ Criminoſus.] Quod intellige, vt in § ſequ. & concord. 3 quæſt. 11 cap. neganda, & capit. non eſt, & 3 q. 7 capit. qui ſine, & cap. poſtulatus, & 32 q. 5 capit. præceptum.

c ¶ Teſtimonium dicent.] Sed numquid orthodoxus poterit huic iuris diſpoſitioni renunciare, & contra ſe admittere teſtimonium infidelis? Spec. in tit. de teſt. verſ. ſed numquid orthodoxus, quod ſic contra tamen. Ioan. Andr. ibi in additionibus: quia ſic daremus fauorem infidelibus, contra cap. excommunicamus, & cap. ſi aduerſus, de hæret. Eſt tamen ſciendum, quod ſi teſtis dicatur excommunicatus, infamis, fur, raptor, vel ita criminoſus, vt non debeat admitti, nihilominus productus ſtatim examinabitur, & in fine diſcutietur, an obiecta ſint vera, quilibet enim donec contrarium appareat bonus præſumitur cap. vni. de ſcrut. in ord. fac. & latè per Specul. in tit. de teſte § 1 verſicul. ſed quid ſi dicitur cum verſiculis ſequent.

d ¶ Planè, &c.] Iſte § continet ſeptem caſus, in quibus quis repellitur à teſtimonio in cauſa criminali, & tres caſus, in quibus repellitur in cauſa ciuili, & ſumitur ex capitul. teſtimonium, de teſtibus quaſi ad verbum, in quo Abb. valde diffuſè explicat materiam proſequendo ſigillatim caſus ſingulos.

e ¶ Crimine.] De quo autem crimine ſit hoc intelligendum, varie loquuntur Doctor. in capit. teſtimonium de teſtib. Sed quid ſi teſtis tempore præſtiti iuramenti fuerit non criminoſus, ſed benè tempore depoſitionis? Reſpondeo, non eſt legitimus teſtis, nec admittendus. Aliud eſt in caſu conuerſo, ſcilicet, ſi criminoſus fuiſſet tempore iuramenti, & non fuit oppoſitum, non poteſt repelli tempore depoſitionis. Nam iuramentum aſtringit eum, licèt criminoſum. Ita Abb. in dict. capitul. teſtimonium, verſicul. circa hunc caſum poſt Specu. & Ioan. Andr. crederem tamen, quod vel iudex impedire poſſet ex officio, eidem fidem, vel modicam, vel nullam adhibere deberet.

f ¶ Officio.] Non ſic facilè criminoſus repellitur ab alio officio, quam teſtificandi, de quo latiſſimè, per Can. in c. ſuſcitatus de reſcript.

g ¶ Emendatus.] In cauſa ergo ciuili emendatus non repellitur, incipit eſſe quod non fuit, capitul. ferrum, diſtinctione 50. Sed qualiter probabitur quis emendatus? Reſpondeo, per ſacerdotem, cui confeſſus eſt, qui de ipſo debet teſtimonium perhibere, capitul. in capitul. diſtinctione 50 & 2 quæſtione prima, capitul. ſi peccauerit in fin. & in capitul. nemo de ſimon. vt per gloſſ. fin. de teſtibus, in capitul. teſtimonium, vbi latius Doctor. vbi ſpecialiter inquit Abb. quod confeſſio quidem probatur per ſacerdotem: ſed ſatisfactio per familiares, & alios, qui viderunt. Quid ſi emendatio contigit per diſpenſationem? Reſpondeo communiter, quod profit quo ad omnes quæſtiones ciuiles, & criminales. Sed Abb. in dict. cap. teſtimonium, putat conſultius eſſe, ſi inſpiciantur verba diſpenſationis.

h ¶ Infamia.] Nota quod infamia concomitatur, & aſſociat infamem, adeo quod eum ſequitur quocumque ſe vertit tanquam lepra leproſum, argument. 1 quæſtione prima, capitul. turpem, vnde in quolibet loco poterit tanquam infamis repelli, fac. ad hoc not. per Innoc. in capitul. qualiter, & quando de accuſat. & per Abb. in capitul. teſtimonium, eodem verſicul. vnum, &c. Sed cum tria ſint genera infamiæ, quædam iuris, quæ dicitur ciuilis, quædam quæ dicitur canonica, quædam, quæ eſt infamia facti, quæ probè appellabitur infamatio, de qua erit intelligendum, quod hic dicitur? Reſpond. ſecundum varietatem caſuum variandæ erunt, & reſponſiones, vt proximè per Abb. in dicto capite teſtimonium, verſicul. venio ad ſecundum, & verſ. ego in hac materia.

i ¶ Ciuiliter agitur.] Nota. hic, quod appellatione cauſæ ciuilis non venit cauſa, in qua agitur de crimine, licèt ciuiliter agatur: ponuntur enim hic iſta, vt diuerſa, & dic quod iſta cauſa eſt quaſi mixta inter ciuilem, & criminalem, capitul. tuæ de proc. capit. ſuper his de accuſat. quod eſt notandum pro interpretatione ſtatutorum, & aliarum ſimilium conſtitutionum.

k ¶ Reatu periurij.] Fac 6 quæſtione prima, capitul. quicumque, & 22 quæſtione quinta capitul. paruuli, & capitul. ſi quis, cum ſimili, & procedit hoc quoties quis violauit iuramentum licitũ, vel de quo dubitatur, an ſit

instituta confessus, [a] vel conuictus [b] fuit, vel si tunc per exceptionem conuincatur, [c] aut eius grauata sit opinio; dex eo, quod quãdoque fuit tali mode repulsus, quamuis hoc casu non excluderetur, in causa ciuili, potest à testimonio, licèt egerit pœnitentiam, [e] remoueri. [f]

Validum ab initio tractu temporis non infirmatur etiam noua superueniente causa h.d.

Illud in dubium non venit, eius testimonium qui integer deposuit, [g] infringi debilitariue minimè posse quamquam illum post depositionem factam esse contingerit criminosum: Nec. enim, quod rectè semel factũ est, ex huiusmodi euentu postea debet infirmari, [h] cùm culpandus non sit, qui idoneum nunc in testem producit, si aliquando eundem futurum malum non diuinauerit. [i]

licitum, si verò iuramentum sit illicitum, & temerarium, secundum comm. opin. non repellit à testimonio, nec infamat, sicut nec à dignitate repellit, capitul. sicut de iureiur. & fac quod not. in cap. Florentinum dist. 87. Sed vnde aduenit specialitas in periurio, cum secus sit in alijs criminibus grauioribus? sufficit enim, quod quis sit emendatus? Respon. secundum Ioann. Andr. & Goff. quod in teste pura, & simplex requiritur veritas 3 quæst. 8 capitul. pura, & 4 quæst. 4 cap. 1 & iuramentum est veritatis confirmatio, capitul. etsi Christus, de iureiur. Solut. nihil est, æque veritati contrarium ac falsitas, quæ est veritatis immutatio auth. de instrum. caut. in pri. Item periurus quodam respectu vincit homicidam 22 quæst. 5 capitul. ille qui, & hoc maximè, quando quis commisit periurium in testificando, nam ex quo semel commisit in illo offic. suspectus est semper in illo. l. si aliquid. C. de suscep. & Archid. lib. 10 & capit. quicumque sciens, 6 q. 1 & per Abbat. in cap. testimonium, de test. sed videtur quod tam hic, quam in capitu. testimonium, sit superfluitas, sufficiebat enim meminisse de infamia, cum quilibet periurus sit infamis, capit. infames, 6 quæst. 1 Sol. vt per Abb. in dict. capit. testimonium, versi. sed contra.

a ¶ Confessus.] Ex hoc nota, quod confessio facta in vno iudicio etiam criminali, facit fidem in alio contra confitentem, quo ad hoc vt repellatur à testimonio quasi suggillet opinionem ipsius, secus quo ad alia l. penul. ff de interrog. actio. Item talis confessus non admittitur ad purgationem alicuius, capitul. constitutus de purg. can. & cap. denique, § 1 de excom. quod intellige secundum hunc § & fac. capitul. super eod. 1 de testibus.

b ¶ Conuictus.] Multò magis, si condemnatus, secundum Ioann. And. & Ab. in capitul. testimonium de test. & intellige hoc enim si sit emendatus, vt ponat aliquid speciale in causa criminali, quod satis innuit litera in fin. fac. capitul. super eod. 1 de test.

c ¶ Conuincatur.] Quia tunc etiam si esset emendatus non admitteretur, si causa esset criminalis, licèt durum videatur, quod semel. delinquens quantumcumque sit emendatus remaneat suspiciosus, si tamen intrasset religionem fortè remota esset omnis causa suspicionis, capitul. penult. & fin. 19 quæst. vltim. sentit Ab. in cap. testimonium de test.

d ¶ Opinio.] Et ideo is, cuius opin. est grauata ad testimonium admitti non debet in causa criminali: quia omnis infamia debet testis carere capitul. denique, de excep. & 2 q. 8 capit. testes, & præcipuè in causa criminali, necetiam tales sunt admittendi ad honores, 81 distinct. cap. tantis & inf. de accus. capitul. omnipotens, & capitu. fin. de testibus in nullo enim debet vacillare op. ordinandi, distinct. 33 capitul. laici argumẽ. l. reum criminis C. de procur. & l. eos ff de decurio, & est hic argu. quod res siue sententia inter alios acta facit fidem in alio iudicio, sed dic, quod sola repulsio non sufficit, sed dic, quod sola repulsio non sufficit, sed infamia inde orta ipsum repellit alias iterum oportet crimen probari, vt repellatur, vt not. in ca. testimonium de test. vnde hæc notula sumitur.

e ¶ Pœnitentiam.] Nota ergo quod emendatus de crimine non remanet omninò integer vnde, non restituitur pristinę præsumptioni naturæ qua quilibet bonus præsum. c. fi. de præsump. imò in arduis remanet. præsump. contra fac. cap. forus in fi. de verb. sign. & ex hoc limit. ca. forum dist. 50 & not. quod non præfigitur aliquod tempus sed sufficit probare, quod alias erat criminosus. ex quo infertur quod peractio pœnitentiæ etiam cum interuallo longi temporis, non sufficit vt purgetur ex toto præsumptio contra eam ex delicto orta Arg. contra in authen. de monach. § humana autem natura, de hoc per Ab. in ca. testimonium in 3 not. de test.

f ¶ Remoueri.] Et circa hoc datur per Abb. in capit. quæstioni de app. in fi. talis regula & conclusio, quod omne iuramentum honoris est, regulariter periuro interdictum, per ea, quæ alleg. per gl. in d. ca. quæstioni sed iuramentum oneris, quod tenebit ad obligandum, tenetur præstare periurus sicut alius, c. cum in Ecclesijs de maior. & obe. nisi sit præsumptio, quod iterum deieraret, tunc nonnumquam est deferendum iuramentum oneris, ca. clericos, de choabi. muli. & ele.

g ¶ Deposuit.] Not. tempus depositionis attendendum concor. l. ad testium, § 1 ff de test. vbi not. & l. 3 circa prin. ff de testi. & de hoc per Spec. in tit. de teste. § 1 vers. quid post datum & est arg. quòd pubes factus non fert testimonium de eo, quod vidit ante pubertatem. de quo not. in d. l. testium, § 1.

h ¶ Infirmari.] Et merito: quia factum legitimè infirmari non debet, licet casus postea eueniat, à quo non potuit inchoari. ca. factum de regu. iur. in 6 fac. 32 qu. 9 ca. neque furiosus ff de his qui sunt sui, vel alien. iur. patr. fac. cap. pen. de eo, qui cog. consang. vxor. suæ: & l. in ambig. § 1 ff de re in. & l. adoptiuus, & l. si qua ff de rit. nup. & l. nec enim. ff de itine. actuque priua. Contra tamen videtur, c. cõiter, & c. vsque adeo di. 33 & ca. presbiterum & c. tua de cler. ægrot. Sol. non infirmatur, & retractatur totaliter, sed quo ad affectum tm̃, & ita no. ic d. c. factum. Sic etiam contra licet quod ad eum casum veniat à quo potuit inchoari non tamen firmatur quod ab initio non valebat cap. nonfirmatur, de re iur. in 6 de quo dic. vt ibi.

i ¶ Diuinauerit.] No. quod non tenetur quis diuinare fac. vni. c. vt eccl. benef. fin. dimi conse. & l. si fideiuss. § si cum debito ff mandat. & l. si putator. ff ad le. Aqu. Nam & Paulus licet esset spritu Dei plenus, non tamen potuit secreta diuini consilij perscrutari 22 q. 2 ca. beatus, diuinare autem sumitur in malam partem, vt 1 q. 1 cap. nunquam.

Domestici.

Domestici, & similem habentes causam, non possunt esse testes. h. d.

Domestici [a] quoque, & qui similem habentes causam consimili quoquo morbo [b] verisimiliter laborare existimandi sunt, si [c] certum id sit, aut super eo legitimè conuinci possint, si ab alterutra partium testes adducti fuerint, ad testimonium admittendi non erunt. [d]

Familiares.

Non potest quis esse, testis in causa, in qua fuit aduocatus, vel procurator. h. d.

Is quoque, qui in prima instantia [e] alicuius causæ aduocationem [f] & patrocinium,

a ¶ Domestici.] Concor. l. pe. ff eo. li. 2 C. eo. & ca. in literis, de testi & 4 q. 3 § testes. Sed qui nam dicuntur domestici, vel familiares? Resp. propriè ij quibus imperari potest ratione patriæ vel dominicæ potestatis, vt no. in d. c. in literis hic tamen non adeò strictè sumitur domesticus: nam & alij seruitores, qui stant in domo ad seruiendum: & sic liberi, comprehenduntur in dispositione huius tex. vt per Abb. ind. cap. in literis in 3 no. per l. 2 § ff de vi. bo. rapto & l. pronunciatio. § 1 ff de verb sign. licet idem in eo. c. versi. sed contra prædicta in fi. videatur ad hærere primæ expositioni, & significationi. Quidâ tamen circa hos seruitores distinguunt: an habeant salarium, vel non habeant: vt quod hic dicitur locum habeat, in primo casu, non in secundo vt per Specul. in titul. de testi. § primo, versicul. sed quid de mercenario. Verbum tamen, familiares, secundum aliques latius patet, quam verbum domestici, vt per Iuristas inl. 2 C, cod. sed an subditus testificabitur in causa domini? Respond. affirmatiuè, vt per Ab. & Doct. in c. accedens, vt lit. non conteſt.

b ¶ Morbo.] Id est, delicto, secundum quoddam, fac. 3 q. 7 cap. qui sine & ca. postulatus § porro in fin. & 1 q. 1 cap. multi in prin. & c. cum in tua. extra de sponſ. sic non potest alium corripere, qui in simile delictum corruerit, dist. 15 c. fin. sed certè licet hæc dispositio vera sit in se: non tamen videtur quadrare huic literæ nam cum agitur de repellendo teste, non est necesse ponderare similitudinem, siue conformitatem delicti, cum etiam dissimile repellat. cap. testimonium de testi. Vnde videtur melius intelligi posse de similitudine causæ, non tamen de qualibet similitudine, putà, quod is, qui emit non possit testificari in causa alterius, qui emerit, sed quoties est tanta causarum similitudo, quod ex decisione causæ, in qua est testis, infertur ad decisionem causæ, in qua est principalis non sufficit ergo similitudo in genere, vel in qua non cadit affectio, vt per Ab. in c. personas de testib.

c ¶ Si certum.] Sed quid agendum, si certum sit me super tractatu non habere, nisi testes de mea familia? Respon. secundum Ab. in cap. in literis, quod debeo eos expellere, & post producere eos in testes, satis enim videtur, quod tempore testimonij non sunt mihi familiares, hæc tamen expositio non debet esse fraude suspecta, secundum Doct. in l. 1 § si seruus ff de qq. & in d. c. literis.

d ¶ Non erunt.] Et sic infertur quod interrogandi non erunt, putat tamen Ab. in cap. personas in fina. de test. Non absurdè dici posse, quod isti admitti poterunt sed quanta sit ad hibenda fides iudex ex varijs circunstantijs arbitrabitur, arg. not. in c. insuper, & in ca. literis de testibus, erunt ergo testes huiusmodi non omninò integri. Et quod dicitur eos non admittendos intelligendum erit, quo ad effectum plenæ probationis. Et facit pro eo quod hic dicitur cap. causam, 2 de iud. vbi iudex, qui habet causam consimilem potest recusari.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit, quod domestici non possunt esse testes pro cuius intelligentia duo sunt videnda, primò qui dicantur domestici, secundò vtrum possint esse testes.

Quo ad primum testes domestici dicuntur, qui subsunt vel ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, & qui habitant cum aliquo, vel aliquo modo sunt subiecti mercenarij vel similes Bal. in l. 2 C de testibus Felin. in c. in literis eo tit. subdès quod grosso modo domestici dicuntur qui viuunt ad vnum panem § cogitandum. Auth. de monach. Decius conſ. 133 & quod loquatur solum de domesticis ratione potestatis dominicæ, vel paternæ Bellamer. conſ. 43 num. 11 versi. nec obstat. Et regula est quia domesticus etiam dicitur is, qui habitat in domo inducentis, & ideo non est idoneus maximè si sollicitauit pro eo, Ioan. de Imol. consil. 105 num. 3 plenè Aret. conſ. 13 vbi quod colonus partiarius et ad scriptus non dicitur domesticus, neque repellitur, nisi cohabitet cum patrono in domo, & ex pensis patroni.

Quo ad secundum aliam facies regulam, nam domestici testes non admittuntur, vt in textu nostro habetur, & voluit etiam Cuman. consil. 27 quod procedit etiam in causa ciuili Alexa. consil. 32 numer. 2 lib. 1.

Amplia vt idem sit in mercenario, quia non admittitur in causa criminali pro eo cui erat mercenarius siue procedatur ad accusationem siue ad inquisitionem Cum. conſ. 27 per tot.

Amplia quia famulus non est idoneus testis pro domino suo, quia domestici iure naturali, & ciuili reprobantur à testimonio Anch. conſ. 246 num. 2 c. ex literis de testibus, vbi Bald. dicit quod familiares seruiunt per fas, & nefas cap. ad sedem, de restitutio. spoliat. l. etiam C. de testibus, vide plenè Mascard. conclus. 758 famulus an possit esse testis pro domino, vbi ponit regulam negatiuam ampliat, limitat, & declarat multis modis ad quem me remitto.

e ¶ Instantia.] Instantia, bene dicit instantia, quæ durat à litis contestatione vsque ad sententiam, vt etiam per triennium, secundum ius ciuile, l. properandum, C de ind. Secus enim esset, si datus esset procurator ad vnum actum tantum, puta, ad impetrandum: quia poterit, in alijs articulis disiunctis testificari, secundum Ioan. And. & Perusi. in c. fi. de test. in 6 post Rot.

f ¶ Aduocationem.] Quod intelligerem etiam si tantum scriberet in camera, & non compareat coram iudice, licet hic propriè non possit dici aduocatus, secundum Abb. in rub. de postu. & prohibitus aduocatus non censeatur prohibitus domi scribere, sed hic videtur eadem in vtroque casu ratio, vt infra in notula super verbo, præsumitur.

susceperit, [a] licet aduocatus, [b] & procurator [c] esse desierit, quia tamen adhuc affectus causæ præsumitur [d] in iudicio appellationis [e] in testem recipiendus non erit. [f]

Ad testes examinandos etiam tres dilationes dari possunt, & ex causa etiam quarta, sub certo tamen iureiurando. h. d.

Dabunt autem iudices, tam in Ecclesiasticis, quàm in ciuilibus, [g] causis ad exhibendos testes non solum vnam : sed ex causa [h] secundam etiam, & tertiam dilationem : [i] * quartam verò disceptantibus non

a ¶ Susceperit.] Si quis ergo fuerit quidem procurator constitutus, mandatum tamen non receperit, testificari poterit, c. dilectio. de test. Idem etiam in aduocato, & de hoc no. in l. fi. ff eo. tit. Imò, & si susnepisset mandatum, & re integra renunciasset, idem esset dicendum, secundum Inn. in c. insuper de test. Fortius secundum Host. ibi idem diceremus, si procurator agere incæpisset, dummodo ante litem contestatam destitisset, & etiam si dictus procurator posset causam resumere secundum formã c. fi duo. de procur. in 6. Expone ergo susceperit ita quod dominus litis factus fuerit, non alias, de hoc plenè habetur in c. insuper de test. & in c. fi. eod. tit. in 6.

b ¶ Aduocatus.] Intellige de aduocato, qui intentionem suam propalauerit ex intentione. Inn. & Ab. in cap. irrefragabili de offic. ordin. Qui ita etiam intelliguntur, l. prætor ff de iurisd. om. iud. Potest tamen esse testis in instrumento transactionis, & descriptus in instrumento potest esse aduocatus cum agitur ad exequutionem, sed si in aliquo dubitetur de viribus instrumenti non potest testificari, Ab. in cap. ex literis, de transact. Et sic no. quod cuius viui vox non facit fidem, facit descripta. Et facit ad quæst. an notarius procurans possit producere instrumentum, à se confectum in fauorem sui principalis, de quo per Ioan. Andr. in c. cum quid vna in Mercur. fac. nota. per Bar. in l. deferre, § idem rescripserunt, de iure fisci.

c ¶ Procurator.] Patet quod hic loquitur de procuratore ad iudicia. Sed nunquid sit idem de procuratore ad negotia ? Respon. secundum Host. quod in negotio, quod procurauit de consensu partium potest admitti, sicut & iudiciarius, & mediator, § quoniam verò authen. de testam. in alijs verò, etiam parte inuita, cum non prohibeatur, l. 1 ff eod. & not. in cap. fin. de testib. in 6. Notarius quoque, qui scripsit acta non prohibetur esse testis, habetur in dic. cap. fin. Iudex quoque potest deponere coram alijs iudicibus de gestis coram se, capitul. inter dilectos, vbi Abb. de excess. præl. in capitul. non sine, de arbit. plenius in cap. cum nobis de testibus.

d ¶ Præsumitur.] Sed quomodo hoc præsumitur cum cesset lucrum ? Respon. quia huiusmodi personæ reputant victoriam causæ ad honorem, & petitionem ad dedecus : quia memores sui officij fortè veritatem non deponerent, & sic nota, quod honor, & causa affectionis non minus repellit testem, quam lucrum Perus. post Bal. in cap. fi. de testi. in 6 fac. cap. statuendum, 2 quæst. 6 & fa. quia aduocatus dicitur offendere eum, contra quem aduocat : vnde tanquam non amicus videtur repellendus per ea, quæ dicit Anto. in c. cum sacerdotis, de postu. vbi inquit, quod promittens sub certa pœna non offendere, incidit in pœnam accipiendo contra eum officium aduocationis : quod nota pro instrumentis pacis. Contrarium tamen ibi, & melius tenet Abb. Sed quid si vehementiores præsumptiones vrgerent in contrarium ? Forte non procederet quod hic dicitur, l. diuus, ff de restit. in integr. nisi dicas hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, quæ non admittat probationem in contrarium.

e ¶ Appellationis.] Videbatur tamen dicendum contrarium, cum causa appellationis videtur diuersa à causa principali propter diuersitatem iudicis, aduocati, & procuratoris, sed dic quod non est simpliciter alia sed quo ad quid. not. in c. fi. de testibus in 6.

f ¶ Non erit.] Fac. quod not. Ab. in ca. cum venerabilis versicul. ex prædictis etiam inferatur, vbi inquit, quod si approbatur aliquem posse eundem reprobare respectu alterius dissimilis actus. Vnde si approbaui aliquem in iudicem, possumus reprobare, si producitur contra me in testem : quia persona criminosa potest esse iudex ad no. in ca. fciscitatus, de rescript. non autem testis, § vita. sup. eod. & c. testimonium, de testibus. Sic approbatus in rectorem studij potest reprobari in examine nec statutũ vniuersitatis in contrarium valeret.

Dabunt autem. Casvs. Cum finis litigantium sit ex iudicio sententiam reportare, propterea petebat sibi concedi diuersas dilationes, & aliquando aliquid aliud ad probationem iniuriarum, alioquin dicebant isti deficerent probationes, & consequenter ius ipsum. In contrarium verò facit tex. in c. licet dilectus in fi. de testibus. Hanc difficultatem Solu. prout in hac parte legimus, & ratio est, quia in iudicio ita procedi debet, vt ex defectu probationis non tollatur ius, & ne ita quædam concedantur, vt in infinitum iudicium tendere videatur, & obiectiones cum ad inuicem pugnent inter se cõciliant. Not. 1 quod dilationes prob. nõ sunt ampliandæ neque restringendæ, aliter enim se queretur diuersa incommoda : Not 2 quod ad damnum euitandum id sæpè conceditur, quod aliter denegaretur. *Io. Bap.*

g ¶ Ciuilibus.] Id est, quæ aguntur in foro sæculari, Ecclesiasticis, quæ aguntur in foro ecclesiastico, vel ciuilibus, id est, quæ aguntur de rebus temporalibus Ecclesiasticis, id est, spiritualibus, vel criminalibus, vtrãque expositionem amplectitur. Ab. in capitul. causis, de testibus, vnde sumitur secundum primam expositionem, nota, quod regulariter causæ Ecclesiasticæ regulantur ad instar ciuilium facit cle. dispendiosam, de iud. per locum à speciali, & in c. 1 de iura. calu. in 6 fa. not. in dict. cap. 1 de neu. oper. nunciatio.

h ¶ Ex causa.] Fac. not. dict. capitul. in causis, & in capitul. pen. de test. & in l. fin. ff de fer.

i ¶ Dilationem.] Aliàs productionem ; & ita reperitur litera in c. causis, & in capitul. penult. de testibus, vnde sumitur. Et erit sensus, quod etiam in vnica tantum dilatione non poterunt fieri nisi tres productiones, & hunc intellectum sequitur Abb. & alij magni viri, tam in d. cap. in causis, quam in dict. cap. penult. multis comprobans : consuetudo tamen, quæ est optima legum interpres, capitul. cum dilectus de consuet. approbauit aliũ intellectum, scilicet, vt in dictis iuribus exponamus productionem, id est, dilationem, in qua scilicet fiunt productiones, & ob id hic ad tollendas difficultates meminit de dilatione, & pro hac intelligentia fac. quod not. 3 q. 3 capit. spatium pro alio tamen intellectu fac. capitu. significauerunt de testi. & authent. qui semel C. de probatio.

* Tertiam dilationem.] In Gallia hodie non dantur

dantur adsummum nisi duæ dilationes ad producendos testes vt Codice Lodouco cauetur tit. 2 artic. secundo SOLIER.

largientur [a] nisi præstito ab eo, qui postulat iuramento, [b] quod non per calliditatem aliquam quartam productionem, [c] postulet. Sed quia illorum, quos instat nunc de nouo producere prius notitiam habere nequiuerit, [d] quodque neque per se, neque per alium [e] testificata subtraxerit, [f] vel didicerit, quo casu quartam quoque dilationem accommodabit [g] iudex, maximè si productioni testium non fuerit à partibus renunciatum. [h]

Multa conceduntur, ne probationes intereant, quæ aliàs non concederentur quod probatur hic tribus exemplis. h. d.

Siquidem, [i] ne probationes depereant, multa permittuntur, quæ alioqui non concederentur: vt ecce, si is in causa [k] iudex datus fuerit, quem in testem produci sit necessarium, [l] remouendus, [m] & alius in locum substituendus erit. Sic & aliàs citato [n] per Ab. in capitul. significauerunt, de testibus. Nota tamen vnum quod dispositio huius § non seruatur in Romana Curia: quia in ea talis productiones, siue dilationes dantur pro iudicis arbitrio, vt accepi ab Antonio Massa censore huius operis, & excellentissimo practico.

a ¶ Largientur.] Sed quid dicemus, si iudex hanc quartam largiatur, omissa solemnitate iuramenti, de qua hic dicitur? Respond. licet varij varia senserint comm. tamen est opin. quod teneat ista quarta productio, si à parte non fuerit reclamatum, & appellatum, & ita Butr. & alij in capitul. penul. de test. & per Ab. fusè in capitul. in causis, eo. titul. Idem erit, si productio fuerit facta post terminum assignatum tacente parte. Imol. in capitul. fraternitatis. de testib.

b ¶ Iuramento.] Sed cur. exigitur hoc iuramentum cum semel sit iuratum de calumnia? Respond vt not. in cap. penult. de testib. & est not. secundum Innoce. quod hæc quarta dilatio non datur indistinctè seruata solemnitate de qua hic dicitur, sed oportet quod petatur intra tempora statuta, de quibus in l. 1 C. de dilat. & 3 quæst. 3 c. si alium sequitur Ab. in capite pen. de testibus.

c ¶ Productionem.] Id est dilationem, in qua fit productio, vel secundum alios capi. debet hoc verbum prout iacet, vt not. sup. in verbo dilationem secũdum quem intellectum sequitur, quod si quis habuisset tres dilationes, tamen non potuisset facere nisi vnam aut alteram productionem, quod in danda 4 dilatione non haberet locum quod hic dicitur de iuramento exhibendo, sequitur Ab. in c. causis de testibus vers. ex his habes clarè intellectum, & c.

d ¶ Nequiuerit.] Simile in capitul. pastoralis de except. & in cap. præsentium de testibus.

e ¶ Per alium.] Nec enim refert. vtrum quis faciat *per se vel per alium vbi idem resultat. effectus, quod* procedit etiam in pœnalibus, vt 10 quæst 4 capitul. si quis suadente iuncto capitul. mulieres de sentent. excommuni. & quod ibi per Abb. & per iuristas in l. 1 C. de ser. fugi.

f ¶ Subtraxerit.] Eo enim ipso quod subtraxit testificata, præsumitur quod didicerit: præsumitur enim contra subtrahentem ex delicto, secundum Innocent. Hostien. & Ab. in capitul. in causis arg. l. si de possessione C. de probat. si igitur cessaret ista ratio quia, quod in dilationibus, vel productionibus testes non fuerint examinati non haberet locum quod hic dicitur, secundum Abbat. in dicto capitul. in causis, versicul. ex hac ratione.

g ¶ Accommodabit.] Sed quid, si pars simpliciter petit quartam productionem, vel dilationem non adiecto cum solemnitate legali? Innocent. dicit, quod est iniusta petitio, & iusta denegatio & si à denegatione appellaretur esset iniusta appellatio: de hoc tamen latè per Ab. in capitul. significauerunt, de testibus. Nota tamen vnum quod dispositio huius § non seruatur in Romana Curia: quia in ea talis productiones, siue dilationes dantur pro iudicis arbitrio, vt accepi ab Antonio Massa censore huius operis, & excellentissimo practico.

h ¶ Renunciatum.] Tunc enim pars quæ probationibus renunciauit non est ad hoc vlterius admittenda, cap. cum venisset & ibi nota de testib.

i ¶ Siquidem: &c.] Quasi dicat, non mirũ si super iacta casu datur etiam quarta dilatio: quia multa sunt inducta ne probationes pereant fac. l. quemodo. C. de hæret. & mani. & l. curet. ff de testi. & ff ad leg. Aquil. l. in lege, & in capitul. quemodo frequenter, vt liter. non contes.

K ¶ In causa.] etiam criminali, licet in ea testes non cogantur ita tenetur communiter in capitu. dilecto de testibus.

l ¶ Necessarium.) Quia ille, qui probare intendit, non habet nisi vnum testem, nisi remoueatur iudex datus, vt in capitul. dilecto de testibus. Sed nunquid idem sit dicẽdum si iste qui vult iudicem remoueri haberet dues testes præter istum? Et non videtur cum eo testes sufficiant l. vbi numerus, ff de testib. capitul. licet eo. tit. cap. relatum de testament. Sed fatis potest dici illum posse, & debere remoueri à iudicio præcipuè si illi duo non sint maiores omni exceptione, & quia testes non habent omnia in memoria l. 2 § si quid autem in tanta. C. de iur. ver. enucl. & l. peregre. ff de acquir. poss. Si autem plures haberet, non deberet remoueri: quia vbi quis habet sufficientes testes, alij non compelluntur, cap. de testibus in fin. de testi. nisi tamen aduersarius meus in fraudem procuret, vt causa committatur ei, quo ego volebam vti in testem: quia tunc remouebitur; licet habeam plures, quos volebam, & poteram in testes producere, ne meo aduersario sua fraus prosit, capitu. nobis, & & capitul. sicut. de simo. c. super literis, de referip. l. itaque, ff de fur.

m ¶ Remouendus.] Nisi iudex vellet iurare quod nihil. scit. in illa causa, vt not. in ca. dilecto de test.

n ¶ Citato.] Citari enim debet pars non modò quando producuntur testes directè in causa in iudicium deducta, capitul. 2 de test. Sed etiam quando producuntur indirectè quadam via extraordinaria ad futuram rei memoriam, vt in authent. sed. & si quis. C. eo. titu. secundum vnum intellectum, quia eadem est in vtroque casu ratio. Semper enim præmitti debet citatio, vbi agitur de præiudicio absentis 3 qu. 9 capitul. caueant, & capitul. omnia & cum hæc qualitas citationis sit extrinseca non præsumitur nisi probetur, habetur in c. tuis de testibus & in l. sciẽdum, ff de verb. obl.

aduersario recipiuntur, & publicantur testes quo reus [a] inducendos duxerit. Sic & Ecclesia necessariæ probationis omissione, læsa etiam aduersus Ecclesiam restituenda erit.[b]

Publicato processu non possunt testes examinari super eisdem, nec in prima, nec in secunda instantia: secus super emergentibus de nouo. hoc dicit.

Elapsis igitur tribus dilationibus postquam renunciatum est probationibus, & publicata * dicta testium, regulariter[c] producendi testes, rursus non erit[d] danda copia, & sicut nō licèt super eisdē, vel directo cōtrariis[e]

a ¶ Reus &c.] Capitul. significauit de testam. secundum intellectum magis communem, & minus dubium, licet secundum aliquos ille tex. possit intelligi, & in actore, in eo, qui potest esse actor & reus.

b ¶ Restituenda erit.] Cap. auditis. resti. in inte.

* Publicata) In hoc Regno depositiones testium ampliùs non publicantur speciali iudicis decreto, vt alias moris erat sed datis testium reprobationibus datur aduersæ parti id requirenti inquisitionis exemplum alias reiicitur inquisitio & ipsa post habita iudicium fertur, Codice Lodoueo tit. 22 artic. 26 & 29 SOLIER.

Io. Bap. Elapsis igiturr CASVS. Cum testium depositiones fuissent publicatæ, cognouerunt partes earum intentionem non esse concludenter probatam: qua de re petierunt. nouas dilationes ad nouos testes examinandos, putabant aût hoc sibi esse licitū per § siquidem supra, eo. saltem in secunda instantia per l. eos qui. C. de appel. vbi Doctor. adnot. quod non deducta deducentur cæterum sol vt hic acuetur per rationem in textu affignatam, quibus rationibus suadentibus nec etiam obiecta aliquid concludere videntur, & sic non. indigent speciali solutione, & ideo rationibus præd. cessantibus oppositum videtur dicendum: Nota primò, renunciationem aliquando, extendi per quandam consequentiam ad id quod expresse non fuit cogitatum. Nota secundò casum, *in quo prima, & secunda instantia æquiparantur.*

c ¶ Regulariter.] Concord. capitul. causam, 2 capitul. constitutus & capitul. cum venissent de testam. & dicit regulariter, quia dantur aliqui casus, in quibus non habet locum, quod hic dicitur, de quibus per Ab. & alios in supr. allegatis capitulis præcipuè in capitul. cum venissent & in capitul. fraternitatis, vbi Ioann. Andr. enumerat sexdecim casus, in quibus non procedit dispositio huius literæ, duos addit ibidem Abb. in dicto loco. Sed nunquid sola publicatio impediat productionem, an verò etiam requiratur quod pars dixerit testificata? Quidam quod non sufficit sola publicatio, sed quod requiritur, quod pars inspexerit dicta testium magis tamen communiter contra, quod sola publicatio sufficiat, vt per Abb. in dict. capitul. fraternitatis, & deducit, & defendit nouissimè Ioan. Bap. Feret. cons. 153.

d ¶ Non erit.] Admissa tamen probatio licèt contra iuris dispositionem valebit. secundum, Ioannem Andr. & Soci. in capitul. fraternitatis de testibus, & per Ab. in capitul. cum contingat de offic. deleg. Excipiuntur & alij plures casus, vt per Doctor. in dict. capitul. fraternitatis, & per Soc. in suis regulis, & fallentijs, si tamen illæ Socini sunt.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod publicato processu non possunt testes examinari super eisdem nec in prima nec in secunda instantia, secus super emergentibus, ad quam conclusionem, vide latè Do. Nouarium in collectanea decis. in prag. 2 de testium reseruatione.

Tamen limitatur quando culpa, vel malitia examinatoris, vel iudicis testes non fuerunt recepti vt docet de Franch. decis. 371.

Limitatur secundò, quando testes fuissent nulliter recepti, quia poterunt postea legitimè denuo recipi, etiam post publicationem, dummodo nō misceantur alij testes denuo, vt per Thesaur. decis. 287 ad quod est etiam latius videndus Farinac. in tractat. de testibus q. 66 parte 8 n. 303 & 304 & sequ. addit aliam limitationem & iterum quæst. 75 cap 10 & 11.

Limitatur tertiò, in causis criminalibus, in quibus, admittuntur testes ad defensam rei etiam post publicationē in causa factam vt per eund. Thesaur. decis. 262.

Limitatur quartò vbi in prima instantia fuit articulatum de certa summa, nam in secunda potest probari de maiori, vel minori ita Aun. sign. 332.

Limitatur quintò, examinator emisit examinare super aliquo articulo secundum tabulam, post factam publicationem in causa recipiuntur testes decis. Delph. 124 Specul. in titul. de test. § iam interrogatorijs, vers. item caueant Butr. in cap. cum causam li. primo col. prima.

Limitatur sextò, quando notarius deponit viua voce pro suo instrumento Bart. in l. ampliorem in fin. C. de appellatione.

Limitatur septimò, quando sententia prima fuit declarata nulla in secunda instantia articulatur idem, vel contrarium Rot. in antiqu. decis. 42 Guid. Pa. decis. 72.

Limitatur octauò, quando esset peremptā instantia. Ita Afflic. post Ang. & Ab. decis. 216.

Limitatur nonò. in petitorio possum ponere idem vel de directo contrarium in possessorio Ripa in l. naturaliter § nihil commune, ff de acquir. possess.

Limitatur decimò, quando in prima causa probaui intentionem meam per duos testes & pars aduersa probauit contrarium possum facere eundem articulum, & examinare alios testes Ab. in ca. fraternitatis de testibus, & Afflic. in d. decis. circa finem de quo vide Felin. in cap. cum clamor. num. 3 de testibus.

Limitatur vndecimo, quando probari posset testes correptos falsum dixisse, iuxta limitationem Afflict. in dicta decisione ducentesima decima sexta.

e ¶ Contrarijs.] Vt esset probatio furoris, & sanæ mentis, virginitatis, & corruptionis, præsentiæ, & absentiæ, quando scilicet talia, & similia de eisdem personis, & actibus, & eodem temporis instanti sic contrariæ formarentur, indirectam verò contrarietatem benè licèt per testes probare post attestationes publicatas, puta absentiam testis, vel partis à loco eo tempore, de quo deponit, vt in capitul. ex tenore, de testi. & l. optimam C. de contrach. & commit. stipul. super directa verò contrarietate non licet. cleme. 2 de testam. vnde sumitur, nisi opponeretur falsitas directa ipsius testis cum corruptione, vt in d. clem. 2 & in capitul. licet de probat. & per Ab. in capitul. fraternitatis de testibus.

articulis alios, vel eosdem testes in principali causa producere: [a] sic non debet in causa appellationis [b] licere, cum non minus in ea, quam in principali testium sit timenda subornatio. [c]

Etiam post publicationem testium possunt super nouis capitulis testes examinari. hoc dicit.

Quod si noua [d] contingat emergere capitula, super quibus partes testes nouos velint inducere, recepto solemni iuramento [e] testium, non obstante publicatione, super veteribus facta, nec in primo, [f] nec in secundo [g] iudicio reijciendi erunt.

In testes non potest obijci post publicationem. hoc dicit.

Sed interdum accidit, vt eos, qui iure in testes recipi non debuerant, admissos tamen esse ab aliqua partium [h] prætendatur, in qua specie statutū est, vt si quid in eos [i] habent, ante publicationem debeant obijcere, postea verò tunc demum id licebit cum

a ¶ Producere.] Parte scilicet inuita, vt per Ioan. And. in cap. fraternitatis de testi.

b ¶ Appellationis.] Clement. secunda, de testibus, vnde sumitur, damnatur itaque ex hoc opin. plurium Legistarum tenentium, quod in iudicio appellationis possint super eisdem capitulis noui testes examinari: contra quam facit etiam textus ipsorum dominorum iuris ciuilis in authent. de testament. § quia verò, cui satis friuolè ipsi respondent, vt not. & habetur in capitul. fraternitatis eod. titul. & in dict. clement. 2 & cum Canonistis tenet Barto. in l. per hanc C. de temp. appel.

c ¶ Subornatio.] Sed quare magis timetur de subornatione post publicationem, quam ante cum semper à principio poterint partes testes ipsos subornare? argument. capitul. sicut de testibus, & capitul. licèt eodem tamen secundum Ioan. Andr. & Abb. in capitul. fraternitatis, de testibus ante publicationem non est tantus timor, cum pars verisimiliter speret se posse probare intentionem suam, vel aduersarium defectum in probando, sed post publicationem probationum, cum videt se succubituram: quia non probauit, vel quia aduersarius plenè probauit, facilius inducitur ad corruptionem testiū, tanquam omni alia spe destitutus. Item ante productionē non poterit aliter prouideri, cum necessario testes essent producendi ad causæ instructionem, quod non est in iudicio appellationis, cum poterit iniri ex actis prioris instantiæ.

d ¶ Quod si noua, &c.] Duplex considerari potest species nouorum capitulorum, quidam enim sunt omninò noui, vt sunt illi, qui non concludunt, nec adiuuant, intentum articulantis, & de his non intelligit hic: quia super his non admittuntur testes, siue sint publicatæ depositiones, siue non. Nec enim quis admitti debet ad probandum, quod probatum, non releuat, c. cum contingat de offic. deleg. l. ad probationem C. eodem fac. quod not. in cap. 1 de confess. in 6. Secunda est species nouorum capitulorum dependentium ab antiquis, vt sunt ij, qui fundant, vel adiuuant intentionem articulantis in eadem causa exemplum in cap. cum Ioannes, de fide instrument. & plura exempla ponunt Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in cap. fraternitatis de testib. vbi etiam Abb. & not. in c. causam, eod. tit. & Legistæ latè in l. per hanc C. de temp. appel.

e ¶ Solemni iuramento.] Hoc tamen non habet locum duobus casib. Primò, iuramentum à parte remit. c. tuis, de testib. Secundò, quando testes simpliciter super tota causa fuerunt producti, & super tota causa iurauerunt: quia tunc non solum iurare non tenebunt, sed nec produci poterunt: quia non possunt emergere noua capitula, cum testes fuerint generaliter examinati, vt per Abb. in capit. fraternitatis de testib. versicul. omnia prædicta limita. vbi etiam vide in quo consistere debeat solemnitas, & forma talis iuramenti post gloss. ibi in verbo iuramētis.

f ¶ Nec in primo.] capit. ex tenore, & ibi no. de testi.

g ¶ In secundo.] clem. 2 de testi.

Sed interdum. CASVS. Facta testium depositione publicatione volebant partes contra testes, ac eorum dicta excipere, replicare ac etiam triplicare: vnde iudex ignorans quomodo debeat procedere, dubitauit, & quæsiuit quid agendum: si enim huiusmodi exceptiones essent admittendæ redderetur superflua, vel quasi decisio § debent autem, supra eo. accedit quoque, quod inter tot contrarietates ab huiusmodi exceptionibus, & replicationibus ortas difficile esset veritatem cognoscere. Cæterum Sol. vt hic legimus, quia exceptio, & replicatio cum sint defensiones quædam non debent denegari. Non obstat § adduct. quia intelligi debent, prout in hac parte in text. ipso declarat. nec etiam obstat cōfirm. quia veritas per oppositā magis elucescit. Not. 1 probat. tunc dici esse sufficientem, & concludentem, quando non potest reprobari, & hinc cognoscimus quomodo cōuentus æquiparetur cum confesso. No. 2. quod fides quæ testibus est adhibenda à duobus dependet, videlicet à qualitate personæ & à qualit. dicti.

Io. Pap.

h ¶ Partium.] Ex hoc quod dicit partium plurali numero: videtur hæc lit. inferre, quod etiam actor poterit opponere contra testes, quos produxit, quod non videtur permit. cum producendo adeò illos approbet, vt non possit postmodum eosdem reprobare, vt 4 q. 3 c. si quis test. sed dic, quod hoc non infertur necessariò ex hac lit. quia licet actor regul. producat testes, tamen reus producit ad proban. suas excep. quo casu est actor, l. 1 ff de excep. vnde & reus opponet cōtra testes actoris, & actor contra testes rei: vnde rectè dicit partium, & nō partis. Vel dic aliter, quod non solum reus obijcit in personas testium, quos examinauit actor, verum etiam quandoque ipsemet actor, vt puta, si vellet reprob. tales person. qui delicto producenti tempore productionis, verisimiliter incognito essent notati, vt in c. nulli de elect. in 6 alium casum habes per Abb. in cap. in præsentia, de testib. vt latè de materia per Antonium, & alios.

i ¶ In eos.] Putà quod sint periuri, infames, serui

iurameno [a] partes firmauerint, quòd non dolo velint ad opponendum descendere.

Quod quis post publicationem didicit aduersus personas testium, obiici postea potest. hoc dicit.

Sed & si ostendere [b] quis paratus fuerit, post publicationem didicisse quod in personas vult obijcere, tunc quoque opponendi patere debet aditus.

Protestatio operatur, vt possit aduersus testes obiici post publicationem. hoc dicit.

Idem iuris est, si fortè quis ante publicationem id fuerit protestatus. [c] Cæterùm, cum quis protestatus fuerit, velle se post publicationem depositionum, personas testium repellere, si quid in fauorem protestantis dixerit non de facili [d] fides adhibebitur.

Testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet. hoc dicit.

Illud etiam admonendi sumus, quod non solum testes [e] super principali negotio deponentes aliis testibus licebit repellere, sed etiam contra secundos primorum reprobatorios * probationes proferre licebit. Et non admittente iudice, appellationis [f] remedium licitum erit interponere.

Non licet examinare, testes reprobatorios reprobatoriorum. hoc dicit.

Vlteriùs autem partibus ad reprobatio-

inimici, conspiratores, & alia de quibus habetur in ca. testimonium, de test. Et bene dicit in eos: quia in dicta eorum obijcere possunt etiam illi, qui testes produxerunt, 4. q. 3 § si quis testib. Et est ratio differentiæ: quia cum produco testem, personam eius approbo: & ideo contra personam eius dicere non possum. Sed quid sit dicturus ignoro, & ideo in dicta dicere possum, si video, quod contradici sibi ipsi, vel etiam aliis testib. meis, vel facit pro aduersario meo, licèt arg. sit contra in cap. præsentium, de test. & ibi not. Sed an idem sit in producente instrumenta, vt possit producens contra illa obijcere? Resp. non: diligenter enim debuit prouidere, an instrumẽta facerent pro se, vel contra, antequam produceret, quod in teste fieri non potest: quia testes frequenter dicũt se scire, quod nesciunt, & nescire, quod sciunt. Põt tamen quis protestari dicendo, quòd non intendit vti instrumẽto producto, si falsitatis arguatur, vt in l. 3 C. de fide instr. & not. in d. cap. præsentium.

a ¶ Iuramento.] Iuramentum est hic legitima probatio: quia quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus, ca. vni. de seru. in ordi. fac. c. dudum, de præsump. Sic etiam conscientia, vel fides, probatur per iuramentum, ca. si vero 2 de sent. excom. fac. c. pastoralis, de excep. fac cap. fin. quod met. caus. Sed non videtur hoc iuramentum præstandum, cum semel de calumnia iuratum fuerit, quod iuramentũ non est iterandum authen. in hoc sacramento C. de iur. calum. Sol. contrarium procedit in iuramento calumniæ quod hic dicitur in iuramento malitiæ, quod declara, vt per Abb. in cap. præsentium, de testi.

b ¶ Ostendere.] Sed quomodo poterit id ostendi? Resp. per iuramentum, vt in casu proximo, fac c. pastoralis, de excep. & not. in c. præsentium de testibus, fac cap. nulli, de elect. in 6.

c ¶ Fuerit protestatus.] Sed qualis erit protestatio ista vt admittatur quis post publicationem ad opponẽdum? Resp. quod quis protestetur, quod vult testes repellere tanquam non idoneos, & si ita concipiatur non est necessarius consensus partis, vel iudicis: nam per eam tollitur suspicio malitiæ. At si quis generaliter protestetur, quod liceat dicere in personas testium, prout habet communis practica non releuat talis protestatio, nisi iudicis, & aduersarij accedente consensu, iuxta not. in c. cum M. de const. & in ca. Cumana, de elect. & latè deducitur per Innoc. & Abb. in c. præsentium, de testi. d ¶ Non de facili, &c.] Et meritorium per præcedentem protestationem videtur quod non velit adhibere fidem dictis illorum contra se, non ergo debet habere pro se, c. si Romanorum, dist. 16 & 3 q. 8 ca. cuius in agendo, & c. cum olim, de censi. l. pen. C. de Iu. l. qui falsis. l. Papin. § meminisse ff de inof. testa. & est absurdum redire ad renunciatum, l. si quis ius iurandum, C. de reb. cred. Sic contra semel probatum reprobare non possum 8 q. 2 c. dilectissimi. l. Pomponius. ff de neg. gest. l. vxor. ff de adult. capit. quemadmodum, de iureiur. Et quod hic dicitur de facili, variè consueuit exponi: quidam enim dicunt de facili, id est nullo modo. Simile 2 q. 6 c. biduum, vers. si aduersarius, cum concord. alleg. in cap. præsentium, de testi. Sed hæc expositio non videtur omino literæ cohærere. Vnde hic quod circa hoc plurimum potest arbitrium iudicis vt per Abb. in d. capit. præsentium, vnde sumitur, licèt circa hoc sit controuers. inter Host. Io. And. Goff. Inno. Ab. & alios in dicto c. præsentium, vbi videndum.

e ¶ Non solum testes.] Concor. cap. licèt 3 de testi. vnde sumitur. Sed an quod hic, & ibi dicitur habeat locum in reprobatione dictorum. Item instrumentorum? Die vt per Abb. in d. c. licèt.

* Primorum reprobatorios.] Probationes reprobatoriæ reprobatoriarum de iure admittuntur, cap. licet de Testib. Sed apud nos aliud obtinet ne detur progressus in infinitum, Masuer. tit. de probationib. nu. 1. Maynard. lib. 4 cap. 87 nedum in causis ciuilibus, vt in Senatu Parisiensi iudicatum refert Louetius, litera R. cap. 5 verum etiam in criminalibus parui momenti, Brod. ad Louet. ibid. limita prædicta vbi secundæ reprobationes in promptu literis, vel partium confessione, aut alias verificari possent, Mayn. lib. 4 cap. 78. SOLIER.

f ¶ Appellationis remedium.] Cap. ex parte de testi. Videtur autem esse in indicis arbitrio, an primò admittat testes, an exceptionem contra eos quibusdam casibus excep. de quo latissimè per Doc. in c. ex parte.

nem testium aspirare minimè licebit, [a] ne si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum [b] probari.

Qualiter iudex pensare debet dicta testium. hoc dicit.

Publicatis igitur attestationibus non solum ad multitudinem [c] testium respicere iudicem oportet: sed etiam ad qualitatem illorum: item depositiones rimati, & diligenter inspicere debet, & ex his, quibus potius veritatis lucem assistere iudicabit, animi sui motum informabit. [d]

Iudex potest testes repetere, & interrogare vsque ad sententiam. hoc dicit.

Quod si circa alicuius testis dictum iudicis hæsitet intellectus, eundem rursus ad examen reuocare poterit. [e] Et generaliter iudex vsque ad prolationem sententiæ interrogare super facto poterit, vbicumque aliquid dubitationis inciderit. [f]

Testi statim seipsum corrigenti non adimitur ob id fides. hoc dicit.

a ¶ Minimè licebit.] Videtur quod hæc iuris dispositio contineat absurditatem. Nam in iudiciis debet æqualitas seruari, cap. 1 & 2 de mut. peti cap. non licet, de reg. iur. in 6 l. fi. C. de fru. & lit. expens. sed secundum id, quod hic dicitur, & in cap. liceat 3 de testi. actor habebit duas productiones testium, scilicet probatoriorum, & reprobatoriorum, reus verò habebit solum vnã s. reprobatoriorum? Resp. vt no. in dict. cap. licet reus sibi debet imputare, qui non produxit testes in principali: quia si produxisset fuisset æqualis cum actore, vel dic, quod semper seruatur æqualitas. Nã aut reus probat in principali, & tũc indubitanter seruatur æqualitas respectu eius aut solus actor produxit testes in principali, & tunc etiam seruatur æqualitas respectu facultatis reprobandi: quia quælibet pars habet viam dumtaxat reprobatoriã, & in potestate rei fuit producere testes in principali, & in hoc potuit sibi præiudicare. Nam & idem videmus in reo quando ipse solus produxit testes super excep. sua, actor enim habebit solum vnam productionem reprobatoriorum, & reus duas productiones habebit scilicet probatoriorum, & reprobatoriorum, & sic quocumque te vertas inuenies æqualitatem.

b ¶ Infinitum.] Not. infinitatem vitandam, l. inter diuinum, C. de sacros. Eccles. late in cap. licet tertio de testi.

c ¶ Ad multitudinem.] Nota ex hac litera tria, ex quibus testes testib. præferuntur. Primò, ex eorum qualitate: quia sunt honestiores, ditiores, & famæ melioris. Secundò, ex depositorum qualitate: vt quia sunt iuri communi consona, vel aptiora negotio, de quo agitur capit. si testes. 4. quæstione tertia, cap. licet eod. & per Innoc. in cap. auditis de præscrip. Tertiò, ex eorum multitudine, quæ licet hic in ordine literæ ponatur 1 loco, si tamen loquendi modus perpendatur in ordine sensus, & intellectus videtur posita tertio loco. Primò enim loco recurrendum est ad auctoritatem testium. Nam vt dicebat Host. & sequitur Abb. in c. in nostra, de test. possent ex vna parte esse centum ribaldi, & viles homines, ex alia duo tantæ auctoritatis & honestatis, quod eis potius staretur, quam malorum multitudini, licèt aliud esset dicendum, si esset multitudo testium idoneorum, licèt pauciores essent magis idonei, secundum Innoc. & alios in dict. cap. in nostra. Secundò est recurrendum ad verisimilitudinem ar. ca. verisimile de præsumpt. cap. super hæc de renun. cap. sollicite, de testi. fol. Tertiò ad multitudinem addebat & Host. & quartam qualitatem, scilicet personæ producentis, ex qua dicebat posse præsumi de testium corruptela. Dic tamen, quod in his reuera certa doctrina tradi non potest; sed iudex ex variis causis animi sui motum informabit, vt hic, & in l. 3 ff de test. & in d. c. nostra. Et enim circa hoc, quod modicus excessus in probationib. actoris non facit quo minus reus debeat absolui Abb. in cap. ex literis eod. & idem Ab. in d. cap. ad nostram in fin. ver. ex quo infero.

d ¶ Informabit.] Cap. in nostra, & ca. præterea, de rebus, c. in præsentia, de ren. & 4 q. 3. c. si testes, & l. 2 ff de testib.

e ¶ Reuocare poterit.] Concor. c. cum clamor, de testi. qui licet loquatur in causa criminali, & cum proceditur per inquisitionem, tamen cõmuniter tenetur procedere etiam in causa ciuili, per multa, quæ ibi allegantur. Sed cõtra videtur obstare, quod non sit testis rursus reuocandus ad examen: quia si testis obscurè deponit, fieri debet interpretatio contra producentem, cap. in præsentia, eod. cap. contra eum de re iudi. in 6. Secundò, quia est timor subornationis ca. fraternitatis, de testib. Sol. quod hic dicitur obtinet, quando iudex procedit, & mouetur officio suo non ad instãtiam partis. Nam iudex potest interrogare quãdocunque visum fuerit 30 q. 5 c. iudicantem, l. vbicũq; ff de interr. act. & § fi. inf. eo. Nec impedit, quod disceptatio est inter partes, dummodo repetitio nõ fiat ad illarũ instantiã, vt per Doc. in d. c. cũ clamor fa. no. in d. c. in præs. in c. per tuas, de test. & d. c. iudic. & in hoc multũ prodest habere iudic. fauora. nam licet possit hoc facere ex suo motu proprio tamẽ tenetur hoc agere ad partis instantiã ob timorem subornã. nisi in casibus no. per Ab. in d. c. per tuas, & quib. casib. test. repet. debeat denuo iurare vt per Butr. in capit. 1 de fac. vnct.

f ¶ Inciderit.] Concor. cap. cum Ioan. de fid. inst. & l. vbicumque, ff de inter actio.

Eum quoq; Casvs. Quidã test. depos. facta volebat eã corrigere, idq; putabat sibi esse licitum, quia sæpe homo errat fragilitate humana tantũ, c. sciendũ de pœn. dist. 1 & cum fuisset hoc ei denegat. ratione, quia interrog. de iis, quæ præsumit. certò scire nõ fuit quæsitũ quid iuris: sol. prout hic leg. per rationẽ assig. obiect. autẽ nõ tenet quia error etiã in iis, quæ scimus potest reperiri: No. 1. concep. aliq. esse permis. & aliq. nega. quod in foro fori contingit ob diuers. iur. præsump. Not. 2 eautelã in iudiciis admodum vtilem pro ipsis litigantibus, & de seruit. ad multa, quæ sæpe occurrunt. Io. Bap.

Eum quoque, qui non studiosè, [a] sed linguæ lubrico errauerit, & sese confestim [b] correxerit, reprobare iudex non debet, secus autem si correctioni suæ tempus interposuerit.

Iudex repetit testes super omissis. h. d.

Repetere autem, non solum obscurè deponentem poterit: sed etiam, si à principio super certis capitulis [c] eundem interrogate, postulante aduersario, vel negligentia, vel calliditate [d] prætermiserit.

Probationes fiunt, non solum testibus, sed & instrumentis: & instrumentorum appellatione non largè sumpta continentur solum scripturæ, quæ in iudicio exhibentur. hoc dicit.

At si partes [e] viuæ vocis adminiculo in probando destitutæ fuerint, ad instrumentorum productiones decurrere eas oportebit. Et licèt instrumentorum adeò latè pateat appellatio, vt hoc nomine etiam testes contineantur, [f] quippe & ipsi causam instruunt:

a ¶ Non studiosè.] Sed an docere debeat testes, quod non studiosè errauerit, & afferre debeat probabilem causam erroris? Resp. non, vt per Ab. in c. præterea, de test. cog. vnde sumitur. Et idemerit in parte reuocante in continenti confessionem suam, pro quo est hæc ratio quod difficilius testis corrigit errorem suum, quam pars confessionē suam, & hoc propter timorem subornationis, arg. d. ca. præterea iuncto c. fi. de confess. Sed testis potest incontinenti etiam non docto de errore: ergo fortius pars fac. c. ex literis, & quod ibi notat, de diuor. & ea. diuortium, de pœni. dist. 1. Debet tamen iudex multum diligenter attendere modum, & causam correctionis, de quo per Inn. & Abb. in d. c. præterea.

Confestim.

b ¶ Confestim.] Id est, in eadem instantia, secundum quosdam. Alij quousque nullum actū est interpositum contrarium depositioni, arg. l. continuus, ff de verb. sign. & l. quid ait. § fi. ff de aduk. Alij quod vsque ad sententiam quemadmodum principalis. Inn. distinguebat, an testis vellet corrigere dictum suum, an addere, vt habetur in ca. præterea, de testi. cog. Alij exponunt confestim. 1. prius quam depositio, & dictum fuerit redactum in scriptis, vt videtur no. 32 quæst. 1 cap. apud. Tu dic quòd hoc erit iudici arbitrarium considerata qualitate personæ, & spatio interualli, colloquio partium, & reliquis circunstantijs, & hæc placet Ab. in d. c. præterea. Quid enim si causa est inter viles, & episcop. & alia notabilis persona producitur in testem, qui ex interuallo corrigit dictum suum: quia melius tunc recordatur, debemus ne dicere quod præsumatur corruptus à vili & rustico? Certe non, arg. c. etsi quæstiones de simo. & fac. ad hoc quod dicit in ca. iurauit iu 3 eod.

c ¶ Certis capitulis.] Non impertinentibus, & captiosis, sed concernentibus substantialia negotij. Immo & super inclusis, & connexis ipsis capitulis debet interrogare secundum Inn. & Ab. in c. per tuas, de test. vnde sumitur. Vnde si pars articulauit simpliciter de præscriptione, interrogabit iudex de titulo bona fide, & temporis continuatione, ex quo hæc sunt necessaria ad præscriptionem, & si non fecerit, debent testes repeti, fac ad hoc not. per Innoc. & Abb. in c. fraternitatis, de test. Idem erit, si non exhibitis capitulis testes fuerint examinati solum super petitione, per eandem rationem de qua hic, & in d. cap. per tuas. Non procedit tamen quod hic dicitur, quando iudex à principio correxit capitula, vel interrogatoria, & patefecit partibus, & nemo appellauit: quia non potest peti vt testes super resecatis iterum examinentur, etiam si iniustè iudex resecauit: quia illa resecatio habet vim interlocutoriæ, vnde imputandum est parti, quæ non appellauit. Ita Abb. in d. capit. per tuas versicul. circa tamen.

d ¶ Calliditate.] Nota casum, in quo malitia, & negligentia æquiparantur: aliàs differunt, vbi agitur de puniendo dolosum, vel negligentem, cap. super literis, de referip. & in d. c. falsariorum de crimi. falsi.

At si partes.] Hæc pars quamuis plures habeat particul. quoniam tamen Casvs potest in communi commodè figurari propterea est animaduertendū, quod quidam litigantes vidētes eorum intentionem non esse concludenter per testes probatam, volebant diuersas scripturas tam publicas, quam priuatas, ac etiam, & earum exempla in iudicio producere ad præd. probationem corroborandam: ob quam scripturarum varietatem hoc eis denegabatur, quia per publicationem processus videtur probationib. renunciatum, § elapsis supra eod. secundo, quia de veritate istarum scripturarum posset dubitari cum facillimè possent falsificari, arg. tot. titul. de falsis. Confirmatur quia cum sint diuersa formā conceptæ non videntur propterea habere cand. auctor. Cæterum. Solu. prout in hac part. legimus, quia si scripturis huiusmodi fides non esset adhibenda, & conuentiones hominum aliquando non possent probari, vel sæpè contingeret quod tali probatione deficiente tolleretur ius, Non obstat, d. § quia præd. renunciatio intelligitur de ea, quæ fit per testes, & nos loquimur de alia, vt constat: ad secundum dico quod obiectio tenet de nonnullis scripturis, quæ sine dubio non probarent, secus autem de omnibus, vnde confirmatio adducta, est ita intelligenda quod, vt fidem faciant requirunt certam formam, non est opus, vt æqualiter probent. Not. primo, tria genera scripturarum, quæ sicut habent diuersum esse, & formam, ita diuersimodè probant? Not. secundò, quod probare per instrumenta, vsque ad conclusionem processus quandocunque est permissum: Not. tertio, quod publicatio tollit præsumptionem, falsitatis alicuius instrumenti.

Io. Bap.

e ¶ At si partes.] Dixit hucusque de probationis faciendis per testes, nunc de faciendis per instrumenta, de quibus vsque ad § quod si nec testibus infra eodem exclusiuè.

f ¶ Contineantur.] Secundum latam significationem concord. cap. peruenit, 1 de testibus cogen. l. prima, ff de fide instrument. l. notionem, § instrumentorum, ff de verb. signi fi. cap. forus, eod. tit. secus secundum strictam significationem, quia sunt diuersa, cap. cum Ioan. de fide instrument. & cap. fortè, in fin. 24 quæst. 4 & hoc etiam apparet ex diuersitate titulorum, vt ponderat Abbas. in rubr. de fide instrument. inde videmus,

nos tamen in præsenti pro scripturis [a] in iudicio exhibendis magis vtimur, quæ quidem in litibus exercendis eandem [b] cum depositione testium vim obtinent.

Instrumenta possunt exhiberi vsque ad conclusionem in causa. h. d.

Exhiberi autem in iure poterunt instrumenta non solùm ante attestationum publicationem: sed & postea [c] vsque ad definitiuæ sententiæ calculum, antea tamen quàm in causa conclusum fuerit. [d] In causa autem conclusum esse tunc dicimus, cum à partibus omnibus probationibus renunciatum fuerit. [e]

Scriptura solum publica in iudicio fidem facit, & quæ sit scriptura publica. h. d.

Non tamen omnis scriptura in iudicio producta fidem faciet, sed ita demum, si per manum publicam [f] scripta fuerit, ita vt appareat publica [g]

quod post publicationem attestationum possunt instrumenta produci, testes verò non, cap. cum dilectus, de fide instrument. fac. l. testium, C. eod. titu. quod nor. pro interpretatione statutorum, quandoque hoc verbum sumitur latissimè, vt in cap. fraternitatis, & cap. ex literis de frig. & per Ab. in d. rub.

a ¶ Scripturis.] Etiam priuatis, dummodo fidem faciant vt per Ab. in rubric. de fide instrumen. in fine.

b ¶ Eandem.] Cap. cum Ioan. de fid. instrumen. l. in exercendis, C eod. tit. quod dic verum nisi in probatione facti antiqui, & perplexi, vt per Specul. in titul. de probat. § 3 & nisi scriptura esset de substantia actus de quo per Bal. in l. 3 C. si mi. se maio. dix. & per Docto. in l. emptor, § Lucius, ff de pact. & in l. optimam, C. de contra, & com. ibi. Specul. in titu. de instrum. edit. § restat, vers. si alij.

c ¶ Postea.] Cap. cum dilectus, de fid. instrum. vnde sumitur dubitatio fortè fuit illa: quia fortè diu tacuit cum protestari, vel edere debuisset, l. 1 § edere, & § edenda, ff de eden. vel illa erat dubitatio: quia post publicationem testium non licet producere alios testes, vnde videtur, quod non liceret producere instrumenta: quia nomine instrumentorum, & testes continentur, cap. peruenit, de testi. cog. & supra eo. § prex. vbi not. Sed non est ita: quia in instrumentis non timetur subornatio, sicut in testibus quia ex multis causis, & facilius deprehenditur falsitas instrumentorum, cap. inter dilectos, de fid. instrument. & cap. licet, eod. & not. in dict. cap. cum dilectus.

d ¶ Conclusum fuerit.] Sed an testium publicatio, & conclusio in causa ita sint de substantia iudicij, vt illis non præcedentibus sententia lata non valeat? Resp. communiter tenetur non esse de substantia, sed de iustitia, vt per Bart. in l. prolatam, C. de sentent. & alios quos recenset Ab. in c. cum dilectus de fi. instrum. An autè procedat, quod hic dicitur etiã si certũ terminũ iudex productioni præfixerit? Vide ibid. per Ab. in dicto c. cum dilectus, vers. nunc quæro, an liceat.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit instrumenta posse exhiberi vsque ad conclusionem causæ, vt est etiam text. in capit. cum dilectum, de fide instrumentorum, & latè dominus Nouar. in tract. de priuileg. miserab. person.

Tamen hoc non procedit aduersus miserabiles personas quarum fauore possunt instrumenta nouiter reperta produci etiam post conclusionem in causa nam sic videmus in pupillo, qui est misera persona, vt in terminis tenet D. Nouar. in loco iam citato Rom. in l. admonendi, ff de iureiur. Felyn. in d. c. cum dilectus, vers. 4 limita Boer. cons. 27.

Limita secundo, non procedere fauore Ecclesiæ, nam licet sit conclusum in causa possunt produci instrumenta nouiter reperta l. Imperatores, ff de re iudic. Genuens. in practica b. eccles. q. 231 asserendo differentiam non esse inter Ecclesiam, & pupillos, & sic miserabiles personas, & alios, quia etiam data negligentia admittuntur, vt docet D. Nouar. in citato loco.

Limita tertio, quando instrumenta essent solutionis nam tunc etiã si esset lata sententia adhuc produci possunt, & sententia retractatur in Cappel. Tholos. decis. 170.

e ¶ Renunciatum fuerit.] Concor. capit. cum dilectus, vbi not. de fid. instrum. capit. auditis, & capit. pastoralis, de caus. poss. & prop. & per Specul. in titul. de renunc. & conclusione, § 1 vers. & not. & intellige, quod hic dicitur, quod post conclusionem non licet instrumenta producere, scilicet in causa, in qua facta est conclusio: secus in causa appellationis, capitul. cum Ioannes, de fide instrument. & not. in capit. 1 de exce. de ratione per Ab. in d. capit. cum dilectus post Specul.

f ¶ Manum publicam.] Id est per notarium, qui est seruus publicus, l. 1 ff rem pupil. sal. fo. & not. in capit. 2 de fid. instrument. vnde sumitur, & de requisitis pluribus ad hoc vt instrumentum, & notarius faciat fidem latè habetur in ca. 1 & c. cum P. tabellio de fide instrum.

g ¶ Appareat publica.] Idem si apparet authentica, licet non publica, vt statim in sequenti verbo, non enim scriptura authentica est publica. Authentica est, quæ fidem facit, quasi ex se auctoritatem habens secundum Abb. in cap. 1 de fid. instrument. siue ex appositione sigilli authentici, siue alio modo, ita quod ad sui validitatem non requirit aliud adminiculum, vt est scriptura priuata, confessata, & per testes iurata. Item in scriptura confecta ab aliquo officiali super pertinentibus ad officium suum. Vel in scriptura reposita in Archiuo publico, nam his casibus cum non sit scripta manu publica: non dicitur scriptura publica: sed quia fidem facit bene dicetur authentica. Abb. in d. cap. 1 post Bart. in l. quædam, § numulatio, ff de eden. & tamen authen. & si contractus, C. de fide instrum. priuata vero scriptura dicitur, quælibet, quæ ex se fidem non facit.

ALOYSIVS RICCIVS. Dicit solam publicam scripturam in iudicio fidem facere pro cuius intelligentia nota scripturam publicam illam dici, quæ fit per manum publicam scilicet publicæ personæ, & hoc probat quoad omnes l. desiderium C. depos. it. Bald. cons. 149 lib. 1 Io. And. cons. 85. Intellige tamen quod non dicitur scriptura publica eo solo, quod sit scripta manu notarij, vel publicæ personæ: sed requiritur quod ita sit scripta à publica persona, vt sine adminiculo viuæ vocis videlicet eius, qui scripsit, & testium probet Angel. consil. 220. vbi quod scriptura manu notarij non est publica, nisi constet quod illam

subscripsit, vt publicam, & habeat solemnia publicæ scripturæ, & quæ scriptura Notarij non probet nisi habeat testes præsentes Bolog. in addit. ad cons. Ann. 85 quod intellige quando non est facta in iudicio quia si esset facta in iudicio tunc testes non sunt necessarij Ann. Consil. 85 & ibi Bolog. num. 4 Requisita ad publicam scripturam sunt, quod publica persona subscribat se tanquam persona publica, videlicet quod notarius subscribat se tanquam rogatus Ange. d. cons. 220. Amplia quia illa etiam dicitur scriptura publica, & probat quæ per statutum approbatur tanquam publica ita Ab. cons. 68.

Amplia secundo quod licet scriptura non sit publica si tamen in publicato Archiuio sit bene custodita probat ita Ang cons. 140.

Limita tamen si sit suspecta, quod tribus modis contingit.

Primus est quando scriptura publica esset rasa abolita vel cancellata in loco substantiali Bald. cons. 444.

Secundus casus in quo non probat. publica scriptura est, quando producitur à persona vili suspecta, & solita falsificare Bal. d. cons. 444.

Tertius casus est, quando suspectum redditur instrumentum, vel scriptura publica, ex parte eius qui confecit puta si notarius esset persona suspecta solitus falsa instrumenta conficere ita Bald. loco supra allegato.

aut authentico sigillo, [a] muniatur: alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

Exempla solemniter sumpta fidem faciunt. hoc dicit.

Idem & de exemplis [b] dicendum erit, quæ tamen si solemniter sumpta fuerint, [c] eandem [d] cum originalibus habitura sunt auctoritatem. * Solemniter autem tunc dicentur sumpta, cum coram ordinario [e] iudice, vel ad hoc ab ipso specialiter [f] delegato præsentata fuerint, atque is diligenter inspecta, [g] dum nulla parte sui vitiata [h] competit, per publicam personam [i] exempla sumi præcepit.

Reducta in publicam formam post mortem tabellionis faciunt fidem. h. d.

Eandem etiam auctoritatem, & ea obtinebunt, quæ ad petitionem eorum ad quos pertinent permissu iudicis ordinarij in publicam formam [K] redacta fuerint, si tabellio morte præuentus [l] ea non perfecerit: sed in notas tantum redacta moriens reliquerit.

Instrumentis non vitiatis, & de vitio non suspectis creditur, & error vnius literæ, & rasio in loco non suspecto, non vitiat instrumentum. h. d.

a ¶ Authentico sigillo] Putà, sigillo Episcopi cap. post cessionem, eo. & 11 quæst. 3 ca. curæ. Item capituli, c. 3 eo. & dist. 73 c. in nomine. Item, & fæcularis principis creditur enim ei ex consuetudine, c. cum dilectus de fide. instr. cum no. in c. 1 eod. tit. & de materia sigilli diffusè in c. 2 de fide instrum.

b ¶ De exemplis.) c. 1 de fi. inst. auth. si quis in aliquo, C. de eden.

c ¶ Sumpta fuerint.] Quod tamen non permittitur, nisi ex iusta causa vt puta, quotiescunque verisimiliter timetur ne pereat probandi facultas propter vetustatem originalium, vt in c. fin. de fide instr. vel ob aliam causam, vt ibi not.

d ¶ Eandem.] Nota effectum exemplationis. Vnde infertur, quod post exemplationem solemniter factam non est opus producere ipsa originalia, si tamen sit exemplatum totum instrumentum, secundum Innoc. & Ab. in c. fin. de fid. instrum.

* Auctoritatem.] Apud nos exemplum instrumenti fidem non facit nisi in illius extractione pars fuerit vocata, Masuer. in sua practica, tit. de literis numer. 33 Capell. Tolosan. decis. 417 vel nisi ageretur de alieno exemplato antiquo quia præsumitur citationem intercessisse in illius extractione, Boer. decis. 37 n. 7 parte 1 aut ab eodem Notario extractum sit qui originale confecit, D D. in auth. si quis in aliquo docume-to, Cod. de edendo. SOLIER.

e ¶ Ordinario.] Et ad. ministratienem habente, secundum Host. & Ab. in c. pen. de fin. instru. in 2 no. & an talis iudex esse debeat Ecclesiastic. vel sæcularis? Per Ab. in ca. fi. eod. tit.

f ¶ Specialiter.] Not. verbum. Ex quo infertur, quod delegatus deputatus ad causam non poterit præstare auctoritatem huic exemplationi, etiam si instrumentum faciat ad causam illam, vt tenent Doc. in c. fi. de fid. instr. Arg. contra in l. 2 ff de iur. om. iud.

g ¶ Diligenter inspecta.] Non sufficit ergo simplex auctoritas iudicis, sed requiritur officium, & opera in inspiciendo. Quod not. contra practicam Modernorum. Nam tabellio, qui transcribit, attestatur quod ipse diligenter inspexit, & nullum vitium reperit: nam hoc est officium iudicis, non notarij, ideo deberet dicere, quod iudex diligenter inspexit, & nullo vitio reperto, mandauit sibi notario, vt exemplaret, licet non sit dānosum, si etiam notarius attestatur de sensu suo, vt per Ab. in c. fi. de fid. instrum. fac. not. per Innoc. & Ab. in c. quoniam contra eod.

h ¶ Vitiata.] Putà quod sit rasura in loco suspecto, vt per Ab. in c. cum venerabilis de reli. dom. in fi. vel simile vitium, de quo per Fel. in c. ex literis de fid. instr. & latissimè per Legist. in l. fi. C. de edic. diu. Hadr. tollen.

i ¶ Personam.] Et si publica persona non posset haberi, poterit instrum. exemplari authoritate iudicis per honestas aliquas personas, arg. ca. quoniam contra eo. & no. in c. fi. de fid. instrum.

K ¶ In publicā formā.] No. loquendi modum, quia non dicit exēplata fuerint, sed redacta in publicā formā, nā instr. aliàs publica dicuntur exēplari, nō autē publicari, cū iā sint publica exēplū tamē etiā debet esse publicū, aliàs nō faceret fidē, vt hic. priuata verò, & nō authētica dicuntur publicari, vel in publicā formā redigi, vt hic & in c. cū P. tabellio de fid. instr. vbi Inn. & Ab. in 1 not. insinuatio autem differt, & ab exēplatione, & à publicat. de qua dic vt per Bart. in l. Modest. de donat.

l ¶ Præuentus.] Si enim viueret non posset alteri

Exhibentur ergo instrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec vlla parte sui vitiata aut aliquo pacto de falsitate suspecta, quamquam si exceptor literam [a] imprudens omiserit, aut documentum in loco non suspecto [b] interleuerit, non propterea veri fides, & instrumenti auctoritas vacillabit.

Ad supplendam probationem potest iusiurandum deferri. hoc. dicit.

Quòd si nec testibus, nec instrumentis intentionem suam actor legitimè [c] deduxerit, permittente iudice, non plenè probationes iusiurandi religione suppleri [d] & causa terminari poterit. Nec enim aliud est iuramentum quàm veritatis confirmatio [e] cùm aliquid Deo teste asseritur.

Iuramentum aliud Voluntarium, aliud necessarium, & necessarium nisi ex causa recusari non potest. hoc dicit.

Sed cùm sit iuramentum multiplex [f] duplex tantùm in proposito considerari poterit: aut enim est necessarium, aut voluntarium. Necessarium est, quo ad supplendas probationes [g] à iudice parti defertur, quod parti [h] defertur, quod propterea necessarium nuncupatur, & quòd à iudice illud omnino deferri partibus [i] oportet, & quòd ritè delatum ab eisdem, nisi ex iustis causis recusari non poterit.

alteri committere completionem instrumenti, sed ipsemet deberet complere instrumentum prout reperitur in protocollo, nihil addendo, vel diminuendo, vt in auth. de tabel. col. 5 & no. in cap. pen. de fid. instr. post mortem verò fiet, vt hic dicitur, & in d. ca. pen. & in l. contractus. C. de fid. instr.

a ¶ Literam.] Ex eplum in cap. ex parte fid. instr. qui text. licet loquitur specialiter in literis Do. Papæ, tamen. multo magis obtinet in alijs scripturis in quib. non tanta adhibetur diligentia, quanta in literis Papæ, in quib. nihil debet esse diminuum, arg. ca. cum adeo, & c. ad audientiam de rescr. & ca. Apostolicæ 35 quæst. 9 & ampliatur, quod hic dicitur tribus, vel quatuor modis, de quib. per Abb. in d. c. ex parte.

b ¶ Non suspecto.] Sed quis dicetur locus suspectus? Resp. in nominibus iudicum, in data, in remotione appellationis, in nominibus partium, rerum de quibus agitur, & in multis alijs, super quibus discretus iudex arbitratur, vt hoc. in c. inter dilectos & in ca. ex literis, de fid. instr. & not. quod magis reddit suspectam scripturam rasura, quam consumptio, secundum Doct. in d. cap. inter dilectos, per cap. fin. de fid. instr. & cap. cum dilecta de confir. vti vel inut.

Quod si CASVS. Quidam actor videns, quod non probauit intentionē suam testibus vel documentis, offerebat iuramentum, quod cum à parte reijceretur etiā si auctoritate iud. oblatum esset, fuit quæsitum quid iuris? per regul. n. actore non probante reus dēt absolu. cap. 1 vt ecclesiast. beneficia sine diminu. conferuntur. Negatiuè respondebatur id est, quod non esset admittendum, eoque magis quod si quis negaret verum, etiam falsum probabiliter iuraret. Cæterum Sol. prout in hac parte habetur, quia tunc iuramentum sit attestatio rei diuinæ ad aliquē finem non est verisimile rē diuinam adducere ad probandum falsum, sed solum verum: Non obstant obiecta, quia ad primum dicimus regulam verificari deficiente om. genere probationis legitimæ vnū in casu nostro non verificatur si quidem casus proponitur talis quia ēt iuramentum posset adhiberi, quod indifferenter non admitteretur iux. ca. fin de iureiur ad confirmationem autem responderem, quod non sit ratio interi sta duo quia aliud est aliquid affirmare, vel negare, & aliud rem sacram in testem adducere: No. 1 quod iuramentum vt est species probationis non indifferenter sed incerto casu conceditur: Not. 2 causam distin. ij. sius iuramenti esse voluntatem quæ aliquando libere, & aliquo modo coacte ad id mouetur No. 3 quòd causa suadente etiam ab obseruantia legis aliquis aliquando excusatur, sicut contingit de iuramento.

c ¶ Legitime.] i. plenè, vt statim innuitur ex sequenti.

d ¶ Suppleri.] Ca. ex literis, & c. fi. de iureiu. & de hoc late per Leg. in l. admonendi ff de iureiu. & in l. in bonæ fi. C. de reb. cre. & per Can. in capi. fi. de iureiur.

e ¶ Confirmatio.] capit. etsi. Christus versic. sic & iuramentum, & cæt. de iureiu. & vide quod not. 22 quæ. 1 in summa. Host. in summ. eod. titu. § 1 aliter describit iuramentum aliter Cyn. in auth. sacramenta puberum C. si aduer. vendit. vide per Ab. in rubri. de iurciu.

f ¶ Multiplex.] De ista multiplicitate vide not. in rubri. ff de iureiur. & in cap. fi. co. tit. latissimè per Venus. in spe. aureo. in 2 par. iudic. in 9 actu.

g ¶ Probationes.] Fac ca. ex literis capite etsi Christus & c. fi. de iureiur.

h ¶ Parti.] Sed cui parti actori ne an reo? Resp. circa hoc quot sunt capita tot. sūt sententiæ, vt per Leg. in l. admonendi, ff de iureiur. per Canon. in c. fin. de iureiur.

i ¶ Partibus.] Scilicet per entibus, secundum Bart. in l. admonendi, ff de iureiur. Nec enim tenetur iudex impendere officium ad commodum partis non petentis, l. 4 § hoc autem iudicium, ff de dam. infec. Tu dic, contra secundum Ab. scilicet quod etiam non petente parte tenebitur iudex hoc iuramentum deferre, l. in bonæ fidei, C. de reb. cre. ponderando verbum, oportet secundum vnam literam. Nec ob ratio. Barto. quia satis est partem à principio petiisse iustitiam, iudex autem debet cuncta rimari, & modis omnibus laborare pro veritate habendam 30 qu. 5 capit. iudicantem, l. nullus C. de testib. vt per Abb. in cap. fi. § 1 de iureiur. in quarto not. & in fin.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit in præsenti § diuisionem iuramenti, vnde nota quod iuramentum est character, cuius forma, & figura substantiæ est in anima iurantis; ideo est personale Bald. cons. 347 lib. 1 & ex legis diuinæ fontibus proficiscitur, vt in psal. iurauit Dominus & non pœnitebit eum, latè Asin. de exe-

quut. § 8 c. 3 & est res spiritualis Bald. consil. 430 Imò facit iuramentum de foro ecclesiæ ita Tusch. in v. iuramentum concl. 498 & consequenter cognitio illius spectat ad iudicem ecclesiasticũ Anch. cons. 382 Fely. plenè in cap. cum sit generale de foro compet. vbi quod sęcularis non iudicat de iuramento Item nec vllo modo potest cognoscere an iuramentum sit dolo, vel metu interpositum, quando disputatur an sit seruandum, vel ne quia licet rescindatur, prout aliæ res metu factæ, tamen quia res spiritualis est, spectat ad ecclesiasticũ Anch. cons. 382 nu. 9 & 10.

* Olim in Gallia: ciuiles cõtrouersiæ pene omnes ratione iuramẽti apud ecclesiasticos iudices dirimebãtur, aut iurans antequam à iudice sæculari ad restitutionem aduersus contractum iuramento firmatũ admitteretur, absolutionem à iuramento huiusmodi sibi per sacram potestatem impertiendam impetrare iubebatur; ita vt diplomata Regia ad rescisionem necessariæ non nisi cum hac clausula conciperetur, *pourueu que le suppliant soit dispensé des foy & Serment par lui prestés par son Eueſque ou autre ayant pouuoir de ce faire*, Imbert. instit. forens. lib. 1 c. 33 at gallicus ille disciplinæ forensis vsus iampridem explosus est, politicisque Regum edictis antiquatus vt a it Chopinus de sacra polit. lib. 2 ca. 2 & ipsæ regiæ literæ absolutionem important. SOLER.

Iuramentum multiplex est, nam aliud est assertorium, videlicet quando quis cum iuramento aliquid fatetur; quia tunc si habet causam, est obligatorium ne audiatur contrarius suo iuramento Bald. cons. 398 li. 1 vbi limitat nisi causa sit falsa.

Promissorium dicitur iuramentum, quando opponitur super promissione in contr. vel distractu; & tunc debet cõpelli iurans ad obseruant. nisi tendat ad interitũ salutis Bald. cons. 398 lib. 1 vbi limitat nisi is, cui fit promissio sit incapax, vt dicit Vincentius Mancinus in princip. sui tractatus de iuramento apud quem potes videre plures quęstiones ab eo laudabiliter compilatas.

Quæ sint iustæ causæ recusandi iuramentum hoc dicit.

Sunt autem iustæ recusandi causæ, vt puta si actor plenè probauerit,[a] aut si sibi non planè cognitam rem ipsam asserat, [b] & si quæ sunt huiusmodi. [c]

Si pro reo sunt præsumptiones, sibi deferendũ est iuramentum, nisi aliter iudex arbitretur. h. d

Sed etsi pro reo præsumptiones fuerint, eidem hoc sacramentum iudex deferet ad suam tuendam innocentiam, nisi inspectis personarum, [d] & causæ [e] qualitatibus, illud actori deferendum censeat.

Voluntarium iuramentum est, quod defertur à parte parti, & quod deferenti potest referri hoc dicit.

Voluntarium est, quod à parte parti [f] in iudicio defertur: quod quia litem terminat decisorium [g] quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars non

a ¶ Plenè probauerit,] Sed quando dicetur actor plene probasse? Resp. quando iudex ex his, quæ sibi ostensa sunt est adductus ad fidem, & credulitatem eius quod intenditur l. ad fidem ff de testib. l. quinquaginta, ff de prob. qualiter autem ad hoc adducatur, non potest dari certa doctrina vide per legi in l. admonendi. ff de iureiur. & per Abb. in capite 3. tertio loco eod. & in capite fi. § primo de iureiur. vers. secundo quæritur. Sed an saltem iuramentum sit deferendum eod. casu, quo actor plenè probauit intentionem suam, & reus semiplene defensionem? Resp. vt per Doct. in l. bonę fidei. C. de reb. cred. & in d. l. admonẽdi, & per Cano. in d. l. admonendi, & per Cano. in d. § 1 præcipuè per Ab. in vers. sed quia supra, & per Bart. in l. manifestè, ff de iureiur.

b ¶ Asserat.] Not. vnum de sex. requisitis ad hoc vt huiusmodi iuramentum deferri valeat scilicet, quod requiritur, quod pars sciat verisimiliter veritatem per sensum corporeum. vt not. in l. admonendi, ff de iureiur. in verbo ex acto & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. & ideo non defertur hæredi, quia verisimiliter ignorat veritatem negotii, de alijs requisitis latissimè in locis supra alleg.

c ¶ Huiusmodi.]De quibus per Legistas, in l. manifestè, ff de iur. iur. & per Cano. in ca. fin. eod. tit.

d ¶ Personarum.] Quia non cuilibet defertur hoc iuramentum sed requiritur, quod is, cui defertur sit persona honesta, & bonæ vitæ, quia vili, & suspectæ de periurio non defertur, vt habetur in capit. final. § planè de iureiuran. & in lege admonẽdi, ff de iureiur. & per Ba. in lege qui ac. C. de eden. concord. cum hoc dicto capit. fin. in fi. & vnde hęc litera sumitur & cap. fin. de test. in sexto.

e ¶ Causæ.]Vt quia causa non sit magna, sed modica. Nec enim huiusmodi iuramentum defertur, in causa ardua, vel criminali vt traditur in l. admonendi, ff de iureiur. & in li. bonæ fidei. Codice de rebus cred. dicitur autem parua, vel magna causa secundum cõditionem personarum secundum Bar. in authen. nisi breuiores. Codice de sent. ex breuicu. reci.

f ¶ Parte parti.] Iudice tamen approbante, aliquid quod sic dicitur de necessitate suscipiendi iuramentum vel referendi non haberet locum secundum Host. in capite fin de iureiurando quem ibi sequitur Abb. & Bar. in lib. manifestæ ff eod. titul. probatur in dicto capite fin, & prima l. generaliter § sic autem Cod. iureiu. Ratio, quia pars non potest necessitare partem ad iurandum, vel referendum, ea arg. eorum quæ not. per Ab. in capite prout, de ʼdo. & contu. secus si & iudex concurrat, Ab. in dicto capit. fin. ver. sed contra prædicta.

g ¶ Decisorium.] Videtur hoc esse præter, vel etiam contra. id, quod dicit Abbas in capite fi. de iureiur. vbi in principio summando text. videtur inferre, quod tam necessarium, quam voluntarium appelletur decisorium: immo idem ibidem in prima colo. versiculo appellatur, istud etiam videtur velle, quod solum necessarium dicatur decisorium: sed quia id conferat ad litis decisionem, sed re vera hæc appellatio potius conuenit iuramento voluntario: nam necessarium licet conferat ad litis decisionẽ id tamen accidit non principaliter, sed in consequẽ-

tam: quia scilicet ex probationibus iis dicitur, principaliter tamen, & immediatè respicit probationes. Ideo dicitur supplere probationes semiplenas, non sic voluntarium, in quo pars efficitur iudex: & propterea dicitur non minorem habere auctoritatem, quam res iudicata l. 1 & l. 2 de iureiur. & l. nouerit, § dato, ff eo. tit. Doct. in l. 1 C. de reb. cred. & regulariter non admittitur probatio in contrarium, & ideo non est curandum de dictis per Abb.

nisi volens deferet, [a] & ab eo, cui defertur licitè recusari, ac referri poterit.

In famosis actionibus non refertur iuramentum. hoc dicit.

Planè, si reus famosis actionibus [b] conuentus fuerit, huiusmodi iusiurandum agenti referre minimè permittetur, cum non actor, sed ipse, qui conuenitur facti proprij, [c] conscius esse debeat.

Ponit exempla plura, in quibus probationes respiciunt personam iudicis. hoc dicit.

Iudicis [d] inspectione consistunt probationes, vt putà, cum pro terminandis finalibus [e] quæstionibus propriis oculis [f] loca iudex subijcit, aut ex aspectu corporis ætatem colligit, [g] aut cùm ex literis ordinarij, vel Apostolicis excommunicatus, aut dignitatibus honestatus quis deprehenditur: [h] vel cum ad probandam virginitatem ab honestis, & prudentibus matronis, vice sua iudex inspici mulierem [i] iubet.

Notorium probatione non indiget. hoc dicit.

Sed & si quid notorium fuerit, testium depositionibus, vel instrumentorum exhibi-

a ¶ Deferet.] Et sic tam respectu partis deferentis, quam eius, cui defertur, quam etiã iudicis dicitur voluntariũ fac. l. manifestæ, ff de iureiur. & ibi latè per Legistas.

b ¶ Actionibus.] Vt in actione furti, & aliis famosis actionibus. Itẽ actione rerum amotarum non refertur iuramentum, ff rer. amot. l. Marcellus, § fi. cum ll. seqq. Idem vbicunque lex defert iusiurandum, l. fi. C. de fideicom. & C. de iu. delib. l. sanci-mus, § licentia, & C. de iu. dom. impetr. l. fin. & C. de his, qui ad Eccles. confug. l. præsenti § sicubi, C. de bon. ant. iud. possi. l. fi. § fin. nisi eadẽ lege permittatur referendi potestas. Item sciendum, quod qui defert iurabit quod per calumniam non defert, vt not. in d. cap. fin.

c ¶ Facti proprij.] No. rationem, cur. in actione famosa non liceat referre iuramentum, quidquid aliqui dixerunt volentes aliàs rationes reddere, quibus per Abb. in cap. fin. de iureiur. in princip. verfic. venio nunc. Et cum ex ratione legis, etiam coniecturata, restringatur, & amplietur legis dispo. cum pater. § dulcissimis, ff de lega. 2 & no. in l. non dubium, C. de ll. & per Bar. in l. Item quæritur § qui impleto, ff de loca. infertur quod si actio famosa, est talis, in qua accusator, seu actor potest esse tam bene, vel fortè melius informatus, quam reus potest refert, vt si accuso te, quod intuleris mihi iniuriam. Ita Bart. in l. iusiurandum, & ad pecunias, § ait prætor ff de iureiur. & in l. lex Cornelia, § hac lege, ff de iniur. sequitur But. & Ab. in cap. fin. de iureiur.

Iudicis. Casvs. Quidam iudex cupiens definire controuersiam ortam de confinibus inter duos eius amicos, volebat ad locum venire, ipsam inspicere, & inspectione definire, & cum altera pars ad id se opposuisset ea ratione, quia non erat qu. de qualitate rei, sed solum an actor in ea habeat ius, quod oculis inspici nequit, cum sit spiritual. § 1 instit. de reb. corpo. Propterea fuit dubitatum, & quæsitum quid iuris: Solu. prout in hac parte legimus, quia ex natura rerum hoc contingit: ad obiectionem autem dicimus, quod licet quæstio sit prout in obiectione dicitur, tamen quoad eius definitionem attinet, non est inconueniens, vt locus inspiciatur, cum ex qualitate oriatur ius. Not. quod qualitas probationis debet esse secundum qualitatem controuersiæ, quod tamen limit. de probationibus communibus.

d ¶ Iudicis.] Habes hic aliquos casus, in quibus fit probatio per aspectum maximè iudicis plures alios cumulat Mandosius in suo commento in regula: Cancellariæ in reg. De ætate pro canonicatibus, quæ est 18 num. 4 vers. aspectu atrox. iniuria.

e ¶ Finalibus.] l. fi irruptione, § ad officium, ff fi. reg. fac. l. 3 C. eo. tit. & ca. quia iudicantem vbi Abb. ponit practicam de præscr. & c. cum causam de prob.

f ¶ Propriis oculis.] Vel etiam si mandet peritis, vt suo nomine inspiciant, vt hic in fin. Sed an debeant iurare, vt alij testes? Resp. non iurant de veritate, sed credulitate Ab. in cap. fraternitas, post Bart. frig. & malef.

g ¶ Ætatem colligit.] l. minor. 25 anno. adito præside. ff de mino. & plenè per Bar. in l. de ætate, ff eod. & in l. tabularum. § si dubitetur, ff quemadmod. testam. ape.

h ¶ Deprehenditur.) Cap. 1 eo. Hostiens. in summa huius tit. § fin. vers. 10. sit etiam.

i ¶ Mulierem.] Not. casum, in quo facienda est mulieris inspectio, fac. cap. causam, & cap. proposuisti eodem. Alius casus est, an sit idonea matrimonio, cap. fraternitatis, de frigid. & male. Item an sit prægnans, l. 1 § 1 & § de inspiciendo, ff de vent. inspic.

Sed etsi. Casvs. Quidam iudex volebat in certa causa sententiare nullis auditis probationibus, ea ratione motus quia dicebat factum esse notorium, cap. euidentia de accusat. quod quidem esset faciendum, fuit dubitatum, quia nisi quæstio sit probata iudici, vt iudex est non potest ipse iudicare, capite secundo de offic. ordin. cum vulg. Solu. vt hic habetur, quia probationes cum adhibeantur ad rem manifestandam sequitur non semper esse necessarias, qua de re postquam iudici constabit factum esse notorium nil aliud requiritur, & sic obiectiones cessant, cum habeamus quomodo intelligi debeant; Not. argumentum, quod *Io. Bap.*

partes non debent grauari ad probandum aliud suæ intentionis, nisi quando illud probatione verè indigeat, & ideo etiam ordo iudiciarius, aliquando debet cessare, dict. cap. euidentia.

a ¶ Declarari.] Licet autem notorium releuet ab onere probandi, vt hic dicitur, & in capite super eodem de testi. cogen. non tamen releuat ab onere proponendi, & allegandi, vt notat. in clem. appellanti de appell. in verb. iudicis: & ibi per Cardin. quæstione quinta. Idem tenet Perus. in capit. vt debitus. eodem tit. in 6 & per Gemi. in capite primo, eodem titul. in sexto.

b ¶ Non debet.] Nec distinguitur, vtrum pars neget vel confiteatur. Vnde infertur secundũ Abb. in capite super eodem de testi. coge. quod negatio partis non inficit notorium nec reddit rem dubiam. fac. quod not. Innoc. in capit. tua de cohabi. mul. & cle. & de materia latissimè per Docto. præsertim per Butr. in capite vestra de cohab. mul. & cle. secundum Bar. in auth. quod locum. C. de collat. decem testium depositio videtur facere notorium.

* Probationem.] Licet notorium releuet ab onere probandi non tamen releuat ab onere proponendi, Gloss. Clem. appellanti. de appellat. nisi notorium resultet ex actis tunc enim non indiget allegatione, Felin. in cap. afferte. de præsumpt. numero quinto. SOLIER.

tione amplius declarari [a] non debet, [b] cum talia probationẽ, * vel ordinem iudiciarium non requirant. [c]

Iudex debet aduertere ne dubium recipiat pro notorio. h. d.

Sed cùm multa dicantur notoria, quæ non sunt, prospicere debet iudex, ne quod dubium est pro notorio recipiat. [d]

Vehemens suspicio interdum habet vim notorij. hoc dicit.

Ad notorium propè accedit vehemens suspicio: nam si (exempli gratia) de carnali

rium Soc. cons. 120 & de plurib. aliis vide latè Tusch' in verb. notorium conclus. 107 quod notorium per duos testes probatur, quia in ore duorum vel trium sta:, &c. Iul. Clar. in prax. crim. q. 7 num. 6.

Quod quidem notorium nonnulla specialia habet, & primo sententia lata super notorio videlicet aliquem notoriè non esse idoneum non suspenditur aliqua appellatione, sed potest exequi etiam non expecta-to lapsu decem dierum Oldrad. cons. 118.

Secundò notoriè criminosus non defenditur per appellationem cap. peruenit, & cap. consuluit de appellat.

Tertiò super notorio proceditur ordine iudicij non seruato Oldrad. cons. 18 & cons. 195 vbi quod in notorio non debet iudiciũ fieri, nec testes recipi, nec causa in iudicium deduci, & qui aliter intelligi videatur vnam acerbam comedere Oldrad. cons. 302 & qualiter dicatur notorium, & quot species, & quod non requiritur declaratio notorij; sed bene est illam facere, & specificè, an iuris vel facti, vide plenè Zabarell. in clemen. pastoralis, numero sexto de re iudic.

c ¶ Non requirant.) Quantum ad probationem, sicut nec in confitente necessariæ sunt partes iudicis, leg. proinde ff ad legem Aqu. l. sententia tamen est necessaria, l. 1 ff de confess. capitulo porrò de diuort.

d ¶ Recipiat.] Cap. consuluit de appell. Est autem notorium triplex, facti, iuris, & præsumptionis facti, quod ita se exhibet hominum conspectui, quod nulla potest tergiuersatione celari, cap. tua, & c. fi. de cohab. mul. & cler. & in tali appellans non auditur, cap. cum Roma. in fin. & li peruenit de appel. & in tali notorio creditur simplici officiali 4 quæst. 4 § aliquando. Nec requiritur scientia omnium, sed plurium, fac. 2. quæst. 1 cap. scelus, & cap. manifesta. Iuris est de quo aliquis condemnatur, vel est in iure confessus, vt in cap. vestra, & cap. fin. de cohabi. cler. & mu. l. fin. ff de stat. homi. & l. res iudicata, ff de re iud. & in hoc notorio quandoque requiritur probatio, si negetur, cap. sicut de re iud. Notorium præsumptum est paternitas filiatio, ff de in ius vocan. l. quia semper ff de in ius voc. fac. l. Lucius. ff de condit. & demonstrat. & capite conquerente de fil. presbyt. & consanguinitas, cap. porrò de diuort.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod notorium probatione non indiget, pro cuius intelligentia nota, quod notorium est, & dicitur propriè quod est ante oculos situm, vel est in mentibus hominum ita radicatum quod euelli, vel occultari non potest Bald. in l. ciues, C. de appellationibus, & notorium dicitur quod aliena tergiuersatione celari non potest Iul. Clar. in prax. crimin. quæstione 9 Menoch. de arbitr. cas. 166.

Notorium tamen multis modis dicitur, & primò notorium dicitur debitum Episcopo de iure communi. Lap. alleg. 37.

Secundò notorium dicitur delictum si in loco habetur pro vero, & apud homines loci non possit aliqua tergiuersatione celari quod esset quando omnes ita dicerent, & pro firmo tenerent Lap. alleg. 54. Intellige quod delictum non dicitur notorium nisi super eo. sit pronunciatum citata parte secundum communem, de qua Mascard. conclus. 1101.

Tertiò dicitur notorium mihi id quod numquam vidi, vt est Ciuitas Hierusalem, quod Archiepiscopus Mediolani habeat tribun. & similia ita Federic. de Sen. cons. 120. Rom. cons. 273.

Quartò confessio partis in iudicio facta inducit notorium eius, quod in confessione continetur cap. vestra de cohabit. cleric. & mulier. Feder. de Sen. cons. 211.

Quintò publicato processu acta constituunt noto-

Ad notorium. CASVS. Quidam iudex dialecticæ studiosus volebat per suspiciones, & coniecturas causas cognoscere, & iudicare, & cum pars dixisset id non esse faciendum, cum suspicio non videatur probatio concludens, quia etiam extrinsecè aliquando capiatur, fuit propterea quæsitum quid iuris. Solu. vt hic legimus, quia id quod probari debet, aliquando est ita occultum, vt aliis modis probari nequeat, & sic etiam obiectio videtur cessare, cum in ea illud requiratur, vt inde concludenter inferatur veritas dubij propositi. Not. quod occulta per coniecturas, & præsumptiones manifestantur, non tamen quælibet præsumptio pro- *Io. Lap.*

copula quæratur, [a] & sint, qui solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentem locis secretis, & ad hoc commodis, & horis electis se vidisse [b] deponant, proculdubio ex suspicionibus, [c] tam vehementibus sequutam copulam pronunciari poterit. [d] Planè si de graui crimine, [e] actum fuerit propter solam suspicionem, quamquam vehementem, [f] nemo condemnabitur.

Fama præstat adminiculum cæteris probationibus: & iudex ex variis argumentis debet animum suum instruere. hoc dicit.

Fama quoque, fide aliquo facto invulgata fuerit, cæteris præsumptionibus, [g] non leue,

bat cum habeat latitudinem, & ideo debet esse vehemens.

a ¶ Quæritur.] Sumitur quod hic dicitur ex capit. literis, capitul. cum capitul, sequent. de præsumpt. & ex cap. præterea de testibus.

b ¶ Vidisse.] Et quod inuicé cognouerit credere, vt not. in capite literis, de præsumpt. & sic nota casum, in quo valet testimonium de credulitate, quando scilicet est coniunctum actibus propinquis rei probandæ. fac. no. per Ab. in capitul. quoties de testibus. Sufficit enim dictum testis concludere præsumptiuè, quando præsumptio est violenta, & iuridica. not. per Leg. in l. 1 ff si cert. pet. Sed quid si nihil deponant de visu, sed dicant, quod audiuerunt ipsos commiscentes? Resp. licèt testimonium de auditu proprio sit alias per se sufficiens, 14 quæstione 2. capitul. quamquam, & not. in l. insum. §. Idem Labeo. ff de aqua plu. arcen. hoc tamen casu non sufficeret: nam actus copulæ non recipitur sensu auditus tantum, sed requiruntur, & alia adminicula, putà, fama publica, risus, iocus, missio nunciorum, & numerorum, amplexus, oscula, & similia, ut per Ab. post Hostiens. in cap. præterea de testib. sed posset dici, quod possent testes deponere de talium verborum auditu, per quæ probaretur copula, putà, si alter coëuntium fuisset auditus interrogans alium, an adhuc semen emiserit, vel quam moram interponat emissioni, vel si instrumentum totum vuluam fuerit ingressum, & alia verba, quæ inuenit effrenatus libidinis ardor.

ALOSIVS RICCIVS. Quatenus dicit quod vehemens suspicio interdum habet vim notorij, nota quod hæc sanè suspicio est quæ sumitur ex signis exterioribus operum, aut verborum ex quibus concludi solet frequenter quod talia dicens, vel faciens crimen commisisse, putà si quis propositiones hæreticas publicè asserat, vel adoret sepulchrum Mahumetis. Nam etiam si possibile sit quod ista sine errore intellectus, aut sine pertinacia dicantur, aut fiant, ecclesia tamen quæ iudicat exteriora præsumit vehementer huiusmo. homines hæreticos esse. Ita ex sententia Gers. in tract. de potest. confid. vt tradit etiam Simanc. in comment. Cathol. instit. tit. 50 num. 24 & hæc vehemens suspicio operatur vt suspectus de aliquo crimine possit de illo interrogari, non tamen poterit damnari cum nullus etiam pro vehementi suspectione poterit de ipso crimine damnari capitul. literas § vltim. de præsumptionibus, vbi Felin. num. 22 quod intellige pœna ordinaria, cum iudex extra ordinem suo arbitrio punire quidem possit, vt in eo. capitul. lit. § vltim. habetur.

c ¶ Suspicionibus.] Nec enim aliter potest probari hoc delictum, nisi per suspiciones vehementes, licèt enim testes viderint virum suprà mulierem non per hoc necessariò infertur quod illam cognouerit, fortè enim vir erat frigidus, vel maleficiatus, vel non potuit tunc coire, licèt aliàs esset potens: quia fortè erat mulier arcta, vt per Ioan. And. & Ab. in cap. præterea, de testibus.

d ¶ Poterit.] Immò Bart. in l. furem, ff de fur. dicebat posse prænunciari, etiam si tantum quis fuisset repertus in domo alicuius pulchræ mulieris, licèt idem aliter sentiat post gl. in cap. quinto, ff de adult. aliter etiam sentit. Ab. in capitul. 3. loco, eo. versic. ego addo, & in capitul. 3 loco, versicul. sed quæro hic de præsumpt. et amplia quod hic dicitur, vt habeat locum, etiam si agatur super adulterio, & incestu criminaliter, vt per Ab. in capitul. literis de præsump.

e ¶ Graui crimine.) Vt est crimen hæresis, vt in capitul. literas, de præsumpt. vnde sumitur videtur ergo à contrario sensu inferri primum quod in crimine nõ graui possit ex vehementibus præsumptionibus sequi condemnatio, de quo dic: vt latè per Ab. & alios in capitul. quanto de præsumpt. Secundò infertur, quod adulterium non videtur esse graue crimen, quod satis videtur posse admitti, per cap. at si clerici § de adulteriis, de iudi. Contra tamen videtur 32 quæst. 7 capitul. quod omnibus Solu. vt not. in dic. § de adulteriis, & in d. capitul. quod in omnibus.

f ¶ Vehementem.] Secus si sit violenta, quia plus est, quam vehemens vt not. in capitul. literas de præsumpt. Sed tu dic quod violenta, & vehemens idem sunt in proposito, vt in dict. cap. literas, & in capit. cum contumacia, de hæretic. in 6. & deducit Abb. in capitul. quando de præsumpt. versicul. ego autem, & in versic. sic ex his etiam concludo, & in hac litera diuersitatem inducit criminum grauitas, & diuersitas, non autem vehementia suspicionis, & violentia.

Fama quoque. CASVS. In hac part. ita debet adnotari, quod inter scholares quosdam fuit dubitatum, an facta sit species distincta à notorio, quidam enim negatiuè respondebant, quia sicut notorium significat factum non indigere probatione, ita quoque, & fama. Cæterum Solu. vt hic legimus, quia rem esse manifestam habet latitudinem, hinc dantur diuersæ species, seu potius gradus. Ideo etiam obiectio cessat. Nota primò, quod decisio huius text. potest extendi, ad communem Doctorum opinionem: Nota secundò, quod probatio cum habeat latitudinem, ideo vna dicitur plena, altera semiplena, & propterea iudex ad plura debet respicere antequam sententiam ferat.

g ¶ Cæteris præsumptionibus.] Vt putà, si agatur de matrimonio, & dicerentur vir & mulier diu simul habitasse, se coniuges nominasse, anulos detulisse, vt in capitulo illud, & ibi plenè not. de præsumpt.

præsertim in quibusdam [a] præstabit adminiculum. Demum circumspectus iudex motum animi sui non ex vna tantum re: sed ex varijs argumentis, & testimonijs, quæ rei aptiora esse compererit, confirmabit. [b] Iudicaturum enim oportet cuncta [c] rimari, & ordinem rerum plena inquisitione [d] discutere, nec sententiam prius ferre, quam peractis omnibus, nihil habeat in quæstione, quod proponat. [e]

DE SENTENTIIS, [f] *& re iudicata.*

TIT. XV.

Sententia quid sit, & quod duæ sunt species sententiarum, interloquutoria, & definitiua. h. d.

VIdeamus nunc [g] de sententijs, [h] & re iudicata. [i] Est autem sententia nihil aliud, quàm controuersiæ propositæ

Secundo, consideratur fama nempè, quando oritur quædam vox ob aliquo malitijs, & arte demandata, pro commodo, & vtilitate propria, ad effectum probandi intentionem suam, & huiusmodi fama loquitur text. in l. omnib. C. de testibus. & l. nullus, ff eod. C. de cætero eod. titul.

Tertio, consideratur fama quando trahit originem à personis fide dignis grauibus iuridicis, & de quorum cõmodo non agitur, & appareat, à qua ratione, & causa ortum habuerit, & de hoc loquitur tex. noster, quæ fama licèt ex se sola non probet plenè, tamen probationem factam coadiuuat, vt habetur in l. 3 § tu magis, & notat glos. in capitul. præterea de testibus fama enim debet esse solida inconcussa excellens non vaga, non leuis, non contraria, vt cõsuluit Bald. in cons. 77. lib. 3.

DE SENTENTIIS, & re iudicata.

COntinuatur hæc materia per glos. rubric. vel dicas aliter, quod cum duo præcipuè videantur actus ipsius iudicij, videlicet cognoscere, & iudicare, & hactenus author. loquutus est de primo nempè de cognitione, sequitur nunc videre de secundo, & ideo proponitur hic tit. iste: qui diuiditur in 4 partes, in quarum prima explicantur nomina, in secunda declaratur res iudicata, in tertia soluitur dubium, secunda ibi, est autem, tertia ibi lata tamen, quarta ibi de eo quoque.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod fama præstat adminiculum cæteris probationibus, pro cuius intelligentia nota, quod fama duplex est nam vna dicitur fama hominis, altera fama inter homines, fama autem hominis dicitur in bonam partem, in mala autem parte dicitur infamia de qua fama, & infamia habetur in l. cognitio ff de var. & extraor. cognit. & in titul. de his qui non infam. C. & ff vt cum dicitur, de aliquo vitam ducit dissolutissimam, vel quod habet concubinam, & similia, nam hominis mala fama dicitur infamia. Bona autem fama sumitur pro bono nomine, & illa dicitur status illæsæ dignitatis moribus, ac vita comprobatus, vt in d. l. cognitio § 1 quæ etiam excludit omnem præsumptionem delicti vt ait Gram. vot. 21 num. 17.

Fama autem inter homines est duplex, nam quædam est fama de vno homine in genere bonitatis, vel malitiæ, vt fama est quòd talis sit bonus, vel malus, vel quod sit fur, vel latro, & de hoc loquitur, § plurium, ff de quæstionibus.

Altera est fama de aliquo particulari, veluti quod tale quid sit, vel non de qua loquitur l. 3 § eiusdem quoque, ff de testibus.

Quæ fama trib. modis considerari potest primo, tanquam vana vox vulgi, & rumor in populo, quæ nullos certos authores, aut causas probabiles habet ad sic credendum, de qua loquitur text. in cap. ortus Episcop. de elect.

f ¶ de sententijs, &c.] Quia ex probationibus deuenitur ad sententias, & ex sententijs ad rem iudicatam. Ideo de his subnectit. Differt autem sententia à re iud. secundum Ioan. And. quia sententia propriè, & strictè appellatur cum adest appellandi facultas, cum verò non subest remedium retractatiuum appellatur res iudicata, largè tamen videtur quod etiam si subsit remedium appellationis possit appellari res iudicata, l. litigatoribus, C. de appellation. de quo tamen pro resolutione vide per legist. in l. 1 ff de re iudic. & per Ab. & alios in rub. eodem.

Videamus. CAVS non figuratur, sed nota, quod particula, nunc denotat continuationem, & ordinem inter illas, in quibus reperitur. *Io. Bap.*

g ¶ Videamus nunc.] Quasi dicet postquam vidimus de probationibus, videamus de sententijs, quæ subsequuntur probationes.

h ¶ Sententijs.] Tam interloquutorijs, quam definitiuis, vt infra per totum.

i ¶ Re iudicata.] Quæ differt à sententia, vt supra eodem, in rubrica.

a ¶ In quibusdam.] Putà, cum agitur de matrimonio carnali, & spirituali, vt per Ab. in cap. illud vers. tertium intellectum.

b ¶ Confirmabit.] Cap. præterea de test. & l. 3. ff eodem.

c ¶ Cuncta.] Videtur ergo, quod à teste possit inquirere, an talis sit, qui testificari possit, vt 2 qu. 7 capitul. quærendum, vt not. in ca. iudicantem, 35 qu. 5. vnde sumitur.

d ¶ Plena inquisitione] Scilicet in petitorio: secus in possessorio: quia sufficit summatim negotium tangere, l. 3 § sciendum, ff ad exhiben. l. à diuo Pio. ff de re iud. capitu. quoniam frequenter in fin. vt lite non contest.

e ¶ Proponat.] Et tam diu actio ventiletur quousque ad rei veritatem perueniatur vt in cap. iudicantem, 35 quæst. 5. In tantum quod sententia lata non visis videndis non valet, licèt postea appareat, quod illa quæ erant videnda non faciant ad rombum, argument. eorum, quæ habentur per Abb. in cap. prudentiam, in fine principij super glost. in verbo, constare.

g ¶ Videamus nunc.] Quasi dicet postquam vidimus de probationibus, videamus de sententijs, quæ subsequuntur probationes.

h ¶ Sententijs.] Tam interloquutorijs, quam definitiuis, vt infra per totum.

i ¶ Re iudicata.] Quæ differt à sententia, vt supra eodem, in rubrica.

Est autem. Hæc pars subdiuiditur in 4 particul. in prima demonstratur quid, & quotuplex sit sententia, in secunda quomodo sit ferenda: in tertia adnot. quid iuris si diuersæ, vel contrariæ sententiæ fuerint latæ, in quarta demonstratur qualiter iudex debet iudicare secundum can. & quid iuris si aliter iudicauerit, secunda ibi vocatis: tertia ibi, est facto, quarta ibi, sed siue.

à iudice ritè [a] facta definitio.

Sententiarum duæ species, & sententia interloquutoria est, quæ fertur super his, quæ incidunt inter principium, & finem causæ. hoc dicit.

Sententiarũ duæ sunt species, [b] aut enim interloquutoriæ sunt, aut definitiuæ. Interloquutoria est [c] illa, quæ inter principium, & finem causæ fertur super his, quæ incidunt,

Io. Bap. Quoad primum. CASVS. non figuratur ; sed not. causam distinct. quia iudex aut definit causã principalem, aut casum in medio causæ contingentem: not. secundo, officium iudicis consistere in absoluendo, vel condemnando fac. reg. nemo qui condemnare, ff de reg. iur.

a ¶ Ritè.] Sed cur non dixit rectè? Resp. quia hoc verbum respicit iustitiam ex causa, ritè iustitiam ex ordine l. non putauit § non quæuis, ff de bon. poss. contra tab. omissio autem iustitiæ ex causa non reddit sententiam nullam, & non sententiam, l. 1 ff de app. Sed omissio, vel defectus iustitiæ ordinis, ita officit, vt pronunciatum non sit sententia l. 4 § condemnatum, ff de re iud. & per Bart. in l. prolatam C. de sentent. & per Ab. in capitu. cum olim versicul. sed in contrarium. Et in tantum omissio substantialis processus releuat, quæ quamuis iudex appellationis regulariter sententiam ex quocunque etiam iurisdictionis, an citationis defectu nullam reformare possit secundum communem opinionem. Alex. in consil. 67 lib. 6 & consil. 109 lib. 5 consil. 79 lib. 2. Sententia tamen nulla ex defectu ordinis iudiciarij substantialis per dictum iudicem reformari non possit, sed duntaxat pronunciari nulla. Abb. post antiquos in c. cum dilecti, de empt. & vend.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § author. ponit. definitionem sententiæ, dicens quod sententia est definitio iudicialis controuersiæ, vt voluit etiam Anan. consil. 16. Et nota quod nihil aliud est sententia quam finis litium Castill. consil. num. 20 & dicitur sententia differt à decreto quia sententia dicitur quando continet verbum absoluo te, vel condemno, decretũ verò continet possessionem, vel quid simile, vel admissionem, & sententia ex falsa causa, quæ consistat in facto non est nulla, decretum verò est nullum Alexand. consil. 60 lib. 3.

Amplia quia laudum arbitri dicitur sententia, & habet executionem paratam Anan. consil. 50.

b ¶ Duæ sunt species.] Immo plures, nam præter definitiuam, & interloquutoriam sententiam numerantur etiam species quarundum, quæ habent vim definitiuarum, vt per Abbat. in rubr. eod. Item sententia præcepti, vt not. 2 q. 1 in summa. Item quasi definitiua, vt sententia lata super possessorio. adnot. in capitul. consultationibus de offic. deleg. & per Abb. in capitu. final. de iud. Respond. hic ponitur Cardinalis distinctio, & sectio, ad quam omnes cuiuscunque generis sententiæ redigi possunt; sicut dicimus in actionibus, quod aut sunt reales, aut personales, & licèt reperiantur etiam mixtæ, vel quæ habent alias qualitates præter realitatem, vel personalitatem, omnes tamen rediguntur ad illam bimembrem distinctionem fac. not. per Hostiens. in summ. eod. in princip.

c ¶ Interloquutoria est.] Hæc definitio, siue descriptio sumitur ex his, quæ ponit Specul. in titul. de sentent. prolatione, in princip. & ex gloss. in clem. 1 de sequ. poss. & fruct. & sequitur Abb. in rubr. eo. & ideo dicitur interloquutoria: quia iudex non definit causam, sed loquitur inter principium, & finem causæ, vel quia iudex inter partes loquendo sine solemnitate scripturæ pronunciat, vt per Hostiens. post Goffr. in summ. eod. § 2 in princip. & Ab. in rubr. eo. & not. per Legist. in rubr. ff de re iud.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § author. enumerat diuisionem sententiæ dicens quod est duplex diffinitiua, & interloquutoria pro cuius intelligentia nota, primò videbimus quæ dicatur diffinitiua, & quæ interloquutoria.

Quoad primum sententia diffinitiua dicitur sententia lata in peremptorio Oldrad. consil. 106 & vbicunque sententia diffinit illum negotium quod principaliter deducitur dicitur diffinitiua l. prætoriæ. ff de prætor. stipulat. Castr. consil. 430 vbi de sententia adiudicationis quod sit diffinitiua, vel habeat vim diffinitiuæ Rom. consil. 357.

Amplia, vt etiam sententia lata in possessorio sit diffinitiua l. 1 C. si de momen. poss. & clem. vt calum. de re iudic. Oldrad. consil. 106 Dec. in capitul. consultationibus, de offic. delegat. vbi dicit communem, quia fertur lite contestata capitul. 2 vt lite non contest. & quod possessor. requirat litis contestationem, vt possit deueniri ad sententiam definitiuam quando dirigitur contra certa personam, tenet. Alex. consil. 2 lib. 3 & consil. 99. lib. 5.

Amplia quia sententia diffinitiua dicitur, quæ imponit finem controuersiæ l. 1 ff de re iud. vel saltem habeat vim diffinitiuæ, Oldrad. consil. 308.

Amplia quia omnis sententia super executione rei iudicatæ dicitur diffinitiua quia non expectat aliam sententiam post se Alexand. consil. 72.

Amplia, vt sententia sit diffinitiua, etiã si sit lata super incidenti, quod erat præiudiciale negotio principali in casu cap. tuam de ordin. cognit. quia si diffiniuit negotium incidens præiudiciale est, diffinitiua, quia consideratur affectus, & non verba, Feder. de Sen. consil. 198 n. 3. Extende, quia diffinitiua dicitur sententia lata super emergenti, quod quis sit legitimus tutor, ideo appellatio datur, Signor. consil. 14. Amplia, quia vbicunque fertur super eo, de quo inter partes est lis dicitur diffinitiua, Rom. consil. 357. Amplia, quia laudũ arbitri quatenus sententia appellari possit dicitur diffinitiua, Feder. de Sen. consil. 285. Amplia, quia sententia lata super expensarum taxatione dicitur diffinitiua, quia licèt non diffiniat id, ad quod principaliter est actum tamen non expectat aliam sententiam post se ab eodem iudice, Rom. consil. 358. Amplia, quia sententia super denegatione termini petiti ab actore absolutoria rei habet vim diffinitiuæ, & est diffinitiua, Ang. consil. 267.

Quoad secundum sententia interloquutoria stricte, & propriè est illa, quæ fertur inter media causæ, & principalem non diffiniuit cõnem, glos. in Clem. ad compellendos de sequestr. poss. & fruct. cum alijs allegatis per Butr. consil. 6 in princip. Item quæ expectat post se aliam sententiam, item quæ non diffinit totam causã, Butr. consil. 6 & ideò qñ sent. habet aliqua requisita cõuenientia ad interloquutoriã dicitur interloquutoria qñ alia, q̃ ad diffinit. dicit diffinit. prout magis incalescit,

vel saltem est mixta, quia interloquutoria est habens vim diffinitiuæ, Butr.d.consil.6. Amplia, quia sententia lata super desertione appellationis, vel etiam super non desertione, non est diffinitiua, Oldrad.consil.106. Monach.in c. cupiens, de elect. in 6 Bald. consil. 344. Extende magis si est lata super desertione primæ instantiæ, quia potest iterum agi, & interloquutoria, Ana. cons. 93 num. 2. Et pronunciatio super appellatione deuoluente, vel non dicitur interloquutoria c.tua nos de appel. Adde quod omnis interloquutoria dicitur habere vim diffinitiuæ quo ad articulum quem diffinit Anchar. cons. 343. limita tamen, quia sententia lata super desertione appellationis, quia est magni præiudicij in hoc non habet vim meræ interloquutoriæ, sed vim diffinitiuæ, & propterea datur appellatio prout à diffinitiua, Bald. cons. 341. Guid. Pap. decis. 11. Amplia, quia sententia dicitur interloquutoria quando omninò est interloquutoria, secus si habet vim diffinitiuæ Sen. consil. 198. vbi quod consideratur effectus sententiæ & non verba. Imò etiã si habet vim diffinitiuæ tunc est interloquutoria quando est lata in causa summaria, & exequutiua, Ang.cons.124. Amplia, quia dicitur interloquutoria sententia lata super articulo incidenti, quod non liceat appellare, quia non discutitur an benè, vel malè sit appellatum, secus si esset lata super discussione, an benè, vel malè appellatum etiam super incidenti, quia esset diffinitiua, Cald. cons. 202 aliàs 6 de re iudic. Amplia, quia sententia excommunicationis dicitur, quia potest reuocari, Butr. cons. 6. Amplia, quia vbicumque sententia fuerit sine libello, & litis contestatione illa est interloquutoria, & de nonnullis alijs, vide latè Tusch. in prac. conclus. in litera S. concluſ. 111.

vel emergunt, [a] qualis cum iudex dandam, vel negandam dilationem [b] ad examinandos testes, vel exhibenda instrumenta interloquitur, vel super aliquibus exceptionibus [c] pronunciauit, quam nec in scriptis [d] ferri oportet, & ante diffinitiuam sententiam quandocunque iudex reuocare poterit. [e]

Diffinitiua sententia est, quæ condemnando, vel absoluendo liti finem imponit. hoc dicit.

Definitiua verò sententia, est definitio iudicialis, [f] quæ condemnando, vel absoluendo principali controuersiæ finem imponit. [g] Definitiua enim, quæ nec condemnationem, nec absolutionem continet, pro nulla habetur: [h] hanc simul ac tulerit retractandi copia iudici denegabitur. [i]

Sufficit faciendum certo modo, fieri per æquipollens. h. d.

Non tamen vt sententia valeat condemnandi, vel absoluendi verbum necessariò continere debebit, sed satis erit, quod verbum æquiualens [k] contineat. Vnde rescriptum est eius definitionem, quæ ita se statuere, & præcipere pronunciasset, legitimæ sententiæ obtinere firmitatem. [l]

Sententia debet ferri sedendo, & de scripti recitatione, aliàs non valet. h. d.

a ¶ Emergunt.] Vsque adeo, vt omnis vox iudicis faciens ad causam possit dici interloquutoria Bald. in l. arbitrio, ff qui satisda. cogan. & per Legist. in rub. eod.

b ¶ Dilationem.] Cap. significauerunt de testi.

c ¶ Exceptionibus.] Siue dilatorijs, siue peremptorijs, vt not. in cle. fin. de appel. licèt lata super peremptoria habeat vim definitiuæ.

d ¶ Nec in scriptis.] Licèt autem non sit necesse interloquutoriam, ferri in scriptis, debet tamen in scriptis redigi, vt appareat in actis, ca. quoniam contra, & ibi not. in verb. interloquutiones, de prob. Spec. in tit. de sent. § ista, vers. quid de interloquutoria no. in l. 2 ff de appel. recip. per Doct. in l. nec quidquam §. vbi decretum, ff de off. procu. & no. in cap. fin. eod. in 6.

e ¶ Poterit.] l. quod iussit, vbi latè per Legistas, ff de re iud. & per Can. in cap. cum cessante, de appellat. & § sed & si iudex, infra tit. proxim.

f ¶ Definitio iudicialis.] Hoc verbum stat tanquam genus. Nã conuenit etiam sententiæ interloquutoriæ, nã & interloquutoria, aliquid definit in iudicio nempè id, super quo fertur.

g ¶ Imponit.] Terminat enim iurgantium controuersias, l. prima, ff eodem cap. iurgantium, extra eo. l. qualem, ff. de arbitr. 11. quæstio. 3. cap. summopere.

h ¶ Habetur.] 1 q. 6 § definitiua. Quandoque non valet, etiam si contineat condemnationé, vt si iudex præcipiat solui debitum, & quando sententia est incerta vt C. de sent. quæ si cer. quan. quandoque tenet etiam si non contineat condemnationem, vel absolutionem, 2 q. 6. §. definitiua.

i ¶ Denegabitur.] l. iudex postquam cum materia, ff eod.

k ¶ Æquiualens.] Non enim tam verba considerandæ sunt, quam voluntas cum non intentio verbis, sed verba deseruiant intentioni, cap. intelligentia, & c. præterea, de verb. sign. & 1 quo 1 & Marchion. quæ habet locum in sententijs, Ab. in c. in his, de verb. signif. Sed an possit iudex pronunciare per verbum videtur, vt putà videri sibi, &c.? Respon. vt per Abb. in capitul. primo, de iudic. in vltim. notandoque Bart. in l. quid tamen, § sed si arbit. ff de arbitr. *Iudex an pronunciare possit per verbum videtur.*

l ¶ Firmitatem.] Cap. in his de verb. sign.

Vocatis. CAsvs. Quidam iudices sciebant sententiam nulla solemnitate, seruata, idque faciebant ea ratione moti, quia cum per sententiã debeat declarari ius litigantium, nil aliud videbatur necessarium, quam iudicare secundum acta, & probata glos. & Doctor. in cap. primò, de off. ord. Sol. tamen prout in hac parte legimus, quia quo maiori solemnitate fertur, eo magis iusta

Vocatis [a] igitur partibus loco [b] & tempore [c] congruis, iudex ipſe ſedens [d] ſententiam de ſcripti [e] recitatione proferet: aliàs ſi non iudex, ſed alius legerit, [f] * vel ſcriptam litigatoribus tantum ediderit, [g] vel ſtanſo non ſedendo [h] tulerit, nullius penitus momenti erit, vt ab ea nec appellare ſit neceſſe.

iuſta præſumitur. Non obſtat obiectio, quia intelligitur quoad actum exeó. ſed non quoad modum. No. 1 argu. quod ſolemnitas extrinſeca denotat maiorem rei perfectionem eoq; magis quo eſt de ſubſtantia actus. No. 2 quod etiam in ijs, quę habent rationem formę, aliquando limita reperiuntur.

a ¶ Vocatis.] Capitul. cum olim. de teſti. alias lata ſine citatione eſſet ipſo iure nulla Clemen. poſtoralis de re iudic. etiam ſi eſſet lata in fauorem non citati, not. in l. ea quæ C. quomodo & quando iudex, & per Ab. in capit. cauſam quæ de iu. ante fin. & in capitul. quoniam contra de probat.

b ¶ Loco.] Eſt autem locus congruus iudicijs in quo prædeceſſores ſui ſunt ſoliti ius reddere, aliàs ſententia non valeret libro penul. ff de iuſt. & iureiur. & ibi per Legiſt. & in lege cum ſententiam C. eod. quod intellige in ordinario, vel etiam in delegato ad vniuerſitatē cauſarum, ſecus in delegato ad cauſam particularem, quia is, ex quo non habet certum locum, poteſt vbicunque vult, etiam in camera locum deligere, habetur in locis præalleg. Item locus erit congruus, ſi tutus, & non aliter Bald. in l. 1 C. de ſent. ex breui reci. cap. ſtatuimus de off. deleg. in 6 Alios plures caſus, in quibus iudex eum fert ſententiam in loco ordinario, vel certo reſidere non tenetur ponit Venuſ. in ſpeculo aureo in princip. tertiæ partis princ. iud. ſub. nu. 72.

c ¶ Tempore.] Vt quia tunc ius dicatur, aliàs non valere, in l. fi. C. de feriis, & in l. 2 ff ſi quis in ius voc. non ierit & in l. 1 C. quomodo, & quando, iud. Item quod feratur ſententia die & horâ, qua facta eſt citatio: alias non valeret l. aut qui aliter in prin. & in l. ſi vitem § fin. ff quod vi aut clam. & l. cum non eo. die C. quoniā prouoc. non eſt neceſ. Item conſideratur tempus, vt feratur ſententia non perempta inſtantia, vt per Legiſtas in l. properandum in prin. C. de iudi. fac ſimile de arbitro l. ſi cum dies § intra & l. non diſtinguemus, § compromiſſo. & § ſi. de arbit. Item vt feratur de die, non de nocte, habetur in l. more Romano, ff de feriis & in c. conſuluit de off. deleg. item quod non ſit lata pendente dilatione l. ſiue pars Cod. de dilat.

d ¶ Sedens.] Anima enim ſedendo, & quieſcendo ſit prudentior. Vnde Hieronymus ſuper Daniele, cap. 3 ſuper illis ver. Antiquus dierum ſedit, ſic dicit. Sedens deſcribitur, vt maturitas ſententię comprobetur.

e ¶ Deſcripti.] Scribenda eſt autem ſententia vt melius probetur, vt alia geſta, ſed vt cum maiore de liberatione, & maturitate feratur, Abb. in ca. ſicut eo. ante ſi verſ. vel tertio.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præſenti § quod Iudex debet proferre ſententiam in ſcriptis, & ſedendo aliàs non valet, capit. fin. de re iudic. vbi gloſ. & Bart. Anan. conſ. 93 gloſſ. in l. cum antea de re iudic.

Amplia quia in tantum debet ferri in ſcrip. vt Iudex teneatur illam cum deliberatione & maturitate ſcrib. & ſi vult eam corrigere, vel emendare debet facere, & poſtea illam pronũciare poſtea verò non poteſt aliquid corrigere, vel emendare l. 2 C. de ſent. ex peric. recit. Alexan. conſ. 90. Caſtil. conſ. 17 n. 6 vbi quod iſtud eſt de forma ſententiæ, vt deliberatè primo, ſcribatur poſt legatur cum multis ſequ. aliàs non valet, & quod teneatur per ſe ipſum illam recitare aliàs nulla Fulg. conſ. 164 col. 2 Alex. conſ. 90

Amplia ſecundò, quod ſententia non valet neque cenſetur lata ſuper eo, quod tacitè continetur, vel reſultat ex ea quia ſi valeret in eo quod ſub intelligit eſſet contra formam quod prius ſcribatur poſtea legatur & vbi eſt formæ vitium ſubintrat vulgare; quod nihil videtur actũ cum aliquid ratione formæ ſui ereſt. agendum Caſtil. conſ. 17.

Amplia tertiò, quia ſententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis, & iudice ſedente pro tribunali, aliàs non valet, & maximè in cauſis magnis & ordinariis in quibus diffinitiua requiritur Bart. in dict. cap. extrauag. ad reprimen. in verb. de plano, vbi limitat in cauſis ciuilibus & modici momenti item in cauſis ſummarijs ſola facti veritate inſpecta, & idem repetit ibi in verſ. & figura Iudicij numer 21 & in verb. ſedente vbi quod ſedere, & ferre in ſcriptis, & eſt ſolemnitas Iuris ciuilis, quæ eſt remiſſa hoc caſu extende in tantum ſententiam debere ferri in ſcriptis, & legi, vt licèt Iudex ſentẽtiam ſcripſerit, ſed non legerit ſedens pronunciando illa non ſit ſententia, ſed ſcriptura præparatoria ad ſententiam Alex. conſ. 4.

f ¶ Alius legerit.] Quid ſi iudex nouiter excæcatus eſt, vel neſcit legere? Cum tales iudicare poſſint l. cæcus, ff de iud. vbi de hoc, & l. certis, C. eo. titu. Solu. deleget cauſæ definitionem alteri, vel faciat per alium legi petitionem, allegationem partium, & per ſe ipſum ab alio inſtructus proferat verba definitionis cauſæ, ſcilicet abſoluo, vel condemno, quod licèt non videatur probare Hoſtienſ. in ſumm. eod. § qualiter approbatur tamen ab alijs communiter, & à conſuetudine, vt not. in ca. fin eod. in 6.

* Alius legerit) In Gallia non ipſe iudex vt plurimum ſed ſcriba quem Graffarium vocant ſententiam ſcriptam litigatoribus pronunciat iuxta ordinationem Henrici III. de anno 1585 contra l. hac lege, Cod. ſe ſent. ex peric. recit. quę ibi non ſeruatur Bugny de legib. abrogat. lib. 1 cap. 131 SOLIER.

g ¶ Ediderit.] ſcilicet iudex, nec eſt aliqua vis, an edita fuerit aperta, vel clauſa, vt not. in capitul. final. eod. in 6 Argument. contra in capitul. appellatio de appel. in 6 Solu. vt ibi Ioan. And. & de hoc l. 1 C. de ſent. ex breui. reci.

h ¶ Non ſedendo.] Et hoc non ſolum cum iudices definitiuè pronunciant: ſed etiam quoties res plenam cognitionem deſiderat, l. 2 § dies, ff quis ordo in bon. poſſ. ſer. & § ſancimus igitur authen. vt ab Illuſt. & qui ſuper eam digni. ſunt. § ſedebunt. authent. de iudi. 23 q. 1 capitul. paratus, ibi. Sedes me iudicare. Quid ſi iudex ſedeat in alta turri, vel palatio, & partes erant inferius? Dic. quod valet ſententia: potuit enim ſibi prouidere de tuto loco, ſi fortè timebat, argume. capitul. cum locum de ſpon. capitul. bonæ 1 de elect. & l. quod mero § ſi venditorem, ff de acquir. poſſes. & argument. l. 3 C. vbi ſenator. vel claris ante medium, ad hoc etiam capitul. ſtatuimus, de offic. deleg. in 6 & capitul. final. de hæret. eod. lib. Idem poſſumus affirmare de eo qui ſederet ſuper equum argument. l. qui ſella ff de ſerui. iuſt. præd. & capit. dilectus, & capitul. ſignificaſti de hom. & not. de hoc in capitul. fin eod. in 6 & dicitur ſedendo, & non in ſede quia debet actu ſedere, nec ſufficeret, ſi ſuper ſtaret vel iaceret, ſed ſi culus iudicis doleret ita, quod non

posset sedere: dic. vt not. in dict. capitul. fin. vnde hæc notula sumitur.

a ¶ Necesse.] Vt 2 quæst. 1 capitul. in primis, in fin. cod. in 6. cum ibi not.

b ¶ Apex.] Nec non est dignitas in Ecclesia Dei Episcopatu maior, & facit, capit. sanè li. 2 de offic. delegat. & capitul. 2 eod. titu. in 6 cum concord. allegat. in capitul. fin. eod. in 6

c ¶ Illustrium.] l. 2 Co. de sentent. ex breui rec. § sancimus, in authent. vt ab Illust. & qui super eam digni. sūt Habes ergo casum, in quo iudex non recitat per se sententiā; sunt & alij in quibus, valet sententia sine his solemnitatibus, vt not. in capitul. final. eod. in 6.

d ¶ Iudices.] Siue ordinarij, siue delegati vt not. in capitu. pen. eod. in 6.

e ¶ Vel arbitri.] Not. æquiparationem inter iudices, & arbitros. Ad idem capitul. vno delegatorum de offic. delegat. & § 1 institu. de actio. interdum tamen magna est differentia, capitul. fin. eod. in antiqu. & capitul. 2 de arbitr. in 6.

f ¶ Mandantibus.] Ergo si alij præsentes essent, sed non mandaret secus, & sufficit ita esse scriptum ff qui & à quo l. prosexit. 6 queſt. 3 capitul. scriptum; & sic taciturnitas hic non habetur pro mandato, & fac capitul. qui tacet de reg. iur. in 6 & quod ibi Ioan. And. Nec enim in sentētijs procedit ratihabitio sicut in alijs actibus, de hoc 9 quæst. 2 capitul. 1 capitu. cum vos de his quæ fiunt à prælat. & cæt. cautè ergo facit is, pro quo lata est sententia ab vno solo recitata, si de mandato aliorum possit fidem facere, sicut de sententia & pro hoc fac quod not. in cap. cum in iure de offic. deleg. & in c. pen. eo. in 6 vnde sumitur hæc notula

g ¶ Plurali num.] Idem si singulari si collegæ qui hoc possent illi vices suas commisissent, non solum in recitando: sed etiam in pronunciando vt not. in cap. pen. eod. in 6 in verbo oportet.

h ¶ In electione.] In ea enim (vt censeatur vnica & communis) est ab vno vice omnium, siue per compromissum, siue per scrutinium procedatur, electionis pronunciatio per verba singularis numeri facienda, capitul. penult. eod. in 6 Sed quid dicemus in collationibus, si ad plures spectet collatio, erit necesse fieri ab vno & per verba singularis numeri? Respond. negatiuē: nam vbi non habet locum cap. quia propter de elect. ibi non habet locum quod hic dicitur, & in cap. pen. eod. Sed in collationibus, non habet locum decretalis illa. Quia propter, & ita fusius no. in dict. c. pen.

Ex facto. CASVS Sæpè contingit quod iudices sint plures ad vnam, & eandem causam definiendam, vt in auditoribus Rotæ experientia docet, & cum aliquando inter se non conueniant, propterea super vno, & eodem negotio, vel diuersas, vel contrarias ferant sententias, & ideo dubitatur de ea cum valore, sicut vna præsumptio tollit aliam capitul. literas: de præsumptio ita quoque hoc idem videbatur dicendum de sententijs prædict. cæterū. Sol. vt hic legimus, quia qualitas sententiæ debet regulari à qualitate potestatis, & materiæ & cū Solu. sit data pro distinct. ideò nec etiam obiectio aliquid cōcludit. Not. primò, argument. actum esse ita interpretandum, vt potius valeat quam pereat. Not. 2 quod valor sententiæ cognoscitur ex præsumptione sic coniuncti, ex qualitate iurisdictionis ex fauore causæ, & ex forma, qua est lata.

i ¶ Ex facto.] Vt in cap. fi. eo. in antiq. vnde sumitur.

K ¶ Duobus.] Idem si sint plures in numero pari, puta, quatuor sunt iudices, duo pronunciant pro vna parte alij pro alia: alias si pronuncient in numero dispari, vel etiam pari, & sint præsentes, & appareat quæ sit maior pars, tenebit sentētia maioris partis, c. 1 & cap. 11 distin. 65 l. duo ex tribus, ff de re iu. & l. si in tres cum l. seq. & l. diem § si plures ff de arb. Fall. in casu cap. ite pastoralis 1 rēspōso de rescrip. Item secundum quosdam fallit in causa crim. Episcopi, quia tunc non valet. sententia, nisi omnes concordent. 6 qu. 1 ca. 1 & c. si quis episcopus criminaliter, not. in cap. fi. eo. & per Legistas latè in l. duo ex tribus, ff de re iud.

l ¶ Proferentibus.] Hoc intellige quādo omnes sunt præsentes: alias vel vno absente lata sententia erit nulla, ca. causam matrimonij de offic. deleg. & not. in cap. fin. eod.

m ¶ Sententias.] Quid in alijs ordinationibus puta Ecclesia posita est in limite duarum diœcesium, ita quod subiecta est duobus Episcopis, quid erit agendum si non conueniant in ordinando? Respon. superioris erit officium prouidere, vt alternis annis disponant. argum. l. quoties, ff de vsufruct. notat. in capitul. licet 17 quæstione tertia sequitur Abbas in capitulum fin. eodem ver. in alijs Ad materiam vide not. per Bart. in l. Pomponius aliàs in li. si vni. digestis de re iu. & Abbas in capitulum prudentiam, de officio delegatum.

n ¶ Ordinaria.] Vt si sint duo comites, duo consules & similes, in Ecclesiasticis, potes ponere exemplum in duobus vicarijs eiusdem Episcopi, qui habent ordinariam not. in capit. per lectis distinct. 25 & in ca. licèt de offi. vic. in 6 & per Inn. in c. suam de offic. vic. Item in duobus Episcopis, qui ex speciali dispositione Papæ possunt præesse vni Episc. no. in c. nō autē. 7 q. 1

Episcopus potest sententiā per alium recitare. h. d.

Episcopo tamen, quē tantæ dignitatis apex [b] attollit, instar personarū illustrium, [c] sententia per alium recitare permittitur.

Ex pluribus iudicibus sufficit quod vnus recitet sententiam vsus plurali numero: secus in actu electionis. h. d.

Sed si plures iudices [d] sint, vel arbitri, [e] si cæteris presentibus, ac mandantibus, [f] per vnum tantum sententia recitetur, si plurali numero [g] perlegendo vsus fuerit, perinde habebitur, ac si ab omnibus recitata fuerit, licèt aliud in electione [h] seruetur.

Si duo iudices ordinarij sententias diuersas ferant, tenet sententia lata pro reo, nisi actoris causa sit fauorabilis: si verò delegati, sententia pendet ex voluntate delegantis: si vero arbitri, neutra tenet. h. d.

Ex facto [i] dubitatum fuit, duobus [k] iudicibus diuersas proferentibus [l] sententias, [m] vtra sit habenda potior, in qua specie responsum est, quod si ex iurisdictione ordinaria [n] processerunt, tenet pro

pro reo, [a] non pro actore lata sententia : nisi agentis causa sit fauorabilis, vt putà, [b] libertatis, [c] dotis, [d] matrimonij. [e] Si verò ex delegata, vtraque ex delegantis pendebit arbitrio. [f] Quod si ex compromisso, [g] vtraque, [h] firmitatis robore destituetur. [i]

Si vnus ex pluribus iudicibus pronunciauerit, nulla est sententia. hoc dicit.

Quod si pluribus iudicibus [k] datis, vnus tantum ex eis pronunciasse proponatur, adeo nullas sententia vires obtinebit, vt nec prouocationis remedium necessarium sit futurum.

Iudicare secundum leges, & consuetudinem debet quilibet Iudex, & Summus Pontifex. hoc dicit.

Sed siue ordinarius sit, siue delegatus iudex in primis, illud obseruare debet, ne contra id iudicet quod legibus, [l] aut canonibus proditum sit : alioqui ipso iure

Item in duobus Episcopis diuersarum Diœcesium, quibus est eadem Ecclesia subiecta, quod potest esse de iure communi, vt not. in proxima superiori notula. Item in duobus ciusdem coadiutoribus, vt habetur in capitu. 1 de cler. ægrot.

a ¶ Pro reo.] Hoc ideo quia sumus in fine causæ : nam si essemus in principio, faueremus actori : in medio vtrique vt per Bart. in l. de die ff qui sat. cog. per Ab. & alios in cap. examinata, de iud. fac. l. fauorabiliores, ff de reg. iur. l. non est nouum. C. de eden. cap. ex literis, de proba. cap. cum sunt iura de re iur.

b ¶ Vt putà.] Nota verbum exemplificatiuum, vnde cum exempla non restringant regulam l. ita vulneratus, & l. illud ff ad leg. Aquil. not. in capitul. 1 ne Cler. vel Monachi. Idem etiam erit in aliis causis fauorabilibus, cũ casus à regula excepti extendantur ad similes, ad not. in l. 1 Cod. de cond. indebit. cap. cum dilecta. de consit. vtil. vel inutil. sequitur Ab. post Vinc. in capit. fin. eodem.

c ¶ Libertatis.] Quæ omnibus rebus est fauorabilior. l. libertas, ff de reg. iur. fac cap. ex literis de proba. l. inter pares ff de re iud.

d ¶ Dotis.] l. 1 cum materia, ff sol. mat. Quæ intantum est fauorabilis, vt dicat ibi Pau. de Castro quod cum ad tollendam aliquam ambiguitatem non succurrit aliqua responsio, bona erit responsio, hoc speciale est fauore dotis fac. cap. nuper de dot. post diuor. rest. capit. ex literis, de pignor.

e ¶ Matrimonij.] Scilicet si fertur sententia in fauorem matrimonij : nam in dubio standum est pro matrim. cap. licèt, ex quadam in fin. de test. inde Host. in capitul. super eo. de cog. spir. dicit, quod si reperitur aliquorum opin. pro matrimonio, illa sequenda est, licèt multi teneant contrarium, quod sequitur Ab. in capitul. fi. eod. nisi esset euidenter falsa, aut possit conuinci rationibus probabilibus, fac. quod ponit Ioan. And. in d. c. fi. & alij in c. penult. de desponsi. impub. videlicet, quod si non apparet quando furiosus habens dilucida interualla contraxerit matrimonium, præsumetur contraxisse tempore dilucidi interualli.

f ¶ Arbitrio.] Ita vt possit neutram approbare, per ea quæ Abb. in cap. fin. eod. ver. si verò vbi, & de delegato ad vniuersitatem causarum, & de ordinario procedente delegato Papæ.

g ¶ Compromisso.] Intellige hoc de compromisso voluntario, non autem necessario, secundum Ioann. Andr. Vnde quod hic dicitur non habebit locum in arbitris iuris, de quo plenius per Abb. in capitul. fin. ver. circa vltimam eodem. Sed quid in arbitratoribus? Resp. Idem quod in arbitris voluntariis cum sit eadem ratio, secundum Abb. in dict. cap. fin. versicul. & idem.

h ¶ Vtraque.] Simile not. in cap. si duo in 3 gloss. de procur. de duobus procuratoribus alicuius, quorum vnus negat, alter confitetur, nam nihil putantur egisse.

i ¶ Destituetur.] Sed quæritur de ratione diuersitatis ? Respondeo, vt not. in cap. fin. eod. in gloss. fin. & ibidem per Abb. vers. vnde ego puto, quod ratio fundamentalis, decidendi, &c.

k ¶ Iudicibus.] Datis, 2 quæst. 6 § item si plures, vnde sumitur & de hoc ibi plene not. *Io. Bapt.*

Sed siue. CASVS. Quidam iudex Mutinens. satis imperitus suo sensu iudicabat, vnde fuit quæsitum an posset, & dato, quod nõ posset, qualiter esset puniendus ? in 1 capit. affirmatiuè responderetur, quia si aliter esset non possent lites definiri cum ll. sint similes, & sententia respiciat casum singularem : in 2 verò iuxt. l. respiciendum, & l. aut facta, ff de pœnis, videbatur esse procedendum. Cæterum vtrumque capit. Sol. prout in hac parte cauetur, quia alioquin ll. essent frustratoriæ, & pœnas non possent imponere, quod non est dicendum : Non obstant obiecta. quia ad primum respondetur, quod lex vniuersalis debet applicari ad casum particularem & sic secundum ll. iudicare, vel dicas quod in illis casibus potest modo præd. iudicare, in quibus habet arbitrium, secus aliter. Ad secundum dico prædict. ll. esse intelligendas in illis casibus, in quibus pœna non est à lege imposita : Not. 1 argumentum, quod proprium sit sententiæ declarare ius litigantium, quod facit ad qu. an sententia faciat ius : Not. 2 quod dupliciter actus dicitur nullus, videlicet, ipso iure, & per exceptionem, sed in dubio præsumitur validus : 3 not. aliquem posse puniri multiplici pœna ob diuersos respectus atque causas, vt docent Doct. in c. de tuis, de accu. not. 4 quod non solum transgressores legum, & canonum sunt puniendi, sed etiam contemptores pœnarum.

l ¶ Legibus.] Not. differentiam inter iura ciuilia, & canonica. Nam legum appellatione veniunt iura ciuilia, appellatione canonum veniunt canonica, & largè sumpto vocabulo omnis constitutio Ecclesiastica potest appellari canon. cap. 1 vbi Abb. eo. & c. 1 de consti. & cap. Nicena. dist. 31 vide de hoc gl. in sum. dist. 3. Item canones possunt dici leges, d. cap. Nicena argu. contra dist. 2 cap. lex est. Et mirum probatur hic & in d. ca. 1 vnde sumitur, quod sententia lata contra leges ciuiles est nulla etiam in foro Ecclesiastico. Quid autem si sit lata contra extrauag. contra simile legis, contra ratio-

nem expressam, contra statuta loci, diffusè in d. cap. 1 & in cap. pastoralis, § quia verò, de offic. del. & in cap. pastoralis, de fid. inst. & fac inst. de offic. iud. in princ. Quid autem, si sit lata contra consuetudinem. Habetur in dict. cap. & in cap. cum causa eodem & alibi sæpè.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti § quod Iudex iudicare debet secundù leges, & consuetudinem & ratio est quia curiarum stilus, & consuetudo præsertim circa iudicia seruanda sunt prout concludit Guid. Pap. in proæm. decis. & standum esse consuetudini dicit idem Guid. Pap. decis. 292. Cappella Tholos. decis. 711 & consuetudo ita expresse obligat, ac si expresse in contrarium statutum esset vt dicit Afflict. in decis. Neap. 91 sub num. 10.

Amplia quod consuetudo potest facere quod instrumenta quæ aliter non probarunt probent, prout dicit Claper. in decis. fiscal. caus. 21 quæst. 1 num. 5.

Amplia secundò, quod sententia contra consuetudinem latam nulla est l. prolatam C. de sent. & interloc. omni iud. Cacher. decis. 22.

Amplia consuetudinem, & stilum seruandum esse siue sit ad ordinem siue ad decisionem causarum Afflict. decis. 79 Grat. decis. March. decis. 237.

sententia [a] non subsistet. [b]

Nec Romanus Pontifex potest recedere à legibus, nisi ex causa. hoc dicit.

In causis quoque, quæ summi Pontificis [c] iudicio diciduntur, cùm in similibus, [d] causis cæteri teneantur iudicare similiter iuris ordo [e] rigor æquitatis subtiliter obseruandus erit: [f] nisi cum ille aliquid causa necessitatis, [g] & vtilitatis dispensatiuè duxerit statuendum.

Licet sententia lata contra ius constitutionis sit nulla: secus tamen est in sententia lata contra ius litigatoris. h. d.

Si tamen sententia non contra ius constitutionis expresè [h] iudice lata fuerit, sed contra ius litigatoris, cum iure quidem teneat legitimis mediis * retractanda [i] erit.

Sententia quando dicatur lata contra ius constitutionis, vel contra ius litigatoris. h. d.

Dicitur [k] autem iudex contra ius constitutionis pronunciasse, veluti cum defunctus, & minor quatuordecim annis fuisse asseritur, [l] & testamentum iure fecisse pro-

Abb. in d. cap. in causis, vbi prolixè, & per distinctionem multorum membrorum hoc declarat, scilicet quando sententia principis faciat ius quoad alios.

e ¶ Iuris ordo.] Hoc intellige respectu præiudicij quod generaretur, si princeps non seruaret legis æquitatem & iuris ordinem, non quod ipse sit magis astrictus, quam cæteri, cum sit supra leges, l. dignavox. C. de legib. l. princeps, ff de legibus c. proposuit, de concess. præbend. Immò sententia lata per principem non seruato iuris ordine valet, secundum distinctionem Abbat. & Docto. in dict. l. princeps, & l. fin. C. de legibus.

f ¶ Obseruandus erit.] De hoc 35 q. 9.

g ¶ Necessitatis.] Vel saltem vtilitatis, nec enim Papa debet sine causa dispensare, traditur in cap. de multa de præbend.

h ¶ Expresè.] Cap. cum inter eod. Videtur ergo requiri ad hoc, vt sententia sit ipso iure nulla, quod contineat iuris errorem expressum in ea, & pro hoc l. si expressum. ff de appel. l. 2 C. de sent. quæ si app. rescin. & 2 quæst. 6 c. definitiua, § sententia, & ita tenetur communiter in cap. 1 eod. & in d. cap. cum inter licèt Abb. in d. c. 1 non putet materiam hanc ita strictè accipiendam.

* Legitimis mediis.] In Gallia sententia contra ius constit. per Iudicem Ecclesiast. lata rectè alteto ex duobus mediis ad nihilū reducitur videlicet appellat. ordin. ad immediatum Superiorem Ecclesiasticum, vel extraordinaria tanquam ab abusu ad summa Regni tribunalia: quia ius publicum læditur: lata verò contra ius litigatoris cum grauamen sit in priuatam personam via tantum ordinaria venit infirmanda. SOLIER.

a ¶ Sententia.] Nota quod sententia nulla appellatur sententia, sed hoc largè, & impropriè: secus strictè, l. sancimus C. eodem facit l. 4 § condemnatum, ff de re iudic. not. in clement. 1 de sequestr. poss. & fruct.

b ¶ Non subsistet.] Cap. 1 eodem vbi de hoc latissimè per Abb.

c ¶ Summi Pontificis.] Id est Papæ Romani. Interdum enim simplex episcopus appellatur summus Sacerdos, & Pontifex Maximus, distinct. 21 capitul. cleros, ver. Pontifex facit capitul. in causis, eod. vnde sumitur. *Episc. Pont. Max.*

d ¶ Similibus.] Sed contra l. nemo C. de Solu. contrarium procedit in sententia inferiori, secus in sententia principis, vt hic & in cap. in causis eod. & in l. fin. C. de ll. ratio diuersitatis: quia quidquid principi placuit, &c. § sed quod principi inst. de iu. nat. gen. & ciuili. Et quia non præsumitur quod processus principis habeat maculam, cap. in sede, & cap. hæc est fides, 24 quæst. 1 omnia enim præsumuntur per eum plenè examinata, cap. Apostolicæ. 35 q. 9 arg. l. vni ff de offi. præfec. prætor. Sed inferiorum non sic præsumitur iudicium integrum nec habent legis condendæ potestatem, vel interpretandi quoad alios, fac. quod not. in cap. 1 de postul. præl. & per Innoc. in cap. cum specialis, de app. Immò plus in re dubia iudicare debemus exemplo etiam inferiorum, c. si quis, eod. cap. fin. vbi etiam glos. d. 20 l. fi. de interpretatione, ff de ll. tenet

i ¶ Retractanda.] Immò videtur quod hæc sententia sit ipso iure nulla: quia & ipsa est contra ius constitutionis, & ius commune mandat istam sententiam ferri, vt inf. § prox. & in c. forus, de verb. sig. Sol. quod lata sententia contra ius litigatoris licèt mediatè, & implicitè videatur contra ius commune, tamen non est expresè contra, quæ expressio requiritur ad inducendam hanc nullitatem, capitul. cum inter eo. ratio diuersitatis est: quia quando nil exprimit contra ius commune præsumitur sententia iust. maximè cum pars videatur acquiescere non appellando cap. causam cum seq. eo. sed quando exprimit causam contra ius, tollitur omnis præsumpt. sent. meritò tanquā notoriè iniusta dicitur nulla.

k ¶ Dicitur.] Concor. 2 q. 6 § item si sententia.

l ¶ Asseritur.] Quo casu non sufficit ad concludendam iniustitiam sententiæ ostendere ex actis probationem contra quam sententia est lata, quia non semper iudex in sententiando applicat mentē ad vnam speciē proba-

nunciatur. Contra ius verò litigatoris, veluti cum minor quatuordecim annis, annum quartum decimum impleuisse, ac per hoc testamentum iure fecisse asseritur.

Qui contra leges, & conscientiam corruptus iudicat, variè punitur. h. d.

Is autem [a] qui in grauamen [b] partis alterius in iudicio [c] aliquid iniustè fecerit [d] per gratiam, vel per sordes, [e] siue ordinarius, [f] siue delegatus [g] sit, ab exequutione officij [h] per annum [i] suspendendus erit, & ad æstimationem litis parti, quam læserit nihilominus condemnabitur. [k]

Suspensus ingerens se diuinis irregularitatem incurrit. hoc dicit.

Et si suspensione durante diuinis [l] sese ingesserit, [m] irregularitatis [n] quoque laqueo innodabitur, à qua non nisi per summum Pontificem [o] liberari poterit: aliis quoque legum animaduersionibus coercebitur: cum dignum sit, vt qui in multis [p] audet offendere, pœnæ etiam multiplici [q] subdatur.

Sententia lata postquam per decem dies non fuit appellatum, regulariter retractari non potest. hoc dicit.

Lata tamen sententia, nisi per appellationem intra terminum lege constitutum suspensa fuerit, amplius reuocari non

tionis. Ant. de But. in capitul. in pœnit. de renunc.

a ¶ Is autem.] Dixi suprà quomodo debeat se gerere iudex, vt sententia valeat, nunc dicitur de pœn. quæ debet infligi malè iudicanti. Et continet hic § quædam requisita ad hoc vt possint habere locum pœnæ, de quibus hic. Primum est, quod decernat grauamen partis. Secundum, quod in iudicio. Tertiũ quod fecerit idem tamẽ esset, si omisisset, secundum Io. And. Anch. & Perus. in c. 1 eod. in 6 cum etiam omittens dicatur facere l. si mora. ff so. mat. Quartũ, quod per gratiam, vel per sordes. Quintum, quod contra iustitiam. Sextũ, quod contra conscientiam, & si vnum istorum deficeret, non esset locus dispositioni istius, § argum. l. si quis ita stipulatus ff de verb. obligat. l. si hæredi plures, ff de condit. & dem. sed mihi videtur, quod vltimum requisitum destruat totam materiam cũ cuilibet sit in promptu dicere se non fecisse contra conscientiam.

b ¶ In grauamen.) Primum requisitum.

c ¶ In iudicio.] Secundum requisitum. Sed quid de arbitrio, nunquid hæc pœna in ipso locum habebit? Resp. non de ordinario enim, & de delegato tantum cauetur, & hæc est pœna, ideo non amplianda cap. pœnæ de pœn. d. 1 capitul. odia. & capitul. in pœnis, de re. iu. fac. not. in capitul. 1 de for. compet. in 6 & hoc communiter probatur, licèt contrarium videatur sentire gloss. in capitul. 1 de consc. in verb. iudices, in 6 vide ibidem per Perusi. & hoc intellige in arbitrio compromissario: secus in eo qui succedit in locum iudicis ordinarij, ad hoc capitul. ab arbitris de offi. deleg. & not. in capitul. 1 eod. in 6.

d ¶ Fecerit.] Tertium requisitum. Idem si omiserit.

e ¶ Per sordes.] Id est, præces, vel precio, vel aliter ex corruptione, & est quartum requisitum.

f ¶ Ordinarius.] Fallit hoc in Episcopis, quam licèt cæteris delinquendo grauius peccent, cap. cum quidam de iureiur. tamen aliqua suspicionis pœna à canone inducta non comprehenduntur, nisi de ipsis caueatur nominatim, cap. compromissarius § huiu'modi de elect. in 6 & c. quia periculosum, de sent. excommu. eod. lib. & infr. de susp. § fi.

g ¶ Siue delegatus.] Quid in auditore, & mero exequutore? Resp. secundum Host. & alios in ca. 1 eod. in 6 non habet locum quod hic dicitur, cũ hi non sint iudices, cap. super qq. § 1 & § verum, de offic. deleg. secus si esset exequutor mixtus, iuxta not. in cle. 1 de offic. deleg. in gloss. magna & per Perus. in d. c. 1.

h ¶ Officij.] Quid de beneficio? Resp. secundum Host. hoc non extenditur ad beneficia: quia si Papa voluisset vtique expressisset c. ad audientiam de dec. & de hoc per gloss. in cap. cupientes; de pœn. in vers. suspensi, & per But. in ca. inter sollicitudines, de pur. can. in pri.

i ¶ Per annum.) Ex tunc inchoandum, c. cupientes, § cæterum de elect. in 6 & de hoc no. in ca. 11 dist. 55 & in c. quæsiuit de verb. signifi.

k ¶ Condemnabitur.] Fac l. final. C. de pœna iud. qui malè iud. & infamis est, dict. l. fin. & l. si filiusfam. ff de iud. & iure authent. condemnatur in triplum si ciuilis sit causa, si criminal. in confiscat. bonorũ capitul. in exilium agitur vt litig. in exord. lit. iurent. § si quis autem auth. sed nouo iure. C. de pœna iud. qui malè iud. Si autem per imprudentiam iudex malè iudicauerit, tenetur ex quasi malef. in quantum visum fuerit iudi. l. fi. ff de va. & extraord. cog. & inst. de oblig. quæ ex quasi delict. in princip.

l ¶ Diuinis.) Scilicet offic. nõ benef. secundũ Host. & hoc intellige nõ solum de offi. missæ: sed etiam de aliis: putà de vesp. & matut. & similib. secundũ Io. And. & Perus. in c. 1 eod. in 6.

m ¶ Ingesserit.) Videlicet officiando: si secus priuatim, & solus dicat illa offic. quia nõ solum non incurrit pœnas hic positas, & irregul. verum etiam tenetur dicere, licèt suspensus, vt no. in capitul. presby. d. 28 & sequitur Arch. Perus. in c. 1 eo. in 6 Sed an incurrat irregul. non dicendo officia diuina? Resp. non secundum gloss. in clem. 2 de priuil. in verbo celebrari debet.

n ¶ Irregularitatis.) An & quando suspensus incurrat irregularitatem ingerens se diuinis vide per Perus. post alios in c. 1 eo. in 6.

o ¶ Summum Pontificem.] Not. casum Romano Pontifici reseruatum de aliis plurib. habetur in c. 1 eo. in 6 & ibi Ioan. And. Dom. & Perus. ponunt vnum quod est valde not. scilicet quod si ista absolutio non esset reseruata Summ. Pontif. nihilominus Epiſc. talem ad tempus suspensum non posset absoluere, & valet hoc ad limitationem c. nuper de sent. exc. & fac. no. in c. 1 eo. tit.

p ¶ In multis.] Quæ sunt Deus, iustitia, solitum officiũ, humana natura, fac. c. 1 de cri. fal. & ca. cordi. in fin. de appel. in 6 & no. per Io. And. in c. ad Apost. eo. in 6.

q ¶ Multiplici.] Si ergo lex noua inducat nouã pœnã,

non censetur abrogare veterem, sed potius accumulare, de quo per Bart. in l. 1 ff vi bono. rapt. & per Bal. in l. in eum, C. de furt.

Io. Bap. Lata tamen. CASVS. Fuit lata sententia contra Præpositum S. Georgij in causa fornicationis, qui intra decem dies ab ea non appellauit, & cũ postea voluisset appellare, iudex nolebat appellationem admittere, vnde fuit quæsitum quia cum appellatio sit species defensionis nunquã videtur deneganda. argu. clem. pastoralis, de re iudicata Sol. tamen, vt hic legimus, quia ob bonum commune fuit omnino conueniens in certo casu tollere ius appellandi. Ad obiectionem autem dico, quod appellatio, licèt sit defensio quædam, est tamen iuris humani, & ideo potuit ab eodem iure aliquando tolli: Nota primò causam, propter quam res iudicata pro veritate habeatur, vt dicit l. res iudicata, ff de regul. iur. Not. secundo argumentum, quod in quibusdam rebus veritas, & in quibusdam præsumptio. & opin.

poterit. [a] Cùm enim post decem dierum spatium [b] sententia in auctoritatem rei iudicatæ [c] transeat, qui ad prouocationis subsidium iuxta id temporis spatium non recurrit, ideo appellandi * sibi aditum præcludit: quia per hoc videtur interpretatione iuris velle latæ sententiæ obtemperare. [d]

Interdum nec post decem dies sententia transit in iudicatum. h. d.

Excipiuntur tamen multi casus; in quibus sententiæ etiam post decem dies rei iudicatæ firmitatem sibi vendicare non valent, veluti cum de matrimonio [e] est quæstio, aut seruata sententia salus animæ in discrimen [f] adducitur, & alij plures. [g]

a ¶ Non poterit.] Via scilicet ordinaria, & iure ordinario: sed per supplicationem, in integrum restitutionem bene quandoque potest, vt infra de restit. in integr. § fin. & per tot. vbi de hoc.

b ¶ Spatium.] Quod currit à die latæ sententiæ, & sic non excluditur à numero dies illa, in quo fuit sententia lata: sed tempus currit de momento ad momentum à principio tamen hoc tempus est vtile: sed in progressu est continuum, l. 1 § dies quando ap. fit. vbi not. & 2 quæst. 6 § biduum, vbi gloss. in versic. dies, si enim iudex à quo, & ad quem sui copiam non facit, tempus non currit, consuluit tamen Bart. quod pars protestetur, & appellet coram publicis personis, sequitur Abb. id cap. quo ad consultationem, eo. pro quo videtur tex. in cap. pastoralis, § præterea, de offic. deleg. & in cap. fin. de app. & ibi latè habetur, dic vt ibi.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, § quod sententia lata postquam per decem dies non fuit appellatum regulariter retractari non potest, & quidem optimè. Nam post decem dies sententia transit in rem iudicatam, nec amplius in dubio refricari potest l. res iudicata, ff de reg. iur. quia facit de albo nigrum l. 1 § fin. cum duabus ll. seqq. ff de liber. agnoscendis, & falsum mutat in verum Bald. in cap. præsentia extra de renunciat. Cruet. cons. 79 numer. 1 volum. 1. Surd. cons. 61. Immo è contra verum mutat in falsum, & facit ens de non ente gloss. in verb. repeti in l. si non sortem ff de condict. in debit. Ias. in l. Iulianus verum debitorem colum. 2. numero secundo eod. tit.

c ¶ Iudicatæ.] Ante sententiam: ergo non est reperire rem iudicatam: si ergo ante mãdatur exequutioni reuocabitur exequutio. cap. non solum vbi not. de app. in 6 quod habebit locum etiam in causa criminali, tenet Abb. in cap. quo ad consultationem, eo. fac. not. per Bar. in l. qui vltimo supplicio ff de pœnis, & no. per Abb. in cap. consanguinei. vers. vltimo quæro. eod.

* Appellandi.] In hoc Galliæ Regno facultas appellandi vsque ad annos triginta protenditur, Rebuff. in procm. constit. reg. glos. 5 num. 93 Chopin. de vtili Andeg. rer. Domin. lib. 3 cap. 2 tit. 5 num. 10 Faber. in suo cod. lib. 7 titul. de tempor. appellat. 27. definit. 16 quamuis de iure intra decendium sit appellandum vt hic auctor & authent. hodie, Cod. de appellat. velintque Ordinationes Caroli 7 anni 1453 art. 18 & Francisci I. anni 1535. cap. 16 articul. 1 quod nemo audiatur appellans nisi illicò vt sententia fuerit recitata prouocet sed per literas appellationis ab eo quod illicò non appellauerit releuatur Rebuff. vbi supra. SOLIER.

d ¶ Obtemperare.) Sententia enim tunc demum post decem dies transit in rem iudicatam, quando vitium forte in ea contentum est per partes remissibile, & non aliàs Abb. in cap. iurauit, de probat. concor. l. fina. Cod. de sentent. quæ sine certo quanti & l. ab eo. Cod. quomodo, & quando iud. ET inducitur hoc ad q. an ex sententia condemnatoria iniusta oriatur naturalis obligatio? Videtur enim quod oriatur: quia ex consensu oritur naturalis obligatio, l. 1 ff de pact. dic. vt per Bar. in d. l. ab eo. & per Abb. in cap. quo ad consultationem eod. Nota tamen, quod omissio appellationis, præsertim ex causa, non purgat vitium sententiæ quominus pars possit habere regressum contra iudicem, quia iste consensus non est verus, sed interpretatiuus, vt per Abb. in cap. pastoralis, §. quia vero de offic. deleg. Idem si pars fecit quantum potuit; puta, quia bis appellauit.

e ¶ De matrimonio.] Cap. Iator, vbi de hoc latè habetur, eo. causa tamen matrimonialis transit in rem iudicatam quoad instantiam: quia non potest amplius super dicta causa procedi ex primis actis. Abb. in c. ex literis de rest. in integr.

f ¶ Discrimen.] Cap. inter monasterium, vbi in fi. not. eo. Ab. in c. nouit. de iudic. Ratio, quia hoc non est per partes remissibile. Ab. in c. iurauit. de probat. & not. sup. in verbo obtemperare.

g ¶ Plures.] Putà, si simus in causa beneficiali respectu superioris, Ab. in c. cum Bertholdus, eod. & in capit. nisi de præb. & in cap. 1 de conces. præben. & in cap. cum olim, de dol. & contu. & in cap. cum contingit. eo. titul. & in capit. cum dilecti. de elect. Idem in sententia censuræ Ecclesiasticæ, Abbat. in capit. ad reprimendam, de offic. ordin. & in alijs pluribus, de quibus per Iason. in l. admonendi, ff de iureiur. & viginti quatuor similes casus enumer. Venusin. in suo spe. aureo in princip. 3 partis principalis iudicij. Not. tamen

quod in omnibus casibus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam debet nihilominus appellari infra decem dies, sicut ab alijs: aliàs lapso dicto termino appellari non poterit, sed solum per viam querelæ poterunt tales sententiæ reuocari, nec potest adiri iudex appellationis: quia per lapsum dicti termini tollitur remedium deuolutiuum, not. in dict. cap. ad reprimendam, & per Abbat. in cap. consanguinei & in cap. ex parte de restit. spoliat. vers. concludo breuiter. Felin. in d. cap. lator Perus. in cap. directè, de appellatio. vnde non videntur dictæ causæ ab alijs differre.

Io. Bap. De eo quoque CASVS. Cum sententia super certo negotio præsupponatur lata, nec ab eo fuerit appellatum: ille, ad cuius fauorem fuit, volebat ea vti aduersus quosdam tertios in processu non nominatos, ea ratione motus, quia res iudicata simpliciter, & non respectiuè pro veritate habetur, l. res iudicata, ff de reg. iur. Solu. tamen, vt hîc in text. legimus, quia actiones morales cum à circunstantijs regulentur, secundum earum quoque varietatem varientur, & ideo verificatur regul. in text. ad not. & obiectio in contrarium facta non obstat: Not. iudicium afficere solum res, & personas in processu nominatas, sed limit. iuxta text. & ibi Doctor. in capit. fin. de probatio.

Res inter alios acta alijs præiudicium regulariter non adfert. h. d.

De eo quoque admonendi sumus [a] quod & si sententia [b] transierit in rem iudicatam præter eos, inter quos dicta fuerit regulariter [c] neminem lædet: [d] si quis tamen cum sibi primùm de ea re actio, vel defensio competeret sustinuit sequentem agere, aut passus est eum, à quo causam habuit, experire, ipse quoque sentiet ex re iudicata præiudicium.

DE EXEQVVTIONE rei iudicatæ.

TIT. XVI.

Rem iudicatam sequitur exequutio. hoc dicit.

SI igitur sententiæ latæ legitima appellatio non occurrerit, intra statuta tempora exequutioni mandanda [e] erit.

Sententia lata in reali actione statim exequutioni demandatur, in personali post quatuor menses. h. d.

præsumptionem inducendam benè præiudicat: quia acta inter alios transferunt onus probandi in eum, contra quem faciunt Abb. in cap. cum inter canonicos, de elect. & not. in cap. dilectus, 2 de simon. & in ca. interrogatum, 2 quæstio. 5 & per Legistas in l. fina. duo. ff de iureiuran. Immo Bart. in l. admonendi. ff de iureiur. tenet quod illa sententia faciet semiplenam probationem Abb. in cap. quamuis, eo. dicit hoc relinquendum iudicis arbitrio. Sed an saltem prosit? Respond. non l. res inter alios, Cod. quibus res iudic. non no. & fac. illa regula. Contrariorum est eadem disciplina.

DE EXEQVVTIONE rei iudicatæ.

POstquam in præcedenti titul. vidimus de sententijs, & re iudica. sequitur videre de illarum exequutione, propterea proponitur hic titul. iste, qui diuiditur in 3 partes, in quarum prima habetur qualiter res iudicata sit exequenda, in secunda à quo sit exequenda: in tertia an exequutor possit de fraude contra eam opposita cognoscere: secunda ibi, sed si ordinarius: tertia ibi, quod si princeps.

SI igitur. CASVS. Alter litigantium, videns quod à sententia ad eius fauorem lata non fuit aliter appellatum petebat eam exequtioni mandari: quia si via eâ rescindendi est denegata, solum exequutio remanebat, sed pars aduersa se opposuit, quia videtur absurdum exequutionem concedere nisi prius cognito an sit iusta, Solut. vt in text. legimus, quia aliter res iudicata non haberetur pro iudicata, & sic tenet ratio pro altera parte adducta, pro altera verò, tenet limitatiuè, quando, scilicet vt dicit tex. exequutio excederet: Not. primo quod etiam in exequutione datur certus terminus, idque videtur factum vt inde iusta appareat: vnde not. secundo argument. quod creditor non debet esse ad exigendum ita promptus, vt debitor cogatur statim ferè soluere.

a ¶ Sumus.] Hic § & c. quamuis, eo. vnde sumitur, materiam continent subtilem, prolixam, & copiosiorem quam vt per notulas tradi possit, ideoque pro eius clariore, & pleniore elucidatione recurrendum est ad not. per Doctor. in d. cap. quamuis.

b ¶ Sententia.] Quid dicemus de alijs actis causæ, vt puta, de attestationibus, similibus? Dic quod regulantur à sententia. Vnde quibus nocet vel prodest sententia, nocent vel pro sunt acta cap. inter dilectos, vers. nec attestationes de fid. instr. Inn. & Ab. in c. causam quæ de testibus per Legistas in l. sæpè, ff de re iud. Idem de confessione, vt per Doctor. in cap. quamuis, eo. quæ ratione publicæ vtilitatis facit fidem etiam in alio iudicio, Abb. in dict. capit. causam quæ.

c ¶ Regulariter.] Benè regulariter: quia hoc habet satis multas exceptiones, de quibus per gloss. in capit. quamuis eo. in verbo res inter alios, & prolixius, & exactius ibidem per Abb.

d ¶ Lædet.] Respectu pleni præiudicij: sed quoad

e ¶ Mandanda erit.] Quia parum est iura esse in ciuitate, nisi sint, & per quos iura mandentur exequutioni. l. 2 § post originem, ff de orig. iur. & de materia vide per Host. in sum. eod. § quando, & à quibus & per Spec. in § videndum, & in c. quoad consultationem, eo. vnde sumitur, & alibi sæpè.

ALOYSIVS RICCIVS. Est videndum pro intelligentia quid sit exequutio, & quotuplex sit exequutor. Quoad primum exequutor dicitur ille qui sententiam ritè latam ad effectum producit, vt expressè patet in l. exequutorem C. de exequutione rei iudicatæ.

Dixi ritè latam, quia sententia nulla non meretur exequutionem, l. 4 § condemnatum, ff de rei iudicata Alex. latè in cons. 91 volum. 1 imò retractatur si non seruatur ordo text. in l. à diuo pio, § in venditione, ff de rei iudicata ita Abb. in decis. 358 & quando exequutio non ritè facta retractetur vide Bellug. in specul. princ. folio 177, num 33 & an sententia possit exequi ante liquidationem Cravetta in consil. 164.

Sed multùm intererit, vtrum in reali, an verò super personali actione sententia lata fuerit. Primò enim casu statim: [a] secundò non nisi post emensa quatuor mensium [b] spatia exequutioni mandabitur. *

Quadrimestre tempus potest prorogari, & breuiari. h. d.

Licèt autem quadrimestre tempus in pernisi impetrata iudicis licentia vt illam exequi liceat nonobstante superannalitate, Rebuff. in proem. constit. Reg. glos. 5 n. 44 Imbert. Instit. Foren. lib. 1 cap. 54. num. 2 & 3 Ranchin. ad q. 135 Guid. Pap. quia relata iustitiæ anno antiquantur, cap. plerumque, de rescript. contra l. falso, cod. de diuersis rescript. fallit in citatione reali, *Decret de prinse de corps* quæ superannalitati nõ subjacet, Rebuff. & Ranchin. DD. locis. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti §. Auctor noster proponit tempus intra quod sententia debet exequutioni demandari, & distinguit tres casus.

Primus est vbi sententia esset lata in actione reali, quo casu statim fit exequutio, vt probatur in cap. quærenti de officio delegati, quæ dispositio ampliatur, vt intra prædictum tempus non valeat iudex prorogare, seu diminuere, Neuiz. in cons. 41 Crescent. in decis. 3 de officio delegat. limita tamen in bonis exequutis virtute sententiæ nullæ posse retineri virtute hypothecæ, vbi constat de debito, & obligatione. Dec. cons. 449 num. 22 Nouel. regu. 206 nec per alienationem rei impeditur exequutio sententiæ l. à Diuo Pio, § si super rebus, ff de re iudic. Amic. singul. 28 Thesaur. Pedemon. decis. 65 Couar. pact. quæst. cap. 15 & exequutio sententiæ ex iuxta causa differri potest, quando affert, damnum irreparabile si exequatur, & audientia erit prius exceptio nullitatis etiam si altiorem indaginem, & requirat. Bald. in lege ab exequutione C. quorum app. non recip. numer. 7 Minad. consilio 28 numer. 5 vel quando alia exceptio opponeretur Menoch. de arbitr. iudic. primo, conclus. 98 & numer. 6 quod secus est, in exequutione trium sententiarum conformium, quia tunc non impeditur exequutio, Clement. prima de re iudic. etiam si euidens sit nullitas Couar. pract. quæst. cap. 25 Ripa in lege 4 § condemnatum, num. 85 ff de re iudic. Menoch. de arbitr. iudicum, lib. 2 quæstio. 9 & refert quamplures opiniones, Bald. in dicta lege, ab exequutore, num. 8. nisi esset nullitas resultans ex incompetentia iurisdictionis Grammat. in consilio ciuil. 43 glos. in clem. prima in fine de caus. poss. & propriet. sequitur, in cons. primo, Gramm. post decis. numero 48 licèt per excepionem statim, vel incontinenti probandam exequtio instrumenti liquidi impedietur. Menoch. de arbitr. iudic. casu. 17 numero 7 Carauit. Ritu. 166 numer. 57 & sequente, & quando statim, & incontinenti dicatur probanda exequutio Menoch. casu. 16 num. 4 casu 17 numer. 8 & melius in casu 18 per totum, & quando tertius posse ssor. possit impedire exequutionem sententiæ vide Couarr. quæst. cap. 16 Duen. reg. 274 & Boer. decis. 79 nullitas quæ potest incontinenti probari etiã per extrinsecas probationes impedit exequutionem sententiæ non sic in nullitate, quæ altiorem requirit indaginem Bart. in l. 4 § condemnatum, ff de re iudic. Gratianus in regul. 326 Gabr. in consilio 43. numer. 38 & 42.

Retardatur pariter exequutio sententiæ, si sententia esset lata contra defunctum nam non potest remitti exequutioni contra hæredem non citatum ad dicendum, causam quare non debet exequi Vrsill. decis. 147 Grammat. cons. 49 ie ciuil. & si hæres aliquid momenti objcit, auditur. Summariè iuxta tex. & Doctor. in l.

Quo ad secundum exequutor est duplex merus scilicet, & mixtus: merus dicitur is qui post latam sent. & post habitam causæ cognitionem super exceptione iudex commisit nudam exequutionem facti vt in commissione quæ fit nuntio scribit Bart. in cit. l. à diuo Pio § in venditione, ff de rei iudicata quem refert, & sequitur Ab. in c. 5 vers. 3 membro princ. eod. tit. Mixtus verò exequutor ille dicitur qui citat aliaque facit ex necessitate actus vel quia est datus cum clausula vocatis vocandis, vt latè per Fel. in c. de cætero, de sententia, & re iudicata.

a ¶ Statim.] Vt no. in c. quærenti. de offic. deleg. Et in causa criminali, vt ibidem habetur, & 11 quæst. 3 in cap. cum apud. Et habetur hæc materia clarè per hos versus.

In personali post menses quatuor intre
Protinus est omnis sententia perficienda,
Sic in criminibus, sed casus excipe quinque
Confessus, prægnans, iratus, & insula, seruus.

Quorum versuum declarationem habes in d. c. cum apud.

b ¶ Quatuor mensium.) Sed an hoc tempus dandum sit & his, qui à principio confitentur debitum, cum hic non feratur sententia: sed solum fiat præceptum de soluendo? iuxta no. in c. dudum 2 de cle. & 2 quæst. 1 cap. nos in quemquam, & in l. 1 C. de confess. Quidam quod non, vt no. in l. si debitori, ff de iud. & in § omnes instit. de verb. ob leg. Sed in contrarium videtur tex. in l. certum, § fin. ff de confess. dic. quod primam opin. approbat consuetudo, quæ dat confesso solum decem dies. Secunda est de iure verior, vt per Bar. in d. l. si debitori, si ergo cesset consuetudo, seruabitur, l. certum, § si is autem cui hæc tempora indulgentur, vt euitet omnes molestias, debet satisdare de soluendo dicta l. si debitori vbi Bar. & per Abb. in d. cap. quoad consultationem, eo. vers. sed quæro iuxta prædicta, quod putat verum Abb. quando talis debitor esset de fuga suspectus, vel non esset soluendo.

* Exequutioni mandabitur.] Apud Gallos quælibet sententia intra annum potest indistincte exequutioni demandari per annos triginta, Ranchin. decis. parte 2. conclus. 472 quia iudicari actio perpetua est, l. miles. § iudicati, ff de re iudic. post annum verò non potest

sonali actione sit regulariter statutum, ex causa [a] tamen nonnunquam [b] & arctari, & prorogari [c] potest. Sed qui ab initio terminum recipit sponte [d] breuiorem, sibi id imputare [e] debebit, cùm ex voluntate propria iuris beneficium contempsisse videatur. Vnde postea non audietur appellans, nisi forte aduersus eũ modus exequutionis canonicus excedatur [f] siue ab ordinario [g] siue à iudice delegato, siue etiam ab arbitro* res iudicata ferit.

à Diuo Pio, § fi. super rebus, ff de re iudic. & sic pluries practicaui, & affirmat. de Franch. in decis. 405 numero 8 Hæc conclus. limitatur, non procedere in sententia in interdicto vti possidetis, quia tunc exequitur contra hæredem non citatum idem de Franch. in decisio. 199 Vinius opin. 381 quod exceptio per singularem successorem, seu per hæredem, creditoris non potest fieri nisi in citato debitore, & absens qui conuenitur vti hæres debitoris omnino est citandus nec sufficit per edictum, si incerto loco degat. Grammat. decisio. Lusitan. 15 neque instrumentum exequutioni potest de mãdari contra hæredem non citatum etiam ex forma statut. Roderic. in lege post rem iudicatã versic. extensio fol. 550 de re iudic. neque ius exequtiuum transit in singularem successorem etiam si ex pacto creditor posset ingredi propria authoritate in rem obligatam gl. est sing. in l. ea lege Co. de conditio. ob causam, & commendat Bald. in l. 2 C. si aduers. creditor.

Secundus casus quando sententia esset lata in actione personali, & tunc conceditur, quadrimestre tempus ad soluendum l. debitoribus, ff de re iudic. quod tempus currit à die sententiæ, & si fuerit appellatum à die confirmationis l. 2 C. de vsuris rei iudic. & conceditur pariter fideiussoribus condemnatorum l. fin. C. eo. & potest prorogari, l. qui pro tribunali.

Tertius casus est in criminalibus, & tunc sententia non debet differi. sed statim exequutioni mandari lege cum reis C. de pœnis, & ratio est ne detur occasio supplicandi, l. si quis forte, ff eod. limita tamen si Princeps. iratus rescribat, aliquem puniri vltra modum regularem, quia tunc debet iudex vsque ad dies triginta differre exequutionem, vt videat si princeps pœnam relaxet, l. si vindicari, C. de pœnis.

Aduertas tamen, quod regulariter, sententia corporalis non debet mandari exequutioni intra decem dies qui, dantur ad appelandum, vt voluit Bart. in l. addictos de appellationibus & in l. qui vult. ff eod. per text. in l. 11 ff nil. nouari appellatione pendente.

a ¶ Ex causa.] Quis autem probare debeat in causa appellationis an appellans: quod sine iusta causa iudex terminos iuris breuiauerit, an appellatus: quòd ex causa fecerit, vide per Ab. in ca. quod ad consultationem, eo ver. qui autem probare.

b ¶ Nonnunquam.] Non ergo semper & indistinctè sed cum causæ cognitione, iuxta no. in l. à procedente, C. de dilat. & per Abb. in ca. quo ad consultationem eo. vers. sed ego, & versic. & fac. hæc litera, & in ca. cum sit de appel. Bart. in l. 2 ff de re iud. & in ca. quærenti, de offic. deleg.

c ¶ Prorogari.] Poterit autem prorogatio fieri etiam sine causa, cum sit fauorabilior coarctatione, ita not. in l. 2 § si quis, ff de re iud. quod intelligit Abb. quantum ad hoc quod factum iudicis valeat, nisi appelletur poterit tamen secundum eum appellari: quia non debet aliam partem sine causa grauare de quo latè per Legistas, in d. § si quis & per Nattam in cl. sæpè, de verb. signif.

d ¶ Sponte.] Secus si contradixit, & inuitus recepit, secundum Host. sed secundum Inno in dubio præsumitur quis sponte recepisse, de quo dic latius per Ab. in ca. quoad consultationem, eo.

e ¶ Imputare.] Sed contra: quia immo videtur quod lex suppleat factum hominis, l. 4 § si quis condemnatus, ff de re iud. Sol. secundum gloss. in cap. quoad consultationem, eo. quod id quod hic dicitur, procedit quando iudex arctat cum causa, vt not. in verbo, nunquam contrarium, quando sine causa: sed hæc non placet. Ab. quia si ponderentur verba versiculi, & qui ab initio, clarè ibi innuitur, quod etiã si sine causa iudex decurere curauit spatiũ, inputand. est sponte recipienti: aliàs versic. ille superflueret, quia vbi iusta causa subest, non requiritur quod iudicium exerceatur in inuitum, secundum Host. quem sequitur Ant. vis ergo tota videtur in hoc scilicet, an pars sponte receperit terminum breuiorem, an non sponte, vt per Ab. ibi ver. & ram circa primam fac. l. ad solutionem, ff de re iu.

f ¶ Excedatur.] Sic 2 q. 6 § sunt quorum, & § ab exequutore, & cap. nouit, de appel. & c. super quæstionibus, § nos autem de offic. dele. & l. ab exequutione, Cod. quorum appel. non reci. Sed videtur quod nunquam sit necessaria appellatio: quia aut exequutor facit quod mandatur & tunc non conceditur: aut facit aliud & tunc nulla est sententia sua, vnde non est necesse appellare, cap. 1 de sent. & re iud. quia non fuit seruata forma mandati, vt cap. cum dilecta de reser. cap. examinata, de constit. vtil. & inuti. Resp. iudex potest excedere mandatum faciendo, quod mandatur plus aggrauando illum, contra quem fit exequutio: nam tunc tenet sententia, & necessaria est appellatio. Item si obijciatur excommunicatio, 11 qu. 3 c. cum excommunicatio, & c. cum inter de exec. & cap. pia. eod. tit. in 6 Item si inuocatio facta esset post rem iudicatam: nam tunc mutatur ordo exequutionis, l. 4 § si ex conuentione, ff de re iudic. Item si præuenire velit tempus quadrimestre, d. l. 4 § si quis condemnatus. Item si male interpretaretur sententiam, l. ab exequutore, ff de app. Item si obijciatur quæstio falsi, ca. de cætero, extra, de sent. & re iud. & l. iudicari. C. si ex fals. instrum. & cap. super eo. de falsarijs. Item si fiat exceptio, per quam retro nullum fiat iudicium, vt in ca. nostra, de procu. & hæc not. in capit. quo ad consultationem de sent. & re iud. super, verbo excedatur. Sed ad hoc contra de l. diligenter, ff mand. vbi dicitur, quod qui excessit mandatum aliud quidem facere videtur. Solue, vt per Abb. in d. c. quoad consultationem, ver. sed contra præcedens dictum.

g ¶ Siue ab ordinario.] Vt per Host. in summa eo. § quando, & à quibus, ver. & a quibus, & per Spec. eo. § nunc dicendum.

* Ab arbitro) In Gallia sententia ab arbitro lata paratã exequutionem non habet nisi eam auctorarit iudex ordinarius & tunc non arbitri sed ipsius iudicis auctoritate exequutioni mandabitur, Ranch. ad q. 60 Gui. Pap. & Rebuff. de liter. obl. art. 6 Gloss. 3 nu. 30 etiam si partes postquam sibi fuerit pronunciata illam ratam habuerint contra l. 5 in princip. Cod. de recept. arbit. quia cum arbitri iurisdictionem non habeant à principe sed ab ipsis partibus iure priuatum est eorum iudicium. SOLIER.

Sed si. CASVS. Quidam iudex delegatus voleba Io. Bap

ad petitionem alterius partis suam sententiam exequutioni mandare, ea ratione quia qui potest circa antecedens, videtur etiam posse circa consequens, cap. translatio de const. altera verò pars opposuit exceptionem de potestate, quia iam functus est officio suo, l. iudex, ff de re iud. & ideo non videtur ipse posse se amplius intromittere, Sol. tamen, vt in tex. legimus, quia si aliter esset exequutio sæpe traheretur in longum? ad obiectiones autem dico, quod per vnã confirmatur solu. altera vero aliquando verificatur. Not casum, in quo iurisdictio delegati extenditur ad euitandum absurdum, & sic est inferendum, quædam esse concedenda aliquando propter aliquid bonum, quæ aliàs prohiberentur.

Delegatus à principe potest propriam sententiam intra annum exequi. h. d.

Sed si ordinarius [a] ad mandatum [b] iudicis à Principe [c] delegari nolit, aut quibusdam obsistentibus sententiam ab eo latam suo effectui mancipare nequeat datus ipse iudex illam exequution mandare poterit [d] & resistentes ecclesiastica sententia [e] coercere [f] & non solùm vsque ad quadrimestre tempus quod ad soluendum debitum à lege reo conceditur: sed vsque ad annum [g] integrum ad exequendam sententiam iurisdictionem [h] exercere poterit.

Iudex deputatus super exequutione sententiæ admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis, non vt super ea pronunciet, sed vt negotium ad superiorem, qui iudicauit. transmittat. h. d.

Quòd si Princeps propriam sententiam per aliquem exequutioni mandari iubeat, [i] & circa negotium fraus interuenisse dicatur, [k] exequutori de toto negotio cognoscendi tur continuum, nisi reperiatur contrarium, not. in rub. ff de diuer. & tem. præs. & in cle. vni de resti. in integ. & sic curret etiam diebus feriatis, & dato impedimento, & habebit iste annus dies 395 sicut annus quilibet, nec est curandum, quod incidat annus bissextilis: nam secundum Ab. in d. ca. quærenti. pro regula capiendum est, quem vbi à iure datur annus intelligitur de 365 diebus continuis. l. 3 § Stichus ff de stat. lib.

a ¶ Ordinarius.] Ad quem regulariter pertinet exequutio sententiarum, vt infra eo. § cum igitur.

b ¶ Ad mandatum.] Nota quod delegatus Papæ potest mandare ordinario loci, quod sententiam suam exequatur: nec mirum, quia quo ad causa sibi commissam maior est omnibus post Papam c. studuisti, de offic. deleg. & representat personam Papæ, vnde honorari debet, vt Papa, ca. sané de offic. deleg. cap. fin dist. 93

c ¶ A Principe.] Secus in delegato ab inferiore, de quo per Abb. in ca. si quis contra clericum, de foro compet & aliquid per eundem cap. significasti: de offi. deleg. vnde hic sumitur, & per Legistas in l. diuo pio, ff de re iudi.

d ¶ Poterit.] Sed an possit delegatus à principe nõ requisito, vel non detrectante, vel impedito ordinario per se principaliter propriã sententiã exequutioni mãdare? Et non videtur, cum hæc litera, & cap. significasti, de offic. dele. videantur latè hanc potestatem in defectum ordinarij contrarium verius, vt per Abb. in d. cap. significasti, vers. sed quæro numquid.

e ¶ Ecclesiastica sententia.] cap. quæsitum, & ca. significasti, de offic. deleg. Sed an possit talis delegatus Principis inuocare brachium sæculare? Resp. sunt opin. communiter tenetur quod sic vt per Abb. in d. cap. significasti, extra glo. quæro, non tamen potest habere officiales armatos.

f ¶ Coercere.] Cuiuscunque dignitatis sint resistentes, ratio: quia repræsentat personam Papæ, cui totus orbis subest. 9 q. 3 cap. cuncta per mundum, vnde secus in delegato alterius.

g ¶ Ad annum.] Post annum verò expirat iurisdictio talis delegati, licet sententia non fuerit exequutioni mandata, quamquam aliud sit in ordinario, lege prima, ff ne ius fiat ei, & not. in ca. querenti, de offic. deleg. vnde sumitur, & ibi latè per Glossatores, & Doct. erit autem hic annus continuus, vnde curret omni tempore Regulariter. n. omne tempus intelligitur continuum, nisi reperiatur contrarium, not. in rub. ff de diuer. & tem. præs. & in cle. vni de resti. in integ. & sic curret etiam diebus feriatis, & dato impedimento, & habebit iste annus dies 395 sicut annus quilibet, nec est curandum, quod incidat annus bissextilis: nam secundum Ab. in d. ca. quærenti. pro regula capiendum est, quem vbi à iure datur annus intelligitur de 365 diebus continuis. l. 3 § Stichus ff de stat. lib.

h ¶ Iurisdictionem.] Nisi fuisset dies præfixus iurisdictioni: quia tunc post terminum non posset delegatus se impedire secundum Io. And. in cap. causis, de offic. dele. sequitur Ab. in cap. significasti, eo. tit. in 3 not.

Quod si princeps. Hæc pars licet habeat plura capitula, quoniam tamen CASVS potest in omnibus commodè figurari, propterea est aduertendum, quod quidã exequutores sententiarum cum ab altera parte audiuissent quandam sententiam non esse exequendam propter fraudem, vel quia alia de causa erat iniusta, vel propter appellationem à principe admissã non obstante clausula appellatio remota, vel propter restitutio. in integrum, vel propter aliam similem. qua de re. volebant, vel tale negotium cognoscere, vel ipsum ad superiorem referre, & sic exequutionem retardare, idque putabant sibi esse licitum, quia alioquin aliquis indebitè & iniustè læderetur, quod repugnat iuri. & rationi. Cæterum Sol. prout. in hac parte cauerur, quia regulariter ad exequutionẽ est omninò procedend. cum res iudicata pro veritate habetur vt sæpe dix: aliquando tamen ob qualitatem casus contingentis aliter est dicendum, & tunc procedere obiectio in contrarium facta. Not. primo quod exequutio aliquando ob diuersas causas suspenditur, quod facit pro illis, qui cupiunt eam euitare. Not. secundò, quod arg. rei iudicatæ etiam instrumenta debent regulariter exequutioni mãdari, quod tamen dictum videtur habere aliquam difficultatem: Not. tertio, quod exequutor tenetur sine causæ cognitione mãdare exequutioni sententiam, licèt iniustam, sed cui hoc negotium faciat vide gloss. hic in verb. tenebitur. *Io. Bap.*

i ¶ Iubeat.] Et sic nota, quòd exequutio sententiæ est delegabilis, quod in delegatione principis non habet dubium vt hic, & ca. de cœtero, eod. vnde sumitur. Sed dubium potest esse de inferioribus, & communiter tenetur idem esse saltem de iure canonico, quo iure omnia sunt delegabilia, habetur in capite quod sedes, de off. ordi. ex quo infertur secundum Ab. in dicto capite de cœtero quod ordinarius, vel delegatus à principe possunt delegare exequutionẽ sententiæ: licet exequutio requirat maiorem iurisdictionem, quàm requirat. decisio causæ.

k ¶ Dicatur.] Scilicet circa negotium principale:

vt quia fuerit obtenta sententia per fraudem, putà, per falsos testes, vel per falsa instrumenta, nam si hæc obijciantur coram exequutore, vt exequutio differatur non est exequutori facultas hoc cognoscendi: quia sic assumeret partes iudicis, quod esse non debet, l. si vt proponis. C. de exe. rei iudi. sed debet referri superiori, ca. de cætero eod. fac c. super eod. de falsis.

facultas non erit :[a] sed ad superiorem quæstiones : si quæ inciderint, deferri oportebit.

Iudex ordinarius tenetur exequi sententiam delegati à Principe etiam iniustam. hoc dicit.

Cùm igitur[b] regulariter contingat, quòd exequutio sententiæ ordinario demandetur, quæri poterit, an si ipsam iniustam esse cognouerit, exequutioni eam mandare debeat, an sit ei subsistendum potius. In qua specie responsum est, quod cum ordinarius delegato teneatur obsequi, licèt sententiam non esse iustam[c] nouerit, exequi nihilominus

a ¶ Non erit.] Immò contra 25 q. c. etsi non non cognitio. C. si contra ius, vel vti publ. Sol. secundum gloss. in c. de cætero eo. quod hic sumus in mero exequutore, qui nullã habet iurisdictionem annexam, sed nudum tantum ministerium. Contraria vindicat sibi locum in exequutore mixto, qui scilicet habet iurisdictionem, & cognitionem annexam. Hæc solutio non placet Abb. quia merus exequutor nullam admittit exceptionem, l. si vt proponis. C. de exeq. rei iudi. sed hic admittitur exceptio, & exequutor cognoscit non vt pronunciet super principali, sed vt remittat negotium infectũ ad superiorẽ: sed non cognoscit de toto negotio, vt hic & in d. c. de cætero, superior ergo plenè cognoscet, & pronunciabit. Nec huic expositioni obstant contraria, ibi enim dicitur, quod exequutor potest cognoscere de fraude allegata, vt si fraus interuenerit de toto negotio cognoscatur, non dicit per exequutorem, quia intelligit per iudicem. Ita nota, in d. cap. etsi non cognitio, & per Innoc. & Abb. in d. c. de cætero.

Tertia species dicitur exequutor mixtus, in quo considero tres casus principales.

Primus casus est in exequutione, quam lex committit iudici in defectum iurisdictionis, vt putà quando sententia esset lata à delegato loquendo de isto casu concludo, quod habent omnem cognitionem, quę requiritur in exequut. Bart. in l. à diuo Pio num. 5 ff de re iudic. & ab hac conclusione non discedunt in effectu Butr. & Abb. in c. de cætero de sent. & re iudic.

Et sic habetur ex hac conclusione, quod huiusmodi exequutores possunt solum cognoscere, & determinare omnes exceptiones cõeernentes exequutionem, sed possunt etiam cognoscere, & pronunciare super nullitate sententiæ, & actus, vt apertè scribit Butr. sub verb. credo, & Abb. in locis supra proximè citatis, quia Commissarius isto casu, vt inquit Abb. succedit in loco iudicis, & ideo quicquid potuisset opponi coram eo poterit opponi coram isto exequutore.

Secundus casus est quando is, ad quem recurritur pro exequutione sententiæ est superior, vt putà si pro exequutione sententiæ latæ ab Archidiacono recurritur ad Episcopum, & loquendo de isto casu concludo, quod iste superior poterit à fortiore cognoscere, vt posset exequutor Spec. tit. de exeq. sent. § nunc dicendum sub nu. 5 Butr. c. de cætero sub num. 3.

Tertius casus est, quando committitur exequutio sententiæ in auxilium iurisdictionis post latam sententiam, vt putà quando vnus iudex requirit assum iudicem pro exequutione sententiæ, vel quando statutis ciuitatis committitur alicui exequutio, & in isto casu distinguo duas species cognitionum.

Prima cognitio est circa res, in quibus debet fieri exequutio, & dico quod exequutor habet istam cognitionem Bart. in d. l. à diuo Pio Abb. vbi suprà num. 5.

Secunda cognitio est, super exceptionibus, quæ opponuntur post sententiam, & in istis rursus distinguo, nã quædam exceptiones respiciunt materiam causæ principalis, & de istis non potest cognoscere Bart. & Abb. vbi supra numero 4.

Quædam exceptiones respiciunt solam exequutionem, & non infringunt sententiam, vt voluerunt citati authores.

Quædam exceptiones directè veniunt contra sententiam, & eam impugnant, vt exceptio nullitatis, & in isto casu non potest nisi ad finem, vt supersedeat, & remittat ad superiorem non autem, vt super illis pronunciet Bart. vbi suprà num. 9 Butrius num. 3.

ALOYSIVS RICCIVS. Dubitatur in præsenti § si iudex deputatus super exequutione sententiæ habeat causæ cognitionem etsi possit admittere exceptionem in quo articulo fac conclusionem, quod iudex deputatus super exequutione non habet causæ cognitionem nec admittet exceptiones, l. si non cognitio, l. si contra ius, l. sicut proponis, ff de re iudic. cap. de cætero eod. tit. verum pro absolutæ intelligentia distingues tres species exequutorum, prima est exequutor merus, & loquendo de isto concludo, quod non debet admittere aliquam exceptionem Abb. nu. 1 Felyn. nu. 4 & in cap. de cætero, de sent. & re iudic. idem Felyn. in cap. pastoralis, § quia verò num. 18 de offic. deleg.

Limita tamen si exceptio nullitatis sententiæ sit notoria, quia exequutor quamuis merus potest eam audire, & cognita nullitate sententiæ potest Spreta sententia denegare exequutionem Rom. consil. 51 num. 1 & in terminis Felyn. in d. cap. 5 de cætero sub nu. 4.

Secunda species dicitur merus exequutor seu minister exequutoris cuius officium est vilissimum, & non dignum allegantia iurisdictionis, & dicitur apparitor qui nullam habet iurisdictionem Rebuff. in tractat. de sent. exequ. art. 7 gloss. 12 num. 9 & loquendo de isto concludo, quod doctrinæ supra citatæ non procedunt in eo, quia iste nullam penitus potest audire exceptionem, quia exequutoris minister, & si isti exequutores id est birruarij excedant modum, vel inordinatè exequantur potest reus recurrere ad iudicem, qui mandatum relaxauit, vt corrigat excessum.

b ¶ Cum igitur.] Pro intelligentia, tam huius, § quam vniuersæ materiæ præmitte, quod plures sunt species exequutorum, de quibus per gloss. & Doct. in cap. pastoralis, § quia verò de offic. deleg. vnde hic sumitur.

c ¶ Non esse iustam.] Secus si exequutor nouerit sententiam esse nullam, vel præceptum nullum ipso iure, tunc enim non tenetur quis tali mandato parere, nec enim potest in tali actu dici iudex, argum. cap. forus, de verb. signific. Immò tali iudici exequi volenti re-

ſſti poteſt propria auctoritate, vt per Ab. in cap. paſtoralis, § quia verò, & in cap. ſi quando de off. deleg. & not. per Ab. in cap. ſupereſt de crimin. falſi. Eſt tamen differentia, an ſit lata per falſas literas delegatorias, vel contra falſum procuratorem, an per falſas probationes. Primo enim caſu ſine vlla temporis præfinitione non mandatur exequutioni. Secundo verò tempora ad agendum de falſitate ſunt limitata, vt per Ioan. And. in c. cum venerabilis de exequu. & per Abb. in d. cap. ſuper eodem.

a ¶ Tenebitur.] Sed an hoc procedat etiam in cauſa criminali, vbi ſententia eſt corporis afflictiua? In. non putat hoc caſu ſententiam iniuſtam exequendam, & approbat. Abb. in cap. paſtoralis, § quia vero de off. deleg. pro quo facit, quod etiam taciturnitas partis non purget ſententiam: quia nemo eſt Dominus mẽbrorum ſuorum, l. liber homo, ff ad leg. Aquil. & c. contingit 2 de ſentent. excom. hinc eſt, quod condemnato ipſo inuito poteſt tertius appellare, l. non tantum ff de appel. & 2 qu. 6 in ſumma item non procedit, quod hic dicitur in exequutore extraiudiciali: qui tunc exequutor nõ tenetur exequi mandatum ſuperioris iniuſtum. De ratione diuerſitatis inter exequutorem iudiciarium, & extraiudicialem per Abb. in cap. vniuerſitatis, de ſentent. excomm.

b ¶ Liberet.] Cap. paſtoralis § quia vero, de off. deleg.

c ¶ Inſtare.] Quid ſi inſtiterit non tamen impetrauit? Reſp. appellet & tenebit appellatio cap. ſuper cod. de off. deleg. c. cum ſuper controuerſia, eo. no. in c. paſt. § quia vero, de off. deleg.

d ¶ Inhibita.] Eſt autem huius inhibitionis vis in eo quod tollit appellationis effectum, vt non habeat impedire exequutionem ſententiæ, nec deuoluere cauſã ad ſuperiorẽ, niſi à tempore, à quo ſuperior ex certa ſciẽtia admiſit appellat. vt hic, & in cap. paſtoralis § præterea, de off. delega. vnde ſumitur.

e ¶ Retardari.] Vt priores iudices ſententiam, neque per ſe, neque per alios exequantur, vt in c. paſtoralis § præterea, de offic. deleg. vnde ſumitur.

f ¶ Scientia.] Non intelligas, quod ſit neceſſe hæc verba ex certa ſcientia poni in commiſſione cauſæ appellationis. Sed quod in literis commiſſionis fiat mentio de proceſſu cauſæ, de appellatione interpoſita, & de exceptione oppoſita, ſcilicet quòd prius fuerat cauſa commiſſa appellatione remota: aliàs commiſſio cauſæ appellationis non valeret, niſi fieret mentio de illa clauſula, quia ſi Papa ſciuiſſet, non ſic ita facilè admiſiſſet appellationem. Vnde Papa dicitur committere ex certa ſcientia, quando fuit certificatus de omnibus, quæ potuiſſent eum mouere ad commiſſionem denegandã. Vnde de qualiber clauſula appoſita primis literis, quæ poteſt eſſe impedimentum ſecundatum debet fieri mentio in ſecundis: aliàs non dicitur concedere ex certa ſciẽtia: ſed per ignorantiam, & ſurreptionem no. capitul. cum dilecta, & in capitul. certũ, de reſcript. & per Ab. in capitul. paſtor. § præterea de offi. deleg. & in capitul. inter eo. fac. l. final. C. de prec. imper. offer. & ad hanc materiam referuntur, hæc verba, ex certa ſcientia, non autem ad merita cauſæ appellationis, ſecundum Ab. in d. § præterea, & ita tolluntur quædam obiectiones ibi per eũ factæ.

g ¶ Diſcuſſa.] Confirmatione, vel caſſatione, ſed pone, quod iudices appellationis pronunciauerunt malè appellatum, & ſic confirmauerunt ſententiam latam. Quis mandabit ſententiam exequutioni? vtrum primi iudices, an ſecundi? Reſpond. materia eſt prolixior, quam vt breuibus notulis tradi poſſit, ideo vide per Doct. in capite paſtoralis, § præterea, de off. deleg.

h ¶ In integrum reſtitutio.] Regulariter enim reſtitutio in integrum impedit exequutionem ſententiæ l. vnic. Cod. ſi fæp. in integrum reſti. poſtul. ſi tamen eſt præſumptio contra petentem, quod hoc petat malitioſè, & cauſa protelandi exequutionem, tunc mandatur exequutioni ſententia præſtita cautione, de qua in capit. ſciſcitata, de reſtitutione in integrum, & per Bald. in l. falſam, C. ſi ex fal. inſtru. vide etiam per Lanfran. in cap. quoniam contra de prob. verſ. reſtitutio autem in integ.

i ¶ Plures.] De quibus per Doctor. in capitul. quod ad conſultationem eod.

tenebitur [a] cùm ſibi non cognitio, ſed exequutio tantum fuerit demandata, niſi à dato iudice impetrare valeat, vt ab hoc onere ipſum liberet: [b] nec enim debet iudicis delegati mandato violenter reſiſtere: ſed & apud eundem inſtare [c] poterit, vt exequutionem tam diù differri patiatur, donec principi rei veritas innoteſcat.

Si Papa ſcienter commiſit appellationem interpoſitam à ſuo delegato dato cum clauſula, Appellatione remota, *iuriſdictio primi delegati eſt ſuſpenſa quo ad exequutionem. h. d.*

Sed quid ſi cùm à ſententia lata auctoritate literarum Apoſtolicarum, in quibus inhibita [d] fuerat appellatio, prouocatum fuerit, & literæ poſt appellationem ad alios iudices emanauerint, an ad mandatum poſteriorum iudicum exequutio ſententiæ à prioribus delegata retardari [e] debeat? Et quidem cum Apoſtolicus aliis iudicibus appellationis cauſam ex certa ſcientia [f] committit, & appellationem videtur recipere, & ſimul priorum iudicum reuocare iuriſdictionem. Vſque eò igitur ſententiæ ſuſpendetur exequutio, donec appellationis merita plenius diſcuſſa [g] fuerint.

Poſtulatio reſtitutionis in integrum differt exequutionem, hoc dicit.

Dantur & caſus alij, in quibus licèt ſententia in rem tranſierit iudicatam, differenda nihilominus erit exequutio, vt putà, ſi non protelandi cauſa in integrum reſtitutio [h] petita fuerit, & alij plures. [i]

DE APPELLATIONIBVS.

Io. Bap. COntinuatur tit. & materia ista per gloss. rubr. & ideo non occurrit aliud adnot. diuiditur autem tot. iste contex. in 2 partes principales, in quarum prima tractatur de appellatio. in secunda de confirmation. secuuda ibi, postremò: Prima rursus subdiuiditur in tres partes: in prima habetur quid, & cur sit introducta appellatio: in secunda quotuplex sit adno. in tertia quatenus sit declaratur, secunda ibi, appellationum: tertia ibi, multum autem interest.

DE APPELLATIONIbus. [a]

TIT. XVII.

Quid sit appellatio, & quare inuenta. hoc dicit.

Io. Bap. APpellandi vsus. CASVS. Non figuratur. Not. tamen quod litigantes possunt in iudicio grauamen recipere aliquando ob iniquitatem, & aliquando ob imperitiam iudicum: Not. secundò, quod ex hoc text. potest inferri limitat. ad regul. quâ cauetur quemlibet in dubio præsumi bonum.

DE APPELLATIONIBVS.

a ¶ De appellationibus.] Hæc rubrica secundum Abb. eodem continuari potest duob. modis. Primò, ad totum præcedentem tractatum huius tertij libri. Secundò, specialius ad rubricam proximè præcedentem. Primò sic, suprà in præcedentibus rubricis visum est de his, quæ fiunt in iudicijs, & tandem de ipsis sententiis: meritò restabat tractare de remedijs, quibus ipsi litigantes releuantur in iudicijs, ideo subijcitur, &c. Vel secundum Ioan. And. extra eo. quoniam si à sententia non appellatur, transit in rem iudicatam, & de hoc vidimus suprà tit. prox. appellatio autem impedit effectum rei iudicatæ, ideo de illa est videndum. Vel tertius suprà visum est de sententia, & eius effectu, sed quia appellatio est remedium contra sententiam, meritò subijcitur hæc rubrica.

ALOYSIVS RICCIVS. Ista materia appellationis, est quotidiana, & prolixa, sed nos omissis superfluis, dicemus dicta magis notabilia, & quotidiana. Et primò appellatio est prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi, de quo Burt. in l. 1 ff de appell. Abb. in rubr. extra eod. & ibi Bald. ponit hanc communem diffinitionem. Est quædam defensio, quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis, & debet regulariter omnib. censeri permissa, ex quo est defensio plures terminos suspensiuos continens, est tex. in c. cum speciali, § porro, de appell. & tenet Soc. in consil. 195. volum. 2 col. 3 videlicet appellatio, quæ propriè dicitur quando aliquis in iudicio se aggrauat ab aliquo actu iudiciario tendente in eius læsionem habendo recursum ad superiorem, vt diximus, & de hoc loquitur totus titulus, & extra de appellationibus.

Secundò, est prouocatio quod est nomen magis gegenerale comprehendens appellationem iudicialem, & vt habetur in c. cum sit Romana de appellat.

Tertiò, dicitur relatio, quæ fit ex natura causæ, vt quia est aliqua causa maior, putà feudalis, de qua inferior iudex non potest cognoscere: nam tunc debet eam referre ad superiorem iudicem competentem, vt habetur in c. maiores, de baptismo.

Quartò, in Regno dicitur relatio quæ fit in sacro consilio de quo sunt duæ decisiones Afflicti 28 & 47. Quæ relatio est actus suspensiuus sicut appellatio: Nam relatione pendente nihil potest innouari, & tex. est, & ibi Bal. C. de relat. vbi infert, quod quandiu transmissa, est causa ad consilium iurisperiti, iudex non potest interim ferre ante consilium habitum ab illo iureperito, & habetur in l. ex illo C. de appell. & si iudex procederet reclamatione pendente processus est nullus, pulchrè Cardin. in c. intimasti, col. penult. & fin. vbi benè explicat hanc diffinitionem ad cuius dicta me remitto.

Reclamatio autem est quidam terminus generalis, & refertur ad illas sententias, à quib. de iure non appellatur, vt in sententijs arbitrorum, & tunc reclamatio est idem quod reductio ad arbitrium boni viri, vt habetur per Abb. in cons. 2 col. fin. vol. 1. Potest etiam referri ad sententias Principum vel Præfecti prætoris. Et tunc reclamatio est idem quod supplicatio de qua habetur in l. 1 de senten. Præfect. prætor. & Afflict. decis. 231.

Reductio autem ad arbitrium boni viri, est nouus actus suspensiuus, qui dicitur esse species appellationis l. non distinguemus, § cum quidam ff de arb. & ista reductio secundum Doctor. potest peti vsque ad 30 annos, quicquid dicant alij Docto. hanc opinionem tenet Bartolus in dicto § arbitrorum, & Soc. in cons. 220 col. 4 vol. 2 & habetur in decis. Afflic. 131 Dec. cons. 39 col. pen. vbi plures alleg. & dicit hanc esse communem opin. & exinde non obstat text. in l. cum antea C. de arbit. vbi dicitur, quod taciturnitate decem dierum, emologatur sententia arbitri si non fuerit contradictum, quia illa lex loquitur in arbitro, qui habetur instar Iudicis, non tamen loquitur in reductione ad arbitrium boni viri, quæ sit contra sententiam arbitratoris, qui est velut amicabilis compositor, & procedit potius de facto, quam de iure. Ista enim sententia non emologatur, nisi spatio 30. annorum, ita declarat Abb. in cap. Quintauallis, col. 6 vers. octaua differentia. Et ista reductio petitur coram iudice ordinario, qui esset futurus iudex causæ relictis omnibus aliis opin. vt habetur in decis. Afflict. 2.

Tempus tamen quod habet appellator ad prosequendam appellationem sunt quinquaginta dies secundum constitutionem Regni incipientem appellationum tempora, vt docet Nouarius in prag. 1 de appell. nota. quod non dicit vt post decem dies dantur illi quinquaginta, sed quod currant à die interpositæ appellationis. Vnde eo ipso quod quis appellat, incontinenti dicitur appellatio interposita meritò ab illo die currunt dicti quinquaginta dies ad prosequendam quibus elapsis appellatio dicitur deserta, & condemnatur appellans ad expensas Abb. cap. sæpè col. 3 de appellat. tamen potest si vult exequi sine alia pronuncia. ne daretur materia vlterius appellandi ita Philip. in cap. ex ratione col. 10 in fin. vers. circa septimum de appel. debet fieri infra decem dies à die latæ sententiæ, vt in auth. hodie C. de appellationibus.

Et sic facta appellat. appellans debet præsentare processum coram iudice ad quem, & facere citare partem licentiatâ recedentem alias appellatio esset deserta, vt diximus, quæ omnia habentur in d. constitutione appellation. tempora, & ita appellans habet primum fatale, & sic primus annus seruata

forma iuris communis,& si est impeditus habet ex causa secundum fatale, vt est tex. in auth. ei qui appellat. C.de tempor.appell. & habetur in c.ex ratione si verò etiam in secundo fatale fuerit impeditus solet ei dari etiam tertius annus ex iustissima tamen causa, & iusto impedimẽto, vt probatur in d. cap. ex ratione, & ibi Card.quod quidem intellige quando in toto secundo anno adfuisset alias restituitur sibi non annus integer, sed tantum tempus intra quod durauit impedimentum ita declarat Ab.in d.c.ex ratione in 4. colum. & istud tempus quod datur post secundum fatale datur per viam restitutionis in integrum , & non ipso iure à lege ex reg. Inn. Ab. & Doctor.in d.ca. ex ratione,& glos.Bar. & Doct. in d. auth. ei qui appell. C.de temp. appell.

Sed vtrum elapso primo anno , possit iudex indistinctè sententiam exequi tanquam appellatione deserta, si non constat aliter sibi de impedimento, Doctor.communiter tenent quod non, quia si non sit elapsum biennium, iudex non potest exequi. Nam sententia non confirmatur solo lapsu primi anni nisi etiam labatur annus secundus dicit tex.in d.auth.ei qui appell. & ita expressè tenet ibi Bar.in fi. & Bal.in l.eos eod. tit.nostro,verum secundum aliquos elapso primo anno non constito de impedimento nec apparente aliqua protestatione intentio iudicis est fundata ipso iure exequendo vnde poterit sententiam exequi per d. clem. sicut tanquam appellatio deserte preuiâ tamen citatione ad dicendum quare non debet declarare appell. esse desertam,in quo potest pars dicere de impedimento,& sic daretur sibi secundus annus.

a ¶ Iniquitatem.] Sic l. 1. ff de appellat. Et dic. iniquitatem cum dolo imperitiam sine dolo. Ad primum l. præfecti ff de minor. Ad secundum , l. 1 C. eo. ad vtrumque instit. de iniu. § 1. & vtrobique facit litem suam, vt instit. de oblig. quæ ex quasi delict. in princ. si autem contra constitutionem iudicetur,ipso iure non valet sententia, & non est opus appellatione, vt l. 1 ff quæ sent. si appell. rescind.

* Apud nos aduersus quamlibet sententiã quantumuis ipso iure nullam ad appellationem recurrendũ, est Rebuff. in proem. constit. Reg. glos. 5 n. 87 & 96 Ranchin. ad quæst. 368 Guid. Pap. contra l. ex consensu § cum procurator, ff de appellat. tot. tit. ff de appellat. recip. vel non, & tit. quæ sentent. sine appellat. rescind. & titul. Cod. quand. prouoc. non est necess. & tit. Cod. quorum appellat. non recipiant. etiamsi iudex qui sententiam tulit fuerit incompetens Anton. ad l. 2. Cod. si à non compet. iudice iudic. contra d.l. 2 ratio est, quia viæ nullitatis non habent locum in Gallia , Anton. Despeisses in tract. de contractib. part. 2 tit. de restitutionib. in integrum. SOLIER.

b ¶ Detegit.] Isti sunt duo effectus appellationis accidentales : nec enim ob appellationem detegitur imperitia , vel iniquitas iudicis à quo. Immo interdum iudex ad quem sententiam latam à iudice à quo in peius reformat. l. 1 ff eod. Producit autem appellatio duos effectus naturales , & ordinarios , vnum scilicet suspensiuum, alium deuolutiuum. Effectus suspensiuus est triplex. Nam suspendit pronunciatum , vt in c. venientes de iureiur. c. pastoralis § præterea de offic. deleg. & licet text. in l. 1 ff ad Turpil. dicat quod appellatio extinguit pronunciatum , intelligendum est quod extinguit de præsenti , & temporaliter , sed quoad futurum tempus suspendit, vt per Abb. in rub. eo. Item suspendit iurisdictionem iudicis quo ad illam causam,de quo in cap. super eo de præsump. & statim dicitur hic in descriptione. Itẽ suspendit præsumptionem , quæ erat pro sententia, c. cum ad sedem de resti. spol. & not. in c. in præsentia eo. titu. Nec tamen appellatio operatur semper omnes istos effectus : nam interdum operatur deuolutiuum tantum, exemplum in appellatione sententiæ censuræ Ecclesiasticæ : nam per eã talis sententia non suspenditur,cap. pastoralis est c. is cui de sentent. excom. in 6 deuoluit tamen talis appellatio causam ad superiorem, cap. cum contingat. de off. deleg. cap. per tuas,de sent. excom. & tollit præsumpt. sentent. vt per Inn. in c. bonæ,1 de elect. & in c. quemadmodum contra de probat. fac. no. in c. ad reprimendam,de off. ordin. Idem est cum appellatur à sententia nulla; talis enim appellatio non suspendit pronunciatum , cum viribus non subsistat , sed operatur effectum deuolutiuum duntaxat , deuoluit enim causam ad superiorem , & hoc respectu appellari potest à sententia nulla , vt habetur in cap. dilecto eo. & per Bar. in l. si expressim ff de appel. vt per Ab. & Perus. in rubrica eodem.

Appellationum duæ sunt species : f aut

Appellandi vsus præcipuè iudicantium iniquitatem a * corrigit,& imperitiam detegit. b Est autem c appellatio iurisdictionis prioris iudicis per superioris inuocationem legitimè facta suspensio. Vel appellatio est prouocatio ad maiorem iudicem d ratione grauaminis illati , vel inferendi. e

Appellatio alia extraiudicialis , alia iudicialis. Et de iure canonico etiam extra iudicium appellatur, quæ appellatio prouocatio dicitur. h. d.

c ¶ Est autem.] Hæc descriptio est de mente Host. in summa eo. § quid sit, & licet Bar. in l. 1. ff eo. aliter definiat, eius tamen definitio non discrepat in sensu ab ista, licet eam Ab. non probet in rub. eo. Aliam ponit ipse Ab. quæ quanquam complecti videatur naturam appellationis prolixior est tamen quam vt definitioni conueniat.

d ¶ Ad maiorem iudicem.] Et hoc est vnum de substantialibus appellationis, contra quod non valeret consuetudo, iuxta no. in c. 2 de consuet. in 6 fac. l. 1 § si quis in appellatione, ff eod. quanquam autem non valeat cõsuetudo, quod appelletur ad minorem vel, parem , vel eundem iuris fictione, vt in d.c. 2. Valeret tamen consuetudo appellandi omisso medio c. referente, vbi not. de probatione, & c. Romana. § 1 eod. immo etiam cessante consuetudine valeret appellatio omisso medio, si non fuisset obiectum, no. in ca. dilecti. eod. & traditur per Ab. & Perus. in rub. eo. fac. 2 q. 6 c. anteriorum, § illo videlicet. Et hanc secundam definitionem approbant, & difficile declarant Moder. Venus. in suo speculo aureo in tit. de appel.

e ¶ Vel inferendi.] Hoc verbum respicit etiam extraiudiciales appellat dic. vt habetur in c. bonæ eod.

Appellationum. Casvs non figuratur. Not. tamen causam dist. quia sicut quis aliquando in iudicio, & aliquando extra potest grauari, ita quoque conuenit, vt ei duplici appellatione subueniatur. Io. Bap

f ¶ Species.] Colliguntur hæ duæ species ex c. 1 eo. in 6 & ex cap. cum sit, & c. super eo eo. titu. in antiqu. Sed quomodo differunt hæ duæ species,quoad effectũ ? Resp. secundum Innoc. in cap. dilecti de maior. & obe.

enim extra iudicium appellatur, aut in iudicio. Extraiudicium appellatur, cum quis ante litis ingressum ab aliquo grauamine appellat, vt putà ab electionibus, postulantibus, prouisionibus, & quibuslibet extraiudicialibus actibus, [a] ex quibus se grauatum putet licèt enim sæculares leges non nisi in casibus [b] ante sententiam appellationem admittant, sacri tamen canones etiam extraiudicium [c] passim appellare permittunt : nec solent [d] huiusmodi dici propriè [e] appellationes, sed prouocationes.

Appellatio iudicialis diuiditur in duas species. h. d.

Rursus [f] in iudicio appellatur, aut ante definitiuam sententiam, aut postea. Antea appellatur, vt cum ab interlocutoria, vel alio grauamine prouocatur. [g] Postea, vt cum ab ipsa definitiua sententia appellatur.

Appellans ab interloquutoria, & debet in scriptis appellare, & intra triginta dies Apostolos petere, & exhibere continentes causam appellationis, aliàs causa censebitur deserta, h. d.

& ibi etiam Panor. & per eundem Inn. in c. quia propter de elect. Appellatio iudicialis suspendit factum de præterito, & etiam de futuro, donec expediatur factum appellationis : nam suspendit pronunciatum, & iurisdictionem iudicis à quo, vt in c. si à iudice. eo. in 6 & in l. 1 ff ad Turp. Sed extraiudicialis non suspendit quod gestum est, sed summittit futurum protectioni superioris, ne quis indebitè molestetur, vt no. in ca. cum sit Roman. eo. & no. Bart. in l. fin. ff de appell. recip. sunt, & aliæ plures differentiæ, vt per Ab. in c. bonæ eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Incipit author in præsenti, § enumerare, species appellationum, & diuidit in iudicialem, & extraiudicialem prout etiam Francus in rubric. sub num. 1 de appellat. in 6 Ferrar. tract. de appellat. capitul. 3 num. 16. tom. 5 fol. 64.

Nos verò, vt has species cognoscamus debemus cognoscere earũ differentias, & effectus videamus igitur differentias inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem.

Prima ergo differentia est quod appellatio Iudicialis dicitur propriè appellatio, vt scribunt Ferrar. dict. cap. 3 num. 16 & Contar. in l. vnic. limit. 25 numer. 2. C. de moment. possess. & quod sit propria appellatio, ideoque in materia pœnali odiosa seu aliter scripta sub nomine appellationis non comprehendantur nisi appellatio iudicialis ita Abb. in capitul. fi. not. vltim.

At appellatio extraiudicialis non est propriè appellatio, & ita tenent omnes vnde hæc appellatio dicitur prouocatio Innoc. in capit cum sit Romana num. 1 Ab. num. 21 vers. oppo. & videtur de appell.

Secunda differentia est, quod appellatio iudicialis dicitur in iudicio seu interponitur ab actu iudiciario Ab. vbi supra Dec. not. vlt. numer. 17 & sequ. de appellat. quia appellatio propriè sumpto vocabulo interponitur in iudicio cum appellatio non fiat nisi causa iam cæpta Innocent. in dict. capitul. cum sit Romana, num. 1 Abba. sub numer. 21 verficul. oppon. & videtur de appellat. & ideo tunc dicitur appellatio iudicialis, seu in iudicio quando præcessit citatio aliàs appellatio ante citationem non dicitur iudicialis Franc. numer. 1 in fin. de appellat.

Sed appellatio extraiudicialis seu prouocatio fit extra iudicium, & in causa non cœpta, vnde dicitur prouocatio ad causam incipiendam Innoc. vbi supra, numer. 1 Ab. num. 21 Ferr. tract. de appellat. & quod appellatio extraiudicialis fiat nõ adhuc introducta causa in iudicium, & sit veluti præuia ad litem inchoandam scrib. ideoque habeat vim citationis Iuribus Tholos. tract. de appellat. lib. 1 ca. 11 & quod appellatio quæ interponitur ab actu gesto per iudicem ante citationem non dicitur iudicialis scrib. Gemin. cap. 1 num. 1 vers. nota incidenter de appellat.

Tertia differentia est, quod omnia gesta pendente appellatione iudiciali reuocantur per viam attentati, vt refert, & sequitur Scac. de appellat. q. 3 num. 48 & seq.

Secus est in appellatione extraiudiciali. quia regula est quod gesta appellatione extraiudiciali pendente valent, & non sunt nulla, aut attentata Abb. in cap. si bonæ memoriæ Dec. vbi supra, nu. 34 & sequent,

Limita tamen hanc differentiam dum dixi non reuocari ea, quæ sunt gesta pendente appellatione extraiudiciali, vt non procedat quando illud gestum est contra ipsam appellationem, quia illud venit reuocandum cætera autem alia, quæ fierent non reuocantur quantumuis appellatio iustissima esset Franc. in capit. 1 sub numer. 4 de appellation.

a ¶ Actibus.] Siue fiant à iudice, siue à priuato, vt in cap. concertationi, eo in 6 & ibi no. & in cap. 1 est tit. & li.

b ¶ In casibus.] 2 q. 6 § ante sententiam.

c ¶ Et extraiudicium.] Nedum post, vel ante sententiã concor. capitul. super eod. 2 eo. & 2 q. 6 ca. ad Romanam cum seq. & c. accedens, 1 velit. non contest.

d ¶ Nec solent.] Quomodo hoc procedat, & quomodo sit intelligendum, not. in capitul. cum sit, in verbo, nec solent eod. vnde sumitur, & per Abb. in capitul. super eod. de sequ. possess. & fruct. vbi declarat numer. 2.

e ¶ Propriè.] Vnde si statutum maximè odiosum faceret mentionem appellationis non contineretur extraiudicialis, vt per Abb. in cap. cum sit, & in cap. bonæ eod.

f ¶ Rursus.] Secunda diuisio appellationum iudicialiũ. Et quomodo differant hæ species inter se, vide pe. Ab. in sua praxi. c. 100.

g ¶ Prouocatur.] [Quod hodie per Concilium Tridentinum, sess. 13. in primo decreto reformationis

non licèt indistinctè. Nam in causis visitationis, & correctionis siue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali, ante definitiuam sententiam ab interloquutoria, vel alio quocunque grauamine non appellatur, nec Episcopus, vel eius Vicarius huic appellationi tanquam friuolæ tenetur deferre, nullo obstante stylo, vel consuetudine, nisi grauamen huiusmodi per definitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiua appellari, non possit, vnde ex hoc apparent correcta multa iura.

Multum autem [a] intereſt ab interloquutoria quis prouocet, vel alio grauamine, an à definitiua: nam primo caſu, & cauſam appellationis in ſcriptis [b] aſſignare,

ALOYSIVS RICCIVS. Rursus author diuidit appellationem Iudicialem, & dicit quod alia est à sententia diffinitiua, & alia à sententia interloquutoria. Ita etiam Franc. in rubric. de appellat. num. 1 & ista, vel ab interloquutoria ante contestationem litis, vel post, & quandoque etiam post sententiam diffinitiuam, vel secundum Cardin. Alexand. in Rubric. num. 12 cum sequ. de appellat. est quadruplex Anteiudicialis, quæ interponitur ante litis contestationem Intraiudicialis, quæ interponitur inter litis contestationem, & sententiam diffinitiuam, postiudicialis, quæ interponit post exequutionem, putà ab excessu exequutionis. Rursus alia quæ inducit effectum deuolutiuum, & suspensiuum.

Multum autem.] Hæc pars diuiditur in 7 partes, in quarum prima habetur quid obseruari debeat appellando: in secunda quid sit agendum si appellatio congrua non fuerit: in tertia adnot. casus in quibus appellatio prohibetur: in quarta habetur qualiter iurisdictio iudicis à quo suspendatur: in quarta qualiter tacitè appelletur: in sexta quid iuris, si causa est inter plures, & coram pluribus: in septima agitur de prosequenda appellatione: secunda ibi, quod si iudex. el. 2. tertia ibi, non omnis: quarta ibi, licèt aut: quinta ibi, appellasse autem: sexta ibi, quod sit à pluribus: septima ibi, illud tamen iudiciali.

Io. Bap. Quo ad primum Casvs ita figurari potest, quidam clericus habens diuersas lites, in vna fuit suo iudicio grauatus per sententiam definitiuam, in altera verò per sententiam interloquutoriam, qua de re ab vtraque appellauit ita simpliciter, vt nec Apostolos postulauit, nec de termino ad prosequendum curauit, nec causam aliquam appellationis assignauit, vnde fuit quæsitum quid iuris de huiusmodi appellationibus, & cum practici dicant, in secunda instantia non deducta esse deducenda, & non probata probanda, non videbatur propterea esse dubitandum isto proposito casu. Cæterum Solu. vt in hac parte legimus, quia quemadmodum prima instantia habet certum ordinem procedendi, ita etiam, & in secunda aliquid simile debeat obseruari, & propterea licèt sit verum quod in obiectione dicitur, tamen non videtur aliquo modo obstare, cum vtrumque posse obseruari. Not. 1 quod obseruari debeat in appellationibus, vt legitimè fiant. Not. 2 quod renunciare appellationi aliquando etiam tacitè contingit, & hinc limitatur regul. quâ cauetur quod qui tacet, consentire dicitur in ijs, quæ profunt.

a ¶ Multum autem.] Sumitur ex capitul. 1 eod. in 6 de quo multi dicunt, quod solum habet locum cum appellatur ad Papam, alij, quod si ad quemcunque superiorem, de quo pluribus locis disputat ibi Perus. vnde quæ de eo capitulo traduntur, habebunt locum etiam in hac litera.

b ¶ In scriptis.] Et adeo in scriptis, vt non sufficiat si quis appellet viua voce, & statim per notarium appellationem redigi faciat in scriptis cum expressione causæ grauaminis. Nam debet offerri libellus, in scriptis, secundum Angel. in l. á sententia, ff. eo. in fin. quem sequitur Perus. in capitul. 1 eod. in 6 fac. not. in capitul. fin. de sent. & re iu. in 6. Immo secundum eundem non teneret libellus appellatorius, nisi in eo essent illa verba. In his scriptis, sed hoc cõmuniter non tenetur. Sed nunquid quælibet scriptura sufficiat etiam priuata? Commun. quod sic, & approbat consuetudo, vt not. in dict. capitul. 1 & in capitul. appellatio eod. in 6. Dictatamen scriptura priuata non faceret fidem, nec probaret esse appellatum in scriptis, nisi id probaretur per testes, vel nisi notarius se subscriberet, traditur in dict. capitul. primo, tutius tamen est, vt fiat scriptura publica, & hæc de schedula, quæ datur iudici à quo, in qua continetur appellatio, sed in schedula, quæ datur parti ad intimandum secundum formam clem. causam de elect. requiritur scriptura authentica, vt in d. clem.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, § quod appellans ab interloquutoria debet in scriptis appellare, & intra 30 dies Apostolos exhibere, pro cuius intelligentia nota, quod Apostoli quicquid sit de eorum nomine, sunt literæ, seu instrumentum, quo iudex significat iudici ad quem an detulerit, vel non detulerit appellationi nota tamen quod in Apostolis est exprimenda causa non solum delationis, vel non delationis, sed etiam causa ipsius appellationis cap. 1 § in quibus, & ibi Franc. & Gem. num. 1 & latius sub numer. 4 & quod exprimenda in Apostolis refutatorijs, voluit Scac. de appellat. quæst. 13 num. 23.

Apostolorum tamen species sunt quinque, & prima dicuntur Apostoli conuentionales siue in iudicio iudici refutante, vel tacente, siue extra iudicium, quibus Apostolis debet appellatum apponere suum sigillum licèt hoc non sit expressum in iure Specul. in titul. de Apost. in rubr. num. 1 lib. 4 Vestr. in prax. lib. 7 c. 3. nu. 32 & quod si pars appellata deferat appellationi sit idem ac si detulisset iudex scribit, & retulit Scac. de appellat. quæst. 13 num. 3 & partem appellatam posse approbare appellationem licet nolit deferre scribit Rot. decis. 32 alios 104 & potest appellatus petere etiam quod appellans intra terminum iuris, veniat cum omnibus actis, & monumentis ad curiam, vel mittat procuratorem instructum Rot. vbi sup.

Secunda species dicuntur testimoniales, qui testificant de appellatione facta coram iudice, vel coram publicis, vel honestis personis Specul. titul. de Apost. lib. 4 vers. sed hoc etiam scias Maran. in sua Specul. part. 6. articul. 2. in verb. & quandoque appellat. quæst. 3 numer. 225 & Boer. sign. 8 rubr. de appellat. col. 4 tot. 1.

Tertia species dicuntur dimissorij, per quos appareat quod iudex detulit appellationi, sicque appellantem à sua potestate, & iurisdictione dimittit Specul. vbi supra numer. 1. Franc. in capit. 55. de appellat. Quare eo ipso quod iudex exprimit qualiter appellatio, & eius causam censentur Apostoli dimissorij, seu dilatorij.

Quarta species dicuntur reuerentiales, seu reuerendi quando scilicet defertur appellationi propter reuerentiam superioris Specul. vbi supra num. 8 Franc. in cap. 1 § in quibus de appellat. in 6 dicens quod in causa admissionis appellationis expressa à iudice in Apostolis facit propter reuerentiam superioris erant reuerentiales Maran. in suo Specul. part. 6 art. 2 quæstio. 3. numer. 225. dicens, quod istis Apostolis significantur

appellationem

[a] appellationem aliàs non admissibilem esse admissam propter reuerentiam superioris Vestr. in prax. lib. 1 ca. 3 sub num. 32 capit. lib. 5 cap. 2 sub. num. 1 dicens aduersus Spec. admissorios non differre à reuerentialibus, sed tu dic quod reuerentiales differunt à dimissoriis in eo, quod dimissorii dantur cũ Iudex non dubitat appellationi esse deferendum, at reuerentiales dantur cum iudex dubitat an appellationi sit deferendum, in quo dubio debet deferre quia melius est errare deferendo, quam non deferendo, cum deferendo, exhibeat reuerentiã superioris, quare licèt dimissorij, & reuerentiales conueniant in hoc vno, quod dimissorij, & reuerentiales in casu dubio.

& iudice infra triginta dies [a] instanter [b] petere debet [c] literas dimissorias, & eidem intra dictum temporis spatium debent ab eodem iudice exhiberi continentes, & appellationis [d] causam, & cur appellatio non sit admissa, [e] vel si appellationi forsan ex superioris reuerentia sit delatum. Alioqui si eos intra idem tempus appellãs petere præ-

Quinta species dicuntur refutatorij per quos apparet quod iudex non defert appellationi Spec. vbi sup. nu. 6 Maran. in suo Spec. parte art. 2 & formulam istorum Apostolorum seu literarum ponit Spec. vbi sup.

Sed quæritur an Apostoli sint petendi in ipsa appellatione, vel possint peti quandocumque infra triginta dies Ref. non esse necessarium quod Apostoli petantur in ipsa appellatione sufficit enim quod petantur postea separatim ab appellatione, dummodo petantur intra terminum iuris videlicet dierum 30 vt sub. diuersis verbis loquendo scribunt Gl. 1 in ca. 6 ab eo & in casus figuratione Gemin. & Franc. omnes sub nu. 1 de ap. Archid. in ca. 6 ab eo de appel. in 6 dicit quod petitio Apostolorum non est de substantia appellationis; quia si esset appellans haberet necesse petere Apostolos infra decem dies, sicut infra illos appellare tenetur Vnde inquit licèt non petat Apostolos in appellatione ipsa, appellatio ex hoc non vitiatur, tamen si non petat infra triginta dies reputabitur non appellans Bart. in l. 1 § libelli ff de ap. Maran. in suo Spec. p. 6 art. 2 dicens quod appellatio efficitur deserta de iure cõi si appellans non petierit Apostolos intra 30 dies Ferrar. tract. de app. lib. 2 cap. 6 num. 143 Pet. in prac. capitol. li. 5 cap. 1 nu. 17.

In Regno tamen non dantur illi 30 dies de quib. supra, sed dantur simpliciter quinquaginta dies ad prosequendum coram iudice appellationis quare sufficit quod appellans petierit Apostolos quandocunque post sententiam dummodo eos præsentet iudici appellationis vna cum processu ante lapsum quinquaginta dierũ vt est const. appellationum tempora rubr. 45 lib. 2 titul. 198 & Maran in suo Spec p. 6 art. 2 n. 221 Carauit super ritu. 260 & hi quinquaginta dies incipiunt non à die sententiæ, sed à die appellationis Maran. vbi suprà.

Et praxis est in regno vt appellans debeat ista omnia expedire infra quinquaginta dies videlicet præsentare appellationem processum & Apostolos iudici ad quem, & habere congruum responsum à iudice appellationis, & licentiatus recedere Maran. vbi supra num. 222 & apertius Carauita d. ritus 260 num. 9 in 2 notab.

Sed quæritur secundò. An iudex non deferens appellationi in casu, quo tenetur deferre, & non tradens Apostolos puniatur, & qua pœna.

Circa primum respondeo, quod iudex à quo non deferendo iustè appellationi punitur Specu. tit. de app. § nunc dicamus lib. 2 nu. 1 Franc. in cap. 57 num. 5 & in cap. 59 numero 42 de app. & hoc procedit etiam quando non vult dare Apostolos, quia Iudex requisitus tenetur præcisè dare Apostolos, aliàs non dando ille, processus non solum est nullus, seu venit annullandus, sed vlterius iudex venit puniendus, vt sensit Gemin. in ca. 4 nu. 5 de app. quare non sufficit deferre appellationi, sed requiritur, & Apostolorum traditio, & vtrũque sub pœna.

Circa secundum qua pœna puniatur respondeo distinguendo inter ius ciuile & ius canonicum nam de iure ciuili punitur nõ solum iudex sed punitur ẽt eius officialis, si ei non contradixerit, & punitur triginta pondo auri l. qui iudices C. de app. Spec. tit. de app. § nunc dicamus nu. 1 sed Franc. in ca. 31 de priore sub num. 3 Maran. in suo Spec. p. 6 art. 2 de app. scribunt hanc pœnam habere locum in cã. ciuili, sed si cã. esset criminalis tunc secundum eosdem punitur pœna arbitraria, Bart. in l. addictos, 1 post medium C. de Episc. audiend. scribit quod iudex, qui post interpositam appellationem exequitur sententiam capitalem punitur etiam ipse capitaliter, quia pœna sunt occidere innocentem, & occidere eum qui fugit ad iustitiam ob iuris defensionẽ Lancellot. tamen in tract. de attent. ca. vlt. de pœn. atten. tot. docet quod in criminalib. in certis casib. grauib. est introducta pœna deportationis, nam iudex, qui post appellationem procedit tenetur pœna legis Iuliæ de vi publ. Guid. Pap. tract. de app. q. 2 num. 11 ita etiam refert, & sequitur Farinin q. crim. lib. 3 q. 181 nu. 5.

De iure verò canonico si cã. est ciuilis punitur pœna arbitraria, ita Franc. in ca. 31 de priore; & gl. in si de ap. si est criminalis deponitur Franc. & Maran. locis cit. Boer. decis. 157 & ex his patet cõis conclusio quod iudex non admittens appel. punitur tam de iure ciu. q̃ de iure Canon.

[a] ¶ Dies. Numerandos.] ſ. à die interpositæ appellationis secundum Host. Sed Ioan. And. putat currere quam primum incipit currere tempus appellationis, & sic à tempore scientiæ alleg. l. 1 C. de temp. app. fac. not. in l. quinquaginta, ff de accus. tit. & cle. 2 cod. in 3 glo. quidam concord. vt habetur per Perusi. in c. ab eo cod. in 6.

[b] ¶ Instanter.] Cap. ab eo: eo. in 6 etiam vnico context. cle. quamuis, eo. & vtrobique de hoc not.

[c] ¶ Petere debet.] Nisi iudex ipse sponte obtulisset, secundum Bal. in lib. eos paragrapho Apostolos C. eo. nec enim hoc tenetur petere sponte oblatos, & traditos, sequitur Perus. post Rotã, in c. ab eo in 6 * Literas dimissorias.) Quas Apostolos vocant quorum forma præscribitur in cap. post appellationem 6 forma 2 q. 6 sed quamuis Apostoli seu libelli dimiss. à prieri iudice ad posteriorem sint vtroque iure petendi, cap. 1 in princ. vesic. petat Apostolos & ca. vt super de appellat. in 6 l. vnica in princ. ff de libellis dimissorijs & l. dimissoriæ ff de verb. signif. eos tamen in Gallia appellans petere non tenetur. Imbert. Institut. forens. lib. 2 ca. 1 nu. 7 Math. & Ranchin. ad q. 25 Guid. Pap. iuxta constitutionem Francisci I. de anno 1539 art. 117 nullo Curiarum facto discrimine licet Imbert. d. loco & Neron. ad d. art. 117 in Curijs Ecclesiasticis petendos asserant quod non est in vsu. SOLIER.

[d] ¶ Appellationis.] Admittendæ; vel non & ad hoc quod dicit de expressione causæ limita sex notabilib. modis, de quibus per Perus.

[e] ¶ Admissa.] Sub hoc verborum inuolucro insinuat

tres species Apostolorum nempè dimissorios, refutatorios, reuerentiales.

a ¶ Prætermittat.] Ex negligentia, non autem ex impotentia, secundum Ioan. And. & Peru. in ca. super eo. eo. in 6.

b ¶ Putabitur.] Et hæc est præsumptio iuris & de iure, nec admitteret probationē in cōtrarium, iuxta not. in cap. is qui de sponsa. & tenet Perusi. in cap. ab eo. in 6.

c ¶ Vadat.] Sed nu. iter arreptum habetur pro appellatione? ca. dilecti filij eod. Resp. fortè illud correctū est per ca. vt debitus est, vel licèt habeatur pro appellatione, cum tamen appellatū est verbo, non habetur pro Apostolorum petitione, vt hic & in c. ab eo eo. in 6 & fuit hoc statutum vt facilior instructio per Apostolos habeatur, c. vt super eo. in 6 simile est vbi non sufficit factum quia requiritur verbum cap. Ecclesia nostra de elect. & not. in d. c. ab eo.

d ¶ Certum terminū.] Siue per denominationem dici putà, die Iouis proxima, vel per numerum, putà, hic ad octo dies vel octaua die mensis vt nota. in cle. 2 eod. vnde sumitur.

e ¶ Petat.] Sola ergo comparatio non sufficeret Arg. contra ca. si à iudice eod. in 6 Solu. vt not. in clem. 2 eod. in verbo, nec petat.

f ¶ Terminum.] Qui etiam iudicem arctat, vt not. clement. secunda, eodem.

g ¶ Oblatos.] Arg. quia Apostoli sunt tradendi appellanti non expensis propriis, sed expensis iudicis cum ipse dēat offerre, de quo die vt no in cl. 2 c.

termittat,[a] appellationi suæ renunciasse putabitur,[b] etiam si vadat,[c] aut mittat ad appellationem huiusmodi prosequendam.

Ponit tres casus, in quibus, ob non petitos Apostolos causa deseritur. h. d.

Idem iuris est, si iudex, à quo appellatur, certum[d] terminum appellanti ad recipiendos Apostolos assignauerit, & appellans in assignato sibi termino non compareat, nec eos sibi tradi petat.[e] Idem, & si iudex appellanti responderet intra iuris terminum,[f] se daturum, ec intra dictum spatium congruo loco, & tempore instanter, & sæpius saltem vno contextu petierit, vel sibi oblatos[g] appellans recipere recusauerit.

Tacite, & expressi eadem est virtus. h. d.

Quod si iudex in termino per eum præfixo ipsos petenti non dederit.[h] Aut si dū peterentur, vel intra iuris[i] terminum, vel nullo[k] certo termino præfixo, se daturum asseruerit, postea per appellantem congruo loco & tempore sæpius, & instanter vnico etiam contextu requisitus eos exhibere non curauerit, perinde propriam appellationem prosequi appellans poterit, ac si ei expresse fuissent Apostoli denegati.[l] Alia quoque[m] agenda erunt prout ex tenore, tam Innocentianæ,[n] quā aliarū[o] constitutionū lucul. appar.

In appellatione à diffinitiua non est necesse causam inferere. h. d.

In appellationibus autem à sententia definitiua interponendis, nec causam[p] reddere tenetur appellans, nec etiam suprà dictum quod si non adest, ipsa non concedatur, si verò adest prouideatur, si verò adest prouideatur etiam prout hic legimus, vnde non obstat obiectio, quia illa iurisdictio transfertur in gratiam appellantis. Nota. 1 quod cessante cā. debeat cessare effectus: ampli. siue à prin. siue postea. Not. 2 quod in secunda instantia solum illa causa debet cognosci, & examinari cuius occasione fuit appellatum. Not 3 quod aliquid inhibere non faciendum nisi cum causa legitima, ac etiam cognita quod facit contra nonnullos iudices. Not. 4 quod in iudicio exteriori causa vera, & probabilis æquiparantur, quia interiora nequeūt iudicari.

h ¶ Non dederit.] Primus casus, in quo non officit appellanti non habere Apostolos, & fac. cle. 2 eodem § quod si iudex, vnde sumitur.

i ¶ Intra iuris.] Secundus casus, & per id quod hic dicitur, & in § superiori patet, quod iudex à quo potest infra terminum iuris tenere impeditum appellantē, nec enim cogitur infr. terminum illos dare, fac. c. commissa, de cle. in 6 licèt ergo satis sit appellanti infr. terminū illos petere per modum de quo hic, & in cle. 2 eo. tenetur tamen finem termini expectare, vt videat an iudex offerat, & moram purget.

k ¶ Nullo.] Tertius casus, per quem patet, quod appellans, qui sufficienter petit Apostolos corā iudice qui respondit se illos daturum nullo certo termino stato tuto comparere, vlterius non tenetur: fortius ergo, si iudex non responderit, & adhuc fortius, si negauerit, vt not. in cle. 2 eod.

l ¶ Denegati.] Nec processus super principali factus à iudice à quo tenet ca. ab eo. & c. si eo. in 6. Considera igitur in ista materia quatuor casus contra appellantem, & tres contra iudicem, vt Fusius not. in clem. 2 eod. in verb. denegati.

m ¶ Alia quoque.] Vt putà, quod appellator congruum tempus assignet ad prosequendum, & quod instructè compareat coram sede Apostolica, ita vt possit procedi super negotio principali capite 1 eo. in 6.

n ¶ Innocentianæ.] cap. 1 eod. in 6.

o ¶ Aliarum.] ca. cum sit eo. in Antiq. c. Rom. eo. in 6 cum simil.

p ¶ Causam.] Cap. 1 § post hoc eo. in 6 & ibi not.

Quod si iudex minus CASVS. Præsupponitur quod sit facta appellatio, & cum dubitabatur an esset congrua, iudex ad quem simpliciter volebat appellantem remittere: nec aliter causam cognoscere vel iudicem à quo ne amplius se intromittat prohibere rursus etiam iudex à quo vel ipsemet appellans volens appellationem reuocare, dubitabatur an posset, & cum proprium appellationis sit transferre iurisdictionem in illa causa ad superiorem iuxta not. in rubr. de app. fac. § Archiep. in fi. sup. de Episcopis, videbatur necessario tenendum causam omninò esse cognoscendam à iudice superiori. Cæterum Solu. vt hic decicitur, quia cum pellatio sit inducta ad remouendum grauamen, vt habetur sup. in prin. sequi-

Io Bap.

& in cap. Romana § cum autem, & ibi quoque not. cod. tit. & lib.

ALOYSIVS RICCIVS. Dicit author hic quod in appellatione à diffinitiua non est necesse causam inferere, & meritò quia expressio causæ non est de substantia appellationis à diffinitiua, & immò appellatio est valida etiá quod in ea non expressa sit causa Spec. tit. de app. § qualiter autem num. vers. hæc est vna differentia Archid. in cap. Rom. sub nu. 10 & seq. de app. in 6 Abb. ca. 38 nu. 6 de app. & satis est quod dicat appello quia expressio causæ non est de forma appellationis à diffinitiua Franc. in c. 14 nu. 6 & in ea. 62 nu. 30. de app. imò nec est necessarium dicere iniquam, vel iniustam docet, & benè Contar. in l. vnic. in ampliat. 106 C. si de mon. poss.

dicta diligens obseruatio per omnia [a] sibi locum vendicat.

In appellatione ab interloquutoria debet talis causa allegari, quæ si esset vera reputaretur legitima. hoc dicit.

Cum autem ex probabili [b] causa ab interloquutoria quis duxerit appellandum, talem tenetur proponere, [c] * quæ si probata fuisset deberet legitima reputari, de quo postea superior cognoscet: nec

Amplia, vt procedat tam de iure ciuili, quam de iure canonico, quia regulare est tam attento iure ciuili quam attento iure Canonico, quod causa non sit exprimenda in appellatione à diffinitiua Contar. loco citato limit. 3 num. 34.

Amplia secundò, vt sit vera etiam si essemus in iis sententiis diffinitiuis, in quibus appellatio non admittitur ad effectum suspensiuum quia nihilominus appellatio ab huiusmodi sententiis in re est valida etiam non expressa causa in appellatione, expressio enim causæ operatur solum, quoad lectionem receptionem appellationis, & inhibitionem faciendam, vt ex Archid. Franc. & Contar. locis citatis.

Limitatur tamen prædicta conclusio in quatuor casibus quorum primus est in appellatione à correctione quia quamuis sit appellatio à diffinitiua, tamen est necessaria expressio causæ. Secundus est in appellatione ab exequutione 3. in appellatione à sententia lata in causa commissa appellatione remota. Quartus in appellatione interposita à tertio à sententia diffinitiua propter suum interesse, quia nisi exprimat causam rationabilem, per quam appareat quod prætendit iustum interesse, non auditur quos casus refert, & sequitur Franc. c. 19 qu. 14 num. 25 de appell. ad quos ego addo quintum, & potest esse in sententia diffinitiua lata super eam possessionis momentaneæ, quia requiritur expressio causæ.

Aduerte quod cum in appellatione à diffinitiua non sit necessaria expressio causæ cauere debes ne exprimas, quia si exprimeres friuolam causam appellatio vitiaretur.

a ¶ Peromnia.] Quia in definitiuo non est necesse appellare in scriptis, sed sufficit si appelletur viua voce dicendo appello, & hoc scribatur in actis per notarium, & hoc si appelletur in continenti: nam si appelletur ex interuallo, & in definitiua, appellandum erit in scriptis l. 1 in fin. cum l. seq. & in litigatorib. vbi omnes Legistæ. C. eod. tit. Spec. in tit. de app. § qualiter in princ. Quædam tamen eorum, quæ suprà dicuntur benè locum habent, etiam in definitiua, vt sunt ea, quæ dicuntur de parte negligente petere Apostolos, & de iudice terminum præfigente ad petendum & de iudice dante, vel dare recusante, vt in superioribus §§.

b ¶ Probabili.] Cap. vt debitus: & cap. cum causam, c. vbi de hoc. Sed potest quæri, quæ dicatur causa probabilis, vtrum illa, quæ videtur iudici, vel aliis? Et videtur, quod hoc non sit, referendum ad opinionem iudicis, cap. sacrosanct. de sent. exc. Sicut nec ad opin. iudicis refertur quid dicatur manifestum: sed ad ipsam rei veritatem, c. cum olim de verb. signifi. facit ad hoc 3 q. 7 c. iudicet. Sententiabit enim iudex in hac vt sibi videtur, habita tamē collatione sapientum si non certus, argument. l. qualem, ff de arbi. & in dubio deferat appellationi. cap. sacrosanct. de sent. excom. ad fin. & ita not. cap. vt debitus, vbi latè per Abb. & Perus.

c ¶ Proponere.] Scilicet coram iudice à quo, vt in cap. vt debitus, eo. vnde sumitur. Sed quid si non possit illius haberi copia? Resp. vt not. per Abb. in c. suggestum eod. & quod hic dicitur habet locum etiam si causa esset notoria: quia licèt notorium releuet ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi, cle. appellanti, eo. vbi not. & per Abb. in dict. cap. vt debitus.

* Proponere.] Hoc idem cauetur Ordinatione Ludouici XI. de anno 1512 art. 57. & Francisci I. anni 1535 cap. 16 art. 11. sed tamen non seruatur in Gallia, nec tenetur appellans etiam ab interloquutoria aliquod grauamen, seu causam suæ appellationis in literis appellationis exprimere Imbert. Instit. Forens. lib. 2 cap. 2 Bugny in legib. abrogatis, lib. 5 cap. 62. Charond. in Pandect. lib. 2 cap. de appellat. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Dixit author supra quod in appellatione à diffinitiua non est necesse exprimi causam, nunc dicit quod in appellatione ab interloquutoria debet causa allegari, prout voluit etiam Spec. tit. de app. § qualiter autem nu. 2 Franc. in c. 18 n. 1 & 3 & in c. cum Ecclesia nu. 4 de app. immò hodie non licèt sine rationabili causa appellare scribit de appel. § in quibus num. 25. Immò appellatio ab interloquutoria non expressa rationabili causa est nulla, vt voluit Franc. in d. cap. 59. imò quod debet exprimi in specie, & in genere voluit Maran. in suo Spec. p. 6 art. 2 num. 159 verb. quandoque appellatur, & ratio est quia appellatio ab interloquutoria non potest iustificari ex alia causa, quam ex nominatim expressa, ergo in necessarium antecedens requiritur expressio causæ nominatim.

Ampliatur primò, hæc conclusio, vt habeat locum etiam in appell. à sententia excommunicationis, quia requiritur expressio causæ ex quo non potest æquiparari sententiæ diffinitiuæ Franc. in capite primo, nu. 5 de appel. in 6.

Ampliatur secundo, vt in tantū debeat nominatim exprimi cap. grauaminis, vt non sufficiat illam exprimere generaliter per relationem ad actum dicendo, appello ab iniquitate sententiæ interlequutoriæ, & pro causæ grauamine allego omnes causas, quæ ex actis colligi possunt Rot. decis. 2 aliàs 7 de appel. Franc. in

cap. 18 num. 3 de appel.

Limita ita secundam ampliationem, quando fieri relatio ad certam partem actorum in quibus diceretur apparere de grauitate quia tunc causa grauaminis posset dici nominatim expressa, & ideo sufficere vt Franc. in c. consuluit li. 2 num. 3 & d. c. 39 q. 11 num. 23.

Ampliatur tertiò, vt procedat etiam de iure ciuili Franc. vbi sup. num. 29 vers. postremò quæritur quod etiam sentit apertè. Bart. in l. 4 ff de app. nu. 2 & 4.

enim [a] sufficit appellanti probare, quod ex causa huiusmodi appellauit, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens [b] probaturum non fuisset admissus.

Is, qui minus rationabiliter appellauit condemnatus in expensis ad inferiorem iudicem remittetur, nec potest quis alias causas prosequi quam expressas, hoc dicit.

Quòd si iudex minus probabiliter appellatum esse compererit, appellantem ad inferiorem iudicem remittet, & in expensis [c] alteri parti condemnabit: alioqui [d] ipse procedet, nec licebit appellanti alias causas [e] prosequi, quam quas in appellatione sua nominatim [f] expresserit.

Si dicitur ex iniusta causa appellatum, iudex ad quem, inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione vt probabili, incipiat cognoscere de causæ veritate. hoc dicit.

Quòd si obijciatur non ex legitima [g] causa ante sententiam * appellationem interpositam, & propterea non admittendam esse, nisi prius appellatione recepta, velut emissa ex causa probabili, iudex superior cognoscere incipiat, ne procedatur inferiori prohiberi non poterit. [h]

Cessante causa cessat effectus. hoc dicit.

a ¶ Nec enim, &c.] Concor. cap. interposita, eod. vnde sumitur. Et nota ex hoc vers. 1 quod ex reiectione exceptionis legitimæ non iustificatur appellatio, nisi coram iudice ad quem, probetur exceptio legitima. Vnde infert. Abb. iudicem non grauare partem ex eo solo, quod exceptionem etiam probabilem non admisit, vt per eum latius in d. c. interposita. Secundò not. quod probationis oblatio, & repulsio exceptionis propositæ iustificat. appellationem à iudice interpositam, ita quod sufficit coram iudice ad quem probare exceptionem legitimè interpositam, & oblationem probationis, & repulsionem, de ratione diuersitatis vide per Abb. Perus. & alios in d. ca. interposita.

b ¶ Offerens.] Sed qualis esse debet hæc oblatio probationis ad iustificandam appellationem? Resp. secundùm Ioan. Andr. realis, vt putà, quod secum habet testes, & instrumenta, & ea offerat iudici, sed secundum Butr. Panorm. & cæteros magis communiter in cap. interposita, eod. sufficit verbalis, vt si dicat pars: ego me offero probaturum hanc exceptionem, si & simul petat breuem terminum ad probandum. Item sciendum, quod hæc oblatio non semper iustificat appellationem: sed regulariter, & quatuor casus, in quibus non iustificat ponit Abb. in d. cap. interposita. Sed contra hanc literam est argument. in cap. cum causa, de offic. delegat. & in cap. vt debitus, & in cap. dilecto, eo. Sol. vt not. in dict. cap. cum causa, & per Abb. in d. c. interposita.

c ¶ In expensis.] Hoc generaliter obtinet, quod qui deficit in appellatione, punitur in expensis, capite significauerunt, de test. fac. capite vt debitus, eodem.

d ¶ Alioqui.] Hinc patet, quod si iudex appellationis pronunciat appellationem tenere, quod per hoc eius officium non expirat: sed incipiet postea cognoscere de causa principali, l. generaliter, § fin. autent. C. de reb. cred. & auth. de sanct. Episcopis, § si quis contra aliquem, & net. plenius in cap. vt debitus, eod. in verb. alioquin.

e ¶ Alias causas.] Etiã notorias, vt not. in cle. appellanti, eo aliud tamen in appellatione à definitiua habetur in capite vt debitus, eodem.

f ¶ Nominatim.] Fac. cap. constitutionem de sentent. excommunic. in 6.

g ¶ Legitima.] Cum causa non est in iure expressa, & iudex arbitrabitur, an causa sit legitima, vel non, & si malè arbitratur, appellari poterit, l. arbitrio, ff qui satisdat. cog. & secundum Ioan. And. causa appellatur dubia veluti cum iudex recusatur ratione confraternitatis, & affinitatis ad coniugem, & talis exceptio non admittatur, vel quando quæstio esset dubia propter opiniones, de quibus latè, in capite cum speciali, & in cap. pastoralis eodem.

* Ante sententiam.] In Gallia non licet à iudice Ecclesiastico, ante definitiuam sententiam, ad Superiorem Ecclesiasticum appellare, nisi fortè tale sit illatum grauamen, quod in definitiua reparari nequeat, vt cauetur in concordato tit. de friuolis appellat. in princ. & tunc non poterit n si semel non autem secundò appellare: quia à duabus interloquutoriis conformibus, appellatio non recipitur. ibid. § ab interloquutoriis. SOLIER.

h ¶ Non poterit.] Habes hic practicam, quæ seruari debet in appellatione ab interloquutoria per iudicem ad quem, antequam inhibeat. Primò enim citari debet appellatus ad opponendum contra appellationem, & si opponetur quod causa in appellatione expressa non sit legitima, vel vera, tunc si constet iudici, quod per appellationem sit ad eum deuoluta causa, vt quia constat esse appellatum intra decem dies,

& quod causa sit legitima, & debet tunc admittere appellationem ex causa legitima interpositam; & deinde cognoscere de veritate causæ, & his præcedentibus statim potest inhibere. & non ante secundum Domin. & Perusin. in capite Romana, § quid si obijcitur, eodem vnde sumitur, post Rot. Rom. de quo dic. vt ibi per eum.

Quinasperaluno.
Quæ mare nunc cœlùmque metu, terrasque fatigat.
Consilia in melius referet.

Sed & si iudex [a] sanè vsus consilio [b] ab eius exequutione destiterit [c] quod comminando, [d] vel interloquendo in grauamen partis protulit, nec obstante, quod ab huiusmodi comminatione, vel interlocquutione prouocatum fuerit, [e] ne processus negotij friuolis occasionibus retardetur, in causæ cognitione liberè [f] procedere poterit.

Iudex à quo compellere ne potest appellantem à grauamine ipsius veritatem probare, licèt citare possit ad ipsius reuocationem audiendam. hoc dicit.

Sed videamus, an ius dicenti obtemperare tenearis, à quo propter grauamen, quod tibi illatum [g] asseris appellaueris, si tibi is ad docendum de grauamine, & si de ipso liquerit, ad eiusdem reuocationem audiendam terminum præfixerit: & sanè cùm id ipsum à iudice [h] perspicue pertineret reuocatio ad iudicem ad quem, cap. vt debitus, eodem. Et nota hoc ad ampliationem, leg. quod iussit, ff de re iud. Intellige tamen, si appellans non fecit sumptus ad prosequendam appellationem, l. si pecuniam, ff de cond. ob caus. tenebitur ergo appellans ante reuocationem reficere sumptus appellato, vt not. in c. cum cessante eo. Multi tamen contra, de quo ibi per Perus. vers. duodecimo limita.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, § quod index ad quem inhibere non potest nisi prius recepta appellatione, vt probabili incipiat cognoscere de causæ veritate, quod procedit etiam quacunque consuetudine immemorabili stilo in cõtrarium, seu priuilegio aliter inhibitiones processus, & inde sequuta sunt ipso iure nulla ita statuitur in Concil. Trident. cap. 7 sess. 22 de reformat. & propterea animaduertendum circa inhibitiones, quod vt notant Innoc. Dominic. Franc. & alij, in c. Romana de appellat. in 6 iudex ad quem non potest inhibere iudici à quo nisi prius incipiat de causa cognoscere, quando fuit appellatum ab interloquutoria, & quando à diffinitiua, nisi prius cognouerit fuisse appellatum intra decem dies, & propterea, vt ibi dicit Ioan. Andr. cauti appellantes deferunt copiam sententiæ; sed quando appellatio est prohibita à diffinitiua nisi in certis casibus tunc prius debet incipere de causa cognoscere *ita* præcitati authores deducunt ex d. cap. Romana, § si vero, § quod si obijciatur, & sequent. in Curia Archiep. Neap. olim statim fiebat inhibitoria, vt in Rit. 56. Hodie verò in causis à Papa delegatis seruat Ritum, & statim inhibet, & iustè ex adductis per Oliuam super d. Ritu. In causis verò iure Metropolico deuolutis per appellationem non statim inhibet, sed solet Vicarius mittere literas suffraganeo, vt transmittat acta, & interim supersedeat, & cum incœperit de causa cognoscere, & de legitima appellatione inhibet in forma, aliàs non, & ita etiam refertur censuisse Sarc. Congreg. & Sacr. Concil. Trident. vtque Episcopus suffraganeus teneatur suis literis sibi amicabiliter transmissis obedire alias posset mandari, quod transmittat acta, & per aliquot dies supersedeat.

a ¶ Iudex.] Tam ordinarius, vt l. quod iussit, ff de re iud. quam delegatus; c. cum cessante eodem vnde sumitur.

Sani cõsilium malè facta reuocare.

b ¶ Consilio.] No. quod dicitur sanum consilium si quis reuocat, quod malè fecit, nec notari debet de inconstantia; sed potius de sapientia, fac. 22 quæst. 3 c. magnæ, & cap. qualiter, & quando 1 de accus. vbi Felyn. & l. nonnunquam, ff de coll. fac. illud Poëtæ.

c ¶ Destiterit.] Tunc autem dicetur desistere, re. cum si est processum ad factum, ipsum reuocauerit: si autem non processum ad actum facti, sed solum ad interloquutionem: nec enim sufficeret si iudex diceret se paratum reuocare grauamen: nam requiritur, quod ipsum de facto reuocet secundum Inn. Host. pro quo; c. si à iudice, eod. in 6 & ibi not. & sequitur Perusi. in c. cum cessante, eo. Sed qualiter iudex mutabit consiliũ suum in alterius iniuriam, contra l. nemo, ff de re iud. Solu. quod hoc fit lege permittente, & ne friuolis, & cap. vt in d. cap. cum cessante, vbi Abb. & alij. *Desistere*

d Comminando.] Videtur ergo, quod si iudex comminatoria verba proferat parti, quod etiam ex hoc possit appellari, nisi de hoc iudex satisfaciat, quod quomodo procedat habetur latè in cap. cum cessante eo.

e ¶ Fuerit.] Quod non videbatur, quasi eius iurisdictio per appellationem suspensa sit, &

f ¶ Liberè.] Ita vt non necessarius consensus partium, hoc enim portat verbum, liberè, vt notat. in capite de multa de præbend. & capite licèt Episcopus, eod. titul. in sexto, & in clemen. dudum de sepult. quod non habet locum secundum quosdam si dicta sententia transisset in rem iudicatam, de quo latè in capite cum cessante eod.

g ¶ Illatum.] Per sententiam interloquutoriam, vel aliter, dummodo non per definitiuam, illam enim iudex regulariter reuocare non potest, siue benè, siue malè iudicauerit, leg. iudex, ff de re iud. capite in literis, & cap. venerabilis, de offic. deleg. Interloquutoria verò regulariter reuocari potest, sed vtraque regula habet duas exceptiones, de quibus per Perus. in capite si à iudice, eodem in sexto, vnde sumitur.

h ¶ A iudice.] A quo, debet enim esse de facto suo certus, cap. ab excommunicato, de re script. l. quisquis, C. de rescin. vend.

ciendum sit, [a] nec coram eo de grauamine docere, nec etiam tanquam coram iudice (cùm per appellationem eius suspensa [b] sit iurisdictio) comparere teneberis. [c]

Iudex à quo citata parte ad reuocationem grauaminis potest procedere, eius contumacia non obstante. h. d.

Quòd si tantùm, vt reuocationem audias, te vocandum duxerit, licèt non compareas, ipse tamen in termino grauamen reuocauerit, [d] in causa procedere poterit, ac si appellatio nunquam [e] fuisset interposita.

Potest appellantem ab interloquutoria pœnitere, & facere, vt prior iudex cognoscat, sed appellato sunt reficiendæ expensæ, quas is fecit ob appellationem. h. d.

Ac veluti in potestate iudicis grauamen reuocantis positum est non obstante appellatione, causam resumere, sic contra, si is qui vocem appellationis emisit, cuius adhuc nemini est demandata cognitio, [f] petierit [g] vt ad iudicem à quo prouocauit, rursus causa remittatur id ei alterius partis contradictione minimè obstante indulgendum erit. Sed hoc ita, vt in legitimis expensis aduersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnetur. [h]

Ponit quamplures casus, in quibus appellationi non est deferendum. h. d.

Non omnis ergo appellatio indistinctè recipienda erit: nam si adeo sit vaga, & generalis [i] vt incertitudinem [k] afferat, siue quod omisso medio sit interposita,

a ¶ Perspiciendum sit.] Sed videtur contradictio implicari. Quomodo enim hoc à iudice, à quo perspiciendum erit, si eius iurisdictio est per appellationem suspensa? Et veritas causæ appellationis probanda sit coram iudice appellationis? cap. Romana. eod. in 6. cum simil. Sed dic, quod licet non possit cognoscere in forma iudicij debet tamen inquirere, & se informare extraiudicialiter, & apertè, vtrum causa in appellatione expressa sit probabilis, & si post inquisitionem remanet dubius, stabitur potius appellationi, quàm sententiæ, ea. dilectus, eodem quia præsumitur appellatum propter grauamen. cap. tenor. eo. Perus. in c. si à iudice eo. in 6 fac. not. in c. sollicitudinem eodem in verbo, sed quia.

b ¶ Suspensa.] Non ergo extincta de hoc not. supra eo. in prin. & in l. 1 ff ad Turp. & in l. furti § 1 ff de his, qui not. infam.

c ¶ Tenebris.] Quod si compareat appellans, & coram iudice ipso, quo appellauit de grauamine doceat, nunquid ab appellatione videtur recesse? Resp. vt no. in ca. si à iudice, eo. in 6.

d ¶ Reuocauerit.] Cum effectu. cap. si à iudice, eod. in 6 & ibi not. & fac. not. supra eod. § proxim.

e ¶ Nunquam.) Not. quod licèt appellans nõ possit suæ appellationi renunciare inuito appellato, de quo in cap. ex parte de reseri. & in c. sacro in fi. de sentent. excomm. & in l. si quis libellos, ff de appellat. iudex tamen reuocando grauamen potest facere, quod appellans renunciet suæ appellationi, appellante, & appellato inuito, vt hic, & per Perus. in cap. si à iudice, eod. in 6.

f ¶ Cognitio.] Sola ergo delegatio videtur facere rem non esse integram, concord. capit. interposita, § ille, eod. vnde sumitur dic, vt per Abb. ibi.

g ¶ Petierit.] Cap. accepta, & cap. interposita, § illa. eo aliàs non debet causa remitti ad iudicem à quo l. eos, C. de app. & 2 q. 6 § ab eo, & cap. per tuas de sentent. excomm.

h ¶ Condemnetur.] Perinde est enim ac si ipse non fuisset prosequutus altero prosequente, c. reprehensibilis, & c. interposit, § ille. eo.

Non omnis ergo. CASVS in hac parte ita figuratur. Quidam cum amaret iustitiam potius verbis quam factis à quacunque sententia, atque facto indifferenter volebat appellare, & iudicis vel domini inferioris potestatem suspendere, vnde fuit quæsitum, an esset permittendum, quidam enim scholares affirmatiuè respondebant, quia cum appellatio sit permissa ad tollendum, & euitandum grauamen, vt suprà habetur eo. in prin. sequitur per cap. cum cessante. eo. de appel. & ibi doct. quod vbi potest reperiri istud grauamen, ibi dari debeat appellatio. Solu. tamen prout in hac parte legimus, quia ad cognoscendum quando liceat appellare, non tantum finem, sed etiam qualitatem causæ super qua dubitatur de appellatione diligenter debemus considerare, hinc cognoscimus qualiter obiectio sit intelligenda, cum aliquando verificetur, & aliquando secus. Not. 2 argu. quo temerè, & inutiliter aliquid facere à iure damnatur. Not. 2 argu. quod malefaciunt iudices admittentes appellationem indifferenter etiam cum clausula, si in quantum, quia debet considerare causas supradictas. Io. Lap.

i ¶ Generalis.] Cap. 2 & c. consuluit 1 eo. arg. ergo quod illud non valet in genere, valet in specie l. si vaus, § pacta. & § illud ff de pact. fac. l. in tradendis, ff commun. prædio. & in l. ac si quis § quæsitum, ff si quis caut.

K ¶ Incertitudinem.] Hoc verbum potest tollere contrarium, c. cõsuluit, de ap. & continet ratione vnius differentiæ interius ciuile, & canonicum. Nam de iure ciuili appellatio generalis respectu iudicum valet, putà si dicatur appello ad iudicem competentem, l. prima in fi. cum l. seq. vbi traditur, ff de appel. quia per hoc non inducitur incertitudo: quia de iure ciuili non potest appellari omisso medio l. Imperatores, ff eo. Vnde genus quod

non potest verificari, nisi in vna specie non inducit aliquam incertitudinem: quia debent necessariò intelligi de iudicio superiori proximè immediatè: secus est de iure canonico, quo potest appellari omisso medio, non solum ad Papam: sed etiam secundum aliquos ad legatum vt no. in c. 1 & in c. translationem, de off. leg. Item ad Patriarcham, secundum Innoc. in c. antiqua de priu. & per Ab. in c. dilecti eo. 2. Vnde quia talis appellatio induceret incertitudinem, non deberet valere, si tamen euitaretur incertitudo, valeret etiam de iure canonico, vt per Ab. in cap. 2 eod.

à parte opponatur, [a] causa non deuoluetur. Idem iuris est, si super notorio [b] crimine, vel de quo quis in iure [c] confessus [d] fuit, prouocetur: nec enim [e] ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ est appellationis remedium institutum.

Regulares non appellant à correctione sui prælati. h. d.

Et ideo nec regulares, [f] cum pro aliquo excessu corrigendi fuerint, contra regularem prælati sui, vel capituli disciplinam appellabunt, sed quod pro salute [g] iniungitur, humiliter suscipient.

A iudice sæculari sedis Apostolicæ non subdito ad Papam non appellatur, & non deferens appellationi punitur. h. d.

Sed nec tunc appellationi deferendum erit, eũ à sæculari iudice * qui tẽporali sedis

a ¶ Opponatur.) A contrario ergo si non opponeretur valeret appellatio omisso medio & hoc communiter tenetur in cap. dile. 2 eo. vbi per Abb.

b ¶ Notorio.] Per facti euidentiam, vt differat à notorio iuris, de quo statim dicit. fac. c. cum sit, & c. peruenit, & c. consuluit. 2 eo. & cap. Romana. § si autem, eo. in 6. Quid autem sit notorium, facti, & quid notorium iuris per Ioa. And. in cap. dudum de ele. quod in cap. vestra de cohab. mulie. & cle. per Ant. de But.

c ¶ In iure.] Aliàs non præiudicaret talis confessio cap. fin. de confess. saluo eo, quod habes in cap. quam sit de excess. præl.

d ¶ Confessus.] De quibus in cap. Romana, § si autem eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit plures casus, in quibus appellationi non est deferendum; pro cuius intelligentia nota, quod nonnulli sunt casus, in quibus appellatio non admittitur. & primò non datur religioso condemnato, seu correcto à suo prælato religioso: *quia inter religiosos non est locus subtili strepitui iudiciali* c. ad nostram de appellat. Lap. alleg. 54.

Secundo non datur appellatio ei, qui tenetur soluere tributum Feder. de Sen. cons. 81.

Tertio petita reductione laudi ad arbitrium boni viri coram iudice ordinario non datur appellatio à sententia tali, quia iudex procedit tanquam arbiter, & persona subrogata loco arbitri Anchar. inter cons. Cald. 1 14 n. 2 de arbitris.

Quarto appellatio non datur à correctione, quia prohibitum est appellare, ne quis corrigatur Cald. cons. 200 alias 3 de appellat.

Quinto appellatio non datur in 37 casibus positis per Specul. titul. de appellat. § in quibus autem casibus. Item vide omnino Corrad. in suo Breuiar. fol. 200. numer. 9. vbi ponit casus 80. in quibus non datur appellatio.

Sexto appellatio non datur in notorio Cald. cons. 109 de appellat.

e ¶ Nec enim,] Sic in c. cum speciali § porro & ca. ad nostram & c. suggestum, & c. propterea, eo.

f ¶ Regulares.] Cap. 3 & c. reprehensibilis eo. vnde sumitur, quod si appellarent, non euaderent notam transgressionis obedientiæ, Ab. in c. breui. de iureiur.

g ¶ Pro salute.] Secus si excederetur modus in illis coercendis, vt habetur latè in c. 3 eo.

* Sæculari iudice.] Secus ergo si à iudice Ecclesiastico ad Papam fuerit appellatum, quod tunc solum in Gallia licitum est cum medius superior non omittitur, quia is prius appellandus est, tit. de friuolis appellat. in concord. in princ. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Concludit hic Author regulari nõ dari appellationé aduersus correctionem sui Prælati. Vnde pro intelligentia sciendũ est, quod nonnulli in iure reperiuntur casus in quibus non appellatur. Vnde pract. Papien. in forma appellationis à sentẽtia diffinitiua col. 3 vbi decem casus enumerat, in quibus non appellatur Crauett. in cons. 263 Dec. in rubr. de appellat. Rom. cons. 248 & cons. 251 Rotæ in decis. 674. 707. 306 763 in antiq. Signorell. enumerat. 15 casus in quibus non appellatur, in cons. 249. Felyn. in c. cum R. & c. P. & Q. de officio delegat. in c. 1 de iud. in c. significauerunt, de except. c. cum omnes de const, & c. causam quæ de rescrip. Tiraqu. de pr. gen. q. 17 oppos. 1 Bal. cons. 35 vol. 5 item in causa studij, vt si Faber. apud scholas malleat, à sententia appellatur. per scribentes in l. prima inst. ff solut. matrim. ab exequutore etiam interloquutoriè magis communis est, quod non appellatur, Alciat. in l. 1 § si quis ita ff de verb. oblig. n. 16 nec à cons. sapientis Bar. & alij *in* l. *si conuenerit*, ff de re iudic. in excedente mandatum gl. in ca. quoad consultationem de re iudic. Ab. in cap. quinque vtilitates enarrat. si appellatur, vel non, num. 24 nec admittitur à possessorio, nec retardat exequutionem Bald. in l. 1 C. si de momen. poss. fuer. appellat. Angel. in cons. 108 Afflict. in decis. 169 n. 3 nec admittitur á decreto affirmatiuo quando iudex concedit Assistentiam virtute instrumenti ad effectum retardandæ exequutionis per ritum magnæ Curiæ, & nouellam. pragmaticam, & habetur, in decis. Afflict. 261 nec in factis notorijs admittitur appellatio Oldrad. in cons. 16 col. 2 Rom. in cons. 324. Hinc dicimus quod notorié Crimine rus non auditur appellans, & eius appellatio non susp endit bal etur in c. propositum de appellat. & specul. in titul. de notorio Crimin. §. 2. vers. quid si auditis nec admittitur appellatio quando timetur, de dilapidatione fructuum, quia potest, iudex etiam pendente appellatione fructus sequestrare, l. Imperatores, §. sui. ff. de appellatio-

& in cap. fin. de seq. poss. & fruct. Spec. in titu. de appell. § nouissimè in princ. sed per quem iudicem fiat, hæc sequestratio quicquid dicat Bar. in d.l. Imperatores dic quod communis conclus. est, quod si petitur, antequam appellatio sit præsentata iudici ad quem per eum recepta debet fieri per iudicem à quo sed si postea debet fieri per iudicem ad quem, ita tenet Ioan. And. & Ab. in d.c. fin. in fi. & Philip. in c. cum teneamur, col. 3 de appellat. & Alex. in add. ad Bar. in d.l. Imperatores, § fi. nec admittitur, appell. à sententia sindicatus contra officiales ex quo non suspenditur executio per appell. vt est regia Pragm. Regiæ dignitati nec admittitur appell. à sententia lata contra administratores loci pij de reddenda ratione Ang. in § Economos in fin. in Auth. de Sanct. Episc. nec admittitur appellatio à mandato de residendo in loco beneficij tex. in cap. peruenit cl. 2 de appel. nec admittitur appellatio à sententia lata cõtra possessorem beneficij in Curia Rom. quia tamen appell. pendente beneficium sequestratur per ordinarium loci iuxta Cle. 1 de sequest. poss. & fruct. nec admittitur appell. ad impediendum, absolutionẽ ab excommunicatione tex. est & ibi Abb. in 3 col. & Phil. in cap. qua fronte de appel. nec admittitur appella. à sententia lata supr. præstatione alimentorum, Afflict. in decis. 152 n. 3 nec admittitur appellatio à sententia sacri consilij ad finem retardandi exequutionem Afflict. decis. 341 post num. 1 sent. continens manifestam iniquitatem non mãdatur exequutioni idem in dec. 39 nu. 5 & in alijs nonnullis casib. non admittitur appell. ad finem retardandi exequutionem, quos enumerat idem Afflict. in decis. 261 num. 1.

Apostolicæ iurisdictioni non subijcitur [a] ad Apostolicum appellatum fuerit, & alijs quibusdam casibus: [b] alioqui is qui legitimæ appellationi etiam de minima causa [c] interpositæ non detulit, canonicis pœnis [d] coercendus erit.

Appellans ab ordinario potest coram eodem super alia causa conueniri. h. d.

Licèt autem prouocatione canonicè [e] à partibus interiecta iudicis, à quo appellatum fuit, officium in illa quidem causa [f] penitus conquiescat [g] si tamen is, qui ab ordinario appellauit super alia causa coram eodem conueniatur, præsertim pro graui, [h] & manifesto crimine appellationis obtentu, quo minus canonica censura puniatur effugere non potest. [i]

Innouata per iudicem post definitiuam sententiam, à qua appellatum fuit, reuocantur statim per iudicem Apostolicum, etiam si ante appellationem fuerint innouata. h. d.

Licet autem Casvs. Cum præsupponatur appellationem esse canonicè factam, partes non contentæ, vt in secunda instantia controuersia, melius examinetur, non solum coram eodem iudice litigabãt, sed etiam circa rem litigiosam multa innouabant: qua de re cum à parte læsa petitum esset attentata prius reuocari, & annullari, fuit propterea quæsitũ quid iuris, & qũo conseruare ius suum vnicuique est permissum, l. fi. ff de legib. & ideo permissa est etiam defensio l. vt vim, ff de instit. propterea talis reuocatio non videtur necessaria Sol. tamen prout in hac parte legimus, quia pendente lite, & secunda instantia nec iudex inferior hẽt aliquid iurisdictionis, & in dãnũ alicuius litigãtis nõ est aliquid faciẽdũ. Non obstat obiectio quia conseruare, & defendere non permittitur indifferenter, sed iuxta formã à lege traditam: No. 1 iurisdict. iudicis à quo esse translatam ad iudicem ad quẽ solũ in illo ca. in quo facta fuit appellatio: No. 2 quod litigãtes debent esse in re litigiosa æquales, & ideo attentata sunt reuocanda.

a ¶ Non subijcitur.] Secus si esset de subiectis, cap. si duob. § 1 eo. & hoc intellige, nisi consuetudo esset in contrarium, d. § 1. Nam non solum hoc posset consuetudo: verum etiam posset inducere, quod laicus posset conueniri coram iudice Ecclesiastico, habetur in ca. si clericus laicũ & in c. ex transmissa de foro cõ. & in d. § 1.

b ¶ Casibus.] Quos collige ex c. peruenit: & cap. consuluit, & cap. cum parati c. cum sit, c. cum speciali, §. 1. c. meminimus, c. suggestum, & alijs, c. eo.

c ¶ De minima causa.] Cap. de appellationibus eo. Sed contra videtur quod immo de minimis non sit curandum, c. & si qq. de sim. & l. scio. ff de rest. in integr. Sol. illud procedit vbi est diuersa ratio inter magna, & minima vel vbi agitur remedio extraordinario. Ita Ab. in c. de appellationibus. Sed quæ dicetur minima causa? Resp. vt no. in c. de appellationib. & in auth. nisi breuiores C. de sen. ex peric. recitan.

d ¶ Pœnis.] Quia si est clericus debet deponi 2 q. 6 c. decreto si laicus 30 auripondo mulctatur l. quoniam, C. eo. & no. in c. de priore, eo.

e ¶ Canonicè.] Secus si ex falsa causa c. super eo. eodem, & ibi no.

f ¶ Causa.] Et si causa sit accessoria, putà, quia appelletur, ab interloquutoria, conquiescit off. iudicis, etiam in principali, siue tam principalis sit connexa art. appellationis, siue non c. super eod. vbi Abb. & Peru.

g ¶ Conquiescat.] Fac. c. dilectis, c. vt nostrum, & c. præterea, & c proposuit, & c. ad hæc c. Imò nec quoad illã cãm officiũ iudicis à quo, penitus conquiescit. Nam in his, quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ appell. iurisdictio iudicis à quo, non est suspensa, dummodo abstineat à cognitione causæ appel. vnde nõ põt prohibere attentata de facto, & attentata reuocare, per hoc c. 2 & quod ibi no. de matr. contract. contra inter eccl. vbi iudex à quo, præcipit partib. ne appellatione durante sup. matrim. de nouo contrahant fac. cap. qua fronte, & quod ibi no. eo. & clarius in c. cum teneamur, & quod ibi dicit, Ab. in 1 no. & in verbo. mihi placet.

h ¶ Graui.] Vt si vxorem alterius detineret, si manus violentas in clericum injiceret ca. consuluit, 1 eo. fac. c. præterea.

i ¶ Non potest.) Not. ergo quòd appellatio iurisdi-

Interposita ergo à definitiua [a] sententia appellatione, non solùm post eam innouata debent per iudicem appellationis penitus, & ante omnia [b] reuocari (exceptis tamen casibus, [c] in quibus iura post sententiam prohibent appellare) sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem contingerit innouari, perinde ac si post appellationem innouata [d] fuissent.

Attentata post appellationem ante definitiuam non reuocantur, nisi primo de veritate constiterit, vel nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuerunt. h.d.

Illa verò, quæ post appellationem interpositam ante definitiuam [e] sententiam innouantur, donec appellationis causam verã esse constiterit reuocari non debent. Nisi iudex appellationis, postquam sibi constiterit per appellationem emissam ex causa probabili fore ad se negotium deuolutum inhibeat canonicè iudici à quo appellatum fuit, ne procedat: tunc enim quidquid [f] post inhibitionem huiusmodi fuerit innouatum, est per appellationis iudicem ante omnia in statum pristinum reducendum, [g] licèt eandem causam [h] non esse veram contingat.

ctionem non suspendit nisi respectu causæ, in qua fuit appellatum, fac. cap. proposuit ca. super eo cap. ad hæc, & pastoralis § ca. verum, eod. & ca. Rom. § cum vero eo. iu 6 Hoc tamen est verum nisi appellans diceret illum in alia causa suspectum, quòd potest, d. ca. adhæc & c. proposuit, & ibi de hoc dic.

a ¶ Definitiua.] Distinguitur ergo inter definitiuã, & interloquutoriam de rõne diuersitatis infra facit ca. non solũ eo. in 6 vt de sum.

b ¶ Ante omnia.] Et si non expectabitur euentus litis. Sed contra li. cum ex ea ff eo. Sol. ibi non negatur, quin etiam ante reuocari possit, quod conceditur per alias leges, ff nil. no. appel. pen. & sic non sumitur ibi arg. à contrario sensu, sicut & l. conuenticulam. C. de Epi. & cler.

c ¶ Casibus.] De quibus 2 quæ. 6 § sunt quorum, & l. 1 2 3 4 5 & 6 C. quo app. non recip. & no. in ca. non solum eo in 6.

d ¶ Innouata.] Et est rõ, quia sicut post appellationem á definitiua nil attentari dẽt, sic nec pendente iure, quod competit cõdemnando ad appellandum s. vsque ad decem dies. indultum n. à iure beneficium, &c. c. indultũ, de re iur. in 6 & dis. 28 ca. de his. Vtrum sicut ius alicui non dẽt auferri, ita nec spes ad ius, vt ff vsuf. quemad. cap. li. si vsufr. in prin. An autem hoc habeat locum in sen. excom. habetur per Io. And. in c. venerabilibus § porro. de sent. excom. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § quod innouata per iudicem post diffinitiuam sententiam, à qua appellatum fuit reuocantur statim per iudicem Apostolicum ad cuius materiam, vide latè Cacher. decis. 9 num. 51 Attentatorum causa non suspendit causam principalem, & sic in ea procedi põt, Affl decis. 131 Attentata præferentur nullitati, super quibus priùs prouideri dẽt idem decis. 16. n. 4 quando attentata suspendat cãm principalem, & in ea non procedatur, nisi prouiso priùs super eis Affl dec. 98 vbi dicit in fine: quod remedium attentatorum cessat quando constat de non iure partis, quæ attentata post appellationem sunt nuda quando reuocanda, & in quib. casib. non reuocetur Marthes. sing. 29 & Campan. in ca. Regni subditorum de violentis nu. 110 cum seq. vbi DD. congerit in materiam attentatorum, datur ẽt contra tertium, ẽt si non haberet causam à parte, vel à iudice, & contra successorem idem nu. 92 & 94 Viu. in opin. 77 nu. 29 Ante omnia post interpositam appellationem debent reuocari Viu. vbi supra, nu. 2 & infra tempus appellandi ibid. nu. 19 Remedium attentatorum magis priuilegiatur, quam interdictum recuperandæ Aucp. decis. 8 Campan. in cap. subditorum, nu. 96 neque attentata recuperantur in beneficialibus vt constat de titulo saltim colorato, dicta decisio 8 num. 3 Cacheran. decisio. 4 nume. 5 An attentata debeant reuocari si appareat appellatio iniustè interposita Guid. Pa. decisio. 213 num. 6 propter ius superueniens secùs à lite cæpta attentatum non dicitur Lanar. consil. 45 num. 7 Remedium attentatorum non competit neque habet locum contra tertium Affict. decis. 345 num. 21 Licèt attentata appellatione pẽdente ante omnia reuocãda sunt tamen si altiorem qu. & indaginem requirãt in cõtinenti, quæ probari nequeant illorũ causam principalem non suspendit, vel impedit, sed vtraque simul agitare debet Gall. obseruat. 146 lib. 1 sed conclusio non procedit, quando attentata sunt notoria, quia tunc iudex etiam parte non opponente talia attẽtata reuocare potest. Idem nu. 7 & quando non debeant reuocari refert Ludouic. decisio. 59 & quid si sint nuda Rolan. consilio 77 volum secundo, & Remedium attentatorum in quibus sit magis priuilegiatum, quã interdictum, vnde vi, vide Cappel. Tolos. decisio. decimaquinta, & causa attentatorum dicitur summaria, in qua ex officio non seruato iuris ordine procedi potest Dom. de Rot. decisio. 1 de offic. iudic.

c ¶ Ante definitiuam.] Scilicet ab interloquutoria vel grauamine, huiusmodi ante dicti tatio est: quia in casu isto appellatio debet interponi expressa causâ probabili, & vera, cap. interposita eo est igitur necesse, quod prius constet de veritate, in euentum ergo litis scietur, an attentata veniant reuocanda necne, simile in ca. fraternitatis, de frig.

f ¶ Quidquid.] Hoc intellige, vt not. in ca non solum, nisi iudex in verbo quidquid in eo. in 6.

g ¶ Reducendum.) Intellige hoc de his, quæ sunt attentata per iudicem, quod apparet, quod hic, & in ca. non solum, § fin. eo. in 6 vndesumitur: dicit inhibeat canonicè iudici. Si autem aliquid attentaretur à 3 is qui non fuit pars, vel iudex in causa illa attentata non reuocatur per modum attentati à iudice ad quem fuit appellatum, sed per suum proprium iudicem cognito de causa seruato iuris ordine c. Romana § in alia eo. in 6 l. is à quo ff de rei vendi. nisi ille, tertius per attentationem illam iurisdictionem iudicis impediret. c. 1 de offic. deleg. de quo dic, vt plenissimè ind. ca. non solum. in fi.

h ¶ Causam.] ob quam fuit appellatum.

Iudicis. Casvs. Quidam iudex cupiens definire cõtrouersiam ortam de confinibus inter duos eius amicos *Io. Bap.*

volebat ad locum venire, ipsum inspicere, & inspectione definire, & cum altera pars ad id se opposuisset, ea ratione quia non erat qu. de qualitate rei, sed solum an actor in ea habeat ius quod oculis inspici nequit, cum sit spirituale. § 1 Instit. de reb. corpora. propterea fuit dubitatum, & quæsitum quid iuris. Solu. prout in hac parte legimus, quia ex natura rerum hoc contingit: ad obiectionem autem dicimus, quod licet qu. sit prout in obiectione dicitur, tamen quoad eius defensionem attinet, nõ est inconueniens vt locus inspiciatur cũ qualitate oriatur ius not. quod qualitas probationis debet esse secundũ qualitatem controuersiæ quod tamen limit. de probationibus cõmunibus.

Non refert quid ex æquipollentibus fiat, & facta plus operantur, quam verba. h. d.

Appellasse autem dicetur non solum is, qui vocem appellationis emisit, sed etiam qui aliquo indubitato facto [a] prouocandi propositum declarauerit. Vnde rescriptum est eum in quem post iter ad Sedem Apostolicam arreptum [b] excommunicationis sententia ab ordinario promulgata fuerit, excommunicationis vinculo non teneri, quasi appellatione pendente lata fuerit, cum plus sit facto, quàm verbo [c] prouocare.

Sufficit exprimere effectum vbi verba non sunt de forma. hoc dicit.

Idem, & in eo responsum est, qui licèt ex simplicitate [d] fortè verbum appellationis nõ expressérit, se tamen & ecclesiam suam, cum molestaretur, Romani Pontificis profectioni subiecit. [e]

Iustus metus excusat adeo quòd non appellãs habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & causas appellationis expresserit. h. d.

Is quoque quem quo minus appellaret iustus metus [f] impedierit, appellationis beneficium conuolasse reputabitur, dummodò infra tempus quo licitè prouocatur coram iudice [g] à quo appellasse vellet: vel si ipsius copiam habere nequierit, coram probatis viris [h] contestatione [i] super hoc proposita, causas appellationis expresserit.

a ¶ Indubitato facto Cum plus sit facto, quã verbo prouocare vt statim dicit, & concor. c. dilecti 1 eod. vnde sumitur, & l. si tamen. § ei qui ff de ædil. edic & l. quibus, ff de ll. & ca. ad audientiam & cap. vt nostrum eo. Sic facto renunciat quis iuri suo, c. ex ore de his, quæ si á maio. par. capit. & ca. gratum, de off. dele. & etiam factis mentium, ca. 22 q. 5 ca. cauere & factis quis consentit ca. per tuas, de cond. appo. vt diffusius not. in d. c. dilecti.

b ¶ Arreptum.] Ad Papam, secundum aliquos in c. dilecti. eo non ad alium superiorem. Tu dic secundum Abb. q ad quẽcumque superiorem sit iter arreptũ habet arreptio vim appellationis, sed hoc interest, quòd si superior est talis, qui possit adiri per viam querelæ, tunc talis arreptio habebit vim extraiudicialis appellationis; aliàs si adiri non possit per viam querelæ, si iudex talis iudicialiter procedat, & pars dũ lis procedit iter arripiat, habebit arreptio talis vim appellationis iudicialis, & ita tolluntur contraria quædam, de quib. habetur in d. c. dilecti.

c ¶ Facto, quam verbo.] Immò videtur, quod sit minus, quia quem quis appellat verbo exprimet, vt debet iustam causam, petet apostolos, & cætera requisita, quæ non explicantur, simplici itineris arreptione. Sol. secundum communem sententiam, quod in itineris arreptione ista omnia debent explicari, vt hoc latius explicatur in c. dilecti. 1 eod.

d ¶ Ex simplicitate.] Vnde est ei parcendum di. 86 cap. tanta, & l. si quis id quod § doli. ff de iurisd. om. iud. concord. alle. in c. ad audientiam eo. vnde sumitur.

e ¶ Subiecit.] ca. audientiam eo. & sic no. quòd vbi ad certum actum explicandum non est præfixa verborum solemnitas, sufficit exprimere effectum rei, licet non exprimãtur propria verba actui conformia: quia verba deseruiunt intentioni, cap. intelligentia de verb. sign. secus vbi solemnitas verborum requiritur, l. ff de verb obli. fac ca. pen. de iureiuran. & intelligit. Ab. & Doct. quod tunc demum submissio protectionis habebit vim appellationis cum habuerit requisita in formali appellatione.

f ¶ Iustus metus.] Id est non vanus, sed probabilis: fa. no. in c. pe de in te. rest. & in li. 1 ff quod me. cau. Non tamen requiritur, quod pars non dederit causã metus nam idem si pars fuisset causa metus, fac l. nec timorem, ff quod met. cau. & in c. veniens, & quod ibi not. de spon. & per Ab. in ca. fi. eo. vnde sumitur.

g ¶ Coram iudice.] No. quòd si non potest habere copiam iudicis, à quo non debet coram alio protestari. Sed nullius vtilitatis videtur hoc remedium: nã quèadmodũ timet quis appellare, ita timebit & protestari, sed dic, quòd minus prouocatur iudex protestando, quam appellando, sed si timeret etiam protestari, tunc etiã quod ipsius copiã haberet, nihilominus protestaretur corã probatis viris, secundũ Ab. in ca. fi. eo.

h ¶ Viris.] Et sic plures debent esse ij, corã quibus est facienda contestatio l. vbi numerus ff de testi. sed communiter tenetur sufficere contestari coram vno dũmodo fiat in præsentia testiũ arg. no. in c. vt circa. de ele. in 6 & sic pluralitas verificatur in vno. simile in l. 2 § quod ait ff de vi. bo. rap.

i ¶ Contestatione.] Metus ergo licèt soleat tollere efficaciã actui, tamẽ hoc loco non sufficit, nisi interueniat etiam protestatio fac. l. 2 C. de his, qui per me. iud. non app. & l. cum quidam ff de ap. ita etiam curritur tempus ei, qui agere non potest nisi istud protestetur fac. c. pastoralis. in fi. de offic. or. & 16 quæst. 3 § is autem, & cap. fi. de elec. & li. vt prefectius. C. de anna. excep. & lib. final. Codice de Episcopis aud.

Quod si à pluribus CASVS. Causa aliquando in iudicio proposita, & diuersa hẽt capita & coram plurib. atque in pluribus litigabatur: qua de ré ob hanc pluralitatem personarum euenit, quòd iudices constituunt ad ius dicendum locum non tutum, partes non omnes, Io. Bap.

omnes, nec coram omnibus appellant, sed E. G. vnus coram vno, & in cap. vno appellat: vnde quæritur quid iuris, & cum iudicium videretur propterea diuidi contra cap. 1 & Doct. de causa possess. & prout negatiuè spondebatur. Cæterum Sol. vt hic legimus, vel quia non semper potest haberi copia omnium iudicum, vel ob vnionem negotij, & personarum aliudnō requiritur, qua ratione suadente etiam obiectio videtur cessare, quia iudicium aliter non diuiditur. Not. 1. ne litigantes priuentur iure suo sæpe quædam permittuntur, quæ aliàs prohiberentur. Not. 2. ar. quòd appellatio aliquando permittitur, licèt in mandato constitutiuo iudicis ipsa prohibeatur.

Sufficit appellare coram maiore parte iudicum. Et omnium actorum intimatio parti appellatæ est facienda. h. d.

Quòd si à pluribus iudicibus appellandum [a] fuerit, quia non semper facilè eorum præsentia simul haberi posset, coram maiori parte [b] ipsorum appellare, & Apostolos separatim petere licebit, valebitque hæc appellatio, perinde atque si coram omnibus [c] interposita fuisset, omnium tamen subsequutorum [d] appellato ignoranti [e] intimatio legitimè [f] facienda erit.

Si vnus ex pluribus appellet, & obtineat in causa appellationis, prodest victoria consortibus, si sit idem negotium, & causa. hoc dicit.

Idem [g] ex contrario, si plures vnâ sententiâ [h] condemnati fuerint, & vnus solus ad appellationis beneficium conuolauerit, istius victoria cæteris quoque suffragabitur, * si communi [i] iure iuuentut, idem-

a ¶ Appellandum.] In iudicio, vel extra à sententia, vel grauamine fac. cle. 1 eod. vnde sumitur.

b ¶ Maiori parte.] Appellabitur quidem coram maiori parte, sed tamen appellabitur ab omnibus, & hoc quando plures sunt, quam duo: nam in duobus non est dare partem maiorem, oportebit ergo tunc quod coram ambob. fiat appellatio, si diuisim possunt haberi. Sed quid si ambo etiam diuisim non possunt haberi, vel quando sunt plures, non potest haberi maior pars etiam diuisim. Sol. vt not. in clem. 1 eodem in verbo maiori.

c ¶ Coram omnibus.] Videndum quod no. in cap. vt circa, de ele. in 6. in præsentia enim iudicis est appellandum 2 q. 6 cap. biduum, vbi de hoc, & cap. suggestum, eo. fac. c. pen. de re iud. in 6.

d ¶ Subsequutorum.] Scilicet appellationis, delationis, termini præfixionis, cle. 1 eod.

e ¶ Ignoranti.] Scienti enim certificari non debet, l. 1 ff de act. empt. l. 1 ff de dot. præleg. cap. cum qui certus. de re iud, in 6 præsumitur autem ignorantia l. verus ff de proba. cap. præsumitur, de regu. iur. in 6.

f ¶ Legitimè.] Per modum, qui habetur in cle. causam. de elect. quæ tamen nihil dicit de intimatione delationis, vel termini, sed tantum de appellatione, de ratione dic, vt not. in clem. 1 eod.

g ¶ Idem, &c.] Octo requiruntur ad hoc vt sententia lata in *fauorem vnius prosit* alteri. Quinque ponuntur in hoc § & in cap. vna eodem vnde sumitur, alia tria per Abb. in d. cap. vna, vbi copiosè de materia.

h ¶ Vna sententia.] Fac. 2 q. 6 c. sunt quorum, & C. si vnus ex plu. app. l. 1 & 2 & intellige quod hic dicitur, quando res est communis pluribus & corporalis, nec diuersitas facti separationem recipit, vt in duobus reis debendi, si omnes condemnati sint, & vnus appellauit, victoria vnius omnibus prodest, vt hic dicitur, & in c. vna eod. & 3 q. 6 cap. quandoque, & d. l. 2 & sint tales, qui non iuuentur beneficio restitutionis: si verò vnus fauore minoris ætatis impetrauit contra sententiam beneficium restitutionis hoc non prodest aliis, per suprà alle. & ideo dicitur hic, si iure communi iuuentur. Si verò res sit incorporalis, communis, & indiuidua tunc victoria minoris prodest maiori, l. si communem, ff quemadmo. ser. amit. in primo responso, & in seruitute indiuidua.

* Cæteris quoque suffragabitur.] Si vnus ex pluribus vna sententia condemnatis appellet, & obtineat, eius victoria aliis prodest qui non appellauerint, leg. si qui § vlt. de appellat. l. 1 & 2 Cod. si vnus ex pluribus appellauerit, cap. vna sententia de appellat. Sed in Gallia aliud obtinet, neque enim ibi appellatio vnius aliis non appellantibus suffragatur, Rebuff. in proœmio constit. Reg. gloss. 5 num. 98 Papon. in decretis, lib. 9. tit. 1. art. 11. Bugny in legib. abrogat. lib. 2 cap. 131 nisi appellationi adhæreāt, aut vocata parte sibi licere frui secunda sententia petant, vt praxis docet. SOLIER.

i ¶ Iure communi.] Secus si speciali, putà, beneficio restitutionis in integrum, vt notat. suprà immediatè.

ALOYSIVS RICCIVS. Appellatio vnius aliis prodest, hoc dicit verumtamen animaduertas hoc esse regulare, vt appellatio vnius aliis prosit dummodo tamen sit idem negotium, eadem causa defensionis, & vna eademque sententia fuerint condemnati prout est in casu de quo agimus iuxta dispositionem text. in dicto cap. vna sententia cuius omnia requisita debent concurrere, vt notat. Franch. ibi num. 5 Imol. in leg. si quis separatim, § quod est reseriptum in princip. de appellat. vbi etiam docet, quod vna, & eadem causa defensionis pro vno sequitur etiam priuatio defensionis pro alio, neque sufficeret esse latam sententiam sub vnico contextu, & vnica carta seu scriptura, quando essent diuersæ res, & diuersi effectus tunc enim iudicarentur plures sententiæ, ita vt appellatio vnius non prodesset aliis Paris. cons. 66. incip. videtur, numero tertio, lib. 1 Lancellot. de attent. ampliat 11. tem. 5. fol. 354. numero decimo tertio.

Et adeo prodest, vnius appellatio aliis, vt non possit fieri exequutio sententiæ contra non appellantem, pendente appellatione, cuius victoria poterit prodesse ipsi appellanti Imol. in d. l. si separatim § quod est reseriptum, in fin. Lancellott. de attent. d. ampliat 11 num. 13.

Et illam prodesse etiam aliis qui non appellarunt, & nocere illis, contra quos non fuit appellatum secundum gloss. in l. 3 § fin. in verb. hi soli de appellat. Bart. in l. si quis separatim in fin. C. eod. tit. Bald. in l. 1 in princip. C. si vnus, ex pluribus Anchar. in capite vna sententia 72. num. 2 & ibi Anan. in princip. de appellat.

Ad hoc enim, vt appellatio vnius prosit alteri vltra requisita, de quibus suprà necesse est, etiam quod

alter, qui non appellauit tacuerit secus si expressè approbasset sententiam, tunc enim quo ad eum transiret in iudicatum Franch. in cap. vna sententia vers. 7 requiritur, de appell. Lanfranch. decis. 460 constat autem ex actis de probatione per multa quæ colliguntur, ex dictis testium deponentium, eos qui non appellarunt, voluisse sententiam acceptare ad effugiendas lites, vnde per approbationem censetur appellationi renunciatum & si ab ea erat appellatum, amplius non potest prosequi appellatio cum sententia approbata transeat in iudicatũ Aym. consilio 103 num. 13.

Præterea licet appellatio sententiæ non esset, per testes probata tamen quando etiam quis tacitè acquieuisset sententiæ, prout sumus in casu nostro, appellatio vnius non prodest alteri. Imol. in l. si quis separatim, § quod est, rescriptum colum. 1 in fin. vers. si autem alter tantum, de appellat. Lanfranch. decis. 460.

Dicitur autem tacitè probare, qui non appellat intra tempus debitum, quando ignorat consortem appellasse, quia tunc non prodest, dici quod non appellauit ex eo, quia confisus fuit de appellatione consortis, ex quo illam ignorauit intra tempus datum, ad appellandũ, ideo tunc videtur non appellando tacitè acquiescere, secus si sciuisset intra tempus datum, ad appellandum consortem appellasse, quia tunc potius præsumitur, eum non appellasse tanquam consilum de appellatione consortis Imol. in l. si quis separatim, § quod est rescriptum colum. prima, in fine, versic. si autem alter tantum, de appellat.

Ex quibus colligitur requiri quod iste sciuerit eius consocium, appellasse quia non videtur posse gaudere appellatione, quam ignorat, Felyn. in cap. cum super col. 2 vers. 7 quando illud, numero 9. de re iudicat. Franc. in dict. cap. vna sententia vers. octauo requiritur de appellat. & ibi Abb. numero quarto in 8 requisito

Ad materiam tamen appellationis multa notabilia cumulat Doctissimus D. Nouarius in pragmatica appellationum tempora de appellat.

a ¶ Eadem causa.] Exemplum in tribus tutoribus iudiuisam administrationem gerentibus condemnatis: secus si vnus gessit, & alter non: quia appellatio eius, qui non gessit non debet prodesse ei, qui gessit, l. 1 C. si vnus ex plur. & cæt. & 2 q. 6 § quandoque, idem si habent diuersas administrationes: quia tunc vnius appellatio non prodest alteri, argum. l. 1 C. de diuer. rescr.

que negotium, & eadem causa [a] defensionis existat.

Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. hoc dicit.

Iam dubitari poterit: si ex pluribus articulis vnius precibus comprehensis in vno tantùm contingat appellationem vetari, vtrum appellatio teneat, si super aliis prouocatum fuerit. Et cum delegantis hæc sit intentio, [b] vt de omnibus articulis, qui in precibus ponuntur, iustitia [c] suum consequatur effectum in omnibus [d] appellatio interdicta intelligitur. Vnde nihil interierit, vtrum appellatio inhibeatur in primo, an in secundo: in medio, an in fine,

De connexis idem est iudicium, & determinatio. hoc dicit.

Sed hoc ita intelligi oportet, si capitula

b ¶ Intentio.] Not. quod verba cuiuscumque dispositionis sunt amplianda, vel restringenda, secundum mentem disponentis, quæ colligitur ex ratione expressa in dispositione, ad hoc quod not. in cap. fin. de re iud. in 6. Idem si non sit expressa, sed possit rationabiliter, & indubitanter coniecturari, quæ fuerit argum. not. in l. talè pactum, § fin. ff de pact. & not. Bald. in leg. maximum vitium, C. de lib. præt. fac. cap. intelligentia de verb. sig. & leg. cum pater, § dulcissimis, ff de leg. 2.

c ¶ Iustitia.] Quæ sæpè violatur per frustratorias appellationes.

d ¶ Omnibus.] Intellige dependentibus, & conuentis, vt in capite inquisitioni. eodem, & de hoc in capite secundo requiris, eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § quod si per rescriptum, committantur plures articuli connexi, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis, vnde nota, quod hæc clausula § appellatione remota, aut in principio, aut in medio, in fine ponitur, & sic si in principio ponatur refertur ad sequentia omnis clausula, in principio posita, vt pro regula constituunt Hippol. cons. 75 numero octauo cum seqq. Hug. in tractat. clausu. pag. 475 colum. 1 Mascard. de probationibus conclus. 301 numero quinto, & ad omnia, quam sequuntur relationem habent, vsque ad finem, quando militat eadem ratio Alberi. de censuris Ecclesiast. tom. 1 lib. 5 disputatione decima quarta, cap. 1 lit. D.

Si verò in medio fuerit posita, præcedentibus, & sequentibus seruire potest, vt probat text. in l. 3 § filius, ff de liberis, & posthum. l. quisquis, ff de legatis 3. capite secundo requiris de appellat. tenet Hugo. in tract. de clauf. pag. 475 colum. 2. Tusch. practic. conclus. tom. 1 lit. C. conclus. 290 numero primo, vbi numero quinto intelligit, quando est posita inter plures articulos connexos, & dependentes ab vno principali.

Item in medio vnius capituli non refertur ad alia, Marta de clauf. part. 4 clauf. 24. numero septimo, quod etiam nunquam refertur, ad sequentia, quando adest dictio prædicta, vel præmissa, quia refert solum ad præcedentia, non autem ad sequentia, capitula habentia suam orationem perfectam maximè inter diuersas personas.

Si denique in fine ponitur. Refertur ad omnia præcedentia, l. talis scriptura, § fin. ff de leg. primo, l. prima, Cod. de liberis præteritis, & c. secundo requiris

de appellat. Bernard. reg. 84 Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 4 § secundo, verb. totus mubles. Intellige, quando militat eadem ratio, etiam si materia sit exorbitans Tusch. dicta conclus. 241 numero 30 Gonz. ad reg. 8 Cancell. Gloss. 36 num. 25 & 28 quia bene refertur ad omnia præcedentia, vbi diuersitatis ratio allegari nõ potest Surd. decisio 88 num. 13 Pereira de potest. eligendi, capit. 11 nu. 27 Tusch. vbi sup. num. 17.

Non refertur tamen ad omnia præcedentia, quando actus redderetur nullus, & Surd. cons. 456 num. 48. Secundò, nec quando inutilis esset dispositio, idem cons. 315 numero octauo.

Tertiò, nec quando commodè fieri non potest, & scriptura, vel sensus non patiatur, idē vbi suprà nu. 9. Quartò, nec quando sequeretur iuris correctio, seu aliud inconueniens, cap. Ecclesia vestra 2 vbi notat. Abb. de elect. Quintò, nec quoties relatio induceret contrarietatem Brunor. à sole in locis communibus, verb. claus. numero 38 in fin. Aut non congrueret verbis dispositioni antecedenti Rot. Bonon. decis. 150. numero 78. Sextò, nec stante diuersa personarum qualitate Rot. Bonon. vbi suprà numero 80. vbi numero 79. idem resoluit quando ratio recti sermonis aliud postulat.

a ¶ Connexa.] De connexis enim idem iudicium, l. eum actum ff de nego. gest.

b ¶ In fine.] Not. ergo quod clausula, seu qualitas in fine dispositionis posita non restringitur ad immediatè præcedentia fac. capitul. inquisitioni, eod. vnde sumitur, & per Abb. in capite secundo requiris, eodem.

c ¶ Non tutum.] Nota, quod iudex locum comparare debentibus constituere debet, quo partes sine periculo possint accedere, & etiam testes, & aduocati, & similes 33 quæst. 2 cap. hortamur, secunda quæst. 2 cap. fin. & l. si locus, ff de iud. immò nec altera pars, quæ non potest venire honestè tenetur ire ad locum inhonestum, l. si quum dies, § si arbiter, ff de arb. Item non solum dicitur locus commodus propter inimicitias, sed etiam si excedat duas dietas, vt capitul. nonnulli. de rescript. Item nec extra prouinciarum terminos est facienda citatio tertia, quæst. 5 capit. neminem, nisi ex speciali iussione Principis anth. sed hodie C. de Episcop. & vbi quis citatur ad locum periculosum non sufficit præstare ducatum, capite accedens, text. vtlit. non contestat. & notat. in capite ex parte tua, eodem.

d ¶ Fuerit.] Sed nunquid sufficiet locum esse tutum procuratori, licèt non sit tutus Domino? Innocen. videtur condemnare: quia potest quis mittere procuratorem. Hostiens. contra concludit enim non sufficere locum esse tutum ipsi Domino, nisi etiam sit tutus procuratori, & non Domino; ratio quia si sibi, & non procuratori, priuabitur iste facultate sibi concessa à iure, vt possit in causa procuratorem constituere, leg. prima, ff de procurat. maximè autem est commodum per procuratorem magis instructum causam promoueri: Ita ex contrario, si locus est tutus procuratori, & non principali, sequeretur quod in causa ardua compelleretur constituere procuratorem, contra cap. querelam, de procur. & hæc opinio commun. tenetur, pro qua fac. capital. siue de coniugi. trigesima tertia, quæstione secunda, & de hoc per Abbat. in capitulo ex parte, eodem.

e ¶ Remedium.] Sed quæritur, an hoc casu possit in continenti appellare, an teneatur proponere coram iudice exceptionem loci non tuti, & si sit proponenda exceptio, debeat ne ibi veritas probari coram iudice, litera hic, & in capite ex parte eod. videtur innuere, quod possit statim appellari. Sed circa hoc plures, ac plures sunt opin. Docto. de quibus per Abb. in dict. cap. ex parte.

f ¶ Idem etiam, &c.] Cap. inter cæteras de sentent. & re iudic. vnde sumitur.

g ¶ Manifestam.] Putà quia lata est contra ius scriptum, scilicet contra leges, vel canones, § 1 suprà eod. ita quod in ipsa sententia continetur error. 1 q. 6 § definita, ver. item si sententia contra ius scriptum. cap. examinata, de confir. vtil. vel inutil. & capite per tuas, de sententia excommunicationis, vt habetur in c. inter cæteras de sent. & re iud.

connexa[a] fuerint, cæterùm quoties clausula, per quam appellationis remedium tollitur, in medio literarum ponitur, si sunt plura negotia, se minimè contingentia, tantùm præmissa complectitur, nisi fortè, & in fine[b] literarum prædicta clausula iteretur.

Appellari potest, si locus non tutus assignatur; etiam si sit rescriptum, appellatione remota, *hoc dicit.*

Interdum etiam non obstante prohibitione appellare poterit, vt decretum est in eo, qui per delegatos iudices in iudicium ad locum non tutum[c] vocatus fuerit:[d] nisi enim locum idoneum iudices assignent, non erit propterea appellationis remedium[e] intercluſum, quòd *appellatione remota* procedi debere mandatum erit.

Manifesta iniquitas impedit effectum clausulæ, appellatione remota. h. d.

Idem etiam[f] obtinet cùm sententia fertur iniqua, licèt enim causa appellatione remota, commissa fuerit, sententiæ tamen stari non debet, si iniquitatem continet manifestam.[g]

Lapso anno, & ex causa biennio, appellatio est deserta. h. d.

ALOYSIVS RICCIVS. Manifesta iniquitas impedit effectum clausulæ appellatione remota; materia huius clausulæ sedet in c. 1 de reser. & in cap. pastoralis in princ. de appel. & de illius vi, & effectibus agunt. Couar. practi. cap. 23 num. 6 & 7 & cap. 15 num. 5. & Hugo. in tract. claus. pag. 481. Cened. ad

Decretal. collect. 128 numero primo, vbi dicit singulare, quod iudex datus appellatione remota deferendo appellationi, ex ignorantia iuris, vel ex propria voluntate, facit vt sententia ab eo lata suspendatur.

Nullus inferior à Principe hac clausula vtitur, Menoch. titul. de testatoris potentia, lib. 1 § 6 numero septimo. Etiam si esset Legatus de latere, qui cum illa non potest rescribere Scac. de appel. q. 16 limit. 1 num. 106 & 109.

Illud tam iudiciali [a] appellationi, quàm ei, quæ extraiudicium [b] interponitur commune est, [c] quod huiusmodi appellantibus annus, [d] * & ex iusta causa [e] biennium [f]

Operatur hæc clausula in omni causa tam principali, quàm incidenti Ceuall. commun. contra comm. tom. 4 quæstio. 1 numer. 933. Et habet locum in causa reconuentionis Scaccia de appellat. q. 15 limit. 7 numero 23.

Item operatur ne attentata reuocentur per viam attentati, quia licèt appellatione pendente nihil possit innouari in tot. titul. ff nil nouari appellatione pendente, hoc tamen fallit si est commissa causa, appellatione reuocatoria: nam hoc casu non obstante appellatione, poterit per iudicem à quo appellatum est innouari, & sententia exequutioni mandari secundum Innocen. & Hostiens. quos refert, & sequitur Rodriq. quæst. regular. tom. 1 quæst. 8 articu. 13 quia iudex non tenetur deferre appellationi, si tamen pars appellauerit, & tali causa quæ si esset vera deberet legitima reputari potest adire Principem, qui poterit appellationem admittere si sibi visum fuerit Rodriq. vbi supra & nos in Collectan. decis. parte prima, Collect. 135 post medium.

Operatur etiam, vt excommunicatio lata post appellationem teneat Scaccia de appellat. q. 17 limit. 22 num. 56.

Clausula hæc intelligitur solummodò de friuola, appellatione non de legitima, & ideò parum, aut nihil operatur quando non est appolita præuia causæ cognitione glos. in verb. sententiam in fine, in ca. vt debitus honor. 59 de appel. glos. 2 in cap. ex parte 13 de offic. deleg. Menoch. de arbitr. cas. 197 numero secundo. Nihil etiam operatur si constat de grauamine notorio Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 74 num. 46 Scac. d. q. 16 limit. 1 numer. 84 & ideo non tollit appellationem, si iudex dolo malo, vel lata culpa sententiauit Scac. d. limit. 1 numero 83 nec quando iniustitia sententiæ est detecta, & notoria Tusch. tom. 1 lit. A. conclus. 400. num. 21 & 25 idem resoluit, quando proceditur absque parte, & extraiudicium. Nec etiam impedit recusationem iudicis Scacc. dicta limit. 1 nu. 89 90 & Marches. de commissionibus par. prima, pag. 301 n. 59. Item in his, in quibus appellatio est specialiter concessa à iure Scaccia dicta limit. 1 num. 80 & 81. Item non operatur contra tertium, commissa enim causa appellatione remota non prohibetur tertius appellare pro eo, quod sua interesse putauerit Menoch. de arbitr. lib. primo, quæst. 9 à num. 12 & remed. 4 adipiscend. numer. 485 Bartol. in l. 1 § interdum, num. 4 ff à quib. appellare non licet.

Denique hæc clausula non tollit appellationem à diffinitiua sententia, sed tantum ab interloquutoria Brunor. à Sole in locis communibus, verb. clausula 1. Nec etiam tollit supplicationem ad superiorem Scacc. quæstio. 17 limit. 15 numero septimo, Tusch. d. conclus. 400 numer. 24.

Illud tam iudiciali. Hæc pars licet plura contineat capitula, tamen cum ad eundē finem tendant propterea commodè potest in ea CASVS in communi ita figurari: cùm esset à litigantibus canonicè facta appellatio, oportebat postea terminum eis assignare ad ipsam prosequendam, vnde iudex sciens, quod lites debent de iure restringi iuxta l. properandum, C. de iudic. volebat non solum terminum breuem, & continuum assignare, sed etiam vnicum, hoc autem iudicabat iuri congruum, quia in prima instantia causam putabat satis esse in processu instructam, & cum litigantes se opposuissent, vt commodè possent non deducta deducere, iuxta l. eos C. de appellat. fuit quæstum quid iuris. Sol. vt in hac parte cauetur, quia ad appellationem prosequendam opus erat certam regulam assignare, à quo postea est recedendum secundum qualitatem casus contingentis, qua quidem ratione suadente intelligimus ni fallor, quod obiecta non obstant cum etiam ipsa possent verificari. Not. primò, quod remedium appellationis debet esse moderatum, ne prima sententia reddatur vana. Not. secundò, quod termini ad aliquid faciendum debent modò restringi, & aliquando amplificari secundum qualitatem casus contingentis.

a ¶ Iudiciali.] 2 quæstio. sexta, cap. ei qui. & capitul. cum sit Romana. eo & per Abb. in capit. venerabili de iud.

b ¶ extra iudicium.] Vt in c. constitutus, eo. & c. concertationi. eo. in 6 & clc. sicut eo. tit.

c ¶ Commune est.] Licèt in hoc iudicialis, & extraiudicialis appellatio censeatur eodem iure, sunt tamen inter eas differentiæ multæ, de quibus per Doc. in cap. bonæ eo. & no. supra eo. § 1.

d ¶ Annus.] 2 quæst. 6 cap. ei qui. & capitul. cum sit, & capit. oblata. eodem.

* Annus.) In Gallia appellatio est deserta nisi is qui appellationem declarauit illam releuet ad præsidiales iudices intra sex septimanas, ordinatione Henrici II. de mense Martij 1551. art. 39. vel intra tres menses ad summa Parlamentorum Tribunalia iuxta Ordinationem Francisci I. de anno 1535. cap. 16 articul. 3 aut intra mensem ad tributorum Curiam, Anton. Despeisses in tract. de Tallis tit. 4 sect. 6 nnu. 4. 5 & 7 SOLIER.

e ¶ Iusta causa.] Et euidenti, cap. cum sit, vbi no. Abb. quod non stabitur assertioni partis, sed oportet quod aut probetur, aut causa sit notoria, & qualis reputetur iusta causa, per Abb. in cap. ea ratione, vers. ad quintam quæstionem.

f ¶ Biennium.] Immò dabitur etiam triennium ex causa, cap. ex ratione. eo. & not. in c. cum sit, eo. in prin. sed vt dicit Ab. in d. c. cum sit, hoc nullibi probatur expressè.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § habetur quod lapso anno, & ex causa biennio appellatio est deserta, vt habetur etiam in c. cum sit Romana, & c. personas de appellationib. Propterea sciendum, quod iudex à quo potest præfigere plures terminos appellanti primus ad iter arripiendum versus Vrbem, ca. peruenit, l. secundo, eod. tit. Secundus ad præsentandum se coram iudice ad quem d. c. personas. Tertius, ad recipiendum Apostolos clem. 2 eod. tit. Quartus, ad præsentandum se coram iudice ad quem cum Apostolis, qui terminus si est competens deferitur appellatio Bal. in l. præses C. eod. Quintus, ad prosequendum appellationē, c. ad hæc, eod. tit. Sextus, ad prosequendum appellationem, & ad faciendum fidem de prosequutione, quo casu non deseri appellationem tenet Feder. cons. 28. Sed ta-

Io. Bap.

lis assignatio operatur vnum notabile effectum, quod si appellans iusto impedimento cessante non faciet fidem contra iudicem, à quo de sua prosequutione, & præsentatione infra terminum sibi assignatum, cui non contradixit, tunc poterit iudex à quo statim mandare suam sententiam exequutioni, nec retractabitur per viam attentati, sed pendebit à futuro euentu ipsius appellationis, sequitur Franc. in d.c. personas, sed quid si in termino prædicto ad faciendum fidem iudex commineetur quod appell. sit deserta Lap. in cle. 1 eod. titu. tenuit deseri, non potest tamen præfigere terminum ad faciendam ipsam appellationem, vel ad redeūdum cum literis impetratis, quia esset imponere legem superiori. Ita not. Franc. qui omnes istos modos enumerat in d. c. personas.

Nota, quod multi casus notantur à Doctoribus in quibus non currit instantia, & appellatio non potest pronunciari deserta, quos cumulat præ cæteris, & post alios Doctor. in l. properandum, § fin. autem vtraque C. de iudic. Cumia in Comment. rit. magnæ curiæ Reg. Sicil. 178 sub rubric. intra 30 dies proces. appel. exped. à num. 56. vsque ad a. 73.

Primus igitur casus est si facto Principis appellationem prosequi non potest, vt in casu auth. sed & his C. de tempor. appel quod intellige si Princeps nondum admisit appellationem, nec causam commisit propter eius multas occupationes, & appellans fecit debitam diligentiam vt eam admitteret, secus verò quando Princeps iam commisit causam Guid. Pap. q. 125.

Secundus, si causa arbitris terminanda compromissa fuerit auth. si tamen C. de temp. appel. Anchar. cons. 284.

Tertius est casus, in quo non currit instantia, si pauper sit qui litigat, quia paupertas iustum impedimentū est, ex quo appellationem prosequi non potest, & causa efficiens est, vt quis biennium habeat ad prosequendam appellationem de iure communi, Boer. decis. 247. n. 16 Guid. Pap. in tract. de appel. q. 15.

Quartus casus est, pendente articulo an instantia sit perempta, vel non. Alex. cons. 42 n. 11 ratio est, quia terminus non currit vbi disputatur super eo, quod expediendum est l. si cum ipse, de excus. tot. l. intra vtile in princ. ff de don. iu. Nat. cons. 172 n. 16 lib. 1.

Quintò non currit appellationis instantia si per errorem ad superiorem appellatum fuerit omisso medio, vt post P. Iacob. in sua praxi tit. de constit. pecu. scribit notabiliter Guid. Pap. singul. 358. Specul. in tit. de appellat. § nunc tractemus numer. 14 idemque si coram incompetenti iudice litigatum fuerit statuendum exist mat. Hannetonius in tract. de iudic. part. 3. de appellat.

Sextus casus colligitur ex notat. per Petr. Iacobum in d. praxi sub rubric. de causis appellat. n. 12 vers. item causa impedimenti. Nempè si immanitas ventorum, vel fluminis impetus, & inundatio aut quia mare erat innauigabile appellantem detinuerunt ne appellationem iam interpositam vel interponendam prosequeretur, quibus in causis protestatio necessaria est, & quid agere debeat appellans vt in protestatione illi fides adhibeatur docet ex Bart. doctr. Ferrar. in tract. de appellat. cap. 9 in fin.

Videte in materia eloquentissimum Do. Nouarium in prag. 1 de appellat.

à die appellationis interpositæ [a] indulgetur: quo temporis spatio, & prosequi, & finire [b] appellationis causam compellendi erunt, alioqui si per negligentiam appellantis hoc temporis spatium fluxerit, adeo causa deserta censebitur, vt etiam si appellans ipse cum appellato [c] aut appellatus etiam per se, & principaliter prosequatur, non propterea minus in rem iudicatam [d] censebitur transisse sententia, [e] à qua fuerit appellatum.

Ponit casus, quibus tempus ad prosequendum non currit. h. d.

Quandiu [f] tamen per compromissum, [g] vel aliàs, de partium expresso [h] consensu differtur prosequutio, tempus ad prosequendam appellationem ab homine, vel à iure præfixum minimè currit [i]

a ¶ Interpositæ.) Vel à die illati grauaminis vbi à futuro grauamine appellatur, clem. sicut eo vnde sumitur quæ tollit varietatem opinionum circa hoc, de quib. per Legistas, in l. fin. C. de temp. app. & per Ioan. Andr. in d. cle. sicut vbi latè.

b ¶ Finire.] In hoc conuenit tempus restitutionis in integrum clemen. vni. de restit. in integr.

c ¶ Cum appellato.] Licèt ergo dilationes quas petit appellatus, per quas protelatur prosequutio appellationis prosint appellanti, sicut restitutionem petenti prosunt, quas petit reus contra quem petitur, l. pe. C. de temp. rest. in integr. ipsa tamen prosequutio quam facit etiam appellatus sibi non prodest, ratio: quia in appellato dicente male appellatum, & sententiam transisse in rem iudicatā nulla est contrarietas, vt latè deducitur in cle. si appellationem eo. in verb. appellatus.

d ¶ In rem iudicatam.] Cap. cum sit & c. sæpè eod.

e ¶ Sententia.] Quæ tamen erat aliqua: vt quia contra ius litigatoris lata, si enim à principio fuisset nulla, sicut per appellationem omissam non transiret in rem iudicatam, ita nec propter interpositam, & desertam caplicet, & quod ibi no. de sent. excom.

f ¶ Quandiu.] Concor. auth. si tamen, C. de temp. appel. & clem. quamdiu. eo. vnde sumitur.

g ¶ Compromissum.] Non sic intelligentibus, qui compromittunt, quibus bene currunt electionum tempora c. si compromissarius, in prin. de elect. & in 6. vbi ponitur diuersitatis ratio, si ergo compromissarius non pronunciat, reuertitur appellans, ad iudicem, eundē si pronunciat: sed appellans vult pœnam soluere, & appellationem prosequi. Item etiam ante pronunciationem compromisso durante, poterit appellans ad iudicē redire soluendo pœnam, cap. significantibus, vbi no. de offic. del. & no. in clem. quamdiu. eo.

h ¶ Expresso.] Non sufficeret ergo tacitus consensus, putà, quod simul appellans, & appellatus domum rediret, vel longam peregrinationem, simul arriperent, imputet enim sibi appellans, qui sic itinerat. Item per procuratorem prosequi poterit, vt not. in clem. quamdiu. eod.

i ¶ Currit.] Non intelligas, quod compromisso

finito habeat appellans tempus integrum, sed solum habebit quantum tempore compromissi supererat, dormit enim tunc illius temporis cursus, fac. clem. vni, de rest. in integ. & c. dilecto. de verb. sign. & l. sed & si per prætorem. § quoties ff ex quibus cau. maio.

a ¶ Appellanti.] Nec appellato.

b ¶ Imminere.) Vt in causa electionis, & spiritualis matrimonij, c. ablatæ eo. vnde sumitur. Idem in matrimonio carnali, secundum Goff. Host. & Ægid. cap. quoniam, vt lit. nõ contest. Idem in alijs quæ celeritatem desiderant, l. 1 ff de dam. infec. & l. 1 & 2 ff de fer. & tradunt Legistæ in l. 1 ff de offi. eius cui mand. est iurisd.

c ¶ Præciperet.] Post illud ergo præceptum incipient currere. tempora.

d ¶ Et licet.] Sumitur hic § ex ca. cum sit: & cap. ablatæ, & cap. consuluit, & capitulo ad aures, & capit. ad hæc & capitulo personas, & capitul. superior eodem.

e ¶ Distantiam.] Fac. dist. 63 cap. cum longè, & 13 q. 2 ca. vbicunque & l. qui bona. § fin. ff de dam. infect. cum l. seq. & l. nonnunquam ff de iudic. & l. 2 ff. de re iud.

f ¶ Rectius.] Arg. quod iudex potest abbreuiare inducias datas à lege fic. ff de re ind. l. 2 cap. ablatæ, eo. & ca. quoad consultationem de sent. & re iud. Argu. contra dist. 128 cap. de his, & l. 4 § si quis condemnatur, & 3 q. 3 cap. de inducijs Sol. induciæ quæ dantur lege, vel canone seruandæ sunt, nisi iusta causa interuenerit ob quam sint breuiandæ, & tunc id committitur arbitrio iudicis cap. cum sit. eo. & l. continuus, §. 2. ff. de verb. oblig. Quædam tamen sunt industriæ à iure statutæ, quæ alterari non possunt, vt tempus x. dierum datum ad appellandum, tempus intra quod peti debet restitutio in integrum, & terminari, vt no. in d. c. cum sit & in cap. præterea de dil. Sed numquid quod iudex possit diminuere de anno appellationis, ita simpliciter intelligendum sit vt appellans teneatur causam appellationis finire infra minus tempus anno, vel biennio? Resp. vt no. in d. c. cum sit in verbo, rectius. vers. sed nunquid.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti, §. quod iudex ex causa potest breuiare tempus datum à iure ad prosequendam appellationẽ. Ampliatur 1. vt etiam de consensu partium tempus possit prorogari testatur Thesaur. decis. 244 & Bald. in auth. ei qui appellat nu. 11 ver. quæro nunquid partes C. de tempor. appellat. Ampliatur 1. prædicta ampliatio, vt procedat quando prorogatio non fit per modũ duplicationis, seu triplicationis aut alterius multiplicationis fatalium, sed fit per conuentionem, quod per tantum tempus putà durante tractatu, sed durante absentia, vel persequentes septem menses huius anni non currant fatalia quia sic posse prorogari Butr. & Ab. in c. ex ratione, Alex. in l. 12 nu. 13 C. de iudic. quia huiusmodi prorogatio est illa suspensio quam omnes admittunt posse fieri, vt considerat etiam Asin. in prax. § 2 c. 9 num. 3 prout & hanc suspensionem posse fieri etiam in termino præfixo à statuto dicit Frade. in d. c. ex ratione, q. 6 n. 24.

Sub amplia hanc ampliationem, vt habeat locum etiam in tacita conuentione quæ colligitur, ex eo quod partes faciunt actum, qui repugnat prosequutioni causæ putà quia compromittunt causam, seu conueniunt de eundo ad Sanctum Iacobum, vt refert, & sequitur Scaccia de appellationibus, q. 15 n. 17 art. 3 cas. 3 vers. exemplifica.

g ¶ Coget.] Cap. ad hæc 1 cap. consuluit, ne ad aures, cod. cum concord.

h ¶ Superior.] Sic cap. ablatæ, § superior. cod. vnde sumitur.

i ¶ Periculum.] Nescilicet Ecclesia in spiritualibus, vel temporalibus ex mora detrimentum incurrat, cap. quam sit, de electio. in 6 quo casu posset etiam

appellanti: [a] *nisi fortè iudex, ex dilatione periculum imminere* [b] *videns, in illa procedi præciperet.* [c]

Tempus datum à iure ad prosequendam appellationem potest breuiari per iudicem ex causa. h. d.

Et licèt [d] anni, vel biennij spatium appellantibus indulgeatur, poterit tamen iudex à quo, secundum locorum distantiam, [e] personarum, & negotij qualitatem rectius [f] tempus moderari, intra quod si is, qui appellauit, causam appellationis non fuerit prosequutus, tenebit sententia. Coget [g] ergo iudex partes appellatione non admissa, vt vel appellationem interpositam prosequantur, vel coram eo iuris pareant æquitati.

Quando periculum est in mora, debet iudex breuiare terminum prosequendæ appellationis. h. d.

Superior [h] quoque iudex, si ex dilatione viderit imminere periculum, [i] potest & debet neutro appellationem prosequente, vt periculum euitetur occurrere, putà, si à sententia lata super confirmatione alicuius electi prouocatum fuerit, & vtraque pars velit etiam ad annum appellationis prosequutionem differre, potest vtique immò debet is, ad quem appellatum fuit, prouidè terminum moderari, ne diu gregi Dominico cura pastoris desit.

Interdum ad prosequendam appellationem datur plusquam biennium. h. d.

Accidit tamen aliquando, vt non per annum, vel biennium: sed etiam vlterius causa in appellationis alicui prosequi con-

cedatur, [a] vt putà si quem per impotentiam [b] prosequutionem omisisse constiterit, [c] vel cum iudici ex proprio officio [d] super causa electionis etiam lapso biennio cognoscere conceditur.

Pars potest sibi terminum prosequenda appellationis breuiare, non prorogare. h. d.

Pars quoque [e] interdum sibi [f] prosequendæ appellationis terminũ præfigit. Sed cum hoc gratia litium citius [g] expediendarum indultum fuerit iuris terminus à parte præueniri non prorogari [h] poterit, sicut nec in vna causa tertiò [i] * prouocari licebit.

Confirmatio in forma communi non præiudicat appellationi, nec laudum inualidum roborat, aut processum impedit, sed obtenta super re ab aliquo pacifice possessa, facit Vt quis non possit conueniri absque mandato sedis Apostolicæ. hoc dicit.

Postremò sciendum est quod si sententiam appellatione suspensam antequam ipsius

etiam lite non contestata procedi capitulo quoniam § 1 argum. cap. 1 constitutus eo. & not. in capitulo ablatæ § superior, vnde sumitur.]

a ¶ Concedatur.] Non exprimit ipso ne iure an per restitutionem in integrum, & verbum concedatur hic positum est aptũ vtrũque comprehendere, de quo dic. vt latè habetur in cap. ratione, eo.

b ¶ Impotentiam.] Verbum hoc est generale, vt in cap. sciscitatus de rescript. vnde hæc impotentia variis modis potest intelligi, vt quia appellãtes fuerunt impediti iusta de causa vel per iudicem stetit, vnde eis non imputatur. quæst. 6 capitul. anteriorum § ad hoc, & § biduum, & § si fortè, & capitul. ex insinuatione, eod.

c ¶ Constiterit.] Sed quomodo poterit constare. Specul. in § nunc breuiter, ver. quid ergo, eod. titu. dicit per iuramentum impediri. Sed Ioa. And. ibi in additionib. dicit hoc procedere quando appellaretur ad iudicem valdè remotum: quia tunc difficilè est secum adducere testes, & si daretur terminus ad probandũ in partib. occuparetur fortè maius tempus. Si autem loci distantia impedit, debet impedimẽtum plenè probari, secundum eũ & hoc placet etiam An. But. Sed Abb. in ca. ex ratione eod. vers. quarta qu. firmiter tenet, quod ét data distantia locorum non sufficiat hoc casu probare impedimentum per iuramentum: quia ob impedimentum non transit sententiam in rem iudicatã cap. cum sit cum ergo hic agatur de maximo præiudicio, & de abdicando iure, iam quæsito appellato desertionem appellationis, debet impedimentum plenè probari, sicut probari debet in quolibet facto graui non obstante distantia locorum, & licèt Ab. loquatur cum agitur de dando secundo fatali, tamen idem erit dicendum, & multo fortius in terminis § nostri.

d ¶ Officio.] Vt in capitul. constitutus, eod. nec enim ex negligentia appellantis cessat officium iudicis vbi iudex sine parte potuisset procedere, quod est, vbi concernitur vtilitas publica. Exemplum in capitul. criminal. de colluss. det. facit. quamuis. Cod. de adult. aliud est simile in capitu. si fortè iuncta gloss. de elect. in 6 fac. capitul. cum nobis, & c. cum dilecti. de elec. Aliud esset vbi causa non esset talis, in qua officium iudicis exuberaret vt putà, concernens merum commodum priuatum: quia tunc iudex non debet se impedire actore, vel appellatore cessante, iuxta not. in capitul. ad nostram 2 de iureiur. fac. not. in li. 4 § hoc autem iudicium, ff de dam. inf. & l. ad peremptorium & quod ibi Bart. ff de iud.

e ¶ Pars quoque.] Nedum iudex à quo concor. c. personas, eod.

f ¶ Sibi.] Sed an appellatus valeat talem terminũ præfigere sicut potest appellans, & iudex? Respond. hoc non reperitur iure cautum nec mirum: quia esset in potestate aduersarij duram conditionem imponere suo aduersario, quod non est concedendum, sed appellans hoc potest, quia ipse imponit legem ipsi præiudicando, restringendo terminum iuris, & hoc comm. tenetur vt per Ab. in cap. personas, eodem.

g ¶ Citius] Capitul. oblata. eod.

h ¶ Non prorogari.] Quia inducta in vnum proposito non debent operari contrarium. li. legata inutiliter. ff de leg. 1.

i ¶ Tertiò] Capitul. directè, & cap. tuæ eod. & 2 quæst. 6 capit. si quis in quæcumque, & l. vni. C. ne li. in vna eadẽque causa ter. prono. Sed contra 2 quæst. 6 capitu. quoties vbi dicitur quoties se putauerint grauari, ad sedem Apost. appellent. Sed dic, quoties id est, secundò, & non vltra in definitiua sententia, siue super eo. cap. sic in dicto capitul. directè, & sic verbũ illud generale quoties restringitur, distinct. 18 capitul. placuit, & dist. 75 capitul. quod dic in fin. & 12 q. 2 fine exceptione, & c. sedes, de rescript. Vel dic, secundum Ab. quod verbum, quoties, intelligitur propriè, sed verificatur in diuersis grauaminibus. Nam si miles quis grauaretur in eadẽ causa, toties poterit appellare hic autem § procedit quando super eodem fuit bis appellatum per eandem partem, & bis sententia fuit confirmata. Item intellige respectu eiusdem partis: secus diuersæ: nam hoc respectu super quolibet articulo poterunt interponi quatuor appellationes, vt per Legistas in dict. l. vni. & per Ioan. And. in dict. capit, directè. Sed adhuc contra, quod immò eadem pars ter. appellat. 31 qu. 2 cap. Lotharius, vbi quod Teberga ter. appellauit. Sed dic ter. appellauit, id est ter. vocem appellationis emisit, dicendo, scilicet appello, appello, appello. Nec enim per, hanc geminationem videtur recedere à iure suo, sed potius loqui ex quadam cordis abundantia ad hoc capit. bonæ, eo. & fac. clem. 1 eo. Et not. quod hoc quod non licet tertiò appellare ab eodem articulo, procedit etiam in sententijs, quæ non transeunt in rem iudicatam, vt not. in capitu. fraternitatis, de frigid. & malefic. Sic etiam in huiusmodi causis post x. dies licet appellari non possit, potest tamen agi per viam querelæ not. in capitu. ad reprimendam de offic. ordin.

* Tertiò.] In Gallia sequimur dispositionem cap. sua nobis de appellat. qua prohibetur tertiò prouocare à definitiua bis confirmata & ita cauetur in concordato, tit. de friuolis appellat. § ab interloquutoriis qui secundam etiam appellationem ab interloquutoria exclu-

ta vt tres definitiuæ, & duæ inter eorum partes conformes incõmutabiliter transeant in rẽ iudicatã. SOLIER.

Postrem. CASVS. Cum iudex ad quem vidisset processum causæ, & considerasset merita eius, volebat litem terminare: partes autem timentes exitũ istius instantiæ, diuersas petebant à Principe confirmationes, vnde ob hanc varietatem fuit quæsitum quid iuris, & tum argum. l. 2 C. vt li. pendentum argument. § illa verò supra eod. respondebatur solum primam sententiam esse confirmandam, vel reijciendam: Sol. tamen vt hic legimus, quia cũ petere confirmationem de iure aliquando non prohibeatur, propterea secundum qualitatem casus contingentis mõ. decisio, & aliquando obiectio potest verificari: Not. quod licèt confirmatio solum ius antiquum corroboret, si simpliciter consideretur, tamen cum diuersimodè concedatur secundum formam concessionis, debet cognosci eius effectus.

Io. Bap.

appellationis causa [a] commissa fuerit, vel laudum contra iuris, [b] vel compromissi [c] formam latum Apostolico rescripto in forma communi [d] confirmati obtentum fuerit talis confirmatio, nec appellationi præiudicium affert, [e] nec inualidum laudum vllo firmatus robore muniet. Nam etiam si ante sententiam litigiosæ [f] rei confirmationem ab Apostolica sede quis impetrauerit, non propterea minus de causa poterit, iudex cognoscere, & eam fine debito terminare. Quamquam si rem pacificè quis possedisset, cum inde confirmationem [g] obtinuit, [h] non erit licitum iudici de quæstione postmodum exorta absque mandato sedis Apostolicæ decernere: nisi certum sit, quod per falsi suggestionem fuerit elicita. [i]

DE RESTITVTIONE [K] *in integrum.*

TIT. XVIII.

a ¶ Commissa.] Capitul. bonæ, de confirmat. vtil. vel inutil. vbi habes exemplum.

b ¶ Contra iuris.] Quia fortè laudum fuit latum per sordes, vel per gratiam, & ideo nullum, l. 3 C. de arbitr. fac. capitul. examinata, de confirman. vtil. vel inut. vnde sumitur.

c ¶ Compromissi.) Nihil enim potest arbiter facere contra formam compromissi, capit. cum dilectus de arbit. l. Pedius, & l. non distinguemus, § de officio, ff de arbitr. & capitul. examinata de confirman. vtil. vel inut.

d ¶ In forma communi.] Dicitur autem confirmatio facta in forma communi, quando fit conditionaliter cognitio de causa, vt si dicatur, confirmamus tibi possessiones, quas iustè possides, vel per similia verba, vel sub simili forma, vt per Abb. in capit. 1 de confirmat. vtil. vel inutil. de qua etiam vide text. cum gloss. in cap. quia diuersitatem. de concession. præbend.

e ¶ Affert.] Cap bonæ de confirmatione vtil. vel inutil.

f ¶ Litigiosæ.) c. 1 de confir. vtil. vel inuti. & dicitur res litigiosa, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem, & possessorem, auth. litigiosa res, C. de litigio. & sic controuersia super possessorta non facit rem litigiosam, de quo dic vt not. in d. c. 1 & per Cassa. de reser. decis. 6.

g ¶ Confirmationem.] Pro declaratione materiæ sciendum est secundum Ab. in c. 1 de confirm. vtil. vel inutil. super secunda gl. quod quandoque confirmatio tribuit multum noui iuris, vt confirmatio electionis facta per superiorem. Nam tribuit potestatem administrandi. capitul. transmissa, & cap. qualiter, de elect, quandoque nullum iuris tribuit, vt confirmatio concessa à Papa in forma communi, sed solet ad cautelam impetrari, ne videatur fine scientia Papæ procedere, & vt magis timeatur, vt per glo. in dict. capitul. 1 c. quamquam dist. 23. Quædam confirmatio vetus ius confirmat, & consolidat, vt quando fit confirmatio ex certa scientia, & dicitur ex certa scientia, quando totum negotiũ fuit Papæ reseruatum, & ipse posit modum cõfirmauit, maximè opponendo clausulã, ex certa scientia, & hæc confirmatio operatur plus vel minus, secundum subiectum dispositum, nam si iste possidebat, vt inferior non possit amplius de illa re cognoscere, scilicet, vtrũ iustè possideat nec ne, cap. 2 de confirm. vtil. vel inutil. & dicitur hic. Item facit rem maior. auctor. ca. quis nesciat dist. 11. Quandoque operatur maiorẽ effectũ: nã si iste non possidebat: incipit iustè possidere, vnde solet Papa apponere clausulã: supplẽs de plenitudine potestatis omnem defectũ. &c. & sic inualidum facit validum c. 1 de transact. & 3 q. 6 ca. hæc quippè.

h ¶ Obtinuit.] Non facta mentione de litigioso: aliàs si facta esset mentio, arripiatur illa causa ab inferiore iudice, vt in c. 1 & ibi Ab. in 1 not. de confirmat. vtil. vel inutil.

i ¶ Elicita.] Vt in c. 1 & 2 & ibi plenè per Ab. & Doct. super gl. in ver. exotica.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

CONtinuatur tit. iste per tex. in eius princip. vt etiam animadvertit gl. rubr. diuiditur autem in 2 part. in prima habetur continuatio: in secunda propositæ materiæ declaratio: secunda ibi, sed nec omnibus.

K ¶ De restitut. in integrũ.) Continuat. patet ex princ. tit. Restitut. autẽ in integrũ nihil aliud est, quã in pristinum statum repositio 2 q. 3 in fi. & l. 1 C. de sent. pas.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro intelligentia huius tituli tria sunt videnda se, 1 quid sit restitutio in integrum, 2 quotuplex sit & 3. quibus personis competat vel locis.

Quo ad primum, restitutio in integrum, nihil est nisi in pristinum statum repositio l. quod si minor § restitutio ff de minorib. & Bart. in l. Gallus § & quid si tantum col. 2 vers. quæro quid si filias ff de liber. & post per hanc enim restitutionem, quis in illum statum pristinum deponitur, in quo erit ante læsionem. Vel dic quod restitutio dicitur quasi iterata statutio, siue situatio, & importat quandam reintegrationem, seu renouationem prioris ritus, quoad locum, sicut eliminatus, vel banditus de loco in eo iterum collocatus dicitur restitutus in loco, vel priori statu, quo ad alia vnde restitutio est in pristinum statum repositio l. restituere ff de verbor. obligat.

Quo ad secundum restitutio duplex est. Prima est quia primus status totaliter innouatur, & sic dicitur restitutio in integrum, quã redditur possessio rei

aut æquipolentis, & fructus, & pristinum ius, & audientia, & omnia, & dicitur esse prioris status, vel iuris reintegratio, per quam subuenitur minoribus Ecclesiæ, & aliis personis, & collegij, vt in l. 1 C. de sententiis, & possi. & cap. auditis de integrum restitut. in glos. fin. Vnde conceditur minoribus, & intelligitur minor de iure communi is qui est minor 25 anno, & hæc dicitur ætas legitima l. fin. C. de his qui ver. æta. impetr. enim. Hodie verò in regno est correcta illa ætas per constitutionem minorum iura in fi. quæ vult, quod ætas minorum tam in masculo quam in fœmina dicitur vsque ad 18 annum, & infra istud tempus datur restitutio in integrum, tam in iudiciis, quam in contractibus.

Minor, & Ecclesia restituuntur aduersus sententiam etiam à sede Apostolica latam. hoc dicit.

ADhuc autem iis, qui appellationis remedio destituti sunt, auxilio restitutionis in integrum succurritur, sed nec omnibus, nec semper, nec ab omnibus. Minor igitur & Ecclesia [a] si se prolatione sententiæ grauatas, & infra tempus à iure statutum appellationis remedium non interposuerint, restituuntur, & ad primum statum reducuntur. Et hoc est quod dicit.

Datur etiam ista restitutio Ecclesiæ, maximè quando fuit læsa per negligentiam procuratoris, vt est text. in capitul. cum venisset, & ibi Aflict. de restitut. in integrum, nam Ecclesia restituitur tam in contractibus, quam in iudiciis, vt in capitul. constitutus, & ibi Abba. & in capitul. auditis, eodem titul.

Datur tertiò, restitutio etiam capitulo alicuius Ecclesiæ quando ipsi capitulo, vel collegio emersit aliqua læsio, ita Abba. in capite 1 colum. 5 in fin. eodem titulo, & Innocent. in capitul. nisi in fin. de præbendis quod tamen intellige quando læsio resultat in toto collegio, non autem in aliquo particulari idem etiam dicitur de Ecclesia, vt tunc restituatur quando Ecclesia patitur læsionem non quando eius rector patiatur, vel eius Canonicus quod declara, vt per Cardin. in clem. 1 in 6 quæst. de restitut. in integ. Abb. in dict. cap. 1 & 2.

Datur quartò, restitutio omnibus. Hospitalibus, & piis locis, & omnibus collegiis, & congregationibus piis approbatis ab ordinario ita tenet Bald. in consil. 467 vol. 1 Ioann. And. in capitul. 2 de restitut. in integ. lib. 6.

Et intelligitur hoc non solum de Romana, sed etiam de omnibus, ciuitatibus, & republicis ita etiam de omni castro, & villa quæ regitur per syndicos & administratores Bar. Bald. & omnes Doctores in l. republica. C. ex quibus caus. maior ita, & Decius tenet in cons. 421. in fin. aliud reuocatur in villa, in qua sunt pauci homines putà sex vel decem, qui singuli reguntur per se, quia verum est quod talis villa non restituitur Bar. in dict. l. respublica, quia cessat ratio quæ militat in aliis ciuitatibus, & castris vbi est multitudo hominum, & sunt pupilli viduæ, & aliæ personæ miserabiles, quarum causâ, & contemplatione conceditur restitutio dictis vniuersitatibus, & istud tenet, & affirmat per multa iura Afflic. in prælud. constitut. 5 quæst. principali. Nota tamen quod si istæ personæ lædantur per procuratores, quos constituerunt cum iuramento, & promiserunt habere ratum id quod gestum erat per procuratorem, non possunt tunc petere restitutionem in integrum. Bald. in l. generaliter, col. 2 versicul. pone enim C. de reb. cred.

Secunda autem restitutio est, quâ prior status non reuocatur in totum, sed solum contraxerit cum authoritate authoris, vel curatoris restitutione in integrum nec possessio, vel æquipalentis, per quem satis sit de re ablata, & damno, ac interesse, & significatur aliquando nomine redditionis ca. cum tua de vsuris. Aliquando nomine satisfactionis capitul. ex literis de raptor.

ADhuc. CASVS. Non figuratur. Not. tamen, quod restitutio videtur producere eundē effectum, quem producit appellatio: sed cum secundum locū habeat, debet dici remedium potius extraordinarium, facit l. in causæ, ff de mino.

Sed nec omnibus. Hæc pars in 2 p. diuiditur in prima tractatur de restitutione quæ à iure conceditur: in secunda, de ea quæ per gratiam concedi solet. Secunda ibi, per supplicationem. Prima pars rursus subdiuiditur in 5 particu. in prima demonstratur cui restitutio ista concedatur: in secunda quando concedatur: in tertia intra quantum tempus: in quarta, an semel: in quinta, coram quo iudice: secunda, ibi, sed & si: tertia ibi, sed siue: quarta ibi, quod si semel: quinta ibi, huiusmodi verò.

Quantum attinet ad CASVS figurationem cum commodè in omnibus istis 5 particul. posset in communi meo iudicio adnotari, propterea puto animaduertendum, quod quidam maior habens causam communem cum certa Ecclesia; simul litigauerunt coram iudice delegato, à quo tandem contra se reportauerunt sententiam, à qua cum intra tempus debitum non appellassent, postea petierunt coram eod. iudice restitutionem in integrum; & non tantum semel, sed etiam bis, & sæpius cum à princip. non obseruauissent intra quantum tempus debebant id petere, putabant autem suam petitionem esse licitam, & honestam argument. capitul. quomodo frequenter vt lit. non cont. & ibi docto. iudex autem præd. putans habere potestatem, cap. forus, de verb. sign. nolebat eam admittere, quia cum causa esset contra aliam Ecclesiam, iudicabat obstare text. in l. sed & milites, ff de accusat. tut. ac etiam quia cum sententia transeat in rem iudicatam, quando non appellatur cap. cum inter. de re iud. non habetur pro tali contra l. res iudic. ff de reg. iur. vnde quæsitum fuit quid iuris. Sol. prout in hac parte habetur, quia certæ personæ præsumuntur hanc habere ignorantiam iuris iuxta not. in reg. ignorantia de reg. iur. in 6. & ideo aliquando eis subuenitur, nec tamen temerè, & indifferenter huiusmodi extraordinarium subsidium eis concedatur, propterea est obseruandum, quod in hac parte legimus: qua ratione suadente non obstant obiecta, quia cap. quoniam frequenter, habet locum in casibus omninò diuersis, vt in eo legimus, iudex autem nec est competens cum eius auctoritas solum à mandato dependeat, vt alibi diximus, nec etiam potuisset id denegare, quia d. l. sed & milites, intelligitur de lucro acquirendo, sed non de damno euitando: at l. res iudicata fauore huiusmodi personarum limitatur. Nota. 1 quod minores, & Ecclesiæ æquiparantur, & ideo tenet arg. ab vno ad aliud. Not. 2 quod aliquando priuilegiatus potest vti priuilegio aduersus priuilegiatum. Not. 3. argum. quod gratia à Principe concessa aliquando intelligitur pro vnica vice, facit l. boues, ff de ver. sign.

Io. Bap.

a ¶ Et Ecclesia.] Habes ergo duos, qui restitui possunt in integrum, minorem scilicet & Ecclesiam fac. cap. constitutus, & cap. tam ex literis eo. quod procedit

tentiæ grauiter [a] læsos conquerantur, [b] & appellandi tempora iam fluxerit, restitutionem in integrum implorare poterunt.

Eminentia iudicis restitutionem non impedit. hoc dicit.

Quod quidem adeo obtinet, vt etiam si ab Apostolico sententia lata fuerit, non propterea magis in integrum restitutionis petitio impediatur. Nec enim negatur [c] Romanæ sedis sententiam in melius posse commutari, cum aut surreptum [d] aliquid fuerit: aut ipsa pro consideratione ætatum, [e] & temporum, [f] seu grauium necessitatem aliquod ordinauit.

Restituitur Ecclesia aduersus quamlibet læsionem, etiam aduersus aliam Ecclesiam. hoc dicit.

Sed & si non sententia, sed vel contractu, [g] vel confessione, [h] vel probationis omissione, [i] vel temporis fluxu Ecclesia læsa fuerit, restitutio indulgenda erit, nec solum, contra priuatos homines: sed etiam aduersus aliam Ecclesiam. [k]

Beneficium restitutionis in integrum non indulgetur, nisi intra quatuor annos, si non subsit aliqua rationabilis causa, vt dictum spacium prorogetur. hoc dicit.

Sed siue sententia, siue contractu, [l] vel aliter se læsam prætendat Ecclesia, & propterea se ad beneficium restitutionis in

etiam si prælatus iuret non petere talem restitutionē: nam licèt valeat iuramentum, nihilominus restitutio in integrum potest peti, vt not. in capite primo, in 6 & tenet Abb. in cap. 1 in antiquis. Addetur tertio etiam Remp. l. Rempublicam C. de iure repub. lib. 11 l. Resp. C. ex qui cau. maio. Sed an ciuitas? Hostiens. in summa eod. § cui, tenet quod non. Idem tenet Innocent. in capitul. 1 eod. ET quod dicitur de Republica intelligunt de Repub. Rom. l. cui § qui vectigal. ff de verb. sign. Contrarium not. gloss. in dict. l. Respub. quam videntur sequi Butrius. Bart. & Bald. dicentes quod ciuitas habebit restitut. in integ. saltem ex clausula generali, ex quo enim regitur per administratores habet iustam causam petendi restitutionem in integrum, saltem ex clausula, generali, & hoc sequitur etiam Abb. in capitul. 1 eod. allegans l. legatis, ff de iud. iuncta auth. multo magis. C. de epi. & cle. idem etiam tenendum est de castris, & villis, & pijs locis, vt latè comprobat idē Abb. in dict. cap. 1 vbi tenet, quod etiam collegium scholarium possit petere restitutionem in integrum: quia in eo sunt multi minores.

a ¶ Grauiter.] Pro modica enim læsione non daretur restitutio in integrum, l. scio, ff eod. 1 & ca. iudicati 1 ff de min. cap. pen. de reb. Ec. non alie. Sed quæ dicetur magna læsio, vel parua? Resp. ex conditione Ecclesiæ. Nam si Ecclesia esset tenuis in redditib. modica læsio reputaretur grauis, & enormis: contrarium esset in Ecclesia valde abundanti sic Abb. in eo. continebit ergo libellus enormem læsionem, vt habetur in cap. tam ex lit. eod.

b ¶ Conquerantur.] Et plenè probent læsionem ex causa, ex qua restitutionem petunt, vt per Abb. in cap. tam literis, verb. dubium est, eod. & ex text. in cle. 1 eod. & in § proxim. sequenti.

c ¶ Negatur.] Sic 35 q. 9 cap. sententiam, & cap. tam literis, eodem.

d ¶ Surreptum.] Cap. cum olim de re iu.

e ¶ Ætatum.] Dist. 86 capit. tanta, & 26 quæst. 2 cap. hoc scit, & cap. tempora, & distinct. 50. cap. pœnitentes.

f ¶ Temporum.] Dist. 55. cap. priscis, & 35 q. 7 cap. necessaria, & cap. quod pro remedio.

g ¶ Contractu.] Cap. 1 eo. in 6 l. 1 C. si aduer. vend. l. 1 C. si aduer. dona.

h ¶ Confessione.] Cap. 2 eo. in 6 l. certum, § pen. ff de confess. sed contra. Aut enim Ecclesia confessa est veritatem, contra quam non datur restitutio. Aut falsitatem, & hoc probato non nocet confessio, vt in d. c. 2 non ergo est recurrendum ad extraordinarium remedium ex quo ordinarium competit. l. 2 ff de min. Sol. dixit Host. quod posset esse, quod falsitas concessa probari non posset, vnde expedit restitutionem dari. Vel dic, quod fuit confessa non per errorem, vel non potest error probari, sed læsio, vel fuit confessa tempore quo non debuit, vel lata est sententia: tamen est adhuc infra quadriennium à die confessionis.

i ¶ Omissione.] Cap. 2 eod. Quid si dicat Ecclesia se læsam præscriptione? Respond. vt traditur in cap. auditis, eod. & vide per Host. in sum. eod. § in quibus.

k ¶ Aliam Ecclesiam.] Cap. auditis, eod. quod non videbatur, cum priuilegiatus contra pariter priuilegiatum suo priuilegio, vti non possit, l. sed & milites ff de excus. tut.

l ¶ Contractu.] Not. vnum quod quando Ecclesia petit restitui contractum, maius est eius priuilegium, quam minoris, quia si minor iurat non contrauenire non restituitur, auth. sacramenta puberum, C. si aduers. ven. si autem prælatus iuret non repetere, vel non conuenire in contractu damnoso Ecclesiæ, licèt contraueniendo deierit, Ecclesia tamen eodem petente, vel alio ex iudicis officio restituitur. 30

integrum admitti postulet, si quadriennij [a] * spatium à die læsionis lapsum fuerit, amplius restituenda non erit, nisi prævaricationis, [b] vel manifestæ fraudis [c] probetur [d] super hoc interuenisse commentum, [e] aut alia causa [f] subsit, quæ iudicem ad hoc beneficium concedendum mouere debeat. Et si tempore læsa afferatur, non fiet restitutio, nisi ad tantum temporis, inquantum se læsam esse legitimè probauerit. [g]

Restitutio in integrum semel negata non conceditur amplius, etiam in alio iudicio, nisi duobus casibus hic contentis. hoc dicit.

Quòd si semel restitutio in integrum in alio iudicio denegata fuerit, præter quàm ad appellationem omissam, non erit eidem amplius concedenda, [h] nisi nouis

o. 9 c. quod quis, & c. si quis, de reb. Ecc. non alie. cap. intellecto de iureiur. c. cum venissent de test. cap. 1 eodem in 6.

a ¶ Quadriennij.] Cap. 1 eo. in 6 & clem. 1 eodem cum ibi alleg.

* Quadriennij.] Licèt iure digestorum restitutio in integrum petenda sit intra annum vtilem, l. vlt. Cod. de tempor. in integr. restitut. & iure Codicis intra duos annos continues quando de dolo agitur, l. vlt. Cod. de dolo, aut intra quadriennium si ob aliam causam restitutio petatur, d. l. vlt. Cod. de temporib. in integ. restitut. & iure Canonico Ecclesia ipsa non longiori quam quadriennij termino gaudeat, cap. 1 & cap. vlt. de restitut. in integ. in 6. hodie tamen in Gallia integrum decennium continuum indistinctè indulgetur à die læsionis computandum, ordinatione Ludouici XII. de anno 1510. art. 44. quod intelligendum est quando maior 25 annis contraxit, si autem minor is est, decennium non currit nisi à die subsequutæ maioritatis, vt cauetur Ordinatione Fráciſci I. de anno 1539 art. 134. SOLIER.

b ¶ Prævaricationis.] Quoad sententiam, & quis sit prævaricator, habetur in leg. prima, ff ad Turp. & l. secunda, l. tertia, § notandum.

c ¶ Fraudis.] Respectu contractus, vel respectu vtriusque.

d ¶ Probetur.] Quia qui allegat dolum, & cet. l. quoties, § qui dolo, ff de probat.

e ¶ Commentum.] Machinatio, deceptio.

f ¶ Causa.] Verbi gratia secundum quosdam, si prælatus malè contrahens dixit dicto quadriennij spatio: tunc enim non currit præscriptio 19. quæstione tertia, cap. si Sacerdotes, hoc tenuit Innoc. in cap. tam ex literis, si esset quis læsus in vna die.

Sed nota vnum diligentissimè, quod licèt hoc sit verum non tamen hoc tempus currit probabiliter ignoranti, vnde si quis staret per centum annos, & probabiliter ignorare posset semper petere restitutionem in integrum, quia restitutio in integrum non incipit currere, nisi à tempore ignorantiæ cum tempus restitutionis sit vtile, vt notat. Baldus in l. falsa Cod. si ex falsis instrument. Paul. de Castrens. in leg. final. Cod. de dolo, de quo plenè Girard. singul. decimo octauo.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quod beneficium restitutionis in integ. elapso quadriennio amplius non potest opponi, corroboratur hæc opinio per text. in leg. si. C. de tempor. in integ. rest. petend. & per text. in clem. 1 de in integrum restit. quod tempus quadriennij currit à tempore completæ læsionis, completa tamen maiori ætate, vel postquam cessauit impedimentum, & sic finita præscriptione, & non ante currit istud quadriennium secundum Bald. & communiter Doctores in d. l. si. C. de tempor. in integ. rest. vbi dicit quod diuersimodè, & simpliciter de tempore quæri potest. Quia interdum quæritur de tempore, ad quod debet peti, vel fieri restitutio, & tunc ad tantum tempus, quantum fecit illud, in quo fuit læsus, propter absentiam, vel impedimentum, & non plus fit restitutio l. quod tempore, & l. sed si prætorem, § sed si feriæ, & § quoties, ff ex quibus causis maio. interdum verò quæritur de tempore, infra quod debet peti restitutio in iudicio, & tunc si læsio sit causata cursu temporis subdistinguit, aut illud tempus est plus quadriennio vel tantundem, & debet peti infra quadriennium. Aut est minus quadrennio, & tunc debet de necessitate peti restitutio infra tantum tempus, quantum est præsens læsionis, & non vltra ita tenet gloss. in dict. § quoties, & in l. diuus ff de in integ. rest. ex quo infertur quod si quis est læsus in decem diebus, qui dantur ad appellandum finita minori ætate debet peti restitutio infra decem dies, & idem eodem & sequuntur plures, vt per Perus. eodem in 6. & licèt quidam secus teneant, cum tamen hæc opinio faciat in fauorem Ecclesiæ, scilicet tenentium contra non tenenda, argument. l. sunt personæ, ff. de relig. vel iusta causa erit, si multas prælatorum habuit mutationes, vt not. in capite primo, eodem in sexto, Perusi. tamen quod hoc totum sit reponendum in iudicis arbitrium.

g ¶ Probauerit.] Clem. vni. eodem.

h ¶ Concedenda.] Aliàs nullus esset litium finis, secundum Hostiensem, sed de ratione istius dispositionis, vide per Abb. in cap. fin. eod. vnde sumitur, vers. vltra glossam scias.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto § quod restitutio in integrum semel denegata amplius non conceditur, vnde dubitandum pro intelligentia quot vicibus restituatur mulier, fiscus, minor, vel Ecclesia in vna causa, in qua est de iure concedenda restitutio in integgum. Andr. de Isern. in constitut. obscuritatem respondet in vna eademque causa in iudicio non restituitur, nisi bis, vt habetur in leg. si post sententiam. Codice si sæp. in integ. & l. sed sine § restituitur, digestis de minor. nam non conceditur in iudicio, nisi primum,

& secundum beneficium restitut. in integrum mulieri minori, fisco, Ecclesijs, & locis pijs, & vniuersitatib. Et si iudex denegaret primum & secundum beneficium vbi esset concedendum de iure posset appellari Andr. in d. loco qui allegat alia iura, & Bald. in d. l. si post sententiam. Et hoc beneficium primum, vel secundum est arbitrarij iudici, in dilatione concedenda secundum distantiam loci Afflict. decis. 124 quod beneficium inter partes est commune, & potest de directo contrarium articulari, & probari, idem Afflict. in decis. 89 Item ex noua causa potest fieri restitutio in integrum, quæ alias fuit denegata, de quo vide Butr. in consil. 313 Gram. decis. 69 ex quo extincto actu potest iterum concedi restitutio super eodem actu, vt dicit Salic. in d. leg. si post sententiam. Vnde est consuetum in ciuilibus, spiritus vitæ insufflari. Capic. decisio. 165 Grammat. in alleg. decis. 69.

a ¶ Nouis defensionibus.] Tunc enim propter nouas defensiones iterum auditur, l. 1 2 & 3 C. si sæp. in integ. restitut. postul. ex quibus sumptum est quod hic dicitur, & in cap. fin. eod. Sed quas intelligimus esse nouas defensiones? Resp. secundum quosdam tam illas, quæ tunc erant, sed non fuerunt allegatæ, quia occultæ erant, siue quæ postea emerserunt. Quidam tamen intelligunt de primis omissis tantum, quasi non possunt aliæ de nouo superuenire, & hoc putat verius gloss. in cap. fin. de restitut. in integr. Sed contra hoc videtur, quia ex noua causa recusatur iudex post litem contestatam, capitul. insinuante, de offic. deleg. cap. pastoralis, de excep. & quarta quæstione 3 capitul. si quis testibus, & quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, l. de ætate § ex causa, ff de interrog. action. Solu. vt habetur in d. capit. fin.

b ¶ Habentibus.] Sicut est Episcopus, potestas, & huiusmodi, & alij etiam minores ordinarij qui habent iurisdictionem contentiosam qui præsunt alicui vniuersitati, l. 1 § fi. de postul. l. fi. C. vbi & apud quos. etiam 11 q. 1 c. de persona. & no. in c. pœn. eod. vnde sumitur.

c ¶ Delegatis.] Et multò magis delegatus à Principe facit l. final. C. vbi, & apud quos restit. in integ. & cap. pœn. eo. vnde sumitur. Sed non videtur quod ordinarius demandare possit cognitionem istam, cum in integrum restitutio causæ cognitionem desideret l. 3 ff de restitut. in integ. & l. in causæ § causa ff de minor & ca. tam ex literis eod. sed quæ officio iudicis causa cognita excipiuntur, alteri demandari non possunt l. nec quidquam, § vbi decretum ff de off. procon. Sol. restitutio in integrum competit iure magistratus, & transit cognitio restitutionis, siue generaliter committatur d. l. fin. sed ea, quæ competunt iure magistratus l. 1 ff de off. eius, & cap. sed adhuc contra quia ea, quæ magis sint imperij, quam iurisdictionis magistratus facere non possunt, sed restituere est magis imperij, quam iurisdictionis: ergo non permittitur magistratui. l. ea quæ. ff ad municip. ergo multo minus possunt delegare, Sol. vt no. in c. pen. eod. in verb. delegati.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti §. habetur apud quem iudicem in integrum restitutio postulari debet, & notandum, quod ista restitutio in integrum potest peti coram iudicib. ordinarijs, & specialiter delegatis, vel ad vniuersitatem causarum, non coram arbitris, vel iudicib. cartularijs, vel delegatis Bal. in l. cum scimus, & ibi glos. eo. tit. Et pendente rescissione contractus instrumentum cõtractus debet exequi secundum veram conclusionem ex cumulatis & decisis per Franc. in decis. 373 vol. 2.

In præsenti § habetur conclusio illa an per restitutionem in integrum impediatur exequutio sententiæ pro cuius articuli veritate fac conclusionem, quod illa impediatur, vt latè per Capic. decis. 53 Put. decis. 456 lib. 2.

Limita primo, si dicta restitutio in se contineret præsumptam calumniam Cappel. Tholos. decis. quinquagesima quarta, Benintend. dec. 85 Franc. Marc. decis. 53 & 54 part. 2 Minad. decis. 14.

Limita secundo, vt non impediat trium conformium exequutionem quæ restitutio in integrum non habet locum contra tres sententias ad finem retractandi exequutionem reparabilem cum cautione, secus si irreparabilem Rot. Auen. decis. 2 Boer. decis. 65 ad hoc tamẽ vt restitutio concedatur sufficit in minore de enormi læsione, & quomodo probetur læsio in minore, vide Guid. Pap. decis. 142 & quando dicatur Ecclesia enormiter læsa, idem decisio. 150. Sed in maiore iusta causa ad petendam restitutionem illa plenè, & sufficienter probari debet Abb. in cap. ex literis, numero 5 de in integ. restit. aduersus tres sententias minor potest petere restitutionem infra quadriennium seruatâ formâ tex. in l. fin. C. de temporibus in integ. restitut.

Intellige secundò, dummodo sit petita antequam exequutioni sententia sit demandata glos. in capit. sciscitata, de in integ. restit. & post intimatum mandatum de parendo non admittitur supplicatio super restitutione in integ. Anch. cap. 1 de vass. decep. ætat. num. 239 sed quando proponitur ante sententiæ exequutionẽ potest opponi per viam exceptionis, quando verò post. debet proponi per viam actionis ca. constitutus, de appellat. & docet glos. in d. c. sciscitata, in verb. sentent.

d ¶ Non habent.] Qui autem sint isti no. in cap. penult. eod. vnde sumitur.

e ¶ Incidenter.] Principaliter autem isti cognoscere non possunt de restitutione, cum causa ista requirat

defensionibus, [a] ad huiusmodi beneficium admittenda fuerit.

Ponit, qui & quando possunt de restitutione in integrum cognoscere. h. d.

Huiusmodi verò restitutionum causæ solum coram iudicibus ordinarijs administrationem habentibus, [b] vel delegatis ab eis tractari poterunt, & terminari, siue hoc ipsis delegatis [c] specialiter demandatum fuerit, siue commisso eis negotio, huiusmodi quæstionem incidere contingat. Delegati verò ab ordinarijs, qui administrationem non habent, [d] sed tantummodo iudicandi facultatem, siue arbitri de his causis cognoscere nequeunt, nisi coram eis incidenter [e] motæ fuerint.

Per querelam, & supplicationem retractatur sententia. Et sub qua forma supplicatio porrigatur. h. d.

Per supplicationem quoque Principi por-

rectam, aut per quærelam [a] appellationis remedio destitutis subueniri solet. Erit autem supplicatio [b] intra decem dies * post sententiam offerenda, [c] quo subsequuto sententia non aliter exequutioni mandabitur quàm si victrix pars idoneam fideiussionem præbuerit tantum restituendi, cum legitimis augmentis, [d] quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resoluatur.

omissio formæ impedit effectum remedij intentati. h. d.

Et nisi sub hac forma supplicatio porrigatur, exequutio sententiæ sine fideiussione procedet, retractationis [e] iure illi seruando, qui se grauatum putauerit, vt intra biennium supplicare valeat.

maiores iudices, & hoc ex officio suo faciant, si autem inciderit quæstio restitutionis in integrum in negotio, de quo est compromissum, vel quod est alijs delegatis commissum, possunt tunc de restitutione cognoscere sic l. quoties, C. de iud. & l. 1 C. de ordin. iudic. Ibi enim iudex cognoscit de causa status incidenter, qui alias cognoscere non valet. Nec dicitur arbiter tunc facere compromissum, quia huiusmodi restitutio non est alia causa, siue negotium ab eo, de quo compromissum est, sed oritur ex illo, & illi cohæret, de quo compromissum est, vt putà, si omisit probationem arbiter, & de hoc, & consimilibus, quæ incidunt in causa potest cognoscere, vt not. in c. pen. eo.

a ¶ Quærelam.] Hoc verbum largè sumptum includit omne remedium, per quod quis recurrit ad superiorem per viam grauaminis, & tunc includet & appellationem, & in integrũ restitutionem, l. ab eo. & ibi not. C. quo. & quan. iud. & declarat Abb. in cap. quærelam, de procur. & Fel. in c. quærelam col. pen. de iureiu. Accur. & per Bart. & alij in l. si arbitro. ff qui sat. cog. strictè verò cum ab eo, qui remedio appellationis destitutus est iudex aditur, vt hic, & per Card. Alex. in c. cum sit Romana, de app. post Rotam, & tam per Canonistas, quam per Legistas in locis supra alleg. & per glos. & alios in cap. ad reprimendam, de offic. ord. Ab. in c. consanguinei, col. pen. in fin. de re iud. & competit hoc remedium quærelæ, tam in extraiudicialib. vt per Card. in d. ca. cum sit quam iudicialibus. Vnde si iudex tardaret expeditionem causæ licèt ab hac tardatione non possit appellari, poterit tamen quærelari, Baldus in l. final. § illud. C. de temp. app.

b ¶ Supplicatio.] Sic in auth. quæ suppli. C. de præcib. Imp. off. vnde sumitur.

* Intra decem dies.] In Gallia Regium supplicationis diploma aduersus suprema decreta quæ appellationem non agnoscunt intra sex menses à die significationis lati in majorem, vel post maioritatem factæ seu faciendæ lati in minorem decreti computandos impetrãdum, & parti intimandum est vt cauetur noua Regis Ordinatione, tit. vltim. art. 5 teneturque, qui aduersus Senatus consulta auditis partibus prolata supplicat summam trecentarum librarum pro emenda Fisco applicanda, & insuper quadraginta supra centum libras pro illa, parti adiudicanda vel centum, & quinquaginta pro Regia & septuaginta quinque pro partis emenda, si ipso supplicante non audito tuerint lata, pœnes ærarij quæstorem obsignare, ibid. art. 16 exequutione iudicati interim minimè suspensa, ibid. art. 18. SOLIER.

Per supplicationem. CASVS. Quidam maiores putantes esse per sententiam læsos, & cũ à princ. id non cognouissent, non appellauerunt intra tempus debitum, de qua re supplicauerunt principi, quod velit eis concedere talem sententiam melius cognosci, & in melius reformari, quæ petitio videbatur ex eo honesta, quia si secus esset, contra iuris intentionẽ isti priuantur iure suo, quod non videtur dicendum, princeps verò dubitabat an de iure posset id concedere, quia inde aperiretur via ad perpetuandas lites, vt de se patet. Sol. tamen vt hic cauetur, quia secundum qualitatem negotij gratia concedi, vel denegari debet, & sic obiectiones non obstãt, cum aliquando possunt verificari. Not. quod si iste text. diligenter consideretur, ex eo colligitur huiusmodi præces esse reijciendas. Not. 2 cautel. quã aliquando posset euitari exequutio sententiæ, sed in foro animæ non esset regulariter admittenda. *Io. Bap.*

c ¶ Offerenda.] In scriptis.

d ¶ Augmentis.] Id est fructibus, & accessionibus.

e ¶ Retractationis.] Sed quomodo retractabitur? Resp. vt not. in authent. quæ supplicatio. C. de præcib. Imperat. offer. & not. hic, quod pendente supplicatione mandatur sententia exequutioni, non sic de pendente appellatione, l. 1 ff nil. nou. appel. pendente.

FINIS LIBRI TERTII.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER QVARTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, DENVNciationibus, & Inquisitionibus.

CONtinuatur ista proposita materia per gloss. Rub. cui adddi potest quod cum in iudicio criminal. cõsiderẽtur tria, videlicet modus agendi delicta, & delictorũ pœna: cõpilator volens primò modum iustum demonstrare, proposuit præsentem titulum qui diuiditur in 4 part. in quarum prima adnot. an sit differentia inter iudicium ciuile, & criminale: in secunda proponitur, & explicatur modus criminaliter agendi: in tertia demonstratur quid iuris, si modus iste non sit obseruatus, & reus confessus sit delictum: in quarta declaratur an criminis exceptio sit modus agendi criminaliter, secunda ibi instituuntur: tertia ibi, si quis tamen: quarta ibi, accedit autem.

DE ACCVSATIONIBVS, Denunciationibus, & Inquisitionibus.

TIT. I.

Criminalia iudicia non habent aliquid simile cum ciuilibus. Et instituuntur per accusationem, denunciationem, & inquisitionem. hoc dicit.

a ¶ De accusationibus.) Continuatur ad præcedentia, & sequentia. Supra dictum fuit de iudicijs ciuilibus, sequebatur videre de criminalibus: & quia ea instituuntur per Accusationem, Denunciationem, & Inquisitionem, meritò prænittitur de his. Ad sequentia, cum esset tractandum hoc quarto libro de criminibus, & super his procedatur per accusationem, & denunciationem, & inquisitionem, meritò de his præmittit.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro cuius rubricæ intelligentia est sciendum primò, quid sit accusatio, secundo accusatio quomodo fieri debeat, tertiò, accusare quis possit & quarto accusatio quot modis reddatur iniusta.

Quoad primum accusatio nihil aliud est, nisi delatio rei de crimine in libello ad vindictam, vt habetur ex mente Azonis in summa.

Quo ad secundum accusatio debet fieri in scriptis c. qui crimen. 2 quæst. vltima, quod tamen non semper est necessarium, puta in crimine leui l. leuia, ff de accusationibus, & in notorijs cum in huiusmodi nec accusator requiritur c. euidentia de accusationibus, secus in non notorijs licèt manifesta sint cap. eorum 11 quæst. 3 secundò fieri debet cum inscriptione, scilicet quod accusator se obliget ab pœnam Talionis ca. quisquis 2 quæst. vlt. & capit. calumniator q. 3 exceptis tamen quibusdam casibus, vt in crimine leui, & similibus, & tamen etiam si accusator non inscribat ex natura accusationis huiusmodi pœna calumniæ venit l. finali, C. de accusationibus, sed tamen Bartolus in l. 2 C. si seru. vel liber. dicit quod accusans publicè infamatum, & in probatione deficiens puniri non debet pœna Talionis, vel calumniæ accusanti infamia præcedente quod menti tenendum est, secundum Panor. in c. cum contingat de rescriptis.

Quoad tertium regulariter quilibet potest accusare, qui non prohibetur, vt instit. de public. iudic. in fin. hoc verò de iure communi secus de iure regni, ex quo in regno non admittitur accusator, nisi suam, uel suorum iniuriam prosequatur, vt est ritus magnæ Curiæ incipiens item quod nullus laicus sub num. 14 unde ex regula huius ritus hodie in regno, quo ad accusationem non sit differentia inter crimina publica, & priuata, quia solum prosequens propriam, & vel suorum iniuriam admittitur. Vnde omnia crimina publica censentur redacta ad instar priuatorum, quo ad accusationem vide D. Nouarium benè eruditum Modernum in pragm. 1. de accusat. vbi doctè loquitur.

Hoc sane intellige quod consanguineus accusare potest iniuriam consanguinei, scilicet criminaliter tantũ non autem ciuiliter. Nam solum accusare ciuiliter

potest

CRiminalia [a] iudicia nihil fermè [b] ſimile habent cum cæteris iudicijs, de quibus proximè loquuti ſumus: magnaque diuerſitas [c] eorum eſt, & in inſtituendis, & in exercendis. Inſtituuntur autem, aut per accuſationem, aut per denunciationem, aut per inquiſitionem.

Accuſationem inſcriptio, denunciationem charitatiua monitio præcedere debet. hoc dicit.

Per accuſationem [d] vt cum ſolemni præce-

poteſt is qui fuit principaliter offenſus, vel is qui habet in ſuam poteſtatem offenſum, vt pater pro offenſio. filli, maritus pro offenſione vxoris, quia maritus & pater offenſi cenſentur per offenſionem vxoris, & filij. Vnde accuſator vendicat propriam iniuriam, & proprio nomine agunt, de quo eſt tex. in l. 1 § fin. cum ſeq. & ibi Bart. & Doct. ff de iniur. iſtæ perſonæ poſſ int ciuiliter & criminaliter agere ad earum libitum, ſecus in aliis conſanguineis, ſeu collateralib. vt ſenſit Alex. in l. ſi finita, § ſi de vectigalib. col. 10 ff de dam. infecto, & ita tenet Bart. in leg. lex Cornelia, ff de verbor. obligat.

Et per iſtam diſtinctionem reduci poſſent ad concordiam multæ doctrinæ, quę ad inuicem contrariari videntur Ham. Bal. Bar. Are. & omnes communiter doctores in l. tranſigere C. de tranſactionibus, tenent quod ſi offenſus iniuriam remittit, poſſunt alij conſanguinei offenſi accuſare, ita tenet Bart. in l. fin. ff de priua. delict. ſed idem Bart. Alex. Aret. & Doct. in l. ſi ita ſtipulatus, § Griſogonus, ff de verb. oblig. & Alex. in d. § vectigalibus tenent, quod licèt frater doleat de iniuria fratris, non tamen agit actione iniuriarum, quia non eſt de perſonis numeratis in l. 1 § fin. ff de iniur. Nam per illam tantum perſonam patimur non per alias, idem tenet. Soc. in conſ. 228 col. 3 in fin. vol. 2 & ſi iſta opinio eſſet vera, ſequeretur, quod tranſactione facta per offenſum nullus alius conſanguineus admitteretur ad accuſandum, niſi eſſet pater, vel maritus, & ſic penitus deſtrueretur id, quod dicunt illi doctores in d. li. tranſigere, tamen poſſent iſtæ doctrinæ concordari ex diſtinctione Bart. in d. l. lex Cornelia 5 aut frater vult. agere de delicto ciuiliter, & non poteſt, quia offenſio non eſt ſua propria, aut vult. agere ex delicto criminaliter, & tunc bene admitti poteſt.

Quo ad quartum accuſatio tribus modis redditur iniuſta, primò calumniando, quando ſcilicet falſum crimen imponitur, & talis de omni damno illato tenetur, vt in c. vlt. de calum. ſecundò tergiuerſando, quando ſ. accuſator in totum à lite receſſit ſine licentia iudicis & tunc punitur, quinque libris auri, ff de priua. delict. l. 3 c. tertiò præuaricando quando ſ. cum reo colludit adiuuans partem aduerſam falſas probationes adducendo veras diſſimulando, & talis arbitrio iudicis punitur, vt in l. 1 & 2 ff de præuarica.

l. Bap.

a ¶ Criminalia.] Sumpta eſt imitatio ex tit. de publicis iudicijs, in inſt. ciuilib. ſimilis imitatio ſupra in tit. de præb. in prin. & in tit. de reg. & monachis in princ. An autem dicantur criminalia ea iudicia in quib. pœna pecuniaria venit imponenda, per Abb. & alios in rub. de iud.

b ¶ Fermè.] Melius hic dicitur fermè, quam in inſti. ciuili, de pub. iud. in princ. nec enim nihil quidquam ſimile, habent enim aliqua ſimilia, & eſt hoc de intentione Acc. in dict. prin. in vtriſque enim libellus porrigit, in vtriſque de calumnia juratur, vt not. in d. prin.

c ¶ Diuerſitas.] Quia in ciuilibus agitur, vt aliquid detur actori, in criminalibus autem nõ vt aliquid detur principaliter, ſed vt puniatur accuſatus, & ita conſiderata petitione magna eſt diuerſitas, eadem eſt conſideratio in fine. Item eſt diuerſitas etiam in exercitijs, cum in ciuilib. probet actor tantum, l. qui accuſare de eden. ſed in criminalibus actor, & reus quãdoque, l. fallaciter. C. de aboli. & l. vbi. C. ad l. Corn. de falſis.

Inſtituuntur. Hæc pars diuiditur in 2 part in prima proponitur modus iſte: in ſecunda explicatur: ſecunda ibi, per accuſationem. Quoad primum, CASVS. non figuratur, ſed Not. quod delictum proponitur in iudicio per modum agendi, aut per modum excipiendi: ſi primum, aut ex officio, & datur inquiſitio: aut ad inſtantiam partis læſæ, & hinc datur accuſatio, quicumque autem agat aut agit ad pœnam, & ideo modis præd. ageret, aut ad correctionem, & inde oriatur denunciatio: de exceptione autem dicamus, infra in 4 par.

Per accuſationem. Hæc pars licèt poſſet ſubdiuidi, puto tamen CASVM in ea eſſe ita cõiter proponendũ, Quidam *Vicarius Mutinenſis criminaliter agitabat* contra quoſdam clericos, & cum iſti rei eſſent plures, contra quoſdam procedebat per inquiſitionem nulla præcedente infamia: contra alios per accuſationem, ſed non facta prius per accuſatorem ſubſcriptione ad pœnam Talionis, contra alios denique dicebat procedere per viam denunciationis, ſed non facta prius correctione, & cum ſibi fuiſſet ſignificatum quod non procedebat legitimè, volebat nihilominus ſuum errorem defendere illa rõne, quia cum interſit reipubli. delicta corrigere, & punire, cap. vt famæ de ſent. excomm. non videbatur neceſſarium certam ſolemnitatem eſſe obſeruandam, ſiquidem ſi ſecus eſſet, poſſet contingere delicta remanere impunita, & nõ correcta, qua de re cum de hoc fuiſſet quæſitũ quid iuris. Sol. prout in hac parte legimus, quia ſicut finis agendi convenit rationi ita & modus dẽt, eſſe rationabilis aliter n. daretur occaſio infamandi & viros honeſtos, quod de iure non eſt permittendum: Non obſtat autem obiectio, qa & ob dict. intereſſe publ. legitimè eſt procedendum, cum melius ſit nocentem abſoluere q̃ innocentem condemnare. Not. quod à fine debet regulari modus agendi, hinc legimus, in c. qualiter, cle. 2 de accus. & inquiſ. quod ſnia debet eſſe conformis libello. Not. 2 quod non omnia in iure conſiderata ſunt ordinata ad iuſtitiam, & ideo poteſt limit. l. iuſtitia, in fin. de iuſti & iur ff in verb. iuſti. atque iniuſti ſcientia.

d ¶ Per accuſationem.] Adde quod per exceptionem & intentantur interdum crimina, vt in cap. ſuper his eo. § accidit inſ. eod. ſed non adiungitur hic modus tribus hic enumeratis. Quia licet per exceptionem op-

ponantur crimina, non autem per illum modum verè criminale iudicium instituitur cum exceptio in iudicio sit quid dependens & conco. cum hac litera qualiter 2 & c. licet Hely. de simo.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro terminorum intelligentia, & præsentis, § dilucidatione sciendum est quod ad iudicium perueniturtribus modis per accusationem scilicet inquisitionem, & denunciationem verum quia de accusatione scripsimus supra, ideo tantum hic videndum est de inquisitione & denunciatione.

Et deueniendo ad materiam inquisitionis scire debes quod per viam inquisitionis proceditur quando iudex ex officio procedi ad malos homines inquirendos, & pœnâ debita puniendos ob publicam vtilitatem, l. 3 § 1 & l. congruit vbi Bart. & Paul. de Castr. & alij, ff de officio præsidis idem Castrens. in cons. 284 in 2 vol. & dixerunt Aret. in tract. de malef. in verbo hæc est quædam inquisitio Bonifac. in eod. tract. in rubr. de inquisit. & eorum formis, & late Maranta in suo speculo aureo in 6 p. princ. n. 5 cum seq. & omissis diffinition. inquisitionis, & alijs quæstion. de quibus per Doct sup. cit. Foller. in pract. crim. can. c. 6 in 2 & Ioan. de Anan. de Nigris in cap. Regni incip. item quod prædicti instit. & Afflict. in constit. Regni inquisit.

Primò sciendum est, multas adesse differentias inter accusationem, & inquisitionem sed illa est principalis quod inquisitio cessat, quando adest accusatio, vt dixerat. Bart. in l. siue contra col. 2 de liber agnos. Bald. in l. edita n. 14 col. 1 de edend. Ioan. And. in addit. specul. in tit. de inquisitione § nunc tractemus vers. porro Doctor. in l. ea quidem C. de accusat. & Fely. late in c. qualiter el. 2 § aut nu. 8 de accusat. & Gamm. vbi alios allegat. in cons. 28 n. 21 & ratio est quia accusatio dicitur remedium ordinarium, inquisitio verò extraordinarium, vt scripserunt Bart. & alij in li. si maritus § vlt. ff de adult. Dec. & alij in rub. extra de iudic. in fin. Doct. in dict. c. qualiter, Ang. in dict. verb. hæc est, quædam inquisitio Paris. in trac. de Syndic. in verb. inquisitio, & Hippol. Mars. in pract. Crim. § constante col. pen. & clara est illa iuris propositio, quod remedium ordinarium facit cessare extraordinarium l. in prouinciali § 1 vbi Bart. ff de oper. no. nunc l. in causa la. 2 in princ. ff de minor. ideoque fit inquisitio ex mero iudicis officio, quod remedium extraordinarium est, l. si cui ff de cond. & demonst. l. si filius fam. vbi Doct. notant, ff si certum pet. habetur per Castr. in l. 2 C. de liber. & eor. lib. & aliæ differentinter accusat. & inquisitionem colligi possunt ex l. 4 § hoc iudicium, § de damno infecto l. vbicunque, ff de interrog. act. & l. ex rescripto, § si quis accusatorem, ff de muner. & honor. habetur per Bald. in l. cum mulier, col. pen. ff solu. matr. Aret. in d. verbo hæc est, quædam inquisitio in princ. Rim. Iun. in li. 1 in prin. ff quod quisque iur. & Mont. Mille. 28 in 1 cent.

Secundò sciendum est, quod hoc vt formari possit inquisitio dēt prius constare de delicto, vt scribunt Grauett. in cons. 260 Anton. Gomez in tract. de delictis ca. 10 in tit. de cap. reorum n. 1 & seq. Iul. Clar. in prac. crim. q. 5 vers. scias ét, & vers. poteris, & Hip. Bonacos. in suis quæst. Crim. in verb inquisitio in prin. & debent præcedere indicia, vt in dict. c. qualiter, & quem & dixerunt. Mars. sing. 14 Gam. in decis. 48 n. 6 Foller. in pract. crim. in 3 par. n. 9 Iul. Clar. in § fi. q. 20 vers. ad firmandam, & Io. Maria Montic. in praxi Crim. Reg. 1 n. 5 Hinc fama, quæ dicitur optimum indicium, & probat qualitatem personæ, vt dixerunt Bald. in l. prouidendum C. de postu. & Alex. in l. de auctore, § sententia, ff de quæst. inquisit. requiritur, vt p Bart. in d. l. de minore § plurimum, in 1 & 2 col. Arnon. in dialog. 54 & Marant in cons. 85 nu. 2 & quando inquisitio est permissa intelligitur præcedere fama, vt per Doct. in d. c. qualiter, glos. in c. per illum tex. de offic. ord. in vers. liber, & Ias. in l. 1 n. 6 C. de sacrosanct. eccles. & in l. fi. sic legatum, n. 25 de leg. 1 & alia requisita post Ang. Aret. Marant. & alios in locis supra cit. Nouissimè posuit copiosè, & eleganter Io. Maria. Montic. in sua praxi crim. reg. 1 n. 3 & seq.

Tertiò sciendum est, quod inquisitio in multis casib. formari pōt, de quibus vide per Aret. loc. cit. in ver. 2 principaliter, n. 14 & 15 Gandin. in suo libello malef. in rub. quod sit accusatio. n. 3 Cald. in cons. 1 de accusat. & circa ius commune Rom. & Canon. ponit pulchram distinctionem loc. cit. Montic. n. 1 & 2 & vide Foller. in pract. crim. ca. 2 p. c. 6 n. 2 & seq. sed in hoc Regno erat permissa generalis inquisitio vt in constit. inquisitiones, & constit. hi qui vbi Afflict. n. 13 in rubr. de inquisition. facien. & idem in decis. 176 post n. 2 in const. si damna clandestina n. 28 & Arnon. loco cit. allegat. c. Regni si temporum alternata conditio sub rub. de nou procedend. ex officio, & tradunt Cauensis in rit. M. Cur 68 n. 3 & Marant. loco cit.

At postremò hodie proceditur per inquisitionem aduersus officiales, vt finito officio stent in sindicatu per prag. Regiæ dignitati de sindicatu effic. In crim. vsur. vt in prag. incip. Ferdinandus fol. 91 super iniurijs illatis iudici, pupillis, & ecclesiast. personis & super homicidijs Clandestinis, vt in c. Regni ne tuorum, & c. ad consultationem, & quoque aduersus vagabundos vt in pragm. incip. alli mesi passati fol. 138 & ad id vide Marant. in 6 p. n. 202 & denique semper procedit ex officio in crimin. quando venit imponenda pœna mortis naturalis ciu. vel membri abcissionis, vt dixerunt Afflict. in d. const. hi qui n. 14 Carauit. in pragm. 2 de falsis n. 192 late Faber. Optinellus in l. Imperium n. 363 ff de iurisd. omn. iud. & Tartaglia in pract. crim. c. 1 n. 11 & habetur in pragm. Reginæ Ioannæ inter capitula Regni quæ incipit item quod dicti offic. & scribunt. Foller. in praxi crim. in fragmentorum parte n. 145 & Ioan. Anton. de Nigris in ca. vt delatas n. 16 & c. itē quod præd. insti. n. 17 & in c. pridē per diuer. n. 9.

Vltimò ad materiæ intelligentiam sciendum est, quod iudex potest procedere contra accusatum, qm̄ est oblita accusatio, vt dixerunt Bar. in l. libellorum, § vlt. vers. item quæro, ff de accusat. & Fel. in c. nulli vers. nota. ex gl. 1 de accusat. & etiam qm̄ accusator, differt· prosequi accusationem l. fi accusatoribus C. de accusat. l. quamuis C. de adult. & § si quis in aut. de sanct. episc. & prædicta procedunt in illis casibus inquibus iudex pōt ex officio procedere, & ita est intelligenda dicta l. ex rescripto § si quis de n. & honor. & ita ego intelligo pragmatic. item possunt & alia capitula Regni in quibus potest ex officio procedi parte remittente, vt per Affl. in const. grandis q. 6 & Io. And. de Nigr. in d. c. Regni peruersorum, & in c. pridem per diuersas n. 11 & tradit nouissimè Lucius Foller. in prag. vlt. n. 103 vers. his casib. non tm̄ partis vertitur incommodum, sed quoque Reip. seu Fisc. vt in prag. incip. Ferdinand. sub rub. quod offic. possunt procedere contra delinq. ēt parte offensa desistente, & faciunt not. in c. ad nostra 2 de iureiur.

Et per prædict. Reg. Prag. non est verū quod dixit Tartaglia in practica crim. c. 1 n. 12 vbi dicebat, quod ideo parte remitt. non potest, ex officio procedi. quia sublato iure accus. est sublatum, ius inq. rendi nā contr. quoque tenet. Io. And. de Nigris in c. Regni ad consultationē n. 15 & ibidem n. 19 dicit quod curia pōt ponere aliq. loco accus. vt hodie est in regijs tribunalib. & in alijs curiis dicitur curiæ coad. & cū ipso causam prosequi, vt tradit Dominus Couar. lib. 2 var. resol. ante vers. 9 idem ca. & idem scribunt Sebastianus Ferdinandus in c. Regni plerumq. n. 6 & ibidē Io. Ant. de Nigris n. 9 hinc videmus quod scribæ, & actuari Fisc. Mag. Curiæ Vicar tā ex se quā iud. mandato, vel procurat. Fisci solēt capere inform. & general. inquirere, vt in prag. 1 D. Bern. Vil. sub ti. de Ma. C. V. fol. 50 vide Tart. in pra cri. c. 9 in

pri. de ordin. iud. & quoq; hodie ex generali cõſuetudine accuſatio non facit ceſſare inquiſitionem, & contra, ſed ambo ſimul concurrere poſſunt in princip. in medio, & in fine Iud. crim. vt ſcripſerunt Ioan. Ant. de Nigris in c. contingit, num. 8 & 9 Clar. in § fin. qu. 3 verſ. hinc infertur q. 31 verſ. ad quærelam q. 51 verſ. ponitur etiam in fine quæſtione 58 verſ. & ſcias quæſtione 61 verſ. ſed hæc quidem circa medium, & Menoc. in conſ. num. 265. volum. primo, & ratio eſt, quia inquiſitio dicitur remedium ordinarium cum ſit permiſſa de iure ſtatuto. vt dicit Ange. Aret. in verbo inquiſiti. ſuper quibus omnibus Cor. in conſ. 33 viſa inquiſitione volum. 4 & Arn. in Commentario 156 & vide Crottam in conſil. 26 & Hippo. Bonacoſ. in dict. verbo inquiſitio in principio.

dente inſcriptione [a] * per accuſatorem Rei crimen ad iudicem defertur. Per denunciationem, vt cùm nulla præcedente inſcriptione, [b] ſed tantum charitatiua

a ¶ Inſcriptione.] Sed quando dicetur facta ſolemnis inſcriptio? Quidam quod quando accuſator profitetur in fine libelli accuſationis ſe perfectum libellum dediſſe per quod ſtatim obligatus intelligitur ad Talionem. Alij quod inſcribere eſt quando accuſator profitetur, & promi. tit. de proſequenda accuſatione vſque ad finem, & de hoc not. in l. ſi cui ff eodem, & in l. in cauſis C. eo. Tertij, quod tunc quis dicitur inſcribere, cum ſe obligat ad eandem pœnam ſi non probauerit, quam reus debuit pati, ſi probaſſet ipſe accuſator, vt 2 q. 8 ca. quiſquis, & cap. qui crimen, & hæc tenenda: pro qua cap. tuæ. de procur. & per gloſſ. in cap. ſuper his eod. & ibi Abb. Sunt autem caſus, in quibus non eſt neceſſaria hæc inſcriptio, vt in crimine abigeatus l. cui C. de abig. Item in leuib. argum. l. leuia ff eo. Item in his, quæ apparitores referunt, l. ca. quidem C. eo. Item in crimine apoſtaſiæ l. apoſtatarum. C. de apoſta. Item cum accuſatur Chriſtianus, qui contraxit cum iudæa, vel contra l. ne quis. C. de iudæ. & not. de his in c. ſuper his eo. vbi etiam Abb. & per eundem in cap. fin. de cal.

* Inſcriptione.] Licèt iure Ciuili & Canonico in omni ferè accuſatione ſit in crimen ab accuſatore inſcribendum, l. ſi cui 7 in princ. ff de accuſat. can. 2. 4. q. 4. ne facilè quis profiliat ad accuſationem cum ſciat inultum ſibi accuſationem non futuram d. l. 7. hodie tamen in hoc Regno inſcriptio huiuſmodi non eſt neceſſaria. Charond. in obſeruat. in verb. accuſat. & Bugny. in legib. abrogat. lib. 1 cap. 14. & lib. 6. cap. 113. neque ex parte actoris ciuilis. Imbert. inſtit. Forenſ. lib. 3 cap. 1 num. 4. quia non eſt propriè accuſator cum ſuum intereſſe merè ciuile tantum proſequatur, neque ex parte Regij aut Fiſcalis Procuratoris, Imbert. d. cap. 1 num. 5 quia Aduocatum Fiſci qui intentionem delatoris exequitur in omnibus Officij neceſſitas ſatis excuſat. l. poſt Legatum, § Aduocatum, ff de his quæ vt indign. limita in falſi accuſatione. Charond. d. loco iuxta Ordinat. Franciſci I. de anno 1535 cap. 9 art. 10 & de anno 1539 cap. 1 art. 7. SOLIER.

b ¶ Nulla præcedente inſcriptione.] Cap. ſuper his, eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Peruenitur ad iudicium per viam denunciationis, vt dixit poſt alios Marant. in ſuo ſpeculo in 6 par. in tit. de denunciatione vbi etiam tradit eam eſſe triplicem, quem ſequuntur. Neuiz. lib. 3 Sylu. nup. numero 42. Cauenſis in ritu. 192 numero decimo tertio, & Carau. in ritu. 68 numero nono, & prima dicitur iudicialis quæ fit in iudicio quo caſu iudex non ex mero officio, ſed ad denunciationem factam inquirit, vt per Cyn. & no. in ca. Romana, § ſanè de cenſibus lib. 6 & latè dixit Iul. Clar. in § vlt. ſua pract. crim. quæſtione ſeptima, colum. 1 & eſt duplex publica, & priuata, vt declarant Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo denunciatione Dec. poſt alios in cap. nouit. de iudic. numero vigeſimo ſeptimo. Foller. in pract. crim. can. 2 par. capite quinto, numero tertio, & Maran. tam in loco citato circa quam notandum eſt, quod ille dicitur legitimus denunciator, qui poteſt legitimè accuſare cap. in omni negotio de teſtibus, vt tradit Pariſ. de Puteo. in tract. de Syndic. in verbo inquiſitio verſ. & aduerte fol. 135 ſed tamen differt ab ipſo accuſatore quia accuſator tenetur ſe ſubſcribere, & facit partem in iudicio, denuncians verò non vt per Salyc. loco cit. verſ. 8 quæro Aret. in tracta. de malef. in verb. nec non ad denunciam num. 2 & Gram. in deciſ. 39 numero 1 quæ ſequitur Foller. in pragm. vlt. num. 8 de compoſ. prædicta autem ſubſcriptio ab accuſatore facienda hodie de conſuetudine non ſeruatur, vt ſcripſerunt Boſſ. in tit. de inquiſit. poſt num. 14 Marcus, deciſ. 683 num. 6 Couar. lib. 2 reſol. cap. 9 num. 3 Gig. de crim. læſæ Majeſt. qu. 1 num. 6 Iul. Clar. in pract. crimin. § vlt. q. 12 verſ. quæro. & q. 81 verſ. ſed quæro Petrus Duenas reg. 2 verſ. eſt tamen notandum, in prima parte, & Suarez in ſuo Theſauro recept. ſent. in verb. accuſatio, & rationem dicunt, quia multi metu ſubſcriptionis retrahebantur ab accuſando, quod maximum incommodum Reip. afferebat, cuius maximè intereſt, vt delicta puniantur, l. ita vulneratus, ff ad l. Aquil. l. congruit de officio præſid. & cap. vt famæ de ſentent. excommun. in 6 & idem tradunt Felyn. in cap. ſuper his colum. 4 de accuſat. & Ioan. Ant. de Nigris in c. Regni ſubditorum num. 143.

In magna Curia Vicar. verò denunciator, & accuſator, ad paria iudicantur, vt in Ritu Magnæ Cur. 19 & ibi Carauit. num. 6 vbi dicitur quod Magna Curia olim non recipiebat denunciationem aliquam, niſi denuncians ſe obligaret ad certam pœnam de probando denunciationem, & de non concordando ſine licentia Curiæ, & ita quoque erat, in accuſatore, vt in Ritu. 194 & dixerunt Afflic. in conſtit. peſſimam numero 9 in rub. de pœna mulier injuſtè conquer. & latè Ioan. Ant. de Nigris loco cit. ſed hodie prædictæ obligationes receſſerunt ab aula, vt teſtatur Carauit. in d. ritu 199 num. 3 & 4 benè verum eſt, quod parte inquiſita petente probanda erit cautio de expenſis ab altera parte accuſante, vel denunciante in caſu, ſuccumbentiæ, & ita quotidie practicatur, vt dicit Carauit in dict. Ritu 194 & in Ritu 200 num. ſicut de iure quilibet actor. in principio litis præſtare tenetur cautionem, vt not. in authen. generaliter C. de Epiſc. & Cler. & idem tradiderunt. Gramm. in deciſ. 39 num. 4 & in fine. & Iul. Clar. in prac. crim. § vlt. num. 12 & ita etiam obſeruatur in Ciuit. Genuen. vt habetur in lib. 1 Crim. Iur. Ciuit. Gen. cap. 9 ſed in Gallia Criminum delatores ſuccumbentes non ſoleat, & ex conſuetudine in litis expenſis mulctari, niſi euidens ipſorum, calumnia detegatur, vt tradidit Renat. Choppinus, lib. 1 de juriſdict. Andeg. cap. 71 verſ. criminum porrò vide Guid. Pap. in deciſ. Delphin. 269 & Ioan. Melleum in practica criminis perſequendi in verbo denunciauerunt, fol. 5 & ratio colligitur ex dictis Iul. Clar. in dicto, § vlt. quæſt. 7 quem refert Suarez in Theſauro recept.

sent. in verb. denunciatores, & quod denuncians non habens iustam causam, puniri possit dixerunt Lallius à Tascia in constit. inquisitiones nu. 30 & Gramm. in decis. 39 num. 2.

Denique scias in hac materia quod denunciatio de iure communi sit tamē super quibusdam Crim. vt dixit Bart. in dict. verbo denunciationem in princ. & notat. glos. in cap. vt nostrum in tit. vt Ecclesiastica benef. secus verò de iure can. quia sit in omnibus delictis cap. si peccauerit 2 q. 1 & c. nouit vbi Doct. de iudic. & latè scribit Foller. in d. ca. 5 num. 22 & in Regno adest Stylus Regiæ Cācellariæ, vt in priuatis delictis non procedatur, ex officio ad denunciationem partis, sed in publicis sic siue sit facta denunciatio siue nō, vt dixerunt Lucas de Penna. in c. Regis Caroli II. quod in c. cura nobis Affl. in cap. 1 § iniuria de pace iuram. firm. & Gram. in decis. 37 nu. 12 & ita est intelligenda prag. super accusatione quæ incipit Ioanna Dei Gratia & c. vers. vt igitur fol. 76.

Secunda dicitur denunciatio Euangelica de qua in c. 17 Gen. vt declarat. Abb. in cap. nouit. col. 1 vers. nunc conscendo, & ad eam, quilibet admittitur, vt dicebat Hipp. Mars. in l. si quis ne q. n. 122 ff de q. & eam exequitur Ecclesia cum naturalis subest obligatio vel alia æqualitas, vt Bar. tradidit, in dict. verb. denunciationem vers. contra ipsam Abb. in cap. vlt. num. 22 de præscript. Alex. in l. stipulatio ista § alteri nu. 9 ff de verb. oblig. Ang. in l. si certis annis, & Soc. in l. legem C. de pactis post nu. 13. Hinc ista denunciatione Euangel. potest, conueniri, creditor, in iudicio Ecclesiastico qui bis exegerit debitum, vt dixit Afflict. in constit. Cord. in fine de notific. bannitis, & alia exempla congerunt Doct. in dict. capit. nouit. Maranta loco cit. numero quinto, Lanfr. Balbus in decis. 149 & Iac. Menoc. lib. 2 de arbitr. casu 484 num. 1. 6. 7. & 8. ratio est, quia est fundata in institia naturali, vt no. in c. quæ in Eccles. de constit. & c. quia plerique de immunitate Eccles. & nota quod in hac denunciat. denunciās, potest esse testis, secus verò in aliis vt dixerunt Doct. post gl. in d. c. in omni quos sequitur Lanfr. de Oriano in tract. de testib. num. 519 quia ipsius finis est, vt quis emendetur non vt puniatur ita dixerunt Salic. in d. l. ea quidem Fel. in c. de his vers. 4 limit. de accusat. & Ioan. Maria Montic. in praxi crim. reg. 1 num. 24. Hinc ista denunciatio non est facienda vbi timetur de deterioratione denunciati, vt tradit Felyn. in d. cap. nouit. vers. in gl. fin. numero 38 vltima dicitur denunciatio canonica, de qua in c. 1 de offic. custod. & declarant Spec. in tit. de denunciatione, § 2 vers. canonica Maranta loco cit. numero 7 & latè Follet. in pract. crim. can. 2 p. c. 5 n. 29 & seq. a ¶ Monitione.] Cap. qualiter § fin. & cap. cum dilectus, eodem.

monitione [a] ad iudicis notitiam crimen deducitur.

Inscriptio quare magis necessaria in accusatione, quam in denunciatione. hoc dicit.

Ideo autem [b] cum in modum accusationis, crimen obijcitur, est inscriptio necessaria, non cum in modum denunciationis: quam ad depositionem instruitur accusatio: sed ad correctionem est denunciatio facienda.

Accusator non probans obiectum crimen tenetur ad pœnam Talionis, nisi suam innocentiam purgauerit, & interim, dum purgat, est suspendendus. hoc dicit.

Accusator igitur, si legitimis destitutus sit probationibus eam pœnam debet incurrere, quam si probasset, reus sustinere debebat. [c] *

a ¶ Ideo autem.] Not. hanc rationem, quæ sumitur ex c. super his, eo quæ nihil aliud infert nisi quod cum ex sui natura modus proced. per denunciat. nō importet alicuius pœnæ impositionem, non conuenit re, & negotio, vt quis se inscribat ad Talionis pœnam, quæ non venit imponenda, finis enim cuiuslibet denunciationis est correctio, & licet denunciatus, quandoque compellatur satisfacere, quando scilicet aliter se corrigere non potest, illud tamen accidit in quadam consequentia, vnum non est in consideratione l. 1 ff de auct. tut. Et in accusat. instatur principaliter ad pœnam, vnde non mirum si est scribendum, & si opponatur quod crimina quandocunque clarueriut sunt punienda 24. q. 3 c. 3 c. ecce? Resp. secundum Abb. in d. c. super his quod sunt punienda secundum modum propositum, & probatum. Idem tamen Abb. in c. inquisitioni, super gl. in verb. accusationis, videtur contrarium sentire, cum dicit saluando dictum Host. quod iuris non considerat modum procedendi, sed effectum pœnæ, limita tamen & declara superius dicta, vt per Ab. in c. fin. de calum.

b ¶ Ideo autem.] Not. hanc rationem, quæ sumitur ex c. super his, eo quæ nihil aliud infert nisi quod cum ex sui natura modus proced. per denunciat. nō importet alicuius pœnæ impositionem, non conuenit re, & negotio, vt quis se inscribat ad Talionis pœnam, quæ non venit imponenda, finis enim cuiuslibet denunciationis est correctio, & licet denunciatus, quandoque compellatur satisfacere, quando scilicet aliter se corrigere non potest, illud tamen accidit in quadam consequentia, vnum non est in consideratione l. 1 ff de auct. tut. Et in accusat. instatur principaliter ad pœnam, vnde non mirum si est scribendum, & si opponatur quod crimina quandocunque clarueriut sunt punienda 24. q. 3 c. 3 c. ecce? Resp. secundum Abb. in d. c. super his quod sunt punienda secundum modum propositum, & probatum. Idem tamen Abb. in c. inquisitioni, super gl. in verb. accusationis, videtur contrarium sentire, cum dicit saluando dictum Host. quod iuris non considerat modum procedendi, sed effectum pœnæ, limita tamen & declara superius dicta, vt per Ab. in c. fin. de calum.

c ¶ Debebat.] 5 q. 6 c. 1 & c. 2 & traditur de hoc 2 q. 3 per totam.

* Debebat.] Pœna Talionis non habet locum in Gallia, sed accusator qui in probatione defecit emenda arbitraria mulctatur, Masuer. tit. *des peines* 37 nu. 8. Imbert. instit. Forens. lib. 3 cap. 1 num. 13 Bugny. in legib. abrogat. lib. 1 cap. 62. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit quod accusator non probans obiectum crimen tenetur pœna Talionis. Hinc est quod accusator debet se inscribere ad dictam pœnam, & dare fideiussores de lite prosequenda, quam si non prosequitur monendus est, & ex contumacia extra ordinem puniendus, & aduersario in legitimis expensis condemnandus ex reg. Bal. in l. 3 C. de his qui accusare non possunt, cum qua dispositione concordat tex. in c. 1 § inscriptio 4 qu. 4 & adest ritus magnæ Curiæ Vicariæ: tamen hodie de generali consuetudine inscriptio ad pœnam Talionis est sublata, de qua Gandin. in tract. de Malefi. in rubr. de filio famil. & ratio est quia pauci homines inuenirentur qui se obligarent ad talem pœnā, & multa maleficia impunita, remanerent, vt per Ang. in tract. de malefic. in verb. nec non ad quærelā col. 2 in fi. cum seq. Alb. de Ros. in l. fi. C. de is qui accus. posūt Bar. in

l. 2 ff de accuſat. & Ang. in l. 1 cod. tit. Tamen in hoc regno per dictum ritum magnæ Curiæ num. 244 eſt introductum quod curia non recipiat denunciationem, niſi denuncians ſe obliget ad certam pœnam, de probando denunciationem, vt eſt conſtitutio pœnam calumniæ, & ibi Afflict. vbi dicit, quod loco iſtius pœnæ Talionis eſt obligatio introducta ad certam pœnam pecuniariam, idem dicit in conſtitutione accuſatorum temeritatem col. 2 in princ. & Put. in tract. ſindic. in verbo tortura, § confeſſio ſociorum col. 2 in fin. Sed hodie receſſit iſta obligatio ad pœnam ciuilem, vel criminalem ab aula, & non ſeruatur, ſed omnes indifferenter admittuntur ad denunciandum, aut ad quærelandum.

Denuncians,[a] verò, licèt ad Talionem non teneatur, ſi tamen in probatione deficiat, donec[b] ſuam purgauerit[c] innocentiam ab officio, & beneficio ſuſpendendus[d] erit: vt cæteri ſimili pœna[e] perterriti ad aliorum infamiam facilè non proſiliant.[f]

Ponit quando procedendum ſuper inquiſitionem. h. d.

Per inquiſitionē[g] criminale iudiciū inſtituitur, cū præced. diffamatione ac quaſi denunde cenſibus. Quædam generalis, vt cum inquiritur ſuper ſtatu ciuitatis, caſtri, vel alterius particularis loci, nec tunc exigitur quod infamia præcedat, facit, c. 1 de offic. ord. l. congruit ff de offic. præſid. Quædam eſt ſpecialis contra certam perſonam, & hæc interdum fit non ad pœnam imponendam, ſed ex debito officij, vt putà, ne carnale matrimonium ſtante legitimo impedimento contrahatur. Vel non confirmetur electus: & nec hoc caſu exigitur infamia: quia non agitur ad pœnam, ex quo fit ex debito officij, fac. cap. poſtquam & c. cum dilecti, & ca. nihil cum ſimil. de elec. c. fin. de cland. deſponſ. & not. per Innoc. in c. 1 de exceſſ. prælat. & per Hoſtien. in cap. vni. vt Eccleſ. benef. & per Abb. in d. cap. qualiter, & in cap. pen. eod. Quandoque iſta ſpecialis inquiſitio fit ad pœnam imponendam, & tunc ſi fit ad denunciationem publici officialis, non eſt neceſſarium, quod fama præcedat, leg. ea quidem C. eo. cap. præterea, de teſtibus cogend. quamquam dici poſſit, quod hoc caſu præcedat fama, quia non denunciantur, niſi notoria, alioqui denuncianti non creditur, ſecundum Abb. in d. cap. qualiter, no. in § aliquando 4 q. 4 & in ſuprà allega. iuribus. Quandoque fit ſpeciali fama deferente, & tunc habet locum, quod hic dicitur, quod tamen recipit aliquas diſtinctiones, & limitationes, de quibus habetur in d. cap. qualiter, & in lib. 2 § ex publico, digeſtis de adult. vbi traditur, quæ ſint inter has ſpecies differentiæ.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit quando procedendum ſit per inquiſitionem, eſt regula quod de iure Ciuili non proceditur per inquiſitionem, quia nemo ſine accuſatore damnatur, l. reſcriptio, § ſi quis accuſatorem, ff de muner. & honor. Cald. conſ. 47 de accuſat. Ideo non poteſt iudex de iure communi procedere ad inquiſitionem ex officio Cum. conſ. 136 vbi dicit communem opinionem, licèt dicat contrarium communiter ſeruari Dyn. conſ. 38. & ideo non poteſt quis viâ ordinaria de iure condemnari de crimine falſi per inquiſitionem, licet viâ extraordinaria procedi, & ſequi condemnatio poſſit; quæ tunc non infamat Calder. conſ. 479 de accuſat. idem in crimine ſtupri idem Calder. conſ. 530. quia ſi procedatur per inquiſitionem in caſu non permiſſo iudicium eſt nullum, & confeſſio inquiſiti nulla Dyn. conſ. 38.

Caſus tamen, in quibus poteſt de iure communi procedi per inquiſitionem continent quatuor regulæ generales. prima eſt quando præcedit denunciatio per officialem deputatum leg. diuus digeſtis de cuſtod. reor.

Secunda propter incidentem cognitionem, quia ſi iudex procedendo de aliquo crimine principaliter venit incidenter in cognitionem alterius delicti tunc ſuper illo incidente poteſt ex officio inquirere, l. 2 § ſi publico, ff de adult.

Tertia pp præcedentem generalem cognitionem, quia dum generaliter inquirit reperit eſſe aliquem delinquentem poteſt inquiſitionem ſpecialem formare Bar. in extrauag. ad reprimend. in verſ. per inquiſitionem num. 28.

a ¶ Denuncians.] Cap. fin. de calum. vnde ſumitur.

b ¶ Donec, &c.] Sic in cap. fin. de cal. & videtur hoc mirabile, quod primò quis puniatur tanquam calumniator, & poſtea recipiantur probationes ſuper innocentia: videtur enim hoc eſſe dupliciter abſurdum primo, quia pœna præcedit probationem delicti, & quod ſæpé innocens poterit pœnam pati l. contra abſentem, ff de pœn. dic quod fortè operatur præſumptio delicti, eo enim quod non probat non ſolum præſumitur denuncians, vel accuſans calumniari: verum etiam conuincitur, licèt hoc pluribus caſibus non procedat, vt in cap. fin. de calumn. per Abb. Ana. & alios.

c ¶ Purgauerit.] Sed quæ erit canonica purgatio? Quidam quod per iuramentum denunciantis, argum. c. præſentium de teſti. & cap paſtoralis de excep. Sed tu dic quod huiuſmodi purgatio præſtabitur ad arbitrium iudicis, ex quo iure non determinatur, capit. de cauſis de offic. deleg. Item omnes purgationes hodie ſunt arbitrariæ, vti de purgat. canonica, per tot. & 2 quæſtione quinta, cap. omnibus, & cap. conſuluiſti, 2 quæſtione quinta, & not. in cap. fin. de calumn. per gl. Abb. & alios.

d ¶ Suſpendendus.] Quam pœnam euitabit denuncians, vel accuſator, ſi probet intentionem ſuam, vel crimen obiectum per vnum teſtem Doct. communiter in capite ſecundo de calumn. ſecus eſſet in pœna conuentionali, quia ipſam non euaderet, niſi plenè probaret, vt in cap. cum dilecti. de elect. & ibi pulchrè Abb. verſic. tertio oppono contra textum.

e ¶ Simili pœna.] Ita pœna vnius eſt metus multorum 2 q. 7 c. quapropter & l. capitalium. § famoſo, ff de pœnis, & c. irrefragabili de off. ordin. & cap. fin. de calumn.

f ¶ Proſiliant.] Deficiente tamen denunciatione, vel accuſatore, non prohibetur iudex ex ſuo officio inquirere ad vtilitatem Reip. c. crimina, de colluſ. deteg. l. quamuis, C. de adult. & per Abb. in cap. conſtitutus de appell. in primo notabili.

g ¶ Per inquiſitionem.] Sunt inquiſitionis plures ſpecies. Quædam generaliſſima, vt cum prælatus inquirit ſuper ſtatu totius prouinciæ, de qua in c. ſicut, eod. & in c. Romana de conſ. & in 6. & per Abb. in cap. qualiter. 2 eod. & in hac non eſt neceſſe infamiam præcedere immò tenetur prælatus quolibet anno hanc generalem inquiſitionem facere, cap. cum venerabilis,

Quarta regula ē propter magnitudinem delicti,iō pōt iudex inquirere de omni delicto coram se commisso Bar. loc. cit. vers. per inquisitionem num. 28.

Extra istas quatuor regulas,de iure communi non pōt procedi per inquisitionem,& si aliqui sunt casus in quibus pōt procedi prout in crimine læsæ maiestatis sunt casus speciales, vt voluit Bar. in loco iam allegato.

Declara tamen quia si extradictas regulas formaretur inquisitio, & nihil opponeretur valeret processus quia dicti casus non sunt de solemnitate inquisitionis, neque forma, cum sint potius antecedentia, q̄ debent præcedere inquisitionem Bart. d. extrauag. ad reprimen. n. 30 vers. sed cum in accusatione super vers. per inquisitionem.

tiāte fama,[a] de crimine iudex inquirit. Constitutum est enim, ne criminum facilis nimis sit obiectio, vt sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, & denunciationem charitatiua monitio: ita & inquisitionem clamorosa[b] insinuatio præcedere debeat.

Confessus crimina coram inquisitore, non poterit confessionem suam eo prætextu reuocare: quòd non præcesserit fama inquisitionem. hoc dixit.

Si quis tamen[c] postquam coram eo, qui contra ipsum super certis criminibus inquisitor deputatus[d] fuerat, eadem crimina confessus[e] fuerit frustra postmodum eo prætextu[f] confessionem suam impugnare, contendet, quod super eiusdem criminibus non fuerit antea diffamatus.

Si iudex processerit non excipiente inquisito de non diffamatione, processus tenebit. hoc dicit.

Idem etiam erit, si is, cui contra te commissa[g] super certis criminibus fuerit inquisitio, te præsente,[h] nec quidquam super hoc excipiente, infamiæ inquisitione omissa, ad

a ¶ Denunciante fama] Sumitur hoc verbum hic in malam partem, aliquando tamen & in bonam, c. nolo, 12 q. 1 & sic est nomen medium, fungitur ergo fama coram iudice vice accusatoris, vnum hoc casu nihil probabat, licèt aliquando plenè, aut semiplenè probet, iuxta ea, quæ habentur in c. veniens, de testi. & in l. de minore. § tormenta, ff de q. quia si probaret in casu nostro teneret locum accusatoris, & testis, quod esse non debet 4 q. 4 c. 1 & c. forus de ver. sig. debet autem hæc fama habuisse ortum non à maleuolis, vt tradatur pleniſſimè in c. qualiter 2 eo. vbi habetur quis sit effectus famæ, quæ habet ortum à maleuolis, & an compellat infammatum, ad canonicam purgationem.

b ¶ Clamorosa.] Id est latè sparsa c. qualiter 2 vbi Ab. & c. inquisitionis, § ad hæc eod.

Si quis tamen Casvs ita figuratur. Quidam iudex ita contra inquisitos, & de crimine accusatos procedebat quod formam agendi non seruauit, reorum tamen hoc non obstante alter delictum fuit confessus, & alter à principio aliquam exceptionem non opposuit, vnde fuit dubitatum de valore huiusmodi processus, qui videbatur nullus per regulam quod forma dat esse rei, l. Iulianus, ff ad exhibendum. Sol. tamen prout hic legimus, quia solemnitas iuris videtur inducta ad veritatem inueniendam & ne quis indebite grauetur & eum hoc interest rei pōt ipse renunciare: vnde obiectio est intelligenda de forma intrinseca & essentiali secus autem de extrinseca. Not. quod quis dicitur iuri suo renunciare aliquando tacitè & aliquando expresè, & ideo caute in iudicijs est procedendum: Not. 2 quasdam solemnitates esse necessarias ad libitum illorum, qui eis vti volunt.

c ¶ Si quis tamen.] Habes hic, & in § seq. duos casus in quibus tenet processus, etiam non præcedente diffamatione: alios casus vide in capitul. vnic. vt Ecclesiast. benef. si. dim. confer. & in l. 2 § publico. ff de adulter.

d ¶ Deputatus.] Non solum ab Apostolico: verum etiam ab ordinario, secundum Archid. Ioan. And. & Perusi. in capitul. 1 eod. in 6 vnde sumitur, fac. quæ habentur in cap. quod sedem, de offic. ordin.

e ¶ Confessus.] Nullæ ergo sunt partes iudicis, nisi vt sententiam ferat quid enim quæramus de infamia, cum de crimine clareat 24 qu. 3 capitul. cccc cap. per inquisitionem de elect. capitul. si super de confess. l. si debitori, ff de iud. iam enim est notorium crimen capit. vestra, & capit. fin. de co. hab. mulier. & cler.

f ¶ Eo prætextu.] Vel illo quod capitula super quib. quis fuit inquisitus sibi non fuerint tradita, capitu. 1 in 2. respons. eod. lib. 6 alio tamen prætextu; putà erroris, vel falsitatis ipsius confessionis, licèt enim ex confessione in iudicio resultet notorium, capitul. fin. de co hab. cler. & mul. Confessio tamen potest non solum exponi, & declarari ita quod illa non perimitur, cap. cum dilecti, eod. sed etiam respectu erroris, vel falsitatis reuocari. fac. l. cōfessionib. ff interr. act. nec enim fatetur quod errat. l. non fatetur de confess. l. si per errorem ff de iurisd. omn. iud. nisi tamen confessio facta deliberata, vt not. in ca. ex literis, de diuor. secund. Ioan. Andr Arch. & Peru. in dict. capitul. 1. Quod ipsum tamen multis modis limitat, vt per Peru. in dict. cap. 1 post alios plures, quos allegat.

g ¶ Commissa.] Intellige ad petitionem alicuius, quasi Papa motu proprio committit inquisitionem, criminum alicuius, iam illum approbat infamatum, cum Episcopus, & Metropolitanus, procedant etiam ad inquisitionem, omisso tali articulo, 2 quæst. 5 capitul. omnibus, & capitul. sicut olim eo. Sed si ad petitionem alterius commiserit tunc prius inquirendum erit de infamia, secundum Innocent. in cap. cum oporteat, eo etiam ita not. in cap. fin. eo. in 6 quod declara. vt ibi per Perusi. & alios.

h ¶ Præsente.] Sciente, nec reclamante secus enim esset, si quis esset quidem præsens, sed ignoraret, quod testes deponerent super principali omissa inquisitione infamiæ, quia tunc non valeret processus capitul. primo, inquisitionis, §. 3. capitul. eod. Vel si contumaciter

veritatem eorundem criminum inquirendam proceſſerit. Nec enim proceſſum huiuſmodi, eò quod non fuit de infamia primitus inquiſitum, vlterius impugnare poteris. [a]

Si crimen opponatur excipiendo, non eſt neceſſaria inſcriptio. h. d.

Accidit [b] autem interdum, vt alicui nec accuſando nec denunciando, nec inquirendo, ſed excipiendo [c] * crimen opponatur: vt putà, cum quid obijcitur, vt quis ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur, quo caſu non erit inſcriptio neceſſaria. [d]

Non eſt neceſſaria inſcriptio, ſi crimen obijciatur, vt quis ab officio, vel beneficij aſſequutione excludatur: quo tamen caſu ſi poſt confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria. hoc dicit.

Sed an, ſi propterea crimen opponatur, vt quis à promotione officij, vel beneficij aſſequutione excludatur, neceſſaria tunc ſit inſcriptio? Et proditum eſt, ſi ante confirmationem obijciatur, non cogi quemquam inſcribere: quia crimen hoc modo probatum promouendum quidem impedit, [e] non tamen tam promotum deijcit. Poſt confirmationem [f] verò cum ſcilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & ab obtento deijcit, & extraordinariam pœnam ſecundum

a ¶ Poteris.] Nota ergo, quod infamiæ inquiſitio non eſt de ſubſtantia proceſſus initij per viam inquiſitionis, cum poſſit omitti non ſolum expreſsè; verum etiam tacitè, de quo in capitul. 2 eod. in 6 & latè per Peruſi. in capitul. 1 eod. titu. & lib. poſt alios, aliàs autem iudex inquirens contra aliquẽ ſine indicijs, ſine expreſſo vel tacito conſenſu inquiſiti ſi eundem poſtea abſoluat, tenetur ſibi in expenſis. Abba. in capitul. cum dilecti, verſicul. gloſſ. vltima colligit arg. ex text.

Io. Bap. Accidit autem. CASVS. Fuit dubitatum inter ſcholares an modus proponendi crimina in iudicio per exceptionẽ eſſet criminalis, quidam enim affirmatiuè putabant eſſe reſpondendũ, quia ille reus ob ipſum delictum aliquo modo ſaltem punitur, quidam verò alij putabant oppoſitum cum ſolum delictum talem reum ab illo actu excludat, ſicut teſtis criminoſus, capitul. teſtimonium, de teſtibus. Solu. tamen vt in hac parte cauetur, quia finis exceptionis opponitur fini iudicij ſiue ciuilis ſiue criminalis, cũ exceptio ſit quædam excluſio actionis, vel intentionis agentis, l. 2 ff de exceptio. No. quod exceptio non ſolum excludit, ſed etiam aliquãdo tollit ius quæſitum, vt declarat capitul. ſuper his, & ibi Dec. eo. de accuſ. Not. 2 quod differentia diuiſiua deſumi debet à fine, vt ſit vera, & propria.

b ¶ Accidit.) Ad ea. quæ in hoc, & in ſeq. § veniunt dicenda, vide per Hoſtienſ. in titul. de exceptionibus lib. 5.

c ¶ EXCIPIENDO.] Sed an contra excipientem de crimine, poſſit replicari de alio crimine, ad effectum remouendi reũ ab exceptione? Reſp. admittitur triplicatio, vt traditur in cap. ſuper his, de accu. quia cuilibet quantumuis criminoſo reſeruatur defenſio legitima, vt in capitulo intelleximus, de ind.

* EXCIPIENDO.] Quia cum crimen per exceptionem opponitur, & nõ per accuſat. reus quamuis conuictus non punitur, cap. 1 de except. vnde cum in Senatu Pariſienſi heredes cuiuſdam occiſi eius viduam pro repetitione dotis agentem de cæde mariti per modum exceptionis arguerent Senatuſconſulto lato die 9 Maij 1585 illam accuſare vel exceptione cadere iuſſi ſunt, Robert. lib. 1 cap. 14. SOLIER.

d ¶ Neceſſaria.] Cap. ſuper his, eod. capitul. cum dilectus, vbi latè de ordin. cogni. & hoc intellige iuxta verba huius literæ, ſcilicet quãdo excipitur de crimine ad hoc, vt teſtis, vel accuſator ſimpliciter repellantur à deponendo vel accuſando: hoc enim caſu non eſt inſcriptio neceſſaria, ſed ſi incidenter hæc exceptio operetur alicuius iuris priuationem, imponetur excipienti pœna extraordinaria, vt dicitur, § ſequ. & in capitul. ſuper his, vnde ſumitur. Si verò excipereturad effectum puniẽdi principaliter, quã ratione interuenire debet inſcriptio in directa accuſatione, eadem ratione debet in exceptione hoc caſu interuenire. Ita Ab. in d. c. cũ dilectus poſt Bart. in l. ſi cui, ff eodem ſed an crimen probatum per viã exceptionis infamet per Ab. in dict. capitul. cum dilectus verſicul. quoad tertium, & per eundem in cap. ſuper eod. de elect.

e ¶ Impedit.] Immò obſtat in dignitatibus etiã acquirendis, capitul. ſuper eo. de elect. & arg. 2 q. 1 capitul. prohibẽtur, & capitul. omnipotens, eod. quia ex iſta exceptione probata sẽper granata remanet eius opinio l. Lucius, ff. de his, qui not. inf. cap. cum tu de teſt. capitul. ſuper eod. de elect. Sed contra videtur facere, quia exceptio nõ debet operari vltra intentionẽ agentis, l. non omnis ff ſi cert. pet. ergo hæc exceptio nõ deberet operari remotionẽ ab alia Solu. ſecundum Ab. in d. ca. ſuper his, quod non operatur virtus exceptionis, ſed aggrauatio opinionis, quæ ſurrexit ex prima repulſione, vt nota in d. c. ſuper eo. An autem iſte poſſit ſe purgare, ne repellatur ab alia dignitate conſequenda, per Ab. in dict. cap. ſuper his verb. & aduerte poſt gloſſ.

f ¶ Poſt confirmationem.] Tunc enim ſpiritualę co-

iugium est contractum, capitul. inter corporalia, de translat. præla. § fina. sup. de confirmat.

a ¶ Arbitrium.] Est hoc generale vbi certa pœna expressa non est in iure, capitul. de causis de offic. deleg. l. 1 in fin. ff de iur. delib. & à tali pœna imposita potest appellari: secus à pœna expressa in iure l. antep. ff de verb. sign. & in capitul. super his de accus. vel posset peti reductio pœnæ ad arbitrium boni viri, capitul. Quintauallis, & cap. veniens, ad finem de iure iur.

arbitrium [a] iudicis citra vinculum inscriptionis, si defecerit in probando, est excipiens astringendus.

DE DVPLICI [b] PVRGATIONE.

TIT. II.

Quid sit purgatio. hoc dicit.

COntingit etiam interdum, vt licèt adversus criminosum, [c] nec accusator consistat, neque testibus, aut propria sit confessione conuictus, ita tamen alicuius criminis, vel maculæ publica laborat infamia, quod super manifesta ferè nota eidem purgatio sit indicenda. [d] Est autem purgatio demonstratio [e] innocentiæ super obiecto crimine.

DE DVPLICI PVRGATIONE.

b ¶ De duplici.] Vulgari, scilicet, & Canonica.

Io. Bap. COntingit. Casvs non figuratur not. quod ex delicto in iudicio legitimè proposito, non tamen concludenter probato contrahitur infamia, quæ cum à iure damnetur propterea debet de iure purgari. Not. 2. arg. quod cautè est procedendum in hoc criminali iudicio ne quis indebitè infametur.

c ¶ Criminosum.] Id est, qui putatur criminosus.

d ¶ Indicenda.] Capitul. de hoc autem, de simonia, & capitu. nos inter de purg. can.

Io. Bap. Est autem. Casvs non figuratur. Not. tamen quod purgatio cum sit demonstratio innocentiæ, aut est secundum canones, & ista est permissa, aut est contra eosdem can. & ista est damnata, & ideo dicitur vulgaris, sicuti est duellum, per primum probabiliter demonstratur innocentia: per secundum verò tentatur Deus, & ideo damnatur.

e ¶ Demonstratio.] Non quemadmodum fumunt Theologi, vt scilicet non possit res aliter esse, sed per quasdam coniecturas, vel media à iure adinuenta, quæ vulgus, vel ius habent loco demonstrationum.

ALOYSIVS RICCIVS. Terminos habes in textu, sciendum tamen est purgationem canonicam esse de obiecto crimine demonstrationem, Nauar. de hæretic. lib. 5 consilio quinto, numer. 13 Paris. lib. 5. disquisitionum Magica. sectio. 13 cuius rei titulum habemus in decretal. de purgat. Canon. quam esse remedium subsidiarium defendit in specie Caball. in suo Luculentiss. lib. Resolut. Crimin. casu 84 numer. 2 vbi ex Ab. capitul. 2 notab. 2 de purgat. canon. ait. hanc purgationem non esse incidendam vbi aliter crimen possit probari, vel quia adsit accusator, vel quia extet indicium ad torturam ideoque subsidiaria reputatur Marant. sui Specul. part. 6 titul. de iuramento nume. 29 Diaz. in practic. crimin. capit. 141 Gabr. consil. 160 volum. 1.

Dicitur autem purgatio Canonica, quia regulis Iuris Canonici est satis consentanea, vt infamatus de quocumque crimine quod plenè probari non potest, & sic non confessus, aut conuictus non modicùm se purget, vel per sumptionem Sacro-Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti Pœn. ad director. Inquisitor parte secunda Comen. 14 verum quia extra crimen hæresis, aut illius suspicionem in desuetudinè abijt purgatio Canonica teste Clar. in § vltim. quæst. 63 nume. 4. Gallia consilio 18 num. 126. cum sequent. Gail. lib. 2 obseruation. 106. & Caball. dicto loco num.... inter regulares solummodò viget hoc remedium dum aliquis, infamiæ respectu inquisitionis, superioris sui subijcitur, ne ex quâ nihil certi habeatur, nam tunc vocatus, dictum Iuramentum præstare debet, nec non adesse debent purgatores, qui iurent se credere, quod is non deierauerit, compurgatores autem pro Episcopo debent esse duodecim pro Sacerdote, verò seu eiusdem ordinis, & dignitatis cuius est reus, si fieri potest, & aliquando pauciores Iudicis arbitrio, vt ostendit Victor Mansus tract. de mod. proceden. in caus. regular. capitul. 29 loculenter Roder. tract. de quæst. regul. tom. 2 quæst. 20 articul. 1 & 2 vbi religiosus accusatus si deficit in probatione nó punitur à suo Prælato, vti conuictus sed ob violentam præsumptionem pœna tantum arbitraria plectitur Sylvester. de prag. can. in fin. Simanch. de Cathol. Institut. capitu. 57 ideireo admonendi sumus quod abiuratio scilicet recessus ab aliquo reatu cum iuro de non redeundo ad eundem vomitum seu lapidem, & sic hæresum, detestatio de leui, & de vehementi etiam pro formali hæresis dicitur purgatio Canonica seruata formâ abiurationis, & absolutus de hæresi per abiurationem habetur pro innocente capitulo accusatus de hæret. in 6 Bursat. consilio 79 numer. 19 volum. 1 Simanch. de Catholic. institut. cap. 56 Rota Auenion. decis. prima, nnmer. 4. vbi inter abiurationem de vehementi, & purgationem Canonicam nulla est differentia Nauar. dict. consilio quinto, numer. tertio, & quarto. Roder. tract. dict. quæstion. regul. tom. 2 quæstion. 82. articul. 2 quemadmodum accidit familiariter conuersanti cum hæretico Rojas singular. 212. numer. 4. & 213. numer. 4. Rimin. Iun. consilio 686. numer. 25. cum sequent. volum. 6. quæ quidem abiuratio

non

non dicitur ſententia diffinitiua, ſed ſatisfactio pœnitentialis, & abſolutio à pœnis c. ad abolendam de hæretic. Burſat. conſil. 24 numer. primo, volu. 1 iuncto conſilio 38 numer. 26 eodem volum. quæ non eſt arbitraria in hæreticis conuerſis, ſed omninò eam adhibent circumſpecti patres Inquiſitores, capitul. ergo Berengarius de conſecratione diſtinct. 2 Burſat. dict. conſ. 38 numeri niſi res ſit cum vehemèter ſuſpecto de relapſu num. 15 non abiurat fidei pœnitentia iniungitur cum ſecuritate eam adimplendi Ab. in capit. literas de præſumption. Burſat. dict. conſ. 57 numer 17 ſicuti contra probos nobiles, & honeſtos de hæreſi ſuſpectos, vt in ſuperſtitioſis, in ſcandaloſa verba proferentibus decentius, ideſt minus odioſum ſit quod purgatio canonica illis iniungatur quam deueniatur ad abiurationem Eymeric. in director. Inquiſitor, quæſtio 46 numer. 9 & Theſaur. fori Eccleſiaſtic. parte 3 capitul. 37 num. 14. 15. 16 quamuis relapſus non poſſit ei aſcribi qui iam abiuraſſet de Leui tantum quoniam deficiunt requiſita ad conſtituendum aliquem relapſum, dict. capitul. ad abolendam Burſat. dict. conſ. 79 num 22 Triuiſan. Venet. deciſ. 37 numer. 6 cum ſequent. parte 2 Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 311 cum ſequent. vnde inter cætera requiritur præcedens abiuratio de vehementi vt refricatio cicatricis reddat inſanabile vulnus etiam ſi in alio articulo delinquit quia omnes hæreſes ſunt inuicem connexæ cum cauſis ſimul colligatis Royaſ. ſingular. 172 numer. 4 & Rot. Auenion. dicta deciſ. 1 per tot. & quidam exclamabat crimine ab vno diſce omnes, neque ſine labore, & ſine fructu foret ſi recenſerentur caſus in quibus quis dicitur ſuſpectus rurſum: quod in crimine hæreſis ſuſpicio diſtinguatur in leuem, vehementem, & violentam Menoch. de præſumption. lib. 1 quæſt. 100 verum tamen placeat adire Director. inquiſit. Peniam, & alios ſupra citatos præcipuè verò Theſaur. For. Eccleſiaſtic. dict. capitul. 37 num. 29 vſque ad num. 38 vbi refert 8 caſus ex frequentioribus illum maximè omnium de quo in Bulla Pij Quinti Pontificis ter optimi, & maximi capitu. 83 in capitul. ſi de protegendis, de qua aliquando conſultus reſpondi Auditoris mumere perfungens in Sãcto officio patriæ meæ licèt indignus ex fide tamen & ex corde ſic præterea contra authores ſortilegiorum, & incantationum etiam ad amorem, vel ad inueniendum furtum ſeu Theſaurum ſi adſit abuſus Sacramentorum, vel cultus latriæ ob tacitam cum dæmone profeſſionem, vt ad nos tract. de fact. ſcient. & ignor. diſtin. 4 cenſetur 2 Addo Camill. Caballil. copioſe agentem de verborum ſignificatione lib. 1 capitul. 15 & 16 atque Papon. conſ. 50 numer. 12 cum ſequent. loquentem de inuocatore Dæmonum ac opem ſpiritum frequentãte, explorante ab illis ſecreta, ac de habente ſeu geſtante paredriam in annulo, vel plicala dæmonem annuli palle incluſum ſic contra Blaſphemos etiam conſuetudinarios, vel hæreticalia, verba inconſideratè euomentes, de quibus apud Plot. tract. de Blaſphem. impreſſe poſt repet. lege ſi quando C. vnde vi Boer. deciſ. 301 Theſaur. deciſ. 241 Clar. in § Blaſpemia Afflict. ad conſtitution. Regni lib. 1 in verb. inconſutilem, num. 53 & 54 Menoch. de arbitr. Iudicum caſ. 375 Grammat. deciſ. 50 Claud. Bartaz. ad patri conſilia Crimin. 553 volum. 2 Viu. deciſ. 275. 332 & 388 lib. 2 Cam. Borell. conſil. 43 Iacob. Marchiſell. quæſt. 50 & 54 & Graff. deciſ. lib. 2 par. 1 capitul. 19 & 20 ita quoque contra ſcienter ducentes plures vxores vno eodemque tempore, vel poſt primum matrimonium viuente adhuc coniuge contrahunt ſponſalia per verba de præſenti enm alia muliere Graff. conſ. vnic. de ſponſal. lib. 4 qui idcirco videntur male ſentire de Sacramentis Eccleſiæ abhorrentis pluralitatem vxorũ, atque maritorum, vnde ſic committentes Poligamiam præter excommunicationem abiurant de vehemẽti vti valde ſuſpecti de hæreſi, & plerumque demum agere coguntur ſi ſunt validi capitul. gaudemus de diuort. capit. ad abolendam de hæretic. Paleoth. de noth. & ſpuri capitul. 6 ſciſcitamus, & nos tract. de fact. ſcient. & ignor. diſtinct. 40 numer. 4 cenſetur. 2 Menoch. de arbitrar. Iudic. caſu. § 20 Clar. in § fornicatio numer. 21 Albert. tract. de agnoſ. Cathol. affert. quæſtio. 23 num. 49 cum ſecuen. Farinac. tract. crimin. parte prima, quæſtione octaua, numero 27 in foro autẽ ſæculari prouium eſt apud nos ex neu. conſtit. tit. de pæn. § ſi quis cum duabus, & de hoc argum. fuſius apud Caball. Reſolut. crim. caſu 98

Quotuplex ſit purgatio & quod vulgaris eſt penitus improbata. h. d.

Purgationis duæ ſunt ſpecies *Vulgaris ſcilicet, & canonica, Vulgaris purgatio eſt, quam vulgus, vel inuenit, vel ſequitur. Vt cũ aquæ frigidæ, [a] vel candentis ferri, [b] vel ſingularis certaminis [c] quis ſubit iudicium quæ cum Deus in ea tentari [d] videatur meritò iuſſa eſt ſacris canonibus exulare: [e] licèt

* Duæ ſunt ſpecies) Purgatio duplex eſt Canonica & vulgaris vt hic: Canonica eſt etiam duplex, vna per quam Reus cum ſeptem vel quinque ſecijs ſui ordinis pro arbitrio prælati ab improperato crimine, medio iuramento, ſe innocentem firmat 5 cap. ex tuarum § mandatum, de purgat. Canon. & principalis reus de veritate, compurgatores verò de credulitate iurare debent: cap. quoties 5 § fin. capite de teſtib. capite accipimus eod. tit. altera eſt, quæ fit per communionem Gorporis Chriſti, quæ approbatur capite ſæpe contingit, & capite vlt. in princ. ſecundo quæſt. 4. purgatio vulgaris eſt multiplex & ſemper prohibita, nam alia fit per ferrum candens vel aquam frigidam, capite vltim. de purga. vulg. quæ tamen præcipitur in ſeruis & infamibus, qui ingenui non ſunt, capite nobilis ſecundo quæſt. 4 capite primo de purgat. Canonic. alia per duellum & prohibetur, capite primo & ſeq. de purgat. vulg. capite monomachiam 2 qu. 4 ac alia per quaſdam aquas amariſſimas, & hæc ex veteri teſtamento deſcendit & prohibetur capite in libro d. quæſt. 4 ſed omnes iſtas purgationes tam Canonicæ quam vulgares moribus noſtris incognitæ ab omni Gallico foro eliminatę ſunt SOLIER.

a ¶ Aquæ frigidæ] capit. ex tuarum de purg. canonico.

b ¶ Ferri.] capite fin. de purg. vulg.

c ¶ Certaminis.] capite primo, de vulg. ſecunda quæſtione quarto capit. monomachiam.

d ¶ Tentari.] quod eſt cauendum 23 quæſtione 8 capit. ſi nulla vrget & 22 quæſt. ſecundo cap. quęritur cur.

e ¶ Exulare.] cap 1 de purg. vulg. capit monomachiam 2 quæſt. 4 irrepſerat tamẽ abuſus quidam nuper in Italia, vt paſſim fermè ſingulare certamen iniretur, ita vt aſſuetudine quadam licere videretur, vnde de eo tanquã dere non illicita luculẽti tractatus ſcripti comperiuntur, & Doctores paſſim conſulebant, ſed ſaluberrimè prouidit nuper Concil. Trident. in ſeſſione 25 in 19 decreto, in decretis reformationum per quod credendum eſt huic magnæ corruptelæ iam impoſitum finem, cum non ſolum volentibus pugnare, verum &

principibus, patrinis, aduocatis magnę pœnę imponantur.

a ¶ Quosdam.] Vt Dauid. cum Golia.

b ¶ Auctoritas.] Non ergo omnia, quæ sunt, vel leguntur in sacra pagina sunt imitanda, Quædam enim in ea dicũtur narratiuè non approbatiuè, vt de Esaü. distinct. 86 Quædam dispensatiuè, vt de Iacob, quod habuerit plures vxores c. gaudemus, de diuor. fac ca. occidit 23 q.5.

c ¶ Canonibus.] vt de purg. can. per tot. & 2 q.4 per tot. & 15 q.5.

d ¶ Firmat.] cap. constitutus, de purg. canon. cuius autem numeri esse debeat hæc manus per Host. in sum. de purg. can. § quotus nu.

e ¶ Erunt autem &c.] Nota requisita in purgatoribus. Primum enim debent iurare secundum conscientiam & opinionem suam Secundum, quod probentur ab ecclesia. Tertiũ vt sũt bonæ famę. Quartum, quod non fuerint de crimine condemnati Quintum, quod non sint vicini, vel habeant cõuersationem cum purgando, vt in c. constitutus, vbi Ab. de purg. cano. c. cum dilectus, ea. cum P. Manconella eod. tit.

Quicumque CASVS Quidam cum fuisset de crimine infamatus, fuit ei indicta purgatio canonica, in qua cum perfecisset, fuit quæsitum an vlterius contra eum esset procedendum per c. at si clerici, de iudi. videbatur absoluendus, cum non sit confessus, vel conuictus Sol. tamẽ vt hic habetur, quia cũ non potuisset se purgare, habetur propterea pro cõuicto, & sic æquiparatur crimino so notorio, in quo non conceditur purgatio, & ita nec etiam obiectio videtur obstare. Nota inprimis cautellã ad probanda delicta, quæ concludenter, vel non sunt probata, vel non potuerunt probare. Not. 2 quod delictum notorium æquiparatur cum delicto confesso, vel conuicto tam in condemnando quam etiam in iudicando.

f ¶ Perinde.] cap. cum P. Manconella, de purg. Hoc tamen intellige secundum distinctionem Ab. in c. accedens, de accus. vers. & ideo vltra alios. videlicet si aliquis modus agendi præcessit purgationis indictorum, & tunc deficiens punitur modo extraordinario, & suspenduatur tantum ab officio, vt per Io. And. in capite significasti, de adult. & de hoc per eundem Ab. in cap. veritatis, ver. alius intellectus notabilis, de do. & contum. & in cap. cum dilectus, in gl. 1 de purg. can.

g ¶ Fuissent.] Quod si purgauerint, se in nihilominus post purgationem accusari possint, vel inquiri? Resp. secundum distinctionem Ab. in c. ex tuarum ver. sed quoad principalem, de purg. cano. Nota. est quod si fuit præstita purgatio super crimine enormi, nihilominus purgatus põt temporaliter suspendi, ca. inter de purg. canon.

h ¶ Iudicantis, &c.] de hoc Fel. in cap. accedens de accus. post Hostien. in sum. de purgat. can. § quæ sit pœna.

i ¶ Purgatio.] ca. cũ dilectus de purg. ca.

k ¶ Euidentia.] ca. euidentia, de accu. Sufficit autem scelus esse euidens peritis & intelligentibus, non autem & idiotis per id quod ponit Butr. in ca. literas de tẽp. ord. vbi dicit, euidentem legis intellectum, qui extrahitur subtiliter per peritos, licèt non oẽs scirẽt ita extrahere.

l ¶ Neque &c.] vtrum nec purgatio admittetur, cum nec accusato sit necessarius, quod magis videbatur dicendum, & not. ar. de accusatione ad purgationẽ.

Criminum CASVS non figuratur, causa distinctionis cũ enim ex delicto oritur læsio, & dãnum, & hæc respiciunt immediatè, vel Deũ, vel hominẽ propterea duo assignantur genera delictorum: relicę autẽ creaturæ non sunt in ista dist. consideratæ, quia reducuntur, vt puto ad Deum, vel hominem. Io. Bap.

m ¶ Criminum.] Dixit hucusque de causa formali iudicij criminalis, exoritur nunc de materiali.

n ¶ Et hominib.] Copul. implic. quod postea enum. continẽt non solũ damnũ hominũ, sed etiam læsionẽ De-

enim quosdam [a] singulare certamen iniuisse dehinc prodat historia, nunquam tamen, vt id pro lege teneatur, diuina saxit auctoritas. [b]

Quæ sit canonica purgatio, Et quales esse debent compurgatores. h. d.

Canonica purgatio dicitur, quæ sacris canonibus [c] est comprobata, vt cum de crimine infamatus iurat, se non esse tali crimine vel macula inquinatum, & certa compurgatorum manus eundem à crimine immunem, & verum credere illum iurasse ipsa quo que iureiurando firmat. [d] Erunt autem [e] compurgatores huiusmodi honestatis, & opinionis, vt verisimile fit eos amore, vel odio, vel obtentu pecuniæ non deserare: necesse etiam est, vt eius quem purgare intendunt, vitam & mores notos habeant.

Deficiens in purgatione habetur pro conuicto. hoc dicit.

Quicunque verò in canonica purgatione defecerint, perinde [f] puniendi sunt, atque si de crimine, de quo diffamari fuerint, legitimè conuicti, vel confessi fuissent [g] nisi tamen aliud iudicantis [h] æquitas statuendum duxerit.

Super notorio nulli erit indicenda purgatio. hoc dicit.

Planè super notorio nulli erit inducenda purgatio, [i] sed tantum condemnationis promulganda sententia. Cùm patrati sceleris euidentia [k] neque accusatori, [l] clamore indigeat.

Criminum quædam solum Deum lædunt: quædam etiam homines. h. d.

Criminum [m] autem quædam diuinæ maiestatis læsionem continent: quædam verò & hominibus [n] damnum errogant. Quæ Deum

DE SIMONIAr

Io. Bap. CVm auctor sup. § fin. tit. prox. adnot. dist. de delictis, ea ratione, videtur id feciſſe, quia poſt explicationem modi criminaliter agendi, intendebat poſtea tractare de ipſiſmet delictis, atque primò de illis, quæ principaliter reſpiciebant Deum; qua de re cum ſimonia ſit delictũ inter iſta magis graue, vt adnot. in ſum. 1 q. 1 propterea propoſuit in præſenti titul. iſtum, qui diuiditur in 8 par. in quarum prima habetur quid, & vnde ſit dicta ſimonia: in ſecunda quotuplex ſit in tertia quomodo, & in quibus rebus committatur. In quarta quis poſſit diſpenſare. In quinta adnot. an ſimonia ſuo vitio vitiet datum in diſpendium electionis. In ſexta demõſtratur qua pœnã, & quando ipſa puniatur. In ſeptima adnot. quis poſſit eam accuſare. In octaua ſoluuntur quædam dubia: ſecunda ibi, ſimoniæ: tertia ibi, contrahitur autem: quarta ibi, ſed videamus: quinta ibi planè: ſexta ibi, ac veluti: ſeptima ibi, huius autem: octaua ibi, ſciendum tamen eſt.

principaliter lædunt hæc fermè habent, ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium. Hominibus verò læſionem inferunt, homicidium, adulterium, ſtuprum, rapina, furtum, vſura, falſum, iniuriæ, de quibus diſtinctius, ſed tamen breuiter videamus.

DE SIMONIA.

TIT. III.

Quid ſit ſimonia, & vnde dicta. h. d.

SImonia nihil aliud eſt, quam ſtudioſa voluntas, [a] ſiue cupiditas emendi, vel vendendi ſpiritualia, [b] vel ſpiritualibus annexa. [c] Vel ſimonia eſt rei ſpiritualis, vel ſpiritualibus annexæ cum aliquo temporali facta commutatio. [d] Appellata eſt autem à

Io. Bap. SImonia. CASVS. Non figuratur, ſed not. quod ideo ſimonia eſt damnata, quia quod non eſt æſtimabile per eam fit æſtimabile: Not. ſecundò, quod quando duo in aliquo actu conſiderantur, id quod eſt principale habetur in conſideratione.

a ¶ Voluntas.] Videtur ergo, quod ſola voluntate poſſit committi, quod ſatis, verum eſt quoad Eccleſiam triumphantem, vel forum poli. cap. tua nos, eod. ſecus quoad Eccleſiam militantem, & in foro fori, vt declarat latè Hoſtienſ. in ſumm. eodem, § quid ſit ſimonia, & 1 quæſt. 1 glo. ſummæ, & quia antiquorum definitiones ſingulæ rem totaliter non videntur complecti. ideo plures ponit.

ANT. TIM. Quod dicitur in gloſſ. quod voluntate ſola in foro fori non committitur ſimonia, 1 non ponitur ſimonia mentalis legibus humanis, credo verum: in cauſa enim iudex non poteſt animaduertere, cum iudicium tutum Eccleſia non ferat ſuper occultis, de quibus non iudicat, neque ea punit iuxta l. cogitationes, ff de pœn. cogitationis pœnam nemo patitur.

b ¶ Spiritualia.] Vt putà ordinem, & de his nota, ſuprà de re iudic. & in capitul. conſulere, eodem, & per Hoſtienſ. in ſumma eodem § 1.

c ¶ Annexa.] Vt ius percipiendi fructus perpetuò ſecundum Hoſtienſ. in ſumma, eodem, § primo. Vel ius patronatus, capitul. de iure, & capitul. quia clerici, de iure patron. vt latius per Hoſtienſ. in dict. § primo, dantur, & aliæ definitiones, vt ibi per Hoſt. & per Abb. in capitul. nemo eodem.

d ¶ Commutatio.] Hæc definitio ponitur per Abb. in capitulo nemo. eodem, vbi declarat, & videtur accommodatior dic. vt ibi per eum.

ALOYSVS RICCIVS. Pro huius tituli intelligentia videndum eſt primò, quid ſit ſimonia, ſecundò vnde dicatur, tertiò quænam eſt eius materia, quartò quotuplex eſt, quintò an committatur in permutatione, reſignatione, vel renunciatione beneficij, ſextò Summus Pontifex committat ne ſimoniã, ſeptimò ſimoniacus mentalis teneatur ne ad reſtitutionem, octauò poſſit ne aliquid pro collatione Sacramentorum recipi, nonò quid ſi conferantur beneficia. in recompenſationem ſeruitorum.

Quo ad primum ſimonia eſt ſtudioſa voluntas, emendi, vel vendendi ſpirituale, aut ſpirituali annexum, vt habetur per Suar. libro quarto, in princip. ſiquidem Simon magus cogitabat donum Dei pecunia poſſideri, & ideo D. Petrus dicit ei pecunia tua ſit tibi in perditionem animæ tuæ, quod latiſſimè proſequitur Suarez. loco cit. capitul. 1 num. 3.

Quo ad ſecundum vocatur ſimoniaca hæreſis non quod ſimonia, ex ſe, & naturâ ſua ſit hæreſis, aut ſemper coniuncta, ſed quod in dict. eius authore fuit coniuncta cum hæreſi dum donum Dei exiſtimauit pecunia poſſideri, & ſic ád. Simone Mago dicitur, vt citati docent authores.

Quo ad tertium, omnia Sacramenta Eccleſiæ ſunt res ſpirituales, & conſequenter ſunt de iure diuino materia ſimoniæ, vt docet D. Thom. quæſtione 100 latiſſimè poſt alios Suar. libro quarto, capitulo decimo, & ſic ſe conſecratio Altaris, vel Monialis venderetur, & ita de aliis Sacramentis, vt Sacramentalia ſunt, committitur ſimonia, ita habetur in capitul. ſi quis obierit 1 quæſtione tertia, vbi generaliter ſtatuitur, res quæ ex conſecratione proueniunt vænales non eſſe, & exemplum ponit in Eccleſia, & aliis. Quia huiuſmodi res verè ſunt Sacræ, & ſi vt tales vendantur committitur magna irreuerentia, quæ ad ſimoniam ſpectat, vt probat Suar. dict. lib. quarto, capitul. 14 quæſt. 3.

Quo ad quartum, ſimonia duplex eſt vna contra religionem infuſam. Altera verò contra religionem acquiſitam ita poſt D. Thom. dict. quæſtione centeſima, articulo ſecundo, vbi Caiet. & alij Far. Victor. Duran. Riccard. & alios proſequitur Suar. dict. lib. 4 capitulo 2.

Simonia contra religionem infuſam eſt illa, quæ de iure diuino ac naturali prohibita eſt, ex quo eſt contra donum, & excellentiam doni diuini, quod gratis nobis datur, & pretio temporali vellet aliquis donum

illud possidere, & summa ratione prohibetur quia ex natura rei pugnat hoc cum dono Diuino, nam esset quidam contemptus, & vilipendium doni Diuini, quasi Deus per pecuniam esset inducendus ad concedenda sua dona, quæ gratis tantum concedit, vt patet ex dictis in illa verba Act. octauo, pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.

Simonia contra Religionem acquisitam est illa, quæ iure tantum Ecclesiastico est prohibita, & sic non venit ex propria natura, sed ex prohibitione Ecclesiæ. Vt venditio officiorum Ecclesiasticorum, & sic de aliis, vt in cap. Saluator prima, quæstione tertia, Sylvest. Victor. & alij pœnes Reginal. libro vigesimo tertio, numero centesimo quinquagesimo quinto. sed si aliquis in mentem suam voluntatem habet, seu propositum conferendi, vel accipiendi aliquod spirituale, vel annexum spirituali pro pretio temporali, vel re alia spirituali committit simoniam, & dicitur simonia mentalis, & est dum ipse solus voluntatem illam habet sine conuentione cum alio, vt docet Archid. & alij Canonistæ, quos sequitur Suarez. dicto libro quarto, capitulo quadragesimo primo, toto Less. libro secundo de iustit. & iur. capitulo trigesimo quinto, numero vigesimo quinto. Reginald. dicto libro vigesimo tertio, numero centesimo decimo tertio.

Tum secundò, committitur simonia, quando adest conuentio, vel pactum etiam verbis obscuris, & nudis, vt conferatur, vel accipiatur aliquod spirituale, vel spirituali annexum pro pretio temporali, & dicitur simonia conuentionalis, vt & hoc siue compleatur ex parte vtriusque, vel ex parte vnius tantum, quia sola conuentio sufficit, vt habetur in paulo ante citatis auctoribus.

Tum tertiò, est & realis simonia, quæ in hoc differt à conuentionali, ex quo consummata est ex parte vtriusque, nempè datum est illud temporale, vel spirituale, & alter accepit, vt in citatis locis habetur.

Ad has species adducitur simonia ficta, si quidem si non adesset animus soluendi promissum non est vera simonia, sed si adesset animus soluendi reducitur ad conuentionalem, vt patet ex dictis suprà.

Quo ad quintum, etiam in pensione committi potest simonia, si nempè id non fiat cum licentia summi Pontificis, & saltem de iure Canonico simonia committitur, quia sacri Canones expresè hoc prohibent, vt latissimè prosequitur Suarez. dicto libro quarto, capitulo vigesimo sexto. Reginal. dicto libro vigesimo tertio, numero ducentesimo septuagesimo quarto, nam quoties collatio beneficij fit pro aliquo temporali spirituali, aut spirituali annexo, committitur simonia, vel mentalis, vel conuentionalis, vel realis, pro vt est res, quæ interuenit, & idem est si quis mutaret pecuniam animo obtinendi beneficium, nam commiteret simoniam, & vsuram hanc, quia ex mutuo intendit percipere aliquid vltra sortem. Simoniam quidem quia pro pretio temporali intendit acquirere rem annexam spirituali, vt post Diuum Thomam, & alios probat Lesso. libro secundo, de iust. & iur. capitulo vigesimo, dubio nono. Sed debet hoc esse principale intentum, & ita in pactum deducatur, secus si esset intentio secundaria, vt post Diuum Thom. secunda secundæ quæstione centesima, articulo secundo, & quinto, & alios probat Suar. dict. libro quarto, capitul. 38 numero 6 cum sequ.

Quo ad septimum, scias quod simonia prohibita secundum sacros Canones, est de iure positiuo, hoc est, ideo est licita, quia prohibita est iure positiuo non quod natura sua talis sit, & consequenter dum summus Pontifex est supra ius positiuum, potest illud tollere, nec labem simoniæ incurrit, & sic dum illa bona, quæ prohibentur vendi de iure canonico venderet summus Pontifex, & voluntatem haberet tollendi iura in contrarium facientia, pro vt in dubio præsumitur facere, absque dubio simoniam non committeret, vt docet Diuus Thom. secunda secundæ, quæstione centesima, articulo primo, ad secundum, Caietan. ibidem, & alij, quos probat Suarez. dicto libro quarto, capitulo quinquagesimo secundo, numero secundo. Quando verò simonia committitur contra ius diuinum, omnes conueniunt summum Pontificem committere simoniam, quia ipse contra ius diuinum nihil potest, nisi interpretando illud, vt & sic cum ex natura rei. Secundum ius diuinum simonia sit vendere spiritualia, etiam summus Pontifex vt homo est illam incurreret, vt benè prosequuntur citati authores exempla sunt facilia vulgata penes præfatos authores, vt si sacramenta venderet pro pretio temporali. Item Reliquias sacras. item doctrinam fidei, si illius definitionem pretio vellet vendere. Item si Pontificiam dignitatem pro pretio temporali venderet, aut renunciaret, & in omni simili materia quæ de iure diuino, & sic naturâ sua spiritualis est.

Hoc idem procedit si maiori pretio vendere vellet res sacras ex constitutione Ecclesiæ, nempè Agnus Dei, vel grana benedicta, & huiusmodi alia. Nam superfluum reciperet ratione consecrationis, vel benedictionis, quæ spiritualis est, & consequenter natura sua est simonia, & illam etiã incurreret summus Pontifex materiam tamen illam solum vendere posset, absque nulla labe simoniæ, & sic artificium illius materiæ ita Angel. in verb. simonia 2 quæstione 23 Sylvest. eodem verb. quæst. 12.

Quod attinet ad beneficia Ecclesiastica licet acriter Vasq. § num. 183 cum aliis, quos citat teneat nullo modo summum Pontificem posse illa vendere citra labem simoniæ, quia iam sunt bona spiritualia, & principaliter attenditur ius exigendi fructus, quod est spirituale, non autem fructus, qui sunt res temporales, eius ratio, & opinio solum procederet quoties re vera venderet ius spirituale, vt benè post alios aduertit Suarez dict. cap. 52 sub numero 73 versic. veritas nihilominus est. At post Rodoan. Iul. Clar. & alios benè Suarez infert hoc esse singulare in summo Pontifice, vt ex multis iustis titulis, & modis, ex sua suprema pastorali prudentia, illi occurrentibus, pecuniam accipere possit, vel aliis applicare, cum alicui dat beneficium sine venditione illius, & sine intentione pretij, & consequenter absque simonia, & in hoc fundati sunt inquit ipse, quæ prudenter dixerunt in Romanum nec Pontificem vix, aut nullo modo cadere posse suspicionem simoniæ.

In omni tamen sententia summus Pontifex non incurrit in pœnas latas contra simoniacos: quia iure Ecclesiastico latæ sunt illæ pœnæ, vt benè post alios prosequitur Suar. d. cap. 52 num. 9.

Quo ad septimum dico ob simoniam mentalem non induci nullitatem collationis, vel ordinationis: & ita simoniacus mentalis non tenetur ad resignationẽ beneficij, nec ad restitutionem, cap. fin. vbi omnes de simonia Diu. Thom. 2. 2. quæstione centesima, articul. sexto, & nonnulli alij, quos probat Garsi. capite primo, numero quadragesimo quinto, Vasq. capite septimo, de restitutione, dub. 1 numero nono, quia nec in natura rei, nec de iure Ecclesiastico inuenitur introductum, vt simonia mentalis inducat nullitatem, aut obligationem restituendum. Et consequenter eo minus simoniacus mentalis incurrit in excommunicationem dum contra ipsum non reparatur cautum de iure.

Est benè verum quod plures tenent simoniacum mentalem tunc solum ad restitutionem teneri, quando id, quod accepit, esset receptum contra iustitiam commutatiuam, quod probat Less. loc. cit. & sequitur Suarez

Simone mago, qui primus huius deteſtandi ſceleris auctor. [a]

Simonia aut eſt ſimplex conuentionalis, aut realis. Et realis ſubdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem. hoc dicit.

Simoniæ duplex [b] * eſt ſpecies. Nam aut eſt conuentionalis, aut mentalis. Conuentionalis eſt, cum aut aliquid datum eſt, vel de dando in poſterum tractatus interceſſerit: & conuentio [c] mentalis eſt, cùm nullum quidem interceſſit factum, ſed ſola praua dantis, aut recipientis mens, & intentio concurrit, & propter ea rudi, ſed congruenti vocabulo [d] mentalis appellatur.

Cuiuſcumque muneris receptione ſimonia contrahitur. hoc dicit.

Contrahitur autem ſimonia non modò cùm pecunia ipſa pro re ſacra datur, aut recipitur, vel de danda & recipienda tacitè, vel

d. lib. 41 cap. 59 numero 43 Reginald. d. lib. 10 nu. 450 cum duob. ſeqq. quia tunc voluntaria non datur ſponte, ſed inuoluntariè iniuriosè, & contra iuſtitiam, & ſucceſſiuè reſtituere tenetur.

Quo ad octauum patet ex dictis ſiquidem ſimonia eſt recipere aliquid pro collatione ordinum, ac aliarum ſacramentorum. Immò non licet Epiſcopo etiam obliquè, & ſic conſequenter per viam Notarij exigere aliquid ratione ordinis collati, nec habere partem mercedis, quæ ſoluitur Notario pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, quæ deſeruiunt pro ipſa ordinatione, vt eſt decima pars vnius aurei, vt habetur in Trid. ſeſſ. 21 de reformat. capite primo, & hoc non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium gloſſ. in capite primo de ſimonia Nauarr. in ſumma, capite vigeſimo tertio, numero centeſimo primo & ſeqq. latiſſimè poſt alios proſequitur. Garz. part. 8 benef. capite primo, numero 75 cum ſeqq. vbi varias deciſiones cumulat, & plura infert.

Quo ad nonum, nota quod quis principaliter debet ſeruire prælato, ea intentione, vt inde conſequatur beneficiũ ſecus ſi ſecundario. Et idem eſt de prælato, qui principaliter daret beneficium famulo, pro ſatisfactione iuſtæ mercedis.

Nam eſt ſimonia, quia pro illa mercede temporali confertur, & beneficium. Et ſic erit vel mentalis vel conuentionalis, vel realis ſimonia, vt pactum interuenit intentio vel effectus, Diu. Thom. communiter receptus dict. quæſtione centeſima, articulo quinto, & poſt alios latiſſimè proſequitur Suarez dicto lib. quarto, capite trigeſimo nono, numero nono cum ſeqq. Reginald. dicto libro vigeſimo tertio num. 138 cum ſeqq. & plures alij recentiores.

At quando eiſdem famulis ſolueret iuſtam mercedem, & vltra confert eis beneficia, qui quidem famuli eſſent ad id idonei, nullo modo eſſet ſimonia etiam ſi intuitu amicitiæ beneficium eis conferatur, & idem eſt de ſimilibus caſibus, vt proſequuntur citati authores.

a ¶ Auctor fuit.] Vt apparet in actis Apoſtolicis, capite octauo. ſic Senatuſconſult. Macedonianum, à Macedone homine malo fuit denominatum, & licèt conueniret huiuſmodi perſonas delere de hominum memoria, tamen tolerabile eſt, quod per dedecus immortalitati commendentur.

Simoniæ. CASVS. Non figuratur. Notat. tamen cauſam diſtinct. quia aut committitur voluntate alterius contrahentis tantum, aut voluntate, & conuentione.

b ¶ Duplex.] Pro verificatione, & declaratione huius diſtinctionis, adeundus eſt Abb. in cap. nemo, verſ. ſed oppono contra gloſſ. & in cap. ſoluere. eod. in fin. & cap. veniens eodem in 1 not. & per Caſſ. in tit. de conſ. deciſſione 5.

* Duplex.] Imò triplex eſt neque enim confundi debet cum conuentionali ſimonia realis ſic dicta, quia re ipſa id eſt facto, & exequutione conſummatur, conuentionalis verò terminos ſimplicis pacti, ſeu promiſſionis non egreditur, & huius diſcriminis magnus eſt effectus nam ſimoniacus realis in beneficio vel ordine eſt ipſo iure excommunicatus priuatus obtentis, & inhabilis ad obtinenda, conuentionalis verò nõ eſt excommunicatus modo ſit alias à confidentiario, & quamuis ſit inhabilis ad obtinenda, nec ius habeat in beneficio per ſimoniam acquiſito, vnde non iuuatur decreto de pacificis, non tamen eſt priuatus obtentis, ſed tantum priuandus venit, & quoad hæc triennali poſſeſſione defenditur, vt oſtendo in obſeruationibus meis ad Flamin. Pariſ. de Reſignation. libro 14. quæſtione prima, quæſtione ſeptima, & quæſtione decima, ſimoniacus mẽtalis titulum habet canonicum, & nullis pœnis Eccleſiaſticis ſubiacet, ſed ei ſufficit ſatisfacere Deo per pœnitentiam, cap. fin. de ſimon. & dixi vbi ſuprà, quæſtione ſeptima, & d. quæſt. 10. SOLIER.

c ¶ Conuentio.] Simonia enim committitur non ſolum recipiendo actualiter temporale pro ſpirituali: ſed etiam recipiendo ſolum obligationem temporalitatis, capite cum ſuper vbi Abb. not. de conceſſ. fac. primo, quæſtione prima, capite ſunt nonnulli.

d ¶ Vocabulo.] Argument. quod magis curandum eſt de magiſtralitate quam de puritate linguæ Latinæ, quod non ſolum fuit ſeruatum in hoc lib. ſed etiam ſeruatur in omnibus facultatibus, quæ habent propria peculiaria vocabula plerumque barbara, & facit hoc contra Iuriſconſultos Germanos, & Gallos modernos, & quoſdam etiam Italos qui interdum adeo verba ſpectant, vt rem poſthabeant, contra illud Manilij.

Ornari res ipſa vetat contenta doceri.

Fac. notat. in libro ſecundo, § poſt nos ff de orig. iur. & capite intelligentia, & cap. propterea,

de verb. signifi.

Contrahitur autem CASVS in hac part. ita debeat adnotari. Quidam seruitores, vt dicunt Cardinalium ita suis dominis seruiebant, quod, ob suam seruitutem intendebant habere beneficium Eccles. quidam verò quia laudabant summopere dominum suum sperabant propterea certam Ecclesiast. dignitatem, quidam denique pecuniam dederunt pro alijs spiritualibus consequendis, vnde fuit quæsitum, an omnes dicantur simoniam committere, secundum definitionem enim simoniæ supra in princ. huius tit. assignatam videbatur dicendum non omnes eam committere, immo nec illi qui pecuniam dederunt, argum. cap. dilectus eod. Solut. tamen vt in hac parte legimus, quia omnes dabant tẽporale pro spirituali appellatione enim commodi temporalis intelligitur munus à lingua, ab obsequio, & à manu cap. sunt nonnulli. 1 qu. 1 hic cessat prima obiectio tex. autem in d. cap. dilectus intelligitur quoad euitandam vexationem, & ideo sumus in diuersis. Not. primò quod taciti, & expressi etiam in delictis eadem est virtus: Not. secundò quod munus à lingua ab obsequio, & à manu est æstimabile. Not. tertiò simonia committi non tantum ab eo, qui dat, vel recipit spirituale pro temporali, sed etiam aliquando ab alijs, isto ignorante.

expressè conuentum fuerit: verum etiam cum dans à lingua [a] vel ab obsequio [b] recipientis munus exigit. Cum enim spiritualia tribuens manus ab omni munere [c] excutere debeat, id tunc facere intelligitur cum pro diuinis rebus non solum pecuniam nullam: sed nec humanum [d] obsequium, aut gratiam aliquam requirit.

Notarius vel minister non debent recipere pro ordinatione. h. d.

Et sicut pro manus impositione non debet Episcopus, ita nec minister, nec notarius in ordinatione pro voce, vel calamo pecuniam recipere. [e]

Pecuniæ appellatione continetur quidquid homines habent in terra. h. d.

Secundò eos mouere potest paupertas ipsorum famulorum, & suppositâ d. paupertate opus est charitatis non tam propter eorum seruitium quo ergo; sed propter Deum, eis alimenta in perpetuum mediantibus beneficijs vacaturis ministrare. Quando quid in beneficia vacantia omninò debent prouideri atque conferri.

Tertiò potest eos mouere experientia morũ eorum. Nam si instituta sunt per Conc. Trid. seminaria, vt inde cum certitudine, & experientia extrahantur benemériti ad beneficia, tunc. Episcopus non poterit facere de palatio suo seminarium, vt ibi in literas incumbant famuli sui, vel aliàs de eorum aptitudine, & bonitate experimentum capiat; vt cũ viderit eos benemeritos, ipsis beneficia vacantia conferat.

His in casibus, & similibus poterunt prælati recipere famulos animo & intentione dandi eis beneficia vacantia absque vlla labe simoniæ, vt habetur per citatos authores, & post alios quos numerat Nauar. c. 23 num. 106 § ad quartum in fin. & cons. 9 & 42 numer. 2 de simon.

Similiter famuli, licèt ad seruiendum prælatis moueantur potissimum propter obtinendum beneficium: nihilominus poterit saluari eorum intentio, si ea seruitia etiam exhibeant ob captandam prælatorum amicitiam, & fauorem; vt illis obtentis possint postea si digni sunt, aliquod beneficium ab eis obtinere; vel ob paupertatem, vt sic habeant, dum seruiunt ipsis vitæ necessaria cum honore, debent tamen adhiberi actualiter aliqua ex his intentionibus nec sufficit, vt si interrogarentur an id faciant principaliter propter Deũ, & responderent affirmatiuè, si aliàs nihil cogitent de Deo nec moueantur propter ipsum, vt colligitur exemplo adducto per maiorem in 4 dist. 25 de quo per Nauar. d. concl. 50 n. 5.

a ¶ A lingua.] Munus à lingua est fauor. 1 qu. 1 cap. sunt nonnulli.

b ¶ Obsequio.) Quod est seruitus indebitè impensa 1 q. 1 c. sunt nonnulli.

c ¶ Ab omni munere.] Scilicet humano vt declaratur statim. Nam pro obsequio spirituali licitè promittitur aliquid spirituale, vt videtur tenere Archid. in capit. sunt nonnulli. 1 quæstione 1 nisi fortè eius lectura sit mendosa: sed quidquid dicat Archid. & Abb. in c. cum essent. eod. tenet, quod idem sit in spirituali, quod in temporali.

ALOYSIVS RICCIVS. Cuiuscunque muneris receptione simonia contrahitur hoc d. vnde nota ex isto textu quod præstare obsequium alicui prælato, vel ei seruire, cum principali intentione pro consequendo beneficio, aut vt ordinetur est simonia glos. in cap. cum esset de simon.

Non tamen esset simonia si concurrant aliæ causæ mouentes tam famulos, quam Episcopos ad id faciendum.

Primò quod Prælatos posset eos mouere dignitas personæ sic. ñ. si sunt habiles, & literati, & bonis moribus præditi: Sanctissimè, eos potest recipere Prælatus in domum suam absque vlla mercede cum intentione eos collocandi in beneficijs vacaturis, Vrbanus Papa in c. si officia 59 distinct. & Cæleſt. in c. quid proderit 61 distinct. statuerunt licere Clericis seruire Deo in Ecclesia, ob spem ascendendi ad dignitates illarum immo Gelasius in cap. consuluit 74 dist. dixit eos ad hunc ascensum spe maioris commodi compellendos.

d ¶ Humanum obsequium.] Et sic videtur, quod non possint licitè seruire episcopo pro consequendo beneficia, fac. 1 q. 1 capit. sunt nulli, & ca. cum essent. eo. Argum. contra 12 q. 2 cap. quicumque suffragio, & c. charitatem, & de cler. non resid. capit. de cætero. Idem licitè quis sperare potest dignitates cap. consuluit dist. 74 & c. quid proderit. dist. 61 cap. cum pridem, de pact. Sol. quod propter seruitium principaliter non est licitũ nec appetere, nec concedere beneficium, quia quod in se debitum est, & honestum, non debet exerceri fauore humanæ gratiæ, sed recto iudicio, vt cap. nemo, eo. & cap. graue, de præbend. & 11 q. 3 § si ergo. Sed secundariò benè potest sperari, & concedi beneficium. Ita nota in d. c. consuluit, & in c. quod proderit. di. 61 & per Inn. in c. venerabilem, de elect. in fin. in ver. fiducia, & de hoc plenè in c. sunt nonnulli. 1 q. 1 & in c. cum essent, eod.

e ¶ Recipere.] Etiam sponte oblatum Concil. Trid. sessio. 21 in 1 c. in decretis reformationum.

ALOYSIVS RICCIVS. Notarius vel minister nil debet recipere pro ordinatione, h. d. nota ta-

men quod text. noster procedit quando notarius habet salarium de publico: nam tunc non potest aliquid ex visitatione, vel dimissorijs recipere, secus autem si non haberet salarium de publico; quia nemo debet suis stipendijs militare, cap. militare. 3 q. 1 ita Franc. & alij in cap. 1 § procurationes, de cens. in 6. qui dicunt non obstare textum in d. § procurationes, quia ibi prohibetur aliquid recipi pro visitatione, non pro labore Soc. de visitatione lib. 11 q. 4. Idem tenet Nauar. in cap. 1 de censib. adducens, quod etiã ordines debent gratis dari; sed potest aliquid notario solui pro labore, & scriptura iuxta Panor. in ca. 1 de simonia Concil. Triden. cap. 1. 4 sess. 21. de reformat.

Limita tamen quando consuetudo adesset in contrarium, vt ind. cap. 3 sess. 24 de reformat. vel quando notarius esset de familia Episcopi, vt in d. cap. 3 habetur.

Pecuniam [a] verò hoc loco accipimus quidquid homines habent: hoc enim nomine ideo omnia continentur, quia antiqui quidquid fermè habebant, in pecoribus habebant. Contrahitur ergo simonia, cum quis sacra quodammodo [b] * in commercium deducit. [c]

Ponit plura capita, ex quibus committitur simonia. h. d.

Sed & tunc quoque [d] simonia committi dicitur, cum quid pro personis Ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus ecclesiæ, vers. extra gloss. cuare. eod.

d ¶ Tunc quoque.] Quasi dicat, non solum cum venduntur sacramenta verum etiam in casibus in quibus maior videbatur dubitatio committitur simonia, & maior dubitandi ratio est in casibus hic enumeratis: quia longè minus continent spiritualitatis, quam sacramenta.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit plura capita, ex quibus committitur simonia, h. d. vnde nota varijs in casib. committi simoniam præsertim primò simoniaca esset emptio, vel constitutio pensionis, ad finem habendi eam tanquam gradum, seu medium ad acquirendũ ordinem vel beneficiũ cum pœna excommunicationis ipso iure, cum enim actus specificetur à fine, & illa emptio, vel constitutio pensionis nil aliud esset quam emptio beneficij, vel ordinis, vt docet Nauar. cons. 90 de simonia in nouiss.

Secundò, simoniam qui censura irretitus celebrare præsumens daret alicui pecuniam, ne accusaretur, secus tamen dicendum, si censura esset valida in specie not. Graf. decis. aur. libro 1 capitul. 95 num. 51.

Tertiò, committitur emendo, vel permutando ius patronatus, sed non incurritur aliqua censura, modò non fuerit admissa præsentando, quia tunc censetur simonia in beneficio sacra Congregatio.

Quartò, simonia esset conuenire inter concurrentes ad beneficia non opponere alteri exceptionem, quæ legitimè posset illis obijci Nauar. cons. 3 de simon.

Quintò, simonia committitur si in conferendis beneficijs per concursum aliquis existimans se cæteris digniorem daret aliquid electorib. timens ab eis iniustitiam, nam quamuis tanquam dignior habeat ius, vt præferendus sit de iustitia cæteris competitoribus non propterea auferturelectorib. liberum arbitrium conferendi Graf. in lib. 2 decis. aur. c. 95 n. 53.

Sextò, simonia est dare alicui temporale, quid vt suadeat alteri, vt det beneficium. Item dare patrono, vt præsentet. Item dare beneficium, vel facere pactum consentiendi in pensionem si aliter sibi beneficium impetret. Item permutare beneficium sine beneplacito superioris illius, ad quem pertinet consentire. Item si Episcopus recipiat aliquid pro expeditione bullarum beneficij. Item resignare beneficia reseruando pensionem sine Papæ authoritate. Item dare temporale pro actu ptãtis spiritualis, vel pro admouendis impedimentis, quæ possent opponi iuridicè. Item si electores inter se conueniant, vt solum ex se ipsis eligant ad beneficia electio est simoniaca. Item vendere officium Oeconomi Ecclesiastici, & Sacristæ secundum quosdam.

At verò simonia non est renunciare beneficium in fauorem alterius. Nec accipere pro re non supernaturali, vt professione Theologiæ. Nec si pro tua iam electi confirmatione ex ignorante data est pecunia. Nec si quis pro tuo nomine, vt beneficium perderes pecuniam dedit pro eo. Nec sacra vendere ratione materiæ: si plus habent de temporali, quam de spirituali; & similia. Nec si sæcularis vendat ius decimarum sibi

a ¶ Pecuniam.] Fac. 1 q. 3 c. totum vnde sumitur. Item fac. 1 extrauag. in 2 communibus lib. 5 quæ est Vrbani Pontificis, incipit. Sanè in vinea. Potest autem pecuniæ verbum sumi tripliciter, largissimè, ita vt contineat etiam incorporalia: putà iura & actiones, & ita sumitur hîc, & in l. pecunia ff de verb. sig. fac. l. quisquis, ff de leg. 3 fac. l. 1 § fin. cum l. seq. ff de cal. Secundo modo sumitur largè, non tamen largissimè, s. pro his tantum rebus, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura l. talis scriptura. ff de leg. 1. Tertio modo sumitur strictè. s. pro pecunia, quæ est in numerato, vt 14 quæst 3 c. 1. 2 & 3 & § pretium, institut. de emp. & vend. & l. fin. C. de præd decur. lib. 10.

b ¶ Quodammodo.] Hoc verbum improprietatem denotat, q. d de facto sacramenta veniunt in commerciũ, & permutantur non verè.

* Quodammodo.] Non solum simonia committitur cum aliquid temporale pro spirituali datur aut promittitur, sed etiam multis alijs modis. interpretatiuè committi censetur veluti cum res spiritualis pro spirituali commutatur, Flamin. Paris. de resignat. lib. 1 4 q. 4 num. 1. & nos ibid. Melchior. Pastor. de benef. lib. 3 tit. 18. n. 12 vel cum in collatione præsentatione aut renunciatione conditio pactum aut modus illicitus interuenit gloss. in cap. ex parte, *le premier*, in verb. dimittere, de offic. delegat. Flamin. de confident. q. 3 nu. 9 vel cum transactio initur super lite beneficiali, inconsulto Papa, cap. constitutus de transact. quæ per dationem aut promissionem rei temporalis committitur. vera simonia dicitur, quæ verò alio patratur modo, interpretatiua seu similitudinaria nuncupatur, illa dicitur prohibita quia simonia ista censetur simonia quia prohibita, super ista Papa quotidie dispensat, quia est à iure positiuo inducta super illa nequaquam qui iure Diuino est prohibita Can. 1 & Can. altare, 1 q. 3. SOLIER.

c ¶ Deducit.] Sed numquid detur licitè pecunia sacerdoti, qui non vult aliter baptizare? Resp. vt not. 1. q. 2 c. baptizandis. Item nunquid licitè detur pecunia pagano, vt se baptizet? Resp. vt not. 1 qu. 2 ca. quam pio, & de vtraque quæstione per Abb. in cap. cum Ec-

à Papa datum. Nec si concionator accipiat pro substentatione, aut pro libris, aut Capellanus pro seruitio aut Sacramentum ministraturus, pro labore itineris, aut quis pro obligatione obeundi munus principale. Nec si quis det spirituale, quod non est beneficium pro spirituali, vt Missam pro Missa. Nec si quis ad obtinendam amicitiam ex qua deinde consequantur beneficium, de quibus omnibus, vide latè Salustianum in Aphorismo Confessariorum, in verb. simonia.

a ¶ Instituendis.] Concor. c. cum Ecclesiæ, eo. & 1 qu. 3 c. si quis obiecerit.

b ¶ Sepeliendis.) Cap. cum Ecclesiæ, & cap. suam, vbi de hoc per Doct. eo. & § fin. sup. de sep. vbi not.

c ¶ Benedictionibus.] Sic c. cum Ecclesiæ, & c. suam eod. pro matrimonio tamen aliquid dare, vel recipere non est peccatum, 1 q. 2 c. quidquid, & 32 quæst. 2 cap. honorantur. Sed quæ ratio differentiæ? Resp. quia in benedictione gratia confertur: secus in matrimonio 27 q. 1 c. nuptiarum, & 32 q. 2 ca. connubia. Vnum est arg. quod non idem est in accessorio quod in principali. Sed hæc responsio non placet Ioan. And. tam in d. ca. cum Ecclesiæ, quam in c. vni. de sacra vnct. Asserit enim etiam in matrimonio gratiam conferri. Et respondet ad contraria, quod licèt in matrimonio in actu copulæ carnalis non adsit præsentia Spiritus Sancti propter horrorem, & quia homo efficitur totus carneus: potest tamen ibi adesse gratia, putà, si fiat copula gratia reddendi debitum: quia tunc coniux meretur, 33 q. 5 c. 1 & 27 q. 2 c. si tu abstines. Vnde dic secundum Ab. in d. c. cum Ecclesiæ, quod dos & donatio propter nuptias ideo possunt in matrimonio interuenire: quia propriè, & verè non dantur pro matrimonio, idest vt contrahatur ipsum matrimonium, sed pro onere matrimonij c. per vestras, de dot. post diuort. sti. An autem aliud possit dari vltra dotem gratia contrahendi matrimonij, & quando, vide per Abb. in d. cap. cum Ecclesiæ, post Bart. in locis per eum ibi alleg.

ANT. TIM. Dictum illud glossæ hic, quod in benedictione gratia confertur, secus in matrimonio, si simpliciter vt videntur sonare verba intelligatur, proculdubio error est: nam oppositum verum est, cum in matrimonio conferatur gratia, quia sacramentum est, vt per Conc. Trid. sess. 7 c. 6. 7 & 8 in benedictione autem, quæ non est de effectu matrimonij, sed sacramentale quoddam, non confertur gratia ex opere operato: quia non est sacramentum verum, si intelligamus per matrimonium contractum, id est, expressione consensus, vt contractus est, vt non est sacramentum, vel copulam, sine qua etiam constat matrimonium. Per Benedictionem autem mutuum consensum & vinculum, super quo fertur, potuit dictum hoc sustinere, quod ibi confertur gratia: verum id certè valde impropriè dictum videtur.

d ¶ Pro electione.] 1 q. 6 in princ. vnde sumitur, facit. c. sanè, 5 q. 3 & ca. sunt viri, dist. 40.

e ¶ Probanda.] Conc. ca. nobis eod. vnde sumitur, & sic alienum factum alij obest. Sic etiam alienum factum impedit vsucapionem bonæ fidei possessoris. l. 1 C. de vsur. pro emp. licèt enim iste non peccauerit, electio tamen vitiosa est propter eligentes. Idem cum peccant electores in forma licèt electus non sit in culpa, cap. Cumana, & cap. Ecclesia, de ele. fac. inf. eo. § quinimmo in fi. Sed an quod hic dicitur verum sit, etiam si vni soli ex omnibus electoribus pecunia data vel promissa, cæteris sine labe existentibus? Et non videtur, cap. fin. de procur. vbi interuentus excommunicati admissi actum non vitiat. Contrarium verius d. c. nobis, quod Abb. reputat. ibi mirabile, fac. cap. pen. de elect.

* Non propterea minus electio improbanda erit.] Imò minus improbatur electio, & prouisio simoniaca non simoniaci ignorantis, quam scientis, vt vel ex eo liquet quod prouisus aut electus per alienam simoniam ignoranter titulum habet coloratum, & possessione triennali iuuatur, Gomes. de triennal. qu. 12. Flamin. Paris. de consid. q. 21 n. 37 fallit in confidentia, Flamin. ibid. & in simonia per resignantem pecuniam recipiendo commissa, Gomes. & Flamin. DD. locis: prouisus verò simoniacè scienter nullum habet titulum nam per receptionem beneficij per simoniam collati videtur approbare omnem tractatum ita vt à principio videatur committere vt probat gloss. in l. 1 § deiecisse in verb. ratum habuero, ff de iniur. ergo non habet titulum coloratum nec gaudet decreto regulæ de pacific. poss. vt in textu ipsius regulæ expresse cauetur. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Simoniacè dicitur quis electus, etiam si quid ignorante eo datum fuerit, vel promissum, h. d. nota quod quis statim ac, quod dictam

instituendis, [a] *aut sepeliendis* [b] *mortuis, seu pro nubentium benedictionibus* [c] *accipitur.*

Et in electione committitur simonia. hoc dicit.

Is quoque, qui pro electione [d] præmia largitur, quia per electionem peruenitur ad consecrationem, perinde simoniacus habebitur, ac si pro consecratione munera dedisset.

Simoniacè dicitur quis electus etiam si quid ignorante eo datum fuerit, vel promissum. hoc dicit.

Nec distinguemus sciente, an ignorante eo, qui promissionis, vel dationis alicuius interuentu postmodum electus fuit, promissum quid, vel datum fuerit, quamuis enim electus tempore dationis, vel promissionis conscius non fuerit, non propterea minus electio improbanda [e] erit. *

Episcopus non potest dispensare cum electo simoniacè, licèt ignoranter, sed benè super assertione beneficij, simplicis præuia tamen resignatione. h. d.

Sed videamus, an post reprobatam electionem cum eo super prælatione, ad quam quis sic electus fuerit, possit Episcopus dispensare, & constitutum est

dictam simoniam cognitam habuerit tenetur illam dimittere nulla super d. simonia expectata sententia declaratoria, & de hoc nulla est dubitatio inter Doctores, quia sunt iura expressa cap. 1.1 q. 5 ca. de regularib. cap. ex insinuatione cap. nobis de simonia ca. penult. de elect. & glos. in summa 1 quæst. 4 communiter approbata secundū Nauar. consil. 65 nu. 2 de simon. & docet Innoc. & Ab. in d. cap. penult. num. 5.

Nota difficultas consistit circa restitutionē fructuum ante scientiam, seu durante ignorantia simoniæ perceptorum an teneatur etiam eos restituere vnà cum beneficio. Quod quidem dubium dependet ab alio circa collationem, prædicto ignoranti factam an scilicet fuerit valida ipso iure, videntur consequenter tenere esse restituēdos. Pro qua opinione allegatur D. Th. 2.2 q.100 a. art. 6 ad Tertium.

Io. Bap. Sed videamus. CASVS. Quidam clericus Iulius nominatus commisit simoniam in permutatione sui beneficij qua de re pœnitentia ductus petit dispensationem ab episcopo, putabat autem episcopum simpliciter habere dispensandi facultatem: quia cum ei sit simpliciter demandata cura beneficiorum suæ diœcesis, c. 1.13 q. 1 consequenter videtur etiam sibi concessa potestas dispensandi, & remouendi impedimenta eius ar. c. tradato de const cæterum cum simonia dicatur prohibita de iure diuino, vt habetur in actibus apost. episcopus dubitauit de hoc, & quæsiuit quid iuris: Sol. vt hic habemus, quia grauiora sunt superioribus reseruata c. 4 de off. leg. & sic videtur etiam obiectionem cessare, cum illa cura intelligi debeat iuxta declarationem aliorum can. Not. quod sicut gradus simoniæ sunt plures, & diuersi, ita quoque potestas episcopi aliquando est restricta, & aliquando conseruata. Not. 2 ar. quod maior, & minor superiorum potestas cognoscitur ex grauitate negotiorum, si superiores adinuicem sint subordinati.

non posse[a] Quamuis circa eum, qui per simoniacā prauitatem simplex beneficium[b] recipit, post liberam resignationem[c] episcopi dispensatio toleretur.

Datum in dispendium eligendi, vel illo etiam reclamante non facit electionem simoniacam. hoc dicit.

Planè, si constet, eos quidquid dederint, vel promiserint, quod per fraudem[d] in dispendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipso non modò ignorante: sed etiam reclamante, nec aliquando ratum habente,[e] sequuta electio minimè reprobanda erit: alioquin contingeret, quod factum insidias inimico parantis[f] innocenti damnosum[g] existeret, & vir malus de fraude sua commodum reportaret[h]

Simoniacè ordinans cum suo ordinato, & clerico mediatore est deponendus: laicus verò mediator excommunicatur. h. d.

Planè CASVS. Quidam cupiens impedire promotionem cuiusdā Perusini ad canonicatū dolo, & fraude promisit certes nummos obsequi nomine istius promouēdi, vnde dubitatum fuit an promotio ista esset perficienda, & exequēda, cum n. simoniam videretur sapere § nec distinguimus, sup. eo. propterea respōdebatur vlterius non esse procedendum Cæterum. Sol. est tenenda prout hic legimus, quia dolo alterius nemo debet grauari, capitul. non debet de reg. iur. in sexto. Nec obstat obiectio cum locum habeat vbi cessat fraus, & principalis nō sit in culpa. Not. dolosā simoniam esse à iure dānatam, alioquin multi actus reputarētur simoniaci, licet non essent. No. secundò casum in quo verificatur d. cap. non debet de regul. iur. in sexto. *Io. Bap.*

a ¶ Non posse.] Illas. vice & in illa vacatione c. pen. de elect. vnde sumitur, vitium tamen hoc purgabitur per intermediam personam, ca. ex transmissa de fil. presb. hoc ideo tam variè, quia ex his, quæ in cōtinenti fiunt præsumptio nascitur c. officii de ele. & in esse videantur, quæ fiunt in continenti l. lecta ff si cert. pet. & ex vicinitate consortium trahitur de pœn. di. 1 c. sed & continuo.

b ¶ Simplex beneficium.] immo videtur, quod ēt circa prælaturam 1 q. 5 cap. præsentium, quod satis admittit Host. si id suadeat euidens ecclesiæ vtilitas, & illum sequuntur Doct communiter, vt per Abb. in ca. pen. de elect. alij alter, & variè, vt in d. c. pen. & in ca. simon. eo. vbi latè per Ab.

c ¶ Liberam resignationem.] Tria ergo secundum Bart. concurrere debent ad hoc, vt episcopus possit dispensare. Primum, quod simonia sit commissa ignorante, nec ratum habente eo, cum quo dispensatur 2 quod beneficium sit simplex & quod procedet libera resignatio, de quo latius in cap. penul. de elec. in ca. de simoniac. eod. Vnum tamen nota, quòd non est idē in monachatu, quod in assequutione beneficij, nec enim vitiatur ob simoniam c. veniens, vbi Ab. eo.

Io. Bap.

d ¶ Per fraudem.] No. casum, in quo electio facta per simoniam non vitiatur. Sed qualiter apparebit de fraude? Dic. per coniecturas, fraus enim & dolus per coniecturas probantur c. 2 de renunc. in 6 l. dolum. C. de dolo. vt puta, si illi, qui se opponebant electioni receperunt pecuniam vt eligeretur.

e ¶ Ratum habente.] Arg. quo de iure canonico possunt habere ratum gestum non meo nomine, quod tamen non est verum si intelligas de ratihabitione, quæ trahatur retro, cap. ratum de reg. iur. in 6 de quo dic, vt not. in c. cum quis de sen. excom. in 6 iste igitur propriè non committit simoniam. Aliud est enim vendere, aliud vendenti consentire aliud ff de reg. iur. Nec habet locum ratihabitio, ex quo pecuniæ datio non fuit facta nomine suo. inuoluitur tamen peccato quod meretur puniri, vt hic, approbando factum damnabile, vt per Abb. in ca. sicut de sent. excom.

f ¶ Parantis.] Sic l. 2 § fi. ff si quis caut.

g ¶ Damnosum.] Quod esset iniquum cum peccata tenere debeant suos auctores l. sanc imus. C. de pœ. ca. quæsitum, de his, quæ fi. à ma. par. capit. nec enim debet alius alterius odio prægrauari. li. si quis in suo, C. de inof. test.

h ¶ Reportaret.] Quod esse non debet c. significante qui matri. accus. posc. ca. super, & cap. sedes Apostolica de reseri. l. fundo ff de rei vendic. cap. nobis & cap. sicut eo.

Ac veluti. CASVS. Licèt hæc pars plures habeat partic. quoniam tamen in cōmuni potest. casus in ea adnot. propterea sciendum est quod diuersi diuersimodè simoniam commiserunt, quidam enim obtulerunt ep̄o pecuniam pro consequenda Spiritus sancti gratia: qui- *Io. Bap.*

dam verò ad idem fuerunt mediatores: alij autem promittunt ordinari à simoniaco, licet non simoniacè, quidam rursus pecuniam dederunt ad beneficium tantum ecclesiast. consequendum, vel prose, aut pro proprijs filijs hæc autem omnia cum ad ecclesiæ notitiam deducantur, aliquando per viam inquisitionis, aliquando vero per viâ accusationis fuit propterea dubitatum, an pœna debeat imponi secũdum qualitatem casus adno. per ca. super his de accusa. Dicebatur accusatum esse semper deponendum, si per accusationem procederetur, si verò per inquisitionem esset extraordinariè procedendum per ca. qualiter cl.2 ca.eo. Solu. tamen prout in hac par. legimus quia si secus esset, pœna non imponeretur secundum qualitatẽ delicti quod esset contra iuris dispositionem ar. cap. sicut. de homic. cum simil. Nõ obstant obiecta, quia licet accusatio, & inquisitio ad diuersa sint ordinatæ, tamen qualitas delicti aliquando aliter suadet esse faciendum iuxta cap. inquisitionis § 1 in fin eod. No. primò ar. simoniæ quod ib. delictum dicitur habere latitudinem, & ideo pœna secundum qualitatem gradus imponi debet No. 2 ar. ad ostendendum inquisitionem esse iudicium extraordinarium cum regulariter pœna per eam imponenda debeat esse mitior facit d. ca. qualiter, el. 2 vbi do.

a ¶ Variis modis.] De quibus in superiorib. paragraphis.

b ¶ Varijs pœnis.] Vt per Host. in sum. § qua pœna & per Ab. in ca. inquisitionis de accusat ver. sed cõtra hoc dictum facit, & per eum aliquid in capite de simoniacẽ, & in capite accus. tum, & in capite insinuatum eodem.

* Varijs pœnis) pœna simoniæ realis in beneficialibus est primò nullitas actus, cap ca quæ 1 qu. 3 extrauagante cum detestabile de Simon. inter, communes, etiam si prouisus simoniæ reus non sit cap. nobis & cap. insinuante eod. tit. 2 priuatio omnibus beneficijs ante simoniam obtentis ipso iure incurrenda, d. extrauag. cum detestabile 3 excommunicatio quæ ipso facto incurritur, d. extrauag. 4 inhabilitas ad quæcũque beneficia constitutione Pij V. incipiente cũ primum apud nos recepta, Pastor de benefic. lib. tertio ti. 18 numero 17. Pœna Simoniæ conuentionalis est nullitas prouisionis, Garcias de benef. part. 8 capite primo numero 20 & nos diximus ad Flamin de resignat. lib. 14 quæstione 7. Inhabilitas ad beneficia obtenda si conuentio exquuta fuerit saltem quoad spiritualia aliàs secus, Garcias ibid. non item priuatio obtentorum ipso iure, sed tantum, per sententiam nec excommunicatio quia extrauagans cum detestabile inducens priuationem & excommunicationem ipso iure tanquam pœnalis & odiosa ad Simoniam realem communi interpretatione restringitur, Gomes. de triennali possess. q. 12 nisi de confidentia ageretur, Reus enim confidentiæ est ipso iure priuatus obtẽtus inhabilis ad obtinenda & ipso facto excommunicatus à solo Papa absoluendus per constitutiones Pij IV. & Pij V. contra confidentiarios vel nisi simonia non esset vera sed interpretatiua & similitudinaria hæc enim titulum quidem vitiat sed propter hanc Rei non sunt priuati nec priuandi alijs beneficijs, Panorm. per illum text. in cap. constitutus de transact. & ibi Gloss. & Molin. in verb. audiatis, Pastor, de benefic. vbi supra numero 21 nec aliquam inhabilitatem aut excommunicationes contrahunt, Garcias loco citato. Simonia vero mẽtalis nulla pœna ecclesiast. cõstringitur sed Deo per pœnitentiam satisfieri debet cap. vltimo de Simon. SOLIER.

c ¶ A dignitate.] Id est, prelatura.

d ¶ Alienus.] Capite si quis episcopus, & capite si qui à simoniacis, & capite de cæterò primo quæst. 1

c ¶ Mediator.] primo quæstione prima capite si quis episcopus. capite non satis, vbi Abbas eod. & capite per inquisitionem, de cler. & in capit primo de cõfess.

f ¶ Violentia.] Sic capite. statuimus, primo, 1 quæstione & fac. capite statuimus, secundo & capit. si quid 5 quæst. 1

g ¶ Subst inendi erunt.] Ex dispensatione, ca. statuimus, 2 1 qu. 1 An autem episcopus possit dispensare & quando vide no. in c. pen. de elect. & in ca. post translationem de renunc. laudissimè per Ab. in ca. de simoniacè eod.

h ¶ Hos enim.] Sic in ca. statuimus, 1 q. 1 & tales non malè agunt sed patiuntur.

Ac veluti varijs modis [a] simoniaca labes committitur, sic etiam varijs pœnis [b] * simoniacos percelli admonendi sumus. Nam si quis vt ordinetur pecuniam Episcopo obtulerit, & qui turpissimi lucri commodo Sancti Spiritus gratiam vendere tentauerit, amissionis proprij gradus periculo subiacebit: & qui ordinatus est à dignitate, [c] quam pecunijs acquisiuit erit prorsus alienus, [d] Si quis verò, tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis mediator [e] extiterit, si quidem clericus erit, à proprio gradu deijciendus: si verò laicus, anathematizandus erit.

Ordinatus à simoniaco non simoniacè & simoniacè non simoniacus ordinem conferens non sunt deponendi. hoc dicit.

Hæc tamen de illis intelligere nos oportet, quos nec ignorantia, nec attractionis excusat violentia: [f] sed simoniaci simoniacè ordinati, vel ordinatores existunt. Cæterùm si quis à simoniaco quidem non tamen simoniacè ordinem susceperit: aut simoniacè nõ simoniacus ordinem contulerit, misericorditer in ecclesia substinendi erunt, [g] hos enim [h] facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio, vel susceptio simoniaci.

Beneficium consequutus simoniacè per accusationem conuictus priuatur beneficio, & deponitur: per inquisitionem verò priuatur quidem beneficio, sed post peractam pœnitentiam in suo ordine permittitur ministrare. h. d.

Quòd si non ordinem quis, sed beneficium Ecclesiasticum data pecunia consequutus fuerit, multum interest per accusationem, an per inquisitionem quis conuictus fuerit. Primo enim casu non solùm Ecclesia priuandus: verùm etiam honore Sacerdotij Præsbyter spoliandus [a] erit. Posteriore verò postquam ab Ecclesia, quam sibi per pecuniam comparauerat, amotus fuerit, & iniunctam pœnitentiam egerit, in susceptis ordinibus ministrare permittendus [b] erit.

Cum paruulis, cui cupiditate parentum Ecclesias sunt consequuti, post liberam resignationem potest dispensari. hoc dicit.

Quinimmò [c] qui paruuli parentum cupiditate Ecclesias per pecuniam sunt consequuti ob paternum factum non modò à sacris Ordinibus non sunt remouendi: verùm etiam postquam eas omnino [d] dimiserint, si canonicè in eisdem viuere voluerint, pro magna misericordia substineri [e] poterũt

Idem iuris est de accessorio, quod de principali. hoc dicit.

Nec obijciat quis, non consecrationem emisse, sed quæ ex consecratione [f] proueniant. Nam sicut anima sine corpore corporaliter [g] viuere non potest, sic corporalis Ecclesia [h] vel dignitas, [i] & ordo [k] Ecclesiasticus sine rebus corporalibus parum proficiet. Quibus igitur eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non contingit, neutrum [l] inuenditũ reliquisse intelligitur.

Quilibet admittitur ad accusandum simoniacum. Et solus simoniacus inter peccatores Missam non celebrat. h. d.

Huius autem criminis tanta est labes, vt etiam serui [m] aduersus Dominos, & quilibet criminosi admittantur, vel accusationem. Item omnis peccator [n]

Huius autem. CASVS. Cùm quilibet de populo in Diœcesi Alexandrina veniret ad accusandum de simonia quosdam Clericos, fuit quæsitum an esset ita indifferenter admittendus: siquidem sicut delictum solum Ecclesiam videtur offendere, ita quoque solus Prælatus per inquisitionem ad ipsam punien. admittendus, accedit etiam quod si criminosus excluditur à testimonio, capit. testimonium de testa. ita quoque ab accusatione debebat repelli. sol. tamen vt hic habetur, quia ob enormitatem delicti à communi iuris regula erat recedendũ, & cum iuris rigore procedendum: Non obstant obiecta, quia suprà obiectio soluitur per rationem decidendi assignatam. Ad primum autẽ dico quod appellatione Ecclesiæ omnes fideles intelliguntur aliquando, & ideo non est inconueniens, vt accusatio admittatur modo prædicto. Notat. 1 arg. quod ob aliquam specialem rationem aliquando à communibus iuris regulis est recedendum. Not. 2 quod persona aliàs de iure inhabilis ad aliquẽ actum ob qualitatem casus, & rationem specialem sæpè efficitur habilis & legitima. *Io. Bap.*

a ¶ Spoliandus erit.] 1 q. 1 c. presbyt. vbi not.

b ¶ Permittendus erit.] Cap. quater. 2 de accus. dic tamen de hoc, vt habetur latius in cap. dilectus. 2. eodem.

c ¶ Quinimmò.] 1 q. 5 cap. quicumque.

d ¶ Omninò.] Id est, liberè. Sed quid si filij nolunt parentibus credere? Quidam dicunt, quod si non habent ex hoc læsam conscientiam, sunt omninò securi, arg. l. filium, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. alioquin si faciunt contra conscientiam, ædificant ad gehennam, cap. final. de præscript. sed tu dic, quòd in hoc acquiescere debent testimonio parentum, de quibus verisimile est, quod non dicerent falsum, capite afferte, & capitul. literas, de præsumpt. & ita firmat. Archid. 1 q. 5 c. quicumque.

e ¶ Substineri.] Quia hoc non peccauerunt, sed parentes, vnde filius non debet portare iniquitatem patris.

f ¶ Quæ ex consecratione.] Putà iura spiritualia, cui cohærent officia Ecclesiastica, vel ius percipiendi res officij adhærentibus, vel res ipsas, vel vt latius not. in cap. si quis obiecerit 1 q. 3 vnde sumit.

g ¶ Corporaliter.] Id est, exercendo sensus corporeos: aliàs enim viuit etiã sine corpore.

h ¶ Corporalis Ecclesia.] Id est, Ecclesiastica rum corpus enim collegium significat. l. 1 ff quod cuiusque vni nomi. & in l. 1 Cod. de Alexand. princip. l. 11 & lib. 1 Codice de priuileg. corpor. vrbis Romæ lib. 11 vel dic corporalis Ecclesia, id est, materialis, & est hoc contra opin. illorum qui asserunt Ecclesiam carere debere statu. ac bonis temporalibus.

i ¶ Vel dignitas.] Vt Episcopatus, Archidiac.

k ¶ Et ordo.] Vnde nemo ordinari debet sine certo tit. § 1 cum ibi not. suprà de præben.

l ¶ Neutrum.] Argu. quæ in connexis, quod iuris statuitur in vno, statuitur in alio, fac. capite quod iuris, distinctione 8. & 3 quæstione sexta, capite hæc quippe, & 16. quæstione prima, capite primo, & ff de iureiur. l. cum quis § si libertus. *Argum. connexis.*

m ¶ Serui.] Qui regulariter non stant in iudicio, l. vix certis, ff de iud. fac. pen. 3 q. 4 & c. tanta. eodem, vnde sumitur.

n ¶ Omnis peccator.] Nõ præcisus scilicet ab Ecclesia per sententiam canonis, vel iudicis toleratus & pœnitens, & sic cessat obiectio de excomm. & suspensis, vt sunt notorij fornicarij, dist. 32 c. nullus. Vel pót hoc referri ad facilitatem dispensandi quasi facilius dispensetur cũ omnibus aliis criminosis præter homicidium, quam simoniaco. Vel si dato, quòd omnis peccator possit celebrare, simoniacus tamen non potest considerato initio: quia simonia-

cus in ipso sui initio commissionis suspensus est, vt 1 quæst. 1 cap. reperiuntur, & inter ortus occidit, & in ipsa sui radice est viriatus, vt 1 qu. 1 c. quibusdam, vel dic. vt latius not. & traditur in cap. tanta eod.

a ¶ Meretrix.] Quæ aliàs non est admittenda ad accusationem ob eius vilitatem, l. quæ adulterium, C. de adult. & l. 3 § lege Iulia. ff de testi. ET ex hac litera, & cap. tanta, eod. vtile sumitur, collige secundum Abb. quod sub dispositione generali, qua criminosi admittuntur ad exercitium alicuius actus non comprehenditur meretrix, nisi de ea caueatur specialiter, facit l. quoniam Alexandrum, & leg. qui adult. C. de adult. sed an admitti possit meretrix ad testificandum in crimine simoniæ? ET non videtur nulla enim iura specialiter dicunt meretrices, admittendas, sed tantum criminosos, & licèt admittãtur ad accusandum, non tamé sequitur ergo etiã ad testificandum: quia maior idoneitas requiritur ad testificandum ob maius periculum, cap. licèt Hely. in fin. eod. sed contra videtur not. in d. cap. tanta, & videtur hoc teneri cõmuniter, vt per Alexand. in cons. 11 primo volum.

Meretrix.

Sciendum est. CASVS. In hac parte ita debet adnotari. Quidam ob beneficium acceptum sponte munus quoddam dederunt prælato. quidam verò dederunt ei aliquid vt eos liberaret à molestia, è contrario autem quidam prælati locabant vices suas sub certa mercede: quidam verò alij exigebant certam pecuniam pro licentia docendi: vnde fuit quæsitum an huiusmodi actus saperent simoniam, primus enim, & secundus definitione simoniæ cognoscitur, siquidem illud munus ob rem spiritualem videtur datum, tertius, vel quartus excusabatur à tali delicto ob consuetudinem, qua Doctoribus, & superioribus soluitur aliquid pro doctoratu consequendo: cæterùm solut. prout hic habetur, quia in primo, & secundo casu intentio dantis non est depravata, & ideò cessat quoque obiectio, in tertio verò, & quarto verò, & propriè verificatur definitio simoniæ, nec obstat præd. consuetudo, quia illud, quod datur pro doctoratu, datur propter labores & non intuitu talis dignitatis principaliter. Not. 1 quod actus dicitur simoniacus verè & propriè à fine, & intentione dantis, vel recipientis, quæ aliquando à iure damnatur, & aliquando conceditur. Not. 2. iurisd. & potestatem docendi, aliquando æquiparari, & ideo continentur sub cad. iuris decisione.

Io. Bap.

b ¶ Purè sine pacto.] 1 q. 1 c. placuit. 3 cap. dilectus, in fin. 2 & ca. tua. 2 eo. & de hoc facit nouissimè salubrem prouisionem Conc. Trid.

c ¶ Taxatione.] Hoc ideo: quia taxatio est quædam venditio, l. plerumque, § fin. autem ff de in. det. & videtur quasi quædam pactio.

d ¶ Sine scrupulo.] Fac. hoc secundum Abb. in cap. tua eod. pro Cardinalibus, & aliis Prælatis, quibus aliqua munuscula siue encenia conferunt rogantes pro aliquo beneficio consequendo. Si enim non ducuntur principali intentione, vt spiritualia adipiscantur, quamquã secundariò habeant talem spem, extra omnem noxam iudicantur, nam vix ista fieri possunt sine spe secundaria, secũdum Innoc. Hostiens. & Abb. in dict. capitul. tua fac. quod legitur, & no. in capitul. quid proderit, distinct. 64 & 1 qu. 1 cap. sunt nonnulli, & in cap. tuam, de ætat. & qualitate vide tamen quid in hac materia nouissimè statuit Concil. Trid. sess. 21 decreto 1 in decretis reformat. & sess. 4 cap. 14 in decretis pariter reformationum.

Missam celebrare potest, præterquam Simoniacus, quem adeo quilibet, vt ab ordine malè accepto remoueatur, accusare potest, vt nec meretrix [a] excludatur.

oblatum sponte, vel datum non inducit simoniam. hoc dicit.

Sciendum tamen est non datione qualibet, aut receptione simoniam contrahi: nam si quid sponte; purè, sine pacto, [b] & conuentione, & taxatione [c] qualibet fuerit gratis oblatum, id sine scrupulo [d] simoniacæ prauitatis recipi poterit.

Datum gratia redimendæ molestiæ non inducit simoniam. h. d.

Idem obtinet ex contrario, si quid non sponte quis dederit, sed vt indebitè illatam molestationem super quæsito iure [e] redimat dare coactus fuerit. [f]

Puniuntur prælati committentes vices suas sub annuo censu. h. d.

e ¶ Quæsito iure.] Capitul. dilectus, & capitul. Matthæus, eod. & vbique not. consequitur enim magnum commodum tranigens, cap. 1 vbi Abb. de transact.

ALOYSIVS RICCIVS. Datum gratia redimendæ molestiæ nõ inducit simoniam hoc dicit, in hoc textu habetur quod ad redimendam vexationem licitũ est in foro conscientiæ, litiganti, bonamque causam secundum relationem suorum aduocatorum defendenti dare aliquid iudici, vt pro eo sententiam ferat ita post Cordub. tenet Rodriq. verbo. restit. cap. 40 nu. 7 contra Sotum. lib. 4 de iustit. q. 7 art. 1 ad 2 § sed nunquid vide etiam, text. in capit. dilectus ibi qui dat Prælato pecuniam ne ipsum in iure suo de facto molestet potest illam repetere impunè, quia turpitudo solum fuit ex parte recipientis simile habes in Oldrad. consilio 280. & Felyn. in d. c. dilectus in princ. & quo ad litigantes super beneficio Ecclesiastico etiam in foro externo licitum esse cuique redimere pecunia vexationem iniustam, & de facto, dummodo vocatus sit in possessione beneficij, vel si non possideat sit ob potentiã aduersarij tradit gloss. in cap. decimas 5 ibi quæst. 7 Abb. nu. 4. alios 8 Felyn. num. 2 Nauarr. in Manual. capite 25 num. 114.

In foro verò exteriori tam pars dans, quam recipiens puniuntur nisi dans probaret manifestè iniustè vexari. Vel timere iniustitiam sibi faciendam, l. quod cuitandi C. de condict. ob turpem cau. l. serui. 23 C. de adult. primò, quia iudex non poterat quippe qui teneatur administrare gratis iustitiam, si aliàs habeat à Rege iustum salarium, l. 2 C. de condict. ob turp. caus. cap. qui rectè 11. quæst. 13 & hæc sint satis, dicta ad huius tituli intelligentiam.

f ¶ Coactus fuerit.] Sed quæritur, an licitè detur pe-

cunia sacerdoti, qui non vult aliter baptizare, nisi accepta pecunia, & sic etiam in aliis sacramentis? Resp. vt per Ab. & alios in c. cum in Eccles. & in cap. non satis eodem.

a ¶ Lateranensi.] Vt in cap. 1 ne præl. vi. suas, &c.

b ¶ Turonensi.] Cap. 2 ne præl. vi. suas, &c.

c ¶ Dictioni.] Et aliis etiam pœnis, vt legitur & not. in ca. 1 ne præl. vi. suas, &c.

d ¶ Vices suas.] Id est, iurisdictionem suam, cũ enim Episcopalis iurisdictio sit quid spirituale cap. decernimus, de iudi. non mirum, si per hoc committitur simonia. sed numquid idem sit, si vendatur temporalis iurisdictio? Gloss. in c. 2 ne præl. vi. suas, videtur inclinare in partem affirmatiuam: magis tamen communiter contra: nam licèt grauiter peccet accipiens pro iurisdictione temporali pecuniam, ne scilicet subditi plus æquè grauentur § illud. auth. de mand. princip. non tamen est simonia. fac. not. in cap. nemo. de sim. & quod not. 1 q. 3 in sum. si tamen temporalis iurisdictio haberet dependentiam ab officio ecclesiastico propter huiusmodi connexitatem, committeretur simonia Abb. in capitulo secundo, ne prælat. vi. suas, & in capit. consulere, eod.

e ¶ Sub annuo censu.] Benè potest Ecclesia à principio constitui cénsuali, cap. scientes, & capit. prohibemus, de censib. Sed an obuentiones iurisdictionis tãquam fructus possint vendi, & posse tenet gloss. in c. 1 ne præl. vi. suas quod intellige ita demum esse verum, si non vendantur illimet, qui exercet iurisdictionem, nam si fieret exercenti venditio ob connexitatem videretur vendita ipsa iurisdictio 1 q. 3 cap. si quis obiecerit, vt per Host. & Abb. in d. cap. 1.

f ¶ Non habetur.] Sacerdos ergo in regimine ecclesiæ debet habere considerationem ad præmium æternæ retributionis, non alicuius temporalitatis, quod non sit plerumque.

g ¶ Obtentu.] Quia talis similitudo simoniam quandam videtur inducere, & hac ratione § iste ponitur sub titulo de simo. licèt strictè, & verè non sit simonia, vt per Ab. in cap. 1 de magist.

h ¶ Exigere.] Et si exigat, debet restituere.

i ¶ Sui laboris.] Nota beneficium appellari laboris fructum, fac. cap. cum secundum, de præb. & concor. cap. 1 de magistr.

DE HÆRETICIS, SCHISMATICIS, & Apostatis.

Demum sciendum est tam Lateranensi [a] quam Turonensi [b] concilio statuente, canonicæ districtioni [c] Prælatos eos subiacere qui vices suas, [d] vel Ecclesias sub annuo censu [e] concedunt: quia dum Sacerdotium sub huiusmodi mercede venale disponitur ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur. [f]

Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia. h. d.

Pro docendi quoque licentia concedenda nullus cuiuscumque consuetudinis obtentu [g] aliquid exigere [h] debet. Et qui secus fecerit, ab Ecclesiastico beneficio fiet alienus: dignum enim videtur, vt in Ecclesia fructus sui laboris [i] non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

DE HÆRETICIS, [k] *ET Schismaticis, & Apostatis.*

TIT. IV.

Qui sint hæretici, & qui schismatici, & quomodo differant.

Hæretici sunt, qui vanæ gloriæ principatusq; sui [l] causa falsas opin. gignunt, [m]

Continuatur tit. iste per glo. rubr. vel dicas, secundò postquam vidimus de delicto, quod mutat naturam Dei, sequitur videre de alio, quod ipsum negat, & tollit, & ideo proponitur iste, qui diuiditur in 2 part. princ. in prima tractatur de hæreticis, & schismaticis simul: in secunda vero de apost. secunda ibi, apostatæ. Prima pars adhuc diuiditur in 6 par. in prima adnot. qui sint hæretici, & schismatici: in secunda, qua pœnâ puniantur: in tertia quid iuris si ad ecclesiam reuertantur: in quarta qui sint relapsi: in quinta quid iuris de suspectis: in sexta colligitur quædam regula vniuersalis: secunda ibi, vtrumque vero: tertia ibi, sed videamus: quarta ibi, relapsi autem: quinta ibi, qui vero: sexta ibi, plura quoque. *Io. Bap.*

k ¶ De hæreticis, &c.] Post habitum tractatum de vno crimine, quod principaliter continet Dei læsionem, vt § fin. suprà de duplici purg. sequitur de aliis videre, vnde ponitur hæc rubr.

Hæretici sunt. Casvs. Non figuratur: Nota tamen quod istæ definitiones videntur demonstrare hæresim principaliter consistere in intellectu, schisma vero in voluntate, quid autem sit dicendum non est præsentis tractatus: satis enim est modo illud scire, quod in tantum sunt delicta, inquantum sunt voluntaria, cap. cum voluntate de sent. excomm. *Io. Bap.*

l ¶ Principatusque sui.] Vel alterius temporalis commoditatis, vt in cap. hæreticus 24 quæst. 3 vnde sumitur. Et dicitur hæresis à verbo Græco, ærumnæ, quod electionem designat scilicet quod vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem, capitul. hæresis, 24 q. 3 licèt Archid. dicat hæresim ibi dici ab errando, & in capitul. sequ. dicat dici à verbo hæreiscor, quod est diuido, quæ deriuationes licèt quadrare videãtur quoad rem ipsam, & naturam rei, quo tamen ad vocem non probantur à Grammaticis, & humanioribus. m ¶ Gignunt.] Hi sunt hæresiarchæ, vt Lutherus, Zuinglius.

vel sequuntur. [a] Schismatici [b] sunt, qui se ab vnitate Ecclesiæ per inobedientiam separant. Licèt autem inter hos à principio quædam videatur esse diuersitas, [c] nullum tamen est schisma, quod sibi aliquam tandem hæresim non confingat, [d] vt ab Ecclesia rectè recessisse videatur.

Schismatici excommunicatione, depositione, bonorum confiscatione, & à se gestorum annullatione puniuntur. h. d.

Vtrumque verò crimen atrocissimis pœnis Ecclesiastica disciplina prosequitur: nam schismaticos excommunicationis sententia [e] canones insectantur: & si nec sic resipuerint ab omni ministerio Ecclesiastico deponentur, [f] adhibito etiam si necesse fuerit brachij sæcularis [g] auxilio, ad illorum insolentiam coercendam, cum omnium etiam bonorum confiscatione. [h]

a ¶ Sequuntur.] Vt Lutherani Zuingliani.

b ¶ Schismatici.] Tribus modis aliqui schismatici dici possunt largissimè, vt omnes constituti in peccato mortali, quia sunt extra charitatem, 11. quæst. 1 capitul. audi denique, & 24 quæst. 3 capitul. dixi, large excommunicati: quia sunt extra Ecclesiam, & communionem fideliũ 11 qu. 3 capit. cum excommunicato, & sequ. strictè, qui Episcopum deijciunt de sede Episcopali, magis tamen communiter in hoc tenetur contrarium ex quo enim isti non sunt diuisi à Romana Ecclesia licèt eiecerint proprium Episcopum, & alium receperint, non tamen per hoc schismatici dicũtur, sed illi strictè dicuntur schismatici qui diuidunt se ab vnitate Ecclesiæ constituendo sibi Ecclesiã, & ordinando clericos, & sacerdotes, vt per Ab. in c. tua, eo.

c ¶ Diuersitas.] Vt in capitul. inter. 24 quæst. 3 diuersitas tamen est ea, quæ est inter dispositionem, & habitum. Primum enim dicitur hæresis. Vel dicas quod omnis hæreticus est schismaticus: sed non contra, & sic est ea differentia, quæ est inter genus, & speciem, vt not. in d. c. inter, vbi Arch. ponit etiam alias opiniones circa istas diuersitates.

ANT. TIM. Dictum hoc, quod schisma, & hæresis differant sicut dispositio, & habitus, est desumptum ex gloss. in verbo. & schisma, dict. capitul. inter, quod licèt impropriè admodum dicatur: potuit tamen habere veritatem si non simpliciter sed in casu quo quia prius se separat ab Ecclesiæ vnitate ex intentione quod dicitur esse schisma, vt per S. Thom. 2. 2 quæst. 39 articul. 1 ex quo deinde sequitur vt separatus ab vnione Ecclesiæ disponatur ad incidendum in mille errores, & ibi pertinaciter permanens fiat hæreticus, vide Caieta. in verbo schisma.

d ¶ Confingat.] Et si nullam aliam confingeret non euadit eam, vt scilicet non peccet in illo articulo, & vnam sanctam Ecclesiam, vt per Abb. in rub. eod. & per Hostien. in sum. eodem per Archid. in cap. inter 24 q. 3 & not. in capit. quia diligentia de elect.

Vtrumque verò licèt hæc pars plures habeat particul. potest tamen commodè Casvs in ea communiter adnotari, & ideo prætermittendum est, quod cum quidam fortasse auaritia motus incidisset in hæc delicta, ita enim diuitijs operam dabat vt & Deum, & Ecclesiam postea negligebat, debeat propterea aliqua graui pœna puniri: qua de re fuit quæsitum an esset puniendus per sententiam excommunicationis, per priuationem cuiuscunque dignitatis, per confiscationem bonorum, item mediante persona suæ vxoris, filiorum, & descendentium tam in vita quàm post mortem, tam per sententiam hominis, quàm iuris: cui quæsito videbatur primo respondendum huiusmodi modis non esse de iure puniendum quia in primis nemo debet multiplici pœna puniri, l. senatus ff de accusatio. Secundò quia nemo debet alterius culpa grauari, capit. non debet, de reg. iur. in 6 tertiò quia nisi pars citetur ad allegandũ iura sua actus dicitur nullus, l. de vnoquoque ff de re iud. Sol. tamen prout in hac part. legimus, quasi grauissima, & multiplici pœna punitur qui offendit maiestatem humanã l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. multo magis debet puniri qui offendit maiesta. diuinam, non obstant obiecta, ad primum etiam respondetur quod ob grauitatem delicti illa multiplex pœna habet rationẽ vnius pœnæ tantum, & ita intelligitur lex addicta. Ad secundum dico illam reg. verificari respectu culpæ, & limitari respectu causæ per reg. huc culpa, eod. de reg. iur. in 6. Ad tertium dico, quod in sententia, quæ imponitur ipso iure citatio præcedit virtualiter, & ideo etiam in ea reperitur. Not. 1 arg. quædam pœnæ non imponuntur directè, sed per quandã necessariam consequentiam. Not. 2 multiplicari pœnam aliquando ob grauitatem delicti, quia tunc multiplicatio ista habet rationem, vnius pœnæ. Not. 3 quod quis punitur aliquando non tamen in proprijs suis bonis, sed etiam in proprijs filijs, & descẽdentibus. Not. 4 limita, ad tit. C. ne stat. de defuncto.

Io. Bap.

e ¶ Sententia.] Ista est excommunicatio latæ sententiæ sicut & illa capitul. si quis suadente 17. qu. 4 & not. in capitul. quoniam, in fi. de offic. ordin. & hoc non habet dubium in schimate, quod habet hæresim coniunctam, de quo videtur hæc litera loqui. Sed magnum dubium est de schismate quod est sine hæresi, & licèt quidam teneant, quod non sint excommunicati tales schismatici Ab. tamen tam in rubr. quam in capitul. de schisma tenet contrarium, & idem tenet Hostiens. in sum. eod. § qua pœna nisi tamen schismatici sequerentur schisma probabili errore inducti.

f ¶ Deponentur.] Cap. quoniam in fin. de offic. ordin.

g ¶ Brachij sæcularis.) Sic in capitul. 1 & capitu. quoniam, de offic. ord. & distinct. 17 capital. nec licuit, & 23 q. 5 cap. principes: aliàs autem nisi clericus sit incorrigibilis non est implorandum brachium sæculare, nisi ad aduuandum Ecclesiasticum iudicem: nam etiam depositum non potest laicus punire, nisi incorrigibilis cap. cum non ab homine de iud. cap. dictum distinct. 81 nisi in crimine fal. & vbicunque deficit Ecclesiastica potestas, recurritur ad auxilium sæculare, 10 q. 1 c. petimus, & 23 q. 5 c. de Liguribus, & ita vna potestas, per aliam iuuatur, c. cum ad verum, & c. ventum est. d. 96. & not. in d. c. quomodo.

h ¶ Confiscatione.] Cap. 1 de schis. in 6 an autem redeuntes ad vnitatem Ecclesiæ recuperent, habetur in c. quod à te. de cler. coniug.

Geſta à ſchiſmaticis ſunt nulla. hoc dicit.

Ordinationes quoque ab his factas, & dignitatum ſiue beneficiorum conceſſiones, alienationes rerum Eccleſiaſticarum omni penitus firmitate carere voluerunt. [a]

Hæretici niſi hæreſim abiurauerint omni Eccleſiaſtica prærogatiua nudati, traduntur ſæculari curiæ puniendi. hoc dicit.

In hæreſi autem deprehenſi [b] præter perpetui vinculum anathematis, ſi clerici ſint, vel religioſi totius ordinis Eccleſiaſtici prærogatiua [c] ſpoliandi erunt, [d] & omni officio, & beneficio nudati ſæcularis relinquentur arbitrio poteſtatis [e] animaduerſione debita [f] puniendi: niſi continuò poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem recurrere, [g] & errorem ſuum publicè abiurare, & congruam ſatisfactionem exhibere conſenſerint.

Laici hæretici puniuntur arbitrio iudicis ſæcularis. h. d.

Laici [h] verò niſi (prout dictum eſt abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita ad fidem redierint orthodoxam ſæcularis iudicis arbitrio relinquentur, [i] debitam pro qualitate facinoris vltionem recepturi. [k]

Bona hæreticorum poſt latam ſententiam confiſcantur. h. d.

Bona quoque damnatorum propter hæreſim ipſo iure, & omni ſpe potiundæ hæreditatis filijs, [l] adempta,

a ¶ Voluerunt.] Not. ergo, quod geſta per ſchiſmaticos non tenent, de quo dic, vt latius per Ab. in c. 1 de ſchiſ. ad fin.

b ¶ Deprehenſi.] Vel euidentia facti, vt quia publicè prædicat hæreſim, arg. l. palam. l. 1 § fi. ff de rit. nup. Vel legitima probatione puta per teſtes, vel propria confeſſione.

c ¶ Prærogatiua.] Arg. quod clericus depoſitus non habet priuilegium clericale, quod concedunt quidam, alij contra, vt not. in ca. ad abolendam, eod. vnde ſumitur.

d ¶ Spoliandi erunt.] Scilicet ab Epiſcopo, qui cognoſcit de crimine hæreſis, tam contra clericos quam contra laicos, etiam exemptos, c. ad abolendam eo. vbi Abb. not. ſi tamen factum ſit clarum, & determinat, ſi autem eſſet dubium, tunc quæſtio remitti debet ad ſolum Papã, c. quoties, 24 q. 1 & c. maiores, de baptiſ.

d ¶ Poteſtatis.] No. caſum, in quo clericus traditur curiæ ſæculari de alijs, vide not. in ca. ad abolendam, eod. & latiſſimè per omnes in c. at ſi clerici, de iud.

f ¶ Debita.] Quæ eſt mors, vt not. in cap. ad abolendã eo. vbi Doct. & per Hoſt. in ſum. eod. § qua pœna.

g ¶ Recurrere.] Scilicet ſpontè, vt in capit. ad abolendam eod. vnde ſumitur. Quatuor autem ſunt, quæ concurrere debent ad hoc, & redeuntibus ad fidem dimittatur pœna mortis. Primò, quod lapſi in continenti reuertantur. Secundò, quod ſpontè: aliàs ſi ex interuallo, nec ſpontè, ſed metu pœnæ, vel probationum appareat eos redire ad gremium Eccleſiæ, non eſt redeuntibus parcendum. Quãdo autem quis dicatur ſponte redire, habes per Ab. in cap. excommunicamus eo & per Archid. in ca. commiſſi eod. in 6. per Ioan. de Ligna. & cle. ad noſtrum, eod. & fac. l. nouiſſimè ff. quod fal. tuto. author. Sed quod iſta duo, hodie ex conſuetudine minus videntur habere ſe, Eccleſia Romana. nã vidi aliquos ex interuallo redire, de quibus etiã eſſe poterat probabilis ſuſpicio, ne non metu pœnæ, vel promptæ probationis redirent, qui tamen fuerunt admiſſi non ad pœnam, ſed ad abiurationem, & ex hoc fortè non ponitur in hac litera verbum, ſpontè, quod ponitur in cap. ad abolendam eod. licèt illud videatur virtualiter includi in verbo conſenſerunt, hic poſitum. Tertiò, requiritur publica abiuratio ad arbitrium proprij Epiſcopi. Quartò, congrua ſatisfactio, de quo dicendum, vt in d. c. vt commiſſi, & in d. cle. ad noſtram.

h ¶ Laici.] Collige ex hoc verſ. quod ratione criminis hæreſis, etiam laicus eſt ſubiectus epiſcopo, nec mirum cum hoc crimen ſit merum eccleſiaſticum, vnde fæcularis iudex etiam contra laicum cognoſcere non poteſt, not. in cap. vt officium, § prohibemus eod. in 6. ſed ſola exequutio relinquitur iudici ſæculari poſt ſententiam Epiſcopi, & ad Epiſcopi requiſitionem, cap. cum ſecundum, eod. in 6 & c. ad abolendam, eod. in antiquis.

i ¶ Relinquentur.] Magis proprie ſtat hic hoc verbum, quam ſuperius cum agit de clericis: laici enim non traduntur curiæ ſæculari, vnde non eſt neceſſaria traditio, aliud in clericis, quia prius traduntur curiæ ſæculari, & traditi puniendi relinquuntur, vt nota in c. ad abolendam, eod.

k ¶ Recepturi.] De hoc dic vt habetur in c. excommunicamus, eod.

l ¶ Filijs.] Not. ergo, quod propter acerbitatem delicti filius punitur temporaliter propter delictum patris tãtum: quia ipſi parentes puniuntur in perſonis filiorum, l. iſti quidem, ff quod met. cau. Item cum filius ſoleat eſſe patri ſimilis, leg. quod ſi nolit, § quia aſſidua, ff de ædil. edict. meritò exempla paterni criminis metuuntur, leg. quiſquis, C. ad legem Iuliam Majeſtatis. Spiritualiter autem, & æternaliter non puniuntur, & ita procedit illud, non portabit iniquitatem patris, nec contra de quo vige ſimaquarta quæſtione quarta in ſum. ſed immò videtur, quod nec temporaliter, l. Manichæos, & l. cognouimus eod. Solu. iſta iura corriguntur per cap. vergentis eod. Sed an filius hæretici propter delictum patris perdat etiam beneficium Eccleſiaſticum? Reſp.

non, vt not. in capit. satis peruersum distinctio. 56 & de hoc vide quæ notat. in capit. quicunque, eod. in 6.

a ¶ Confiscata.] Capit. vergentis, & ca. excommunicamus eo. c. cum secundum eo. in 6.

* Confiscata.] Hæc pœna & aliæ pleræque omnes circa temporalia à iure contra hæreticos indictæ cessant in Gallia quoad hæresim Caluinianam, quæ ibi ob publicam tranquillitatē toleratur. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § pœnam hæreticorum, quæ est confiscatio bonorum, & sic fac. regulam quod propter crimen hæresis hæretici bona confiscantur tex. est in l. Manichæos § 1 C. de hæreticis, & ibi Salic. in summar. est etiam text. in auth. Gazzaro. in princip. eod. titu. Host. in sum. rubr. de hæret. § qualiter deuitetur. n. 6 vbi pulchrè dicit hæreticis omnia bona auferenda esse non solum de iure Ciuili, & Canonico, sed etiam de iure Naturali, & Diuino.

confiscata [a] intelligentur: aut si clerici fuerint Ecclesijs, à quibus stipendia receperunt [b] applicabuntur. Confiscationis tamen huiusmodi exequutio, vel bonorum occupatio facienda non erit antequam super crimine sententia fuerit promulgata. [c]

ob hæresim maritorum, dotes vxorum non sunt confiscandæ, nisi, si scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. h. d.

Sed & cùm alteri per alterum iniqua con-

Amplia, vt hæreticorum bona ipso iure dicantur confiscata à die commissæ hæresis text. est in cap. cum secundum, de hæreticis in 6 vbi ad literam dicitur bona hæreticorum ipso iure decernimus confiscata, & ibi glos. Affict. in const. Reg. de hæres. & pater. & Paterenis rubr. 1 numero 29. Intellige, quod licèt non requiratur sententia in confiscatione bonorum hæretici, quia ipso iure confiscantur, sequitur tamen declaratoria secundum Butr. in capit. excommunicamus, li. primo, numero 3 in fine, Geminian. in capit. cum secundum confiscationis, numero primo & sequen. de hæret. in 6. Nauar. consil. 20 numero quarto, titu. de hæret. lib.... vbi quod hanc limitationem tenent omnes Doctores, nisi hæresis esset notoria, quia tunc non esset necessaria declaratoria, vt videtur concludere ibid. num. 5.

Amplia secundò, in apostatis quorum bona confiscari propter apostasiam dixit Farinac. q. 183 de hæres. n. 25.

Amplia tertio, vt confiscationis pœna locum habeat etiam contra credentes fautores, & defensores hæreticorum, idem Farinac. q. 182 n. 51 de hæres.

Amplia quarto, quia in confiscatione bonorum hæretici veniunt etiam bona per ipsum donata causa mortis, ideo si aliquid mortis causa donauerit, & in hæresim inciderit, bonaque eius fuerint confiscata, reuocatur donatio, vt imperfecta, & cum cæteris bonis hæretici ad fiscum pertinent, quia donationes vice legatorum funguntur l. 3 penul. § de bonis lib. cum alijs allegatis per Simanch. Catholicar. instit. tit. 7 rubr. de bonis hæret. num. 9 & 10.

Amplia quinto, vt in confiscatione bonorum hæretici veniant etiam iura conditionalia, & propterea si ex contractu conditionali hæreticus sit creditor alicuius in aliqua re, aut pecunia, huiusmodi creditum transit in fiscum, & in ipsum ius implendæ conditionis transmittitur si conditio sit talis, vt commodè per fiscū, adimpleri possit iuribus allegatis per Simanch. vbi supra, numero 62 vbi hoc limitat non procedere in iuribus conditionalibus, ex vltima voluntate, quæ in fiscum non transeunt, si venditio fuerit purificata post condemnationem, quod voluit Gabriel. Quemada q 10.

Amplia sexto, quia in confiscatione bonorum hæretici, veniunt etiam bona, & prædia, quæ Ecclesiæ censum soluunt saluo tamen iure dicti census præstandi Ecclesiæ, ex allegatis per Simanch. Catholicarum instit. 9. Rubr. de bonis hæret. n. 20.

Amplia septimo, quia effectus confiscationis bonorū hæretici ipsoiure à lege indictæ est, vt à die commissi criminis fisco debeantur omnes fructus dictorum bonorum, quod secus esset si confiscatio non fuisset ipso iure indicta ex traditis in Repertor. inquisit. in verb. confiscatio ver. 2. Item nota quod quando bonorum confiscatio ipso iure à lege imposita est tunc in ea veniunt fructus à tempore delicti percepti, vt per Archid. in c. felicis, nu. 13 de pœnis in 6 & ibi Ioan. Andr. num. 4.

Limita primò, quod si hæreticorum bona sint ipso iure confiscata non tamen in foro conscientiæ hæreticus tenetur illa restituere, seu offerre fisco secundum crebriorem æquiorem, & veriorem opinionem, quam pluribus defendit, & sic testatur Simanch. Catholicar. instit. tit. 9 rubric. de bonis hæret. num. 157 Sot. in tract. de iust. & iur. lib... q. 6 art. 6.

Limita secundo, vt occulti hæretici bona nō cōfiscantur ex plenè deductis per Boich. in cap. vergentis num. 1 vers. aut sunt occulti extra de hæret. & licet, quod immo occulti hæretici bona ipso iure sint confiscata voluerit repertor. Inquisitorum in verb. confiscatio, in princip. licet crimen sit occultum eius tamen dictum intelligendum est si hæresis probetur, aliàs secus, & ita etiam intelligendus est Archid. Arbertin. in tractat. de agnoscend. assertionibus Catholicis, & hæreticis q. 53 num. 27.

Limita tertio, in bonis futuris, & acquisitis ab hæretico post condemnationem, quæ in confiscatione bonorum minimè veniunt ex allegatis per Simanch. Catholicar. instit. tit. 9 rubr. de bonis hæret. nu. 61 & Repertor. inquisit. in verbo bona vers. sed honor publicatio.

Limita quarto, in suspecto de hæresi, cui non confiscantur bona, confiscatio enim bonorum hæretici non habet locum nisi in hæretico manifesto, vel legitimo conuicto Tabien. in sum. in verb. hæreticus n. 5 ad fin. Repertor. inquisitor. in verb. confiscatio vers. item sciendum quod ista pœna.

b ¶ Receperunt.] Id est Ecclesijs, quas habuerunt, Abb. in cap. excommunicamus eod. Sed quid si clericus non habet Ecclesiam aliquam? Respond. secundum Abb. applicabuntur episcopo loci, qui illa in pios vsus distribuat, ad hoc not. per Innocent. in cap. fina. qui cle. vel mon. & quod not. in cap. quia, diuersitatem de concess. præb.

c ¶ Promulgata.] Sic in c. cum secundum eo. in 6 & intellige de sententia declaratoria non condemnatoria: quia condemnatio, & pœnæ impositio fit ipso iure, & ita not. quod quarumcunque ex aliquo delicto imponatur pœna ipso iure, ita vt alia damnatio non requiratur, antequam tamen fiat exequutio requiritur declaratio iudicis, fac. l. eius qui delatorem, & quod ibi not.

not. ff de iu. fiſc. Hoc tamen ſecundum Dom. & Peruſi. in d. ca. cum ſecundum limita duobus modis, vtibi per eos.

a ¶ Non debeat.] cap. non debet, cum concord. de reg. iur in 6 cap. decreuit eo in ſexto vnde ſumitur.

b ¶ Non debent.] Quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor. pro mari. per tot. niſi in cau. primipilari. l. ſacris. C. in qui can. pig. vel hyp. contra, & de hoc vide not. in cap. pen. in gl. antepen. de conſue.

ALOYSIVS RICCIVS. Diſponit in hoc § quod ob hæreſim maritorum dotes vxorum non ſunt confiſcandæ, vt eſt text. in cap. decreuit de hæret. in 6 & ibi gloſ. in figurat. in princip. & Monach. ant. nu. 1 in verb. confiſcari.

Amplia vt nec ſint confiſcanda bona paraphernalia ipſius vxoris Simanch. vbi ſupra numero 10 Canter. in qu. capite im. rubric. de hæret.

Amplia ſecũdò, quod non poteſt confiſcari donatio propter nuptias, quam vxor. lucratur. Si Monach. vbi ſupra nu. 72 Canter. in queſt. crim. rubric. de hæret. cap. 1 nu. 10.

Amplia tertiò, vt propter hæreſim mariti non ſolum non confiſcantur dotes vxoris, ſed nec etiam confiſcari poſſint acquiſita per vxorem conſtante matrimonio ex alleg. per Rub. in rubric. de donat. inter virum, & vxor. & Quemad. quæſt. 6 Canter. in quæſt. criminal. rub. de hæret. cap. 1 nu. 25.

Limita primò, propoſitam quando de numeratione ſeu conſignatione conſtat verè aliter quam, ex confeſſione mariti ſola enim dotis confeſſio non probat dotem in præiudicium fiſci ex allegatis per Simanch. vbi ſupra num. 67 & 60.

Limita ſecundò, quando vxor. ſcienter cum hæretico nupſit tunc enim eius dos confiſcatur tex. eſt in capit. decreuit de hæret. in 6 & ibi glo. Imo mulier ſcienter matrimoniũ cum hæretico contrahens eſt de hæreſi ſuſpecta, & contra eam de hæreſi procedi poteſt ſecundum Gloſ. in d. ca. decreuit, & ibi Ioan. Andr. num. primo.

c ¶ Contraxerint.] Valet enim matrimonium contractum cum hæretico, qui tamen in forma eccleſiæ baptiſatus fuerit: alias ſecus, traditur in cap. fi. de cond. app. contractũ autem matrimonium cum excommunicato proculdubio valet, capit. ſignificaſti de eo, qui dux. in mat. quam, per ad.

d ¶ Sciebant.] Tempore ſ. contractus, ſed ſi tempore initi contractus ignoraſſet, licet poſtea reſciſſent non haberet locum hæc pœna & ſic inſpiciendum erit initium ca. cum dilecti de temp. & ven. felin. in c. dudum 1 de elec. & in cle. 1 de conſan. & affinit. in verb. ſcienter. Scientia tamen non præſumitur. lib. verius ff de prob.

e ¶ Ipſo mortuo.] intellige vſque ad annos quadraginta à die mortis: nam poſtea bona à filijs catholicis etiam à Romana eccl. abdicari non poterunt, & hoc verum, ſi parentes mortui catholici putabantur. Ita not. in c. accuſatus, § pen. eod. in 6 vnde ſumitur fac. l. quiſquis. C. ad Iul. maieſt. § interdum, inſt de hæred. quæ ab inteſt deferuntur.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § quod etiam poſt mortem bona hæreticorum confiſcantur, vt eſt ex in cap. accuſatus § in eo verò caſu ff de hæret. in 6 & ibi hoc annotarunt gloſ. in § porro & Gem. in ſummario ita etiam voluit Roland. conſ. 8 n. 8

Limita præcedentem concluſionẽ, itèt enim filij propter paternam hæreſim priuentur illius hæreditate tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſuccedere volẽtes, hoc tamen procedit, quando illius arma confiſcantur in vita, ſecus ſi poſt mortem; nã ſi hæreticus mortuus eſt ante accuſationem, & denunciationem, tunc videtur, quod filij orthodoxi non veniãt priuandi illius hæreditate ſic enim concordando contrarias opiniones Azonis, & Placentini voluiſſe videtur. Hoſtienſ. in ſumm. rubric. de hæret. § qua pœna feriatur, numero 8.

Aduerte tamen, quod Hoſtienſ. loqui videtur ſecundum quod loquitur Azo vbi pœna mox cum allegatus videlicet de iure ciuili, vnde ſecus de iure Canonico, quod iſto caſu ſeruandum eſt, vt non dixi ſupra in § vbi doctores omnes aperte ſentiunt etiam bona hæreticorum confiſcari poſt eorum mortem damnata memoria in præiudicium filiorum, & propterea in iudicio contra defunctum ad illius memoriam damnandam moto, filios, & hæredes citandos eſſe propter præiudicium confiſcationis bonorum, quod pati poſſunt, ſi memoria defuncti damnetur, vt latè Farinac. in quæſt. 198 nu. 160 de hæreſ. & ideo non immerito Roland. in conſ. 8 nu. 41 lib. 7 dixit opinionem Hoſtienſ. non eſſe à doctoribus receptam.

f ¶ Credentes.] Not. quod eſt differentia inter hæreticos, & alios hic deſcriptos, vnde vno expreſſo non continetur aliud, quod per Docto. in capit. 2 eod. in 6 inducitur ad ſtatuta, quomodo autem hæ perſonæ inter ſe diſtent, vide per Doct. ibi.

g ¶ Scienter.] Ergo ignorantia probabilis illos excuſaret. c. Apoſtolicæ, de cle. exc. min. not. in c. fi. in 6.

h ¶ Proprijs manibus.] Not. caſum quo poſſum per me, quod non poſſum per alium, de qua not. in c. poteſt

ditio inferri non debeat, [a] propter hæreſim maritorum, vxorum catholicarum dotes confiſcari non debent, [b] niſi fortè cum viris matrimonia contraxerint, [c] quos hæreticos eſſe ſciebant. [d]

Etiam poſt mortem bona hereticorum confiſcantur. hoc dicit.

Poſt mortem quoque ob ſceleris immanitatem hæreticos pœna proſequitur. Ideoque & ſi criminoſo viuente nihil fuerit ſuper bonorum confiſcatione declaratum, nihilominus ad eam etiam ipſo mortuo [e] procedendum erit.

Hæretici non poſſunt trãdi eccleſiaſticæ ſepulturæ. Et tumulantes eos excommunicantur nec ante abſoluuntur, quàm proprijs manibus exhumauerint. h. d.

Eccleſiaſtica quoque ſepulturâ vſque adeo carere debent, vt ſi qui eoſdem credentes [f] aut fautores eorum ſcienter [g] eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere auſi fuerint, excommunicationis ſententiæ ſubiacere debeant, nec antea abſolutionis mereantur beneficium, quàm proprijs manibus [h] huiuſmodi cor-

de re iud. in 6. Sicut enim exhibuerunt membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem, sic exhibere debet illa seruire iustitiæ ad iustitiam, vt dicit Apost. ad Rom. capite 6 & dicitur distinctione 47 capite omnes huius.

pore extumulent, [a] & proiiciant: locus [b] autem ille perpetuò carebit sepultura.

Descendentes ab hæretico vsque ad secundum gradum, ab hæretica vsque ad primum, non possunt habere beneficium ecclesiasticum. h. d.

Sed & eorum filij [c] ad beneficia ecclesiastica, [d] seu pulica [e] officia admittendi non erunt quod quidem per paternam lineam vsque ad secundum [f] gradum, per maternam verò vsque ad primum tantum [g] Extenditur Cùm enim secundum legitimas sanctiones [h] reis læsæ maiestatis capite punitis, & bonis confiscatis eorum filiis vita solummodo ex misericordia conseruetur, quantò magis, qui aberrantes, in fide Deum offendunt muneribus, bonis, honoribus debent spoliari? Cùm longè sit grauius [i] æternam, quàm temporalem lædere maiestatem.

Emendatio tollit pœnam. h. d.

Hoc tamen intelligendum est de filijs, & posteris, eorum, qui tales esse, vel etiam decessisse probantur: non autem illorum, quos emendatos, * & ecclesiæ vnitati reincorporatos [k] esse constiterit.

Qui receperunt pœnitentiam ecclesiæ, vel recipere sunt parati sunt reincorporandi. h. d.

Sed videamus, qui & quando incorporari debeant: & constat eos, qui pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam acceptauerint, eamque vel perfecerint, humiliter prosequutioni eius insistant, [l] recipiendos esse. Idem iuris est, si pœnitentia nec peracta sit, nec imposita, dum tamen crimini obnoxii ad eam recipiendam parati [m] fuerint.

Relapsi non sunt reintegrandi, sed tradunt curiæ sæculari: eis tamen non negantur sacramenta pœnitentiæ. h. d.

Quod si qui [n] post abiurationem erroris, committitur in omnium fertur iniuriam lib. Manichæos C. eo. vnde grauius est.

* Emendatos) Adde aliam notabilem limitationem & dic filios hæreticorum natos ante commissum à parentibus delictum non arceri à beneficijs etiam si parentes *non* fuerint emẽdati; Flamin. de Resignat. lib. tertio qu. prima numero 24 SOLIER.

a ¶ Extumulent.] Si ossa in solũ ipsorum possunt ab ossibus aliorum discerni capite sacris, de sep. & deberet hoc facere si publicè tumulauerint, si occultè tumulassent locus esset capite quidam quinto quæstione prima.

b ¶ Locus.] Not. quod dicitur puniri res inanimata, sic cap. in quibusdam, de pœ. & in c. vbi periculum, § ciuitas de ele. in 6 & ca. fin. eod. in sexto & 15 quæstione capite mulier.

c ¶ Filij.] Sed an hoc intelligi possit de filijs etiam illegitimis? Et non videtur, cum nõ sint in patria potestate, inst. de nupt. circa fi. fac. l. filium, ff de his, qui sunt, sui vel alieni iur. committere contra, vt not. in c. statuimus. 2 eod. in 6 ne plus habeat luxuria, quam castitas, auth. de rest. & ea quæ par. & c. in fi. & hoc intellige quando illegitimorum pater est certus: secus si nati ex damnato coitu lex existimaret patrem incertum, quia tunc cessat legis ratio. nec enim dici posset natus ex patre improbato, vt per Perusi. in d. cap. statutum.

d ¶ Beneficia ecclesiastica.] Large hic sumendam verbum, vt not. in c. 1 de reg. iur.

e ¶ Publica.] Vt iudicatus, & his similia, ad idem cap. felicis, § quod si quis, de pœn. in 6

f ¶ Vsque ad secundum.] Id est vsque ad nepotes, & sic dictio, vsque, stat inclusiuè, de quo per Franc. in c. statutum 2 eod. in 6 remissiuè.

g ¶ Ad primum tantum.] capite statutum 2 eod. in 6.

h ¶ Legitimas sanctiones.] l. quisquis Codice ad leg. Iuliam maiestatis.

i ¶ Grauius.] 17 qu. 4 cap. sicut qui ecclesiam, & 23 q. 5 capite si apud & quod in religionem diuinam Sumitur ex capite ad abolendam. eodem & ex capite super eo. eod. in sexto.

K ¶ Reincorporatos.] Vt in capite statutum, in fin. eod. in sexto vbi ponuntur requisita ad canonicam reincorporationem, & dicetur statim in § sequent.

Sed videamus. CASVS. Quidam hæretici pœnitentia ducti reuersi sunt ad Ecclesiam & cum voluissent gaudere beneficijs, quibus antea gaudebant, fuit quæsitum quid iuris: vnde sicut per pœnitentiã restituuntur ad gratiam Dei. Ita quoque videbatur dicendum ipsos esse restituendos ad reliqua bona. Cæterum Sol. prout hic habetur quia si ita simpliciter essent recipiendi quod facilimè possit Ecclesia decipi, & ideo ne detur tale inconueniens procedendum est prout hic legimus, non obstat obiectio, quia ecclesia non iudicat de occultis, capit. sicut cum sequent. de simon. Nota quod licet pœnitentia restituat pœnitentem ad gratiam, non tamen ad illum statum in quo antea reperiebatur. Notat. secunda quod ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad eam. *Io. Bap.*

l ¶ Insistant.] capit. statutum, in fin secunda eod. in sexto vnde sumitur, & fac. capite ex tenore, de tempore ordinis & capite finit. de furt.

m ¶ Parati.) Ex quo enim non stat per eos non debet eis imputari de hoc in capite primo & capite secundo de eo. qui mit. in posse.

n ¶ Quid si qui.]

vel poſtquam ſe proprij Antiſtitis examinatione purgauerint, in abiuratam hæreſim recidiſſe deprehenſi fuerint, ſæculari iudicio ſine vlla penitùs audientia [a] relinquendi erunt, licèt ſi poſtmodum pœniteant, & pœnitentiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſint relapſis humiliter petita [b] Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ [c] deneganda. [d]

Quando quis dicatur relapſus. hoc dicit.

Relapſi autem intelligendi ſunt non ſolùm ij, quorum ante abiurationem crimen plenè probatum fuerit: verùm etiam ij, qui poſtquam accuſati, vel vehementer [e] ſuſpecti ſemel hæreſim in iudicio [f] abiurauerint, & poſtmodum in eandem iterum reincidunt. Planè, ſi ex modica & leui [g] ſuſpicione ſemel quis abiurauerit reincidens, quamquam ex hoc [h] ſit grauius [i] puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri.

Qui abiurauerit in vno articulo, ſi poſt ſit hæreticus in alio, dicitur relapſus. h. d.

Is verò, qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta [k] commiſit: aut in vno fidei articulo, ſeu Eccleſiæ ſacramento errauit, & poſt modum hæreſim ſimpliciter, [m] vel gene-

a ¶ Audientia.] Nota cauſam, in quo audientia denegatur, de aliis not. diſtinct. 24 capit. 1 & per Bald. in l. poſtquam liti. C. de pact.

b ¶ Petita.] Not. ſacramenta non eſſe concedenda, niſi petenti, vel habenti ſigna contritionis ſecundum Dom. & Peruſ. in cap. ſuper eod. eodem in ſexto.

c ¶ Euchariſtiæ.] Sed quid de Extrema vnctione, & ſepultura? Reſp. ſecundum Ioan. And. hæc non poſſunt relapſis adaptari quippe qui comburuntur, de quo dic latius, vt per Peru. in cap. ſuper eo. eod. in 6.

d ¶ Deneganda.] Et ſic procedant illa: Eccleſia nunquam claudit gremium redeunti authen. inter claras. Cod. de ſumma Trinit. & fide Cathol. & delicti veniam petentibus non negamus, leg. Manichæos C. eo. & capite adhuc inſtant de pœnit. diſtinct. 3 intelliguntur enim hæc quoad ſaluté animæ, non quo ad alia capit. ſuper eod. & ibi not. eodem in 6.

ALOYSVS RICCIVS. Statuitur in hoc § quod relapſi non ſunt reintegrandi pro cuius intelligentia nota quod hæreticus relapſus dicitur ille qui conuictus, vel vt vehementer ſuſpectus abiurauit, & in eandem ſeu aliam reincidit inuiſit, ſeu conuenit cum hæreticis, vel commendat, vel ſimilia committit, de quibus expreſsè habetur in cap. accuſatus in princ. iuncto § ſeq. de hæret. in 6. Nouiſſimè verò relapſus etiam dicitur ille, qui in præterito aliás non errauit in fide ſi neget Deum omnipotentem Trinum in Perſonis, & vnum in eſſentia, vel Ieſum Chriſtum non eſſe verè Deum, vel non eſſe conceptum de Spiritu Sancto in vtero Beatæ Virginis, vel eundem non eſſe mortuum in Cruce pro ſalute noſtra, vel Beatam Virginem non fuiſſe Virginem perpetuò in partu ante partum, & poſt partum. Item qui abuſus fuerit Euchariſtiæ Sacramento in ſortilegiis, & tandem qui hæreſim principi ſuadere tentauerit in his enim caſibus errans tanquam relapſus Curiæ ſæculari traditur puniendus per Conſtit. Clem. VIII. anno 1613 die 3. Februarij incip. Dominici gregis Relapſus etiam dicitur, qui pœnitentiam ſibi in abiurationis ſententia iunctam non adimpleuit Triuiſ. deciſ. 36 & nos diximus in collect. 123 part. 1. Quia autem de formali hæreſi abiurauit ſi poſtea in vehementem ſuſpicionem incidit pro relapſo habendus eſt, tamen aliquod factum admiſerit, quod Canones decreuerunt, vt refert Triuiſ. in deciſ. 37 par. 2 & ſi huiuſmodi relapſus in carceribus mortuus eſt non eſt ſepeliendus, quia & immò contra mortuum ſententia de relapſu dicenda eſt, idem Triuiſ. deciſ. 36.

Relapſi autem. CAVS. Non figuratur, qui procedit ſolum declarando. Not. tamen quod crimen relapſi præſupponit antea iure hæreſim fuiſſe commiſſam, & ideo ſuſpecti abiurati non dicuntur relapſi. Not. 2 quod in articul. fidei an peccans in vno dicatur in omnibus peccare, quidam ſcholares dubitauerunt, dicas tamen ſecundum Theolog. quod dicitur peccare in omnibus quia negat primam veritatem, quæ eſt obiectum fidei, & ideo abiuratio, fit ſimpliciter, ſed not. loc. per gloſſ. adductum. Ioan. Bap.

e ¶ Vehementer.] Not. ergo, quod crimen non dicitur benè probatum, quando de eo conſtat præſumptione vehemẽti, vt hic, & in c. accuſatus in prin. eo. in 6. vnde ſumitur, quod Dom. ibi inducit ad ſtatuta requirẽtia plenam probationem, & hoc intellige de vehementi ſuſpicione hominis, non iuris: quia præſumptiones iuris dicuntur non ſolum plenæ, ſed liquidiſſimæ probationes, vt not. in l. ſi tutor Cod. de pœn. tut. & per Peruſin. in dict. cap. accuſatus.

f ¶ In iudicio.] Sic dicitur in cap. accuſatus, eo. in 6. Sed audiui, quæ erat quædam extrauagans Alexandri VI. quæ moderatur, ſiue corrigit hoc verbum, in iudicio: quidam tamen aſſerunt, illam non eſſe in vſu mihi non liquet nec de extrauagan. nec de vſu.

g ¶ Ex modica, ex leui.] Ex qua modica, & leui in cauſa hæreſis poteſt contra aliquem procedi, vt not. per Innocen. in cap. ſicut, de ſimo. per Peruſi. in cap. accuſatus, eod. in 6.

h ¶ Ex hoc.) Scilicet quod poſt abiurationem ex leui cauſa reperitur lapſus.

i ¶ Grauius.) Quam ſi nunquam abiuraſſet.

k ¶ Secta.] De quibus ſectis habetur 24 quæſt. 3 cap. penult. hodie tamen in tanta noſtrorum temporum calamitate facta eſt illis acceſſio non modica.

l ¶ Articulo.] De quibus habes in ſymbolo, & in cap. firmiter, de ſum. Trin. & fid. Cath.

m ¶ Simpliciter.) Per hoc verbum putant quidam quod ſi quis abiuraſſet in vno illo capitulo, in quo re-

peritur errare, licet postmodum laberetur in alio, nihilominus non diceretur relapsus: quod tenet Ioan. And. in cap. accusatus, eodem in 6. Quidam contra, satis liquet quid magis communiter teneatur, vt per Perusin. ibi. Sed nunquid de vno articulo diffamatus teneatur de omnibus se expurgare? Resp. vt not. in cap. ego Berengarius de consec. dist. 2 & in d. cap. accusatus.

a ¶ Generaliter.) Cui generali, & vniuersali æquipollet indefinita fac. cap. quia circa, de priui. & l. Iulianus, ff. de leg. 3.

b ¶ Iudicandus.] Contra C. de transact. l. fi de certa, & ff de transact. leg. qui cum tutoribus, § 1 & vbi generalis transactio restringitur ad id, de quo specialiter erat actum. sol. illa locum habent in non connexis, secundū Ioan. Mon. & Io. And. in cap. accusatus, § 1 eod. in arg. 2 de quæst. 2 cap. & illud, sed hæreses omnes sunt connexæ, cap. excommunicatus, cod. 1 & 2.

Qui verò CASVS. *Io. Bap.* Quidam iudex imperitus volebat quosdam de hæresi suspectos tanquā hæreticos punire, quia sicut offensio majestatis diuinæ est delictum magis graue quam sit offensio maiestatis humanæ, ita quoque maiori culpa, & pœna debet reputari, & puniri. solu. tamen. vt hic habetur quia: suspectus de crimine non est propriè criminosus, & ideo tanquam talis non debet puniri, vnde obiectio intelligi debet in paribus terminis, alioquin non concludit. Notat. quod suspicio delicti aliquando idem operatur quod ipsum delictum, licèt ad inuicem distinguantur. Not. 2 quod non petere absolutionem ab excommunicatione causat concludentem præsumptionem delictum verè esse commissum, propter quod fuit lata excommunicatio.

c ¶ Qui verò.) Sic cap. excommunicamus, § qui verò & cap. ad abolendam, cod.

d ¶ Suspicione.) Id est præsumptione, & quidem probabili, aliàs non iudicaretur purgatio, & sic non obstat 2 quæst. 1 cap. 1 & not. in cap. excommunicamus. § qui autem eodem.

e ¶ Non erunt.) Cap. literas, de præsumptio. vnde sumitur.

f ¶ Personæ.] Quæ qualitas semper est attendenda 2 q. 5 c. omnibus. & c. inter de purg. canon.

g ¶ Condemnabuntur.] Videtur ergo hic, & in cap excommunicamus, § qui autem eod. quod aliquis sit de hæresi condemnandus, licèt contra ipsum non videatur violenta præsumptio, argu. contra c. literas, de præsumptio. vbi Papa non vult illum condemnari, aduersus q. ē stat violenta præsumptio? Resp. præsumptio de qua d. § qui autem, vnde sumitur, non est violenta: sed violentissima. Primò, qu a probabilis fuit ob infamiam. Secundò, quia noluit se purgare, & ea propter fuit excommunicatus. Tertiò, quia cum per annum steterit in excommunicatione pro conuicto habetur 11 q. 3 c. rursus, & ca. quicumque, secus in aliis crimin. quia bona alicuius contumacis propter crimen annotata sunt, si infra annum non venit, bona deuoluuntur ad fiscum, sed quoad crimen nó obest, quin post annum probare possit innocentiam suam, leg. annus, ff de requi. reis.

Plura. CASVS. Non figuratur, sed not. quod ob grauitatem, & enormitatem delicti in eius cognitione & punitione recedendum est á communibus reg. iuris, & secundum rigorem, est procedendum.

h ¶ Processum instituendum.) Specialia circa processum habes in cap. per hoc, & in cap. vt inquisitionis, & in cap. fin. cod. in 6. & in extrauagantibus cómunibus, in prima, quæ incipit, ex eodem.

* Testium.] In simonia testes criminosi etiam non emendati admittuntur propter immanitatē sceleris, cap. per tuas. *Le premier*, de simon. concurrentibus tamen qualitatibus & considerationibus de quibus in dict. cap. per tuas vbi scilicet agitur de crimine Simoniæ ciuiliter, & reus est regularis, inferioris gradus, & malæ famæ, ac fine scandalo potest à beneficio remoueri, subsunteque alia adminicula alias secus, vt colligitur ex cap. Heli. innicto d. cap. per tuas de simon. Item mediatores & socij pretij non participes, si agatur ciuiliter: aliàs non, capite primo de testibus in 6. Sed à testimonio repelluntur periuri, etiam emendati, d. capite 1. Item excommunicati, Abbas in capit. licèt Heli. de simon. contra Gloss. in verb. indifferenter, quia nullibi ad hoc reperiuntur habilitati, testes autem esse non possunt nisi in casibus à iure expressis, capit. decernimus. de sentent. excommunicat. Item infames Gloss. in dict. cap. per tuas in verb. emendati. Idem de inimicis Hæreticis & Paganis tradit Flamin. de confident. quæstione 66. numero 17. & numero 25. SOLIER.

raliter,[a] abiurauit, si deinde in aliam etiam hæresis speciem siue sectam, aut alio articulo, seu Sacramento committat, vt relapsus in hæresim iudicandus[b] erit.

Suspecti de hæresi nisi se purgent, sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione insorduerint cōdemnantur tanquam hæretici. hoc dicit.

Qui verò[c] inuenti fuerint sola suspicione[d] notabiles, ob eam, quantumuis vehementem, de tam graui crimine condemnandi non erunt,[e] sed, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ[f] propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio sese feriendos exponunt. Et vsque ad satisfactionem ab omnibus euitabuntur, & si per annum in excommunicatione constiterint, velut hæretici condemnabuntur.[g]

Plura specialiter inducta sunt in causa hæreticorum, & processu contra eos. hoc dicit.

Plura quoque ad hoc atrocissimum crimen vindicandum specialiter, & præter ordinarias iuris regulas inducta sunt, tam circa iudiciū, & processū instituendū,[h] & testiū *

depoſitiones , [a] carcerem cuſtodiam , & immutationis pœnam , [b] quam etiam contra fautores , [c] receptatores , & defenſores eorum , vt clarè ex lectione ſacrarum conſtitutionum [d] apparere poteſt.

Apoſtatæ qui ſint , & quotuplex apoſtaſia. hoc dicit.

Et hæc eſt tertia pars principalis huius tituli.

Apoſtatæ ſunt , [e] qui à ſtatu fidei, obedientiæ , vel religionis,quam ſe tenere profeſſi ſunt , temerariè recedunt. [f] Apoſtaſiæ triplex [g] eſt ſpecies , alia enim eſt perfidiæ , alia inobedientiæ , alia irregularitatis. Apoſtaſia perfidiæ eſt , cùm qui à fide recedunt. Vt putà cùm Chriſtiani effecti in Chriſti fide præuaricantur , & ad Iudaicos, vel alios deteſtabiles ritus ſe conuertunt , [h] Apoſtaſia inobedientiæ eſt , cùm quis præceptum ſuperioris ſui ſponte tranſgreditur, ſiue patrum regulis vel conſtitutionibus non obtemperat. [i] Irregularitatis apoſtaſia eſt , cùm quis ab ordine ſuo , ſiue aſſumptæ religionis recedit. [k]

Quæ pœna apoſtatarum. h. d.

Apoſtatas autem ſacri Canones tam inter infames deputant , quàm etiam excommunicationis , & aliarum pœnarum [l] vinculis innodandos eſſe præcipiunt.

a ¶ Depoſitiones.] Specialia circa depoſitiones teſtium habes in cap.in fide,& in cap. accuſatus , § licèt , & § fin. & in cap.fin.eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit plura ſpecialia circa hæreſim, & inter alia, quod minores probationes ſufficiunt in iſto crimine ad effectũ inquirendi Clar. § hæreſis num. 20 & in § fin. quæſtione ſexta, numero 7. Idem etiam adeffectum probationis delicti minores probationes ſufficiunt Clar. vbi ſuprà, vbi dicit cõmunem , & propterea non eſt verum,quod requirantur tres teſtes ad conuincendum de hæreſi, quia duo ſufficiunt ſecundum communem , vt ibi venia, & licentia requiritur,vt quis poſſit interuenire Aduocatus, vel Procurator pro imputato de hæreſi Clar. dict. § hæreſis, numero decimo nono. Papa licèt deponi non poſſit pro alio crimen pro hæreſi deponi poteſt Clar.vbi ſuprà numero vigeſimo ſecundo. Teſtis qui in primo examine dixit exculpando, in ſecundo accuſando probat in ſecundo vide Corrad. in Breuiar. tit. de hæret. numero vndecimo , vbi ponit alia ſpecialia , & cap. licèt de hæret. in 6.

b ¶ Immutationis pœnam.] De hoc in clement. 1 eod.

c ¶ Fautores.] De his in cap. ad abolendam , & in cap.fin. eod. & in cap. præſidentes , & in capit. accuſatus, § fin. eodem in 6.

d ¶ Conſtitutionum.] Scilicet allegatarum in præcedentibus notulis.

vt 26 quæſtione ſeptima , cap. non obſeruetis, & cap. ſi. quod fortè non admitterent humaniores, & Græcæ linguæ periti.

g ¶ Triplex eſt ſpecies.] Ita per Hoſtienſ. in ſumma eodem , § quod ſpecies , & communiter per gloſſ. & Doct. in capite primo de apoſta. vbi Henric. addit quartam ſpeciem generaliorem.

h ¶ Conuertunt.] Fac. cap. non poteſt 2 quæſt. 7. & cap. quidam de apoſta. & in cap. contra Chriſtianos de hæret. in 6.

i ¶ Non obtemperat.] Fac. cap. alieni. 3 qu. 4 & cap. alicui. 2 quæſtione ſeptima , & cap. ſi quis , & cap. illud de ma. & ob.

k ¶ Recedit.] Facit cap. fin. dinſt. 50 & 16 quæſt. 1 ca. legi.

l ¶ Aliarum pœnarũ.) vt iuxta diuerſitatem apoſtaſiæ diuerſificabuntur pœnæ, vt magiſtraliter traditur per Abba. in capit. 1 de apoſta. & de hoc per Hoſtienſ. in ſumma de apoſtatis,§ qualiter puniantur.

ALOYSIVS RICCIVS. In præſenti § Auctor enumerat pœnas contra apoſtatas latas , pro cuius materiæ intelligentia nota quod ſecundum ethymologiã vocabuli apoſtaſia dicitur quaſi retroſtatio,vel retromiſſio ab auo quod eſt re , & iſto quod eſt ſtare,vel ſtolos quod eſt miſſio , ſed quantum ad vſum loquentium importat, quandam retroceſſionem quia qui non progreditur retro ſtat niſi regrediatur , & ſic apoſtaſia importat retroceſſionẽ à Deo, quæ tribus modis fit ſecundum tres modos coniunctionis ad illum ſcilicet per fidem obedientiam , & religionem vnde ſic definitur apoſtaſia eſt temerarius, à ſtatu fidei obedientiæ , vel religionis receſſus , & ſic ſimplicem collige apoſtaſiam , vt etiam notat gloſſ. in capite primo de apoſta. Prima eſt , per fidem quã ſ. quis receſſit à fide , de qua loquitur , conſtit. Regni apoſtatantes , & ibi latè Affli&. & intellige ſecundum Archid. quando ſimpliciter , & ex toto recedit in qua apoſtaſia fuit Iulianus apoſtata , vt in capite Iulianus 11 quæſtione tertia , & hi ſecundum Hoſtienſ. in dicto capite primo ſunt verè hæretici , & ipſis locum habent omnia iura loquentia , & de hæreticis , & conſequenter ſunt excommunicati ipſo facto capitulo excommunicamus extra de hæreticis,& ita tenet Innoc. in dict. c. 1 nec etiam

Apoſtatæ. CASVS. Non eſt neceſſe , vt hic aliter figuretur : vnde notat. cauſam diſtinct. apoſtaſiæ , ille enim qui recedit à Religione Chriſtiana , aut ſimpliciter recedit ab ea relinquendo fidem , & ſic datur apoſtaſia fidei : aut recedit ab aliquo actu eius , qui aut reſpicit obedientiam , & hinc datur apoſtaſia inobedientiæ : aut reſpicit officium ſui ordinis , & inde habetur apoſtaſia irregularitatis.

e ¶ Apoſtatæ ſunt.] Pertinet hic § ad tertiam partẽ rubricæ , & ſumitur hæc deſcriptio , ex his , quæ ponit Hoſtien. in ſumma de apoſtatis , § quid ſit. fa. 3. quæſt. 4 cap. beatus.

f ¶ Recedunt.] Et inde etiam ſecundum Hoſtien. dicitur apoſtaſia , id eſt , poſt ſtatus , id eſt , retrogradus ſtatus , & apoſtata quaſi retro ſtans vel retro abiens ,

possunt condere testamentum, & eorum bona confiscantur nec peracta pœnitentiâ redeunt ad pristinum statum vlt. 2 & 3 eo. tit. nostro & hodie ista confiscatio fit ipso iure extra de hæreticis cap. cum secundum lib. 6 & recipi debent, sicut hæretici de quibus Sylvest. in verbo hæreticus, & sunt infames, & repelluntur à testimonio, & à dignitatibus, & alijs multis, vt in ca. quæreslam de iureiuran. & c infames 2 q. 8 secunda inobedientes, quæ scilicet importat voluntatem à mandatis Dei resistentem tamen ista inobedientia aliquando venit ex infidelitate, vt putà ex hoc, quod creditur Papam Authoritatem non habere condendi Canonem, & talis vt hæreticus puniri debet 19 dist. ca. nulli fa. § aliquando autem venit ex contemptu formali scilicet quo quis contemnit obedire præcepto Dei siue Canonum, siue prælatorum, & talis efficitur infamis repellitur à testimonio, & est excommunicandus 3 q. 4 cap. si quis à suo, & si perstiterit in contumacia crescere debet, & pœna extra, vt lite non contestat. ca. quoniam frequenter, & si redierit non prius excommunicatus recipitur ad pœnitentiam, excommunicatus autem prius recipitur cum satisfactione quam facere tenentur excommunicati iniuriam passis. Aliquando autem venit ex ignorantia, vel fragilitate siue appetitu alicuius delectabilis, & tunc minus punitur, & de his vide Sylvest. in verbo obedientia, & in verbo contemptus. Tertia Apostasia irreligiositatis siue irregularitatis, & hæc duplex, vna scilicet quâ quis à statu clericatus, alia quâ à statu assumptæ religionis recedit 44 dist. ca. quorumlibet, & plenè Angeli, & Sylvestrina in verbo apostasia, & facientes aliquem de religone extrahere incidunt, de iure communi Romanorum, in pœnam mortis naturalis text. est in lege cum qui eod. tit. nostro. Apostata verò à clericatu si est in sacris interim ab accusatione, & testimonio tanquam infamis repellitur, cap. alieni. 4 quæst. 7 & cap. Beatus 3 quæst. 4 item interim si admonitus se non correxit est deponendus 21 quæst. 4 capit. fin. & cap. præcipimus, & interim caret priuilegio clericali ita quod verberans illum non incidit in canonem, quod intellige si post trinam monitionem Episcopi se non correxit c. in audientiam de sententia excomm. vel si seditionib. & enormitatib. se immiscet extr. de sent. excom. c. cum ab homine. Nec interim ad dignitatem, vel ordinem promoueri potest, 16 qu. 1 ca. legi & c. vlt. 50 dist. si verò in minorib. perdit priuilegium clericale si transit ad actum omnino contrarium Ordini putà quia factus est bigamus aut exercet sæua putà qui recipit ministerium occidendi mutilandi aut aduocandi in causis criminalib. c. quisquis dist. 84 & Innoc. in c. 1 de apostata. quod tamen intellige si talia fecit actu, & etiam ex officio puta Iudicis, aut exequutoris vel huiusmodi, & ratio potest esse, quia clericus Sæua exercens delinquit tamen ex hac regulariter non subijcitur curiæ sæculari extra de cler. coniug. c. vnico lib. 6 similiter illud perdit si nullo modo vult viuere clericaliter, quod potest petere per tria. Primò si contrahit conuenit conuenitur, & sustinet alia onera, & vt laicus vadit in exercitum. Secundo si Tertio admonitus nolit ad clericatum redire. Tertiò si conuentus coram Ecclesiastico Iudice excepit de foro sæculari vel aliter in iure confitetur quod non vult viuere clericaliter. De iure vero 5. Synod. Trid. aliter est, ordinatum. s. quod clericus incedens cum habitu, & tonsura, & deseruit certæ Ecclesiæ de ordine Episcopi gaudet priuil. clericali aliter non etiam si non admonitus, vt nouissimè fuit prouisum, & declaratum per Sanctiss. Papam Sixtũ V. Apostata verò à religione si habitum demiserit est excommunicatus extra ne cler. vel Monach. c. vt periculosa, & si redierit recipitur in Monasterio secundum quod continetur, in regula. s. si viuat regulariter alioquin in districtiori Monasterio primo quæ res cuius sint postea est distinguendũ nam si maior pars Monasterij neglexerit cum reducere, aut recipere noluit erunt alterius Monasterij si illud ingreditur vel Episcopi quod intelligo si non sit exemptus alias erunt primi prælati suæ religionis si verò solus Abbas, vel minor pars monasterij fuit in culpa acquireturmonasterio suo sicut seruus Domino, ff de acq. poss. l. 1 § per seruum, & multo magis si monasterium illud repetit, sed aliquo impedimento obtinere non potuit tunc acquiret suo monasterio, vt in auth. de sanctiss. episcop. § si modo actus prælatus verò potest Monachum fugitiuum vendicare cum omnib. bonis per eum quæsitis, vt in c. Ab. 18 q. 2 Fallit tamen, si fuit in possessione diù libertatis. i. per decennium ff à quibus manum non lic. leg. sed & si secundum aliquos quod est falsum quod hoc non habet locum in Monacho cum nullo tempore excusetur extra de testib. cap. quia & hoc omnino verum est si de Monachatu constat propter peccatum suum, vt putà ad faciendam pœnitentiam, & huiusmodi c. si qua Monachorum 27 qu. 1 tam bona illa quæ primo attulerat Monasterio erunt Monasterij secundi quoad vsum fructum 16 q. 6 cap. de lapsis, & post eius mortem redibunt ad primum secundum communiorem opinionem, quam tenent Host. & alij, si verò Monachus transit ad secundum Monasterii licitè puta quia arctius, vel quia promouetur in prælatum sicut tenent aliqui in cap. quoad te de cler. coniu. tunc quodquod acquirit postea erit secundi sed alia primi, & tex. pro hoc est in c. vnico 18 q. 1. Alij verò dũt quod omnia sibi vnaquæque prouentia erunt secundi vel dignitatis vel quia volunt accedere ad personam licèt expressè fuerit collata tempore ingressus, & illud c. vnicum loquitur de acquisitis ex industria Monachi, quia erunt penes primum Monasterium, in quo illa acquisiuit non de patrimonialib. datis 1. Monasterio, & hoc vltimum sentit Card. in clem. ca. quoad te, & si in apostasia recipit ordinem sacrum non habet eius exequutionem secundum Panorm. in ca. fi. de apost. quantumcunque pœniteat, & solus Papa, cum eo dispensat vel episcopus si minorem tantum suscepisset quod intellige primo si non sit exemptus quia super exemptum nullam habet Episcopus authoritatem nisi forte in foro conscientiæ absolutio fiat in defectu. Prælati, & secundo si non deposuerit habitum, quia si demisso habitu ordinem suscepisset cum esset excommunicatus ca. vt periculosa ne cler. vel Monac. lib. 6 solus Papa dispensabit vel melius dic, quod habebit locum quod dicitur in c. cum illorum de sent. excom. de quo vide Sylvest. in verb. Ab. num. 11 & in verbo Apostasia num. 2 vbi de istis vel alijs omnib. pertinentib. ad huiusmodi materiam latissimè libellus in petitione feudi virtute inuestituræ adhuc non consignari iur. in repet. ad const. Regni in verbo feudatarius cap. 14 & Afflict. in consuetudinibus quadrigenalem, num. 12.

DE SORTILEGIS, MALEDICIS, & sacrilegis.

TIT. V.

DE SORTILEGIS, MALEDICIS, & maleficis.

CVm autem supra loquutus sit de delictis, quæ immediatè respiciunt Deum, & inter ista connumerantur etiam illa quæ in præsenti rubr. proponuntur, propterea conuenienti ordine post tit. præc. proponitur iste præ-

sens, qui diuiditur in 4 partes, in prima adnot. an ista delicta pertineant ad inquisitores, in secunda, qui sint sortilegi: in tertia demonstratur quando delicta ista sint punienda: in quarta habetur qualiter sacrilegium committatur: secunda ibi, sunt autem: tertia ibi, diuersa est: quarta ibi, sacrilegium autem.

Inquisitor hæreticæ prauitatis non potest procedere contra sortilegos, nisi sortilegium expresè contineat hæresim. hoc dicit.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius rubricæ intelligentia scias quod superstitio secundum excessum nō quia plus exhibeat in cultum diuinum, quam vera religio, sed quia exhibet cultum diuinū cui non debet, vel eo modo quo non debet, vt clarius s. Thom. 2.2 q. 92. Vnde incidunt in pœnam mortis naturalis omnes principes, & per consequens alij inferiores adorantes alios, quam Sanctissimam Trinitatem, vt legitur in l. Mosaica cap. 1. & ibi dum dicitur vnum cole Deum, & c. non inuenitur 13 q. 4 & latiùs patet in Simbolo Apostolorum, Credo in vnum Deum Diuinationum autem sunt multæ species distinctæ secundum propria obiecta siue materiam prout scilicet diuersis reb. occultorum cognitio consideratur: Nam si expresè Dæmones inuocantur solent futura prænunciare multipliciter: & tunc prima diuinationum species dicitur præstigium ex eo quod oculi hominum præstringuntur, dum dæmones præstigiosis apparitionibus seu aspectui, & auditui hominum ingerunt, secunda somniorum, tertia negromantia quæ est per mortuorum alloquutionem à negro quod est mortuus, & mantia quod est diuinatio, quarta diuinatio per pitonomias, quæ scilicet fit per homines viuos, sicut in arreptitijs patet: quinta, quando dæmones pronunciant futura per figuras aut signa, quæ in rebus inanimatis apparent, quæ si apparent in corpore terrestri vocatur geomantia: si autem in aqua hydromantia, si in aëre herenomantia, si in igne pyromantia, si autem in visceribus animalium immolatorum in artis dæmonum, vocantur auruspiciū, & sic habentur nouem species.

Si autem non inuocantur dæmones expresè diuinatio diuiditur in duo genera, quorum primum est cum ad futura cognoscendum aliquid consideramus in dispositione, vel motus alterius rei ab homine, quod quidem si sit ex consideratione situs, aut motu siderum pertinet ad Astrologos, qui & genealogici vocantur propter considerationem natalium dierum. Si verò motus, & voces auium, seu quorumcunque animalium, siue per permutationem hominum, aut membrum factus, pertinent generaliter ad auguriū quod à garritu auium sicut auspicium ab auium inspectione: in auibus enim huiusmodi præcipuè considerari solet, si verò circa verba hominum, dicta absque intentione, quæ quis retorquet ad futurum quod vult præcognoscere, hoc vocatur omen, si autem considerantur aliquæ dispositiones figurarum in aliquibus corporibus visui accurrentes, erit alia diuisionis species quia ex lineamentis manus consideratis diuinatio sumpta chromantia vocatur, quasi diuinatio manus: chiros enim græcè manus dicitur. Diuinatio vero ex quibusdam signis in spatula alicuius animalis apparentibus spatulantia vocantur.

Sit proinde erunt diuinationes, superstitiosæ, & illicitæ arg. ex c. ignosci dist. 8 ex dispositione iuris ciuilis diuinatores, & malefici capite plecti debent, & si accedant ad domum alterius debent cremari, & omnia eorum bona debent publicari ex dispos. it. l. nullus, & l. culpa C. de malef. & mathem. de quo etiam Bos. in tit. de sortil.

Vlterius videndum est primò quid sit sortilegium secundò quot sunt species sortilegij.

Quo ad primum sortilegium est, qui sub nomine fictæ religionis per quosdam ques Sanctorum seu Apostolorum vocāt sortes Diuinationis scientiam profitetur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittit, c. 1. 26 qu. 1 vt voluit Diaz. in pract. cri. can. c. 101 in verb. sortileg. & secundum aliam impressionē c. 107 num. 1 vel secundū Lopez. ibi in addit. ad lit. A. sortilegus est, qui per sortes inquirit futura contingentia, vel præsentia præterita quæ per naturam cognosci non possunt.

Quo ad secundum sortilegiorum plures sunt species, de quibus aliæ sunt hæreticalia, alia autem non hæreticalia. Item, & hæreticalium sortilegiorum, alia sapiunt manifestam hæresim alia autem non manifestam hæresim sapiunt, de quibus vide in repertor. iniquisitor. in verb. hæresis rubr. sapere hæresim vers. item est notandum Squillacen. in tractat. de fide Catholica ca. 12 num. 2 quæ autem sint, sortilegia sapientia manifestam hæresim vide in extrauagante Ioannis XXII. incip. super illius specula regiſtrata in direct. inquis. part. 2 q. 43 Zech. par. 1 titu. 2 de fide rubr. de hæresi c. 11 n. 13 vers. similiter, & de nonnullis alijs distinctionib. vide latè Farin. in tit. de delict. & pen. q. 20.

Animaduertas tamen quod sortilegij nomen generale est sub quo continentur, diuinatores, incantatores sortilegi, idolatræ, Magi, Arioli, Aruspicies, & alij de quibus per Zanchin. in tracta. de hæretic. c. 22 num. 1, & seq. vbi singulorum prædictorum diffinitionem seu descriptionem ponit vbi Campeg. in addit. lit. A. vers. 1 & seq. ibi quod diuinationes.

SCiendum est, CASVS. Orta fuit controuersia inter Episcopos, & inquisitores fidei circa iudicium delictorum, in hac rubr. propositorum: inquisitores enim dicebant ipsos habere in eis iurisdictionem, quia huiusmodi delinquentes, vel non videntur credere Deo, vel si credunt, non videntur canonicè credere episcopi verò dicebant oppositum, quia cum sint ordinarij iudices c. 1 & per tot. de offic. ord. non debentur sua potestate priuari, nisi specialiter caueatur. Sol. vt hic habetur ob rationem in tex. assignatam, non obstant obiecta, quia per ea, quæ in textu habentur soluuntur. Not. 1 quod quædam delicta possunt sapere etiam hæresim, & ideo vnde oriatur esset obseruandum: Not. 2 potestatem inquisitorum esse strictè intelligendam, vt Episcoporum iurisdictio minus lædatur.

a ¶ SCiendum.] Fac. cap. accusatus, § sanè, eo. in 6. vnde sumitur, & vnde ad id, quod hic dicitur. Ab. in cap. cum sit versic. Item, & addo vltra Doctor. de for. comp.

b ¶ Saperent.] Sicut est circa aras idolorum, nefarias præces emittere sacrificia offerre, dæmones consulere, eorum responsa accipere 26 q. 2 c. hi qui & q. 4 c. igitur, secus si quis non adoret dæmones. Sed solum ad tentandam mulieris impudicitiam inuocet, poculum amatorium misceat. hoc enim non sapit aliquod crimen hæresis, secundum Dom. Perus. & alios in c. accusatus,

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

§ sanè de hæret. in 6 quia hoc est propriũ diaboli tẽtare, sed si associant sibi propter sortes exercendas hæreticos vel faciunt prædicta cum corpore, vel sanguine Christi, vel si vt in sortib. possint habere responsa puerum rebaptizent, tunc inquisitor procedere poterit, & de hac materia extat. tract. Pauli Ghirlandi.

manifestè [a]) sese intromittere non debere, nec talia exercentes posse punire, sed eos suis debere iudicibus [b] puniendos relinquere. Cùm negotium fidei, quod summè priuilegiatum [c] esse conuenit, per occupationes alias non debeat impediri.

a ¶ Manifestè.] In dubio ergo hoc casu non habent iurisdictionem, & licèt aliàs iudex agnoscat, an sua sit iurisdictio, & in dubio dicatur iurisdictionem, habere, l. si quis ex aliena. ff de iud. quæ in ordinario loquitur hic tamen nisi id manifestè appareat se non intromittit, & est simile, c. 1 notoria de sensi. in 5 & cap. 1 de pœn. eo. lib. & c. fi. de off. del. secundum Ioan. And. Ioan. Mon. & Arch. in c. accusatus, § sanè de hær.

b ¶ Iudicibus.] Putà Episcopis, & legatis, secundum Ioan. And. immo etiam iudicibus sæcularibus, qui hoc casu procedere poterunt, vt per Ab. in c. cum sit, vers. item, & addo vltra Doct. de for. comp.

c ¶ Priuilegiatum.] Not quod magis priuilegiatum anteponitur c. volentes de off. deleg. & dist. 21 c. denique & l. fin. ff de off. proconsul.

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex isto textu Inquisitorem hæreticæ prauitatis non posse procedere contra fortilegos, nisi fortilegium expressè contineat hæresim.

Sapit, in hæresim manifestam in nonnullis casib. & primo quando fit cum inuocatione dæmonum ab eoq; aliquod petitur, quod soli Deo reseruatum est Anan. in Rubr. de hær. n. 8 Gem. in c. accusat. § sanè n. 6 tit. eo.

Secundò sapit hæresim manifestè quando in fortilegio sacramenta miscentur, vt statuit Adrianus 6 in sua extrau. edita de anno 1523 incipit dudum glos. in ca. accusatus § sanè in verb. saperent.

Tertiò sapit quando fortilegium fit cum candela benedicta, & aqua benedicta ad inuenienda furta, vel ad sciendum aliqua secreta Vmber. locat. in iudiciale inquisitor in verb. Diuinationes n. 4.

Quartò est fortilegium hæreticale quando aliquis puer rebaptizatur secundum glo. in c. accusatus, § sanè, in verbo saperet in fin. de hæreticis Rosella, in verb. Hæreticus, n. 3.

Quintò fortilegium sapit hæresim manifestè, in quo baptizantur imagines Sylu. in sum. in verb. hæret. § 2 n... vers. quantum ad alia Repert. inquisitorum in verb. hæresis rub. sapere hæresim manifestè.

Sextò sapit hæresim manifestè dæmonem [vt fortilegi credunt] tenere ligatum in annullo, aut in alia re, & ab illo responsa petere, cum hoc fieri non possit nisi ex foedere cum dæmone inito, vt habetur in extrauaganti Ioann. XXII. Incipit super illius specula Campeg. in addit. ad Zanchinum in tract. de hæreticis, c. 22 lit. C. in verb. inquisitor.

Septimo, dicitur hæreticus intendens caracteribus, & signis ignotis, vt habetur in repertor. inquisitor. in verb. hæreticus vers. an intendens augurijs Simanch. Cath. institit. tit. 36 rubr. de superstition.

Octauo, est sapere manifestam hæresim pacta aliqua facere cum dæmone probatur in extrauaganti Ioann. XXII. Incipit supra illius specula Simanch. Cathol. institit. tit. 30 Rubric. de hæresi, n. 13.

Nonò, hæreticale fortilegium est omne illud, in quo aliquis hæreticus interuenit secundum gloss. in cap. accusatus § sanè in verbo saperet de hæreticis in 6. Rosella in verb. hæret. n. 3 vers. vel prædicta faciunt.

Decimo, vt hæretici habendi, sunt Magicam artem exercentes, vt in Repertor. inquisitor. in verbo hæresis rubric. sapere hæresim manifestè.

Vndecimo superstitio quoque aliquando sapit hæresim manifestè, sed quãdo sapiat, & quando non, vide latè Farinac. de hæresi qu. 181. § 1. num. 37.

Duodecimo hæreticus reputatur, & vt hæreticus puniendus est impius ille sortilegus, qui Corpus Christi Sacratissimum, in lutho conculcare, & deturpare ausus est Antonina in summa post 2 tit. 12 c. 5 §. 1. vbi declarat hoc procedere, quando quis hoc faciat habens errorem in mente malè sentiens de fide, & de Sacramento eucharistiæ, aliter secus, vt ibi per eum qui proponit contraria, & illis respondet & etiam declarat quod in dubio præsumatur potius malè sentire de fide, quam contrarium, de quo etiam vide Sylvest. in sum. in verb. hæresis §. 1. numer. 4. Aflict. in constit. regn. de hæreticis.

Decimotertio, sapit hæresim manifestè in Lamijs seu strigis, vt post alios scripsit Sylvest. in sum. in verb. hæreticus, n. 1 & nu. 5 vbi quod strigarum sectæ sunt triplicis generis hæresis scilicet superstitionis, & illusionis, vbi propterea quod contra strigas meritò procedunt inquisitores, quia fidem negant, & multa faciunt, quæ hæresim manifestam sapiunt Vbert. Locat. in iudic. inquisitor. in verbo lamiæ.

Decimoquarto, sapit hæresim manifestè sortilegium, in quo immiscentur verba sancta, aut orationes, vt putà Euangelium Symbolum fidei Pater noster, Aue Maria Psalmus, aut aliæ orationes, vt per Pegnam. in addit. ad Eymericum in director inquisitor part. 2 q. 42.

Decimoquinto, sapit hæresim manifestè in quo homines ligantur ne valeant vxores cognoscere, nam dubium non est quod operatione dæmonum conficitur ad impediendum actum matrimonij ex diuina permissione tex. in capitul. si per fortiarias 24 q. 1 Innocent. VIII. In constitutione edita de anno 1484. Incip. Summis desiderantes affectibus.

Decimosexto, etiam damnata, & prohibita sunt fortilegia ad curandum morbos, quæ ægrotis applicantur his, qui quæstum faciunt ex ipsis, dicentibus se Deum inuocare, & tamen idolatriam sapiunt de quibus per Simanch. Cathol. institut. tit. 67 rub. de superstitionib. n. 19 Greg. Sintagm. iuris lib. 34 cap. 9 cap. 17 rubr. de Magicis circa morborum curationem.

Sunt autem Casvs hic commodè non figuratur, qui potius declarando proceditur: quidam tamen scholares dubitauerunt de declaratione, dicentes, non omnem diuinationem fieri ob pactum factum cum dæmone, cum detur etiam diuinatio naturalis, præterea non est malum scire futura, neque etiam debet damnari illud pactum si non contineat aliquid inhonesti, de iure enim solum pacta inhonesta damnantur l. pacta quæ cõtra C. de pact. Solut. tamen vt hic legimus, quia per huiusmodi fortilegium homo reuocatur à vero cultu Dei, & sic illud pactum est illicitum, & ideo damnatum: Ad primam autem obiectionem dico quod textus non loquitur de diuinatione naturali, de qua quid fit dicendum, non pertinet ad præsentem locum. Not. quod societas cum dæmone non est homini permissa cum sit dolosa, & in offensionem Dei. Not. 2. quodlibet factum sub prætext. religionis, si non fuerit se-

cundum

cundum canones gestum, dicitur de iure damnatum, & est pœna dignum.

a ¶ Sunt autem.] Sic 26 quæst. 1 capitul. sortilegi & quæst. 5 ca. aliquanti, vnde sumitur.

* Ariolorum) In Gallia pœna Sortilegij, Magiæ aut Diuinationis est capitalis ordinatione Caroli 8 de anno 1490 Caron. in suis obseruat. in verbo Esprit iuxta l. 3 4 & 5 Cod. de malefic. & Mathem. & ipsum ius diuinum, Deuter ca. 18 versic. 10. 11. & 12 vnde crimen huiusmodi inter priuilegiata ponitur, & cadit sub vindicta laici iudicis saltè vbi maleficio aggrauatur, Feuret de abusu, liu. 8 cap. 2 nu. 3 idem dicendum de Sacrilegio quod sit crimè Capitale l. Sacrilegij pœnam ad l. iul. pecul. ordinatione Henrici 2 de anno 1590 ergo & priuilegiatum, Feuret loco citato, nu. 9 SOLIER.

b ¶ Amicitiæ.] Nota amicitiam in malam partem, sic capitul. illud sanè. in fin 26 qu. 2 vnde sumitur.

c ¶ Eliminandæ.] 26 quæst. 5 § ex præmissis.

d ¶ Degradandi.] Facit 26 quæst. 5 capitul. aliquanti, & capitul. si quis ariolos & 26 quæst. 7 capitul. admoneat. & per Hostiens. in summa eod. § quæ sit pœna.

Diuersa est.] Licèt hæc pars posset diuidi. CASVS. tamen commodè potest in ea in communi adnotari. Quidam deliquerunt delicto blasphemiæ & sacrilegij, quidam verò in huiusmodi delictis consenserunt & cum Episcopus: post causæ cognitionem voluisset eos punire, fuit quæsitum quam pœnam posset eis indicere, & cum delicta ista immediatè offendant. Deum, videbatur propterea contra tales delinquentes esse procedendum sicut contra hæreticos. Cæterum Sol. aliter hæc data fuit, quia pœna non debet esse grauior ipso delicto. licèt autem delicta ipsa respiciant Deum, sicut reliqua supra in alijs titul. explicata, non tamen id faciunt eo modo, & ideo vnum debet reputari grauius altero, & propterea etiam obiectio videtur cessare, grauitas autem delicto cum debet demonstrari vbi est proprius loc. Not. 1 quod dicta, & facta etiam in delictis aliquando æquiparantur, & ideo pari pœna puniuntur. Not. 2 quod delicta diuersi generis aliquando puniuntur eo genere pœnarum: causa autem illa potest assignari ob circumstantias iure ipsorum Not. quod cũ delictum vnius, & eiusdem generis habeat diuersos gradus ob circumstantias eius, propterea pœna eius non semper eiusdem debet esse grauitatis.

e ¶ Maledicorum.] Licèt plures sint species maledicorum, & maledicentiæ vt latè per Hostiens. in summ. eo hic tamen solum tractatur de maledicentia Deum, & Sanctos quod colligitur tum ex contextu ipso, tum quod adhuc sumus in tractatu criminum, quæ continent Dei læsionem.

f ¶ In blasphemiam.] Consistit autem blasphemia in attribuendo aliquid Deo quod illi non conuenit, vel negando de eo quod ei conuenit, vel attribuendo creaturæ quod conuenit soli Deo & de crimine per S. Thom. 2. 2 quæst. 13 articul. vbi & Caietanus in verbo, blasphemia.

ALOYSIVS RICIVS. De duobus quæritur ad materiam huius § 1 quid sit blasphemia secundo quod sunt blasphemiæ species.

Et quo ad primum. Nauar. communiter receptus capitul. 12 num. 81 voluit Blasphemare nihil aliud esse, nisi dicere tacitè vel expressè verbo vel scripto contr. Deum aut eius Sanctos quidquam contumeliosum, secundo poterit etiam ex S. Ambros. li. de Paradiso sic definiri, blasphemia est attribuere Deo quod ei non conuenit, vel remouere ab eo quod ei conuenit, tertiò poterit sic ex August. dici blasphemia est quando aliquid attribuitur Deo quod Dei non est, vel quando negatur de Deo quod Dei est, vel quando aliquis vsurpat sibi quod Dei est quæ diffinitiones colliguntur ex Sanc. Thom. Ang. Silu. Pisan. Armil. Sot. Nauarr. & alijs Secundo quæritur quot sunt blasphemiæ species, respondit species blasphemiæ duas esse, alia enim dicitur blasphemia hæreticalis, alia non sed simplex blasphemia hæreticalis dicitur quando quis aliquid dicit contra articulos fidei, licèt consentiat, non hæreticalis est quando aliquis Deum male dicit, & c. de quibus infra. Ita iudiciale Inquisitorum, vt refert medic. & director Inquisitor supra Simanca de Cathol. institutio. titul. 8 Ioan. de Rosate de hæret 2 parte assertio. decima secunda Alij aliter distinguunt scilicet in tres species: prima quando attribuitur Deo quod ei non conuenit: secundò quando remouetur ab eo vt sic loquatur & ei conuenit: Tertiò cum attribuitur creaturæ quod Dei est proprium: & vt confessores blasphemiarum aliqualem notitiam in bonum habeant. ponam illas, quæ hæreticales & quæ non dicuntur, regula ergo generalis erit omnes blasphemiæ quæ contra primum præceptum decalogi dicuntur, vel illud directè vel indirectè tangunt hæreticales dicuntur vt quæ ideo grauiores, vt ver. grat. non credo in Deum vel denego, vel Deus non potest facere, vel quod Beata Virgo, vel alius Sanctus creauit aliquid vel etiam diabolus, vel quod Deus non potest serenum, vel clarum tempus facere, vel quod Christus, vel eius Sacratissima Virgo non fuerit Virgo, & oportebat in hac specie hæreticalium blasphemiarum horrendas illas spurcissimas diabolicas atque nefandas blasphemias proprijs verbis exprimere quibus impia nominum audacia

Qui sint sortilegi. h. d.

Sunt autem [a] sortilegi, qui prætextu religionis, per quasdam sortes diuinationis, scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione facta futura promittunt.

Sortilegi sunt deiiciendi ab ecclesia. h. d.

Ariolorum igitur, Aruspicium, Incantatorum & omnium sortilegiorum artes, cùm sint ex quadam pestifera societate dæmonum, atque hominum, quasi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ [b] constitutæ, penitus sunt ab ecclesia eliminandæ [c] Et superstitio si artifices nisi per pœnitentiam resipiscant perpetuo anathemate feriendi: & si clerici sint, degradandi. [d]

Si blasphemus iniunctam sibi pœnitentiam peragere recusset, & viuens ab ingressu ecclesiæ arcebitur, & mortuus ecclesiastica carebit sepultura. hoc dicit.

Diuersa est pœna maledicorum, [e] nam si quis in Deum, vel aliquem sanctorum linguam in blasphemiam, [f]

in secundo atque sacrilego ore contra Deum, Sacratissimam Virginem ac alios Sanctos vtitur sed ne proximos scandalizemus, ac alias nationes forsan blasphemare doceamus consulto prudenti Confessori eas remittimus ponendo quinque illa tantum verba quæ Hyspanis, ac Italis sunt communia scilicet non credo in Deum, vel discredo de Deo Renego de Deo, & posse idest. Deo displiceat, & cap. per vitam Dei vide Sot. libr. de Iustic. & Iure quæst. 2 art. 3 omnes aliæ Blasphemiæ quæ tantum contra præceptum secúdum Decalogi proferuntur hæreticales nõ sunt vt verbi grat. maledictus Deus vel alia verba iniuriosa, & obscena quæ contra Deum, & Sanctos dicuntur hæc licèt non sic clarè colligi poterunt ex Doctoribus supra proximè Directi. Inquisit. cum aliis quos. Citaui supra dicere autè per corpus vel sanguinem Dei si aliquis sic insaniret quod vellet illuditatum de diuinitate separata dicere esset blasphemia, si autem communiter vt sonat. intelligatur, non est blasphemia quia iam Deus Corpus habet, & sanguinem postquam Verbum Caro Factum est Sylu. Arm. & alij ver. blasphemia Nauar. supr. Sor. & alij multi alij vt est Sylu est. verb. blasphet. nume. 3 quem refert & sequitur Medices qu. 32 blasphemias diuidunt in duas specie. sPrima blasphemia Dei in quantum Spiritus sanctus, de quib. vide latè ibi sed omnia reduci possunt ad duas nostras regulas.

publicè, [a] relaxare ausus fuerit [b] pœnæ iuxta Gregorianæ cõstitutionis [c] tenorem subdendus erit, quam si recipere, & pœnitentiam peragere recusauerit, & Ecclesiæ eidem interdicetur ingressus, [d] & in obitu Ecclesiastica carebit sepulturâ.

Sacrilegi variis pœnis puniuntur. h. d.

Similibus [e] interdumque acrioribus vrgentur pœnis, qui in sacrilegij crimen incidũt

Ad materiam doctissime scripta habes apud eloquẽtissimum, D. Nouarium in prag. 1 de blasphemantibus.

a ¶ Publicè.] Sed quando dicetur quis publicè blasphemare? vt sit locus ei quod hic dicitur? Respond. secundum Hostiens. quando blasphemia est notoria de iure, vt est in conuicto, & condemnato in iudicio, vel de facto, vt quia publicè palam pluribus absentibus blasphemiam intulit, fac. capitul. fin. de cohabit. mul. & cler. Item dicetur publicè quando coram personis blasphemauit, hoc referentibus postea Episcopo & sic licèt non transierit in notorium, satis est, quod probari potest argum l. palam ff de verbor. signifi. sumitur ergo hic publicum pro specie distincta à notorio.

b ¶ Fuerit.] Per hoc verbum quod videtur sonare in calorem, & iracundiam animi, tenent quidam quod etiam si quis ex nimia iracundia, vel ebrietate incideritin blasphemiam, sit locus ei quod hic dicitur. Alij contra tu dic vt per Ab. in cap. 2 de maledicis, ver. sed quæro nunquid.

c ¶ Constitutionis.] capit. 2 de maledi. Imponitur & alia pœna in Concilio Lateranensi in nona sessione sub Leone X. quæ non videtur vsu comprobata.

d ¶ Ingressus.] Quia qui peccat in Deum, peccat in eius Ecclesiam & è conuerso, vnde priuatur eius ingressu, sic 12 quæst. 2 capit. de viro, & 17 quæstione 4 in arta, capitul. frater nec debet eis pœna remitti, qui in Deum peccant. distinct. 63 capitul. Salonitanæ, & 23 qu. 4 capitul. si is qui.

e ¶ Similibus.] Ad tertiam partem tituli.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit pœnas, quibus punitur sacrilegus. pro cuius intelligentia videbimus primò quod sit sacrilegium secundò, vnde dicitur, tertiò, quotuplex, & quartò, qua pœnâ puniatur.

Quo ad primum, sacrilegium nihil aliud est nisi vsurpatio, violatio, vel læsio Dei Sacræ, quia sacrum lædit secundum addere ad Hostiens. in summ. rubr. cap. de crim. sacrileg. lit. A. Alberic. in dictionario in verse sacrilegium l. 8 Diaz in practic. crim. can. cap. 87 in verb. sacrilegij, num. 1 Decian. in tract. crim. lib. 6 capitul. 14 Rubric. de sacrileg. vbi huius definitionis singula verba benè explicat.

Quo ad secundum, sacrilegium dicitur quasi rei sacræ legium idest, furtum, sublegere enim aliud non esse, quam furari probat Decian. in tract. crim. lib. 6 capitul. 34 Rubric. de sacrileg. & sic sacrilegus est legit, idest furatur: vt ibi per eum Bald. in l. si nondum, nume. 4 C. de furt. dixit sacrilegium dici quasi sacræ lædium & quod sacras res lædit.

Quo ad tertium, sacri legij species quatuor esse videntur prima species est, circa personam puta percutiendo Clericum, secunda per coitum puta cum monali sacrata tertia circa locum sacrum, vt puta violando Ecclesiam seu cœmiterium, quarta per furtum in re aut in loco Sacro, vt post Bald. in loco relato benè explicat. Ghirland. de pœn. omni fat. coit. quæst. 1 nu. 4 Boss. in tit. de sacrileg. nu. 1 versic. quia etiam Peguer. decis. crim. 24 Decian. in tract. crim. lib. 6 ca. 15 rubric. quot species sacrileg. vbi omnes sacrilegij species benè explicat atque declarat.

Quo ad quartum, dicas pœnam sacrilegij esse arbitrariam, iuxta facti: & personarum qualitatem probat text. in l. 4 § mandatis autem ff ad leg. Iul. peculat. vbi propterea dicitur sacrilegos extra ordinem condigna pœna puniendos, & ibi glos. in 4 glos. in verb. leg. Iul. in figur. casus Alberic. in dict. l. sacrilegij pœnam in princip. vbi propterea Iudicem debere considerare, an reus sit solitus aliàs hoc crimen commitere, vel non Boer. decisione 254 numero septimo, vbi ponit omnes qualitates quibus Iudex in sacrilegio possit augere, & minuere pœnã Preg. decisio crimin. vigesima quarta, vbi ponit causas quibus Iudex potest moueri ad puniendam pœnam sacrilegij.

Et licèt sacrilegi pœna videatur non extraordinaria, sed ordinaria, videlicet capitis, quia sacrilegi capite puniuntur, vt dicit tex. in l. sacrilegi ff ad leg. Iul. peculat. veritas tamen est quod ista pœna capitis non semper erit pœna mortis naturalis, sed quandoque minor vt in specie declarat. glos. in dict. l. sacrilegi pœnam in verb. & ætatis, & in dict. leg. sacrilegi in verb. capite, & ibi etiam Bart. num. 1 Boer. decis. 254 vbi plurib. docet capitis pœnam, à jure sacrilegis impositam non esse pœnam mortis Boss. in tit. de sacrileg. nu. 6 & omnibus aliis melius explicat Decian. in tract. crim. l. 6 c. 33 rubric. de pœn. sacril. Igitur ex prædictis firma remanet cõcl. nostra quod sacrileg. pœna arbitr. punitri

Quæ quidem arbitraria sacrilegij pœna potest etiam extendi vsque ad mortem inclusiue pro vt tex. in l. sacrilegij pœnam § ad l. Iul. pecu. cuius quidem verba text. sunt hæc sacrilegij pœnam debebit pro consul. pro qualitate personæ proque rei conditione, & temporis, & ætatis & secus, vel seuerius, vel dementius statuere, & scit multos etiam ad hostias damnasse sacrilegos, nonnullos etiam viuos exercuisse, alios queverò in furca suspendisse Hostiens. in summ. rubr. de crim. sacrileg. num. 3 Cyrill. in summa crim. part. 2 rubric. 26 de publ. judic. § 2 n. Boer. decis. 24 n. 7 & 13 vbi ponit. exemplum in quo pœna potest extendi vsque ad mortẽ inclusiue, quando scilicèt interuenit violẽtia, & fractura & Sacrum de Sacro fuit surreptum Iod. in pract. crim

cap. 131 rubric. de sacrileg. Clar. § sacrilegium, nu. 4 vers. sed quæro quæ sit pœna Menoch. de arbitr. qu. lib. 2 casu 389. num. 4.

Qui sacrilegus punitur non solum de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico, quo iure diuersas fuisse impositas pœnas bene docet Greg. tintagma iuris lib. 33 capitul. 15 rubric. de pœnis veri sacrilegij Foller. in pract. crimin. canon. capitul. 17 numero 35 vbi benè explicat pœnas sacrilegij tam in foro pœnitentiali, quam in foro iudiciali Benif. in tract. defuit § alienæ re. numero 25 vbi quod de iure canonico Iudæ proditori æquiparatur, etiã eodem supplicio feriuntur, & nõ solum perpetua infamia coarceri, vel perpetuo exilio plectuntur, sed anathemate quoque feriuntur.

Et in specie excommunicationis pœnam iure Canonico sacrilegis esse impositam testatur gloss. in capitul. quisquis inuentus § si quis domum 17 quæst. 7 voluit Iodoch. in pract. crim. capitul 111 rubric. de sacrileg. numero decimo quinto, vbi miratur immodicam canonum laxitatem qui in tanto scelere tamen item imponunt pœnam, sed malè aduertit Iodochus, quia Canones, non possunt spiritualem pœnam maiorem imponere, quam excommunicationis nam vbi iura ciuilia imponunt pœnam mortis naturalis ibi iura canonica imponunt excommunicationem, Decian. in tract. crimin. lib. 6 cap. 30.

Item si sacrilegium committatur à clerico promouendo, delictumque sit manifestum, ex quo sequatur infamia, vel nota publica clericus reddatur inhabilis ad promotionem. Si verò crimen hoc committatur à promoto possit tunc deponi officio, beneficioque priuari, si verò crimen non sit manifestum nec publicum, possit Episcopus cum clerico pœnitente dispensare, vt per Berber. in pract. rubric. 17 de sacrileg. numero quarto, nec dissentit Cyrill. in summ. crimin. parte secunda, rubr. vigesima sexta, de public. iudic. § secundo, numero decimo.

Punitur amplius eodem iure Canonico sacrilegus tanquam fur pecuniariter, & secundum Berber. in loco prælegato, & Alberic. in suo dictionario in loco prælegato Decian. in tract. crimin. lib. 6 capitul. 33 rubric. de pœna sacrilegij, vbi etiam quod sacrilegi condemnantur in quadruplum valoris rei ablatæ; quamque in simplum, quandoque in duplum.

Ex quibus cum appareat iure Canonico plures in crimine sacrilegi fuisse impositas pœnas, ideo verius dici potest, quod cum sacrilegium pluribus modis committatur, non propterea semper eadem pœna, sed erit arbitraria, prout voluerunt Diaz. in practic. crim. n. dict. capitul. 87 numero 3 Menoch. de arbitrar. quæst. libro secundo, casu 389 numero sexto, Decian. in tractat. crim. libro sexto, capitulo 33 rubric. de pœn. sacrilegij vbi benè declarat & videte omninò adnotatissimum Do. Nouarium in Pragmatica 22 de Baronibus, vbi doctissimè loquitur, vt solet.

& Ecclesias incendere, & violare [a] minimè verentur: nam pro modo sceleris [b] admissi, facinorisque perpetrari nisi plenè satisfecerint, aut de satisfaciendo plenam securitatem [c] exhibuerint nunc pœnitentiæ beneficium sacrilego penitus denegatur, [d] nunc anathemate [e] vincitur, nunc perpetua damnatus infamiâ carceri [f] traditur, aut ex illo perpetuæ deportationis, & depositionis [g] animaduersione coërcetur, aliquando etiam pecuniaria [h] pœna mulctabitur.

Consentientes sacrilegis, & Sacerdotes ipsis pœnitentiam dantes, vel sepulturæ eorum interuenientes, vel ab eis eleemosynas recipientes pari pœna cum eis puniuntur. hoc dicit.

Nec solùm talis pœnis illi plectendi erunt qui sacrilegium admiserint, sed etiam consentientes [i] eis, Presbyteri quoque, vel Clerici, qui in vita, vel morte sacrilegis pœnitentias dare, [k] aut sepulturæ esse, [l] vel

a ¶ Violare.] Idem crimen incurreretur, etiam si res Ecclesiæ non occuparentur, sed Ecclesia in possessione suorum bonorum molestaretur, & turbaretur, vt per Abb. in cap. conquæstus, de foro cõpet. & facit ad hunc, c. super, & c. in literis, de rapt.

b ¶ Modo sceleris.] Vt per Host. in sum. eod. in fin.

c ¶ Securitatem.] Cap. super eod. de rapt.

d ¶ Denegatur.] Arg. contra: quia si aliquis pœnitentiam petat de aliquibus criminibus, & de quibusdam non: pœnitentia tamen non est ei deneganda, cap. quod quidam de pœnit. & remissi. & 26 quæst. 6 ca. cognouimus, & de pœn. dist. 3 § vlt. Argu. contra 24 quæst. 2 cap. legatur, & de pœnit. dist. 3 cap. sunt plures. Quidam dicunt, quod hoc quod dicitur hic penitus fuit statutum ad terrorem, vt denegetur pœnitentia de omnibus, nisi de illo satisfaciat: quia talis pœnitentia non est fructuosa. Alij dicunt, quod melius videtur, quod super illo crimine tantum denegabitur pœnitentia: sed super aliis imponetur, & licèt non sit fructuosa quoad vitam æternam, valebit admittus supplicium subeundum, de pœnit. distinct. 3 § vltimo, cap. vlti. & not. formaliter. in cap. 2 de raptoribus.

e ¶ Anathemate.] Cap. conquæstus de for. comp. & 17 q. 4 c. quisquis, in fin. & 12 q. 2 c. nulli. & c. prædia.

f ¶ Carceri.] Ergo Ecclesia habet carcerem, & iniungit pœnam relegationis, vt hic, & in cap. attendendum 17 quæst. 4 & 2 quæst. 1 cap. in primis.

g ¶ Depositionis.] Cap. si quis deinceps 17 quæstione quarta.

h ¶ Pecuniaria.] 17 quæst. 2 cap. quisquis, in princ. cap. in literis de rapt.

i ¶ Consentientes.] Et cooperantes. 17 q. 4 c. omnes, & ibi not. fac. cap. nuper. de sent. excom.

k ¶ Pœnitentias dare.] Hoc referas ad illos, qui nec in vita, nec in morte satisfacere volunt: & possunt, his enim deneganda est pœnitentia in fine, & alia Ecclesiastica sacramenta, cum in peccato mortali decedant, vt not. in cap. super eod. de rapt.

l ¶ Sepulturæ interesse.] Etiamsi delinquentes pœniteant, dum tamen satisfacere non possint his enim non denegatur cœmeterium: sed clerici non possunt interesse quod sit ad terrorem viuentium, & cum possint satisfaciant timore huiusmodi pœnæ, sed eis non nocet.

eorum eleemosynas [a] accipere ausi fuerint, siue rapinæ participes inuenti fuerint, Ecclesiastico beneficio priuati ordinis sui damnum irrecuperabiliter [b] patientur.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quàm personarum. Et qualiter intuitu rerum. hoc dicit.

Sacrilegium autem admitti dicitur tam ratione rerum, [c] quàm personarũ. [d] Rerum vt cum quis sacrũ de sacro, vel non sacrũ [e] de sacro, vel sacrum de non sacro aufert. Sed etsi non de sacro aliquid ablatum fuerit, sed intra certos passus, [f] qui in circuitu Ecclesiæ sunt adhuc sacrilegium committi dicitur.

Ratione personarum committitur sacrilegium, cùm quis clericum percutit, vel cum moniali rem habet. h. d.

Personarum ratione sacrilegium perpetratur, cùm quis in Clericum, vel Monachũm violentas, [g] & impias manus obijcit: vel cum personæ Deo dicatæ [h] per coitum appetuntur: de quibus infra suo loco [i] latius dicturi sumus.

Arg. quod cui conceditur, quod est maius, non conceditur quod est minus, de hoc no. in c. super eo. de rapt. a ¶ Eleemosynas.] Nota quod à publico peccatore non debet sacerdos recipere eleemosynam, ne videatur illum fouere in delicto suo, concord. c. super eo. de rap. vide not. in c. ex transmissa, de decim. & 13 q. 1 in summa.

b ¶ Irrecuperabiliter.] Cap. super eo. de rap. & & c. si quis 17 q. 4. Sed videtur hoc verbum superfluè appositum, cum semel depositus nunquã recuperet ordinem: nam depositio est perpetua, suspensio ad tempus, vt in cap. at si clerici de iud. Respon. secundum Io. And. & Abb. in d. c. super eo. quod hoc verbum positum est ad denotandum, quod Episc. proprius non potest hũc restituere, requiritur ergo Papæ dispensatio, in benef. tamen posset Episcop. dispensare, secundum Abb. ibi, vt in cap. Salonitanæ, dist. 63 fac. c. 2 & quodibi not. Abb. de cleric. pug. in duello.

Io. Bap. Sacrilegium. Casvs. Non figuratur. Not. tamen quod delictum trahere videtur originem aut à re, aut à loco, aut à persona, quia ista tria considerantur esse præcipuè priuilegiata de iure can. § 1 supra de imm. Eccle. Not. 2 quod sacrilegium personale specificatur ab illa persona quæ habet rationẽ obiecti, & hoc facit ad q. criminalẽ, quã quæritur an sacerdos debeat puniri pœna sacrilegij si cognouit mulierem laicam.

Greg. sintagm. iuris lib. 33 capitul. 14 rubric. de sacrileg. num. 8 vers. & generaliter verius existimauerit ne etiam de iure Canonico sacrilegium dici etiam quod non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, auferatur Dom. Nouarius in Pragmat. 22 de Baronibus.

De iure autem Canonico committitur sacrilegium in omnibus prædictis tribus casibus, vt in capitul. si quis contumax, § 1. 17. quæst. 4 Berber. in practic. part. 4 rubric. 17 de sacrileg. num. 1 vers. secundum Canones, Host. in summa crimin. sacrileg. post num. 1 Bartolus in l. diui verus, num. 1 versic. secundum Canones, Tusch. pract. concluf. in verb. sacrilegus conclusio sexta, num. primo & sequentibus. Vbi quod de consuetudine attenditur sacrilegium secundum Ius Canonicum, non autem secundum Ius ciuile Dom. Nouarius vbi supra, qui plura cumulat.

Et in proposito. an seruandum sit ius Canonicum, vel Ciuile Vitalin. in rubric. de pœnis committentium sacrilegium, numero primo, versic. sed de iure Canonico, vbi tenet ius Canonicum præualere debere iuri ciuili Ghirlandi. de pen. omnifar. coit quæstio prima, numero 5 versicul. illud autem vbi dixit in terris Ecclesiæ, vel inter Ecclesiasticas personas, & in foro Ecclesiæ esse seruandum ius Canonicum Decian. in tractatu crimin. libro sexto, capitul. trigesimo, numero decimo sexto, vbi dixit in hoc seruari ius Canonicum sunt tamen nonnulli casus, in quibus sacrilegium, vel quasi sacrilegium committitur, quos videre potes in titul. ff ad legem Iuliam. pecul. in discursu, & in l. prima, & per totum, C. de crimine sacrilegij.

c ¶ Rerum.] Cap. quisquis ver. similiter 17 qu. 4 & quod ibi not. Archid. in princ.

d ¶ Personarum.] Cap. si quis deinceps, & cap. si quis suadente diabolo, & cap. sicut 17 quæst. 4.

e ¶ Non sacrum.] l. diuus ff ad legem Iuliam. pecul. quæ est contra. Solu. illa colligitur per hanc, & per ca. quisquis decimas. prima quæst. 2 vel illud de iure ciuili, hoc de iure can.

f ¶ Passus.] Decima septima, quæstione quarta, capitul. quisquis immò, & perturbationem solum rerum Ecclesiasticarum nedum per inuasionem huiusmodi crimen committitur, capit. conquæstus, vbi Abbas de foro competen. contrahitur etiam per inuasionem rerum patrimonialium ipsius clerici, vt per Abb. in cap. cæterum, verb. not. ergo ex omnibus de iudi.

g ¶ Violentas.] Interdum etiam si non violentas, vt inf. de sent. excom. § volentem, & c. contingit eod. tit. in antiq. fac. cap. si quis suadente 17 quæstione quarta, vnde sumitur.

h ¶ Dicatæ.] Cap. impudicas vigesimo septimo, quæstione prima.

i ¶ Suo loco.] s. infra de adult. § pen. & infra de sentent. excommunicat. si quis igitur, cum plurib. seq.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit priuilegium committi tam intuitu rerum quam personarum. Idcirco sacrilegium trib. modis contingere potest. Primò, quando rapitur sacrum de sacro. Secundò, sacrũ de non sacro. Tertiò, quando non sacrum de sacro, primo casu est verè sacrilegium, & nullus dubitat, secundo verò, & tertio casu non est propriè sacrilegium, vt per gloss. in l. diui verus, in verb. diui ff ad leg. Iul. pecul. & ibi etiã Bartol. num. 1 ver. alij dicunt, & ibi Alex. in addit. lit. A item gl. in leg. sacrilegij cap. in verb. cap. versic. vel dicit triplex ff eo. Et ab ista opin. difficilè esset in practica recedere, nec recedendum crederem. Quamuis

DE FVRTIS.

CONtinuatur tit. iſte per gloſſ. rubr. quam continuationem melius declarando dicas, poſtquam autem loquutus eſt in ſuperior. titul. de delictis quæ immediatè offendùt ipſum Deum, erat rationi conueniens declarare reliqua delicta, quæ immediatè offendunt hominem, iux. § fin. ſup. de duplici. purg. hoc autem incipit explicare à præſenti tit. idque facit, quia ſup. tit. prox. § fin. loquutus fuit de quadam ſpecie furti: Diuiditur autem tit. iſte in 2 partes, in 1 demonſtratur quid ſit furtum, & quomodo puniatur: in 2 verò de quo factum id intelligatur 2 ibi, ſed hæc.

DE FVRTIS.

TIT. VI.

Furti nomine omnis illicita Vſurpatio continetur. hoc dicit.

FVrti quidem nomine omnis illicita vſurpatio alienæ rei concluditur, ſed nunc de his tantùm agimus, quæ ſpeciali nomine deſtituta, generali furti appellatione continentur. [a]

Fures promoueri non poſſunt, & promoti deponuntur, ſi ſint incorrigibiles tradendi ſunt curiæ ſæculari. hoc dicit.

Fures autem non ſolùm ſæculares leges: verùm etiam canones acriter inſectantur: nam nec ad ſacros Ordines promoueri (niſi ſecundùm ea, quæ ſuprà

Io. Bap. FVrti quidem cauſus: quidam vſurpauit rem alienam ad proprium commodum, poſtea pœnitentia ductus eam reſtituit. & petebat ab Epiſcopo ſuo ordinari, fuit quæſitum quid iuris? quomodo enim furtum damnificat proximum facta reſtitutione videtur furti culpa remiſſa, & conſequenter poſſet ille ordinari: ſiquidem ſi peccatum non remittetur, niſi reſtituatur ablatum cap. peccatum de re. iu. in 6 ergo à contrario remittitur peccatum reſtituto ablato. Sol. tamen, vt hic habetur, quia ex delicto vltra culpam diuerſam mala contrahuntur, vt eſt infamia, non obſtat obiectio, quia reſtitutio ſolum non remittit culpam, ſed etiam cauſam, vt ipſa poſtea remittatur. Not. 1 quòd omnis illicita rei alienæ vſurpatio comprehendatur ſub furto ſimpliciter conſiderato: Not. 2 argument. quodlibet delictum poteſt puniri ab vtroque iudice, ſ. ciuili, & Eccleſiaſtico.

De Furtis.] Dictum eſt ſuprà proximè de quadam ſpecie furti. ſ. de ſacrilegio, quod eſt furtum factum de re vel loco ſacro, nunc de furtis generaliter, & incipit tractare de ſecunda ſpecie criminum, ſ. de his, quæ fiunt homines principaliter, iuxta § final. ſuprà de dupli. purgat.

a ¶ Continentur.] 14 q. 5 § item obiicitur, &c. pœn.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro generali intelligentia huius tituli, quatuor ſunt videnda primùm quid ſit furtum, ſecundò vnde dicatur, tertio qualiter differat à rapina, & quarto, & vlt. quotuplex eſt furtū.

Quoad primum furtum eſt contrectatio rei alienæ, mobilis fraudulenta inuito Domino lucri faciendi gratia, ſiue ipſius rei, vel vſus poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere, vt habetur in l. 1 ff de furt. in § 1 inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur.

Primò dicitur contrectatio, & reuera ſtat loco generis, quia prædicatur de pluribus differentiis ſpecie. Nam adaptatur ad omnia negotia ſiue licita, ſiue illicita datur contrectatio, & ideo licèt furtum ſit vitium & ſe habeat per modum habitus. Attamen etiam, vt vitium eſt, requirit actum, vt res aliena accipiatur: & contrectatio ſola non eſt furtum, nec hâc ratione dixit Iureconſultus, ſed contrectatio rei alienæ inuito Domino, & hac ratione ponitur loco generis non vt Sayrus conſiderat; vt detur contrectato quæ non ſit furtum.

Dicitur rei alienæ mobilis corporalis, quia in re immobili propriè non conſiſtit furtum, quoniam non eſt admotio de loco ad locum, l. 3 § ſi rem, ff de acquirend. poſſeſſ. Quia dum bona mobilia auferuntur ab aliquo violenter, non dicitur furtum; ſed ſpolium, vt tot. titul. extr. de reſtitut. ſpoliat. & C. vnde vi.

Dicitur fraudulenta, quia ſine dolo, & animo furandi non fit furtum, l. furtum, ff. de vſucap. § 1 & § placuit inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur.

Dicitur inuito Domino; quia eſt vnum requiſitum ſubſtātiale ad furtum, ſecundum omnes, adeo vt ſi Dominus viderit, & id non curet, vt quia conſentiat ablationi; & tum non eſt furtum. Si verò Dominus non conſentit, ſed non contradicit, quoniam timet maiora incommoda, vt eſt præcipuè in furtis manifeſtis, quæ fiunt à banditis, & tum hæc eſt rapina, & vt raptores alienorum bonorum tales peccant, & puniuntur, & ideo in l. qui vas dicitur, ff de furtis vetare Dominum dicimus qui non conſentit.

Dicitur lucri faciendi gratia. Nam qui rem alienam acciperet, vt conſeruaret Domino ſuo non committeret furtum, ſed potius faceret rem meritoriam, & ſic requiritur animus conuertendi rem illam in vſum proprium, vel aliud lucrum inde capiendi. Sic etiam auferens ancillam alienam cauſa libidinis non dicitur committere furtum, ſed violentiam, ac peccatum libidinis, leg. verum, li. 2 ff de furtis.

Dicitur ſiue ipſius. Quia furtum non ſolum conſiſtit, quando quis aufert rem à Domino, ſed etiam ratione vſus, vel poſſeſſionis vt v. g. Creditor vtitur pignore quod retinet pro ſecuritate ſui crediti committit, furtū ratione vſus. Sic etiam accipiens rem ad certū vſum vtendā cōmittit furtū ſi ad aliū vſum ea vteretur § furtum autē ſit inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcūtur.

De poſſeſſetiā patet: Quia ſi debitor ſubripiat rē ſuā, quā dedit creditori loco pignoris committit furtum nō ratione rei, quia ſua eſt, ſed ratione poſſeſſ. quæ eſt penes creditorē, l. ſi ſerui nomine 16 ff de vſucap. § aliq. inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcūt. Itaq; in re propria

consistit iustum dum aufert illam pignoratam creditori, quod euenerit ratione possessionis. Quod autem dicitur quod leg. naturali prohibitum est admittere, denotat furtum etiam naturali iure esse prohibitum, non solum hoc percepto diuino. Nam ius naturale dictat, vt nemini inferatur dānum; & quod tibi non vis alteri ne feceris, & sic patet defensio iuris tarum, & ipsamet veritas.

Quo ad secundum patet etiam ex l. 1 ff de furtis nam furtum dicitur à futuro idest nigro, quia clam fit, & obscurè, & plerumque de nocte, & qui de nocte furatur dicitur fur nocturnus. Et quamuis multoties de die fit furtum, non tamen sic palam sic enim esset rapina, & violentia; sed furtum fit clam, & obscurè, vt videri non possit, & ideo Io. 3 vers. 2 dicitur. Qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Hinc veteres Romani furem ex eo dictum putarunt, quod fures per atias, & obscuras noctes facilius furentur, vt constat ex Varr. in lib. rer. diuin. 14.

Quo ad tertium est, etiam commune, & habetur in institut. de vi bonorum raptor, vbi omnes, & eodem modo sic definiunt rapinam, vt furtum hoc additio, vi interueniente, quia furtum fit absque vi, rapina vero fit cum violentia, & ideo ratione iniuriæ specie differunt furtum, & rapina, vt docet D. Thom. communiter receptus 2. 2 qu. 66. art. 4. vbi omnes eius expositores Ledesm. cap. 12 num. 8 Reginald. lib. 23 num. 9 ratio est, quia violentia cōstituit diuersam iniuriam propter vim illam domino rei, quod non facit furtum, & ideo etiam grauius punitur, sed conueniunt generice, quia tam in furto, quam in rapina includitur iniusta ablatio rei alienæ iniusto domino.

Quo ad quartum, furtum duplex est vnum manifestum, quod palam fit, vel etiam clam, sed reperitur postea cum re furtiua alterum est non manifestum, quod scilicet clam fit, vt habetur in, § furtum autem instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur vbi communiter Doct, Sayr. lib. 9 Clau. reg. cap. 13 num. 7 Iul. Clar. in § furtum num. 2 cum seq. vbi Baiard. num. 11 cum seq. alios citat, & plura examinat.

Plus deducunt doctores quatuor species furum nam aliqui dicuntur improbi, qui eam, & absque alia violentia furantur, & si de nocte furentur sunt fures nocturni; si de die sunt fures diurni, vt pluries replicatum est. Secundò quidam dicuntur improbores fures, & isti propriè sunt raptores, qui cum effractura furantur, & cum armis, & grauius puniuntur, vt in l. §. 1. ff. de effractor, & expilator.

Tertio quidam dicuntur improbissimi, vt sunt grassores siue disrobatores viorum, qui scilicet instrata publica cum armis furantur, siue tamē interfectione transeuntium. Et isti tales licet de iure communi, quando furantur sine armis deportentur, & quando cū armis plectentur pœna mortis l. capitalium, §. grassatores, ff de pœnis, ff in hoc regno puniri solent pœna mortis. vt in pragmat. 1. & 3. de furtis nocturnis vbi Rouir, qui dicit procedere, quando quis furaretur, & aggrederetur itinerantes per Ciuitatem, & suburbia, secus si in domibus, quia tunc damnantur ad triremes, & latè tradit Vincent. de Franch. in decis. 521 & 570.

Quarto denique sunt plures plusquam improbissimi, & dicuntur famosi latrones, qui in strata publica armati furantur, etiam cum interfectione hominum, & isti pœna mortis puniūtur, & inter duas furcas suspenduntur l. capitalium, § famosos, ff de pœnis, & isti tales vbicunque inueniuntur capi possunt, à quocunque iudice capiuntur puniri possunt, nec remittuntur ad Barones, vel ad officiales quorū sunt vasalli, & in quorum territorijs deliquerunt, vt in prag. 4 & 5 vbi de delicto quis debet conueniri de Franch. decis. 342 & alij vt notat Rouit. in d. prag. 5 qui in prag. 1. plura

diximus [a] *) promoti ab eisdem deijci, [b] & si depositi incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demum potestati sæculari tradi debent.

Pro occisis in ipso furto non est orandum, nisi sint confessi ante mortem. h. d.

Et si dum furtum committitur occisi fuerint, pro eis minimè orandum [c] erit: quamquam si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, [d] communio [c] eis non sit deneganda.

scitu digna ponit.

a ¶ Diximus.] § de fure. supra qui promo. non pos.

* Diximus.] Quibus adde nisi crimen fuerit occultum, cap. ex tenore de temporib. ordinat. & hæc exceptio declaratur definitione criminis occulti, cap. vestra versic. cæterum, de cohabit. Cleric. debet tamen Reus & hoc casu ablatum prius restituere, & pœnitentiam agere aliàs proposita exceptione non defenditur, cap. vltimo de furtis. SOLIER.

b ¶ Deijci.] c. cum non ab homine de iud. Sed si clericus non solum commisit furtum, sed latrocinium etiam, tunc debet etiam detrudi in carcerem ad pœnitentiam peragendam, cap. tuæ, de pœn. est enim differentia inter furtum, quod fit sine violentia, & plerumque in obscuro, ac de nocte, & latrocinium, quod fit cum violentia, & apertè, vt faciunt depredantes in stratis publicis. Vnde non mirum, si differentia est etiam in pœnis: nam & ius ciuile acrius punit latrones, quam fures occultos, l. capitalium, § famosos, ff de pœn. auth. sed nouo iure C. de arg. contra in c. 2 eod.

c ¶ Minimè orandum.] Quia constat eos decessisse in peccato mortali. 23 q. 3 c. placuit.

d ¶ Confessi fuerint.] Non solum sacerdoti, verum etiam diacono, immo etiam laico, de consec. dist. 4 c. sanctum est, de pœn. dist. 1 ca. quem pœnitet. circa fin. dist. 6 cap. 1 in princ. licèt laicus non possit concedere absolutionem, quia non habet potestatem clauium, sed Deus remittit peccatum propter contritionem vt per Abb. in d. cap. 1 cap. Immo nec Papa posset dare talem potestatem non sacerdoti, de quo not. in cap. peruenit dist. 95.

c ¶ Communio.] Id est, Eucharistia simil. dist. 50 ca. pœnitentes. Et sepulturam etiam concedit Ecclesia, ex quo confessi sunt 13 q. vlt. c. fin. & no. in c. 2 eod.

Sed hæc Casvs. Præsupponitur quemdam necessitate astrictum accepisse rem alienam, & in proprium commodum conuertisse, vnde quærebatur an necessitas ipsum excusare valeat? & cum furtum sit iure diuino prohibitum, non videtur etiam ob necessitatem esse permittendum, quia quod est essentialiter malum, nullo modo potest fieri bonum, cap. primum 22 q. 2. Sol. tamen, vt hic habetur, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, vt adno. docto. & tollitur meum, &

Io. Pap.

Necessitas facit omnia communia.

tuum, & sic cessat etiam abiectio: Not. 1 quod necessitas sæpè facit id licitum quod aliàs esset illicitum. Not. 2 quod non omnis necessitas à toto, sed solum aliquando à tanto.

a ¶ Propter necessitatem.] Scilicet modicam, quæ interpretatio colligitur ex eo, quod pœna, vel pœnitentia imponitur si.ſi.magna esset necessitas nulla pœna imponeretur, cum in necessitate omnia sint communia, fac. de consec. dist.5 ca.discipulos, & dist.42 c.1 & 12 q. 1 c. 2 & 23 q.8 ca.quod autem & dist.47 cap.sicut debuit enim credere dominum permissurum, § placuit, de obli. quæ ex delict. sic etiam dicimus, quod tempore, necessitatis poterit religiosus facere eleemosynam de bonis monasterij: vt per Abb. in cap.si quis eo. Et vxor de bonis mariti,iuxta id quod putaret ipsum maritum daturum, si non fuerit sibi vetitum ab eo. Alij intelligunt procedere, quod hic dicitur etiam in maxima necessitate,si postea veniens ad pinguiorem fortunam non restituit. Et secundum hos not. quod subtrahens aliquid tempore necessitatis tenetur illud restituere cum potest, quasi cessante causa, vt per Ab. in d. cap. si quis propter. Sed an ex quo tempore necessitatis omnia sunt communia possit pauper agere contra diuitem, vt sibi subueniat? Resp. non competit quidem pauperi actio, sed benè potest implorare officium iudicis, quia diues peccat non subueniendo pauperi in necessitate Ab.in d.c.si quis potest, & in c.cum causam de ele. & in ca. cum dilecti, de emp. & vendi no.in c.sicut, dist.47. Est alius casus, in quo furiri videtur licere, videlicet cum quis aliter non potest suum recuperare. Ab.in cap.1 ver.in gloss. 3 ibi,de his quæ vt me.&c.

Pro consequeda, eleemosyna non conuenit actio pauperi.

ALOYSIVS RICCIVS. In hoc § ponit author,quod qui committit furtum ad necessitatem mitius punitur. Vnde quia tempore necessitatis omnia sunt communia, & sic voluntas facit furtum, vt habetur in cap.discipulos de consecrat. distinct. 5 & ideo grauius punitur furtum commissum ex auaritia, quam commissum, ex inopia cap.fraternitas 12 q. 2. Quia propter inopiam excusatur aliqualiter à furto; & sic auaritia auget etiam peccatum. Ratio communis est, & vera quia de iure naturali inest homini conseruatio propriæ vitæ, & Deus omnia bona exteriora creauit propter hominem, & quod diuisio dominorum sit introducta de iure gentium l. ex hoc iure, ff de iust. & iur. & successiuè non potest ius gentium derogare iuri naturali, præcipuè in casu externæ necessitatis, quod non solum procedit in extrema necessitate. Sed quando esset grauis arbitrio boni viri, vt quia propter morbum, vel aliam iustam causam talem grauem necessitatem substineat secus si esset necessitas communis, alioquin omnia essent plena furtis nec posset inter homines pax conseruari, & ita intelligitur text. in c. si quis de furtis, & ibidem notat glos. communiter recepta, & post D. Thom.2. 2 q.66 art.7 ad primum, & alios notat Less. d.c.12 n.74 & 75.

b ¶ Pœna.] De qua in cap.si quis propter eod.

c ¶ Partiuntur.] §. si vero opem instituit. de oblig. quæ ex delicto fac.not.in c. 1 de offi. deleg.

Furtum committentes ob necessitatem mitius puniuntur. h. d.

Sed hæc de illis intelligere non oportet, qui nulla necessitate adacti furtum commiserunt. Cæterùm, si quis propter necessitatem [a] cibaria, vestem, vel pecus furatus fuerit, longè mitiori pœna [b] puniendus erit.

Partientes cum furibus, & consciij occultantes pari pœna puniuntur. hoc dicit.

Nec fures solùm supradictis pœnis tenentur, sed ij quoque, qui aut cum furibus partiuntur, [c] aut qui furtorum conscij fures quærentibus possessoribus, [d] non indicant. [e]

ALOYSIVS RICCIVS. Partiens cum furibus, & conscij occultantes pari pœna puniuntur h. d. vnde nota quod si quis emeret res furtiuas scienter sine voluntate restituendi si contigerit dominum reperiri vtique peccaret mortaliter, & pretium solutum amitteret leg. inciuilem C. de furtis Iul. Clar. in § furtum num.16 vbi Baiard.nu. 104. cum seq. secus si voluntatem habuit conseruandi rem illam domino suo, sed hoc exposcit magnam excussionem ideo me remitto ad Molfes. in tract. de restitut.

Est benè verum,quod si pœnes aliquem reperiretur res furtiua, tenetur indicare furem aliàs contra ipsum procederetur in foro exteriori nisi tamen persona honesta, de qua suspiciari non posset furtum, quia in dubio furtum factum præsumitur ab eo pœnes quem res furtiua reperitur, nisi ostendit à quonam illam habuerit cap.qui cum iure de furtis vbi glos. & alij § conceptum instit.de oblig.quæ ex delict.nosc unt latè Mascard. in tractatu de probationibus conclusione 833.

Denique si contra aliquem esset formata inquisitio de furto commisso,& compareat dominus rei dicat rem illam captam fuisse ipso domino permittente; & tunc quo ad pœnam applicandam parti. Iudex amplius procedere nequit. Quo verò ad pœnam applicandam ipso, vt puniatur aliqua pœna corporali sola partis remissio non sufficit, & talis declaratio præsumitur facta per collusionem, nisi qualitas personarum, & aliæ circunstantiæ concurrant, quod credendum sit domino rei; vt quia essent consanguinei, vel amici, res esset talis, quæ posset accipi sub ratihabitione dominij, & sic de alijs, vt post Bart. & alios notat Ang. in § furtum autem n.7 instit.de obligat quæ ex delict. nascuntur vbi Ornotom.n.7 Gram.decis.37 nu. 14 Iul. Clar. d.§ furtum, n.22 Menoch.de arbit.iud.lib.2 cas.298 n.4 & hæc sint breuiter ad materiam furti.

d ¶ Possessoribus.] Id est, dominis,vel quibuscumque quorum interest. l. interdum, ff. de verb. signifi. cap. pen. eo.

e ¶ Indicant.] Nota ergo, quod tenetur quis indicare furem,vel furtum, de quo latè per Canon.in c.pen.eo. & per Legistas in l.in ciuile C. eod. Sed an furtum passus possit petere à iudice, vt scrutetur domum, & scrinia etiam loca secreta Titij, de quo fortè suspicatur? Resp.vt per Ab. & alios in d. c. pen.

DE VSVRIS.

CONtinuatur titu. iste per gloss. rub. ideo non oportet aliter ipsum continuare : Not. tamen ex ista continuatione quod vsura est species furti. Diuiditur autem tot. iste tit. in 6. partes, in 1 adnot. quid sit vsura, & qualiter cõmittatur, in 2. quomodo puniatur, in 3. an vsurarius excusetur ratione intentionis, in 4. qualiter acquisitum per vsuram restituatur: in 5 quid iuris de Iudæis demonstratur, in 6. in quib. casibus non committatur 2. ibi multiplicibus 3 ibi nec quidquam, 4 ibi planè si nec ij, 5 ibi, Iudæi quoque, 6 ibi, sunt tamen casus.

DE VSVRIS. [a]

TIT. VII.

Vsura quid sit, & vnde dicta. Et quòd habens possessionem in pignus recepta propria pecunia, si recusset fructus in sortem computare, vsuras committit. hoc dicit.

VSVRA est [b] quidquid petit quis, vt lucrum, & non potest. Aut nequis obsit sibi quod passus est damnum, & tunc non vt vsuræ, sed vt interesse petuntur, vt damni emergentis, vel lucri cessantis, vt damnum emergens cum propter retardatã solutionem creditor aliquid perdit de suo per ea quæ habentur in l. socium ff pro socio. Soc. conf. 9 quæ vsuræ dicuntur compensatiuæ, de quibus habetur in l. curabit C. de action. emp. quæ debentur etiam de iure diuino Bart. Soc. in cons. 123 col. 1 & cons. 176. per totũ Delph. q. 81 Ruin. cons. 104 Afflict. decis. 316 petuntur, vt lucri cessantes, vel vt si creditor erat mercator, & cum sua pecunia consueuit lucrari, & si eam habuisset fuisset lucratus secundum cursum mercatorum Alexan. cons. 141 vol. 5 Afflict. decis. 20 Capic. decis. 19.

Hinc est quod vltra sortem licet accipere damni emergentis. in ratione interesse queniam interesse est quædam emendatio, & æstimatio damni, & sic potest homo pacisci, quod liceat aliquid vltra sortem recipere, & hoc quidam tam pro damno præterito quam præsenti, & tertiò pro damno de futuro Alex. cons. 221. vol. 2 Aymon. cons. 73 vol. 1 & cons. 104 volum. 4 Dec. cons. 119 n. 2.

Solum dico quod in aliquibus casibus de iure canonico vsura permittitur, de quibus abunde habetur per Hostien. in titulo de vsuris in § an aliquo casu Abb. in capitulo conquæstus in vltimo de vsuris Bartol. in lege si constante § quoties, ff solut. matrimon.

a ¶ De vsuris.] Post quam supra visum est de furtis, competenter subijcitur de vsuris, cum vsuram exercens quodammodo furtum committat 14 q. 4 c. si quis vsuram.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro terminorum intelligentia sciendum est primò quid sit vsura, secundò vnde dicitur, tertiò quotuplex est, quartò de quo iure sit prohibita.

Quo ad primum vsura est lucrum, & mutuo pacto debitum, exactum Oldrad. cons. 207 vers. nunc quæritur Roman. cons. 433 c. consuluit in fin. de vsuris, vbi allegat Euangelium Lucæ mutuum dare nihil inde sperantes, & hanc esse definitionem tam Theologorum quam iuristarum dicitur Clar. in § vsuras in princip. & quod vsura sit lucrum ex mutuo pacto debitum tenet Castr. cons. 290 lib. 1 Ab. cons. 15 lib. 1 vbi quod vsura est quidquid mutuo accedit pacto præcedente, vel actione subsequente alio modo vsura est lucrum accedens forti ex pacto, vel ex intentione corrupta Castrens. cons. 290 col. 2 lib. 1.

Quo ad secundum vsura dicitur vorago quia animas deuorat, & facultates exhaurit c. 1 de vsuris lib. 6 Ab. cons. 114 quia vsura est crimen, & delictum Lap. alleg. 10 vers. & quod vsura, vbi quod nemo hoc negat item crimen est, & peccatum, ideo vsurarius repellitur à testimonio Zabarell. cons. 27 & in tantum est crimen, & prohibita quod dicens vsuram esse licitam dicitur hæreticus quia contradicit Euangelio, & sic diuinæ legi Bald. cons. 434. lib. 2. vbi dicit quod hoc non procedit in dispositis de iure positiuo; quia dicens, & credens, quod vsurarius possit testari non est hæreticus Alexan. cons. 1 vers. credit lib. 2 quæ non est admittenda neque ob bonum publicum vel piam causam Cald. cap. nauiganti 5 oppo. n. 18 & sequ. de vsur.

Quo ad tertium vsurariorum multæ sunt species, & vnum genus differt ab altero; quia aliqui sunt vsurarij sed non apparet, an sint manifesti, vel non, aliij vero sunt qui apparent vsurarij, sed non sunt manifesti alij apparent vsurarij, & manifesti Bald. in cons. 19. vers. venio ad secundum lib. 1. Sic etiam duplex est species vsurarij, vna est quia credunt licitas vsuras & sine peccato posse exerceri, & isti sunt hæretici alia species est, quia credunt esse peccatum, & non sunt hæretici, aliqui igitur sunt hæretici aliqui non Bald. consil. 255 in princip. libro tertio, Castr. consil. 397 per tot. lib. 2 aliqui sunt vsurarij quia exercent vsuras simpliciter, aliqui exercent vsuras vsurarum, vt per Alex. cons. 18 lib. 3. Aliqui ex forma prout si committitur vsura in mutuo, in quo formaliter cadit vsura, aliqui vero sunt non ex forma sed ex mente velut si quis vendat grannm, vel alias mercantias carius ad tempus quia dicitur vsurarius sed non propriè, licet tenentur ad restitutionem prout vsurarius Castr. consil. 160 lib. 1 aliqui sunt vsurarij principaliter aliqui in consequentia, prout si quis mercatur, & mercando committit aliquando vsuram; sed quia ad hoc non tendit principaliter non debet attendi talis vsura Castr. d. cons. 100. col. 2. lib. 1.

Quo ad quartum dicitur in glos. in verb. Petrum Apostolum in l. 1 de Summa Trinit. quod vsuræ, sunt prohibitæ iure diuino, & Canonico, & Sacræ leges non dicunt quod sunt prohibitæ. Sed distinguè aut

b ¶ Vsura est.] Hæc definitio, siue descriptio sumitur virtualiter ex cap. vsura, & ex cap. plerique, 14 quæst. 3 vno tantum addito verbo, scilicet mutuatam, quod conuenienter fuit additum, vt dicetur super illo verbo. Sed hæc definitio siue descriptio secundum Ab. non est perfecta: quia posset aliquid accedere forti gratis, & tunc non esset vsura, argum. 1 quæst. 2 & cap. sicut, &

Io. Bap.

cap.

c. dilectus, & c. etsi qq. de fim. Vnde ipse aliter de finit. ideſt vſura eſt lucrum mutui ex pacto debitum, vel exactum. Sed hæc quoque eſt defectiua: quia vſura committitur etiam ſi abſit pactum, dummodo abſit intentio cap. conſuluit eod. Vnde Hoſtien. in ſum. eo. § quid ſit, ponit aliam, quæ licet oppoſitionibus non videatur relinquere locũ: longior tamen eſt, quam § Callimacus, quod eſt contra naturam definitionis, quæ nihil aliud eſt quam rei breuis explicatio vt ait Craſſus apud Tullium de oratore. Ideo dic quod ſatis defendi poteſt illa, quæ hic ponitur. Nec obſtat quod opponitur de traditione facta gratis: quia verbum percipitur in ea poſitum poteſt tollere contrarium: nam percipere hoc loco denotat quandam acceptionem non ſimplicem, ſed fructuum vel earum rerum quæ ſunt loco fructuum vnde dicimus fructus percipit non ita donum percipit Idem erit in verbo accedit, quo vtuntur, d. c. plerique & d.c.vſura, quia non bene dicitur donum ſorti accedere, quod vti que ſtat per ſe. ſed accedere eſt alteri principaliter rei adhærere, vt eſt vſura ſorti, vel dic percipitur, ſcilicet ex pacto, vt not. in d. c. vſura.

quid[a] vltra ſortem mutuatam [b]percipitur,[c] dicta ab vſu, [d] quia ſcilicet, pro vſu pecuniæ recipitur. Vnde [e] ſi quis pignoris obtentu rei alicuius nactus fuerit poſſeſſionem, [f] ſi ſortem ſuam deductis expenſis [g] de fructibus iam perceperit, ſi eadem debitori reſtituere recuſet, & perceptos [h] fructus in ſortem computare proculdubio vſurarium committitur crimen.

Pœna vſurariorum ſunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum, & officiorum, & eccleſiaſticæ ſepulturæ amiſsio. h. d.

Multiplicibus autem pœnis ſacri canones vſurarios [i] inſequuntur: nam præter iniuſtam infamiam, nec ad Criſtianam, nec ad

a ¶ Quidquid,] Siue ſit pecunia, ſiue electuarium ſiue capella ſiue quodcunque nomen imponas, c. plerique, & c. vſura 14 q. 3 etiam ſi detur factum inæſtimabile, vt ſi docto mutuet ſcolari vt ſecum intret, aliter non mutuarius vt per Ab. in rub. eod.

b ¶ Mutuaram.] Hoc ideo: quia vſura non committitur niſi in rebus, in quibus conſiſtit mutuum, ſcilicet, quæ conſtant pondere, numero vel menſura, ratio diffuſe ponitur per Ab. in rubr. eod. poſt Hoſt. in ſumma. § 1 Imo nec in his committitur niſi actualiter ſit deuentum ad mutuum, quod deſignat hoc verbum mutuatam, licet res ſit apta mutuari. Vnde infert Ab. in d. rub. quod ſi ego commodarem tibi pecuniam non vt expendas, ſed vt ad pompam retineas in banco poſſum li citè aliquod lucrum capere: quia tunc non eſt celebratus contractus mutui.

c ¶ Percipitur.] Quaſi debitum & quaſi fructus.

d ¶ Ab vſu.] Alij alias ponunt etymologias, vt per Ab. in rubr. & per Arch. poſt alios in ca. vſura 14 q. 3 quæ non reciperentur ab humanioribus.

e ¶ Vnde, &c.] Quia in caſu ſequenti aliquid accipitur vltra ſortem & fac c. 1 & ca. 2

g ¶ Poſſeſſionem.] Idem dicendum de dominibus, & alijs rebus, debent enim ſoluta penſione extenuare ſortem. Ab. in ca. 1 eo.

h ¶ Expenſis.] Quia quod ſupereſt eſt fructus l. fructus ff ſol. mat. & 12 c. 2 c. vobis & l. 1 C. de fru. & lit. expe. & pig. per fructus perceptos liberatur ipſo iure. l. 1 & 2 C. de diſtr. pig. c. 1 & 2 & c. conqueſtus, eodem Cuiuſmodi autem debeant eſſe tales expenſæ, & quo medio poſſunt repeti no. in d.c. 1.

h ¶ Perceptos.] Quid de percipiendis? Reſpon. vt not. per Ab. in c. 1 eo. vbi etiam alij.

In Cap. Multiplicibus autem. CASVS. Quidam Epiſcopi habentes diuerſos vſurarios in ſua diœceſi, criminaliter aduerſus eos procedebant, & ſcum del erent poſtea eos punire, volebant imponere pœna quę imponitur ob furtum manifeſtum & non manifeſtum § fi. inſtit. de oblig. quæ ex delict. § in duplum, § quadruplici. inſtit. de act. quia vſura eſt ſpecies furti vt docet gl. rub. huius tit. qua de re fuit quæſtum quid iuris Sol. vt in hac parte habetur quia cum vſura præſertim ratione qua frequẽtiùs committitur ſit delictum admodum graue debet quoque grauiori pœna puniri. Non obſtat obiectio, quia licet vſura aliquo reſpectu ſit furtum, eſt tamen ſpeciale crimen & maximè graue. No. 1 pœnas eſſe multiplicandas obſtat obiectio. quia licet grauitatem delicti. No. 2 quod pœna debet augeri ob perſeuerantiam in delicto No. 3 quod regulariter pœna non imponitur niſi ob delicta manifeſta.

i ¶ Vſurarias.] Scilicet manifeſtos c. quia in omnibus eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. In hoc § author ponit qua pœna vſurarij puniantur. Vnde ſi eſt clericus vide remiſſiuè plures pœnas per Lopez in add. ad Diaz in pract. cri. in verbo vſurarij ca. 88 litera C.

Tu verò dic, aut clericus eſt vſurarius manifeſtus aut non manifeſtus ſi manifeſtus vide vndecim. pœnas poſitas per Sylueſt. in ſumma in verbo vſura § quarto quæritur Hoſtien. in ſumm. de vſur. § fin. verſic alios à iudice Diaz d. capit. 88 in fin. Coũar. variar. reſolut. libro 3.

Clericus autem vſurarius ſed non manifeſtus qua pœna puniatur, dic quod deponitur, quando non ſemel tantum ſed pluries vſuras exercere contingat, & in hoc crimine incorrigibilis exiſtit text. in ca. 1 de vſuris in cap. canonum, in cap. quoniam & in c. ſi quis oblitus 14 quęſtione 4.

Si verò clericus ſemel tantum vſuram exercuerit, vel monitus deſiterit, nec in vſurarum exercitio ſit irretitus, non deponitur ſed ſuſpenditur ab officio & beneficio arbitrio iudicis prout eſt text. in cap. præterea extra de vſuris, & voluerunt Hoſtienſ. vbi ſupra, & Diaz d. cap. 88.

Clericus itidem vſurarius eſt in ſuper infamis ipſo iure cap. inter delictos, & ibi Ab. in tertiò notab. de exceſſibus prælator. per text. cum gloſ. in l. improbum fenus C. ex quibus cauſis infam. Couar. variar. reſolutio lib. 3 cap. 3 num. 3 Feguer. deciſ. 31.

Et ſic repellitur ab omni alio beneficio obtinendo, & ſic eſt etiam inhabilis prout voluit gloſ. in cap. præterea de vſur. cap. ſi ditionarios 46 diſtinct. & cap. maritum 33 diſtinct. & ſic etiam non poteſt eligi ſeu præſentari ad beneficium eccleſiaſticum quod idem voluit Bertachin. in tract. de Epiſcopis lib. 2 par. 1 quæſt. 33 Lambertin. de iure patron lib. 2 par. 1 principali artic. 21 quod intellige ét poſt reſtitutionem vſurarum, & peractam pœnitentiam Bart. Bald. in d. lib. improbum.

Clericus autem non vſurarius ſeu mediator, ſeu proxeneta illicitorum ſeu vſurariorum contractuum qua pœna puniatur guid. glo. in l. ſcienter, ff de patricidis

communionem admittuntur altaris, [a] nec quisquam de manu eorum oblationes [b] accipiet. Et si clerici fuerint, tam officij, quã beneficij ecclesiastici periculum patientur. [c] *

Vsurarijs non debent domus locari. h. d.

Nullus [d] quoque sub pœnis in Gregoriana constitutione [e] comprehensis, manifestis vsurarijs, aut locabit [f] domus, aut conductas habere permittet. Sed & si in hoc scelere decesserint: ecclesiastica carebunt sepultura. [g]

Licèt quis de Vsuris satisfieri mandet per hæredem, non tamen est tradendus ecclesiasticæ sepulturæ donec fuerit satisfactum, & contra faciens incurrit pœnas eorundem. h. d.

Et id adeò obtinet, vt etiam si morituri in vltima voluntate de vsuris satisfieri, [h] expressa quantitate, vel indistinctè [i] mandauerint, [k] donec secundum Gregorianæ constitutionis [l] tenorem satisfactum [m] fuerit. Ecclesiastica sepultura carere deberet vsuras, ac si ipse eas accepisset, & sic sentiret etiam eum vsurarium, quam glos. sequutus est Romanus singular. 275.

a ¶ Altaris.) Id est, ad suspiciendum Sacramentum Eucharistiæ, secundum Innoc. Sed vterque Ab. tam in cap. quia in omnibus, quam in cap. cum tu, eo. exponit, vt hic vsurarius non admittatur ad ecclesiam quãdo celebrantur diuina, & forte secundum Ab. iuniorem ista expositio est melior, vt vsurarius robore suffusus facilius resipiscat sicut dicimus, & de excommunicato. capit. pia de excomm. in 6

b ¶ Oblationes.] c. quia in omnibus eo. Sed numquid saltem eleemosynam recipere quis possit ab vsurario? Resp sic secundum Io. And. in cap. cum voluntate de sentent. excomm. sequitur Ab. in d. c. quia in omnibus fac. c. ex trãsmissa. de dec. & 24 q. 3 in sum. Ratio differẽtiæ est: quia oblatio sit in publico. eleemosyna de sui natura sit in occulto, licèt etiam in publico fieri possit. Sed an idem sit in alijs peccatoribus manifestis? Resp. non nisi in casibus expressis, ad hoc videtur text. cum ibi non in cap. oblationes. distin. 90 Hug. contra primum æquius secundum Ab. argument. capitulo multi 2 quæstione primo.

c ¶ Patientur.] Cap. 1 eod.

* Patientur) Vsurarius publicus & manifestus beneficiorum est incapax, cap. de Petro dist. 47 quia est infamis, cap. quanquam de vsuris in 6 & collatio facta notoriè infami infamia etiam facti non tenet quia non est bonis moribus prædictus, Panorm. in cap. super eodem in fine de elect. cap. inter dilectos de excessib. prælat. & vsurarij sicut os inferni non satiantur, c. sicut hi, dist. 47 ante tamen declarationem iuuantur decreto de pacificis poss. Rebuff. in tract. de pacif. poss. nu. 281 SOLIER.

d ¶ Nullus.] Siue particularis persona cuiuscumque status, vel conditionis, siue collegium, vel vniuersitas, si cap. 1 eo. in 6

e ¶ Constitutione.] Cap. 1 eod. in 6

f ¶ Locabit.] Quid si ignorabat locator vsurarium esse conductorem, vel non locauit ad exercendum fœnus? Dic, quod probabilis ignorantia illum excusat. l. si quis ignorans. ff loc. & cap. si verò de sentent. excomm. & cap. in audientia in dubio tamen præsumitur ad hoc conducere, si consueuerunt vsuras exercere l. si cui ff de accus. & cap. semel de re iud. in 6.

g ¶ Sepultura.] Cap. quamquam eod. in sexto, capitulo quia in omnibus, eod. in antiquis nec procederit defuncto, hæres eius velit satisfacere: nam oportet, quod ipsemet restituat vel de restituendo caueat, ita quod appareat illum non decessisse in illo peccato, de quo not. in capitulo secundo, eod. in sexto, & in clement. eos de sep. & aliquid per Abbatem in capitulo quia in omnibus. eodem.

h ¶ Satisfieri.] Debet autem satisfieri ei, à quo pecunia fuit extorta, vel eius hæredibus illis non extantibus vel non petentibus, vel non curantibus, pauperibus extortum erogabitur, capitulo, cum tu. eod. Dicit tamen Guil. quod hoc casu debet publicè proponi edictum in locis, à quorum incolis vsuræ sunt extortæ & si aliqui appareant quibus fides sit adhibenda, potius illis restituentur, quam pauperibus erogentur, fac. capitulo sicut § eos de hom. & not. formaliter in capitulo secundo, eod. in sexto Sed quid si facta erogatione in pauperes appareant illi, quibus fieri debet restitutio? Respon. vt per Peru. in dicto cap. secundo.

i ¶ Indistinctè.] Id est, non expressa aliqua quantitate: quia mandauit in genere restitui quæcumque extorserat per vsurariam prauitatem.

k ¶ Mandauerint.] Hoc fuit statutum no Concilium Lateranense de quo in capit. 3 eo. eludatur, dicit enim quod qui decedit in hoc peccato non admittitur ad sepulturam ecclesiasticã ex quo autem quis mandat de restituendo non dicitur decedere in illo peccato, & sic Lateranense Concilium non habet locum occurritur ergo per capitulum secundum, eo. in sexto vnde sumitur hæc litera huic elusioni, ex hoc etiam refert Ioannes Andreas, post Guilielm. quod fœneratores Tusci dicebant quod solum vltimus de genere damnabitur, ex quo omnes prædecessores reperiuntur mandasse vsuras restitui. Tenebitur autem hæres restituere, etiam si testator non mandet, immo & si vsuræ ad eum non peruenerint, in quantum se extendunt vires hæreditatis traditur in capitulo tua nos. Sed hoc casu non concederetur defuncto propter restitutionem ecclesiastica sepultura, cum in peccato decesserit nisi alias de mortui contritione appareat 26 quæst. 6 capit. qui recedunt, & cap. nobis 2 de sentẽn. excommun.

l ¶ Constitutionis.] Capitul. quamquam, eodem, in sexto.

m ¶ Satisfactum.] Quid sit satisfacere, habes in l. 1 ff qui sat. cog. & in l. rem. § omnis ff de pig. act. & ex hoc modo loquendi impersonaliter collige, quod non solum sufficit de vsuris per quemcumque esse satisfactũ sed etiã sufficit quod idoneè cautũ sit per quẽcunque quod intellige quo ad hoc vt vsurarius admitti possit ad sepulturam, non ad validandum testamentum vt notatur in clem. secundum eodem in versi. manifestos sequitur Perusini in capite secundo

co. in 6 & dicitur satisfactum si sit satisfactum de vsuris tantum, non enim requiritur quod satisfiat de interesse secundum Archid. in dict. cap. 2 & latius per Perusi. ver. sed quærit hic Archid.

a ¶ Carere debeant.] Est ergo hic opus facto, id est, restitutione, vel satisfactione, nec satis est benè velle. capit. non satis, distinct. 86 verba enim sunt cum effectu intelligenda cap. relatum de cle. non resi. & l. 1 ff quod quisque iu. Sed nonne qui solui mandat, soluere videtur. leg. qui mandat. ff de sol. Resp. illud habet locum facta solutione per mandatarium qui enim per alium, &c. capitul. qui per alium. de reg. iur. in 6.

b ¶ Tumulare.] Idem si non tumulauerunt: simulauerunt tamē tumulare, secundū Ioann. de Lig. Do. & Peru. in capitul. quāquam, ver. cæterum, co. in sexto, ex quo enim simulādo dederunt aliis malū exēplum, & ex eo scandalizarunt Ecclesiam non debent à pœna excusari 11 quæstion. 3 capitul. præcipuè deportantibus, & associantibus, per Do. in dict. capitul. quamquam, & fa. gloss. in clem. nos, de sep. in ver. sepelire.

debeant. [a] Quicumque verò manifestos vsurarios contra prædictæ sanctionis formam tumulare [b] ausi fuerint, pœnæ Lateranensis concilij contra vsurarios promulgatæ subiiciendi erunt.

Testamenta Vsurariorum non valent. hoc dicit.

Testamenta [c] quoque ab eisdem facta aliter, [d] quam secundum dictæ constitutionis formam non valebunt, * sed ipso iure erunt irrita.

Non debemus facere malum, vt postea faciamus bonum. hoc dicit.

Nec quidquam proficiet quod quis pro captiuis redimendis, vel eleemosynis [e] dandis sese vsuras exercuisse [f] alleget: nec enim propterea magis eum vsurario Vicario Rectori Parrochiæ in qua testator habitat: & si aliis præstetur, non tenet cautio nisi mandatum habeant ab Episcopo qui tenentur prædicta scire, nisi essemus in actu necessitatis, vt ex tex. in d. cap. quamquam, de vsur. in 6 notab.

Est benè verum, quod si factum esset testamētum ante præstitam talem cautionem, sed post confectum testamentū, & ante mortem illam præstet validum est: quia testamentum accipit vires à morte testatoris, & tunc confirmatur ita glos. Ancher. Butr. in dict. capitul. quamquam, sic etiam si morte præuentus non potuerit cautionē præstare, sed iussit hæres illam tradere, & vsuras restituere valeret testamentum præcipuè Episcopo habente ratam talem cautionem Bald. consil. 128 lib. 3.

Sic etiam si vsuræ essent incertæ, & restitutio essent facienda pauperibus, vel Eccles. tunc si talis vsurarius pauperes, vel loca pia sibi faceret hæredes validum esset testamentū, quia per illud vsuras restituit eis, quibus de iure debentur ex quo per tale testamentum præsumitur benè dispositus, præcipuè si confessus, & communione refectus decessit ita Castr. cons. 103 lib. 1.

Confirmatur quia si vsurarius manifestus desinens vsuram exercere, & vsuras receptas restituat, vtique ad libitum potest testari absque alia cautione, vt ex magis communi sententia probat Iul. Clarr. in § testamētum q. 26 num. 4 Tusch. d. conclus. 342 nu. 106.

Procedunt, quæ dicta sunt de cautione etiam in testamento in fidelis vsurarij notorij qui est subiectus principibus Christianis: nam diximus supra Principes Christianos non posse Iudæis permittere vsuras nisi ad certam quantitatē, vt post alios prob. Alex. cōs. 1 vol. 2. d ¶ Aliter.] Scilicet non facta satisfactione nec idonea præstita cautione.

Nec quicquā. CASVS. Quidam faciebat vsurā, & quod inde lucrabatur dispensabat inter pauperes. fuit quæsitū an iste propterea excusetur? eo præsertim, quia leg. in c. pen. 14 q. 5 si quid habetis de malo facite bonum. Solut. tamen vt habetur, & oc rationem in tex. assignatam, & immò non sufficit bona intentio. capitul. non est satis dist. 86 de malo facere bonum in casu intelligitur quod restitutio fiat ei, cui debetur. Not. 1 quod recta intentio non est sufficiens ad causandam actionē virtuosam, at à contrario sensu secus est de mala. Not. 2 quod bonum etiam in moralib. non oritur à malo directè, & propriè seu per se. *Io. Bap.*

ALOYSIVS RICCIVS. Notabis ex hoc § quod testamentum factum ab vsurario est nullum non præstita cautione de restituendis vsuris quod ampliabis procedere, vt non possint testari etiam ad pias causas, nisi præstita cautione de restituendis vsuris, & testamentum aliter factum, est nullum, & inualidum cap. quamquam de vsuris in 6 vbi gloss. communiter recepta hoc etiam intelligit de codicillis, & omni alia vltima voluntate, vt latius post alios prosequitur Couarr. lib. 3 c. 3 n. 9 & alij pœnes Reginal. l. 23 n. 97 quæ cautio intelligitur datis pignoribus, vel fideiussoribus, vt author. citati prosequuntur: quæ cautio præstari debet illis, quibus restituendæ sunt vsuræ, aut eorum procuratori, vel ipsis absentibus, ordinario loci, vt Episcop. eius

* Non valebunt.] Secus obtinet in Gallia. SOLIER.

e ¶ Eleemosynis.] 14 q. 5 perto. c. sicut § eos, de hom. de reb. n. restitutioni subiectis non potest eleemosyna fieri c. inneuamus vbi Abb. de cens. & in capitul. ex transmissa de dec.

f ¶ Exercuisse.] Licèt hoc verbum magis videatur

accommodari ad eum qui dat ad vsuram, quam ad eum, qui accipit. Inn. tamen in c. super eod. vnde hæc litera sumitur, tenet quod dispō. illius tex. vendicet sibi locum etiam in accipiente, mouetur, quia si non reperiretur, qui reciperet, pactum vsurarum non reperiretur, cum ergo recipientes dent causam huic crimin. per consequens, videntur ipsi quoque eodem iure censendi cum dantibus, sed in cōtrarium fac. in c. debitores, de iurei. vnum distinguendum est, vt per Abb. in d. ca. super eo.

a ¶ Dispensari.] Arg. quod pretextu boni malum fieri non debet 1 q. 1 c. non est putanda, & 34 q. 5 c. si dicat, & 14 q. 5 c. 1. 2. & 3. & cap. neque art. contra 27 q. 1 cap. non oportet. dic vt plenè not. in cap. non magno, ne cle. vel mon.

b ¶ Mentiri.] Capit. super eo. eo. & 22. q. 2 cap. ne quis arbitretur, vbi de hoc, & dist. 14 in summa. & cap. quod ait. Et fac. hoc contra Doctores dantes consilium contra conscientiam, vt liberent quem à morte, Immò Aduocatus habens iustam causam non debet niti ad obtinendum per mēdacium not. in cap. cupientes, de elect. in 6 & per Abb. in cap. 1 de his, quæ vi metusuè causa fin. & per alios ibi ad eum notatos.

Io. Bap. Planè si nec ij. Casvs. Quidam lucratus fuit multum per vsurariam prauitatem, & cum nec ipse acquisitum restituisset, nec eius hæredes restituere vellent, fuit quæsitum an teneatur atque posset ad id cogi, ar. enim l. 3 & 4 ff de cond. ob turp. causam negatiuè respondebatur. Solu. tamen vt in hac parte cauetur, quia nemo debet commodum reportare ex propria culpa, prout contingeret in casu nostro si restitutio non esset facienda, non obstant iura adducta, quia licèt non detur refectio, non propterea datur retentio: repetitio autem ideo in d. ll. damnatur, quia præsupponitur turpitudo ex parte dantis, at secus est in casu nostro. Notat. 1. quod pauperes subintrant in locum illius personæ incertæ, cui de iure esset facienda restitutio. Not. 2 iudex ecclesiastic. ex officio, & parte non petente tenetur cogere vsurarium, eiusque hæredem ad restitutionem faciendam. Not. 3 quod pacta in fauorem delictorum inita non tenent, nec valent etiam si sint iurata. facit l. pacta quæ contra. C. de pact.

c ¶ Superstites.] Sed quid si principales sint superstites, nunquid vt vsurarius liberetur à peccato sufficiat remissio illius à quo fuerunt exortæ vsuræ? Resp. sufficere secundum distinctionem tamen Abb. & aliorum in cap. cum tu. eod. in fin. vbi, & quid si ille cui debent vsuræ restitui sit valdè absens, an vsurarius teneatur ad eum mittere vsuras, & cuius expensis.

dispensari, [a] poterit, cum pro vita alterius nec mentiri [b] quidem, nedum rapere liceat.

Si non sint quibus restitui possint vsuræ, erogandæ sunt in pauperes, & paupertas excusat à restitutione. hoc dicit.

Planè, si nec ij, à quibus quis vsuras extorserit, nec illorum sint hæredes superstites [c] non solùm pauperibus [d] vsurarum nomine acceptum errogare poterit: verùm etiam compellendus erit, nisi cum nota paupertas euidenter [e] excuset. [f]

Non solum fœneratores, sed etiam illorum hæredes debent vsuras restituere, nulla obstante appellatione. hoc dicit.

Nec is tantum Ecclesiastica districtione extortas vsuras restituere cogendus erit, qui fœneratus est, verùm etiam filij [g] & quicumque extranei hæredes, [h] qui omnes super vsuris conuenti nullius appellationis [i] remedio restitutionem subterfugere permittendi erunt.

Iudex fœneratori potest præcipere sub pœna excommunicationis, tam ne vsuras exigat, quam vt exactas restituat, non obstante iuramento præstito de non repetendis vsuris. hoc dicit.

Sed & si quis sub vsuris pecuniã acceperit, & de eis nunquã repet. fœneratori iurauerit. [k]

d ¶ Pauperibus.] Sed quibus pauperibus? Respond. secundum Host. pauperibus illius loci, vbi pecunia fuit extorta: quia facilius inter illos poterunt reperiri ij, quibus est datum damnum, & secundum Feder. consil. 32 quem videtur sequi. Abb. in ca. cum tu. eo. in fin. est hoc consilium non præceptum.

e ¶ Euidenter.] Si enim credatur habere, verberib. veritas eruatur. 5 quæstione quinta, cap. illi qui 14. quæstione sexta, capit. primo, vel inter se non habere vnde reddat, quod potius videtur: quia non debet vlla pœna puniri, & inanis est actio, & c. l. nam his ff de dolo cap. olim de rest. spol. & not. in c. cum tu eod.

f ¶ Excuset.] Si tamen venerint ad pinguiorem fortunam tenetur, vt antea cap. Odoardus de sol. & l. si debitoris, ff de rei bon. & argum. 16 quæstione sexta, cap. si quis de corpore, & not. in capit. cum tu. eodem.

g ¶ Filij.] Fac. cap. tua. eo, vnde sumitur, & tenentur filij pro parentibus pro hæreditaria proportione facit l. ex qua persona, ff de re iudi. Sed pone, quod alter hæredum efficiatur non soluendo ante restitutionem vsurarum nunquid alter conuenietur in solidum? Dic quod etiam si non sit defuncti hæres, sed ad eum bona defuncti peruenerint, inquantum talium bonorum mensura patitur, est restitutio facienda, vt plenius nota. in d. cap. tua.

h ¶ Hæredes.] Sed tantum iuxta vires hæreditarias in foro poli, in foro autem fori est distinguendum vtrum hæres fecerit, vel non fecerit inuentarium, vt plenè per Do. in cap. tua eod.

i ¶ Appellationis.] Intellige hoc in manifestis vsurariis, vt in cap. quam pernitiosum eodem. Idem est in quolibet crimine manifesto, cap. cum sit Romana de appel. alias si iniustè grauaretur, non est appellatio deneganda, vt plenius not. in d. c. quam permitiosum.

k ¶ Iurauerit.] Nota, quod iuramentum præstitum de vsuris non repetendis, non inducit liberam remissionem vsurarum immò vsuræ præsumuntur magis extortæ, cum iuramentum huiusmodi, non præsumatur

interuenire ex libero consensu iurantis cap. super de renunciat.

a ¶ Iudex.] Nota casum, in quo iudex supplet commodum priuatarum personarum, cum mandat vsuras restitui. Sed dic, quod immò hoc facit iudex potius ob vtilitatem publicam, & vt obuiet periculũ animarum aliàs non faceret, ca. ad nostram 2 de iureiurando, l. 1 § hoc autem, ff de damn. infe. debet enim iudex etiã præuenire ante consummationem peccati, cum videt aliquem in præcipitio, & actu peccandi no. in cap. ex literis de sponsi.

adhuc iudex [a] vsurarios per censuram Ecclesiasticam * compellere poterit, tam vt ab earum, desistant exactione, & iuramentum remittant, [b] quam etiam, vt exactas restituant, ne de dolo, & fraude quemquam contingat commodum reportare.

Iudæi satisfacere debent de immoderato grauamine, Christianis, aliàs excommunicantur modo quo possunt. h. d.

Iudæi quoque si à Christianis quocunque prætextu graues immoderatasve [c] vsuras extorserint, & per sæculares Principes, [d] & potestates illas remittere sunt compellendi, & donec de immoderato grauamine competenter satisfecerint ab vniuersis Christi

* Per censuram Ecclesiasticam.] Crimen vsurarum apud nos est fori Ecclesiastici si de eo accusatio instituta sit aduersus Clericum; & profani si aduersus laicum, Chopin. de sacra Polit. lib. 2 chap. 2 n. 18 & 17 quo sit vt in Gallia Iudex Pontificius, non possit de causa vsuraria in laicum se impedire, nec in ipsum pro vsuris restituendis Ecclesiastica fœnire censura nisi restitutio huiusmodi fit iudicio sæculari præcepta cumque per sacram potestatem id nuper fuisset attentatum aduersus quendam mercatorem cognomine Cazes dixi cum primariis togati ordinis procurationi ab abusu locum esse quæ adhuc in Senatu nostro pendet indecisa. SOLIER.

b ¶ Remittant.] Hoc tunc est necessarium, cum pars proprio motu intendit repetere. & ipsa implorat officium iudicis: secus si iudex procederet ex officio non implorato: quia tunc non erit opus remissione: vel absolutione, quia pars non venit contra iuramentum quo iurauit non repetere, non autem non recipere, si redderentur secundum Abb. in capitul. tuas, eodem licèt gloss. aliter. ibi sentire videbatur. Quid si iurauit absolutionem non petere? Respond. adhuc poterit denunciare, not. in capitul. tuas. Quid si iurauit, non denunciare? Resp. non valet iuramentum, quia non potest quis se obligare contra bonum charitatis, & dispositionem euangelicam, si peccauerit, &c. not. in cap. ad nostram 2 & cap. quemadmodum de iureiur. de materia cap. 1 & in cap. debitores, de iureiur.

Iudæi quoque. CASVS. Quidam Iudæi passim dabant pecuniam ad vsuram, & cum hoc tenderet in damnum reip. fuit quæsitum, an eis esset vsura prohibenda, ad fauorem enim Iudæorum facit dictum Diu. Pauli dicentis. Qui sunt extra nos, nihil ad nos, in contrarium facit damnum à reipub. esse euitandum. Solu. vt hic legimus ob vtilitatem Christianorum, illud autem dictum intelligitur respectu salutis ipsorummet Iudæorum, & ideo non obstat. Not. quod Iudæi, tenentur obseruare canones, in vtilitatem Christianorum, & ideo etiam iurisdictioni eorundem subijciuntur. Not. 2 qualiter officium potestatum esset ne subditi indebitè grauentur, & propterea Princeps dicitur constitutus propter populi vtilitatem, se non è contra.

c ¶ Immoderatasve.] Fac. cap. quanto eod. videtur, ergo, quod moderata exercere possint à contrario sensu distinctione 25 cap. qualis, & l. cum prætor. ff de iud. contrarium videtur verius, vt in cap. pest miserabilem, eo. & ita cessat hic hoc ar. à contrario sensu l. conuenticula. C. de Episc. & Cler. Sed cur hic insertum fuit hoc verbum, immoderatas, inducens hanc ambiguitatem? Respond. quia legitur in d. cap. quanto. vnde sumitur. ET licèt Doct. com. tenere videantur, quod Iudæi non possint fœnerari Christianis per dict. cap. post miserabilem, vsus tamẽ & practica, quæ est optima interpres legum suadet contrarium, & Doctores in hoc poterunt decipi, sed & si non fuerunt decepti, qua ratione id verbum legitur in dict. capitul. quanto eadem ratione potuit hic verbum inseri. Sed an iure Mosaico possint Hebræi fœnerari Christianis? Multi quod non, & ita etiã Abb. in dict. cap. post miserabilem potissimũ per capitul. 28. Deuter. ibi. Alienigena fœnerabitur tibi. Facilè tenerem contrariũ per dict. cap. 28 Deut. vbi dicitur, quod seruantibus legem nemo fœnerabitur, sed ipsi seruantes, fœnerabuntur aliis non est ergo dicendum quod in præmium obseruantiæ legis Deus permitteret Hebræis facere illud, quod est peccatum, & quod in cuentum inobseruantiæ ipsi Hebræi nulli fœnerabũtur, non dicitur ibi præceptiuè, sed per modum impositionis pœnæ, quasi dicat Deus: Eritis pauperes, & non poteritis exercere negotium valde lucrosum vobis à me aliàs permissum. Communiter tamen tenetur contra, vt apparet ex his, quæ habentur in dict. capitul. post miserabilem.

ANT. TIM. Opinio gl. hic quam tamen non infirmat, quod liceat Iudæis ex lege Mosaica fœnerari Christianis, licèt videatur, pro eis facere litera Deut. 28 tamen ex communi Doctorum expositione falsa est. Fœneraberis enim ibi non interpretatur dabis ad vsuram, sed fœnus ibi largè accipitur pro mutuo, sicut & Eccles. 19 dicitur. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, idest non mutuauerunt aliis. Promittit enim ibi Deus Iudæis obseruantibus legem suam abundantiam diuitiarum ex qua continget quod aliis commodare, & mutuare poterunt. Ita Nicolaus de Lyra exponit tex. illum, & Hugo etiam Card. in suis gloss. & conueniunt in hoc omnes Doctores. Verùm ad alium locum magis expressum Deut. 23 vbi inquit. Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Respond. S. Thom. Non fuit per hoc Hebræis concessum quod vsuram ab alienis acciperent, quasi licitum, sed permissum ad maius malum vitandum, ne, scilicet à Iudæis Deum colentibus vsuras acciperent propter auaritiam. Ex quo loco colligit Caiet. quod licitum est principibus condere leges permissiuas vsurarum, non propter lucrum principum, quia hoc est participare in crimine: sed propter vitandum maius malum, in furtum, quemadmodum licitum est concedere leges permissiuas meretricum, propter vitanda adulteria.

d ¶ Sæculares Principes.] Quorũ leg. in tempor. Iudæi subjiciũtur c. quo iure, d. 8 & l. Iudæi. C. de Iud. nõ tamẽ intellig. quod etiã Ecc. nõ possit eos cõpellere ad vsuras

restituendas, nam cum hoc crimen sit Ecclesiasticum, & sit contra legem eorum, & contra naturam, licitè possunt compelli per iudicem Ecclesiasticum, vt per Innocent. in capitul. cum super de vot. & vot. remed. & per Ab. in cap. post miserabilem, eod. Ideo non autem fit mentio de principibus sæcularibus, quia per eos facilius cõpelli possunt cum habeant homines armatos, quos non habet Ecclesia in loco, vbi non habet temporalitatem, at de iurisdictione spirituali parum curant Iudæi, fac. not. per Abb. in cap. postulasti de Iudæ.

ALOYSIVS RICCIVS. Iudæi satisfacere debent de immoderato grauamine Christianis h. d. hinc facias regulam quod adeo vsuræ sunt à iure prohibitæ quod neque Imperatores, neque alij sæculares possunt permittere vsuras etiam propter bonum publicum Alex. in cons. 1 in princip. lib. 2 Castrens. cons. 296 lib. 2 vbi quod non potest concedi neque exactio neque retentio contrarium consuluit Alex. cons. 77 lib. 1 quod valet cõuentio cum cõmoditate subdita Venetis, qui confirmarunt quod possit Iudæus mutuare, super pignorib. & super chartis, & dicit quod iudex tuta conscientia potest exequi, quod si non oritur actio propter bonum publicum, & pro contrario facit quod imò vsura possit permitti Iudæis, quia de ijs, qui extra nos nihil ad nos Alex. d. cons. 57 sed tamen obstat sententia Domini nostri Iesu Christi in Euangelio quia si suppletio Iudæorum est mala, dum addiderunt legi diuinæ, quæ tantum dicebat non fænerabis fratri tuo Iudæi à contrario supplentes sensum dixerunt Alienigenæ, verò fænerabis sicut in alio diliges proximum tuũ, supplerunt à contrario odio habebis inimicum tuum, quomodo hic licitum esse possit alienigenam Iudæum posse dare ad vsuram ex leg. Principis Christiani pauperibus Christianis non Iudæo, quia neque iudæi ex extensione quam fecerant hoc admittebant.

a ¶ In mercimonijs.] Non peccant ergo Christiani communicantes Iudæis in mercimonijs regulariter, licèt nimia familiaritas, & conuersatio interdicatur. 28 quæst. 1 capitu. sæpè, & capitul. nullus, & capitul. ad hoc de Iudæ.

b ¶ Communio.] Et est hæc quædam indirecta excommunicatio in personis Hæbreorum, vt & in capitul. post miserabilem eod. vnde sumitur vbi not. Ab.

Sunt tamen. CAEVS. Quidam clericus accepit à laico occasione mutui fundum titul. pignoris, in quo habebat certum ius, qui quidem laicus pro dote suæ filiæ soluebat singulis annis certam pensionem loco fructuum, & cupiens à tali debito liberari, vendidit quædam bona maiori pretio, quam de præsenti valeant & cum esset mercator, accepit pecuniam ab amico promittens aliquid sperans inde lucrari, vnde fuit quæsitũ an huiusmodi contractus sapiant vsuram, in primo enim de clerico res videtur clara per princip. huius tit. nostri, in secundò vero, & tertiò cum non verificetur definitio vsuræ, similiter videtur clarum quid iuris: at in vltimo fiille mutuans, suscepit in se periculum ob naturam contractus assecurationis non videtur esse dubitandum. Solu. tamen vt in tot. hac parte habetur, causa autem decisionis in cõmuni talis potest adnot. quod in vno, vel altero casu non reperitur propriè mutuum, & si reperitur etiam interesse damni emergentis à princip. in altero verò præponitur pactum apposítum fuisse tali, vt destruat contractum. vnde his obseruati habemus quomodo sint intelligenda obiecta, & sic non obstant. Not. 1 quod ob causam specialem recedendum est à communibus iuris regulis. Not. 2. quod in cognitione valoris rerũ ipsarum id quod est verisimile, & probabile attenditur. Not. 3 quod pactum licèt aliàs citatum si aliquo contractu apponatur, & sic contra substantiam eius, dicitur ipsum vitiare.

Ioa. Bap.

fidelibus, tam in mercimonijs, [a] quam in alijs per excommunicationis sententiam eis omnimodam communio [b] denegabitur.

Ponuntur, plures casus quibus quis fructus in sorte computare non tenetur. hoc dicit.

Sunt tamen casus, [c] in quibus aliquid vltra sortem absque vitio vsurarum licitè recipitur, vt putà, si clericus Ecclesiasticum beneficium [d] aliter redimere non valens prætextu pignoris de manu laici illud acceperit, nec enim hic in sortem fructus tenebitur computare. Idem si terra non sit [e] beneficij alicuius Ecclesiastici, sed ad accipientem in pignus iure Dominij directi pertinere noscatur.

Fauoræ dotis fructus non computatur in sortem. h. d.

Idem si possessiones [f] pro non numerata

c ¶ Casus.] Duodecim casus tales enumerantur per Abb. post gloss. in capitul. conquestus, eod. & not. 14. quæst. 4 in summa, & generaliter vbicumque recipitur pecunia loco interesse non committitur vsura, Abba. in capitul. 1 eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Fac regulam ex isto textu cum seq. quod fructus rei pignoratæ computantur in sortem l. 1. 2 & 3 C. de pignorat. act. idemque præsertim in contractu mutui, vt latè per Crau. cons. 189. Vilagut in suo tractatu de vsuris, q. 21 per totum quod amplia etiam si inter contrahentes ita conuentum sit vt cedat lucro creditoris pro suo interesse, vt voluit Caualcan. decis. 49 n. 13 & decis. 48 nu. 32 part. 2. & Thesaur. decisione 78 vbi non nullas opiniones contrarias reijcit.

Quod limitatur fauore dotis nam maritus non tenetur fructus rei sibi pignori datæ pro solutione dotis computare in sortem immò consequitur vsuras ob moram in dotis solutione factam circa cuius intellectum est videndus Couarr. lib. 3 variar. capitul. 1 ex n. 3. Sot. lib. 6 de iustit. & iur. Capic. decis. 65 Negusan. de pignor. in 1 membr. quintæ, part. n. 16 Dec. in capitul. venerabilis ex n. 63 de exceptionibus Decius cons. 59 nu. 12.

d ¶ Beneficium.] Capitul. 1 in fin. eod. & idem in feudo capit. conquestus, eodem.

e ¶ Non sit.] Capitul. conquestus, vbi Ab. eod.

f ¶ Possessiones.] Quæ debent esse traditæ, vt eius

fructus lucro genero cedant, l. de diuisione, ff solu. matr. & not. in capitul. salubriter, eod. vnde sumitur.

a ¶ Genero.] Quid in hærede generi possidente, seu detinente pignus post mortem generi. Innocent. & Ab. in capitul. salubriter, eo. tenent hunc non lucrari fructus: quia in optione eius est restituere pignus, & se ab obligatione liberare, quod non est in genero, & maritus, cum vel inuitus teneatur ad onera matrimonij. Idem tenetur de vxore, cui soluto matrimonio pro restitutione dotis est datum pignus, vnde debet esse cauta, vt faciat sibi consignari possessionem in solutum, aliàs fructus extenuabunt sortem.

b ¶ Fuerint.] Quid si promisit socer certos annuos denarios pro quolibet centenario, vsque ad solutionis tẽpus, an teneat conuentio? Resp. valde dubitatur. Abbat. distinguit, vt per eum in capitu. salubriter, eod.

c ¶ Solidos.] Sed cum prætij interuentus designet contractum emptionis, & venditionis, l. fin. C. de præd. decur. libro decimo, non videtur, quod hic possit cadere vsura, quæ non cõmittitur nisi in contractu mutui, capitul. consuluit. eodem, & supra eodem in principio, & notat Abbas in rubrica eodem? Respond. quod quoad formam contractus non est vsura, sed quo ad intentionem cõtrahentium deprauatã, vt notat Abbas in cap. nauiganti, eod. vnde sumitur.

d ¶ Dubitatur.] Ergo si certum esset quod tempore solutionis plus valerent, vsurarius est censendus, capitul. in ciuitate, & capitul. fin. in eod. & ita propter dubium excusatur, simil. l. penul. C. de solu. Argument. quod dubia in meliorem partem interpretari debent, cap. 2. de re iud. cap. ex literis probat. l. Arrian. ff de act. & oblig. Sed immo videtur quod in tali dubio abstinendum esset à talibus contractibus ob periculum animæ, argum. cap. illud de cler. ægro. mini. cap. significasti, 2 de homi. & not. in cap. vni. de crut. in ord. fa. Sol. hoc procedit in foro contentioso, contrarium in foro conscientiæ, vt per Ab. in d. cap. fin.

e ¶ Periculum.] Quia iste recipiebat in se periculum, videbatur quasi quadam compensatione licitè aliquid vltra sortem recipere posse: quia periculum mutuatæ pecuniæ pertinebat ad debitorem, cum sua facta fuisset, sed nihilominus est vsurarius, vt in c. fin. eo. & not. in c. conquestus eo. tit.

f ¶ Aliquid.] Etiam modicum dummodo natura æstimabile 24 q. 3 c. 1. 2 & 3 vers. Thom. 2. 2 q. 78 art. 2 siue id sit res, siue factum, siue consistat in verbis, puta, inducendo, sequitur Ab. in c. fin. eod.

dote genero [a] à socero pignori obligatæ fuerint. [b] Cum enim frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda pignoratarum possessionum fructus in sortem computandi non erunt.

Non est vsurarius rem emens minus iusto pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus, vel minus est res valitura. Vel aliter, Dubius euentus vsurarum suspicionem mouet. h. d.

Ille quoque, qui dat decem solidos, [c] vt alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensuræ reddantur, ex hoc vsurarius censeri non debet: quia licèt tunc plus valeant, vtrum plus vel minus solutionis tempore fuerint valituræ verisimiliter dubitatur. [d]

Vsurarius est, qui à debitore recipit aliquid vltra sortem, etiam si suscipiat in se periculum. h. d.

Aliud autem iuris est si quis nauiganti, vel ad nundinas eunti certam pecuniæ quantitatem mutuatur, & ex eo quod in se mutuans periculum [e] suscipit, aliquid [f] vltra sortem, vt recipiat conuenit: nam hic vsurarius reputandus erit.

ALOYSIVS RICCIVS. Habes notatum in præsenti § quod vsurarius dicitur ille qui aliquid decipit vltra sortem concordat. text. in ca. consuluit de vsuris.

Amplia primò, vt non solum procedat, quando quis vltra sortem mutuatam aliquid exigit verum etiam quando quis stipulatur, ratione mutui aliquod factum, quod sit pecunia æstimabile, & ad quod debitor non tenebatur, is enim hoc modo faciens vsura in committit glo. Bar. & Doct. in l. rogasti, § si tibi. ff si certum pet. Sylvest. in sum. in ver. vsura 1 q. 7 Conarr. lib. 3 variarum resol. c. 2 num. 5 vers. tertio tamen Sot. lib. 6 de iust. & iur. q. 1 art. 2 & q. 3. art. 1 Nauarr. in Manuali Latino in septimo præcepto, cap. 17 num. 220 in impressione Barcinonens. Lupus in cap. nauiganti, num. 42 vers. sed aduertendum, de vsur.

Amplia secundò, etiã in recipientem pecuniã mutuatam ad vsuram vt quemadmodum is, qui illum ad vsuram mutuo dat malè agit & peccat mortaliter, ita etiam ille qui illam recipiat cũ talis recipiens præbent mutuatori occasionem peccandi per ea quæ dicit Apost. Rom. 1 quod digni sunt mortis non solum qui faciunt peccata, sed etiam qui consentiunt facientibus, & cum qui accipit pecuniam mutuo suo vsuris consentit vsurario in suo peccato, & præbet ei occasionem peccandi consequens est quoque in peccato esse. Nec tamen ita intelligenda sunt, quando ille qui accipit pecuniam mutuo sub vsuris facit illud sine legitima causa, puta necessitatis, vel vtilitatis rationabilis, sed ad ludendum, vel prodigaliter exponendum, quia tunc ille peccat mortaliter, ita tenet Ang. Episcop. Flor. in tract. de vsur. 82 num. 24 quam quæstionem resoluit s. Thom. 2. 2 q. 78 art. 4.

Amplia tertiò, supra dicta conclusio extenditur, vt non solum procedat quando intentio principalis fuit habita ad lucrum in principio mutuationis verum etiam

quando quis à principio mutuasset proximo motus charitate, & ab intentione lucri prorsus alienus, & postea transacto tempore aliquo ipse mutuator cogit lucrum sibi dari ab eo, cui mutuauit, & ita inficitur quod si non speraret aliquid vltra sortem recipere repeteret mutuatum, sed propter illud lucrum speratum dimittit, quia tunc ille talis committit vsuram, arg. c. fertur, § vulneratur, 1. q. 1 & quod recipit vltra sortem, quamuis mutuatarius ille det non coactus, sed propria sponte tenetur restituere, ita tenet s. Anton. Episcop. Flor. in tract. de vsur. c. 2 num. 5 & Nauar. in Manuali Latino, cap. 17 n. 214 in fin.

DE ADVLTERIIS, & aliis coniunctionibus illicitis.

TIT. VIII.

Amplia quartò, extenditur dicta conclusio, vt non solum procedat quando quis mutauit pacto expresso vel tacito, vel eius voluntate declarata quod aliquid sibi vltra sortem reddatur, quibus in opere vsura exterior committitur, verum etiam quando mutuat sola intentione, & spe, vt aliquid vltra sortem sibi persoluatur: nam tunc mentalis vsura committitur est, quod nihil mutuator quærat, vt in c. si fœnerauerit 14 qu. 3 & vide Anton. in tract. de vsur. c. 1 § 1 n. 3.

Amplia quintò, extenditur conclusio quando quis mutuat triticum vetus cum pacto, vt alterum tantum recens sibi restituat, sciens recens melius, & maioris pretij qua sunt tempore mutui, & solutionis ita Nauar. in Manuali Latino, in 7 præcepto, cap. 17 numer. 234 Anton. in tract. de vsur. cap. 2 num. 20 vbi dicit hanc esse communem opinionem quam Raym. Goffred. & Hostiens. in summis tenent, maximè si libertatem soluendi quando libuerit adimit, & obligationem restituendi recens imponit.

Amplia sextò, extenditur dicta conclusio quando quis mutuat alteri centum ducatos mox in suis necessitatibus expendendos sub hoc pacto, quod dicti centum ducati lucrentur sicut consimiles centum ducati apud Titium mercatorem legalem lucrabuntur, vel perdent, quia iste contractus vsuram vt per sapit Anton. in tract. de vsur. cap. 2 § 16 n. 31 quod probatur per rationes per eum, ibidem latè adductas vbi videas.

Amplia septimò, extenditur quando quis mutuat alteri pecuniam, & simul vendit aliquid mobile, vel immobile plus petens ab eo iusto pretio ratione mutui, quia ille contractus vsurarius est, vt in cap. fœneraueris 14. qu. 3. & vide multos circa hunc contractum errare mutuantes pecunias, & simul suas mercantias plus iusto pretio in certo termino soluendo vendentes, quod sæpissimè esset concionandum, vt gens ab hoc tam graui scelere abstineret.

Amplia octauò, procedit dicta conclusio quando aliquid mutuauit certam pecuniæ quantitatem aliqui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas recepturus aliquid vltra sortem pro eo, quod suscepit in se periculum pecuniæ, quia ille talis vsurarius est censendus tex. est in c. nauiganti, extr. de vsu.

Amplia nonò, idem censendum est quando aliquis mutuando recipit aliquid in pignus mobile vel immobile, & intendit recipere vtilitatem aliquam ex vsu illius pignoris ratione mutui puta recipit dominium in pignus, vel agrum, vel equum, vel vestem & fructum horum percipit, quia tunc vsura est, & tenetur restituere pretium vsus illius pignoris ipsi nauiganti, seu in partem sortis computare, vt in c. 1 de vsu.

Limitatur nunc primò, quando mutuatarius quid honestatis gratiare donat. mutuanti qui cum primo mutuans ex beneuolentia, & non propter temporale commodum mutuasset si post modum is, qui mutuum recipit gratia, & liberaliter ei aliquid dat potest prædictus mutuans illud licitè recipere quia ibi nulla est vsura, neque est peccatum dicta receptio, ita Dom. de Sot. de iust. & iure, lib. 6 quæstio. 1 art. 1 & Anton. de vsur. cap. 2 n. 3 & is probatur in c. de Eulogijs, 14 dist. & c. sicut, 1 q. 2.

Limita secundò, in mutuo non committitur vsura quando id quod recipitur aliàs debitum erat etiam si ex conuentione mutui id recipiatur nempè dum debitori mutuatur, vt debitum soluat: nam illud non est pretium rei mutuatæ, sed recuperatio rei debitæ, ita Fum. in sum. in verb. vsur. n. 2 & Sot. lib. 6 qu. 1. art. 1 & Thom. demer. in sum detractos contractos cap. 10. in Opùsculo de arriendamientos prestamos vsuras fol. mihi 100.

Limita tertiò, in mutuo non committitur vsura quãdo mutuatur ad captandum amorem, vel beneuolentiam, licèt postea ex illo amore seu beneuolentia mutuans consequatur à mutuatario beneficium aliquod, quod tamen verum intelligas quando ex beneuolentia, & amore ex mutuo concepto postea beneficium consequitur ratio est, quia beneuolentia sub æstimatione pecuniæ non cadit ita s. Thom. 2. 2 qu. 78 in resolutione tertij arg.

Limita quartò, qui recipit ex mutuo interesse ratione damni emergentis, vel lucri cessantis vsuram non committit Peguer. in decis. 31.

DE ADVLTERIIS, ET ALIIS coniunctionibus illicitis.

CVm delictum adulterij, vel alij illiciti coitus ita frequenter committitur sicuti crimen vsuræ, propterea post titul. præcedentem proponitur in præsenti iste de adulterijs, qui diuiditur in 5. partes, in prima tractatur de adulterio: in 2 de incestu, & sodomia: in 3 de stupro: in 4 de raptu: in 5 de simplici fornicatione: secunda ibi eadem: tertia ibi, quod si quis: quarta ibi, maior: quinto ibi demum.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius rubricæ intelligentia nota quod adulterium est alieni thori violatio cap. non mœchaberis vigesimatertia quæstione sexta. Vnde dicitur, Adulterium quasi alterius thorũ, capit. accessio, trigesima sexta quæstio prima. Et quandoque est simplex, scilicet quando solum alter est solutus aliquando duplex quando ambo sunt coniugati. Et sic adulterium fit quatuor modis, quando scilicet vir coniugatus ad mulierem coniugatam accedit, secundò quando solutus ad coniugatam accedit, tertiò, quando coniugatus ad solutam, & quartò secundum quandam iuris interpretationem, quando nõ sistitur intra limites matrimonij, sed libidinis furore remittitur in suam, & si esset aliena, vel mulier respectu viri, vnde ardentior in suam est aliqualiter magis adulter quam cum aliena, & sic intellige cap. origo vigesimatertia quæstio. 4. Vtrum mulier possit sibi filios de adulterio susceptos hæredes instituere dic quod sic, quia quilibet potest sibi hæredem instituere, quia non prohibetur reseruata legitima parte suis liberis: hoc verum, nisi repugnet consuetudo regionis pater tamen non potest hos filios instituere.

Vtrum adulter, teneatur ad restitutionem damnorũ, & expensarum, quæ maritus inuenerit ex filio nato in adulterio. Dic quod sic si hoc scit, aut verisimiliter credit, & mater satisfacere non potest, aut non vult, quia causam damni efficienter dedit, sed de hæredita-

te,

te, vel dote si dotaretur à patre putatiuo teneri videtur ad arbitrium boni viri attentata sua facultate. Si autem dubitat adulter ex eo quod mulier sit leuis, & cum alijs adulteratur, vel etiam quia ipsemet dubitat vtrum sit eius vel mariti, relinquatur iudicio Dei, nec de restitutione grauatur, quia iudicis est in re dubia certam sententiam non proferre ibidem Doctor. tenetur autem de consumptissima. Spurio de hæreditate autem hæredibus viri ab intestato, vel hæredibus scriptis: vel quibus verisimiliter credit quod reliquisset: quod si non scitur pauperibus largiatur c. hoc videtur 22 q. quinta, & in hoc cõsensit Hosti. vtrum adulterium cõmitti possit sine dolo qui scilicet esset calliditas, & machinatio ad circumueniendum fallendum quæ lege 1 ff de dolo dic quod loquendo de adulterio, quo ad culpam sine dolo committi potest ex metu, siue ignorantia, vel errore iuris, nisi ignorantia esset facti, puta quia credidit virum eũ qui erat adulter, nisi etiam adsit coactio absoluta non cõsentiẽte mẽte, quia tunc est sine culpa, sed quo ad pœnã legis committi non potest sine dolo, vt patet in l. si ex lege, ff de adulterijs, vbi errantes in iure excusantur à pœna incestus, & adulterij facit cap. lucretiam alias est sub cap. proposito 20 quæst. 5 quod non intelligitur secundum glos. in dicto capit. quo ad culpam sed tamen Panor. in c. si necesse sit de do. post. diuor. rest. distinguit quia aut loquitur de pœna corporali, aut perditionis propriè substantiæ vt dotis, seu donationis propter nuptias, & sic excusat error etiam iuris, vt in l. si adulterium, ff de adulter. & licèt Io. Andr. in d. c. si necesse teneat contrarium, quod error iuris non excusat à pœna tamen Bart. in l. qui contra C. de incest. nupt. est cum Panor. quia non est in dolo, qui erat excusat similiter à dolo metus etiam conditionalis, vt in dicto cap. proposito sed quæritur vtrum metus conditionalis mulierem ab adulterij pœna excuset, dic quod si mulier est violentiam passa vi precisa indubitatè pœnam nullam debet pati quinimò, nec vllam maculam peccati contraxit. Sed si vis aut metus conditionalis, licet contraxerit aliquod peccatum, & digna sit aliqua Pœnitentia; quia ad minus affuit aliquis consensus adulterij tamen pœnam non debet pati, & sic dote priuari non debet, & mariti consortio quod expresse probatur in l. vim passam, & in l. si vxor, § si quis ff de adulter. & ita est text. in ca. in luctum iuxta glos. fin. 34 quæst. 2 & in cap. inebriauerunt 15 q. 1 quod non solum metus illatus excusat à pœna adulterij, sed etiam pudor, & verecundia quædam in clamando maximè noctis tempore à viro præsertim potenti oppressa, quia ibi cessat dolus, qui requiritur ad pœnam adulterij incurrẽdam de quo notabiliter in dicto capit. Lucretia iuxta glos. & veri facti contingentia, quia illa Lucretia nobilis, & pudica propter ignominiam, & confusionem vitandam exposuit se libidini filij Tarquinij Regis nec fuit iudicata adultera ab Augusto viro optimo, & doctissimo, sed de castitate mentis commendata, vt ibi intelligit glos. Et licet quo ad Deum non fuerit immaculata quia coacta voluntas non excusat in maleficijs, sed debet quis prius omnia mala pati, quam peccato consentire, tamen excusata fuit ab adulterio quo ad pœnam legis cum non committatur sine dolo. Ad incurrendam autem pœnam adulterij requiritur dolus, qui per metum excluditur. & ita videtur firmare Bart. in l. quod Nerua ff de cõsit.

Sed pœna tam viri quam vxoris adulterij secundum glos. in cap. tuæ de procuratoribus, cui d mulieri olim erat pœna capitis, vt in l. castitati. C. ad lib. Iul. de adult. Hodie verò prius verberata retruditur in monasterio Aut. sed ho. eod. tit mulier etiam perdit dotem & vir donationem propter nuptias si matrimoniũ separatur per sententiã iudicis eccl. alias nõ, Ab. in ca. plerumque de do. post diuor. rest. & Panor. ibidem, vbi etiam tenet quod si adulterium notorium est, tunc cum possit vir propria authoritate vxorẽ expellere luciatur, quia si peteret obstaret ei exceptio adulterij, perdit etiam mulier donationem propter nuptias, quam ex pacto, vel statuto lucrari debeat soluto matrimonio. Bona verò paraphernalia nõ perdit, quia in pœnis verba debent restringi reg. odia. de regulis iuris in sexto, de Franch. in decisione 184 & in decisione 421.

Adulterij appellatio est generalis, propriè tamen in nuptam committitur, & quæ sit adulterij pœna. h. d.

ADulterij generalis [a] est appellatio: continet enim non modò alieni thori violationem, sed omnem propè [b] illicitam fornicationem. Propriè [c] tamen adulterium in nuptam committitur Pœ-

Et adulterium dicitur notorium quando publicè dicitur adultera, vt quando ita stat. in domo cum publico concubinario, & conuincitur notoriè de adulterio, quando habet eam in mensa, in domo & in lecto, vt in cap. fin. & cap. tua de cohabit. cleric. & mulier. & in l. furem, ff de furtis, & in l. capite quinto, ff de adulter. quod adulterium dicitur notorium, quando vir, & mulier deprehenduntur in latebris se occultantes, & huiusmodi actibus propinquis adulterio.

ADulterij. CASVS. Quidam cognouit vxorem cuiusdam sui amici, & cum iudex ecclesiast. vellet ipsum grauissima pœna punire ob damnum, quod in repub. posset inde oriri. argum. l. quædam, ff de pœ. fuit quæsitum quid iuris. Sol. vt hic habetur quia in delictis puniendis, à lege, siue ab homine multa debent obseruari ar. cap. sicut, de hom. & ideo non semper est ead. pœna imponenda, non obstat obiectio, quia aliquando etiam ipsa verificatur. No. argum. istius vocis quodlibet vocabulum dicitur habere duo significata. Not. 2 pœnam respectu eiusdem delicti variari secundum varietatem personarum.

a ¶ Generalis.] 32 q. 3 c. nemo, & q. 5 cap. non mœchaberis, & l. inter liberas, § 1 ff eo. & l. inter stuprum, ff de verb. signif.

b ¶ Propè.] Hoc ideò quia etiam generaliter sumendo verbum non continet omnes species fornicationis illicitæ & de his habes 36 q. 1 c. lex illa.

c ¶ Propriè.] l. inter liberas, § 1 ff ell. inter stuprum, ff de ver. sic.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro intelligentia huius tituli nota quod adulterium in iure dupliciter sumitur largè scilicet, & generaliter pro quocunque illicito coitu, inspecialiter, & strictè pro concubitu soluti cum soluta arg. tex. in cap. lex. illa 36 quæst. 1 quam in præposito adducit Bermon. de public. concub. in rubric. de fornicatione num. 1

Et secundum istam distinctionem fornicatio alia simplex, & alia duplex, fornicatio simplex est coitus soluti cum soluta, vt inquit D. Thom. in 4 sent. distinct. 41 Turrecrema. in cap. sic nu. 1. 32 quæst. 4 Bermond. rubric. de fornicat. num. 3 & sic vt fornicatio dicatur simplex soluta, debet esse à quolibet vinculo con-

iugij consanguinitatis affinitatis ordinis Religionis, seu voti, sicut declarat. Sylvest. in summa in verb. luxuria vers. fornicatio.

Duplex autem fornicatio dicitur ea, quæ sit cum cõiugata, vel cum soluta, & coniugato, aut talibus personis cum quibus de iure, nuptiæ esse prohibentur secundum Bermon. vbi supra ead. rubric. de fornicat. num. 3 & sic fornicatio quæ committitur cum coniugata dicitur verum, & proprium adulterium, quod nihil aliud est nisi illicitus coitus cum vxore, sponsave aliena perpetratus Berm. de public. concub. rubric. de adulter. nu. 1 vbi quod secundum summistas, adulterium dicitur alterius tori violatio contra pactum coniugale Mencoh. cons. 249 lib. 3 Gram. in sintagm. iur. l. 36 c. 9 Vegius cons. 92 n. 2.

na in laico * excommunicatio [a] in clerico depositio [b], vel in vtroque

Diciturque adulterium quasi transitus ad alterius torum, vel transitio tori vnius ad alterium secundum Hostiens. in sum. rubric. de adulter. § quid sit adulter. numero. 1 Vital. in tit. de adulter. numero 1 Ang. in l. 1 in fin. C. de adulter.

Et sic præponas regulam, adulterium nempe, & damnum, & punibile esse, imo & grauissimum, & detestabile secundum Roman. in l. transigere, nu. 4 & 5 C. de transact. vbi dixit adulterium esse maius delictum, quam homicidium, & quam alia crimina, non ex eo quod pro illo maior pœna imponatur, sed quia ex illo homicidia, & multa alia delicta nascuntur, & probat text. in capit. quod in omnibus 32 q. vbi ad litetam dicitur quid in omnibus peccatis adulterio grauius, item, & text. in § 2 in authen. de Monac. & ibi Ang. per illum text. notat. pessimum esse vitium vxorem alterius adulterare, & Tiraquel. in l. 13 glos. 1 de legibus connub. vbi dicit adulterium esse peius periurio, in adulterio inesse maximam iniquitatem, & ex eo maxime Deum irasci posse, ita Berber. in pract. rubr. 2 de adulter vbi pariter quod ex adulterio omnia fere crimina proficiscuntur ad quę & alia similia in detestatione adulterij, & illius grauitate, & atrocitate. vide Iodoc. in pract. crim. c. 59 rubr. de adulter. n. 1 & 14.

Quod quidem adulterium apud antiquos, & ante leges ciuiles, & canonicas, & sic de iure gentium, varijs modis puniebatur, nam apud Arabes adulterium morte puniebatur, & quidam Tenedius Rex legem tulit in adulteros, & vtriusque corpus securi occideretur, eiusque legis exemplum in filium edidit, & sic Longobardi adulterium morte suis legibus puniunt, vt in tit. de adulter. in Longabar. apud Lydos. si mulieres post coniugium deliquissent nulla spes veniæ erat.

Amplia, vt ex lege etiam veteri, & Mosaica & iure diuino adulter, & adultera morti adiudicarentur, vt scribitur Leuit. 20 & Deut. 22 Daniel. 13 genus autem mortis erat lapidatio.

Amplia secundò, vt etiam de iure Ciuili adulterium, & prohibitum, & punibile esse, de iure tamen forum erat pœna deportationis pro vt est textus (qui etiam quod plus est loquuntur in adulterio cum incestu) in l. si quis viduam, ff de q. & ibi glos. in figuratione casus.

Contra quod etiam de iure Digestorum esset pœna mortis & quod in d. l. si quis viduam sit intelligenda dictio saltim, hoc est vt ad minus sit pœna deportationis in ignobibili autem sit pœna gladij, pro vt dicit text. in l. quamuis C. de adulter & sic quod d. l. si quis viduam, non corrigatur per d. l. quamuis sed quod vna videlicet d. l. si quis viduam loquatur in persona nobili alia vero videlicet l. quamuis loquatur in ignobili voluit in substantia glos. in d. lib. si quis viduam in verbo deportandus nec ab ea dissentit ibi Bart. num. 1 Marsi. num. 26 vers. restat solum.

Amplia tertiò, etiam de iure Canonico secundum, quod laicus tam masculus, quam fœmina pro adulterio excommunicantur c. intelleximus extra de adulterijs Hostiens. in summma § quæ pœna Tiraquel. de legibus l. 13 glos. 1 Clar. in § adulterium n. 7 vers. de iure autem canonico.

Amplia quartò, in cleric. qui de iur. ca. pro adulterio deponitur, & in monasterium detruditur prout est text. in c. si quis clericus, & c. Romanus 81 distin. Io. Fab. in § item lex Iulia n. 3 vers. de iure vero canon. Imo punitur etiam clericus, qui adulterium non commisit, sed illud commisisse gloriatur quorum pœna apud eos secundum Theologos grauissima reputatur, & in capite quam sit extra de excessibus prælat. not. Ab. in cap. cum semper extra de confessis vbi dixit, quod clericus, qui publicè gloriatur de dilectis commissis per illos potest puniri à suo officiali absque alia accusat. & refert hæc Bermon. in tractat. de public. concub. rubr. de adulter. n. 88.

Amplia quintò, vt adulterij pœna habeat eum locum in eo, qui ad adulterium committendum suam domum accõmodat 2 Host. in summa de adult. § quis possit accusari, & ita Azo. in eadem sum. ad lib. Iul. de adulter.

Quæ quidem pœnæ de consuetudine totius Italiæ recesserunt ab aula, quia pro adulterio imponitur solum extraordinaria pœna & quidem modica imo dicit Vulpell. consil. 94 quod adulteria sine aliqua aggrauanti qualitate nostris temporibus soli Deo punienda relinquunt, vt refert. Baiard. ad Clar. in § adulter. n. 55 5. forz. de restit. in int. q. 81 vbi quod de communi consuetudine est obseruantia) Italiæ præsertim) pro adulterijs pecuniaria tantum pœna imponitur, vt voluit de Franc. decis. 240 vbi plures authores allegat.

* In laico) Ergo adulterium est crimen Ecclesiasticum seu fori Ecclesiastici quod verissimum est de iure communi Canon. vt habetur in c. 1 de offic. Ordin. & ibi Gloss. in verb. secundum Canones. & confirmauit Concilium Tridentinum sess. 24 c. 12. at apud nos aliud obtinet tantum enim abest quod crimen huiusmodi sit nobis mere ecclesiast. vt ne quidem mixtum reputemus sed priuilegiatum & fori secularis Gloss. pragmat. sanct. § & cum omne in verb. pertinet de concubinarijs ratio est quia vltimo supplicio venit puniendum, l. quamuis § fin. Cod. ad l. Iul. de adult. est tamen aduertendũ quod adulterium quinque paruæ inueniuntur à iure statutæ prima separatio tori & quoad istã imponendam est solũ fori Ecclesiastici c. tuæ de procurat. c. 1 de offic. Ordin. c. at si clerici § de adulterijs, de iudic secunda detensio in monasterium & pro ista aditus iudex laicus auth. sed hodie Codice de adult. & Ecclesiasticus, capite gaudemus de cõuerf. coniug. tertia quod adulteri scinduntur in paruis ante & retrò & pro ista aderi potest etiam judex Ecclesiasticus cap. de benedicto 32 quæstione prima quarta excommunicatio & ad istam debetaderi Ecclesiasticus, capite intelleximus de adult. quinta pœna est sanguinis quæ est fori tantum secularis, capite sent. ne clerici vel monach. Gloss. pragm. sanct. vbi supra. SOLIER.

a ¶ Excomm.] 27 q. 1 c. si quis episcopus. no. in cap. lator. 2 quæst. 7

b ¶ Depositio.] 17 q. 1 c. si quis episcopus, & per Ab. & alios in cap. vt clericorum, & in capite peruenit, de adulter. & latius in capite at si clerici, de iud. licet quidam modernieres disputent contrarium vt per Pau. Ghirl. in tractat. de pœnit. omnif. coitus

quæst. sexto.

a ¶ Certæ.] Quia scilicet laicum pœnitere debet septem annis, clericus decem 83 dist. cap. Presbyt. & 27 q. 1 cap. denotam,& 33 qu. 2 cap. hoc ipsum, & hoc intellige in foro pœnitentiali.

Eadem. CAsvs. Quidam pessimi viri commiserunt non tantum delictum incestus, sed etiam sodomiæ, & bestialis coitus, vnde fuit quæsitum an debeant puniri eadem, vel maiori pœna, qua punitur adulterium: sicut enim delicta ista specie distinguuntur, vt de se patet, ita quoque hoc idem videtur dicendum de pœna: Cæterum sol. prout hic legimus,quia in impositione pœnarum non tantum natura delictorum, sed etiam multa alia sunt consideranda,vt frequentia, scandalum,& similia,& ideo obiectio non videtur aliquid concludere. Not. quod res omninò diuersæ aliquando eodem iure censentur, facit c. 1 de falsis. No. 2 quodincestus,& reliqua delicta etiam huius tit. dicuntur, esse contra naturam humanæ societatis.

Ia. Bap.

certæ [f] pœnitentiæ impositio.

Arbitraria est pœna incestus, sodomiæ, & rei habitæ cum brutis. hoc dicit.

Eadem, vel etiam pro iudicis arbitrio [b] maior, aut minor eos manet pœna, qui incestum commiserunt. Vt putà, cùm qui contra naturam humanæ societatis [c] parentibus, vel liberis, vel aliis eiusmodi personis impudicè adhærent,aut si cum illa,quam quis de sacro fonte [d] susceperit, aut quam ante Episcopum tenuerit, cùm sacro chrismate iungeretur fornicationis scelus perpetrauerit, aut cùm relicto naturali vsu contra naturam more sodomitico [e] fornicabitur, aut humani generis naturam trangres-

b ¶ Arbitrio.] Nota horum delictorum pœnas esse arbitrarias, vt not. in cap. hoc ipsum. 33 quæst. 2 vnde sumitur.

c ¶ Societatis.] Immò non solum natura hominum hoc reformidat: verum etiam quorundam brutorum.

d ¶ Sacro fonte.] Cap. si quis à matre 33. q. 2 vnde sumitur, & 30 q. 1 cap. omnis.

e ¶ Sodomitico.] Non exprimitur hic de masculo,vel fœmina: quia in vtroque passiuè dicitur posse committi sodomia,vt per Abb. in cap.in Archiepiscopatu, de rapt. post gloss. in cap. omnes32 qu. 5 & de hoc in cap.clerici, de excess. præl. Illa autem ratione contra sodomiticos procedit Ecclesia, quia huiusmodi crimen est contra naturam, quo casu Ecclesia vindicat sibi potestatem non solum in laicos: verum etiam in infideles, & sic etiam procedit contra Iudæos ratione criminis vsurarum,vt not. in § Iudæi suprà titul.prox. & per Inn. in cap. quod super, de vot. & per Abb. in d. cap. clerici, & sodomitas puniuit Deus, licèt non essent de populo electo, & Israëlitico, vt in Genes. cap.19. ergo & eodem modo eius vicarius.

ALOYSIVS RICCIVS. Arbitraria est pœna incesti sodomiæ, & rei habitæ cum brutis, hoc dicit de quibus gradatim videbimus, & sic incestum nihil aliud est, nisi consanguineorum, vel affinium abusus text. est in cap. lex illa § cum ergo 36 qu. 1 Diaz. in prac. crim. can. c. 84 in verb. incestum, quod quidem duplici modo committitur, videlicet cum matrimonio, & sine secundum Azonem in Summa ad leg. Iul. de adult. And. de malefic. in verb. che hai adulterato la mia donna, nu. 66 vers. cum matrimonio Cabal. resolut. crim. cas. 200.num.1 vbi quod hæc est communis Doctorum distinctio.

Et sic pœna incestus sine velamine matrimonij commissi est eadem pœna quæ est adulterij l. miles qui § militem, ff de adulteriis gloss. in l. si adulterium cum incestu in verb. si adulterium,& in l. inter liberas in verb. nomine versic. item incestu, ff ad l. Iuliam. de adult.

Verum an hæc adulterij pœna quæ etiam pro incestu punitur sit mortis naturalis, an vero mitior, magna fuit inter Doctores controuersia.

Prima enim fuit opinio,quod pœna incestus sit pœna mortis sic enim talis pœna adulterij prout dixi in § præcedenti, & in l. quamuis, C. ad l. Iul. de adult. ita etiam pro incestu debet esse pœna mortis prout in specie sic dixerunt Alberic. in l. si adulterium, § stuprum Menoch. de arbitr. qq. lib. 2 cas.502 Foller. in pract. crimi. part. 6 fol. 366 col. 2 in princip. ET in Vrbe habemus statutum lib. 1 capite 50 in quo incestus etiam sine adulterio commissus vsque ad secundum gradum inclusiuè, tam in mare, quam in fœmina mortis punitur.

Secunda fuit opinio, quod pœna incestus de iure communi non sit mortis; sed deportationis, & sic mitior probat Alex. cons. 229 numero 15 libro 6. vbi alios refert Cuman. cons. 154. column. 2. Foller. in pract. crimin. part. 6 fol. 379. ita etiam Vincent. de Franch. in decis. 378 part. 2 vbi testatur de veriori,& equiori sententia, & quod ita in illo consilio fuit iudicatum Thesaur. decis. Pedam. 100.

Et quia deportationis pœna hodie non est in vsu ideo pœnam hanc arbitrariam esse dixerunt Bald. consil. 429 in fin. libro 5 Gom. in l. tauri 80 numero 15 per totum vbi arguit pro & contra, & postea sic concludit pœnam esse arbitrariam, Cabal. resolut. crim. cas. 200 num. 23.

Et hanc sententiam, quod pro incestu non sit ponenda hæc pœna tanquam veriorem, & magis communem in iudicando omninò amplectendam esse credo, nisi fuerit commissus cum ascendentibus, vel descendentibus.

Prout etiam dicimus de incestu cum adulterio commisso nam si esset imponenda pœna mortis sequeretur quod semper pro incestu deberet imponi pœna mortis quia nunquam datur incestus (excepto coitu meretricio) sine adulterio aut stupro, prout optimè Caball. resolut. crim. cas. 200 num. 11 & seqq. & ideo Vincent. de Franch. in decis. 378 part. 2 testatur quendam scelestum hominem, qui commiserat stuprum cum incestu in duas sorores germanas, & virgines quæ erant ipsi consobrinæ fuisse deportatum, & mulieres in monasterio detrusas, nec dissentit Caball. resolut. crim. cas. 200. his præmissis Regulam firmo, quod incestus pœna deportationis, seu potius arbitraria punitur, quæ quidem regula satis ex prælegatis remanet comprobata.

sus sese brutis [a] commiscuerit.

Quæ pœna sit stuprantis mulierem, & honestè viuentem, & virginem defloran-tis. hoc dicit.

Quòd si quis stuprum * admiserit multum intererit, vtrum cum muliere honestè viuente rem habuerit, aut virginem defloruerit. Primo enim casu stuprator pœnitentiæ [b] subditus, pecuniaria etiam pœna [c] coërcendus erit. Posteriore verò dotata

Pœna tamen Sodomiæ est mortis naturalis, prout est text. in l. cum vir. ibi armari iura gladio vltore, & ibi notant communiter Doctores omnes Cod. ad leg. Iul. de adulter. Item est tex. in auth. vt non luxurietur contra naturam § propterea, & ibi gloss. in verb. legibus, & in verb. supplicij, & Ang. in summario Odofred. in libro 1 § remouet, numero 5 in verbo passus est, ff de postulando. Item est text. in § item lex Iulia. instit. de public. iudic.

Amplia primò, vt pro hoc crimine non solum, imponatur pœna mortis, sed etiam post mortem igne concrematur, prout docet Bermon. de public. concub. rubri. de pœn. Sodom. numero vigesimo nono Conrad. Rubric. de sodom. post. numero quinto. Iodoc. in pract. crim. cap. 96 num. 13 Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 86 lit. A. in verb. detestanda.

Amplia secundò, quia etiam de iure diuino crimen hoc execratur, & grauissima mortis pœna punitur, prout communiter tradunt omnes Doctores allegati supra Baiard. ad Clar. § sodomia numero septimo, & quandoque etiam stante Nobilitate Personæ absque pœna ignis huius criminis reos vidi capite obtruncatos.

Amplia tertiò, quia sodomita dominio rerum suarum ipso iure priuatur vt Aretin. in § item lex Iulia. num. 2 lit. C. in fin. Monteleon. part. 4 fol. 201 numero 494 Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2 casu 286 & bona etiam ipso iure confiscantur, vt per suprà allegatos habetur authores. Item sodomita est infamis, & infamiam incurrit ipso iure, vt post alios quos allegat probat Misinger. in § item lex Iulia. num. 11.

Amplia quartò, quia occidere licèt eum, qui alterum sodomitare tentauerit, vt in nostris collectaneis diximus.

Amplia quintò, etiam in clerico, qui pariter de iure Canonico per hoc crimen beneficiis priuatur deponitur, & in Monasterium detruditur text. est in capit. clerici, & ibi norant omnes canonistæ extra de excessibus prælatorum.

Imò quod clerici pro hoc crimine degradari possunt, & potestati sæculari tradi, & capitali supplicio puniri ex vigore Bullæ Pij V. in ordine quinto in vers. si quis crimen nefandum, quod intellige siue clerici fuerint sæculares, siue regulares, cuiuscunque gradus, & dignitatis Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. capitulo 86 lit. C. in verb. curiæ traderetur, quod procedit etiam si vnica tantum vice hoc crimen commiserit nonobstante, quod in Bulla Pij V. videatur requiri frequentia actus propter verbum exercere, & ad hoc ponderari potest tex. in cap. mulier 15 q. 1 Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. cap. 86 lit. C. in verb. Curiæ traderetur, quod intellige quando Clericus committit culpam sodomiticam in anum: secus si sodomiticum actum committat contra naturam alio modo per pollutionem extraordinariam secundum Lopez. loco citato Caball. resol. crimin. consil. 16 numero 11. Quaran. in summa Bullarum in verb. sodomia in add. 2 limit. vbi plures limitationes, atque ampliationes ponit ad Bullam prædictam Pij V.

Verum vltra supradicta omninò est, videndus maximi Ingenij Vir Domin. Ioan. Maria Nouarius in Pragmatica Regni 1 de Sodomia.

a ¶ Brutis.] 13 quæst. 1 cap. mulier.

* Stuprum.] In Gallia simplex fornicatio impunis est, Rebuff. in prœmio Constit. Regiar. Gloss. 5 numero 108 contra § item Lex Iulia. instituit. de public. iudic. & capite primo de adulter. nisi Tutor, Pupillam stuprauerit, *Laroche* in decretis, lib. 4 titul. 9 articul. 12 in verb. *Tuteurs*, aut Custos carceris incarceratam. Guid. Pap. quæstione 448. numero tertio, & Boër. quæstione 317. SOLIER.

Quod si quis. CASVS. Quidam cognouit quandam virginem, ac etiam & mulierem honestam de consensu ipsarum, & cum inde voluisset ipsum punire, prout cauetur: dicebat iste non esse dignum aliqua pœna, quia quoad Ecclesiam nullam inde fuit ortum scandalum: & quoad partem delicta mutua compensatione tolluntur, cap. fin. eodem. Sol. tamen prout hic legimus, quia alias delicta remanerent impunita, & daretur occasio delinquendi: Non obstant obiecta, primò quia non semper imponitur pœna ob scandalum natum, sed ob iniuriam quoque factam: secundò quia huiusmodi mulieres quam facillimè decipiuntur. Not. quod virgo, & mulier honestæ vitæ æquiparantur. Notat. secundò, quod pœna potest alternatiuè poni. Not. tertiò quod pœna, quæ parti est applicanda debet esse secundum quantitatem damni illati. *Io. Bap.*

b ¶ Pœnitentiæ.] De quanti. supra eod. in princ. in verbo certæ pœnæ.

c ¶ Pecuniaria etiam Pœna.] Iuxta qualitem s. facti, & personarum conditionem, vt per Dom. & Abb. in cap. vt Clericorum, de vit. & hon. cle. & per Abb. in capit. licèt de pœn. nec tolleretur istud arbitrium, vel alia pœna certa iuris canonici, vel ciuilis, si statutum imponeret aliam pœnam, Doct. in capite primo eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti §. author ponit pœnam stupri, quod in specie sumptum nihil aliud est nisi virginis illicita defloratio cap. cum ergo 31 quæst. 6 & capit. lex illa 36 quæstione prima. Soccin. in rubric. extra de adulter. num. 5 Hostiens. in sum. de adulter. num. 8.

Diciturque stuprum quasi prauum studium deceptoriæ, vel adulatoriæ consueuerunt virgines appellari prout dicit Hostiens. in cap. peruenit num. 2 extra de adulter.

Et committitur non solum cum virgine, sed etiam cum vidua ter est expressus in § item lex Iulia. de adulteriis, & ibi gloss. in figuratione casus, & in verb. vidua Aretin. numero secundo. Misinger. numero 12 vers. stuprum verò.

Tale verò stuprum in vidua commissum, quod puniatur pœna pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti, & conditionem personarum voluit Ghirland. de pœn. omnifar. coit. quæstione septima, numero tertio in fin. vers. si verò cum vidua Bermon. de public. concub. rubric. de stupro n. 17 vers. tenebitur. tamé

benè verum est, quod de consuetudine stuprum in viduam commissum sine vi impunibile esse testatur Lop. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. can. capit. 83. in verb.stupri lit.A. vbi propterea infert ad clericum carnaliter cognoscentem viduam, quod non teneatur pœna stupri,sed pœna simplicis fornicationis, & sic pœna arbitraria Gomez in l. tauri 80 num. 14 versic. hodie tamen Clar. in pract. § stuprum nu. 4 versic. certum vbi testatur, quod nunquam videt aliquem puniri pro stupro commisso in vidua Ioseph.in decis.Lucen. 61 num. 22.

Stuprator tamen virginum de iure Canonico stupratam mulierem dotare, & in vxorẽ tenetur ducere Text. ferè ad literam in cap. 1 extra de adulter. & ibi notãt communiter post glos. omnes Canonistæ Marian. Socin. in cap. 2 num. 6 ext. eod. vbi quod hæc duo copulatiuè requiruntur quod s. stuprator ducat stupratam in vxorem , & eam dotet testaturque, quod ita dicunt Doct. Salyc. in leg. cum qui duas num. 3 C. ad l. Iul. de adulter. Caccialup. in reper. l. si qua illustris sub num. 26 C. ad orphic. Hostiens. in summa de adulter. nu. 11 ver. sed secundum Canones.

Amplia quod si stuprator non vult puellam in vxorem ducere verberibus castigatur à iudice, prout ei visum fuerit, & excommunicatus in Monasterio detruditur ad agendam pœnitentiam , secundum Platea in § item lex Iulia. de adult.col.fin.vers. aut si stuprator,quod intelligo etiam quod ei dotem dedisset, quia adhuc vltra dotem punitur pœnis prædictis secundum Socin.in cap. primo in summario extra de adulter. & in ca.2 nu.6 extra eod. & ibi eam Abb.nu.3 vbi benè loquitur Card.Zabarel. nu.1 in prima oppositione Anton. Gomez in leg. tauri octauagesima,nu. 8 & 9 vbi etiam quid si stuprator est tam pauper,vt non possit dotem dare, & dicit quod isto casu condemnatur stuprator in pœnam exilij,& pecuniariam fisco applicandam.

Quantitas vero dotis constituendæ à stupratore puellæ stupratæ arbitrio iudicis remittitur,& in quibus cõsistere debet hoc iudicis arbitrium benè declarat Menoch. de arbitr.qq.lib. 2 casu 288 vbi plures authores allegat.

a ¶ Dotata virgine.] Id est, assignata donatione propter nuptias,vel propriè meminit de dote , quia stuprator dabit pecuniam mulieri , quam retinebit sibi pro dote,quod fieri potest.l.si quis vxori,ff de donat. inter vi.& vxor.& l. 2 C. de dot.caut. non no. & si cum ea stuprator non contrahat , nihilominus mulier habebit eam, cap.1 eod. vnde sumitur , & ibi not.

b ¶ Iuxta modum.] Qui æstimabitur iuxta facultates illius, & dignitatem puellæ,l.pen. C. de epi. audien. sed quamuis C.de rei vxor. actio, & l. siue generalis,ff de iu.do.& 30 q. 5 c.nullum , hæc olim fuit pœna in Exodo,hodie alia secundum leges,vt not.in c.1 & 2 eo.

c ¶ Castigatus.] Ad arbitrium iudicis capit. 1 & ibi not. eod. vnde sumitur, licèt seuerius de iure ciuili agatur, quæ pœna seruabitur in suo foro.

d ¶ Excommunicatusque.] Quoad communionem sacramentorum quousque visum fuerit superiori , finaliter tamen non compelleretur eam recipere , sed quia illam decepit , ad tempus punietur, vt not. in cap. 2 eod.

e ¶ Retrudetur.] Hanc intrusionem euitare poterit dotis constitutione, secundum Innoc. licèt non vitetur pœna corporalis , & excommunicatio , licèt sententia Inn. videatur refragari literæ in cap. 2 eod.vnde sumitur.

Maior. CASVS. Quidam clericus iuuenis in minoribus constitutus ordinib. captus amore cuiusdam pulcherrimæ mulieris Deo dedicatæ data opportunitate eã rapuit , & cognouit , & cum iudex voluisset ipsum punire graui pœna ipse seipsum excusabat, primò ob eius amorem argument. l. & mulieri, ff de curat.furio. secundo quia id fecit volens eam habere in vxorem , cum fortasse adhuc non esset professa solu. tamen vt hic habetur quia quod est de se malum , non potest aliqua circumstantia fieri bonum , vnde non excusatur ex eo quia erat amore captus , quoniam non propterea dicitur furiosus , quod si esset , posset hæc decisio limitari , nec etiam aliquid valet bona intentio in delictis , cum non sit satis benè velle: Nota 1 quod vna circunstantia aliquando causat nouam speciem delicti , vt est etiam circunstantia loci : Not.2 quod crimen violentiæ, & raptus in rẽb. propriis non committitur : Not. 3 quod crimen raptus cessat , si violentia remouetur , & purgetur. *Io. Bap.*

f ¶ Sæcularium sanctionum.] l. vni C. de rapt. virgi. l. raptores C. de Episc. & cler.

virgine[a] eandem patre consentiente habebit vxorem : si verò pater virginis dare noluerit , aut stuprator eam vxorem habere legibus impediatur, reddet pecuniam iuxta modum[b] dotis , quam virgines accipere consueuerunt.

Renuens habere vxorem à se stupratam, castigatur , & excommunicatus in Monasterium truditur. hoc dicit.

Quòd si , consentiente patre , stuprator ipse corruptam virginem in vxorem ducere renuerit , corporaliter castigatus[c] excommunicatusque[d] in Monasterium ad agendam pœnitentiam, retrudetur[e] de quo nulla erit ei egrediendi sine iudicis permissione licentia.

Raptorum pœna excommunicatio , depositio , & seruitus , cum facultate tamen seipsum redimendi. hoc dicit.

Maior legum seueritas raptores cohibet : nam præter sæcularium[f] sanctionũ pœnas,

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti , § author ponit pœnam raptus , & sic raptus nihil aliud est nisi asportatio mulieris honestæ , & inuitæ de loco ad locum animo eam carnaliter cognoscendi ita Decian. libro octauo , capite septimo , numero quarto, vbi singularia diffinitionis verba , hinc fac regulam quod raptores mortis pœna afficiuntur pro vt est text. in libro primo in princip. Cod. de raptor virg. & ibi Gloss. in verb. capitis supplicio. Bald. in summario in primo , notab. Alberic. numero decimo quinto. Salyc. in summario , & in figurat. casus , numero primo. Concordat. vrbis statutum , libro secundo,

capit.51. Vbi raptores suspendi mandat. Qui raptores non solum pœna mortis puniuntur, vt supra sed etiã perdunt omnia bona applicanda raptæ mulieri, si laica fuerit si verò fuerit monialis applicabitur ipsi raptæ quo ad vsum fructum, donec vixerit post mortem verò monasterio seu ecclesiæ in qua rapta mulier Deo dicata est sic enim quo ad mulierem non Deo dicatam est text. in dict.l.1 in § & siquidem, & duob. seq. & § pœnas autem C. de raptor arg. & ibi gloss. in verb. denunciat, & in verbo transferatur Cyn. num.2 in 2 notab. Bald. in sum. & num.10 & 11 in 10. & 11. notab. & num.13 in 13 notab. & quo ad mulierum raptã Deo dicatam est tex. in l. raptores §. bona autem C. de Episcop. & Cler. Bart. num. 2 Bal. num. 1 in sum. & de iure canonico habemus text. in cap. si quis rapuerit 27 q. 1 Anan. in capitul. fin. num. 1. Quæ quidem amissio bonorum raptores sed etiam auxiliatores afficiat, eos tamen qui in ipsa rapina, & in inuasione operam, & opem præstiterint, secus si non actu rapinæ sed aliàs ante, vel post huius criminis fuerunt consilij ministri susceptores, vel quocunque alio modo ad delictum auxilium præstiterunt, qui non pœna ammissionis sed tantum capitis puniuntur sic enim [ni fallor] credo voluisse Imperatorem in d.l.1 § fin. autem, & in § pœnas autem C. de *rapt. virgin. similis* est text. in l. raptores § pœnas autẽ C. de Episcop. & cleric. & ibi glo. in verbo capitali.

Amplia primò, vt raptores eorumque auxiliatores in fragranti crimine comprehensi possint impunè occidi à parentibus, & consanguineis mulierum rapiendarum l.1 § ne igitur C. de rapt. virg. & ibi glos. in verb. conuicti Cyn. num.1 in 1 notab. Bald. in sum. & num. 5 in 5 notab. Alberic. num.1 versic. item nota consil. 2 num.12 vbi post Cyn. dicit raptores non solum mulierũ, sed etiam masculorum posse impunè occidi.

Amplia secundò, vt raptores sint etiam infames Marsil. in l.1 num.280 C. de rapt. virg. per text. quem allegat in cap. consanguineorum 3 q.4 & in cap. constituimus 3 quæst. 5 & hæc pœna infamiæ est etiam irrogata ex Concil. Trid. cap.6 sess.54 de reform. vbi vult huiusmodi raptores esse perpetuò infames, ac omnium dignitatum incapaces de quo mentionem facit Vinc. opin.679 in verbo raptor.

Amplia tertiò, vt raptus puniatur nedum de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico quia si rapiens est clericus deponitur si est laicus excommunicatur Alber. in l. si quis non dicam rapere in princip. C. de Episcop. & Cleric. Palatea in § fin autem col. 2 ver. de iure Canonic. & habemus text. in cap. raptor, & in capitul. statutum 27 quæst. 2 & voluit Concil. Trident. cap. 6. sess. 24 de reformat. vbi quod laici sunt ipso iure excõmunicati, & Clerici à proprio gradu decidunt à qua pœna rapiens non excusatur etiam si mulierem rapuerit animo contrahendi cum illa matrimonium siue mulier fuerit sæcularis siue monialis, pro vt est text. in l. si quis non dicam rapere, & ibi glos. & communiter omnes C. de Episcop. & Clericis qui text. licèt loquatur in rapiente Sacratissimas Virgines communiter tamen à Doctoribus intelligitur etiam in rapiente virgines non sacras, & est canonizatus in cap. si quis non dicam rapere 33 q.3.

Amplia quartò, & multò magis raptus pœnam intrare in eo, qui virginem immaturam, & non viripotentem libidinis causa rapuerit, & stuprauerit secundum Guid. Pap. decisio.555 Peguer. decis.43.

Amplia quintò, vt prædictæ pœnæ non solum habeant locum in rapientibus puellas virgines, sed etiam in rapientib. nuptas, desponsatas viduas seruas libertinas, & sic tam vides quam nobiles, & alias quascunque fœminas text. est apertus in l.1 in princ. C. de rapt. virg. & ibi glos. in verb. viduarum.

Amplia sextò, quod dictæ pœnæ habent locum etiam si mulier voluerit, & cum consensu illam fiat vt voluit Triuis. decis.40.

anathemate [a] cum suis adiutoribus feriri, aut si clerici sint proprij ordinis, & honoris amissionem substinere debent.

In propria sponsa non cadit raptus & raptus per consensum purgari potest. h. d.

Raptus autem [b] tunc committi dicitur, cum illa de cuius nuptijs nihil actum fuerit antea adducitur. Vnde qui sibi desponsatam, [c] vel [d] parentibus reclamantibus adduxerit, in crimen raptus, & in pœnas minimè incidit. Rapta quoque puella legitimè cum raptore [e] matrimonium contrahet, si

Limita, ad hoc vt pœna raptus propriè dicatur non solum requiritur vis sed etiam, vt mulier transducatur de loco ad locum: & ideo si per vim cognoui aliquam puellam viduam, vel coniugatam, eam prostrando prius in terram, aut aliam similem violentiam sibi faciendo, sed non prius illam transducendo de loco ad locum non pœna raptus sed pœnæ violenti stupri seu adulterij, de quo puniendus est secundum Ab. qui sic aliàs pluribus vicibus in Collegio Bergomensi obtinuisse testatur in l.1 num.9 & 17 C. de rapt. virg. Cuman. cons. incipit Christophorus vbi ponit exemplum de quodam Christophoro qui puellam duodecim annorum cum bestijs, inuentam animo etiam carnaliter cognoscendi cæpit, & per aliquos passus traxit, & in terram proiecit puellæque retinenti, & damnatis puellæ minando mortem euaginatum cultrum direxit, vt taceret, & fineret deflorari sed cum ad hoc ipsa resisteret deflorare non potuit illam quia semen in eius cruribus emisit isto in quam casu concludit Cuman. non intrat pœnam mortis, tum quia non fuit sequuta copia tum etiam quia propriè non dicitur raptus per illam modicam transductionem aliquorum assuum. ita Guid. Pap. sing. 1007. Neuiz. in Sylua nuptial. parte 4. numero quadragesimosexto. Peg. decisione quadragesimasecunda.

a ¶ Anathemate.] 36 q.2 capitul. eos, & capitul. raptores, & capitul. si quis virginem.

b ¶ Raptus autem.] Fac. 36 q.1 lex illa versic. raptus, vnde sumitur, & capitul. pen. de rapt.

c ¶ Desponsatam.] Capitul. penultim. de rapt. Idem fortè, si non fuisset desponsata, sed præcessisset tractatus matrimonij secundum, Ab. in dict. capitul. penult. & in hoc corrigitur seueritas iuris ciuilis, de qua in l. vni. C. de rapt. virg.

d ¶ Vel.] Id est etiam.

e ¶ Cum raptore.) Secundum aliquos canones non poterat raptor contrahere cum rapta 36 q. 2 capitul. de puellis, & capitul. si autem, & capitul. placuit, & C. de rapt. virg. l. vni, § final. hodie autem secus iure communi, capitul. fina l. de rapt. & 36 q.2 capitul. denique, & capitul. tria. Nouissimè tamen per Concilium Tridentinum fuit constitutum quod quamdiu rapta in potestate raptoris manserit, nullum possit inter eos ma-

prior dissensio in consensum [a] transeat. Raptor enim, & rapta nomina sunt vitiorum, non personarum. Vitia autem, cum purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur. [b]

Raptus Monialis purgari non potest. hoc dicit.

Sed hæc de illis intelligenda sunt, qui mulierum laicarum consensum habuerunt: nam si quis Deo dicatas virgines, vel rapuerit, [c] vel volentes [d] matrimonio si qui sociare tentauerit [e] tanquam [f] sacrilegium, [g] admittens pro tam nefandi criminis atrocitate plectendus erit. [h] Nulla prorsus voluntatis sacrarum virginum habita ratione.

Pœna simplicis fornicationis est arbitraria. hoc dicit.

Demum si quis cum muliere soluta, & impudica simpliciter fornicatus fuerit, tam pœnitentiæ [i] modus, quam etiam alia pœna [k] in iudicis potissimum reponetur arbitrio, qui ex qualitatibus varijs, minorem, vel maiorem pœnam statuet. [l]

DE CRIMINE FALSI

TIT. IX.

Qui per se, vel per alios literas Papæ falsant excommunicati sunt cum suis fautoribus: & Clerici officijs, & beneficijs priuantur, & degradati traduntur curiæ seculari. h. d.

ADuersus eos quoque, qui falsi crimen commiserunt, varie [m] statutum repe-

trimodium consistere, nisi rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta fuerit, & nihilominus raptor ipse, ac fautores accerrimis pœnis punientur, vt in dict. Concil. sess. 24 ca. 6 in decretis reformationum.

a ¶ In consensum.] Etiam tacitum secundum Ab. in c. fi. de raptor.

b ¶ Abolentur.] 36 q. 2 § his auctoritatibus, vnde sumitur, fac. cap. ferrum dist. 50 & 23 q. 3 cap. vides.

c ¶ Rapuerit.] Cum violentia, & de hoc in l. si quis non dicam rapere C. de Episcop. & cler.

d ¶ Volentes.] Nam hæc voluntas non excusat, sic 16 q. 6 capitulo placuit. & capitul. si quis Episcopus, dist. 92 quia moniales, velle nõ habent, 12 q. 1 cap. non dicatis, immo, & laica si velit præsumitur seducta. l. vni. C. de rapt. vir. & in capit. vbi Ab. & not. in c. raptores, 33 quæst. 2.

e ¶ Tentauerit.] Sim. l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cler.

f ¶ Tanquam.] Veritatem designat non improprietatem fac. l. 1 ff de transs.

g ¶ Sacrilegium.] Cum incestu, & adulterio, Nam tria hæc crimina vno instanti cum moniali se conjungens committit, vt not. 27 quæst. 1. capitul. virginibus Adde tu, & stuprum, d. q. 1. cap. si qua monachorum, fac. l. inter liberas, & l. stuprum, ff de adulte.

h ¶ Plectendus erit.] Capit. si Episcopus 27. quæst. 1. 32 quæst. 2 ca. raptores 30 qu. 1 cap. si quis sacerdos.

Io. Bap. Demum. Casvs. Quidam iuuenes sæpè accedebant ad mulieres impudicas eas cognoscendo, & cum iudex voluisset illos punire, quia interest reipublic. vt homines honestè viuant quod lex præcipit l. 2. ff de legibus propterea dicebant ipsi non esse conueniens per cap. vidua 34 dist. Solu. tamen vt hic cauetur, quia delicta quantumuis leuia non debent remanere impunita. Non obstat capit. vidua quia intelligitur respectu solemnitatis. Not. 1 quod simplex fornicatio habet pœnam arbitrariam. Not. 2 quod debet augere, vel diminuere pœnam secundum qualitatem delicti.

i ¶ Pœnitentiæ.] 33 quæstion. 2. cap. hoc ipsum, & 22 quæst. 1 cap. prædicandum, & 30 q. 7 c. adulterij, & 32 q. 4 ca. meretrices.

k ¶ Pœna.] Vt per Abbat. & Doctor. in capitul. vt clericorum, de vi. & honest. cler.

l ¶ Statuet.] Et hoc iure canonico: nam ciuili talis coitus est impunibilis. Bartol. in l. verum, ff de furt. & in l. 3 in princip. ff de cond. obitur. cau.

DE CRIMINE falsi.

QVoniam homines sæpè dicunt mendacia pro amore fœminarum consequendo, propterea conuenienti ordine posttit. precedentem proponitur iste de crim. falsi. qui diuiditur in 2. partes: in prima tractatur de crimine proposito: in secunda de vtentibus literis falsis: secunda ibi, mitius cum illis.

Io. Bap. ADuersus eos Casvs. Quidam Sauonensis falsificauit literas Principis, & etiam aliorum, aliter quoque falsum commisit, & cum crimina vtroque iure damnentur propterea vterque iudex ciuilis, & Ecclesiast. volebat talẽ delinquentem punire, quod quidem videbatur à ratione alienum, quia sicut Deus non iudicat bis ipsum delinquentem vt in sacris literis ita dicitur, ita idem debet obseruare iudex Ecclesia c. 1 de sent. excom. in 6. Sol. tamen vt hic cauetur, vel propter grauitatem delicti, vel quia tam respub. quam Ecclesia dicitur iniuriata. Non obstat obiectio, quia quoad Deum vnus tantum habetur respectus, secus quoad hominem. Doct. in c. de his, de accusatio. Not. 1. quod delictum eo est grauius, quo persona, quæ iniuriatur, & offenditur est dignior: Not. 2 quod arg. istius delicti, delinquentes non omnes, sed qui grauiter delinquunt, sunt curiæ sæculari tradendi.

m ¶ Variè.) Quæ varietas apparet ex his, quæ not. in c. ad audientiam, & in cap. ad falsarios eod. & per

Host. in summ. eo. vers. qua pœna, & in capit. in memoriam, dist. 19 & 11 quæst. 3 cap. quisquis, & 4 qu. 3 cap. quæ falso.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § notabis pœnas eorum qui per se, vel alios literas Papæ falsificant, quarum prima est, quod ligatur excommunicatione, & 2 quod si clerici habent beneciũ beneficio priuãtur.

Et pro terminorum cognitione animaduertendum quod quatuor modis possit falsitas in scripturis committi, primò cum scribitur quod aliquis est præsens cum realiter non erat cap. quoniam de ijs, quæ fiunt à Prælatis 2. cum scriptum est alterius manu scriptum 3 cum est alterius sigillo munitum 4. si est contrarium alteri ex eadem parte prælatorum cap. imputari de fide instrumentorum glos. in ca. in memoriam verb. falsum cod. Medices q. 20.

ritur : illos tamen cæteris : acrius canones [a] infectantur, qui literis Apostolicis falsis vsi fuerint. Talium enim literarum falsarij cum fautoribus, & defensoribus suis anathemate feriuntur. Et si clerici fuerint, omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis perpetuò priuabuntur. * Ita vt qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticum Iudicem degradati fuerint,

Secundò, animaduertendum tria requiri, vt quis possit de crimine falsi puniri, primùm mutatio veritatis, secundùm dolo, tertiùm Iactura Syl. Ang. rub. & Arm. vers. falsarius n. 1 Host. & alij quos refert, & sequitur Nau. Man. c. 27 n. 26.

Animaduertendum, tertiò crimen falsi ita horrendum iudicatur à Doctorib. vt dicant minimè comprehendi in generali criminum à Principe facta remissione, vt ait Bar. Cass. cons. 44 num. 6 Meno. casu 36 Afflict. Hippol. & alij quos refert, & sequitur Cened. art. 1 p. 26 num. 2 augetur falsitatis crim. ab eo quod quamuis alijs Illust. Card. qui obuius est illi, qui dicitur morte plectendus possit eum liberare à pœna mortis ex traditis à Tiraq. de pœn. temporalibus, casu 55 Iulio Claro l. 1 § q. 98 num. 5 non tamen poterit liberare eum qui ducitur ob falsitatem ex Ioseph. Ludoc. decis. 14 nume. 55 Plaza. de delictis cap. 34 num. 3 Men. de arbit. casu 316 num. 12 & Tiraq. supra causa 31 num. 42 quos refert, & sequitur Cenedus sup. num. 3 quæ si vera sunt, & procedunt in falsario literarum Principis sæcularis quod de sacris Apost. sedis literis dicendum.

Amplia Regulam text. vt procedat etiam in falsificantib, supplicationes à Papa, cum cap. fiat concessas quas dicunt signatura. Resp. primò absque dubio tales incurrere censuras, & pœnas statutas in cap. ad falsariorum de crimine falsi, quas ponunt ibid. scribentes, & in cap. ad audientiam sed vbi tract. de falsificant. sigillum Papæ, aut Regis siue talis sit Clericus aut Laycus Diaz. vbi Salzed. in pract. can. cap. 117 Lelium de Zanet. de priu. Eccles. priu. 49. Duennas reper. 29. Boer. decis. 82 num. 3 Men. de arbit. casu 396 & alios quos refert, & sequitur Cened. 2 p. Col. ec. 26 n. 1

Amplia 2 procedere prædictã pœnã contra leuantem, vel auferentem plumbum tantum ex literis Apostolicis Fel. in c. cum olim de offi. deleg. Men. cons. 27.

Nunc limita, vt non includantur hic falsificantes literas missiuas, vel libros rationum Cam. Apost. vel alium librum manuscriptum Pap. Resp. negatiué quia non dicuntur Bullæ, vel literæ Apost. nec ille incurreret quod aliqua decreta partic. Papæ falsificaret nec qui aliquas literas alicuius commissionis Camer. Apost. vel datariæ nec qui falsificaret aliquam scedulam aut polizam debiti, vel licentiæ audiendi confessiones prædicandi, vel ingrediendi Monast. Monialia quia dispositio Bullæ Cænæ est pœnalis, & ideo non extendenda Naua. cons. 34 de sent. excom.

Limita 2 vt in hanc censuram minimè incurrant falsificantes literas Nuncij Apostolici, aut Episc. aut sacræ Pœnitentiariæ Papæ? Resp. Negatiuè de quo vide Nauar. in Man. cap. 27 num. 26 vers. 3 & alios, peccarent tamen omnes illi mort. & incidèrent in alias pœnas contra falsantes, & tenentur ad restitutionem omnium damnor. vt clarum est, apud omnes, & apud Couar. latissimè in reg. peccatum de reg. iur. l. 5 Medin. C. de testibus, Petrũ à Nauar. in tract. de restit. & Salzedum Diaz. cap. 117.

Limita 3. vt non incurrant hanc censuram, & alias ca. ad falsariorum falsans monetam Papæ: verum duas esse opin. Abb. enim in cap. tua de pœnis n. 4 tenet quod non, cui adhæret Salzed. supr. in fi. & ego etiam adhæreo quamuis Domin. Didacus Perez. Mag. meus in lib. 23 tit. 19 cap. 8 Ordin. vers. quinto teneat contrarium.

Limita 4 in eo, qui rumpit literas Apostolicas verum Affirm. secundum Bart. quem refert, & sequitur Fel. in c. cum olim de officio deleg. in fine quid si aliquis rumpat literas Apost. verum non esse falsarium per solam ruptionem sed magnam iniuriam facit sedi Apostolicæ Bald. in l. sed & si quis, ff de ius vocand. quem refert, & sequitur Felin. in cap. ex literis in principio de officio delegat.

Limita 5 & quæro vtrum falsans Bullam Papæ in vna litera coma, vel puncto dumtaxat incidat in hanc censuram verum distinguendo, vel talis litera, vel punctum mutat intentionem Papæ, vel sensum Bullæ vel non in primo casu indubitanter incurrit, in secundo, verò scil. quando non mutat. Cai. & Hostiens. quos citat Nauar. infra Ab. Goffred. & alij quos refert, & sequitur Syl. excommun. 7 num. 8 sum Conf. li. 4 titul. 33 q. 34 casu 10 & Bern. Diaz. in pract. Crim. c. 117 tenent esse excommunicatum, & incurrere hanc censuram, alij aut benigniorem tenent sententiam scil. non incidere ita Ioan. Gerson. 2 p. Alphabeto 32 cap. quidam fol. 118 quem refert & sequitur Nauar. cap. 27 nume. 26 vers. 6 quam opinionem etiam in vtroque foro seruandam affirmat contra supradictos primę opin. Salzed. ad Bern. Diaz. sup. vers. erit iterum, & nisi etiam placet his rationibus quia paruitas in quacumque re vt iam diximus excusat à peccato mortali s. Thom. & alij relati à Nauar. in cap. 11 num. 4 & communiter excommunicatio non cadit nisi sit mortale cap. Nemo cap. Episc. 11 q. 3 vt mutuans punctum, vel corrigens vnam literam absque vllo modo sine, vel mutatione sententiæ, aut sensus nulli iniustitiam facit ergo ita concludit tenendum ex multis Felin. in c. nonnulli d. vers. stilus in fin. de rescript.

Sed quæritur an falsificans literas viui aut mortui, quæ iam expirauerunt incidat in hanc Bullam: verum incidere si illas reddit vtiles, & vult illis, vt etiam in alium, vel ad eundem finem, ad quem fuerunt expeditæ ita Rich. in 4 distinct. 24 Sylu. vers. excommunicatio 7 § 4 vel n. 9.

a ¶ Canones.] Capit. ad falsariorum de crimin. falsi.

* Priuabuntur.] Imò ipso iure priuati sunt cap. ad falsariorum

falsariorum de crimine falsi siue falsum commissum fuerit in magno, siue in modico, etiam si tantum additum fuerit vnum punctum, Hostien. in summa, de crimine falsi, § qualiter quid autem in alio falsario vide in cap. ad audientiam & ca. licet eod tit. apud nos solent falsarij quarumque illorum in possessorio beneficiali à Senatu & iudicibus sæcularibus priuari omni iure quod habent ratione quia laici non possunt priuari beneficio quoad petitorium Boer. decis. 291. SOLIER.

a ¶ Tradendi sunt.] Qualiter autem cradi debeant habes in cap. nouimus de pœn. & supra. de depo. seu degra. post princ.

b ¶ Legitimas constitutiones.] Est autem de iure ciuili pœna falsi in libero homine deportatio, & omnium bonorum publicatio, in seruo vltimum supplicium l. 1 § finali ff eod. & lege vbi. C. eod. & not. in capitulo ad falsariorum eodem vnde sumitur.

Mitius cum illis. CASVS. Quidam litigantes vtebantur litteris ab aliis falsificatis, & cum isti vere falsum non cõmisissent, fuit dubitatũ an pœna falsi possent puniri, si quidem aut id faciunt dolo, & sic cad. pœna debent puniri ratione consensus: aut non & ita ad nullam pœnã debent dici obligati: Sol. tamen prout hic cauetur: quia si semper non sunt in dolo, sunt tamen aliquando in culpa, & hoc est satis cæterum si nos præsuponimus istos non esse in dolo vel culpa. text. reciperet limitationem; & sic non obstat obiectio: Not. quod committere falsum, & vti falso in genere delicti æquiparantur, licèt L. obligatione ad pœnam inter se differant. Io. Bap.

c ¶ Mitius.] Cap. ad falsariorum. § fin eod. vnde sumitur.

d ¶ Negligentia.] Quę tamen quandoque comparatur dolo cum scilicet dissoluta est crassa & supina l. si fideiussor ff mand. l. latè ff de verborum significatione, & per Bar. in l. quod Nerba ff depos. & si in vtente sit probabilis ignorantia nullo pacto punicur, si post obiectionem falsitatis ab vtendo destiterit. ca. inter delictos, vbi not. Ab. de excess. prælat.

e ¶ Punietur.] Non tamen circa hoc quod si notarius sit condemnatus de falso instrumento hæc tamen sententia non faciet præiudicium domino, ad quem spectat instrumentum. l. denunciasse § quæritur ff de adult. vbi Bart. & per Abb. in cap. quamuis, vers. ex quo infert, quod licet, & c. Item licèt producens falsos testes sit condemnatus de falso, non de necessitate sequitur quod ipsi sint falsi. Bart. & Ab. vbi supra, fac. text. in l. Lucius, ff de his qui not. infa. & c. cum dilectus, in fi. de ordi. cogni.

ALOYSIVS RICCIVS. Animaduertendum ad § intelligentiam quod non sunt excommunicati per Bullam Cœnæ vtentes literis Apostolicis ab alio falsificatis verum esse quidem excommunicatos excommunicatione lata in capitulo ad falsariorum de crimin. falsi. maximè laycos non autem per hanc Bullam in qua tãtum falsantes, & non falsantes vtentes intelliguntur, vt tangit Nauarr. capitulo 27 num. 26 § 4 & Salcedus ad Bernard. Diaz. capitulo 17 vers. nec incurrit, idem dicendum est de impetrantibus Bullas suscriptas, vel obreptitias, & illis vtẽtibus quia tales non includuntur in hac Bullæ Nauarr. supra & in capitulo ad audientiam de rescriptis, & Salzedus, vbi supra.

sæculari potestati tradendi sunt [a], secundùm legitimas constitutiones [b] puniendi, per quam & laici, qui fuerint de falsitate conuicti legitimè punientur.

Qui falsis literis vtitur si clericus est, officijs, & beneficijs priuatur, si laicus excommunicatur. h. d.

Mitius [c] cum illis agitur, qui licèt his vtantur: tamen ipsi non falsificauerunt: si enim clerici fuerint, officiis, & beneficijs ecclesiasticis spoliandi erunt: si laici tamdiu excõmunicationi subiicientur quamdiu cõpetenter satisfecerint: in vtrisque tamen malitia grauiùs quam negligentia [d] punientur, [e] quod & de his, qui falsas literas impetrant obseruabitur.

DE HOMICIDIO.

TIT. X.

Assassinium sicuti omnium homicidiorum est atrocissimum, ita etiam atrocissimè punitur hoc dicit.

DE HOMICIDIO.

POtest iste titu. specialiter ita continuari, quoniam in falsificando aliquando affirmatur aliquem esse mortuum morte naturali, vel violenta, propterea post titu. præcedentem proponitur iste de homicid. qui diuiditur in 6 part. in prima tractatur de homicid. voluntario: in secunda de necessario, in tertia de casuali: in quarta de oppressione filiorum: in quinta de impedientibus conceptionem: in sexta de interficiente seipsum: secunda ibi, quod si quis: tertia ibi, idem etiam quarta ibi, alia ratio: quinta ibi, is quoque, sexta, ibi nouissimè.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro huius rubricæ intelligentia duo sunt videnda. scil. quid, & quotuplex sit homicidium.

Quo ad primum homicidium est corporis humani animati occisio, vt docet S. August. lib. 1 de lib. arbitr. cap. 4 & habetur in cap. si homicidium 23 qu. 5 vnde qui corpus mortuum percuteret, aut corpori in animato caput, aut membrum abscienderet homicida non dicitur, etiam si animum haberet eum occidendi, si eum viuum comperisset, vt latius docet Archid. in cap. periculosè de pœnit dist. 1 & c. vlt. 15 q. 1 & felin. in c. sicut dignum de homicid.

Illud autem aduertendum est per homicidium intelligi occisionem hominis prout est contra iustitiam proximo debitam factam scilicet vt est delictum contra quintum Decalogi præceptum commissum, & hoc modo homicidium committi potest opere, vel mandato vel consilio vel auxilio, & fauore vel cooperatione aliqua, vel permissione vel approbatione, & complectitur quoscunque ministros aut officiales: quorum actiones ipso iure in homicidium vel membri abscissionem

diriguntur per quod homicidium intelligitur occisio iusta cuiuscumque hominis, siue pagani siue iudæi, siue excommunicati siue banniti, vt de pagano habetur in c. excommunicatorum 25 q. 5 vbi licèt excusari videar ab homicidio qui occidit excommunicatum id tamen intelligitur solum quo ad peccatum si id faciunt zelo Catholicæ Fidei vt ibi Vrbanus II. docet.

Quo ad secundum homicidium duplex est vnum dicitur voluntarium & alterum casuale. Rursus voluntarium aliud est simpliciter, & directè aliud sm̃ quid in directè seu reductiuè: similiter casuale aliud simpliciter, & directè, & aliud sm̃ quid & indirectè.

Cum non ad opera tantum sit respiciendum, sed tempus, causa, [a] voluntas, personarum differentia, & omnia quæ operibus accidunt sint perueſtiganda: sequitur vt non sit omnium homicidiorum eadem conditio. [b] Cunctorum verò illud atrociſſimum videtur, quòd Assassinium [c] vulgo nuncupant. Vnde non solum rea graue, fuit dubitatum de qualitate pœnæ, quoniam n. ob homicidium voluntarium imponitur pœna mortis naturalis c. 1 eo. non videbatur opus vlterius dubitare. Sol. tamen, vt hic habetur, quia pœna cum debeat aliquando augeri. Id aliquando contingit in eius substantia aliquando verò in modo, & qualitate, & sic intelligimus, q̃ nec etiam obiectio aliquid concludit: No. q. grauitas delicti augetur ratione modi, & medij quibus committuntur, atque hoc idem dicas de pœna: Not. 2 quod in moralibus non substantia facti sed etiam circunstantiæ sunt considerãdæ, vt distinctè intelligamus, & cognoscamus ipsum.

Illud dicitur voluntarium secundum Arist. 3 Ethic. c. & S. Th. 1. qu. 6 art. 1 quod procedit ab aliquo principio intrinseco seipsum mouẽtem, sicuti violentum est illud quæ procedit nihil conferente passo. Hinc constat actum voluntarium esse illum, qui in fine est ab agente intentus non pôt aũt esse intentus nisi cognitus, ideo quæ in effectib. notabilis erit. & dr̃ effectus voluntarius simpliciter, & directè, qui simpliciter & absolutè intenditur ab agente. Is verò secundum quid & indirectè voluntarius dr̃ qui licèt non sit intentus ab agente in se ipso intentus tamen est in sua causa. Potest n. voluntas ferri in actum homicidij tã directè quã indirectè, directè quidem, & per se fertur voluntas in homicidium quãdo quis habet animum occidendi, vt qui intendit occidere Petrum, & hæc est vera, & propria malitia & peccatum. Indirectè verum, & sm̃ quid fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id ex quo immediatè, & per se sequitur homicidium, vt ad propinationem veneni mors ad percussionem pregnantis abortus ad grauem percussionem in capite aut iuxta cor mors 3 ad applicationem ignis homini viuo eius combustio, & interitus applicans n. causa, quæ naturali vi est efficax mortis moralis causa mortis censetur Quamuis enim ex eo quod voluntas nõ feratur directè, sed indirectè in homicidium minuitur aliquantulum culpa S. Th. 2. 2 q. 64 art. 8 Couar. in Clem. si furiosus par. 2 §. 1 nu. 1 de homic. Quo ad raõnem verò pecati vt sciamus quænã fuerit indirecta aut directa minus voluntas ad occidendum considerare opartet modũ percutientis, & instrum. quo illatum etiam vulnus ex eo s. quo vel instrumento aptius erit, vel qualitas vulneris magis propinqua ad homicidium, quod ex ipso vulnere immediatè subsequutum est ex hoc n. sumitur præsumptio voluntatis, vel magis indirectè vel minus ad ipsam occisionem: Casualis autem simpliciter est ille effectus, qui nec in se nec in sua causa intentus ab agente qui potius dici dẽt sortius q̃ casualis effectus; Casualis n. effectus dr̃ respectu agentium qui cum cognitione operãtur & sic est casuale homicidium Casualis effectus secundum quid is est qui aliquo modo est intentus, non quidem in se sed in aliqua causa, & circumstantia q̃ oia colliguntur ex doctr. S. Th. in 2 q. 20 art. 5 & 22 q. 64 art. 8 & Caie. & aliis interptib. & ibi Palud. 4 d. 25 q. 5 art. 2 & Cou. in cle. si furiosus par. 2 in princ. num. 2 de homic. & alij DD. communiter.

a ¶ Causa.] Omnes. n. circumstantiæ sunt inquirendæ, c. cum causam. de test. sac. c. occidit, 23 qu. 8 & 15 q. 6 c. 1 in fin. & l. aut facta post princ. ff de pœn. & causa facti potius est inquirenda, quam ipsum factum dist. 29 c. sciendum, & l. verum, ff de furt.

b ¶ Eadem conditio.] Quod apparet ex toto hoc titul.

c ¶ Assassinium.] Forsan sic nuncupatum à verbo Gallico, *Sayſit* quod est saginare, vt per Tyraqu. in tracta. *Le mort ſayſit le viſ*, in præfat. declara 1 num. 3 quia cum assassini spolient se interfectos, nimirum, si saginantur à mortuis de his vide Pauli Æmil. in Hist. Franc.

ALOYSIVS RICCIVS. Assassinium sicut omnium homicidiorum, est atrociſſimũ ita etiam, & atrociſſimè punitur h. d. & non solum dicitur atrociſſimum, & grauiſſimum sed etiam crudele inhumanum execrabile & horrendum prout dicit textus in cap. pro humani de homicid. in 6 § cum igitur verbis illis (horrenda inhumanitate detestanda quæ feuitia mortem sitiunt aliorum, & in § sacri in fine ibi scelus tam execrabile. Bald. conſ. 383 Corneus conſ. 249 ante num. 1 Gram. deciſ. 2 nu. 25 Couar. var. resolu. lib. 1 c. 20 n. & Monticell. reg. crim. 6 n. 2 & 3 vbi quod hoc crimen quinquiẽs horrendum quinquies plusquam atrociſſimum, & quinquies enormiſſimum dicitur, & quinque crimini læsæ maiestatis æquiparatur Dec. in tract. cri. l. 9. c. 30 n. 4 & 45 & in conſ. 82 post num. 4 lib. 2 & conſ. 115 n. 14 lib. 3 de qua materia vide Do. Nouarium in collect. deciſ. pragm. 1 de Assassin. vbi latè.

Et ob hanc atrocitatem delicti plures pœnæ infligantur prima, & præcipua pœna est mortis naturalis, vt per Angel. in l. 1 § hæres nu. 1 ff de eo per quem fact. est Carer. in pract. in 3 tract. de homicid. & assassin. § circa igitur tertium num. 47 Couar. var. resolut. lib. 2 capite 20 num. 10 verſ. quarto eadem ratione Clar. in pract. § assassinium numero 3 verſ. sed quinto quid sit pœna Decian. in tract. crim. lib. 9 ca. 30 numero 31 & antequam moriatur per istam ciuitatem Neap. trahuntur vt quotidie videtur. Secunda pœna est quod assassinus incurrit excommunicationem prout ad literam dicit textus in dicto capite pro humani. § sacri verb. excomunicationis de homicid. in 6 & glos. in verb. excommunicationis dicit quod ex quo isto casu Papa non reseruauit sibi absolutionem id circo ordinarius poterit reum absoluere Hostiens. ante n. 1 & n. 13 & n. 26 in fin. verb. excommunicationis Archidac. col. 1 in verb. excommun. Diaz. in practic. crim. canon. c. 96 alias 91 n. 1 Tertia pœna est quod assassinus, si clericus sit deponitur etiam ab ordine prout ad literam dicit pariter text. in capite pro humani, paragrapho sacri, & ibi

CVm non ad operam. CASVS. Quidam Hiſpanus data operâ, & cum insidijs interfecit quendam Mediolanensem, & cum delictum esset propte-

Hostiens. ante nu. 1 & 13 & num. 27 verb. ordine, & Diaz. loc. cit. Quarta est pœna vt assassini bona occupantibus conceduntur, ac præsertim illis ad quos temporalis successio spectat dict. cap. pro humani. in fin. vers. sit etiam cum suis bonis Capic. decis. 155. num. 5. Montic. reg. crim. 8 numero 36. Decian. in tract. crimin. lib. 9 cap. 30 nu. 42 & multò magis hoc procedit in fisco, & sic bona prædicta possunt ab eo confiscari Marsil. cons. 105 nu. 26 Gomez de delict. c. 3 rubr. de homicid. nu. 10 de qua materia vide quæ scripsit modernè Nouarius Iunior. in l. vacantia, C. de bon. vacan. li. 10 vbi pulchrè. Quinta est pœna quod assassinus si clericus sit deponitur etiam ab ordine dicto c. pro humani, § sacri Diaz. loco cit. Sexta est pœna quod assassinus priuatur omni honore, dignitate officio ac beneficio d. § sacri, & ibi DD. præcipueque Host. numer. 27 verb. & depositionis à dignitate & verb. honore, & in verb. officio, & in verb. beneficio Ioan. Andr. num. 4 ante finem Gemin. in summ. & in § sacri post num. 6. Septima, est quod assassini priuantur quacunque successione eamque transmittunt ad proximiores, & non ad fiscum secundum Barb. cons. 8 n. 73 lib. 3 prout illum refert, & sequitur Decian. in d. tract. lib. 9 c. 30 num. 46. Quæ pœnæ locum habent ipso iure absque alia sententia Iudicis cum canonis sententia sufficiat Mascard. de prob. lib. 1 conclus. 138 num. 16 vers. contrarium Decian. in tract. crim. dict. capite trigesimo in fine.

solum assassini ipsi, sed etiam receptatores [a] occultatores, & defensores eorum, & qui per eosdem quenquam interfici fecerit, aut mandauerit, [b] dignitatibus, honoribus, officiis, beneficiis, omnibusque bonis nudatus excommunicationis, [c] & depositionis incurret ipso iure [d] * sententiam, & tanquam Christianæ Religionis hostis à toto Christiano populo perpetuò diffidatus [e] erit.

Interficiens per industriam similis est assassino. hoc dicit.

Non absimilis [f] eum tenet pœna qui licèt non per Assassinium, per insidias tamen, & industriam [g] hominem interfecit.

Ex necessitate punitur: secus si ex necessitate. hoc dicit.

a ¶ Receptatores.] Cap. 1 eodem in 6 vnde sumitur, & tenetur, vt aggressores l. 1 & 2 C. de his qui latro. occul. pessimi. enim sunt receptatores sine quibus delinquens diu latere non potest l. 1 ff de recepta.

b ¶ Mandauerit.] Licèt ex hoc mors sequuta non fuerit, capite primo, eodem in 6 quod non mirum: quia cogitatio non stetit in finib. suis quia hoc ipsum mandare est delictum consummare. Vnde talis mandans etiam si re integra, mandatum reuocauerit, pœnam incurret secundum Ioan. And. in dict. capite primo, & sic non obstaret communis Doctor. theorica, in capite primo de eo. qui mit. in poss. quod vbicunque pœna imponitur, ipso iure requiritur delicti consummatio, nec præparatio sufficit, vel est hoc ob sceleris immanitatem cum reuocans re integra mandatum non puniatur, cap. quicunque de sententia excommunicat. in 6 de hoc per Perus. in dict. capite primo, eodem in 6 post antiq.

c ¶ Excommunicationis.] A qua tamen poterit ordinarius absoluere, ex quo Papa sibi absolutionem non reseruauit, cap. ad hoc, de sentent. excommunicat. & capite vni. de schis. in 6 & not. in capite primo, eod. in sexto.

d ¶ Ipso iure.] Requiritur tamen sententia declaratoria iuxta tradita in cap. cum primum de hær. in 6 & in cap. fœlicis, de pœn. eo. li. & per Host. in cap. primo eod. in 6 vnde sumitur.

* Ipso iure.] Secus in homicidio non qualificato quantumuis voluntario id enim non inducit vacationem Beneficiorum ipso iure, sed per sententiam reus priuandus venit, Flamin. de resignat. lib. 7 quæst. 2. num. 10 tamen irregularem facit quamuis sit occultum, & reus pœnitentiam egerit, cap. quæsitum de temp. ordinat. Concil. Trident. sess. 24 cap. 6 nisi reus non valens aliter, sibi consulere occiderit, capit. interfecisti, & cap. seq. de homicid. & non solum irregulares fiunt qui per se occidunt aut mutilant, sed etiam qui mandant, opem ferunt, consilium dant, & qui hortatu suo alios audaciores faciũt, c. sicut dignum, § qui verò de homicid. capit. fin. eod. in 6 nec non socij qui adfuerunt habentes animum occidendi, dict. cap. sicut § item illi. Sed & quamuis animum occidendi nõ habuerint si delictum sit in turma commissum, & incertus sit auctor omnes fiunt irregulares qui arma hubuerunt, cap. significasti. De homicid. tamen si Clericus fuerit in conflictu contra prædones in quo nonnulli fuerint occisi ab aliis ipse non fit irregularis quamuis arma gesserit aut lapides proiecerit si nullum percusserit, cap. 3 & 4 de Cleric. percuss. Melch. Pastor. De Benefic. lib. 3 tit. 32 ex nu. 2. In Gallia rehabilitatio dispensatoria Papæ, & Indulgentia, seu remissio Regis homicidæ Clerico necessariæ sunt ad obtinenda Beneficia, Louet ad Regul. de infirmis resignant. num. 397 alias inutilis Papæ rehabilitatio sine Regio diplomate ad tollendam criminis priuilegiati maculam necessario, ibidem. SOLIER.

e ¶ Diffidatus.] Et eo ipso quod persona est diffidata cap. percipimus. 12 eu. 1 secundum Perus. post Host. in c. 1 eo. in 6. Ideoque si statutum permittit, quod aliquis possit impunè offendi in persona, fortius in rebus, l. in suis, ff de lib. & posthu. & ibi Bar. non tamen posset vxor talis adulterari. Bal. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. Perus. in d. cap. 1 eod. in 6 nec in hoc crimine inducenda est differentia inter laicum, & clericum, primum Abb. in c. at si clerici, numer. 41 de iud. Sed an idem dicendum sit de pirata quod de assassino? Respon. vt resp. Alcia in 11 consil.

f ¶ Non absimilis.] Quæ autem sit hæc pœna, traditur per Doct. latè in cap. 1 eod. cuius varius est intellectus, & propterea hic pœna talis aliter non exprimitur.

g ¶ Industriam.] Id est ex proposito, & sic no. quod verbum industria sumitur in malam partem: quia ver. *Industria in malam partem*, per insidias, declarat verbum, per industriam - *malam partem*. Idem est dicendum de verbo, studiose, vt per Bar. &

Ang. in l. 1 § huius studij, ff de iust. & iure, & per Bal. in auth. ad hoc C. de lat. lib. toll. & ib. copiosè And. Sic in add. suis ad Bal. & not. Abb. in cap. 1 eo. vnde sumitur.

Quòd si quis latronem [a] vel furem [b] peremerit [c] videamus, an sit puniendus? Et si quidem furem absque occisione comprehendere potuit [d] certa aduersus eum statuta pœnitentia [e] reperitur, quòd si non potuit, nulla occisori erit ex necessitate [f] iniungenda pœna.

Non punitur homicidium fortuitum, si nulla culpa casum præcessit. h. d.

Idem etiam obtinebit [g] si casu perpetratum fuerit homicidium, vt putà, si quis necessariò insistens operi arborem inciderit, & alius subtus transiens opprimatur: nam si neque voluntate, nec vlla incidentis culpâ [h] factum fuerit, vt pertransiens opprimeretur, arborem incidens homicidij pœnis obnoxius non erit.

Pœnitentia certorum annorum est iniungenda parentibus opprimentibus filios. h. d.

Alia ratio est eorum, qui proprios filios oppressisse reperiuntur. Cum enim hos grauiter [i] deliquisse non sit dubium, certorum annorum erit illis iniungenda pœnitentia. [k]

Filius à patre, vel ab alio, patre sciente, expositus, liberatur à patria potestate: & expositum suscipiens nullum in eo habet ius. h. d.

Quòd si filius [l] à patre, vel ab alio patre sent. excomm.

Io. Bap. Quod si quis. CASVS. Quidam fur cum ingressus fuisset domum cuiusdã causa furandi, fuit à Domino pro defensione rerum suarum occisus, cum autem iudex voluisset tale homicidium punire, dubitabatur an posset, quia ad fauorem istius præsumptio rei facit, l. vt vim ff de iust. c. significasti. eo. crim. simil. Sol. vt hic cauetur, quia in defensione rerum suarum non fuit vsus legitimo moderamine quod in ea requiritur, vt doct. ibid. adnot. & ratio nec etiã tenet obiectio: Not. quod defendere bona sua vnicuique permittitur, sed sine læsione alterius quando tamen id commodè fieri potest.

a ¶ Latronem.] Non intelligas de publico nocturno agrorum populatore: quia licitè interficitur præterquam à clerico, l. 1 & 2 eo. vnde sumitur.

b ¶ Furem.] Qui est, qui de nocte furripit, secundum Abb. in ca. 2 eo. qui dat de hoc versum, per quem designat differentiam inter latronem & furem. Tempore nocturno fur capit, latro diurno. Tu dic, quod tempus noctis, vel diei non inducit differentiam inter hos, sed modus furripiendi; nam latro palam, fur occultè furripit.

c ¶ Peremerit.] s. liberando se, & sua, vt in c. 2 eod.

d ¶ Potuit.] Ex hoc limitetur, l. itaque ff ad l. Aquil. & declaratur, c. si perfodiens, eo. vt s. non posset occidi nocturnus latro; quando potest comprehendi, & hoc intellige etiam, si ab alio, vel alia viâ potuit comprehendi, quam per damnum passum, c. 2 eo. vbi est litera generalis, & ibi Abb. illam ponderat, & infert, quod licèt talis non possit de nocte comprehendi, si tamen fuit cognitus, & hoc potest probari, & per indicium possunt bona rehaberi, quia tunc non debet occidi, fac. no. & per Abb. in l. furem. ff de sica.

e ¶ Pœnitentia.] De qua in cap. 2 eod.

f ¶ Necessitate.] Quæ excusat & legem non habet.

Idem etiam. CASVS. Quidam dabat operam agriculturæ, & cum ascendisset arborem cecidit inde ramus, quo transiens per talem locum fuit vulneratus, & tandem periit, dubitabatur an iste teneretur ad aliquam pœnam: cum enim in nulla sit culpa videbatur immunis à pœna. Sol. tamen vt hic habetur, quia oportet animaduertere an adhibuerit debitam diligentiam, & sic etiam obiectio aliquando verificetur. Notat. quod casus fortuiti in quibus homini aliquid contingat mali. & damni, quidam habent admixtam culpam, quidam verò secus.

g ¶ Idem etiam obtinebit.] Cap. hi qui arborem. cum duobus seqq. dist. 50 & procedit quod hic dicitur, quando quis in priuato loco incidebat: tunc enim non potuit diuinare l. si putator, ff ad legem Aquiliam, cap. vt nostram, vt Eccles. benef. sin. dimi. confe. si in publico debuit clamare, vt not. in dicto. cap. hi qui. & in dicta l. si putator.

h ¶ Culpa.] Cap. sæpè, dist. 50.

Io. Bap. Alia ratio est. CASVS. Quidam parentes tales aliquando reperiuntur, vt vel filios in lecto opprimant, vel eisdem alimenta denegent, seu consentiant denegari, & cum de huiusmodi factis fuisset dubitatum: ad fauorem parentum faciebat tex. in l. 2 C. de iis, qui filij distraxe. Sol. tamen vt hic legimus, & ratio diuisionis potest desumi à § penult. & fina. Instit. de ijs, qui sunt sui. Non obstat obiectio, quia illa lex dat potestatem limitat. vt in ea videri potest. Not. filios non esse in potestate parentum quo ad vitam, imò parentes tenentur prouidere saluti ipsorum, sub pœna hic adnot. Not. secundò, in parentibus verificatur illa iuris reg. qui non resistit delicto dicitur ipsum approbare ca. quantæ.

i ¶ Grauiter.] Grauitas autem delicti commensuratur ex qualitate præcedentis culpæ, & pro modo culpæ imponetur pœna, vel pœnitentia, vt not. in c. fin. de his, qui fil. occ. Sed quid si non constat paruulum interfectum à patre, vel matre, sed euentus fuit causa mortis? Resp. non debet eis pœnitentia imponi, ad cautelam tamen tutius est, quod inde pœnitentiam agant: quia fortè minorem diligentiam illis adhibuerunt, arg. 33 q. 2 c. in lectum, & quia bonarum est mentium ibi culpam timere, vbi culpa non est, cap. concilium § 2 de obser. ieiu. & c. quæsitum de pœn. & remis. & fac. ad hanc materiam. 2 q. 4 c. consuluisti.

k ¶ Pœnitentia.] De qua in cap. fin. de his, qui fil. occi.

l ¶ Filius.] Infans, vel languidus cuiuscumque ætatis respectu denegationis alimentorũ, secundũ Inn. Vin. &

Abb. & Host. in c. vni. de infantibus & languidis expositis, licet Goff. nullam statuat esse differentiam inter languidum, & sanum.

a ¶ Sciente.] Et ratum habente. c. 1 de infan. expo. quæ ratihabitio in delictis retrotrahitur, & mandato comparatur. l. 1 § sed & si quis ff de vi & vi arma, c. cum ad sedem, de resti. spol. & not. in d. ca. 1 & fa. c. si seruus sciente, dist. 54 secus si ignorante, vel inuito.

b ¶ Denegata.] Siue filius sit sanus, siue languidus secundũ Goffr. communiter de languido tantum.

c ¶ Liberabitur.] ca. 1 de infant. & langui. exposi. & l. 1 & 3 C. de infan. expos. Idem in seruis, vt in dd. ll. & l. vni. § sed scimus, C. de lat. lib. tol. Sic & monasterium debet proprium monachum recolligere: quæsita per neglectum, & electum monasterio non quæruntur, vt not. in d. c. 1.

d ¶ Vendicare.] Sed an nutritor possit salté expensas, vel alimenta repetere? Resp. affirmatiuè, primum distinctionem tamen Abb. & aliorum in c. 1 de infan. exposi.

Io. Bap. Is quoque. CASVS. Quidam ob diuersa eorum desideria dabãt operã modis diuersis ne mulieres conciperent, aut si concepissent ne partutirent, dubitabatur propterea an isti homicidæ essent reputandi, & puniendi, & cũ definitio homicidij non posset propriè in tali delicto verificari, ideo ad fauorem istorũ respondebatur, definitio autem ista habetur apud Host. in sum. huius tituli § 1 cæterum. Sol. vt hic habetur, quia par videtur esse impedire natiuitatem, & eam tollere quoad substantiam excessus arg. ca. 1 de falso. ET sic obiectio non videtur obstare. Not. quod impedire natiuitatem, & occidere iam natum æquiparantur, quia in vtroque casu ille priuatur vita. Not. 2 quod arg. ab identitate rationis verificatur etiam in delictis.

e ¶ Odij meditatione.] Idem si propter amorem. l. si aliquid § abortionis, ff de pœn. vel propter lucrũ, quia sperabat successionem ab intestato, primum Ab. in ca. aliquis. eod. vnde sumitur.

f ¶ Vt homicida.] Quantum ad pœnam legalem. l. si aliquid § qui abortionis. & l. si mulierem, & quantum ad pœnam spiritualem, sed non est irregularis ac si hominem interfeciſſet. Illa enim irregularitas non contrahitur, nisi actu homo iam animatus interficiatur, c. sicut eo. & 33 q. 2 c. quod verò & no. in c. si. aliquis eo.

tre sciente, [a] fuerit expositus, aut eidem alimenta denegata [b] fuerint, hoc ipso à potestate patria liberabitur. [c] Nec tamen propterea, qui expositos susceperit, aliquod in eis ius vendicare [d] poterit.

Impediens conceptionem vel abortum procurans punitur, vt homicida: secus, si id casu fieri contingat. h. d.

Is quoque qui vel causâ explendæ libidinis, vel odij meditatione [e] viro, aut mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit, quominus possit generare, vel concipere, vel nasci soboles, vt homicida [f] puniendus erit. Quamquam aliàs si conceptus nondum viuificatus fuerit, nec vt abigeretur quisquam dolo malo [g] fecerit qui abortui occasionem [h] tradidit, puniendus non erit. [i]

Qui sibi mortem inferunt, habentur similes illis, qui impœnitentes moriuntur. h. d.

Nouissimè sciendum est pro his, qui quocumque prætextu [k] voluntariè [l] ferro, vel veneno, vel suspendio, vel quolibet modo sibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendam esse commemorationem: [m] & Ecclesiastica eos debere carere sepultura, non aliter atque illos, qui pro suis sceleribus [n] impœnitentes [o] moriuntur.

g ¶ Dolo malo.] Vel culpâ.

h ¶ Occasionem.] Id est causam remotam.

Nouissimè. CASVS. Quidam amore cuiusdam mulieris captus peruenit ad tantam insaniam, quod seipsum interfecit, fuit quæsitum an post mortem esset aliqua pœna puniendus & quod non esset aliter puniẽdus adducebat inprimis ius eius amoris quo videbatur priuatus mente, secundò quia Deus constituit hominem in manibus consilij sui: cæterum Sol. vt hic legimus, quia nemo est Dominus membrorum suorum. leg. liber. homo, ff ad legẽ Aquil. hinc limitatur libertas hominis, & ideo non concludit secunda obiectio, nec etiam prima quia non præsumitur amorem causare talem effectum, cum habeamus à natura instinctum conseruandi nos in esse. Not. hominem ita dici peccare contra se, sicut contra alium, quantùm ad substantiam peccati, & ideo per oppositum tenetur inprimis curare seipsum. *Io. Bap.*

i ¶ Non erit.] Vt homicida, nec enim qui non vixit potest mori. ca. ad dissoluendum de despon. impub. 32 q. 2 c. quod vero, & c. Moyses, & fac. cap. sicut eo vnde sumitur, & ibi latius hoc per Doctor. declaratur.

k ¶ Prætextu.] Etiam tædio vitæ licet tales iure ciuili non puniantur, leg. si quis filio § eius, ff de iniu. rup. & irri. test.

l ¶ Voluntariè.] Secus si per fraudem, c. si quis insaniens, & ca. placuit 23 qu. 6. Vnde sumitur.

m ¶ Commemorationem.] Sed cum huic communicauerimus viuo, & mortuo communicare possumus, & debemus 24 quæst. 2 cap. sanè. Sed hic moriendo deliquit, contrarium cum in vita, licèt aliter not. in cap. placuit 33 quæst. 5.

n ¶ Sceleribus.] Vt sicut fures, & latrones, capit. fures extra de furt.

o ¶ Impœnitentes.] Secus si contriti. tertia quæstione secunda, capite fin. & § fin. supr. de pœn. notat.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § quod inferens sibi mortem habetur similis illis qui impœnitentes moriuntur, vnde nota, quod occidere seipsum omni iure est prohibitum non solum ciuil. & can. sed & naturali lex enim naturalis hẽt secũ quandã ordinatam charitatẽ, vt quod in aliũ nefas & multò

magis in seipsum nefandum iudicat capitu. charitas li. 2 de pœnit. distinct. 2 quem textum ad id benè inducit Igneus in l. 1 § si sibi manus nu. 6 & 7 vbi benè hanc conclusionem comprobat rationes autem quibus seipsú occidere prohibitum est plures afferuntur à Doctorib. de quib. per Igneum in l. 1 § si sibi manus ff ad Syllan. sub n. 9 Corneus cons. 195 num. 7 lib. 2 Plaz. in Epit. delict. ca. 23 lib. 1 fol. mihi 388 vers. 5 huic rei suffragatur Decia in tract. crim. lib. 9 cap. 1 numer. 8 & seq. vbi plures afferuntur rationes sed hæc est particularis scil. quia membrorum suorum nemo est dominus l. liber homo ff ad l. Aquil. l. nec si volens C. de liberal. caus. l. non tantú ff. de appell. cum alijs allegatis per Corn. cõs. 195. numer. 12. lib. 2. Franc. Marc. decis. 876 num. 7 in fin. & nu. 8 quod amplia 1 vt seipsum occidere prohibitum sit etiam de iure diuino taleque crimen non solum damnatum à iuristis, & à Canonistis sed etiam à Theologis ex alleg. per Igneum in d. l. 1 § si sibi manus sub num. 9 Plaz. in epit. delict. lib. 1 cap. 23 fol. 382 Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 7 casu 284 n. 38.

Amplia secundò, quia seipsum occidens sepultura caret nec pro eo oratur text. est in cap. placuit, & ibi glos. & DD. 25 quæst. 5 Roman. sing. 268 Nouell. reg. 200 Carrer. in practic. crim. in 3 tract. de homicid. & assassin. § modo hic num. 5 Couarr. var. resolut. lib. 2 cap. 1 in fin. vers. illud profecto Franc. Marc. decis. 876 num. 5 & 5 part. 2 Roland. cons. 20 num. 16 & seq. lib. 3 Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 2 casu 284 num. 35 & seq. Peregrin. de iur. fisc. lib. 4 tit. 4 num. 10 in fin. Vulpell. cons. 20 & Roiz. decis. Lituan. 1 n. 14.

Amplia tertio, vt propterea cadauer illius qui se ipsum occidit pro pœna suspendi possit, si ita à iudice visum fuit sic enim hoc iudicis arbitrio remissum scripsit Bald. in l. 2 n. 2 C qui test. fac. poss. & Bald. sic dicentem refert Iaf. in d. l. 2 sub num. 2 & seq. vbi multa hinc inde adducit, & se firmare non videtur contrariú tamen tenet Franc. Marc. decis. 876 num. 12 & seq. p. 2 Clar. in pratic. § fin. quæst. 68 num. 38 vers. seipsum ad fin. dicentes quod occidentis seipsum cadauer minimè suspendendum est etiam quod quis seipsum interficat in carceribus metu futuri supplicij.

Amplia quarto, quia occidens, vel occidere tentans seipsum infamis remanet text. in l. si aliquod § fi. ff de pœn. & in l. omne delictum § qui se vulneraverit ff de re milit. quæ iura loquuntur etiam quod effectus mortis non fuerit secutus, & quod sibi manus intulerit tædio vitæ, morbo, furore, pudore, aut alia causa Igneus in d. l. § si manus ff ad Sillan. num. 17 vbi declarat hoc procedere etiam quod quis tædio vitæ doloris impatentia, aut aliqua alia causa quæ ex conscientia criminis sibi manus inferat, & num. 20 in fin. & num. 21 vbi reddidit rationem quia scil. malus reputatur qui nõ conscientia criminis sed puta iactationis, aut alia causa seipsum occiderit ad text. in l. cum autem § excipitur vers. malus ff de ædilic. edic. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. titul. de pœn. § 1 verb. prælibatus in fine additionis in fin.

Amplia quinto, in militæ qui si sibi manus intulit, vt se occideret etiam quod mors non fuerit secuta capite punitur nisi impatientia doloris, aut morbi luctus, vel alienus, vel alia causa id fecerit quia tunc non punitur capite sed tantum cum ignominia ex militia dimittendus est, prout est textus ferè ad literam in l. si aliquid § fin. ff de pœn. & in l. omne delictum § qui se vulneraverit ff de re milit. Igneus in l. 1 § si sibi manus ff ad Sillian. n. 18.

Amplia sexto, in seruo, cui nec etiam licitú est in seipsum sæuire & si sibi manus imponat punitur, ac si in aliú sæuiret l. cũ autẽ § excipiatur. vers. malus. l. 2 ff de ædilic. edic. Decian. in tract. cri. l. 9 c. 2 n. 25

Amplia septimo, in Clerico, qui seipsú percutit, seu vulnerat, nam excom. est Dec. in l. 2 n. 5 C qui test. fac. post. Igneus in d. l. 1 § si sibi manus ff ad Sillan. nu. 4 post medium vers. licèt Faber. & n. 5 & seq. vbi relatis, & recomprobatis contrarijs, vt etiam pro hac sent. relatis concordantibus testatus est, quod etiam sequuti sunt ferè omnes DD. in c. contingit interdum de sent. excom. & n. 7 vbi quod ita sentit. cõis Canonistarum schola Gram. decis. 44 n. 2 Corneus cons. 195 n. 1 l. 2 Camer. in pratic. cri. in 3 tract. de homicid. & assassin. § mõ hic nos in fi. & in § 8 quæro nu. 5 vbi etiam quod est irregularis Plaz. in epit. delict. l. 1 c. 23 nu. 15 vers. cæterum.

Amplia octauo in bannito quod seipsum vulnerans, aut occidens non excusatur virtute statuti nolentis bãnitum posse impunè occidit Marsil. in pract. § aggredior. n. 17 Curt. Iun. cons. 182 n. 3 ad med. vers. sic etiã dixerunt Carr. in pract. d. tract. 3 de homic. & assassin. § 8 quæro n. 4 Menoc. de arbitr. iudic. l. 2 casu 284 n. 31 & seq. vbi pluribus hanc sententiam comprobat.

Amplia nono, & vltimo, quia in isto crimine punitur etiam non secuto effectu, & sic seipsum percutiens, seu vulnerans animo occidendi etiam morte non secuta vt putà quia ab alijs fuerit detentus seu impeditus punitur per tex. in l. fi. § si quis autem in fi. ff de bon. eorũ Ioan. And. in addit. ad specul. titu. de pœnis § 1 vers. 2 quæro iuncto vers. ad contrarium Gramat. decis. 44 n. 1 & 3 Capra concl. 66 n. 2 Franc. Marc. decis. 876 n. 7 p. 2 & Menoc. de arbitr. iudic. l. 2 casu 284 n. 22 vbi quod de hoc nil dubitant Doctores.

DE INIVRIIS, ET DAMNO dato.

TIT. XI.

Inferens iniuriam, & damnum, debet damnum passo satisfacere, nec illum excusat ignorantia. h. d.

MItius [a] cum his igitur, qui in pugna, vel rixa aliquem lapide, vel pugno

DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

DE delictis, quæ immediatè lædunt hominẽ remanebat vlt. loco tract. de proposit. in ista rubr. Inn. post titu. præced. proponitur nunc iste præsens: qui diuiditur in 3 p. in 1 tractatur de iniuria illata ab homine: in 2 de iniuria illata ab aliquo animali: in 3 adnotatur qualiter ipsa committatur: 2 ibi, quod si: 3 ibi, inferuntur.

Mitius CASV. Quidam cum esset iuuenis lucri tamen cupidus coiuit societatem super diuersis mercibus cum alijs eiusdem ferè ætatis, in qua societate nec admodum diligens erat, & sæpè existens in conuiuio cum alijs grauiter alterum læsit, non animaduertendo quid ageret, vnde fuit quæsitum an dicatur propterea deliquisse, & quo delicto, & cum delicta omnia voluntate distinguantur, c. cum voluntate, de sent. excom. Iste excusabatur cũ non conflet de mala intentione, Sol. tamen vt hic cauetur, quia satis est, vt sit in aliqua culpa ob negligentiam cõmissam: vnde tex. in contrariú adduct. intelligitur ita, vt vel dolus culpa reperiatur. Not. quod ille tenetur ad damnũ illatũ, qui qualitercunque culpa sua ipsum intulit, secus verò vbi nulla reperitur culpa. Io. Bap.

a ¶ Mitius.] Et tanto mitius, quanto probabiliorem,

percusserint. Si enim ille mortuus non fuerit, sed in lecto iacuerit, [a] vel operas exercere fuerit impeditus, qui percusserit, & opera eius, & impensas in medicos restituet, [b] & generaliter, si culpa tua [c] datum est damnum: vel iniuria irrogata,

vel exc[illegible]abiliorem habuit causam iniuriam inferendi, l. si adulteri, § Imperatores, ff de adult. & per Ab. in c. olim de resci. n. 6 & in c. 1 eo vnde sumitur.

a ¶ In lecto iacuerit.] Idem si non iacuerit in lecto l. ex hac ff si quad. paup. fe. di. & in l. fi. ff de his qui deiece. vel effud. sed ideo de decubitu fit mentio, quia communiter qui non iacet, non perdit artificium suum secundum Ab. in cap. 1 eod. & inclusio vnius, & expressio, quando exprimitur gratia frequentioris vsus, non est exclusio alterius auth. cassa, & irrita cum ibi no. in verb. per Italiam C de sacr. Eccles.

b ¶ Restituet.] Etiam si iniuriatus remiserit iniuriam: quia censetur remisisse rancorem non damnum Ab. post Ioan. And. & Spec. in d. c. 1 eod. & per Bar. in l. non solum § iniuriarum ff eod. & in l. si tibi decem ff de pact. & sequuntur posteriores in l. 1 ff eo. tit. de pact. & fac. ad hanc literam, l. ex hoc, ff si quad. pau. fec. dic. l. fin. ff de his qui deic. vel effu. l. qua actione in princip. ff ad leg. Aquil. deformitatis autem ratio non habetur, vt not. dict. cap. 1.

c ¶ Culpa tua.] Etiam leuissima cum cap. fin. eo. vnde sumitur, loquatur indistinctè, & sic in hac actione legis Aquiliæ venit leuissima culpa de iure canonico, & in foro animæ, sicut de iure ciuili: quia ex parte damnum passi non est mera pœna, sed est emendatio damni, vt per Abba. in capitul. si egressus, & capit. fi. eod. fac. not. per Ioan. Andr. in capitul. quamquam de vsu, licèt contrarium teneat Innoc. in capitul. sicut dignũ, de homi. plenius per Doct. in capit. 2 de constit. secus est, si nulla culpa intercessit? putá, si infans, vel furiosus damnum dederit, l. sed & si § iniuriarum, & § igitur, ff ad leg. Aquil. & not. in dict. ca. fin.

ALOYSIVS RICCIVS. *Videnda sunt pro totius tituli generali cognitione, primò quot modis committatur, secundò quotuplex sit, tertio de pœnis quibus erunt iniuriantes puniendi quoad primum dicẽdum est iniuriæ aliæ personales sunt aliæ verbales, & cum personales sint longe anteponendæ ex regul. Grã. in voto 17 numero 18 cum quælibet persona lis iniuria graue delictum dicatur Bart. in l. non solum § si mandante, ff de iniurijs ideo prius de personalibus est dicendum quare iniuria personalis fieri solet puta si carens iurisdictione Ecclesiasticas personas, vel alias inuitas etiam volentes carceratas detineret, quod peragendo non modo incidit in iniuriarum actionem sed in excommunicationis sententiam per Innoc. in cap. cum nuper de sentent. excommunicat. & Bal. & in Marg. in verb. iniuria clerici enim sunt in totum ascripti in sortem domini c. cui portio 12 quæst. 1 de cuius dicti veritate plenè loquutus fuit Niger in Cleme. 7 de vita & honest. clericorum in numero 36 & in numero 11 hæc autem non procedunt vbi in flagranti fuisset captus & remissus ad suum superiorem, quod fieri potest, l. permittente, & an, & quando clericus per iudicem laicum valeat cognosci accedas ad Cassan. plenissimè in hoc loquentem. in consuet. Burgun. car. 49 & seq. Secundò personalis inferri dicitur iniuria, vbi aliqua persona Ecclesiastica fuerit per vestes inuita detenta, vt per Bal. in dict. Margarita in verbo iniuria, & Guid. de can. in l. si qua per calumniam C de epiſcop. & Cleric. & per Angel. plenius in verbo Pannos car. 178 numero 1 in tract. maleficio: Tertiò personalis dicitur si fuerit processum ad verberationem, aut flagellationem aut ad pugillorum & alapæ percussionem, & de quibus Afflict. in constit. vt dignitatum Floria in l. sed si oculus dirimatur aut si obcœcatus sit, vel sanguis effusus Bar. in l. furem, ff de sicarr & in l. 1 C. vnde vi, & plenius Grammat. in cons. crimin. 29 numero 5 & 6 de cuius dicti veritate plenè habetur per Afflict. in constitut. iurisgentium, & si quis tamen minatus est punitur, sed non eadem pœnâ, vt latè per Angel. in tractat. maleficiorum verſ. admenauit numero 1 & 2 Quartò personalis dicitur iniuria dum aliqua persona de possessione sua fugatur l. itaque fullo, ff de iniur. & per Innoc. in dicto capit. nuper de sentent. excommunicat. Quartò personalis dicitur si per vim domus alicuius de prædictis personis ingrediatur, l. lex, § 1 & 2 ff eodem iniuria autem verbalis pluribus modis solet inferri, & licet generaliter loquendo iniuria verbalis dicatur omne id per quod alicui improperatur, vt per Bald. in l. 3 in principio, ff de lib. & posthum. & in lege turpia de lege 1 tamen specialiter præmittendo in specie verbalis dicitur iniuria si tibi dictum fuit tu es filius meretricis, vel hæretici per l. qui iniuria, ff de furtis, vel si tibi dictum fuerit tu es aleator, vel fur. l. vnica C de falso libello. & habetur in quinta quæst. 1 per totum, vel si dictum fuerit falsus delator ex reg. tex. in c. si non ex eodem titulo nostro & Roman. in cons. 96 & sequent. & Theolog. in quæstio. 127 & in addictio. vel verbalis iniuria dicitur dicendo tu es bonus vir. Secundum Card. in cap. ex literis de consuetud. vltimo verbalis dicitur tu mentiris per Dyn. & Bar. in l. si quis extraneum, ff de acquir. hæred. Alexand. in l. fina. ff quod quisque iuris, & quia hæc verba solent esse in vsu. Immò ab eis solent infinitæ pugnæ duellares euenire vnde scire oportet, quod hæc regula patitur tribus modis limitationem. Primo vt non procedat quando fuerit dictum cum hoc modo saluo tuo honore Tu mentiris de hoc, secus si hæc verba postponentur secundum Angel. plenè in tract. maleficio in eo verbo, & Alexand. in l. item apud Labeonem § Prætor ait. ff de iniur. Secundo, vt non procedat vbi dictum fuerit specificè protestando, quod non dico animo iniuriandi sed mei honoris, vel iuris conseruandi, tunc quidem non dicitur pœna dignum huiusmodi verbum Tu mentiris, vt per Speculum in titu. de aduocatis § 3 verbo hoc tamen per Angel. & Bart. in dicta l. quæ omnia, & in dicta l. final. ff quod quisque iuris vbi Paulus notabiliter de hoc verbo latè loquutus fuit Maria, Soc. in certo suo cons. insito in fine tractat. Alciat. de duell. Tertio & vltimo, vt non procedat vbi fuerit dictum pro iniuria propulsanda, quia tunc lege permittente feciſſe dici debet, vt per Abb. in capit. cum te de iudic. & Bart. in l. quæ omnia ff de procur. Pariter iniuria non est, si fuerit dictum tu falsum dicis, vt per Salycet. in l. de tutela, ff de in integ. rest. & per Alexand. in l. apud Labeonem, ff de iniur.*

Quo ad secundum iniuria est triplex quædam enim est atrox, quædam leuis, quædam verò leuissima.

Dicitur atrox iniuria facta Sacerdoti, dum est in habitu dignitatis sacerdotalis, vt dicit tex. in l. Atrox, eodem tit. vel cum clericus offert duellum, vel oblatum suscepit, vt dicitur in cap. 1 de clericis pugnan. in duello, vbi dicitur, quod hoc est enorme crimen. vel dicitur atrox iniuria si quis vulneratus fuerit, vel fustibus cæsus ex reg. glos. in ca. fin. de donat. benè facit vlt. glos. text. in l. sed si hac § Prætor ait ibi flagellis, ff de iniu-

vocand. vel in excessu commisso in episcopum, vel Abbatem, qui semper dicitur enormis, vt not. per Ab. in capit. cum illorum de sentent. excommunicat. vel dicitur Atrox iniuria si membro sit mutilatus, vel ex percussione impeditur eius officium secundum eundem Abb. in dicto cap. cum illorũ, vel dicitur atrox iniuria si percussus in platea, vel in Ecclesia, vel in theatro, vt ibidẽ Abb. & si ex qualitate personæ censetur excessus leuis, vel atrox, vt in l. 2 ff de public. iud. & in l. auxilium, ff de mino. vel dicitur atrox iniuria per inimicitiam grauissimam, vt dicit Bar. in l. 3 § fin. ff adimen. lega. & firmat. Alexand. in cons. 99 volum. 1 vel reputatur atrox iniuria in Ciuitate Neapoli. recipere alapam, & ex reputatione dicitur atrox iniuria secundum morem Prouinciæ, vt in l. fæcularij § sunt quidam, ff de extraord. crimin. & in lege 2 & ibi Bald. C. de *noxa* l. vel aggredi dicitur grauis iniuria, & atrox ex reg. Andr. in capitulo primo, § similiter quibus modis feu. amitt.

Leuis autem iniuria est de qua prætor curam habet, l. non solum § si mandauero vers. leuis ff de iniur.

vel alijs irrogantibus opem tulisti [a] aut hæc imperitia tua, [b] siue negligentia [c] euenerunt, iure te super his satisfacere oportebit, nec te excusabit ignorantia [d] si scire debuisti, [e] ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere vel iacturam.

Si tuum animal damnum dabit, potest liberari illud dedendo, nisi sit ferum animal, & nocere solitum, & non fuerit adhibita debita diligentia. hoc dicit.

Quod si animalia [f] tua nocuisse proponantur, nihilominus ad satisfactionem teneberis: nisi ea pro noxa dando damnum passis, teipsum velis liberari, quod tamen ad liberationem non sufficit, si fera fuissent animalia, & quæ nocere consueuerant, & quam debueras, diligentiam non adhibuisti. [g] Diuersum statuitur in eo, qui vt capit. item prædicti, n. 8 & nonnunquam etiam pœna furcarum iniurians, tenetur puta dans alapam Prætori vt per Gram. dec. 36 nu. 4 & Arnon. in singul. 13.

a ¶ Opem tulisti.] l. Item Mela § si alius, & § item, ff ad leg. Aquil. l. non solũ in princ. & § mandato, ff eod. § ope. instit. de obl. quæ ex delict. nasc. ca. ficut dignum, § illi, de homic. vnde ius ciuile, & canonic. non differũt in hoc, vt colligit Ab. in c. fin. eo. vnde sumitur. Secus tamen esset in statuto: quia statutũ faciẽs mẽtionem de faciente dicẽs, non includit præstantem opem, vt per Ab. in d. c. fi. & in c. inter sollicitudines, de purg. can. licet quidam distinguant, vtrum verba statuti sint concepta in rem, vel in personam vt per Paul. de Castrolia l. si necessaria, § vendẽdo, ff de pigno. actio.

b ¶ Imperitia tua.) Quæ culpæ annumeratur, l. imperitia, ff de reg. iur. & § imperitia. instit. ad l. Aqui. & l. si quis fundum, § Celsus, ff loc. & fac. hoc contra medicos male curantes: quia tenentur ad damnum, contra, l. illicitas, ante fin. de offic. aduoc. c. ad aures, de ætate, & qual. ca. tua, de homi. Idem esset in doctore, cuius ob imperitiam alicui damnum datum est, putà, quia causam prodidit: quia tenetur aduocatus ad emendandam secundum Host. in capit. calumniam, de pœn. & per Ab. in c. fin. eod.

c ¶ Negligentia.] l. si seruus, 2 § si ex plaustro, ff ad l. Aquil. capitul. quæsitum, vbi de hoc traditur de pœn. c. fi. eodem vnde sumitur.

d ¶ Ignorantia.] Putà, si cum vellem repercutere percutientem me alium percussi, l. scientiam, l. pœn. ff ad l. Aquil. l. eum qui, § si iniuriarum, ff eod.

e ¶ Scire debuisti.] Fac. l. Iulianus, ff ad Maced.

Quod si Casvs. Quidam rusticus habens diuersa animalia dimittebat ea ad pascendum sub custodia eius filiorum existentium impuberum. Cum animalia diuersa damna intulissent fuit dubitatum de isto rustico an esset obligatus, & cum non constat ipsum esse in culpa ob custodiam affignatam, consequenter non videbatur obligatus Solu. vt hic legimus, quia debebat animaduertere qualitatem custodiæ, & animalium: Non obstat autem obiectio cum aliquando posset verificari. Not. 1 quod non omnia genera animalium est permissum tenere in domo, & locis domesticis: Not. 2 quod homines non tantum tenentur euitare mala, sed etiam occasiones ad mala. *Io. Bap.*

f ¶ Animalia.] Non quælibet, sed quæ contra naturam mouentur, vt bos cornu petere solitus, equus calcitrosus, l. 1 ff si quadr. paup. fec. dicatur, & instit. eod. tit. & not. in c. fi. § quid si animalia, vnde sumitur.

g ¶ Adhibuisti.] Quia huiusmodi animalia non debent teneri in publico, & vbi est publicum iter. § hic quoque inst. si quad. pa. fec. dic.

Leuis autem iniuria est de qua prætor curam habet, l. non solum § si mandauero vers. leuis ff de iniur.

Quoad tertium non video quod possit dari certa pœna vel regula cum ex veritate locorum, personarum, temporum & factorum ipsæ quoque pœnæ variari soleant. Talia enim crimina extraordinaria sunt, & extraordinariam pœnam merentur, l. fin. ff eod. & Sebast. Niger latius, in cap. de iniurijs, numero 8 ita etiam innuit expressè in constitut. obseruentur, & Afflict. & in constit. varietates licet in hoc Regno de verberibus loquendo seruetur constit. vt dignitatum, & ibi per Afflict. diffusius tamen iniuriam Ecclesiasticis personis illatã quatuor concurrentibus scilicet, quod sit presbyter, & quod tempore celebrationis diuinorum officiorum quod in Ecclesiam, & quod si officium diuinum turbatum veniret tunc imponenda vltimi supplicij pœna, vt dicit Niger. in dicto capit. de iniurijs, & latius per Bald. & Iacob. Bart. in Authent. de episcopis & clericis, & si aliquid deficeret teneretur exilij pœna vt refert Niger. in capit. de violentijs, numero 14 quæ etiam in litanijs idem procedere dicuntur ibidem de iniuria leui quomodo sit punienda est theorica Bald. in l. athletas § item si quis ff de infamibus, & quod interdum corporaliter, interdum pecuniarié iniuriantes possunt puniri demonstrat Cassan. in consuetud. Burgun. numero 17 car. 14 & quod corporaliter iniurians puniri possit, & morte ciuili ad tempus si aliquem honestum, vel aliquam honestam in vituperium in locis publicis, nudum vel nudam depingendo posuerit vt per Paris. in tract. sindicatus in verbo iniuria & Niger. in

a ¶ Omisit.]

damnum non contingeret, nihil omisit. a

Iniuriæ inferuntur re, verbis, literis: & pœna est arbitraria. h. d.

Inferuntur autem iniuriæ tribus modis, b Re, Verbis, & Literis. Re, vt cum manus inferuntur. c Verbis, vt cum conuicium dicitur. d Literis, vt cùm in alterius vituperationem carmen, aut famosus libellus conscribitur, e quibus omnibus pro qualitatibus admissi & atrocitate, prudens iudex pœnas irrogabit.

Conficiens famosum libellum, & manifestans pari pœnâ puniuntur. h. d.

Eo amplius, si quis famosum libellum inuenerit, & non statim corruperit, vel combusserit, sed eius tenorem dolosè manifestauerit, quasi auctor f plectendus erit.*

DE ECCLESIASTICIS Censuris.

TIT. XII.

Ponit continuationem præcedentium, & subsequentium. h. d.

a ¶ Omisit.] Not. quod nihil est ei imputandum qui nihil omisit in adhibenda diligentia, l. qui occidit, § in hac, & l. qui foueas, & lib. si putator, ff ad legem Aquiliam, capitulo antepenultimo, capitulo finali de homicid. & capitulo finali in fin. eodem.

b ¶ Tribus modis.] Et forsitan pluribus, qui colligi possùt ex variis casibus in titulo de iniurijs aggregatis, sed vix est vt ad vnum de istis tribus non possit redigi.

c ¶ Inferuntur.] Cù certa animi destinatione: aliàs secus, l. si cum seruo meo, ff de iniur.

d ¶ Dicitur.] Etiam si verum dicatur secundum Ab. in capit. 1 & in vltim. q. de sent. & re iud. concor. lib. 1 in prin. vers. iniuriam, ff eod. vnde sumitur, & l. item apud Labeonem § conuicium, ff eod.

e ¶ Conscribitur.] l. lex Cornelia, § si quis liberum, ff eo & l. vni. C. de fam. lib.

f ¶ Quasi auctor.] Auctor autè puniri debet ea pœnâ quâ puniendus esset diffamatus, si crimen cuius prætextu diffamatus, esset verum, vt in lib. primo Codice de amo. lib. & in c. fi. 5 quæst. 1 vbi not. vel fortè capitali pœna punietur indistinct. d. lib. 1

* Plectendus erit.) In Gallia Typograph. qui famosos libellos typis mandant aliique qui quouis colore illos seminant aut vendunt corporaliter puniri debent vt cauetur ordinatione Caroli Non. de Anno 1561 art. 13 & Ordinatione Molinensi art. 77. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Conficiens famosum libellum, & manifestans pari pœnâ puniuntur h.d. addè Boff. in tit. de officialibus corruptis, & in tit. de famosis libellis Paris. de put. in tract. sindicatus in cap. an quis car. 47 & in cap. iniuria car. 148. Afflict. in constit. pessimas nu. 9 est tex. in l. siquidem C. de iniurijs Afflict. in constit. præsenti nu 2 & est tex. in cap. si quis § si quis ramorum 5 quæst. 1 sed pro tironibus dic quod libellus diminutiuè quasi paruus liber dictus est tamen iuridicè dicitur multis modis de quo in l. iudices C. de Episc. audien. quid sit libellus famosus die ex regula Doctor. quod est compositio in scriptis facta in infamiam alicuius eius, quod probari non vult, & in publica facta, vel in loco vbi inuenitur, quæ sit pœna componentis libellum famosum, dic quod est quadruplex secundum quod quatuor modis potest agi contra eum si enim agatur criminaliter, & secundum leges ciuiles, & sit certum de actore si sit conuinctus est reg. glos. de capitatur siue deportatur. 5 quæst. 1 cap. si qui inuenti, & tex. hic & est inter testabilis cap. vt carmen 4 qu. 3 l. qui ff qui testam. fac. non poss. si verò agatur, secundum canones verberandus est cap. 1. 5. qu. & anatematizandus, vt in dict. cap. hi qui & cap. 2 de q. sed si sponte confitetur cum non possit probari minus agatur cum ec c. 2 5 q. 1 & sic intellige, quod puniatur ad arbitrium iudicis cap ir. de causis in fine de officio delegat. si vero de Actore certum non est debet moneri, quod producat in publicum, & probet, quod scripsit quod non fecerit. Primò priuabitur Sacramentis postea excommunicabitur, & hoc est cum innocens aliquis infamatur, secus si fuerit reus qui accusatur, cuia expedit, peccata nocètum nota esse l. eum qui in princip. ff de iniurijs, & etiam poterit deponi cum istud sit crimen graue, & damnatione dignissimum 25 distinct. § nunc autem aduerte, quod actor huius rei occultus prodeat in publicum probaturus quæ continentur in libello, & liber erit à dicta pœna aduertendum tamen est, & tertiò, quod secundum iura ciuilia, qui tunc libellum inuenerit ignarus & non statim destruxerit, vel occultauerit, sed eum manifestauerit scilic. dolo quasi actor huiusmodi delicti capitali senten. subiugatur hic in text. nostro, & sic etiam secundum Cano. punitur vt actor, si verò agitur ciuiliter, scilicet actione iniuriarum quæ non publici iudicij, sed priuati continet quærelam iniuriarum ec. tit. nostro pœna erit secundum iuramentum actoris, & iudicis taxationem § pœna instit. de iniur. si verò agatur de foro pœnitentiali tenetur sicut & alij detractores ad restitutionem famæ scilicet alium libellum in contrarium faciendo, & vltra hoc tenetur de omni damno satisfacere: publicatio Cartelli facta non dicitur si solum legitur coram Domino superiori publicare volente, & ad veram publicationem quæ requiruntur. & data ipsius Cartelli præsumitur facta, de quo diffusius Paris. in cons. 30 nu. 1 cum. seq. vol. 1.

DE ECCLESIASTICIS CENSVRIS.

CONtinuatur materia ista de censuris per text. in princ. istius titul. vel addendo dicas secundò, quod postquam auctor supra per plures titu. loquutus est de varijs delictorum generibus consequens erat pertractare de eorundem pœnis, quæ cum in jure canonico præcipuè sint censuræ ecclesiast. Ideo in præsenti incipit eas explicare, ideque facit tali ordine quod cum debeant primo explicari in vniuersali. & postea in specie juxta not. supra in rub. de jure cano. propterea proponitur in præsenti titu. iste: qui diuiditur in du-

as parti. in prima habetur, vt dixi continuatio in secunda quid & quotuplex sit censura ista, ibi ecclesiast.

Lo. Bap. POstquam. CASVS non figuratur, not. tamen vtile esse per ordinem compilare quæ in præcedentibus dicta sunt. Not. 2 quod censuræ eccl. imponuntur aliquãdo ob cõtumaciam, & aliquando ob alios excessus. Nota 3 contumaciam connumerari inter excessus & delicta.

a ¶ Annexa.] Facit supra de præbend. in princ.

b ¶ Ad reliquos.] Tractatus.

c ¶ Contumaciæ.] Supra de dolo & contũ. in princ. cap. quoniam frequenter § fin. vt lit. non contest. cap. 1 de dolo & contum. in 6 c. constitutus, vbi not. de sent. excom. in 6.

d ¶ Superest.] Nec enim nouum est vt quibusdam specialiter numeratis generalis clausula tractatus subijciatur, quæ omnia comprehendat, lege si seruus seruum, § inquit lex. versic. sed non est nouum, ff ad leg. Aquil.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro intelligentia huius tituli videndum est 1 quid sit censura, 2 quæ sit eius etymologia, tertiò quotuplex sit quartò quot modis ab ecclesiasticis scriptoribus vsurpetur.

Quo ad primum censura ecclesiastica est pœna spiritualis, fori exterioris ecclesiæ, quâ spiritualium vsus impeditur, vt à contumacia discedatur. Hugolinus de ecclesiast. censur. tab. 1 c. 16 § 4 nu. 5 Cui similis est illa quę ab alijs passim assignari solet. Censura est vinculum spirituale ecclesiasticum ordinatum ad salutem spiritualium tum illius qui ligatur tum etiam ad salutẽ aliorum, quæ eadem omnino est cum superiori quo ad sensum licet verbis differre videatur: quæ tunc verè, si vtramque breuiter explicemus.

Primò dixi est spiritualis pœna, vt colligitur ex canon. auaritiæ iuncta gloss. in verbo in spiritualib. de elec. lib. 6 & cap. transmissam eò in Antiquis, cuius ratio est, quia hæc pœnã anima, quæ spiritualis est in primis punitur eademque vsus spiritualium potissimum prohibetur ad distinctionem nimirum corporis pœnarũ vt ieiunij verborum, exilium, atque carceris, quæ pœnæ licet ab ecclesia inferantur (vt de ieiunio habetur in cap. si quis contristatus distin. 40 & de verberibus ca. 1 23 quæst 5 & de seruitute in cap. ita quorundam de iudæis, & de exilio, in cap. Synodo in fi. & glo. ibid. distinct. 93 & tertia q. 4 capit. hi qui Episcopos & c. accusatoribus 3 quo est 7 pœnæ tamen spirituales non dicuntur, nec proinde censuræ ecclesiasticæ veræ erunt sicut nec pœna pecuniaria quæ ab ecclesia infligi potest & solet arg. d. c. quorundam de Iudæis, c. cum secundum leges de heret. lib. 6 censura ecclesiastica propriè dicitur, multo que minus pœna, siue corporis siue bonorum, quæ à iure ciuili, aut potestate laica infertur ecclesiasticæ censurę nomen sortitur.

Secundò quod pœna sit ex his quæ diximus manifestum est.

Tertiò dixi (fori exterioris ecclesiæ) si quidem, qui censuram ecclesiasticam fert iurisdictionem ecclesiasticam contentiosi, & exterioris fori habere debet, cum censuras ferre clericorum, & eorum solum sit qui talem iurisdictionem habent, ex Panor. in c. dum. 2 nu. 7 de elect. & in c. cum contingat num. 30 de foro compet. citans pro hac re cap. quærenti de verb. signif. &c. ex literis de off. & potest iud. deleg. vbi bene probatur, & glos. in clem. vnic. in verb. iurisdictionem de foro compet. Couar. in cap. alma mater par. 1 § 11 num. versic. primum igitur de senten. excõ. lib. 6 Nauar. in relect. c. cum contingat in secunda causa nullitatis de rescript. vbi id probat, tum quia fieri non debet sine causæ cognitione, vt habetur in c. nemo episcopus 2 q. 1 & cap. sacro de senten. excomm. lib. 6 & cap. cũ medicinalis eo. tit. tum quia fertur in inuitum, tum quia dicunt tantũ à iudicibus cẽsuras esse ferendas vt in c. 1 de sẽten. excom. in 6 vbi textus repetit verbum Iudex ecclesiasticus & c.

> POstquam tam primo libro personarum, quàm secundo rerum ecclesiasticarum tractatum, cum his, quæ annexa [a] sunt summarium complexi fuimus, subinde ad reliquos [b] venientes iudiciorum, tam ciuilium, quàm criminalium materiam, & seriem explanauimus delictorum, & naturam, & pœnas breuiter perstringentes cum tam ratione cõtumaciæ [c] quã etiã aliorum excessiuum ecclesiasticis cẽsuris interdum aliquos innodari varijs locis admonuerimus. Supereſt [d] nunc vt operi finem imponentes de ipsis censuris fusius, & distinctius disseramus.
>
> *Quid veniat appellatione censuræ ecclesiasticæ, quid sit excommunicatio, quid interdictum, quid suspensio. h. d.*

quærenti de verbor. signif. vnde pœna quæ à laicis infertur censura nõ est. Sed neque illa, quam Sacerdos in foro pœnitentiali iniungit, licet spiritualis sit, rationem censuræ habet ex quo fit quod prohibitio, siue suspensio confessarij à celebrando, verè, & propriè suspensio non fit, quia non est facta ab habente iurisdictionem fori exteriori, quæ vera ratio est, cur contra faciens irregularis non reddatur, vt expressè tradunt Nauar. in Manuali cap. 27 numero 51 & Maiol. lib. 3 de irregul. capite 19 numero 23.

Quartò dixi (quâ spiritualium vsus impeditur.) Nam excommunicatio priuat vsu Sacramentorum, & consortio Fidelium c. penult. de senten. excomm. & cap. Engeltrudam 3 quæst. 4 Interdictum impedit ne diuinis eum ipsa fiunt inter se aut locis interdictis eadem facere possumus cap. permittimus de sentent. excomm. cap. alma mater § adiicimus eod. tit. lib. 6 suspensio etiam ne quis ecclesiastica munia ex officio exercere valeat impedit cap. si quis presbiter, & cap. Apostolicæ, de cler. excomm. ministr.

Dixi quintò (vt à contumacia discedatur.) Hoc siquidem ecclesia in suis censuris ferendis intendit, vt contumacia delinquentis comprimatur vt expressè habetur in cap. 1 de exception. lib. 6 & glos. in verb. contumaciæ, & cap. nemo episcoporum, 11 quæst. 3 & ibi glos. in verb. mortis, & fusius tradit Crotus in cap. vt animorum de constitut. lib. 6 Vnde statim ac Contumacia sublata est absolutio tribuitur vt habetur in c. ex literis, de constitut. Vbi Innoc. III. ait cum tam iuris Canonici, quam nostri moris existat vt is qui propter contumaciam commusione priuatur, cum satisfactionem cõgruam exibuerit restitutionem obtineat, ratio est quia cum censuræ medicinę loco adhibeantur capite cum medicinalis de senten. excomm. lib. sexto meritò contumacia quasi morbo sublata à censura ipsa tolli debet arg. capite cum cessante de appellat.

Pari modo esset explicanda alia definitio ab alijs

Pari modo eſſet explicanda alia definitio ab aliis aſſignat quæ breuitatis cauſa relinquo, ſed ne deſeras tamen videre Sayrum de cenſuris ca. 2 nu. 13.

Quo ad ſecundum cenſura dicitur à cenſendo, quod nomen in vſu fuit apud antiquos Romanos, in duplici ſignificatione, vt primò pro Cenſoris dignitate, & deinde pro cenſione ſententia, ſeu correctione ipſius cenſoris acciperetur, vt optimè Nauar. in Manual. cap. 27 num. 1 annotauit.

Quo ad tertium cenſura triplex eſt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum c. quærenti de verbor. ſignif. glo. ibi & Panor. nu. 2. Summiſtæ in verb. cenſura Nauar. in Manual. ca. 17 num. 1 Henriquez lib. 13 c. 3. Cur verò tres cenſuræ ſpecies ſint nec pluresnec pauciores, duplici ratione oſtendit Hugolinus vbi ſupra num. 3. Quarum vna eſt, quia his cenſuris conſtricti in triplici genere ſunt, nimirum aut clerici, aut laici, aut loca, & quidem excommunicationi ſubijciuntur tam laici quam clerici, ſuſpenſione verò ſoli clerici afficiuntur, loca denique interdicto tantũ ſubijciuntur, vt ipſe probat ex c. poſtulaſtis de cleric. excommun. miniſtr. & ex cap. priuilegium de verbor. ſignif. lib. 6. Quo ad vltimum de interdicto mihi non placet cum non ſolum loca, ſed etiam perſonæ interdici poſſint, vt communis Theologorum, & Canoniſtarum ſententia confirmat, & ſatis colligitur, ex ca. ſi ſententia de ſenten. excom. lib. 6 & DD. ibi, & Panor. in cap. non eſt, num. 8 de ſponſalib. Alia eius ratio eſt ex ipſa pœnæ ratione deſumpta: ſiquidem cenſura pœna ſpiritualis eſt, quâ bonorum ſpiritualium vſu priuantur; quæ priuatio aut omnium bonorum, aut partis tantum eſſe poteſt, idque actiuè & paſſiuè, aut altero modo tantum, id eſt, vt vel Eccleſiæ bona quis aliis miniſtrare, aut ab aliis accipere poſſit, prout in excommunicato maiori excommunicatione contigit, cap. excommunicato, vndecima quæſtione tertia, & cap. Engeltrudam tertia quæſtio. 4. In interdicto autem ſolum vſus diuinorum prohibetur actiuè, & paſſiuè, ita vt nec diuina ſuſcipere, nec aliis adminiſtrare poſſit, capitulo ſi ſententia in fine, & capit. fin. de ſentent. excommunic. lib. 6 & capitul. clerici, de cleric. excommun. in antiq. ſuſpenſio denique actione tantum vſu ſpiritualium Eccleſiæ priuat. c. ſi quis presbyter de cler. excom. miniſtr. & cap. cum medicinalis de ſent. excom. § ſi quis autem, lib. 6.

Ex his quæ dicta ſunt duo præcipuè inferuntur. Primum excommunicationem maiorem omnibus aliis cenſuris grauiorem eſſe id quod colligitur ex capitul. corripiantur, vigeſima quarta quæſt. tertia, & docent Gl. in ca. ſacro in verb. tantum, & Panor. ibid. num. 7 & in c. olim inter num. 10 de reſtit. ſpol. tum quia maxima pœna eſt inter homines eſſe, & hominum carere commercio, vt dicitur in l. ibi, quia tantam. Cod. de pactis, tum quia per eam quis traditur Satanæ in interitum carnis, 1 Cor. 5 tum quia priuat mediis ad vitam animæ oportunis, vt Sacramentis, & ſuffragiis Eccleſiaſticis: Excommunicatione enim maiori Eccleſiæ hoc eſt tam diuinorum, quàm Chriſti fidelium vſu penitus priuamus & proinde diuinis, & profanis Eccleſiæ bonis caremus. Interdicto autem tantum diuina tam actiuè quàm paſſiuè prohibemur, non autem prophana vnde eorum vſum retinemus: ſicut etiam ſuſpenſione diuinarum functionum vſu tamen actiuè priuamur, ne ſcilicet ſpiritualia miniſtremur, tunc enim miniſtri Eccleſiaſtici partes agimus, vbi ſpiritualia miniſtramus, non autem vbi ea ſuſcepimus grauior igitur aliis cenſuris eſt excommunicatio. Vnde fallitur Medina qui lib. 1 inſtruct. c. 21 § 14 affirmat ceſſationem eſſe pœnarum grauiſſimarum, vt refert Henriquez lib. 13 c. 1 num. 3 lit. R. niſi intelligatur de pœnis communitatem, & certè ſi attentè legatur Medina loc. cit. de ſola interdicti pœna id docuit, ſolum enim contendit ceſſationem à diuinis pœnam grauiorem eſſe, quam ſit illa de interdicto. Secundũ quod infertur eſt per clauſulam Bullis Pontificiis inſeri ſolitam. (Abſoluentes tela cenſuris) irregularitatem non tolli. Vnde conſtat erraſſe Scotum in 4 diſt. 21 q. 3 art. 1 & Medin. in 1. 2. quæſt. 96 art. 4 in lib. 1 inſtruct. c. 21 § 9 aſſerentes per Bullam cruciatæ, quæ dat confeſſorib. facultatem abſoluendi ab omni cenſura Eccleſiaſtica, illo nomine includi etiam irregularitatem ratione peccati contractã in qua ſententia etiam fuerunt aliqui Doctores Hiſpaniæ quæ tandem Doctrina nullo mẽdo in praxi ſequenda eſt cum ſit expreſsè contra conſtitutionem Pontificiam Innoc. III. in cap. quærenti de verb. ſignif. eamque Refellunt Nauar. in tem. 1 conſ. 3 de ætat. & qualit. ord. Ledeſmus 2 par. q. 26 art. 2 in fin. § eſt præterea irregularis Hugol. de cenſ. Eccleſ. tab. 1 cap. 26 nu. 2 & ipſemet Sot. ſibi contrarius in lib. 7 de iuſtit. q. 1. art. 4. Hæc igitur ſententia in praxi obſeruãda eſt.

Eccleſiaſticæ. CAsvs. Non figuratur, not. tamẽ cauſam diſtinctionis, cenſura igitur, cum ſit quædam pœna conſequenter dicitur hominem priuare aliquo bono: quod quidem in præſenti eſt meo iudicio vel exequutio ſui efficij, vel communio rerum, & hominum: ſi primum aut homo priuatur ſimpliciter, & ſic non pertinet ad cenſuram, aut priuatur ad tempus, & hinc datur ſuſpenſio: ſi ſecundum aut reſpicit hominem, vt eſt perſona priuata, & hinc habetur excommunicatio, aut eſt pars vniuerſitatis, & inde oritur interdictum.

Ecclesiaſtica cenſuræ nuncupatio tria [a] * regulariter complectitur [b] ſcilicet. Excommunicationis, Interdicti, & Suſpenſionis ſententiam. Excommunicatio eſt à communione excluſio. [c] interdictum Eccleſiaſticũ [d] eſt à certis Sacramentis, [e] & omnibus

a ¶ Tria.] Videtur ergo, quod iudex delegatus virtute illius clauſulæ ſolitæ in delegationibus apponi compeſcendo contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam & cæt. non poſſit apponere aliam pœnam in iure expreſſam, vel arbitrariam, quod ſatis verum eſt virtute clauſulæ, vt per Peruſ. in cap. 1 de homicid. in 6 poſt princ. poterit tamen huiuſmodi pœnas imponere virtute delegationis, nec hæc clauſula ad ampliandum iuriſdiction. inducta, reſtrictio. operabitur, arg. c. fin. de verb ſignific. & deducit Ab. in c. quærenti eo. tit. vnde ſumit.

* Tria.) Tres itaque duntaxat ſunt eccleſiaſticæ cenſuræ excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum vt hic & habetur in cap. quærenti de verb. ſignif. quid ergo erit irregularitas, quid depoſitio? Reſpondeo irregularitatem eſſe impedimentum, depoſitionem verò pœnam, cenſuram autem pœnam non eſſe ſed medicinã cap. 1 de ſent. excom. in 6 SOLIER.

b ¶ Complectitur.] Verbum igitur animaduerſionis latius patet: continet enim depoſitionem & alias pœnas, c. 1 de homicid. in 6 vbi nota Peruſ.

c ¶ Excluſio.] Variè per Doc. definitur excommunicatio vt apparet per Hoſt. in ſum. & per Ioan de Lig. Nic. Plo. & Archiepiſc. Flo. in ſuis tractatibus, ſed hæc eſt breuior, ac ſimplicior, & rei accommodatior, cum compregendat vtramque excommunicationis ſpeciem, ad declarationem vide ſupra alleg. & Ab. in c. 1 eo.

d ¶ Eccleſiaſt.] Sunt & profana interdicta vt ff C. & inſtitut de interdict.

c ¶ Certis ſacramentis.] De hoc infra tit. prox. §

item cum loci, cum § seq. & in cap. quod in te. de pœn. & remiss. dantur tamen & aliæ definitiones, vt per Ioan. Andr. Nic. Plo. & alios in suis tractatibus.

a ¶ Suspensio est.] Hæc descriptio est de mente Beati Antonini, in suo tractatu de suspensione, vbi latè declarat, & de eo dicetur infra titu. de suspens.

b ¶ Omnibus.] Quia vbi multitudo, ibi confusio auth. de referendo post princ. partitio autem multum prodest, vt not. in proœm. institu. § igitur.

DE SENTENTIA excommunicationis.

CONtinuatio huius tit. habetur supra tit. prox. § fin. in fin. vel dicas quod auctor tractaturus de censur. Eccles. in specie incipit à sententia excommunicat. vel quia est in vsu frequentior, vel quoniam reliquæ præsupponunt istã, & aliquo modo ab ea dependent: Diuiditur autem tot. iste tit. in 5 partes prin. in quarum prima habetur dist. excommunicationis: in secunda explicatur excommunicatio iuris: in tertia declaratur excommunicato hominis: in quarta tractatur de communicatione cũ excommunicatis: in quinta agitur de absolutione ejusd. secunda ibi sciendum est, tertia ibi, iudicis, quarta ibi, quarum ille, quinta ibi, si quis tamen.

diuinis officiis, & sepultura Ecclesiastica facta prohibitio. Suspensio est[a] inhabilitas quædam ordinum, vel officiorum exequutionem impediens. Sed ne de omnibus[b] simul tractantes legentibus difficultatem ingeramus, distinctè de singulis differamus, ac primùm de excommunicatione.

DE SENTENTIA[c] excommunicationis.

TIT. XIII.

Minor excommunicatio à perceptione sacramentorum: Maior etiam à fidelium communione separat. h. d.

EXcommunicationum duæ sunt species,[d] minor scilicet & maior. Minor est, per quam quis à sacramentorum participatione conscientia,[e] vel sententia[f] arcetur. Maior est, per quam quis non solum à sacramentorũ excluditur perceptione: verùm etiã

c ¶ De sententia.] Immò videtur, quod excommunicatio non possit dici sententia, quia nec definitio, quia non definit causam cum petenti absolutionem numquam denegetur audientia, cap. ex parte, primo de verbo. signif. nec interlocutoria, est illa, quæ fertur inter principium, & finem causæ, vt nota. in clem. 1 de seq. posse. & fruct. & est supra de sent. & re iudi. in prin. sed excommunicatio quandoque fertur extra iudicium, c. dilecto, eo. in 6. Et multas differentias ponunt Doct. inter sententiam, & excommunicationem, & maximè procedit obiectio in excommunicatione, & quæ fertur à iure, dic soluendo quod largè, & impropriè appellatur sententia, strictè appellatur censura, c. quæresti, de verb. sig. & § 1 supra tit. prox. & per Abb. in rub. eodem.

ALOYSIVS RICCIVS. Pro intelligentia huius rubricæ duo videbimus, primò quid sit excommunicatio, & secundò quot & quibus modis appellatur.

Quo ad primum, excommunicatio est censura Ecclesiastica quâ separatur Christianus à communione fidelium, vel Ecclesiæ, seu excommunicatio est æternæ mortis damnatio gloss. in cap. præsenti in verb. declaramus de sent. excom. in sexto. Adde quod excommunicatio est pœna, seu medicina inducta à iure positiuo, & non incurritur nisi in casibus à iure expressis, cap. is qui de sentent. excom. Lap. alleg. 48. Et æquiparatur banno dato contumaci, quod pariter dicitur medicinale; quia tollitur per inobedientiam proue excommunicatio Bartol. in extrauag. qui sint rebelles in verb. rebellis numero sexto, vbi dat concordiam, & sicut excommunicatio tollit commercium excommunicato generaliter ita bannum à loco banniti, & excommunicatio est maior pœna, quam Ecclesia imponere possit, vt communiter dici solet Clar. § fin. qu. 77 & Roman. cons. 369.

Quo ad secundum, excommunicatio variis modis vocatur aliquando enim dicitur censura Ecclesiastica, aliquando distinctio Ecclesiastica, aliquando excommunicatio, aliquando Anathema, seu Anathema maranatha, aliquando mors aliquando medicina, aliquando mucro Episcopi, aliquando pœna spiritualis, & denique dicitur omnium pœnarum maxima his enim, & aliis similibus vocibus à sacris scriptoribus, & maximè summis Pontificibus in sacris Canonibus passim excommunicatio appellari, & explicari solet, de quibus omnibus vide latè Sayr. de censuris capit. 3 vbi omnes ad literam explicat.

EXcommunicationum. CASVS. Non figuratur cum duæ afferantur de excommunicatione dist. quarum prima desumpta est ab effectu: qui est duplex valet priuatio communicationis simpliciter, & priuatio communionis secundum quid, id est quarundam rerum: Aliena est desumpta ab auctore efficiente, qui est aliquando ius ipsum, & aliquando iudex. *Io. Lap.*

d ¶ Duæ sunt species.] c. ad mensam, § aliquando, & alia. 11 q. 3 & c. Engeltrudam 3 q. 3.

ANT. TIM. Est hæc communis sententia Doct. quod excommunicatio minor sit censura Ecclesiastica quâ homo excluditur à participatione tantum passiua sacramentorum, vt post alios 1. Victoria in summa de sacram. in fi.

e ¶ Conscientia.] Vt qui ob aliquod delictum abstinet à sacramentis sua sponte fac. c. ad mensam § aliquando 11 q. 3 & c. nunc autem, distinct. 21 & cap. fin. de coh. mu. & cl. & c. à nobis, de excep. & cap. fin. de cle. excom. min.

f ¶ Sententia.] Vt cum fertur à iudice pro contumacia, quod tamen non est in vsu: cuia communiter iudices ferunt excommunicationem maiorem, testatur Ab. in rub. eodem & de ea in dubio intelligitur cap. pœna. eo. § sed quæri. infra eo. & hæc minor excõmunicatio

non est semper peccatum mortale, vt per Ab. in cap. dudum, 2 de cle. num. 24 & in c. sacris, de his, quæ vi metusve causa.

ANT. TIM. An detur casus, in quo incurrens excommunicationem minorem non peccet mortaliter, vt putà, ex metu, vel fame impellente, disputat hanc quæstionem Abb. in d. c. sacris, de his, quæ vi metusve ca. n. 8 vbi affert opinionem Doctorum tenentium, quod sic Gof. & Host. Quod autem peccet tantum veniaiter, tenuit Ioan. Andr. exceptis tamen sex casibus relatis ibi per Ab. quam tenuit etiam Archid. 11 q. 3 quam dicit tenere D. Thom. in 4 lib. sent. & pro communi allegatibi Pan. cui tamen non videtur assentiri, licet cupiat esse verum pro salute animarum, vt ibi dicit.

à communione [a] fidelium, quæ ab omni actu legitimo separat [b] ac diuidit: & hæc alio nomine anathema [c] appellatur.

Excommunicationum aliæ sunt latæ sententiæ, aliæ ferendæ. Et latæ sententiæ est cum quis sine facto iudicis à iure excommunicatur. hoc dicit.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit author primam diuisionem excommunicationis, quæ est maior, & minor.

Maior autem dicitur respectu habito ad minorem sicut è contra minor dicitur, non vt quidam volunt respectu paruitatis obiecti, sed respectu maioris, quia est pars maioris excommunicationis, vt ait Sotus 4 dist. 22 quæst. 1 art. 1 § contra omnia, quæ sacramentis, & alijs bonis priuat: maior enim actiua & passiua participationem sacramentorum, & fidelium exteriori conuictu priuat, minor verò sola participatione omnium sacramentorum priuat. capitul. si celebrat. de cler. excom. ministr. vbi id habetur de excommunicatione minori, & capitul. pen. de sentent. excommun. vbi habetur de sent. excom. maior. & ibi gl. & communiter doct. & capitul. Engeltrudam 3 q. 4.

Ab effectibus igitur maior aut minor excommunicatio dici solet, quia maior causat plures, & grauiores effectus minor verò pauciores & non ita graues, & constabit ex ijs, quæ de vtriusque effectibus dicemus.

Excommunicatio maior dicitur perfecta minor verò imperfecta quodammodo excommunicatio est. eo quod minor aliquâ tantum communione, maior vero omni exteriori communione Ecclesiæ priuat, vt notauit Hugol. de eccles. censu. c. 5 s. Thom. in addit. 3 par. q. 21 art. 1 ad 4 dicit non habere perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid tantum ipsius participare. nec definitionem excommunicationis ei totaliter conuenire, sed solum quoad aliquid, & Innocent. III. in cap. illa quotidiana, de elect. vocat eam excommunicationem simplicem, quia scilicet priuat tantum communione sacramentorum cum tamen maior etiam hominum, & sacramentorum, & sic duplici communione nos priuat. His igitur omnibus de causis excommunicatio maior, aut minor appellatur.

Circa hanc distinctionem, illud solum obseruandum in præsentiarum est, quod excommunicatio maior simpliciter, & absolutè dicitur excommunicatio, non sic excommunicatio minor, vnde quotiescunque præcisè ponitur ista vox [excommunicatio] intelligitur semper de maiori, nunquam autem de minori, nisi addatur hæc vox minor ita colligitur, ex cap. penult. de sent. excommun. gl. & DD. ibi, Panorm. num. 2 ibi, & in cap. quod in dubijs eod. num. 1 qui hoc verum esse docent non solum quando excommunicatio profertur ab homine, vt colligitur ex dicto cap. penult. de sentent. excommun. sed etiam quando profertur à canone, vt Nauarr. Couarr. Paris. expressè notarunt.

Rursus diuiditur excommunicatio maior in iustam & iniustam, ita glos. in summa 11 q. 3 Nauar. in Manual. c. 17 n. 2 Caiet. 2. 2 q. 70 art. 4.

Sententia iusta dicitur illa, quæ fertur à legitimo iudice ob iustam causam seruatis debito ordine, & fine, ita omnes supra iniusta est illa cui deest aliqua ex conditionibus assignatis excommunicationi iustæ.

Item excommunicatio diuiditur in excommunicationem iniustam quæ est nulla, & in iustam quæ est valida ipso iure.

Excommunicatio iusta nulla est quintuplex, vt notat glos. in c. præsenti, de sent. excommun.

Prima, quando fertur à non iudice, vel quando esto quod sit iudex est tamen excommunicatus, & nominatim denunciatus publicè.

Secunda, quando excom. fertur contra tenorem priuilegiorum, vt habetur in c. quando, de priuileg.

Tertia, quando excommunicatio fertur post legitimam appellationem, c. per tuas, de sent. excomm.

Quarta, quando continet expressè errorem intollerabilem, vt si quis excommunicetur, quia non fecit aliquod malum c. venerabilib. de sent. excom. lib. 6.

Quinta, quando iudex excommunicat participantes cum excommunicato non tamen eos nominat expressè, c. præsenti, c. consultatio, de sent. excomm.

Altera excommunicatio est iniusta, sed valida, quæ diuiditur in iustam, & accidentaliter. i. quando deest illi aliqua conditio, & iniustam substantialiter, quia deest causa, quæ est veluti anima, vt notant omnes supra citati authores.

a ¶ Communione.] Capitul. ad mensam, § aliquando, 11 quæst. 3 & capitul. Engeltrudam, 3 quæst. 4 & videtur hæc species excommunicationis, & superior non fuisse Gentilibus ante Christum incognita, vt de Gallis, Athenienſibus, Arginis, & alijs testatur, & deducit Tiraquell. in tractatu de retractatu consanguineorum, § 1 in gl. 9 n. 171.

b ¶ Separat.] Vt traditur in capit. cum non ab homine, & in cap. intelleximus de iud. & in cap. eod. pen. licèt hic dicat ab omni actu legitimo, nihilominus potest excommunicatus seipsum in iudicio defendere, d. capit. intelleximus, sed reus non agit, sed patitur potius, sed videtur his descriptionibus, capitul. Engeltrudam, 3 quæst. 4 aduersari, vbi dicitur, quod Engeltruda fuit excommunicata, non solum excommunicatione minori, quæ separat à communione fratrum, sed etiam maiori, quæ separat à corpore Christi. ergo videtur totum contrarium eius quod hic dicitur, scilicet, quod minor separet à communione fidelium maior verò sacramentorum. Solu. per fraternam societatem intellige illâ, quam contrahimus in sacramentis, & per corpus Christi etiam collocationem fidelium, quæ sunt corpus Christi mysticum, quæ expositio licèt videatur dura, est tamen de mente Doctorum, vt per Ioan. de Lig. in tractatu de censura Ecclesiastica, § 2 ver. aliquando.

c ¶ Anathema.] Quod est seiunctio quædam, & alienatio secundum verbum Græcum, licèt aliter dicat Ab. in cap. cum non ab homine, de iudic. vbi inquit, quod anathema propriè dicitur mucro Episcopalis, cuia tantum ipsi Episcopi deferunt illud præferre, & cum

magna causa, capitul. nemo Episcoporum, 11 quæstione tertia, fertur autem stantibus duodecim Sacerdotibus, cum candelis accensis, quas debent post promulgationem sententiæ projicere, & pedibus conculcare. Et non dissimilis solemnitas requiritur in absolutione, vt in cap. cum aliquis, 11 quæst. 3 nec est maioris potentiæ, quam sit ea, quæ fertur sine hac sollemnitate, sed maioris terroris.

a ¶ Canonis.] Et hæc est pœna criminis. Ab. in rub. eodem, in princip.

b ¶ Iudicis.) Et hæc pœna contumaciæ, Ab. in rub. eod. in princ. & in capitul. reprehensibilis, post princip. de appell. facit, 11 quæst. 2 capitul. curæ.

* Latæ sententiæ.] Qualis est quæ fertur in hæc verba, excommunicationi subiaceat c. si quis suadente 17 qu. 4 Panorm. in cap. dura, num. 8 de crim. falsi idē si dicatur, sit anathematis mucrone percussus, Clem. I. de pœnis seu sententiam excommunicationis incurrat, cap. hac constitutione § pars vero de offic. delegat. in 6 siue excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, cap. fina. de immuuit Eccles. in 6. Item si dicatur nescant se excōmunicationi subiacere, cap. excommunicationi & ibi Abbas num. 1 de Raptor. alij modi habentur per Felinum in cap. Rodulphus num. 24 & seqq. de rescript. vbi recenset quæ verba dicantur latæ sententiæ. SOLIER.

Rursus excommunicationum alia canonis, [a] alia iudicis [b] Canonis est, quâ quis ab ipso solum canone absque iudicis ministerio innodatur, quæ etiam alio vocabulo, Latæ sententiæ excommunicatio nuncupatur. Sciendum est enim, complures esse casus, [c] in quibus adeo quis delinquere existimatur, vt nulla expectata iudicis pronunciatione ipso iure excommunicationis vinculis innodetur: quod quidem quamquam innumerabilibus propè exemplis declarari possit: vnius [d] tamen tantum prosequutione contenti erimus.

Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommunicationem Latæ sententiæ, à qua non possunt absolui, nisi per Papam. h. d.

Si quis igitur in clericos, [e] regulares in c. à nobis de sent. ex com. quam sequuntur Host. Ab. Felyn. Ianoc. & alij Canonistæ.

Sciendum est. Hæc pars subdiuiditur in 3 par. in quarum prima demonstrat, in quibus casibus quis excommunicetur à iure, in secunda afferuntur limitation. ad istam excommunicationem, in tertia habetur quis possit absolucre excommunicatum à iure, secunda ibi, ex contrario, tertia ibi, quod autem, quoad primum Casvs ita potest in cōmuni figurari. Quidam percussērunt non tantū clericos, sed etiam religiosos, & conuersos, quidam verò huiusmodi facto consenserunt, immò quosdam eorum in carcere retinuerant, cæterum percussores isti nonnulli id fecerunt de mandato cuiusd. Abbatis, nonnulli verò de consensu ipsorummet clericorum, vnde fuit quæsitum, an omnes essent excommunicandi, vel potius excommunicati declarandi, nullus enim debet puniri nisi facta delicti probatione l. cum reis C de pœn. propterea non videtur conueniens aliquem excommunicare ipso iure sed dato obiectionem non concludere, oppositum tamen esset dicendum, si de mandato superioris id contingat, vel de consensu clerici, quia in huiusmodi casibus cessat dolus, & culpa arg. capitul. scienti, de reg. iur. in 6 Solu. tamen vt in tot. hac parte cauetur, quia grauitas huiusmodi excessuum cognoscitur ex hoc quod non persona singularis, sed ordo clericalis iniuria inde afficitur, & ideo grauiori modo debeat puniri. Non obstat prima obiectio, quia illa lex intelligitur de pœna imponenda per hominem, secundo quando lex ipsa aliquē ipso facto punit virtualiter primo dicitur etiam admonere, & ideo ex parte ipsius delinquentis non videtur necessarium aliud probare, ad secundum verò dico ipsam non concludere, quia nec superior potuit id concedere, nec ille clericus consentire, cum talis licentia, & consensus tendant in iniuriam ordinis cleric. vt dixi, & ideo delinquentes sunt ad minus in culpa. Not. 1 quod constitutus in aliqua dignitate non potest aliquem actū celebrare, vel consentire celebrari quo dignitas illa lædatur facit capitul. diligenti, de for. comp. Not. 2 casum in quo limitat. regul. scienti. de reg. in. supra titul. Not. 3 casum in quo clericus, religiosus & conuersus in iure æquiparantur. Not. 4 percutere clericos adeo esse laicis prohibitum, vt nec etiam de licentia, & consensu id facere valeant.

Io. Bap.

c ¶ Casus.] De quibus not. in capitul. eos. eod in 6 per Host. in sum. eod. § quis possit, & latissimè per Ioan. de Lig. in tractatu de censura Ecclesiast. § 7.

d ¶ Vnius.] & c. Sicin l. ita vulneratus, vers. multa, aut iur. ciuil. ff ad l. Aquil. & in l. scire, § fi. ff de excu. tuto. & ab vno disce omnes, inquit Poeta. facit l. si quis obrepserit, ff de fal. arg. contra vrentes multiloquio.

e ¶ Clericos.] Et si esset tantum psalmista: quia

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § enumerat author secundam diuisionem excommunicationis, s. quod aliæ sunt latæ sententiæ, aliæ ferendæ, & sic nota quod illa dicitur latæ sententiæ, quæ in aliquo Canone, vel Ecclesiastica lege statuitur, vt in Decretalibus sexto, Clementinis, & Concilijs; Alia dicitur ferendæ & est illa quæ à iudice Ecclesiastico fertur, c. 2 de constit. in 6 clem. 2 de hæret.

Sed quæritur, quæ differentia datur inter excommunicationem à iure, & ab homine: Resp. quod excommunicatio ab homine, expirat cum latore, vel quando mouetur ab officio. Vnde mandata Episcopi, & Visitatorum in diœcesi expirant cum Episcopo, vel quando mouetur ab Episcopatu. Qui tamen incurrerat excommunicationem antequam periret Episcopus excommunicatus manet donec absoluatur.

Et hinc olim erat opinio Nauarr. cap. 27 numer. 40 & 41 & Sot. 4 distinct. 22 quæst. 2 art. 3. Excommunicationes Bullæ Cœnæ expirare mortuo Papa. At verò Pius V. & Gregor. XIII. decreuerunt in Bulla Cœnæ, quod tales excommunicationes durent, & valeant donec alius Papa aliud constituat in sua Bulla.

Excommunicationes autem à iure in perpetuum durant, quousque ius illud reuocetur, vel antiquetur glos.

monachos [a] professos, vel nouitios, [b] vel conuersos [c] violentas, [d] & impias manus [e] iniecerit, ipso iure canonis incurret sententiam, à qua præter quam à Romano Pontifice, vel eius de latere legato, [f] à quoquam absolui non poterit.

Complices inferentium manus violentas clericis pari pœna cum inferentibus puniuntur. h. d.

Sed & si manus quis violentas non iniecerit, inferenti tamen, vel auctor, [g] vel fautor, vel adiutor fuerit, aut factum ratum habuerit, [h] pari pœna illum plectendum Catholica sanxit auctoritas de-

& is, clericus dicitur, capitul. cleros, dist. 21 & 17 quæst. 4 dict. capitul. si quis suadente, vbi not. capit. non dubium eodem.

a ¶ Monachos.] Capitul. parrochianos, eod. Sed numquid monachus possit agere iniuriarum? Respond. non, sed aget monasterium, vel eius syndicus, sicut de iniuria seruo illata agit Dominus, & non seruus, § seruus instit. de iniur. Sed an saltem possit remittere? Resp. nihil agit, & adhuc monasterium aget, sicut nec filius remittens admittit ipsi patri iniuriam, l. 1 § vsque, ff de iniur. Sed bene poterit monasterium remittere talē iniuriam, vt not. in dict. capitul. Parrochianos. Secus est in sæculari Ecclesia: quia non posset remittere iniuriam factam clerico, argum. 17. quæstio. 4. capitul. quisquis.

b ¶ Nouitios.] Nec obstat, quod fortè cras poterit esse merus laicus deponendo habitū, & renuendo professionem: quia idem est in clerico constituto in minoribus ordinibus: qui tamen gaudet hoc priuilegio 17 quæst. 4 capitu. quisquis, nisi dicas, quod ordines retinentur etiam à coniugato, arg. contra, l. statu liber, ff de statu lib. fac. capitul. religiosa, § 1 eo. *in 6.*

c ¶ Conuersos.] Capitul. non dubium, & capitul. Parrochianos, eo. Sed an hoc procedat *in* conuersis Ecclesiarum sæcularium? Et non videtur, ar. capitul. lex continentiæ, 17 quæst. 1 tu dic contra. ex quo enim se, & sua tradiderunt diuino obsequio, siue in sæculari Ecclesia, siue in regulari causa censentur Ecclesiasticæ personæ, & ex toto translati sunt in forum Ecclesiæ, vnde habent immunitatem Ecclesiasticam, & hoc est benignius, vt scilicet illorum gaudeant priuilegio, quorum vita, & religionem assumant. capitul. recolentes, de statu monachorum quidam tamen contra, vt not. in c. non dubium.

d ¶ Violentas.] Idem interdum, si non violentas, vt infra, eod. § volentem.

e ¶ Manus.] Idem si pedes, putà, quia calce percutiat clericum, vel si spuat, vel in eum aquam, vel lutum profundat. Quid si vestes scindat? Et idem videtur quia violentia fit personæ: nam quæ religiosis, & capitul. l. quæ religiosis, ff de rei vendi. no. in capitul. si quis suadente 17 q. 4.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § habetur, quod percutiens clericum incidit in excommunicationem canonis si quis suadente, vnde nota quod ipso iure quis incurrit in prædictam excommunicationem Soc. in capitul. peruenit per totum de sentent. excommunicat. item Baiard. in addit. ad Clar. in § final. quæst. 77 quod procedit. tam si verberatus est masculus, quam fœmina Soc. in dict. capitul. peruenit, numero 13 Nauar. in Manual. ca. 27 numero 76 & ratio est quia illud relatiuum si quis est generale, & comprehendit tam masculinum quam fœmininum, vt in l. 1 ff de verbor. obligat. Soc. dict. capit. peruenit Thesaur. decis. 269 vbi dicit quod hoc tanto facilius, & sine difficultate procedit quando sumus in materia fauorabili, & quod ista materia sit fauorabilis clarissimè deducitur, ex traditis per Soc. in dict. capitul. peruenit, nu. 50 cum sequent.

Amplia primò, vt dispositio dicti canonis habeat locum tam si percutiens, & verberans clericum sit persona sæcularis, quam regularis capitul. cum pro causa, capitul. porro, & capitul. Monachi de sentent. excommun. Ab. in capitu. quoniam n. 1 de vita, & honestat. cleric.

Ampliatur secundò, vt Papa non debeat tollere hoc priuilegium clericis concessum Abba. in capitul. null. de sentent. excommunic. Soc. iun. in dict. capitul. peruenit numero 19 & seq. qui dicit quod hæc est communis conclusio ex quo decoloraretur vniuersalis status Ecclesiæ circa quod Anast. Germon. in tract. de sacram. immunit. li. 3 capitul. 15 num. 42 dicit quod ipsius canonis abrogatio non expediret Christianæ reipublicæ, neque conueniret illi honor qui clericorum ordini iure optimo debetur, & quod si Papa tale priuilegium venerando cætui clericorum concessum tolleret non excusaretur, à reatu peccati Soc. in dict. cap. n. 398.

Ampliatur tertiò, quod imponens manus violentas in clericū sit excommunicatus non solum habeat locum in persona priuata verum etiam in persona publica, vt in officiali, capitul. 3 & si iudex laicus de sent. excom. *in 6* fac in d. cap. peruenit nu. 24.

Ampliatur quartò, vt procedat tam in maiori quam in minori dummodo sit doli capax Socin. in d. cap. peruenit, num. 25.

Ampliatur quintò, & vltimò, vt in dictam pœnam incurrant tam personæ liberæ quam serui capitul. mulieres, & capitul. relatum tit. eod. pro vt dicimus etiam vt procedat tam in paupere, quam in diuite Soc. citato, numero 27.

f ¶ Legato.) Cap. ea noscitur, & ea. ad eminentiam, & capitul. quamuis eodem, & habet hoc ex officio legationis, c. quod translationem, de offic. leg. alij verò legati, qui de latere Papæ non mittuntur, seruent quod dicitur in c. penult. de off. leg.

g ¶ Auctor.] Capitul. quantæ, vnde sumitur, & cap. mulieres eodem, puta mando. Sed quid si antequam clericus verberetur reuocatur mandatum, mandatarius tamen percussit antequam notitia reuocationis ad eum peruenisset? Respond. apud Deum quidem non tenetur, secundum Bartol. Brixien. & Ioannem Andream. Quid autem sit apud Ecclesiam militantem? Variè per dict. disseritur, vt apparet ex his, quæ not. in capitulo mulieres, & in cap. cum quis, eodem *in 6.*

h ¶ Ratum habuerit.] Factum scilicet prius suo nomine, capitulo cum quis eodem *in 6* putà si tui contemplatione famulus tuus, vel amicus clericum, qui tibi iniuriam intulerat percussit, quem tu postea receptasti, & magis amicum habuisti, & sic ratum habuisti: At si corde tantum ratum habuisti, sed hoc per aliqua exteriora apparere non potest, apud Deum quidem ligatur, non apud Ecclesiam, quæ de occultis non iudicat, capitulo sicut nobis de simon. & sic notat. in d. capitul. cum quis. Sed si ratum habes factum non tuo nomine vtique peccas, sed hac excommunicatione non

ligaris d. cum quis & capitul. tantum de reg. iur. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. In hoc § habetur quod complices, vel auxiliatores inferentium manus violentas in clericos, pari pœnâ cum inferentibus puniuntur, & ratio est quia auxilium præstans delinquenti punitur pro vt ipse delinquens l. si pignore § qui ferramenta ff de pactis l. nihil ff ad leg. Cornel. de Sicarijs capit. sicut dignum vbi omnes doctores de homicidio.

Limitatur primò, vbi quis præstaret auxilium postquam delinquens manum iniecit in clericum quia is non erit excommunicatus ex tali auxilio postea præstito sicut nec potest puniri aliqua pœnâ temporali de auxilio præstito post delictum, nisi præcesserit tractatus ante, quia is talis non dicitur dedisse opem delicto Bart. in l. in furti actione num. 4 ff de furt. Bald. in l. non ideo C de accusat. quod procedit etiam in statuto puniente auxiliantem fauorem, & assistentem delicto Signor. de homicidio cons. 234 per totum.

Limitatur secundò, vt procedat tantum in dantibus fauorem, vel auxilium de facto, secus autem de iure, quia neque is erit excommunicatus, prout nec posset puniri aliqua pœnâ temporali Reper. inquisit. in verbo fauores, vers. an aduocatus.

Limitatur tertiò, in eo qui delicto assistit, vel dat auxilium, vel fauorem, qui tamen nescit verberandum esse clericum, vt quia amicus dicit amico, vt secum obsistat, præstetque opem, quia vult verberare, vel occidere vnũ hominem, neque dicit quod is quem vult occidere est clericus, quia talis licèt non excusetur à pœna temporali, ex quo sciebat delictum committendum excusabitur tamen à pœna excommunicationis, quia ignorantia isto casu excusat, cap. vt animarum, de constit. in 6 arg. dist. 4 de consecr. & ratio est, quia si quis volens percutere laicum, percussit clericum ignoranter non erit excommunicatus, & est regula quod ignorans non incidit in pœnam Bart. in l. omnes, C. de agric. & censit. Soc. cons. 188 lib. 1 Alex. in apost. ad Bart. in l. is qui opem ff de furtis.

Ampliatur primò, vt procedat etiam in mandante, nam si quis mandauerit verberare clericũ est excommunicatus, prout si ipse verberasset, quia qui per aliũ facit per seipsum fecisse videtur, vt habetur in l. ita autem, § gessisse. ff de administr. tutor. capitul. consuetudo in fin. 16 q. 6.

Ampliatur secundò, prædicta ampliatio, etiam in pœnas temporales in quas ita incidit mandans, consulens, procurans, inuitãs, seu persuadens sicut ipse delinquens l. item apud Labeonem § fecisse conuitium ff de in ius & in l. non solum in princ. & in § si mandato meo, & § seq. ff eod. tit. Archid. in c. 2. 5 q. 1 qui dicit quod pari pœna puniuntur.

Ampliatur tertiò, nam sicut mutilans, vel occidens fit irregularis, ita etiam mandans Maiol. in tract. de irreg. lib. 1 c. 48 § 2 quod procedit etiam si mandatarius excesserit fines mandari, vt quia mandans tantũ verberare, & mandatarius illum vulnerauit, quia licet isto casu, quodammodo videatur dicendum, quod non teneatur mandans ex quo non fuit sequutum mandatum quod ipse mandauit, nihilominus contrarium est verius, quia vulnera, & percussiones non dantur ad mensuram Clar. in § fi. q. 89 Baiard. in addit. ad Clar. dic. qu. 89 vbi dicit, quod hoc procedit etiam si expressè prohiberet, vt non occideret, seu vulneraret Menoch. de arbitr. cas. 352 n. 2.

Limita tamen si mandans mandaret, vt tantum inferatur clerico iniuria verbalis, vel realis, & mandatarius excesserit faciendo illi iniuriam personalem, quia tunc mandans non erit excommunicatus, ita Dec. cons. 622 vbi rationem assignat. Sicut etiam dicimus si quis mandauit aliquem ligno percuti in humeris & brachijs, vnde non potest verisimiliter mors esequi, tunc si mãdatarius percutiet in capite, vel alio instrumento apto ad occidendum Menoch. de arbitr. cas. 352 nu. 3 Dec. in tract. crim. par. 2 lib. 9 ca. 34 n. 22 & ratio est, quia mandans mandauit fieri actum ex quo mors esequi non solet.

Ampliatur quartò, si mandans mandatum reuocauerit, & propterea miserit nuncium, vt hoc significaret mandatario qui iam inuenerit exequutum mandatum Iacob. in lege 1 n. 42 ff de offic. procur.

linquentibus fauere interpretata,[a] qui cum possunt[b] manifesto sceleri desinunt obuiare.

Detinens, vel ducens clericos in vinculo incurrit excommunicationem latæ sententiæ, nisi faciat de voluntate suorum prælatorum. h. d.

Interdum etiam si nullam corporis læsionem[c] clericis quis intulerit, excommu-

a ¶ Interpretata.] Cap. quanta, eod. sic dist. 83 § 1 ver. non est grandis, & capitul. sequen. & dist. 86 capit. pasce, l. necare, ff de libe. agnos. & ita videtur peccare quilibet, qui non defendit alium si potest. vige simatertia q. 3 capitul. non inferenda, & capit. fin. & si non potest aliter defendat saltem clamore, l. 2 § hoc autem ff ad S. C. Syll.

b ¶ Possunt.] Tripliciter hanc potestatem interpretari possumus. Primò generaliter & indistinctè, sicut verbum sonat, vt sit sensus, quod quilibet, qui potest obuiare, & non obuiat, incurrat in hanc excommunicationem, quam tenuit Io. & alij quidam ante Hostiens. ea ratione, quia hoc pertinet ad publicum ius dist. 1 ius publicum vnde ob publicam vtilitatem, hæc materia largè videtur accipienda, fac. l. sunt persona, ff de relig. & sump. fun. & fac. quia pro huiusmodi iniuria competit actio popularis. Sed hæc interpretatio videtur nimis dura, ac grauis, cum vt solum periculum vitæ possim hanc excommunicationem incurrere. Secunda est, quod lex in capitul. quantæ eod. vnde hæc litera sumitur, intelligatur de potestate, quæ non solum est facti: sed etiam sonat in ius. Vnde dicunt, quod hoc pertinet ad solos prælatos, siue alios, qui ratione potestatis ad hoc tenentur, vigesimaquarta quæstione quarta, cap. fortè, & capitul. duo. Et secundum hos, si ego, qui nullam habeo potestatem video, quod aliquis vult verberare clericum sine mea auctoritate, vel consilio, si non prohibeo, non ero excommunicatus licèt fortè peccem: quia ipsum non defendo cum possim, & de his per Hostiens. in summ. § quis possit excommunicare, verficulo, quinto. Alia & tertia est interpretatio, vt intelligatur etiam in non habente potestatem, seu iurisdictionem dummodo dolosè iniuriam inferri patiatur: secus si non dolosè, sed negligenter, vel quia non vult se Immiscere rumoribus aliorum, & hæc fuit Innocent. & aliorum quorundam, & placet Abbas in dicto capitulo quantæ, quia videtur probari, decimaseptima quæst. quarta in capitulo si quis suadente, & illis verbis, suadente diabolo, quæ designant dolum, vbi ergo cessat dolus, cessat etiam illa dispositio, & fac. in simili, l. penultima, C. de adult. & l. prima, C. de sic. Sed numquid eo ipso, quod quis fuit præsens, & non obuiauit præsumetur dolus? Respond. vt per Ab. in d. c. quantæ in fin.

c ¶ Corporis læsionem.] Not. ex hac litera, & ex capitul.

capitul. nuper eod. vnde sumitur, quod detentus in custodia, seu vinculatus ex hoc solo non dicitur pati corporalem læsionem, hoc ideo secundum Abb. in dicto capitulo nuper quia vinculatio, vel districto non sit ad pœnam, sed ad custodiam leg. aut damnum § solent. digest. de pœnis vnde eō sideratur quod sit principaliter capit. cum voluntate eo. l. veram, ff de furt. fac § cæterū. Instit. ad leg. Aquil. & facit hoc ad statuta facientia mentionem de læsione corporali.

a ¶ Detinuerit.] Quia attenditur sola violentia, non modus fac. cap. contingit eod. & per Ab. in c. nuper eo.

* Detinuerit) Quamuis laici carcerātes clericos absque mandato Episcopi sint excommunicati cap. si clericos de sent. excom. in 6 iudex tamen fæcularis qui reperit clericum in flagranti crimine potest illum capere ad effectū illum remittēdi vel ducendi ad suum iudicem Gloss. & Panorm. in c. cum non ab homine, de iudic. sed non potest illum detinere vltra viginti horas, Panorm. ibid. Bartol. in l. capite quinto, ff de adult.

SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § quod detinens vel ducens clericos in vinculo incurrit in excom. latæ sententiæ.

Amplia in detinente clericum inuitum, vt quia includit eum in domo claudendo sibi ostium, vel ponendo ibi armatos ad capiendum eum si exierit de domo Host. & Ioan And. in c. nuper, de sent. excom. Raym. in sum lib. 3 tit. eod. Graf. in decis. aur. lib. par 2 c. 5 nu. 23 vbi dicit, quod hæc ampliatio, siue clericus clausus sit in carcere, siue ligatus funibus, siue custodibus vallatus, ne ire possit quo velit Flor. in sum. par. 3 tit. 25.

Subampliatur, vt procedat etiam in eo, qui obsiderat clericum in domo meretricis ne exeat, vt scilicēt videatur à populo, & infamia notetur Decian. lib. 6 cap. 74 num. 22 vbi dicit, quod hæc conclusio procedit tantum quando hoc esset factum animo iniuriandi, secus si bono zelo, vt scilicet capiatur à suo iudice, & puniat. Soc. in d. capit. peruenit, num. 301.

Limita primò, dicta ampliatio in illis casibus in quibus est permissum clericum verberari, quia tunc multo magis erit permissum illum capere, & captum detinere Butr. Soc. Sen. in ca. cum non ab homine, de iudic.

Limita 2 quando illū caperet, vt præsentaret suo Superiori quam primum poterit Soc. in d. c. peruenit, nu. 298 & 299 & isto casu, etiam non poterit retineri plusquam per 20 horas, nisi necessitas aliter suaderet Soc. Sen. in l. capite quinto ff de adult.

Limita tertiò, quandoquis bono zelo ductus clericum etiam per vim in aliquo loco detruderet, vt quia scit quod eius inimici volunt eum occidere Hostiens. Ioan Andr. Butr. in capitulo nuper de senten. excom.

nication is tamen pœnam non euadet, vt puta, si laicus in publica, vel priuata custodia illos detinuerit, a * vel in vincula coniecerit, b nisi tamen id de mandato c faciat prælatorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti d tunc enim citra excommunicationis merum, capere clericos, & ad iudicium violenter e ducere laici poterunt: cùm hoc non ipsi, sed illi, quorum auctoritate f hoc faciunt agere videantur: dum tamen non amplius g eorum se extēdat violentia, quàm defensio clericorum exigit.

Si abbas imperet laico, vt monachum etiam causa disciplinę verberet vterque incidit in excommunicationem: secus autem si imperet clerico ex causa necessitatis. h. d.

Quòd autem diximus non facientes sed eos quorum fit auctoritate, quid facere vide-

Limita 4 quando quis detinet clericum, quam videt resolutum delictum velle committere Soc. loc. præall. numero 309

Limita 5 quando determinatio fieret de voluntate Superioris ipsius detenti, cap. ex tenore, capit. vniuersitas, & cap. vt famæ de sent. excommun.

Limita 6 quando quis detinet clericum pro tuitione suæ personæ, nesci licet si ipsæ clericus exire possit ipsum detinentem offenderet Graff. in decis. aur. par 2 lib. 3 ca. 5 num. 23 quod intellige per modicum tempus, aliàs tradi, & præsentari debet suo Prælato.

b ¶ Coniecerit.] Not. æquiparationem carceris, & vinculorum. Vnde dicit alias lex non referre, vtrum quis vinculis, an parietibus cōtineatur. l. succurritur in fi. ff ex quibus cau. maior.

c ¶ Mandato.] Sed nonne sufficit generale mandatum, quod continetur, 24 qu. 5 cap. Princeps regum? Respondeo non sufficit, sed speciale mandatum, hic expectandum est quamdiu enim non est notum ipsos esse incorrigibiles & traditos curiæ sæculari, non licet hoc facere sine mandato Prælatorum quia adhuc sub regula clericali tenentur etiam depositi. 81 dist. ca. dictum, nisi se enormitatibus immisceant, cap. cum non ab homine, & c. perpendimus, eod.

d ¶ Subiecti.] Tam in criminalibus, quàm in ciuilibus. Vnde infertur, quod rector vniuersitatis, cum ad eum non spectet corrigere criminosum clericum, non poterit etiam impune mandare cap. scholarem clericum, nec familia capiens tunc esset excusata, secundum Abb. in cap. vt famæ, eodem vnde sumitur, vbi quinam sint tales prælati, qui talem habent potestatē.

e ¶ Violenter.] Argumentum contra c. vniuersitatis, eodem Solu. quidam, quod contrarium loquitur de clerico corrigibili, hic de non corrigibili, hæc non bona: quia de mandato prælati licitè per laicum clericus capitur, quantumuis corrigibilis, c. si clericos, eodem in 6 vnde dic, quod contrarium loquitur de verberatione, hic in captura & detrusione, vt notat. in dicto capitulo si clericos: & per Ab. in d. ca. vniuersitatis, & capit. vt famę, eodem, & facit hæc responsio pro Anton. & Anchar. tenentibus, quod clericus non possit per laicum birroarium torqueri, quod licet de iure verum sit, contrarium tamen seruat consuetudo, & male vt per Abb. in locis supra allegat. fortè id accidit: quia in torquendo re quiritur quędam dexteritas, & aptitūdo, quam non habent, nisi qui id frequenter exercent.

f ¶ Quorum auctoritate.] Qui enim per alium facit per seipsum facere videtur c. mulieres eod. & ff de admi. tut. l. ita tamen, § geciſſe, l. 1 § deieciſſe, ff de vi & vi arma & omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, l. 1 § Sed neque C. de ve iu. enucle.

g ¶ Non amplius.] Id est cum moderamine in cul-

ri, absolutè non procedit. [a] Nam si laicus, qui in abbatis ipsius seruitio [b] commoratur, eiusdem iussu in clericum, vel conuersum, vel monachum etiam subsistente causa [c] manus iniecerit, tam qui tales verbari præcipit, quàm qui mandato verberat alterius, excommunicationis sententiam non euadent [d] * Nam si disciplinæ regularis gratia id faciendum sit, vel abbas id per seipsum [e] faciet, vel si necessitas vrgeat, per clericum, vel monachum id fieri iubebit. [f]

Tam percutiens Volentem clericum, quàm clericus consentiens sunt excommunicati. h. d.

Volentem [g] quoque clericum, si quis percusserit, nihilominus excommunicationis censuram incurret. [h] Vt responsum est de eo clerico, qui cùm laico iniuriam intulisset, volens secundùm consuetudinem [i] patriæ pro iniuria illata offenso satisfacere, sponte suâ fustium se subiecit percussionibus. [k] Quamquam enim hæc manuum iniectio non sit violenta, tamen

patræ tutelæ; aliàs si modum excederent tenentur, ar. cap. olim, in fin. vbi de hoc, de resti. spol. & ff ad leg. Aqui l. si ex plagis, § tabernatius.

a ¶ Non procedit.] Vt in capite vniuersitatis cap. vadeisumitur.

b ¶ Seruitio.] Not. ergo, quod obligatus ad seruitiũ alicuius non tenetur illi obtemperare in illicitis, & á iure prohibitis, & si obtemperauerit mandato non obstante punitur, & idem est in seruo quod plus est ad l. ea, ff de reg. iur. quia ex quo Deus, vel princeps prohibet, non debet quis magis obedire domino suo, quam Deo, vel principi, & fac. cap. Iulianus, & cap. si dominus, & cap. qui resistit 11 quæst. 3 Quinimmo nec Papæ est obtemperandum quãdo ex eius mandato sequuturum est scandalum, vel peccatum. Ianoc. in cap. inquisitioni. eod. Nam Papa non habet auctoritatem peccandi & per consequens eius auctoritas non excusat, cap. 1 dis. 40.

c ¶ Subsistente causa.] Qui ergo aliter facit quam debeat, non excusatur, cap. sacro, & ca. vniuersitatis, eo. & sic neque in facto, neque in modo debet esse peccatum, cap. Pisanis, de restit spol. Arg. contra, quod potius causa facti, quam ipsum factum considerari debeat capit. accidit. 23 quæst. fin. & cap. cum dilecti 1 de accus. lib. verum, ff de furt. nec refert. vnde crimina clarueriut dum corrigantur 23 quæst. 3 cap. ecce. Solu. contraria procedunt, quando modus procedendi non est de substantia: secus si modus procedendi est de substantia, exemplum in sententia, quæ non tenet, quamuis iusta omissa citatione, vel ordine iudiciario, vt in cap. ecclesia de constit. & per Abbat. in d. cap. vniuersitatis.

d ¶ Non euadent.] Etiam si verberati consentiant c. contingit, eo. § volentem infra eod.

* Euadent) Tamen non incurrit excommunicationẽ laicus torquens clericum ex mandato prælatorum de consuetudine & communi obseruantia Barbat. in cap. vniuersitatis de sent. excom. Belletus in sua disquisitione clericali tit. de fauore clericorum canonis § 2 n. 32 licet secus sit de iure d. ca. Vniuersitatis & ibi Abbas & in ca. vt famæ eod. tit. vbi præfatam obseruantiam improbat, SOLIER.

e ¶ Per seipsum.] Sic. 5 quæst. 5 cap. illi qui, & c. vniuersitatis, eo. Arg. contra, in cap non liceat dist. 86 & in auth. neque C. de episc. & cler. aliud in episcopo, & speciale est in eo, qui propriis manibus nullum percutere debet, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquerit l. si quis in hoc C. de episc. & cl. & quando non reperiret alium posset hoc episcopus facere etiam per seipsum, no. in d. capit. non liceat fac. no. dist. 45 in fum.

f ¶ Iubebit.] Moderatè tamen, ita quod non excedat debitam correctionem: aliàs poterit appellari, c. irrefragabili, de offi. or. puniri etiam debet talis, ca. de priore de appel. & incideret etiam in canonem: quia moderata dumtaxat castigatio permissa est, ca. cum voluntate, § 2 eod. & § item si qui infr. eod.

g ¶ Volentem.] Idẽ si seipsum irato animo vulneraret, vel grauiter percuteret: quia sic incidit in excommunicat. vt traditur in cap. contingit, eo. fac. c. si non licet. 23 qu. 5 vbi Archidiac. & per Ioan. And. in c. 1 de vi. & hon. cleric. in 6 & per Domi. in ca. si quis absciderit, & cap. partem distinct. 55 argu. contra in l. si damnum, § si ipse seruus, ff de pec. Sol. vt per Ant. de But. in c. ex par. 2 de corp. viti. & secundum hoc tenẽt aliqui, quod statutum imponens pœnam percutienti comprehendat etiam percutientem seipsum, vt per Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de pœn. in princ. ver. sed quæro sed in hoc non est semper eadem ratio in seipso, quæ in alio, & propterea si statutum permittit bannitum impune occidi, non poterit bannitus seipsum interfic. Bal. in l. 1 ad fi. Cod. de ser. fug.

h ¶ Incurret.] Sed quare excusatur, qui ioco percutit clericum licèt inuitum, vt cap. 1 & non qui percutit volentem? Resp. quia ille temerarias manus iniicit, cap. vniuersitatis eod. Item causa vlciscendi iniuriam suam videtur hoc facere. Item quia manus sæuit, licèt non iniuriando, argu. 14 q. 6 non sic ille, qui ioco percutit, vt not. in cap. contingit eo. vnde sumitur.

i ¶ Consuetudinem.] Not. valere consuetudinem quod offendens possit se subijcere iudicio offensi pro satisfactione pro hoc cap. Quintauallis, & cap. veniens, de iurciur. quod tamen est duobus modis restringendum Primo, vt hæc subiectio non sit absoluta, sed tamquam facta in arbitrium boni viri, nec enim posset facere offensum arbitrum, & iudicem in causa, & facto suo l. pen. ff de arb. l. vni. C. ne quis in sua cau. & no. in d. c. Quintauallis. Secundò, quoniam per satisfactionem non ingeritur vulneratio nam nemo est dominus membrorum suorum l. liber homo, ff ad l. Aqui. vt tradit Bar. in l. 1 § vsque de iniu. & Ab. in cap. contingit eod.

k ¶ Percussionibus.] Sed an tot incurrantur excommunicationes, quot inferuntur percussiones? Resp. non, vt per Io. An in c. delictum, de reg. iur. in 6 & per Ab. in c. contingit eo. fac. no. per Bar. in l. numq. ff de priua. del.

ALOYSIVS RICCIVS. Statuitur in hoc § quod tã percutiens volentẽ cleric. quã clericus cons. sunt excõ. & ratio est, quia cleric. non potest renunc. priuileg. dicto can. introducto in fauorem totius ordinis cleric. permittendo se ab alio verberari, ita vt verberans eius vo-

luntate non effugiat sententiam excommunicationis, c. contingit de sent. excom. vbi Abb. num. 4. Anchar. nu. 6 Felin. nu. 1 quod procedit etiam si volens & consentiens percuterent in satisfactionem, & emendam præcedentis iniuriæ illatæ per ipsum clericum ita not. omnes in præcit. cap. contingit, & licèt ista manus iniectio non sit violenta respectu totius ordinis clericalis iniuriati, vt voluit glos. in c. scienti de reg. iur. in 6 Angel. in verb. excom. 5 nu. 4.

Ampliatur etiam in ipso clerico se ipsum verberante Archidiac. in cap. si quis suad. & in cap. si non licet, numer. 3 & 23 quæst. quinta, vbi Bellamer. numero tertio. Abb. in 6 quod intellige quando quis enormiter se percussit, secus si temperatè, vt in cap. contingit, eodem tit. Soc. in dicto capit. peruenit, num. 151 & non solum procedit quo ad incurrendam pœnam spiritualem dicti can. tantum verum etiam habebit locum de iure Ciuili, quo iure vulnerans se ipsum est puniendus. l. liber homo ff ad legem Aquil. Bartol. in l. transigere, numero 17 C. de transaction.

Intellige tamen præsentem ampliationem, vt procedat quando clericus iniuriosè, & per iram se ipsum percuteret, secus si hoc faceret causa deuotionis, vt legimus fecisse d. Hieron. & alios infinitos sanctos.

iniuriosa [a] videtur, & Canon respexit non tam fauorem clerici ordinati, quàm clericalis ordinis. [b] Vnde hoc casu, tam percutiens, quàm seipsum percussionibus spontè subijciens excommunicationis sententia innodabitur. [c]

Ponit tres casus, in quibus percutiens clericos in canonem latæ sententiæ non incidit. hoc dicit.

Ex contrario [d] accidit interdum, vt etiam pro violenta manuum iniectione excommunicationi quis non subijciatur. Veluti, si clericum sibi manus inferentem, [e] ita quis incontinenti vi expellat, vt læsionem inferat [f] aut in eum quem cum vxore, [g] matre, [h] sorore, vel filia turpiter [i] se gerentem inuenerit, manus violentas iniecerit. Idem statuitur, & de eo, qui illum percussit ratione defensionis sui, seu rerum suarum: aliquando ratione qua clericus erat incognitus ob mutatum habitum, & aliquando ratione officij: vnde fuit quæsitum, an talis excusatio esset admittenda, quia istud canonis priuilegium non clericis, sed ordini clericali dicitur esse concessum, vt supra est deductum, propterea excusatio ista non videbatur legitima. Sol. tamen vt hic habetur, quia excommunicationis sententia neque etiam à iure est ferenda, nisi legitima culpa præcedat, quod non contingit in casu proposito: propterea nec etiam obiectio aliquid concludit iuxta not. in cap. 1 de iudiciis. Not. 1 quod defensio est nobis permissa non tantum respectu rerum nostrarum, sed etiam respectu personarum, quæ nobis aliquo vinculo sunt cõiunctæ. Not. 2. quod qui delinquit contra priuilegium sibi concessum meretur ipsum amittere. Not. 3. qui habet ius maioritatis super alios dicitur etiã habere aliquid iuris correctionis.

a ¶ Iniuriosa.] Sed quomodo dicitur iniuriosa cum volenti non fiat iniuria 33 quæst. quinta, capit. noluit, & & l. 1 § vsque adeo ff de iniu. & l. cum donatione, C. de transact. & l. nemo videtur. ff de reg. iu. Respond. iniuria dicitur fieri Ecclesiæ, vnde eum pertineat etiam ad alios remitti. 33 quæst. 4 cap. si is qui, & c. cum desideres eo. Sic filius remittit iniuriam quantum ad se, non quantum ad patrem d. § vsque adeo fac. l. iuris gentium, § si paciscor. ff de pac. & cap. Salonitanæ, dist. 63 & traditur plenè per Doct. in cap. contingit, eodem.

b ¶ Ordinis.] Cui renunciari non potest c. si diligenti, & c. significasti. de for. compet.

c ¶ Innodabitur.] Sed diuersimodè, percutiens enim ipso facto, subijcit se per sententiam, vt not. Abb. in c. contingit eo. Sed contra hanc declarationem opponitur. Nam communicans criminoso in crimine, propter quod incurrit excommunicationem est excommunicatus ipso facto, sed iste clericus communicat percutienti eum in crimine percussionis: ergo incurrit eandem excommunicationem cum ipso ca. nuper eod. Sol. aliud est participare cum excommunicato in crimine, aliud subijcere se misericordiæ alicuius, cum possit cogitare illum remissurum offensam. Vel sol. aliter, vt per Ioan. Andr. & in dicto capitulo contingit.

Io. Lap. Ex contrario. CASVS. Quidam clericorum percussores excusabant se ab excommunicatione, aliquando quibus quis incurrit excommunicationem etiam quod manuum iniectio non sit violenta, nunc sequuntur casus, in quibus pro violenta manuum iniectione talis excommunicatio incurritur.

e ¶ Inferentem.] Tunc enim ideo excommunicatus non est offendens clericum, quia iure naturæ licet vim vi repellere l. vt vim ff de iust. & iur. cap. si verò 1 vnde sumitur, & c. ex tenore, eod. seruato tamen moderamine inculpatæ tutelæ, cap. significasti 2 de homi. & amplia hoc etiam in clerico asportante res laicis nam pro recuperandis rebus licet clericum cum prædicto moderamine inuadere, capitul. olim 2 de restit. spol. & per Abb. in c. cum non ab homine ver. & optimè facit de iud. & in dict. cap. si vero non sufficit ergo ad incurrendum hanc excommunicationem non solum factũ, sed iniuriandi animus requiritur.

f ¶ Inferat.] Intellige hoc quando clericus volebat iterum percutere, sed si clericus percutiens destitit, quia tunc ipsum percutiens esset excommunicatus: quia non posset repellere vim, sed vindictam exercere, secundum Abb. in capit. si vero 1 eo. ad hoc ca. olim. 2 de restit. spoliat.

g ¶ Vxore.] Etiam non cognita dum sit sponsa de præsenti, quia lex permittit illam accusari iure mariti. l. si vxor. § 1 ff de adult.

h ¶ Matre.] Quid in auia, & aliis ascendentibus? Et idem videtur l. appellatione ff de verb. sign. tu dic literam hanc, & c. si vero 1 vnde sumitur eod. restringendum ad personas tantum expressas, vt per glo. Ioann. And. Panor. & alios in d. c. si vero.

i ¶ Turpiter.] Ignoscit enim lex iusto dolori. leg. Gracchus C. de adul. & lex sic inuentum permittit oc-

cidi, l. quod ait lex § quod ait ff de adul. licèt hoc non permittant canones, c. inter hæc, & c. admonere. 33 q. 2 & not. in d. cap. inter hæc.

a ¶ Probabiliter.] Vt quia incedebat in habitu non congruenti ipsi clerico, & deferebat tonsuram more quorundam laicorum deferentium eam tempore æstiuo. Quid si & habitu & tonsuram deferebat, & credens illũ clericum percussisti? Dic quod non incidis in excommunicationem, vt plenè traditur in c. si vero. 2 vnde sumitur: nemo enim sola sua opinione excommunicatur, licèt propter ista accidentia grauius peccet, vt not. in ca. in audientia. eod.

quem probabiliter [a] ignorabat esse clericũ.

Interficientes clericos, qui posthabito habitu committunt enormitates, non sunt excommunicati. hoc dicit.

Quinimmò & si occiderit [b] quis clericos, vel presbyteros, qui contempto clericali habitu [c] sceleribus sese immiscuerint, [d] * in odium clericalis excessus. [e] Canone latæ sententiæ minimè coercebitur, [f] frustra [g]

excommunicationem Cosim. Philiar. in lib. 3 de offic. Interd. cap. 33 num. 3. cas. 14.

Limita 2. in eo qui illum percusserit, & ignorabat probabiliter esse clericum, vt quia percussit clericum de nocte, & illum non cognouerat, vel quia deambulabat sine habitu, & tonsura, & prius illum non cognoscebat, Paul. de Castr. in l. si ignorans, num. 2 ff locat. Turrecrem in c. fi. quis suad. num. 1 & 15 & ratio est, quia ignorantia excusat à pœna l. si quis ignorans, ff locat. l. item apud Labeonem, § si quis, ff de iniur. leg. si qua per calum. Cod. de Episc. & cler.

Hinc est quod cognoscens monialem incedentem, in habitu laicali non punitur tanquam stuprans monialem Glos. in capit. 1 quibus mod. feud. amit. Bombi. consil. 31 num. 7.

Ampliatur modò ista limitatio, quando ignorantia esset crassa, & supina, & culpabilis, vt quia debuit, vel potuit scire talem esse clericum, & non curauit nec voluit Cajet. in sum. in verb. excommunicatio, ca. 10 vers. 5 est casus, & ratio est quia ignorantia culpabilis, & crassa non excusat à pœna gloss. in c. excommun. in versic. facto suo de rescript.

Aduerte tamen quod licèt verberans clericum ignoranter illum esse clericum, excusetur ab excommunicatione, non tamen excusatur à pœna quæ venit imponenda ex natura, & ratione delicti, vt si illum occiderit pro homicidio, & si vulnerauit pro vulnere l. si quæritur, C. de Episcop. & cleric. Bart. in leg. si ex lege ff ad l. Iul. de adult.

Aduerte secundò, quod si percutiens esset in dubio an ille talis sit clericus, vel laicus, tunc si percussus verè est clericus incidit in excommunicationé quia euitare tenetur periculum Frigdeburg. in add. ad S. Raymundum in sum. lib. 3 in tit. de sententia excommun. § 48 in lit. L.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § ponit author tres casus, in quibus limitatur Canon. si quis suad.

Primò limitat quando quis causâ defensionis clericũ percutit, & meritò, quia vim vi repellere licet, leg. vt vim, ff de iust. & iur. & quod intellige cum moderamine inculpatæ tutelæ Ias. in d. l. vt vim. ff de iust. & iur. Felyn. in cap. si vero li. 1 nu. 2 de sent. excom.

Ampliatur prædicta limitatio, vt procedat etiam pro defensione, vel recuperatione rerum suarum quando aliter recuperare non potest Cajet. in sum. in verb. excom. c. 10 ver. secundus est casus Abb. in cap. olim. l. 1 num. 5. 19. & 20 ratio est, quia defensio rei æquiparatur defensioni vitæ, quia res, & vitæ æquiualent glo. in l. aduocati, verb. vitam, C. de aduoc. diuersor. iudic. ideo sicut est permissum pro defensione vitæ clericum verberare, ita pariter pro defensione rei, imò pro defensione rerum suarum licitum est hominem interficere si aliter illas recuperare non potest Abb. in capit. si verò li. 1 num. 11 de sent. excom.

Limitantur tamen istæ præsentes conclusiones quando res esset parua.

Ampliatur ista limitatio, vt is talis verberans clericum pro defensione rerum suarum non solum est excusatus quo ad pœnas spirituales, vt excommunicationem, verum etiam quo ad pœnam temporalem, quia licitum est alium vulnerare, & occidere pro defensione rerum suarum l. furem ad legem Corneliam de sicar. Bart. ibi num. 7.

Limitat. 2 quando quis clericum cum matre vxore, vel sorore inuenit: nam isto casu non solum poterit clericum verberare, verum etiam occidere, absque labe excommunicationis Abb. in cap. cum non ab homine, num. 11 vers. & pro hoc adduco Graff. in decis. aur. part. secunda, lib. 3 cap. 5 num. 20 vbi hanc limitationem sublimitat vndecim modis.

Et non solum verberans; vel occidens clericum in casibus istius fallentiæ, erit tutus à pœna excommunicationis, vt est dictum verum etiam à pœna temporali, ita vt occidens non possit puniri pro tali delicto l. Graccus, & l. patri ff de adult. Clar. in § homicidium, num. 30 & quid in patre occidente filio inuento cum nouerca, vide Cabal. resolut. crim. cas. 15 num. 7. Sed an sit etiam iste talis tutus à peccato mortali, quod incurrit per homicidium, ex quo iste contrauenit diuino præcepto non mœchaberis, vide Felyn. capitulo quæ in Ecclesiarum colum. 3 & 4 de const. Couar. lib. 4 decret. cap. 7 § 2 num. 8.

Prædicta tamen omnia intelligas quando percussio fit in ipso actu inuentionis absque interuallo temporis, aliàs si fieret ex interuallo, percutiens incurreret in

a ¶ Probabiliter.] Vt quia incedebat in habitu non congruenti ipsi clerico, & deferebat tonsuram more quorundam laicorum deferentium eam tempore æstiuo. Quid si & habitu & tonsuram deferebat, & credens illũ clericum percussisti? Dic quod non incidis in excommunicationem, vt plenè traditur in c. si vero. 2 vnde sumitur: nemo enim sola sua opinione excommunicatur, licèt propter ista accidentia grauius peccet, vt not. in ca. in audientia. eod.

b ¶ Occiderit.] Ne dum vulnerauerit: vel percusserit.

c ¶ Habitu.] Concor. cap. cum non ab homine vnde sumitur, & cap. perpendimus, & ca. in audientia eo. & fac. l. item apud Labeonem § si quis virgines, ff de iniur. & l. Senatoris filia, ff de ri. nup.

d ¶ Immiscuerint.] Secus si se non immiscuisset sceleribus: quia tunc non perdit priuilegium clericale ob solam non delationem habitus, cap. si verò 2 cap. in audientia vbi not. & per Abb. in d. cap. cum non ab homine, & latius in cap. perpendimus, eod.

* Immiscuerint.] Sed quamuis clericus se immiscendo in enormitatibus perdat priuilegium Canonis non tamen perdit priuilegium fori, sed debet statim ecclesiastico iudici restitui, Abb. in cap. perpendimus. de sentent. excommun. num. 6 quare autem facilius perdatur priuilegium Canonis, quam priuilegium fori ea est ratio, quia illud est inductum à iure positiuo, hoc autem est à iure Diuino, cap. quamquam de censib. in 6 Gloss. penult. in cap. si Imperator, dist. 96 Innoc. in cap. 2 de maior. & obed. SOLIER.

e ¶ Excessus.] Et terrorem correctionemque similium.

f ¶ Coercebitur.] Asperior tamen pœna imponetur, cap. cum non ab homine, eod. in fin. Nam ex persona augetur crimen, distinct. 40. cap. homo l. omnes, § 1 ff de re milit.

g ¶ Frustra.] Sic c. si de imm. eccles. & in cap. 2 ne

enim Eccleſiæ implorat auxilium, qui in Eccleſiam ipſam committit.

Qui ratione officij vel intuitu diſciplinæ clericos perſutiunt, non ſunt excommunicati. hoc dicit.

Item ſi qui ratione officij, [a] quod obtinent in Eccleſia, aut ſi clerici ſeniores pueros, vel adoleſcentes in minoribus [b] ordinibus conſtitutos diuinum turbantes officium, vel etiam, ſi qui magiſterij vel prælationis obtentu ſubditos & ſcholares correctionis cauſa percuſſerint, [c] excommunicationis ſententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum eſt, qui aliquos de familia [d] ſua vel propinquos inferiorum graduum [e] ſimili modo, vt ab exceſſibus prohibeantur, & ſcientia boniſque moribus informentur, corrigendos duxerint, & aliis caſibus compluribus. [f]

Ex cauſa poteſt quis abſolui ab alio, quàm ab Apoſtolico. h. d.

Quod autem ſupra diximus ab hac excommunicatione, ab alio quàm ab Apoſtolico, aut eius legato abſolui neminem poſſe, non eſt perpetuum. Nam ſi quis excommunicatio, latæ ſententiæ vinculis innodatus in

cler. vel mo. & 17 quæſt. 4 capitul. frater, & capitul. in audientia, eod. vnde ſumitur, & l. quia fruſtra, ff de vſu, & l. auxilium in fi. ff de min. & l. iſti quidem ff quod met. cauſ.

a ¶ Officij.] Not. ergo, quod ratione officij licèt quid aliàs non liceret, hoc ideo quia ex quo alicui commiſſum eſt officium cenſetur commiſſa, & alia, ſine quibus commodè officium expediri non poteſt, concor. capitul. cum voluntate, § fin. eod. vnde ſumitur. Sic & iudex compeſcere poteſt omnes turbantes, & impedientes iuriſdictionem ſuam, cap. 1 & cap. præterea, & cap. prudentiam, & cap. ſuſpicionis, de offi. deleg. & § ſed ſiue ſup. de iud.

b ¶ In minoribus.] Conſtitutos ergo in ſacris ordinibus licèt, & hi turbent officium percutere non poterũt: quia ex eo, quod ſpecialiter de iſtis permittitur, de aliis prohibetur, c. qualis, diſt. 25 & cap. nonne, de præſum. l. cum prætor. ff de iud. & honorabilia membra exceptis grauioribus culpis verberibus ſubijci non debent, diſtinct. 45 cap. cum beatus agatur ergo cum ipſis admonitionibus, & ſi ſe non correxerint, ſuſpendatur, cap. dolentes, de celeb. miſſ.

c ¶ Percuſſerint.] Leuiter tamen, cap. 1 & c. cum voluntate, § fi. eo. modica enim tamen caſtigatio permiſſa eſt docenti, l. 5 in fin. ff ad leg. Aqui. cum l. ſeq. & humilis debet eſſe doctrina magiſtri, & cap. humilis, de maio. & obe. cum concor. ibi all. aliàs incideret in canonem, vt not. in d. § 1.

percuti tam cauſa correctionis, quam diſciplinæ abſque labe excommunicationis cap. cum voluntate § ſi ibi inferiorũ graduum à contrario ſenſu Frigburguſ. loc. cit. quod intellige quando culpa eſſet leuis nam per grauem exceſſum poteſt verberari cauſa correctionis Borgaſ. in tract. de reg. p. 6 in titul. de clerico percuſſore numero 17.

d ¶ De familia.] c. cum voluntate § fi. eod. 23 q. 4 c. duo iſta, & d. 45 c. diſciplinam, qui enim domeſticorum ſuorum curam non habent, fidẽ negauit, d. 57 § neceſſe hinc etiam Paulus, fac. l. ſi filius. C. de patria poteſtate, & l. vnic. C. de emendat. propinquo.

e ¶ Graduum.] Secus ſi ſint in ſuperioribus quia liberantur à patria poteſtate ſaltem quo ad ſpiritualia, & quo ad percuſſiones, vt deferat ſacro ordini, imò, gloſſ. in cap. cum voluntate § eod. tenet ſacrum ordinem indiſtinctè liberare à patria poteſtate quod non eſt verum, vt per Inno. & Hoſt. in cap. inde eorum, de ætat. & qual. & per Abb. in d. § fi.

f ¶ Compluribus.] De quibus latè per Hoſti. in ſumma eod. § quis poſſit excommunicare, ver. ſuper illo autem canone, & per gloſ. Io. cap. cum voluntate § fin. eo. & aliàs ſæpè.

Quod autem. Casvs. Cum quidam fideles præſupponantur excõmunicati à iure ob diuerſos exceſſus, acceſſerunt ad Epiſcopum loci, à quo petebant abſolutionem, qui videns exceſſus iſtos eſſe varios, & diuerſæ grauitatis, dubitauit de ſua poteſtate, quia licèt ipſe dicatur habere poteſtatem abſoluendi niſi ſpecialiter prohibeatur cap. nuper eod. tamen grauiora dicuntur ſuperiori reſeruata. cap. 4. de off. legati. Qua de re Sol. vt hic habetur, quia poteſtas iſta abſoluendi fuit inferioribus Prælatis, & Epiſcopis aliquando conceſſa, & aliquando denegata ſecundum quod magis expediens erat pro ſalute fidelium, qui facilius retrahuntur à malo vna via quam alia, qua ratione conſiderata nec etiam obiectio aliquid concludit, cum vtraque pars aliquando verificetur. Not. 1 diuerſos caſus in quibus habetur limitatio eorum quæ Principi ſunt reſernata. Not. 2 quod ceſſante cauſa fin. ipſius legis debet ceſſare etiam lex ipſa, quia cauſa dicitur anima legis. Not. 3 argu. iſtius text. in § Monachi, quod exceſſus intra Monaſtria commiſſi non debent puniri extra, ne inde oriantur ſcandala. Not. 4 quod qui habet poteſtatem abſoluendi à iure, poteſt etiam cauſam delegare, cum expediens fuerit. *Io. Bap.*

ALOYSIVS RICCIVS. Hoc § habetur quod percutiens clericum ratione officij ſeu diſciplinæ non incidit in excommunicationem.

Limitatur tamen d. limitatio quando is qui habet poteſtatem corrigendi non verberaret cauſa correctionis, ſed ex odio particulari, & cauſa vindictæ tunc enim non euitabit pœnam excommunicationis Caiet. loc. ſupr. citato Aufr. in tract. de poteſt. iud. laici c. ſuper perſonæ Eccleſ. reg. 3 num. 13 Frigburgus vbi ſuprà.

Limita ſecundò, quando quis excederet modum correctionis, namque nunc excedens erit excommunicatus ſi exceſſus fuerit grauis, & notabilis, ſecus ſi fuerit leuis, & parui momenti Caiet. vbi ſup. Decian. in tract. crim. p. 2 lib. 6 c. 34.

Limitatur tertiò, vbi clericus percuſſus fuiſſet conſtitutus in ordinib. maiorib. quia is clericus non poteſt

mortis articulo [a] * constitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, [b] aut alias iustas excusationes [c] ita vt sine periculo Apostolico se nequeat conspectui præsentare, licebit diœcesano [d] Episcopo iuramento [e] secundùm morem Ecclesiæ recepto, sibi absolutionis gratiam impartiri.

Cessante causa, cessat effectus. h. d.

Periculo tamen, & impedimento cessantibus, quàm citò commodè [f] poterunt, ad sedem Apostolicam se præsentabunt, mandatum illius super negotijs, pro quibus excommunicati fuerant humiliter recepturi, & prout iustitia suadebit satisfacturi, alioqui si id facere contempserint (ne temerè, & impunè censuræ Ecclesiasticæ illudatur) ipso iure in eandem sententiam recident, quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitima subsistente causa, [g] ab alio, quis, quàm ab eo, à quo aliàs de iure absoluendus fuerat, absolutionis beneficium consequutus fuerit: & quibusdam casibus similibus. [h]

a ¶ Articulo.] Cap. non dubium c. de cætero, c. quod de his, c. quamuis, eo c. si quis suadente, 17 q. 4 generalis enim reseruatio absolutionis non extenditur ad casum mortis, c. eos qui. eo. in 6 & per Abb. cap. pastoralis, § præterea, de offi. ord.

* Articulo.] Absolutus tamen in mortis articulo ab excommunicatione si postea sit restitutus pristinæ sanitati se præsentare debebit conspectui eius à quo fuerat excommunicatus, quam cito commodò poterit eius mandatum humiliter recepturus prout iustitia suadebit, alioquin in eandem excommunicationem reincidit ipso facto, cap. de cætero, cap. ea noscitur de sent. excom. cap. eos qui, eod. in 6 Clem. I. § fina. & ibi gloss. in verb. poterit de pœnis. Idem dicitur de his qui propter capitales inimicitias vel aliud legitimum impedimentum nequeunt adire sedem Apostolicam nam tunc ab Episcopo possunt absolui Papam adituri quamprimum oportunitatem habuerint, d. ca. de cætero & d. cap. eos qui. SOLIER.

b ¶ Inimicitias.] Etiam si ipsemet dederit causam inimicitijs, nec enim ponderatur quæ sit causa inimicitiæ, arg. l. nec timorem, ff quod met. cau. & ca. veniens de spon. & per Abb. in cap. de cætero, eod. vnde sumitur, licèt aliàs causa debeat esse iusta, vt in d. c. de cætero, & hic.

c ¶ Iustas excusationes.] In omni enim edicto rationabilis excusatio est excepta, c. ex parte de off. del. & c. quando, de reseri. fac. c. ea noscitur, eod.

ALOYSIVS RICCIVS. Ex causa posse quem ab alio absolui quam ab Apostolico dicit, & sic ob nonnullas causas, incidens in canonem si quis suad. potest absolui ab ordinario.

Et primò quando quis reperiretur in articulo mortis, quod periculum intelligitur non solum propter infirmitatè sed etiam si sit in quocunque periculo vicino mortis, vt si timeret hostem, vel prædonem, vel crudelitatem potentis, vel si nauigaturus sit, vel per loca insidiosa transiturus l. 3 & l. 4 ff de donat. causa mort. s. Ant. Flor. in trac. de excom. c. 1 n. 4 vbi pluribus modis ampliant, vbi dicit, quod idem est si reperiretur obsessus, vel alium obsideret Rip. in tract. de act. in art. mortis c. 35 n. 1. Nec si conualescat ita absolutus denuo est absoluendus, quia cum fuerit semel, & verum absolutus non erit de eadem re iterum absoluendus c. quamuis incidens de sent. excomm. Sylvest. in sum. in verb. excommunicatio.

Et in prædicto, & similibus casibus excommunicationis, non solum poterit absolui ab Episcopo, verum etiam si non adesset Episcopus à quocunque sacerdote, etiam ab ordinario non approbato si alius inueniri non potest glos. in cap. à nobis in § inde quacunque, & ibi Ab. de sent. excom. & quando quis dicatur in periculo mortis ponir late Aetius in tract. de infirm. par. 1 ca. 16 per tot. & quando dicatur constitutus in articulo mortis idem Aetius in præd. par. 1 c. 15.

Secundò quis haberet inimicos capitales, propter quod non poterit tutò se sedi Apostolicæ præsentari cap. de vtero de sent. excom. s. Ant. in c. præd. n. 41.

Tertiò, cadit in muliere, quæ non est obligata pro petenda absolutione accedere ad sedem Apostolicam, & hoc tam si est robusta, quam debilis, & tam si iniuria est leuis quam grauis cap. mulieres de sent. excom. Io. Ant. loco præcitato n. 45.

Quartò dicitur in senibus, & valetudinarijs cap. ea noscitur de sent. excom. s. Ant. præd. nu. 45 & ratio est quia senes dicuntur perpetuo infirmi, & ipsa senectus dicitur esse morbus Fabrum de Montel. in tract. de priuil. senect. c. 5 per tot.

Quintò quando quis esset membris destitutus, vel attractus, ita & taliter quod non posset accedere ad summum Pontificem, pro absolutione obtinenda cap. quamuis de sent. excò.

Sextò quando quis esset infirmus, & perpetuum habet infirmitatis impedimentum, vel etiam tèporale, si de morte timet. c. quod de his de sent. exc.

Septimò si quis esset pauper, qui si vellet accedere ad sedem Apostolicam, esset constrictus mendicare, d. c. quod de his & inops is dicitur qui nihil habet patrimonij, ex quo se alere possit, etiam quod haberet aliquod exercitium cum quo victum sibi acquireret ad quod allegat nonnullos DD. Sylvest. in sum. in verb. absolutio 4 n. 7 ver. octauus.

d ¶ Diœcesano.] Et non alijs inferioribus, nisi fortè in summa necessitate, de quo dic, vt per Ab. in c. monachi, eo. & in c. de cætero, vnde sumitur.

e ¶ Iuramento.] Cap. de cætero, c. quamuis, eo. c. quod de his, eod. & promittens in tali iuramento, quod quamprimum cessabit impedimentum se conspectui Apostolico præsentabit, mandatum super hoc excessu recepturus, c. ea noscitur, in fin. eo. & hoc quod hic dicitur intellige etiam de alijs casibus, c. eos, ea. in 6 & per Ab. in dicto cap. de cætero.

f ¶ Commodè.) Non tamen delicatè, vt l. continuus, § cum ita, ff de verb. obl. & fa. c. eos, eo. in 6 vnde sumitur.

g ¶ Causa.] De quibus causis in c. ea noscitur, & in c. de cætero, eo. supra § proxi.

h ¶ Similibus.] De quibus in c. eos, § fi. eo. in 6.

Si modica sit illata iniuria clerico, vel qui intulit, non prouectæ sit ætatis: potest ordinarius absoluere eum, qui incidit in canonem latæ sententiæ. h. d.

Item si non enormis, sed modica & leuis iniuria [a] fuerit clericis irrogata, inferens per Episcopum [b] absolui poterit. [c] Item ætatis [d] intuitu iuris rigor mansuetudine, temperatur. Vnde si in pueritia constitutus [e] in canonem inciderit sententiæ promulgatæ, siue ante, siue post [f] pubertatem sese absolui postulet, diœcesanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit. [g]

Monachi se inuicem, vel conuersos percutientes sunt ab abbate, vel Episcopo absoluendi. h. d.

Monachi quoque, & alij regulares quomodocumque [h] in clausstro [i] sese inuicem percussserint, non ad Apostolicam sedem remittendi, sed secundùm prouidentiam propr,j Abbatis [k] coërcendi erunt: quòd si Abbas non sufficit, Episcopus [l] adhibendus erit.

Idem iuris seruatur in monialibus quod seruatur in monachis. h. d.

Simile [m] statuitur de monialibus: [n] nam si vel se inuicem, vel conuersos, aut conuersas [o] suas, aut etiam in clericos violentas manus iniecerint, ne contra muliebris sexus verecundiam [p] regularis obseruantia decorem peregrinari compellantur per Episcopum [q] in cuius diœcesi [r] monaste-

a ¶ Leuis iniuria.] Quæ autem dicatur leuis vel grauis iniuria, erit in arbitrio iudicis, § atrox, inst. de iniur. fac. ca. cum illorum, & quod ibi not. eod. & per Spec. in tit. de Lenon. § nunc dicamus, ver. quæ autem dicatur, & per Ab. in c. peruenit, eo. vnde sumitur.

b ¶ Episcopum.] Sed non alius inferior, vt per Abb. in c. peruenit. eod. ante fin.

ALOYSIVS RICCIVS. Statuitur in præsenti § quod si iniuria illata clerico est modica, & ille qui intulit non prouectæ sit ætatis potest ordinarius absoluere, vt habetur etiam in c. cum illorum in fin. de sent. excom. Franc. Marc. decis. 814 par. 2 quia licet minor ætas non excusat à pœna delicti nihilominus eâdem pœnam minuit, vt si veniret puniendus pœna mortis ob minorem ætatem mitigatur in aliam pœnam non corporalem, sed iudicis arbitrio, vt est text. in l. 1 § impubes, & in l. excipiuntur, ff ad Sillania, l. de minore, ff de quæst. & ideo licet propter minorem ætatem non excusetur à pœna excõmunicationis, minorabit tamen pœnam hoc est, vt non teneatur pro absolutione obtinenda accedere ad sedem Apostolicam Sant. Raymund. & soc. vbi supra.

c ¶ Poterit.] Quia leuis iniuria potest etiam leuiter emendari, capitul. cum dilecti, de accu. nec infamat. capit. cum te de re iud. & intellige etiam de laicis leuiter clericos iniuriãtibus, vt per Ab. in ca. peruenit, eod.

d ¶ Ætatis.] Cap. fi. eo. vnde sumitur & dis. 86 ca. tanta, & c. eos, de consec. dis. 3 & 35 q. 9 c. sententiam alijs quoque respectibus tẽperatur iste rigor, vt in d. c. fi. no.

e ¶ Constitutus.] Doli tamen capax. c. pueris, de delict. puer. aliàs iniuriam facere non possunt, pati verò etc. 1 de homi. & 16 q. 1 c. illud, & no. in c. fi. eod.

f ¶ Siue post.] Not. quod beneficium semel indultum minori ex quo semel cœpit habere locum, non extinguitur per superuenientiam maioris ætatis. Ita not. in c. fi. eod.

g ¶ Poterit.) Cap. 1 c. fi. eo. cap. si quis suadente 17 q. 4 & per Ab. c. 2 de delict. pueror.

h ¶ Quomodocunque.] Dum tamen non enormiter, vel in Episcopum aut Abbatem, vel clericum sæcularem manus violentas injiciant cap. cum illorum § quid si clausstrales, eo. & not. in capit. 2 eod. vnde sumitur, & sic secundum Abb. in d. c. 2 nota, quod in verbis permissiuis quantumcumque sint generalia, semper intelligitur exceptus casus enormis.

i ¶ In clausstro.] Idem est fortius, si extra clausstrum: quia maius est delictum id facere in clausstro, vbi debet seruari silentium: nam violatur immunitas clausstri, secundum Ab. in c. 2 eod. in fin. fac. cum pro causa eo. & hoc tenet Ioa. An. post Ab. antiquum, in c. cum illorum eod. exprimitur autem clausstrum ob frequentiorem contingentiam, sic auth. cassa. & irrita. C. de sac. san. eccl. fac. not. per Ab. in c. 1 de iniu.

k ¶ Proprij Abbatis.] Nisi monachum alterius monasterij percusserit, hoc enim casu vtriusque monasterij abbas concurrere debet in absoluendo, c. cum illorum, & c. canonica eo. & no. in c. 2 eo.

l ¶ Episcopus.] Cap. 2 c. cum illorum, c. canonica eo.

m ¶ Simile.] Non tamen idem per omnia: quia in monialibus non excipitur casus enormis, vt in monachis, vt in hoc §. in prima notula habetur, sed Episcopus illas indistincte absoluit, vt in capit. de monialibus, vbi not. Abb. eod. vnde sumitur.

n ¶ De monialibus.] Vnde infert, quod priuilegium capitu. si quis suadente diabolo. 17 q. 4 non competit ratione caracteris clericalis: quia si id esset, non cõpeteret personis hic enumeratis, vt nota. & Ab. in cap. de monialibus eod.

o ¶ Conuersas.] Quæ non veniunt appellatione monialium, licèt illarum in hoc priuilegia gaudeant, c. de monialibus, vbi notat Ab. eod.

p ¶ Verecundiam.] l. 1 § sexum, ff de postul.

q ¶ Per Episcopum.] Impedit enim sexus muliebris fragilitas, ne Abbas possit moniales suas absoluere: quia sexui fœminino claues Ecclesiæ non fuerunt commissæ, cap. noua, de pœnite. & remis. & traditur in capitu. dilecta, & de maior. & obe.

r ¶ Diœcesi.] Sed quid si monasteria essent in diuersis

Episcopatibus, & vna monacha percussit monachum, vel monacham, vel clericum alterius diœcesis? Resp. conuenit vterque Episcopus, vel alter alteri delegabit vices suas, vt habetur in cap. cum illorum, & c. de monialibus eod.

a ¶ Alij casus.] De quibus per Host. in summa eod. § qui possit excommunicare, verf. 2 regula, & not. in c. fin. de offi. ord.

* Alij casus.] Casus in quibus excommunicati pro violenta manuum iniectione in Clericum possunt ab Episcopo absolui his versibus continentur quos refert Abb. in cap. cum illorum de sent. excom.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis
Delicios⁹ inops, æger, senexque, sodalis
Ianitor adstrictus, dubius, causa, leuis ictus
Debilis, absolui sine summa sede merentur.

Regula, id est monachi, d. cap. cum illorum §. qui si Claustrales mors, id est in mortis articulo, capit. si quis suadente 17 q. 4 sexus, id est mulieres, cap. mulieres, cap. ea noscitur & cap. quamuis de sent. excom. Hostis, id est habens capitales inimicitias d. cap. ea noscitur. Puer, cum scilicet puer clericum verberauit, d. capit. quamuis. Officialis turbam arcendo & lædens fortuitò clericum non tamen grauiter, cap. si vero 1 § Officialis. de sent. excom. Delicios⁹, id est qui ita delicatus est quod laborem accedendi ad sedem Apostolicam sustinere nequeat, d. cap. mulieres. Inops, id est tanta paupertate grauatus quod Romam accedere non possit, d. cap. quod de his & d. cap. quamuis. Æger d. cap. quod de his. Senex, d. cap. quamuis. Sodalis, id est qui simul viuit in communi in aliquo collegio, cap. quoniam. de vita & honest. Cleric. Ianitor d. cap. si verò 1. adstrictus potestati alterius vt vxor, serui, d. cap. mulieres & cap. relatum eod. non tamen filij familias gloss. in d. cap. mulieres in verb. sui iuris. Dubius de quo est publica fama quod Clericum percusserit, ca. cum desideres § secundæ. de sent. excom. causa, id est legitima & Canonica ad non eundum Romam d. cap. quod de his. Leuis ictus cap. peruenit & ibi Abb. eod. Debilis vt membrorum destitutus vel debilitatus siue impeditus vt cæcus seu Claudus, dict. cap. ea noscitur. SOLIER.

b ¶ Certis.] Quorum pars superius numeratur, & notantur ad c. fi. de offi. ord. vnde sumitur.

c ¶ Ex officio.] Puta ex officio legationis, capitul. quod translationem, & cap. excommunicatis, & capitul. nemini, de offic. leg. Idem si quis habeat hoc ex priuilegio, vt Archidiaconus Bononienſis, qui ex priuilegio absoluit excommunicatos in studio Bononiensi, vel ibidem delinquentes, vt not. in cap. fina. de offic. ord.

d ¶ Absoluere.] Quod intelige non solum de absolutione ab excommunicatione, cap. si quis suadente diabolo. 17 quæst 4 verum etiam de alijs excommunicationibus, argument. capitul. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. & not. in capitul. fin. de offic. ord. & ibi sequitur Ab.

e ¶ Poterunt.] Not. ergo, quod nudum ministerium est delegabile per ordinarium, cap. fi. vbi not. de offic. ordin. Quid autem in delegato? Respon. idem si habet iurisdictionem, putà, quia fuit delegatus in causa, in qua tulit excommunicationem: secus si sibi fuisset delegata sola dumtaxat absoluendi potestas. Et sic procedit tex. in cap. fin. de offic. deleg. & tenet Ab. in cap. fin. de offic. ord. Idem si alicui tale nudum ministerium cõpeteret, vt notauimus supr. in 1 notula de Archidiacono Bononiensi, & ita gloss. quam Abb. etiam sequitur in cap. fin. de offic. ord. & alij in dict. cap. fin. § fin. de offic. deleg.

Iudicis. Hæc pars subdiuiditur in 2 partic. in prima habetur qui, & qualiter iudex procedere debeat excommunicando: in secunda quid in dubio significet terminus excommunicationis, secunda ibi, sed quæri poterit. Quoad primum. Casvs. ita potest figurari, quidam iudex Eccles. sciens nonnullos subditos suæ diœcesis volebat eos excommunicare nullâ iuris solemnitate obseruata, cum eorum excessus sibi noli essent tanquam iudici, idque putabat sibi licitum ea ratione quod excõmunicatio est medicinalis, cap. 1 eo. in 6 & cum de hoc dubitatum fuisset. Sol. fuit data prout hic legimus, quia si secus esset, daretur occasio aliquem sæpè indebitè condemnari, & sua defensione priuari, quod repugnat iuri, & rationi: Non obstat obiectio, quia licèt excommunicatio sit talis, temerè tamen non inferenda. Not. primo literas alicuius commissionis, & mandati sæpè de iure multa continere, quæ in eis non sunt expressa, sed virtualiter subintelliguntur: Not. secundò, quod sententia excommunicationis quæ ab homine est ferenda ob contumaciam aufertur, de qua re vide doct. in c. 1 de iudi. *Io. Bap.*

f ¶ Iudicialis.] Incipit secundum principale membrum huius tractatus: nam hucusque habitus est sermo de excommunicatione canonis, quæ quodammodo legitima potest appellari, nunc de iudiciali. Est, & alia quædam species, quæ nec canonis est nec iudicialis, vt si cui Papa concedat priuilegium, & potestatem

ria fuerint, absolutionem consequentur. Sunt & alij casus, [a] * quibus ab alio quis, quam ab Apostolico, ab hac excommunicatione [d] absolui poterit: vt ex ipsis Decretalium libris facilè apparere potest.

Ex causa certis casibus absolutio potest delegari. h. d.

His autem quibus id certis [b] casibus ex officio [c] competit non solum per seipsos absoluere: [d] verum etiam alijs, cum expedire viderint, homini absolutionem committere poterunt. [e]

Excommunicatio iudicialis est, quam infert iudex: & cui causa committitur, omnia quæ causam contingunt censentur permissa. h. d.

Iudicis siue iudicialis [f] excommunicatio est, quæ iudicis ministerio infertur. Iudicem autem hoc loco intelligimus non solum ordinarium verum etiam

tem excommunicandi suos manifestos malefactores, de qua indulgentia habetur in c. ex parte decani, iuncta glo. 1 de rescrip. & in c. ex parte de verb. sig. & per Inn. in c. venerabili, de censib. & potest concedere etiam simplici laico hanc excommunicandi potestatem not. in cap. benè quidem, dist. 96 & in ea. trasmissam de elec. & in cap. ab excommunicato, de rescrip. alius autem non potest, nec consuetudo, etiã immemorabilis. Ab. in cap. sacrosancta, de ele. latè in cap. quanto & c. fin. de conf. & de materia, § huius latè Hostien. in summa eod. § quis possit excommunicare, verb. nedum autem, & per Ioa. de Lig. in tractat. de Ecclesiastica censura, § 1.

delegatum.[a] Nam si cui per Apostolicum, causa etiam simpliciter delegatur nec literæ commissionis de excommunicatione quidquam contineant, poterit nihilominus delegatus, concessæ sibi auctoritatis ratione contumaces, (vt supra[b] diximus) Ecclesiastica seueritate coercere.

Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio: & debet, ferri in scriptis, ita vt causam contineat. h. d.

Quoties autem causa[c] suberit, vt iudex subditum suum[d] Ecclesiastica districtione coerceat cum medicinalis, [e] non lætalis excommunicatio esse debeat non aliter, quam competentibus[f] præmissis monitionibus [g] * ad huiusmodi sententiam descendet, quam etiam de scripti[h] recitatio- pellat. nisi non ordinarius sed delegatus excommunicationem ferat, tunc enim est ipso iure nulla Rot. decis. 10 & 23 de sent excomm. in antiq. idem si fuerit ore & non scripto prolata, Gloss. in cap. sicut in verb. causam de sent. & re iudic. & licèt excommunicatio iniusta teneat quoad homines non tamen tenet quoad Deum: nisi contemnetur excommunicatio tunc enim ligaret ex contemptu etiã apud Deum Ab. in ca. ab excommunicato de Rescript. quia etiam iniusta est timenda capite si Episcopus, c. quibus c. nemo & c. non solum 11 q. 3 & iniustè excommunicatus debet cuitati d. cap. quibus & tolerandum est iugũ quod à pastore imponitur, c. in memoriam, dist. 19 cap. si clericus, cap. si Episcopus 11 qu. 3 ca. per tuas § nos igitur de sent. excom. tribusverò modis excommunicationis sententia dicitur iniusta, nempe ex causa, ex ordine, & ex animo, Rot. decis. 14 n. 2 inter decis. Fastoli. SOLIER.

a ¶ Delegatum.] C. 1 & cap. præterea, de offi. deleg.

b ¶ Supra.] § Sed siue, supra de iud.

c ¶ Causa.] Sed quid si excommunicandi causa nõ subest, quid operabitur iniusta excommunicatio Respon. quo ad Deum nihil operatur, immo patiẽter toleranti acquirit meritum c. cum cæteri, de sent. & re ind. in 6 & 11 q. 3 cap. illud, sed quo ad homines operatur, quia antequam relaxetur debet excommunicatus vitari, ca. cum contingat, de offic. deleg. & cap. per tuas, eod. & per Ab. in rub. eo. Sed tamen non debet contemni 11 q. 3 c. 1 not. in c. 1 eo. in 6 & in cap. fac. san. co in antiq. latissimè tamen de hoc per Didac. Coua. in cap. alma mater. eo. in 6 § 7 versic. 11 in tertia conclusione, ad quem pro clara elucidatione huius materiæ excommunicationis est recurrendum.

d ¶ Subditum suum.] Aliàs in non subditum non posset hæc censura exerceri capitu. à nobis, eod. sententia enim à non suo iudice lata non tenet, cap. at si clerici, de iudi & 9 q. 2 per totum, & de hoc late per Host. in summa eod. § quis valeat excommunicari.

e ¶ Medicinalis.] Non mortalis 2 q. 1 c. multi. 24 qu. 3 c. notandum, & c. 1 eo. in 6 vnde sumitur vide per Didac. confutantem Lutherum in cap. alma mater in princ. vers. 6 eadem radice. num. 9 in 6.

f ¶ Competentibus.] Non minus tribus, cap. contingit, 2 & c. sacro eo. & in c. 1 & c. constitutionem & c. statuimus, eo. in 6 vbi habetur, quæ sit competens admonitio, & in cap. reprehensibili, de appell.

g ¶ Monitionibus.] Sed vtrum possit quis conuenire, & obligare se, vt possit etiam sine monitione aliqua excommunicari? Resp. non, vt not. per Host. & Ab. in ca. P. & G. de offic. deleg. ver. quo ad secundum, hæc autem verba, Præcipio sub pœna excommunicationis, non inducunt excommunicationem, sed monitionem, vt per But. in c. clericus, de ordin. ab epis. copo qui renun. Episcopatui.

* Monitionibus.) Quamuis monitio omissa sit siue ordo excommunicandi iudiciarius non seruetur tenet tamen excommunicatio licèt sit iniusta, Gloss. in capite reprehensibilis in verb. proferant & ibi Hostien. de ap- necessitate de alijs habes in cap. 1 de censi. in 6

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti § quod excommunicationis sententiam debet præcedere monitio, & debet ferri in scriptis ita vt causam contineat, de duobus ergo agitur in hoc § scil. quod excommunicatio debet proferri in scriptis, & quod procedat monitio de quibus nos infra dicemus.

Et adeo excommunicatio debet ferri in scriptis, & exprimi causa, & dari copia petenti, quod contra faciens per mensem suspensus existit. text. est notabilis in capite 1 de sent. excom. li. 6 Lap. alleg. 74 qui tex. procedit etiam in alijs censuris & siue excommunicatio feratur in certam personam siue in incertam secundum tutiorem opinionem Ioan. And. Dominic. & Franc. in d. cap. 1 & procedit siue adsit dolus, siue non, sed sufficit, quod stulè fatuè, vel ex negligentia feratur sine scriptis nam temerariè fieri dicitur iuxta gloss. in dicto capite in verb. temerarius quam communiter Doct. sequuntur.

Sed dubium est, quoniam tex. in dicto capite loquitur de sententia excommunicationis, & tanquam pœnalis non videtur extendendus ad præceptum de aliquid faciendo sub pœna excommunicationis latæ sententiæ quod non videtur sententia excommunicationis, in contrarium tamen est veritas, quia non potest degari quin. in præcepto contineatur sententia excommunicationis, & ita communiter videntur concludere doctores in d. ca. 1 dum ponunt exemplum de superiori regulari qui fecit præceptum de excommunicatione latæ sententiæ subdito suo sed dubitant DD. quid si sententia contenta in præcepto non habuit effectum quia subditus paruit, vel aliàs quia sententia lata habuit effectum, quia lata post appellationem Lap. allegat. 73 tenet non esse locum pœnæ dict. capitul. primi, quando excommunicatio non habuit effectũ

quem videtur sequi Dominicus, in d. c. 1 sed contra-
nam opinionem tanquam magis tutiorem tenet Io. An.
& Franc. in d. c. 1 Non autem habet locum quando ex-
communicatio fertur per statutum vt dicunt Ioa. And.
Gemin. Archar. Fel. in c. Rom. § caueat eodem titul.
in 6 & itidem esse in
mandato generali
quando habet vim sta-
tuti tenet Lap. in d. alle.
73. Potest poni exem-
plum quando Vicarius
generalis alicuius dioe-
cesis præciperet sine
scriptura quod omnes
Clerici accedãt ad pro
cessionem sub pœna ex-
communicationis, vel
suspensionis ipso facto
incurrenda idem censet
Lap. d. all. quando ex-
comm. fertur à prælato
non tanquam Iudice,
sed tanquam parte pro
defensione iurium iux-
ta not. per Innoc. in c.
venerabili de censib. &
in c. sacro de sentent.
excom. Nec habet lo-
cum pœna prædicta quã-
do copia notarij, vel
alia necessaria ad scri-
bendum haberi non
possunt, & periculum
est in mora, vt dicit gl.
communiter recepta in
d. c. 1 in verbo temera-
rius. Et ex hac ratione prædictus Vicarius fuit excu-
satus à pœna suspensionis Declaratur etiam text. in
d. c. 1 vt talis pœna suspensionis non comprehendat
Episcopos quia non fit expressa mentio de eius iuxta c.
quia periculosum de sent. excomm. in 6 vt dicit Ioan.
Mon. in dict. cap. 1. Nec etiam procedit in prælatis re-
gularibus 2 Lap. dict. alleg. 73 & omnes supra citati.

ne proferet, ita vt causam [a] ob quam pro-
fertur expresse contineat. Aliaque obseruabit, quæ tam generali, [b] quam Lugdunen-
si. [c] Concilio editis constitutionibus sunt comprehensa, earundem pœnis si contrafecerit, subijciendus.

Iudex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre maiorem excommunicationem.

Sed quæri poterit, si iudex illa verborum formulâ vsus fuerit: *illum excommunico*, vel simili, qua de maiori, vel minori non expresserit, vtra magis quis quicquam excõmunicatus censeatur. [d] Et respondsum est non tantum minorem, sed etiam maiorem censeri per iudicem illatam, quam non modo à sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alij præterea multi consequuntur effectus. [e]

commun. lata à quodam imperito iudice sub huiusmodi verborum forma. Ego te excom. ob excessus à te commissos an videlicet iste dicatur in dubio excom. maiori vel minori excom. in pœnalibus eã interpretatio est facienda in fauorem rei c. in pœnis de reg. iur. in 6 l. pen. ff de pœnis. in contrariũ facit natura excõ. quæ est vt sit medicinalis c. 1 eo. in 6 Solu. vt hic legimus, & ratio est, natura vt dixit, excõ. non obstant iura in contrarium adducta, quia ob naturã istam debent limitari, & locum habere solum in illis pœnis quæ non sunt medicinales. Not. casum, in quo extensio fit in pœnalibus contra communem regulam supra adnot.

Quo ad secundam propositionem § scil. quod debet præcedere monitio immò adeo requiritur hæc monitio aliàs excommunicans incidit in pœnam suspensionis c. sacro de sent. excomm. vbi Innoc. in vers. ingressum, n. 2 & debet hæc monitio esse trina licèt vnico monitorio fieri possit, pro vt moneo te ad hoc faciendum, vel non faciendum intra 15 dies, quorum quinque pro prima quinque pro 2 & quinque pro tertia monitione assignantur Couar. par 1 relectio, § 9 n. 5 fol. 406 in c. alma mater, & debet esse personalis ita, vt non sufficiat ad domum nisi in quatuor casibus primus quando monitus latitat concordat Rot. in nou. dec. 11 de dolo in fi. secundus quando fuit citatus semel personaliter concordat decis. vnic. de fer. in nou. tertius quando monitio seu citatio ad domum peruenit ad notitiam citati quartus quando fuit malè absolutus, & agitur de re intrudem, & est decis. 7 de sentent. excommon. in nouis. Immò quod non sufficit citatio, sed requiritur monitio, & citatio personalis tenet Rot. in Nouis. decis. vnic. de ferijs propè finem versicul. non tamen potest.

d ¶ Censeatur.] Est in promptu dubitandi ratio quia in pœnis minor interpretatio est facienda c. in pœnis & c. odia, de re iu. in 6 l. fi de interpretatione, ff de pœn. Sol. contr. procedit in pœnis corporalibus, & pecũ. excom. autem non est propriè pœna, sed animæ medicina vt supra eo. § prox. vel dic: quod contrarium nõ procedit, vbi cõtrouertitur periculum animæ, ca. iuuenis, de spons. & not. in c. 1 de seru. in ord. fac. Vnde regulare est, quod in foro pœnitentiali in dubio sumatur interpretatio grauioris pœnæ Ab. in ca. 1 de iudi. versicul & ad hoc allego. Vel dic quod hanc interpretationem induxit consuetudo quæ valet admodum in interpretando, cap. literis, de spons. l. Labeo. ff de sup. leg. l. fi de interpretatione de legibus sed non est in vsu, vt iudices ferant minorem, Ab. in capitul. si diligenti, versic. ex qua gloss. not. de foro competent.

a ¶ Causam.] Verbi gratia, quia peremptoriè citatus coram nobis renuit comparere, vel quia iussus intra talem diem Titio soluere facere recusauit, vt not. in c. 1 eo in 6 & licèt causa sit falsa, ligat nihilominus vt not. in d. c. 1 & per Ab. in c. per tuas. eod.

b ¶ Generali.] Cap. sacro.

c ¶ Lugdunensi.] c. 1 eod in 6.

Io. Bap. Sed quæri poterit. CASVS. propriè non figuratur, dubitauerunt tamen quidam scholares de sententia ex-

ALOYSIVS RICCIVS. Notabilis ex isto § quod excom. in dubio intelligitur de maiori per tex. clar. in ca. penul. de sent. excom. ratio autẽ est quia nemo excommunicatur nisi pro mortali q. 3 c. 9 nec mortale autẽ operatur per se remotionem à Sacramentis sicut, & minor excom. vt ergo excom. quę pro mortali à judice, vel à iure infertur aliquid operetur debet intelligi de maiori Anchar. in c. statuimus de senten. excom. in 6. sed aliqñdo intelligitur etiam de minori.

Et quod dicitur quod nemo excom. nisi pro mortali intellige de sententia excomm. à iure, & non ab homine nam in lata ab homine incurritur etiam si prohibitum, vel iussum ab eius sententia non sit ex se mortale, quia efficitur mortalis transgressio eius, quod sub excomm. pœna, quæ maxima est mandatur ab homine licèt aliàs non esset peccatum Syl. in verbo scrupulas n. 4 ad finem.

e ¶ Effectus.] De quibus per Hostiens. in sum. § quis sit effectus & per Ioan. de Lign. in tractat. de censura Ecclesiastica, § sequ. inter alios est is, quod excommunicatus non potest alium excommunicare, Butr. in capitul. cum clericis, de ordin. ab Episcopo, qui renunc. Episcopat.

Quorum ille.] Hæc pars subdiuiditur, in duas par-

tes, in quarum prima habetur quid iuris de communicantibus cum excommunicatis, in secunda verò adnot. qualiter quidam possunt impunè communicare cum excommunicatis, secunda ibi, interdum, quo ad primum licèt posset subdiuidi in aliàs particul. quoniam tamen commodè

Io. Bap. potest in ea. CASVS. In communi figurari, propterea est adnotan. quod quidam fidelis fuit excommunicatus maiori excommunicatione, & propterea ex parte sua clari est iuris, quod non potest cum aliis communicare, cæterum alij fideles communicabant cum eo in locutione, in iudicio, sub prætextu quod ipse dedit cautionem iuratoriam de parendo mãdatis, & ideo etiam in sepultura, item sub prætextu quod ab Ecclesia non fuit denunciatus, licèt aliàs tanquam talis esset diffamatus, non communicabant tamen in crimine, nec in contemptum Ecclesiæ, & putabant ipsum corrigi, & per debitam monitionem emendari, vnde dubitatum fuit an isti modis prædictis communicantes incurrant propter id aliquam pœnam, in fauorem enim istorum, primò facit quod excommunicatio non ipsos, sed illum videtur afficere, & ideo dispositum in edictis confirmatur per l. sancimus. C. de pœnis, secundò cum in eis non appareat culpa aliqua delicti vt constat ex qualitate facti neque debent aliqua pœna puniri, supra enim sæpè est dictum pœnam præsupponere culpam. Cæterum Sol. prout in tot. hac parte legimus, quia si aliter esset excommunicatio redderetur nullius valoris. Ad hoc enim, vt excommunicationis medicina sanare valeat, fuit necessarium indirectè, & per accidens reliquos fideles ita ligare, ne communicent cum excommunicatis: hinc intelligimus primam obiectionem non concludere, vel ob naturam excommunicationis, vel ob rationem assignatam, neque etiam obstat secunda, quia cum canones prohibeant ne fideles communicent cum excommunicatis, si postea ipsi communicant, committunt excessum, & sic constituuntur in culpã, & consequenter efficiuntur digni pœna alicui imposita, per accidens aliquando extenditur ad extraneos facit, cap. postulasti, de Iudæis. Not. 2 proprium effectum excommunicationis verificari etiam post mortem excommunicati: Not. 3 quod communicare cum excommunicatis contingit tripliciter videlicet aliquando simpliciter, & aliquando in delicto, & aliquando incontemptum Ecclesiæ: Not. 4 quod excommunicatus potest iterum excommunicari.

Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem, & iudices curare debent, quod excommunicati ab actis legitimis, & commercio aliorum abstineant. hoc dicit.

Quorum ille prætereundus non est, quod quamdiu de excommunicatorum absolutione legitimè [a] non constat, [b] qui cum ipsis communicauerint, ipsi quoque nullo obstãte priuilegio [c] ipso iure [d] excom. incurrunt, [e] in 6 & quod ibi not. & per Abb. in cap. proposuit de cle. excom. mini.

c ¶ Priuilegio.] Immò contra de capitul. cum voluntate, & capit. quod in dubiis, & cap. inter eo. & dict. § vxores, & § mercatores infr. eod. Sol. intellige hoc de priuilegio non clauso in corpore iuris, vt per Abb. in capitul. sicut, eod. vnde sumitur, qui intelligere, videtur illum text. generaliter de quolibet excommunicato, licèt gloss. ibi videatur intelligere prout iacet litera, scilicet quod non valet tale priuilegium respectu communionis habendæ cum excommunicato ex dispositione, capitul. si quis suadente diabolo 17 quæst. 4. Sed an idé dicendum sit de excommunicato, quod teneatur alium excommunicatum vitare? Et non videtur: quia pœna non videtur posse locum habere, per ea, quæ fac. Bart. in l. mancipia. C. de fur. Communiter contra. Nam quod non præstat priuilegium non præstabit excommunicatio, Abb. in ca. nulli. eod. vnde sumitur, & habetur in capitul. illud de cle. excomm. mini. nec verum, quod pœna non possit habere locum in iam excommunicato, § quod si pluribus, & ibi not. infra eod. nec vera est doctrina Butrigarij, vt per Fel. in cap. nonnulli, num. 10 4 de rescript.

d ¶ Ipso iure.] Cap. cum excommunicato, 11 quæst. 3 vbi not.

e ¶ Incurrunt.] Non haberet locum hoc in Papa, vt per Doct. in capitul. sicut, eo. fac. cle. si summus, eodem. Item si communicaret quis excõmunicatus, quod esset toleratius, quia non est vitandus, nisi in occulto, Abb. in cap. tanta de simon. § sed & si qui inf. eod. Item in eo, qui denunciatus quidem esset excommunicatus à Prælato: constaret tamen hoc non esse verum, putà quia excommunicatio esset inualida, putà, tanquam lata post appellationem, vt per Abb. in c. dilectis, de appell. & aliis pluribus casibus, de quibus in §§ seqq.

* Excommunicationem incurrunt.] Minorem scilicet, vt infra, & cap. 3 de sent. excom. & extrauag. nuper inter commun. eod. tit. nisi in crimine crimi incõso participent quia tunc maiorem excommunicationem incurrunt d. extrauag. nuper & extrau. concubinæ eo. hodie tamen saltem in Gallia excommunicati non sunt vitandi nisi excommunicatio specialiter & expressè fuerit publicata & denunciata, aut publica & notoria sit tit. de excom. non vitandis in concord. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § vsque ad § sed si quis author. tract. materiam communicationis cum excommunicato. Vnde animaduertendum, quod non licet communicare cum excommunicato, denunciato, vel manifesto percussore clerici in his, quæ sequuntur.

Os orare vale, communio, mensa negatur
Si quis pro delicto Anathema efficiatur.

Quos versiculos primò posuit gloss. capitul. statuimus de sentent. excommun.

Os primò, negatur osculum pacis, & amplexus, se-

cundò negatur locutio per seipsum, vel per nuncium, & literas actiuè, & passiuè, id est, mittendo, vel recipiendo, nisi ad salutem animæ, eius pertinent vt illi consulat, vel coram illo prædicet, vel Theologiam Tegat, quia hæc ad illius correctionem spectat.

Orare. Primò prohibetur orare cum excõmunicato oratione publica. id est, non licèt audire Missam cum eo simul, nec interesse, simul diuinis, communis contra Duran. facit expresse Can. 20 Apostolorum.

decretumque[a] est præterea, vt ab Ecclesiasticis iudicibus, sœculares[b] iudices, Canonica præmissa monitione,[c] Ecclesiastica censurâ compellantur, vt excommunicatos ab agendo,[d] patrocinando,[e] & testificando[f] in suis curiis, & iudiciis repellant.

Quæritur vtrum sit communicare cum excommunicato si excommunicatus transit obiter per Ecclesiam, dum ego audio sacrum licèt aliquantulum oret. Item si sit in aliqua parte Ecclesiæ negotiando respondeo cum Caietan. & Armil. non esse cõmunicare, quia parum, pro nihilo reputatur ita si sit negotiando non est adesse sacris formaliter, sed tantum materialiter potest tamen interesse concioni lectioni sacræ Scripturæ, & potest cũ illo recitari oratio Angelica in meridie & nocte cum pulsatur, Nauar. & omnes.

Vale per hoc prohibetur salutatio, & resalutatio, quidam dicunt non prohiberi detegere caput, vel assurgere, absque vllo verbo quia non est locutio vocalis: item quia pœnæ non sunt extendendæ, sed restringendæ ergo cum aperire caput non sit salutatio, non prohibendum tanquam salutatio in Ang. excom. 8 num. 48. Ant. 2 p. tit. 25 c. 2 & probatur quia in communi hominum conuictu, & politia aperire caput assurgere sunt signa communicationis? Respon. hanc sententiam communiorem esse veriorem, primam tamen probabilẽ satis iudica, & Nauarr. illam dicit sustineri posse, dummodo apertio capitis non fiat animo salutandi.

Nota quod quando quis scribit excommunicato in casu concesso non est ponenda consueta salutatio, sed potest poni spiritum consilij sanioris, & quando salutat quempiam excommunicatus potest responderi Deus vos emendet, vel similia S. Anton. quem refert, & sequitur Arm. excommunicatio, nu. 40 & alij.

Communio, prohibetur primò, participatio Sacramentorum actiuè, & passiuè, secundò communicatio cuiuscunque contractus electionis aut iudicij, & cæterorum, quæ iuridicè fiunt. Not. tamen quod si quis sit in eadem domo, vel camera cum excommunicato pro diuerso negotio non dicitur participare cum excommunicato secundum Innoc. quem refert, & sequitur Armill. num. 24.

Mensa prohibetur quis comedere cum excommunicato vtcunque fiat inuitatio in vna vel diuersis mensis. Potest tamen in eadem domo, & in eadem camera comedere dummodo non fuerit inuitatus ad conuiuium Gul. quem refert, & sequitur Arm. numer. 43 Nauarr. cap. 27 nume. 20.

Quid si quis in aliquo hospitio iter agens esset ad mensam, & accedens excommunicatus sedeat in eadem mensa, vel in diuersa ad manducandum? Resp. illud non esse communicare in mensa, nam si diuersis mensis sedeat patet non communicare, si verò sedeat in eadem mensa, & illic essent diuersa prandia formaliter, sumere licèt illud prandium materialiter.

Quæritur quod peccatum erit communicare cum supradicto excommunicato notoriè denunciato, vel publico clerici percussore? Resp. communiter tantum esse veniale peccatum, vt ait S. Thom. 4 dist. 18 q. 2 Host. in sum. titul. de excomm.

Quæritur an aliquo casu sit peccatum mortale cum tali communicare? Resp. quod in aliquibus casibus erit tale Syl. in verb. excom. vbi plures enumerat Nauarr. cap. 27 num. 28 vbi text. casus assignat apud quem videre poteris.

Quæritur vtrum aliquando participans cum excommunicato incurrat maiorem excommunicationem? Resp. quod sic in tribus casibus.

Primus quando communicat in crimine criminoso propter quod est excõmunicatus vt in cap. Nuper de sentent. excom.

Secundus quando clericus admittit ad diuina officia, & communicat cum excommunicato à Papa, & denunciato.

Tertius quando data est excommunicatio de participantib. debito modo, de quibus casibus vltra alios, vide Armil.

Quæritur an aliqui excusentur communicantes excommunicato denunciato? Resp. excusari omnes, qui comprehenduntur in versu.

Hæc Anathema soluunt ne possit abesse.
Vtile res humiles res ignorantia necesse.

De quibus omnes summittæ Ang. Syl. Corona confessor. maximè Sot. Couar. Nauar. cap. 27 num. 26. Ideo quia dictorum verborum explicatio communis est illam omitto.

Quæritur vsque adeo teneantur fideles excommunicatum vitare maximè in diuinis, vt etiam si immineat mortis periculum non liceat communicare, sed potius mortem subire tanquam Martires. Ratio dubij est nam cap. sacris de iis quæ vi habetur, quod potius est mors petenda quam communicare cum excommunicato in diuinis in quo c. cum multi Doctores idem dicunt, & And. quæst. 3 de clauibus.

Quæritur de excommunicatione intelligit, quotiescumque excommunicatio à Canone, vel ab homine? Resp. semper intelligit de maiori capitul. siquidem de sentent. excom. maximè in iure nouo, quia olim erant multæ minores patet etiam 3 quia Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato.

Quæritur per quantum tempus sit excommunicatus vitandus? Resp. quod excommunicatus semper præsumitur talis, & debet vitari donec constet de absolutione DD. in glos. capitul. proposuit. de cler. excomm.

Quæritur vltimò, quando constabit de absolut. Resp. primò, per ipsum instrumentum absolutionis. Secundò, per relationem proborum hominum. Tertiò, si ipse excommunicatus fide dignus, dicat iam se esse absolutum ita tenent omnes.

a ¶ Decretumque.] Capitulo decernimus, & capitul. constitutionem, & capitul. statuimus, eo. in 6.

b ¶ Sæculares.] Quorum potestas est minor Ecclesiast. c. solitæ, de maior. & obed. & no. in c. dernim⁹ eo. in 6.

c ¶ Monitione.] Erit autem hoc casu canonica monitio si aliis ritè seruatis eos, qui monentur exprimat nominatim, vel indubitabilib. indiciis, ac modis, c. constitutionem eod. in 6 & quod ibi not.

d ¶ Agendo.] Et reconueniendo, non autem à defendendo, cap. cum inter priorem, de excep. cap. intelleximus, de iud. no. in c. decernimus, eod. in 6 vnde sumit.

e ¶ Patrocinando.] Hoc verbum, tam aduocati, quam procuratoris includit ministerium, vt not. in cap. decernimus, eod. in 6 & intellige non solum pro aliis, sed nec pro se ipso, vt ibi not.

f ¶ Testificando.] Cap. veniens 2 in fin. de testib.

Defectu qui obuenit mihi ex te, non potes vti contra me ad tuum commodum. h. d.

Dubitatum [a] tamen fuit, num is, qui excommunicato in loquutione, vel oratione [b] ſcienter communicat excommunicatum ipſum à iudicio contra ſe inſtituendo ſubmouere poſſit: [c] cùm ille communionem huiuſmodi contra eum replicet, & cum is, qui impetitur à ſacramentorum [d] perceptione ſit remotus: alius verò etiam à fidelium communione [e] replicatione minimè ſuffragante iudicium procedere non poterit.

Excommunicato communicari non poteſt ante abſolutionem: etiam ſi dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis Eccleſiæ, & Epiſcopus ei communionem reddiderit. h. d.

Nec ideo magis agere volenti communicari [f] poterit, quod ipſe ex conſuetudine [g] de parendo mandatis Eccleſiæ iuratoriam dederit cautionem, eique communionem Epiſcopus reddiderit, aut quòd eos, cum quibus participauit poſtmodum impugnauit: nam niſi poſt iuramentum præſtitum ſecundum formam Eccleſiæ abſolutus fuerit, nec cautio, nec perperam [h] reſtituta communio quidquam proderit.

Cui non communicamus viuo, nec mortuo communicabimus. h. d.

Quod ipſum obtinet etiam, ſi poſt prædictã mortẽ quis præuentus, abſolutionis beneficium obtinere non potuerit: [i] nec enim is, cui viuo non communicamus, defuncto communicabimus. [k] *

Excommunicatus, ſi ante mortem oſtenderit ſigna pœnitentiæ, etiam mortuus poteſt abſolui. h. d.

Planè, ſi de mortui pœnitentia per euidentia ſigna [l] dum viueret conſtiterit, defuncto quoque abſolutionis beneficium à proprio iudice impendendum [m] erit,

a ¶ Dubitatum.] ſ. in capit. à nobis, de exce. vnde ſumitur.

b ¶ Vel oratione.] Id eſt ſecum orando, 11. q. 3 cap. cum excommunicato, & cap. nuper, & c. à nobis de except.

c ¶ Poſſit.] Videtur etiam non poſſe, cum enim prius ecommunicauerit non videbatur poſtea ei obijcere poſſe excommunicationẽ, cũ illius mores approbauerit ca. nulli, de accuſ. cap. quemadmodum, de iureiur. l. fin. vxor. in fin. ff de adult. l. Pomponius, 1 ff de neg. geſt. 8 q. 2 c. dilectiſſimi. 32 q. 5 ca. horrendus. Item non debet quis obijcere quod ipſe noluit ſeruare, c. pro illorum, de præb. ca. cum Eccleſiaſticæ de excep. cap. an ſit. de appell. Contrarium decidit in cap. à nobis, ratione de qua ibi, & in hac litera, & contraria non procedũt vbi approbatio non dependet à voluntate approbantium, vt eſt hoc caſu, vt per Abb. in d. capitulo à nobis.

d ¶ Sacramentorum.] Capit. ſignificauit. de ſent. excom. contra. ſol. illud videtur eſſe ſpeciale in excommunicatis à Papa. Vel poteſt habere locum quando communicat ei, pro quo eſt excommunicatus, c. nuper, & ca. ſi concubinæ, eo. Vel fuit excommunicatus cum omnibus fautoribus ſuis 11. q. 3 c. excellentiſſimus.

e ¶ Communione.] Idem ſi & excipiens excõmunicatus ſit maiori, ſecundum Doct. in cap. à nobis, & in cap. cum inter, de exce. omnis enim defenſio excõmunicatis competit ſiue realis, vt peremptoria, ſiue perſonalis, vt contra iudicem competentem, ſiue ſit declinatoria, ſiue competat ratione temporis feriati, vel loci incompetentis, vel reſcripti ſurreptitij vel inepti libelli, vt latè in d. c. à nobis.

f ¶ Communicari.] A quocumque etiam Epiſcopo, vt in cap. cum deſideres, & ibi Abb. eod. vnde ſumitur, quia cum debeat alios prohibere, non debet ipſe hoc facere. l. altius, ff ſi ſer. vind. ca. vni. de nat. ex lib. vent. vbi de hoc § hæc autem omnia in fi. auth. vt differentes iudices, c. in canonibus. 16 q. 1

Aliud in Papa ratione, de qua per Abb. in capit. cum deſideres.

g ¶ Ex conſuetudine.] Et ad cautelam potius, quam ex rigore canonum, capit. cum deſideres, eo. & habetur in capitul. ex tenore, eodem. Vnde inferri poteſt, quod iuramentum non eſt de forma abſolutionis, de quo in dicto ca. cum deſideres, per gl. & Doct.

h ¶ Perperam.] Hoc ideo quia non poteſt Epiſcopus ex propria voluntate neglecta abſoluendi forma aliquem abſoluere, & ideo licet per communionẽ ſuam illi reddituro haberi pro abſoluto, hoc tamen non poteſt, licẽt ſecus ſit in Papa, vt per Abb. in cap. cum deſideres. eo.

i ¶ Non potuerit.] Capitulo à nobis ſecundo eod.

k ¶ Communicabimus.] Capit. ſacris. eodem, & § non tam ſupra de ſep.

* Communicabimus.] Nam & participãs corpori mortuo excommunicati excommunicationem incurrit, Abb. in ca. à nobis de ſent. excom. vbi etiam Felin. n. 3 in fine, Boër. deciſ. 216 nu. 12 participaretur autem cum mortuo excommunicato ſi eius cadauer lauaretur, vngeretur, veſtiretur aſſociaretur ad ſepulturam, traderetur Eccleſiaſticæ ſepulturæ, preces fierent pro ipſo: ex his etenim inducitur communicatio ſaltem ciuilis, Bellet. in diſquiſit. clerical. de fauore cleric. canonis § 1 nu. 23. SOLIER.

l ¶ Signa.] Sic cap. à nobis, & cap. ſacris, vnde ſumitur.

m ¶ Impendendum.] Sed cur abſolui poteſt quis poſt mortem, capitulo ſacris, eo. baptizari non poteſt argument. trigeſima ſecunda, quæſtione ſeptima, capitulo licitè? Reſpon. excommunicatio percutit non ſolum animam: verum & corpus reſpectu ſepulturæ: ſecus

hæredesque [a] eius, vt pro ipso, satisfaciant, si sponte nolint, Ecclesiastica censurâ compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non possumus communicare, nisi purget, vel ad cautelam se faciat absolui, & toleratus ab Ecclesia non debet vitiari, nisi in occulto. h. d.

Sed etsi, qui pro sacrilega [b] manuum iniectione in edictum [c] excommunicationis incidit, denunciatus [d] quidem non sit, sed de patrato scelere publica laboret infamiâ: [e] nemo sibi pari ratione communicare debet, nisi vel arbitrium Episcopi de hoc se purgauerit, [f] vel ad cautelam [g] absolutionis beneficium consequatur: nisi fortè soli tibi [h] de facinore constet: hoc casu quamdiu toleratus [i] ab Ecclesia, priuatim tantummodo à te vitandus erit, vt saltem verecundiæ [k] rubore suffusus pro latenti excessu satisfacere compellatur.

Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione. h. d.

Sed multùm [l] interest qualiter excommunicato communicetur: nam si quidem crimini, & criminoso communicarit quis, consilium putà auxilium [m] vel fauorem impendendo, vel fortè [n] cum clericis ab Apostolico excommunicatis scienter, & sponte [o] participauerit & ipsos in officijs receperit, eadem excommunicationis sententia inuoluetur, quâ illi ipsi sunt obstricti, quibus cum ita ab eo communicatum fuit.

Baptismus, quia animam tantum respicit, vt not. in dicto capitulo à nobis, licèt aliter ibi dicat Hostiens. quem refert, & impugnat Ab. dic. vt ibi per eum. Et infertur ex ratione supra dicta quod ex quo nobilitas est corporis principaliter, quòd poterit, quis post mortem nobilitari, seu gradum militiæ recipere, quod tenuit Bartolus in leg. prima, C. de dign. libro duodecimo. Sed an poterit post mortem etiam doctorari? Abbas in dicto capite à nobis refert se ex facto interrogatum respondisse, quòd non, quod doctoratus potius virtuti animæ tribuatur, quam corporis, leg. magistros, C. de profess. libro duodecimo: ergo si quid esset quod ad corpus pertineret posset etiam doctorari mortuus: putà si doctores haberent honestiorem sepulturâ, si decedentes ex doctoribus certis priuilegijs gauderent, & scholaris decederet post recitationem punctorum benefactam, putà casu, & morte repentina.

a ¶ Hæredesque.] Etiam si nihil ad eos peruenit, capit. in literis, de rapt. capit. fin. de sepul. vbi de hoc diffusè per Ab. & alios, & not. in c. à nobis, 2 in fi. eod.

b ¶ Sacrilega.) Not. sacrilegium committi per iniectionem manuum in clericum, cap. cum non ab homine. eo. vnde sumitur, & quod ibi not. Ab.

c ¶ Edictum.] Capitulo si quis suadente, decimaseptima quæstione quarta.

d ¶ Denunciatus.] Capit. cum non ab homine, eodem septima quæstione prima, capitulo si tantum, & capitulo placuit nec enim qui scil. amplius certiorari debet, leg. prima, ff de actio. empt. leg. prima, ff de dot. præl. & distinctio. nonagesima tertia, capitul. si inimicus, & excommunicatio trahit secum exequutionem, capitulo pastoralis, de appellation. & denunciatio non fit, nisi propter ignorantes, & ad inducendam certitudinem. vt not. in dicto capitulo cum non ab homine.

e ¶ Infamia.) Nota casum, in quo fama probationem facit, fac. c. illud de cler. excom. mini. Item matrimonium quoque impedit fama, c. super eo, de consan. & affin. & no. ia c. cum desideres vnde sumitur,

f ¶ Purgauerit.] Sed tamen, & ante purgationem debet vitari quidquid dixerit Inno. & ita tenet Ab. in c. cum desideres. eo.

g ¶ Cautelam.] Cap. ad præsentiam, de appell. ca. venerabilis, & c. cum desideres eo. de const. dist. 4 c. si nullam, arg. quod per hunc modum fama tollatur.

h ¶ Soli tibi,] Sic in cap. cum non ab homine, de sentent. excom. contra Inn. in capit. inquisitioni, de accus. qui videtur tenere, quod id quod hic dicit, habeat locum cum notorium est de excommunicat. nec sufficere, quod multis pateat, arg. 2 qu. 1 capit. multi, quod improbat Abbas in d. ca. cum non ab homine per illum text.

i ¶ Toleratus.] Ex quo enim non possumus eũ conuincere de excommunicatione, non debemus eum vitare in publico cum dedecore, & infama sua, arg. 9 q. 2. capit. sit tantum, & cap. placuit, fac. l. diffamari, C. de ingen. manu & ita Abbas cap. cum non ab homine eodem.

k ¶ Verecundiæ.) Quæ apud bonos multum operatur, l. Quintus, ff mandat. l. iusta, ff de man. vind.

l ¶ Sed multum.] Sumitur ex cap. nuper, § in secunda eodem.

m ¶ Auxilium.) Idem si consilium. Nam & ipsum ad eandem pœnam obligat, adquam factam ipsum consultũ, c. nuper, § in secunda, eodem secundum eatamen quæ Canonistæ in c. nullus ex consilio, de re iud. in fin. & per Legistas in l. non solum, § si mandato. ff de iurciu. & alibi sæpè.

n ¶ Vel fortè.) Sumitur ex cap. significauit eodem cuius multiplex est intellectus, & secundũ communem tamẽ quinque requiruntur ad hoc vt habeat locum quod ibi, & hic dicitur, & quod participantes sint clerici, vt hi, ibi cum clericis: quod scienter participauerint vt ibi, scienter quod sponte: quod is, cum quo participatur sit excommunicatus à Papa, ibi ab Apostolico: demum quod in diuinis officijs, licet alij aliter, vt latè per Ab. in d. c. significauit.

o ¶ Sponte.] Immo idem, si per metum, capitulo sacris, de his qui vi, metusve causa fiunt, & secunda quæstio. prima, capit. in primis, licet talis mitius pu-

niatur, secundum Ab. in cap. secundo, de deli. puer. Solu. incurret excommunicationem, sed non eandem qua implicitus est excommunicatus à Papa, si illi communicet, sed minorem dumtaxat, & ita is quoque mitius punietur.

a ¶ Camque.] Cap. nuper, § in secunda, eo.

b ¶ Si detur] Hoc propter Apostolicum, cuius superior non datur.

c ¶ Absolutio.] Sed cur quemadmodum ad alienum parrochianum extenditur excommunicatio, non item & absolutio? Resp. vt not. in ca. nuper, de sent. excom.

d ¶ Cum participibus] Cap. quod in dubijs, eo. vnde sumitur, & ibi Ab. Hodie tamen hanc excommunicationem, scilicèt Excommunicote, cum tuis participibus, nullus ferre posset citra Papam, nisi seruatis quibusdam solemnitatibus, & monitionibus, vt in c. statuimus, & c. constitutionem, eo. in 6 & per Ab. in dic. c. quod in dubijs.

e ¶ Aut sermone.] In istis enim communicās non dicitur excommunicato in crimine communicare sed extra, vnde propter hoc non est ligatus eadem sententia cum illo, vnde si cōtra ipsum in accusationem prosiliret, excipere poterit contra illum, nec replicatio communicationis habebit locum, c. à nobis de exce. & no. in c. nuper eo. vnde sumitur. Sed nunquid dando eleemosynam excōmunicatio incidat quis in excommunicationem, quemadmodum communicando in choro, & in officijs diuinis? Respond. non fi excommunicatus valde indigeat, cap. quoniam, 11 q. 3 & per Ab. in capit. veritatis vers. non enim potuit se per iuramentum, & ca. 1 de dolo & contum.

f ¶ Retinuit.] Similiter prætor magistratibus quædam committit, scilicet cautionem, & in possessionem mittere ex primo decreto ex causa damni infecti, sed missionem ex secundo decreto sibi reseruauit l. iubere cauere, ff de iurisd. om. iud. Et est arg. Episcopos posse dispensare vbi speciaLiter dispensatio non est inhibita, arg. c. cum apud, & 16 q. 1 c. sunt nonnulli, & concessum videtur quod non est prohibitū, l. necesse non ff ex quib. cau. mai. & de hoc no. in c. dilectus, de temp. ord. & plenè per Ab. in capit. at si clerici, § de adulterijs de iud.

* Alijs concessisse videtur.) Idem in dispensationibus vt vult glossa hic, quod tamen non est perpetuò verum, sed sub multiplici distinctione adducta per Henricum Boich. in cap. at si clerici à numero 18 de iudicijs & sanè dispensatio contrahendi matrimonij in gradibus iure positiuo prohibitis non reperitur Papæ reseruata, & tamen ab alio concedi non potest vt aliàs scripto contendi aduersus quondam eruditum Antistitem Dominum Iacium Habertum Vabrensem dum viueret Episcopū aliud sententiam, & tum exemplo tum scripto alijs suadere conantem & tenet omnis Theologorum & Canonistarū Schola de qua re vide Gare. de benef. parte 11 cap. 5 § 4 à num. 341. SOLIER.

g ¶ Hoc tamen.] Sic cap. fin. § fi. de cle. excommunic.

h ¶ Prohibitionem.] Not. quod contemptus auget delictum, vnde veniens contra legem consilij, licèt aliàs non peccet, nisi fortè veniale liter, veniens tamen ex contemptu peccat mortaliter, vt not. in c. quis autem, dist. 10 & ibi Dom. & per Ab. in c. 1 de const. & in ca. 1 de vit. & hon. cle. & per Io. And. in c. dilecto, super verbo, contemptis, de sent. excommu. in 6. Quando autem quis dicatur ex contemptu facere, habetur per Dom. in c. nullus dist. 50.

i ¶ Præsulis.) Simile in capit. 1 de matri. contract. contra interdictū, Eccl.

k ¶ Loquutione.] Sumitur ex cap. statuimus eod. in 6.

l ¶ Indurescat.) Quia videt, & subslinet se habere conuersationem hominum, quàm non deberet habere, & inter homines grauis est pœna, l. hi qui sanctam C. de apost.

Absolutio pertinet ad eum, qui damnauit. hoc dicit.

Cùmque [a] ratione damnati criminis in eum, qui damnauit, delinquere videatur, meritò ab eo, vel (si detur [b]) eius superiore iuramento præstito, delicti tunc erit absolutio [c] requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus [d] suis excommunicati fuerint.

Participatio cum excommunicato non criminosa, allegat participantem minori excommunicatione, à qua per ordinarium absolui potest. h. d.

Quòd si aliter, putà, in choro, in mensa, in osculo, aut sermone [e] excommunicatus fuerit, tunc minor tantùm incurritur, & nulla interueniente iuratoria cautione à proprio sacerdote, vel Episcopo absolutionis beneficium obtineri poterit: quamuis enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia, excommunicato communicans sit illigatus: quia tamen conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, [f] eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur. *

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem. h. d.

Hoc tamen [g] tunc obtinet, cùm non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit: nam qui contra prohibitionem [h] suis præsulis [i] excommunicatorum communioni sese ingesserit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori, indurescat in ea poterit excommunicari maiori. h. d.

Quòd si ex loquutione, [k] & alijs similibus minori excommunicatione irretitus fortius indurescat, [l] poterit iudex

post Canonicam monitionem [a] etiam maiori [b] excommunicatione, & consimili participantem illigare. Quod & in suspensionis [c] & interdicti sententijs obseruandum erit.

Quæ sit monitio canonica. h. d.

Tunc autem canonica censebitur esse monitio, [d] si competentibus interuallis, atque alijs [e] ritè obseruatis, eos qui monentur exprimat nominatim. [f]

Ignorantia excusat participantem cum excommunicato. h. d.

Interdum [g] tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, vt accidit in eo, qui cum illo conuersatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter [h] ignorabat.

Episcopi debent propalare nomina excommunicatorum. h. d.

Vnde vt excusationis [i] causâ omnibus auferatur, prouidere debent Episcopi, [k] vt excommunicatorum omnium nomina, tam suis parrochianis, quam vicinis Episcopis pariter indicent, eaque in celebri loco posita [l] pro foribus Ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcent: vt huiusmodi adhibita diligentia excommunicatis Ecclesiasticus aditus adimatur.

Omnes qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare tenentur etiam post. h. d.

Interdum Casvs. Quidam communicabãt cum excommunicatis diuersis de causis, aliquando enim quia ignorabant illos esse excommunicatos, aliquãdo quoniam ad communicationem erant obligati vt est vxor, filius, & seruus, aliquando ratione necessitatis, vt contingit in mercatoribus euntibus ad nundinas, in prædicatoribus, & mendicantibus, aliquando ratione simplicitatis, vt sunt rudes, aliquando ratione coactionis, & aliquando ratione conuentionis: cum igitur isti istis de causis communicent, dubitatum fuit an excusentur, contra eos, n. faciebat reg. vulgaris quod non faciendum malum propter aliquod bonum, § nec quidquid de vsuris sup. at talis communicatio est mala[1], & præcipuè quia excommunicatio est de iure diuino ca. nouit, de iud. Ergo Cæterum, vt in hac parte cauetur quia si causæ istæ excusant à peccato cum non propriè concurrere ad malum, permittant voluntatem, sed solum ad id faciendum quod possunt, vel quod debent, debent quoque excusari à pœna: qua ratione considerata non tenet obiectio, cum ista communicatio non sit mala: Not. primo argu. quod cum causa licet communicare aliquando cũ infidelibus: Not. 2 quod quæ sunt facti debent probari, & manifestari alioquin præsumuntur ignorari: Not. 3. quod inter causas excusandi aliquem à culpa connumeratur rusticitas, & simplicitas.

a ¶ Canonicam monitionem.] Quæ autem sit canonica monitio dicitur statim in § seq. & in c. constitutionem eo. in 6 & si ferretur talis excommunicatio omissa tali monitione esset nulla, c. statuimus, eod. in 6 licet aliàs citationis omissio non vitiet excommunicationis sententiam, cap. sacro, eo. & not. 2 q. 1 in sum. & per Ab. in capit. 1 de exce. præl. licet aliæ sententiæ sint ipso iure nullæ, 3 q. 9 ca. caueant & capit. 1 de caus. poss. & propriè.

b ¶ Maiori.] Vt crescente contumacia, crescat etiam pœna c. quoniam in fin. distinct. 31 & c. quoniam, § fin. vt lit. non contest.

c ¶ Suspensionis.] cap. statutum eo in 6 vnde sumitur quod fuit constitutum: quia ordinarij nimis prompti erant ad inferendas huiusmodi excommunicationes, & suspensiones, vt dicitur in d. cap. statutum, & quod hic dicitur de suspensione declara secundum Innoc. in cap. 1 de excess. prælat. quem ibi sequitur Ab. quando suspensio imponitur ob contumaciam: secus si ob aliud crimen.

d ¶ Monitio.] Intellige quando agitur de excommunicandis participib. cap. constitutionem, eo. in 5 vnde sumitur, aliàs autem bene posset fieri generalis monitio, vt not. in d. c. constitutionem.

e ¶ Alijs.] De quibus in c. sacro eo.

f ¶ Nominatim.] Vel alijs indubitabilib. circumstantijs, quæ habẽt vicem proprij nominis l. certum, ff si cert. pet. cap. licet 2 de testibus, cap. constitutione, eo. in 6 vbi not.

g ¶ Interdum.] Dictum hucusque est quando participans, vel communicans excommunicato incurrit minorem excommunicationem. Item quando maiorem, nunc incipit dicere quãdo neutram incurrit.

h ¶ Probabiliter.] Cap. si vero, eod. cap. Apostolicæ, de cler. excom. mini. § ex contrario. supra eo. vbi de percutiente, quem ignorabat clericum, hic de conuersante eo, quem ignorabat excommunicatum; vnde neuter est superfluus, crassa autem & supina ignorantia nõ excusaret, not. in d. ca. Apostolicæ, fac. cap. si vir. de cogn. spi. c. 1 & 2 de episcopo, qui renunc. episcopatui, vbi de hoc & 1 q. 1 capitul. si quis à simoniacis.

i ¶ Excusationis.] Sic. 11 q. 3 c. curæ. vnde sumitur, & præstat quod hic dicitur, argu. quod contra ea, quæ publicè facta sunt, nemo sit postmodum audiendus, vt 8 q. 1 c. licet & ca. nulli dist. 54 & c. quod dicitis, dist. 16 arg. contra in c. proposuisti. dist. 82

k ¶ Episcopi.] Creditur ergo post cessionem de probat. & c. cum dilectus, de fid. instrumen. nisi tamen probabiliter constet veritatem esse in contrarium: quia quis fuit excommunicatus post, appellationem legitimam, vt per Ab. in ca. dilectis, de app. versi. vlt. not.

l ¶ Posita.) Sed cum viua vox potior sit, quam mortua, quare non creditur verbo episcopi in talib. 6 qu. 2 ca. si tantum, & c. placuit, c. cum tu fili, de testib. maximè cũ compertum

Io. Bap.

compertum sit elogia ex mala fide scribi, l. diuus, ff de custo. & exhib. reorum nec scripturæ tabellionis creditur nisi habeat testium subscriptionem, § sancimus in auth. de hære & falcid. nec instrumento procuratoris, c. 1 de procu. nec instrumento iudicis, ca. cum à nobis de testib. Sol. secundum Hug. quod hoc operatur auctoritas sigilli episcopalis, quod obtinet vim publici instrumenti ca. scriptura de fid. instr. cap. peruenit de fide iuss. Alij, quod non creditur huic scripturæ, nisi sit redacta in publicam formã, § si vero autem, vt nulli iudicum, & c. & lege in donationib. C. de dona. Alij aliter, vt not. in capitulo curæ, vndecima quæstione tertia, vnde sumitur.

Vxores [a] quoque excommunicatorum, filij, serui, [b] ancillæ, rustici, seruientes [c] & omnes qui ante sententiæ prolationem excommunicati obsequio tenebantur familiariter adherere, non solum à communione excusantur: verum etiam (præterquam in criminibus) [d] communicare tenentur, [e] cùm sine illa [f] debita præstare nequeant obsequia.

Necessitas vel simplicitas excusat à communione cum hæreticis, h. d.

Mercatores [g] autem & viatores [h] nisi aut creditores [i] sint excommunicatorum, aut necessitatis immineat articulus abstinere debent: sed si in terram excommunicatorum deuenerint, vbi vel non possint ab aliis emere, vel vnde emant non habeant ab eisdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impediet.

Prædicatores excusantur à communione cum hæreticis hoc dicit.

Prædicatores quoque præsertim [k] qui alias sustentari non possunt, ab excommunicatis & aliorum bonorum detentoribus [l] eleemosinam [m] licitè recipere possunt. Idem

a ¶ Vxores.] Sumitur ex cap. quoniam 11 q. 3 & c. inter alia, eo & est hoc arg. quod statutum imponens pœnã conuersanti. cum bannito non includat vxorem, Sed nunquid maritus excommunic. poterit ab vxore debitum petere Hug. quod non sed bene teneturreddere & tenet gl. in d. ca. qm. Sed an excommunicat. posset in iudicio vxorem petere? Resp. quanquam non possit, per cap. intelleximus, de iud. iudex tamen ex officio propter periculum fornicationis restituet, sentit hoc gl. in d. ca. quoniam Io. Cald. in ca. fin de ordi. cogni & Ab. in ca. inter alia.

b ¶ Filij, serui, & c.] Quid contra, si filius, seruus sit excommunicatus excusabitur ne pater, & dominus ei communicans? Et videtur excusandus quia eadem fide est superior inferiori astrictus, quã è contrario, ca. de forma 72 q. vlt. tu dic. contra 27 qu. 1 c. de filia secundum vnam lecturum. Idem dic de filio emancipato quia cum non subsit amplius patri tenentur eum excommunicatum vitare, vt not. 11 quæstione 3 cap. quoniam.

c ¶ Seruientes] Id est, qui mercede pacti seruiunt qui non sunt serui, de quibus proximè supra dixerat.

d ¶ In criminibus] In talibus enim nulli consentiendum nec obediendum 11 q. 3 c. qui resistit, & cap. Iulianus, & 32 qu. 5 capita ne aliàs si communicarent illi in criminibus eadem sententia tenerentur cap. nuper, & capit. si concubinæ eodem &, notatur in capit. quoniam 11 quæstione tertio in capite inter alia

Mercator artifex negotiator

e ¶ Tenentur. [cap. inter alia eod.

f ¶ Sine illa.] Communione, & cum quid conceditur, & c. l. 2 ff de iurisd. om. iud.

g ¶ Mercatores.] Idem intelligi poterit de artifice. Est enim differentia inter mercatorem, siue negotiatorem, & artificem, si quidem stricte mercator sit qui negotiator est, cum quis rem à se emptam, alteri non mutata formã vendit, & hæc dicitur clericis prohibita dist. 88 per tot. & cap. clericus dist. 91 & ca. 2 ne clc. vel mon. Artificium est cum quis emit vimina vt faciat canistra, vel cartas, vt faciat libros, vel filum vt faciat ret. in hoc autem licet clericis, ca. numquam de consec. dist. 5 & tradit Ab. post Anton. in ca. fin. in fin. de vita & hone clc. Itẽ mercatoris est qui non vnam tantum, sed plures negotiationes exercet, l. 1 § 1 de tribu. vbi Bart. fac. li. semper § negotiatores, ff de iur. immu. vbi immunitas concessa creditoribus intelligitur de his qui maiorem partem facultatum habent in mercimonijs, quod est contra ea, quæ Bart. in l. legatis seruis ff de leg. 3 Et facit ad statutum iubens præstari fidem libris mercatorum, vsque ad certam quantitatem, & de hoc per Ab. in c. 1 ver. quid autem dicendum est & c. de iudic.

h ¶ Viatores.] cap. si vere § est autem, eo. vnde sumitur.

i ¶ Creditores.] Aliàs si creditores non possent ab excommunicatis exigere, præmiũ quis ex sua cõtumacia reportaret quod esse nõ debet cap. si verè eod. 16 q. 1 c. legi ca. ex tenore de reseri. capite petistis, de priu. l. itaque fullo, ff de fur. nec delinquentes debent esse melioris conditionis l. 3 § 1 ff de don. inter vir. & vxo. Sed quid de debitoribus excommunicatorum & aduenientes die excommunicato soluere teneantur? Resp. sunt opiniones, vt in c. veritatis, de dol. & cont. & & in capit. iuratos, 15 quæst. 6 & in cap. inter alia, vbi Ab. in fin. tuta ea est opin. quæ habet, vt apud ædem sacram depositio rei debitæ fieri debeat.

k ¶ Præsertim.] Sic cap. cum voluntate § 1 eod. vnde sumitur, fac. cap. quoniam, 11 q. 3 & secundum Innoc. expone præsertim id maximè, quod tamen in idem recidit secundum Ab. in d. ca. 1.

l ¶ Detentoribus.] Id est vsurarijs, quorum eleemosina recipi non debet, cap. quia in omnibus, de vsur. & sup. de vsur § nec quidquam, tu intellige generaliter de omnibus, qui dolo malo detinent, licèt non sint vsurarij, & fures sunt & latrones, & de hoc per Hostien. in sum. eo § & quæ sit pœna participantium.

m ¶ Eleemosinam.] Non tamen oblationes, capit. à nobis, in capit. quia in omnibus eo & per Abbat. in c. cum voluntate eod. diuersitatis ratio est: quia eleemosina recipitur in secreto, oblatio in publico. Vnde ne ecclesia fauere videatur excommunicatis, & detentoribus rerum alienarum, non debet ab eis oblationes recipere: faciunt, quæ traduntur in ca. oblationes,

iuris [a] est de ijs, qui adeo sunt rudes, vt eorum consilio verisimiliter scelera [b] perpetrari non possunt: aut qui cum iis communicant, qui communicant excommunicatis.

Omnino coactus excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem secus si quis solum metu communicet. h. d.

Sed an inuitus excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus: & si quidem sit per coactionem [c] adstrictus, cùm magis hoc casu pati, [d] quàm agere videatur excommunicatione non tenebitur. [e]

Communicans excommunicatis metu excommunicationem non euadit. h. d.

Aliud statuendum erit si quis per metum sit inductus licèt enim metus culpam minuat: [f] quia tamen non prorsus excludit, cum nullius metus obtentu mortale peccatum * quis incurrere debeat, excommunicationis pœnam [g] non euadet.

Communicans excommunicato, in conuertendo, non est excommunicatus. h. d.

Item cùm voluntate & proposito [h] maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel aliàs ad salutem [i] eius pertinent, in loquutione participat, licèt & alia verba incidenter, vt apud eum magis [k] proficiat, interponat.

a ¶ Idem iuris.] Sic capit. quoniam, 11 quæstione 3 vnde sumitur.

b ¶ Scelera.] Id est si tales sint, qui non seruiunt excommunicato in crimine, quo casu non vxor nec filius excusatur, cap. inter alia eo. & not. in cap. quoniam, 11 q. 3

c ¶ Per coactionem] Absolutam, d 15 c. de Iudæis, & c. presbyteros, dist. 50 & 1 qu. 1 cap. constat Sic nec testamentum, valebit vbi testes inuiti detinentur l. qui testamento, § fin. ff de test Et si tutor sit per vim detentus non valet quod agitur, immo dormienti comparatur, l. 1 in fin ff de auct. tutor.

d ¶ Pati.] Sic in c. sacris, de his, quæ vi, metusue caus. fin. vnde sumitur.

e ¶ Non tenebitur] Sed cur tenetur is qui forte timore gladij, & vitæ seruandæ causa cõmunicat, non tenentur mercatores viatores: & alij, de quibus in duobus superioribus § qui non sunt in tanta necessitate? Resp. contrarium est forte, & soluitur quinque modis vt per Ioan. And. Ant. & Ab. in capit. sacris, de his quæ vi met. causa fiunt.

f ¶ Minuat.] 2 qu. 1 in primis, quandoque tamen metus nullo modo excusat, cap. eos, de consec. dist. 4 & 11 q. 3 ca. quisquis metu.

* Mortale peccatum) Supponit igitur quod communicans cum excommunicato peccet mortaliter quod tamen non est verum sed peccat tanum venialiter vt docet Io. Maior. in 4 distinct. 18 q. 3 nisi communicet in crimine vel in diuinis, vel id agat contra decretum superioris, idem ibid. vel præsumptuosè ei communicet. Iel. Zeccus de censur. pag. mihi 45 SOLIER.

g ¶ Pœnam.] Argu. quod contra faciens statuto non euadit pœnam à statuto impositam propter metum, de quo dic vt per Ab. in capit. sacris, de his quæ vi, met. causa fiunt.

h ¶ Proposito.] Sic in l. qui iniurię, ff de fur. in princ. & c. cum voluntate, in princ. eo. ad cor enim & spont. voluntates respicit Deus & non ad actus, 15 q. 6 c. 1 & 14 q. 5 c. si quid & animus quã opus punitur, d. 50 c. cõtra animũ cũ seq. & hic dolus, & temeritas attenditur 1 eo. c. si quis suadente 17 q. 4 fac. 1 not. in c. cum dilecti, de accu. & l. inter omnes § rectè, & l. verũ, ff de furt.

i ¶ Ad salutem.] 11 q. 3 c. cum excom. c. responsa & c. cum voluntate eod. vnde sumitur.

k ¶ Magis] Secus si ad alium finẽ, attenditur n. quod agitur principaliter l. 1 ff de auct. tut. Et facit ad statutũ puniens participantes cum bannitis, vt non includat eum, qui cũ bannito participat, vt illum iudicat ad satisfactionẽ vt per Ab. in capit. cum voluntate, in prin. eod.

Si quis tamen. Hæc pars licèt posset subdiuidi in plures particulas: quoniam tamen. CASVS. potest in omnibus in vniuersali adno. propterea breuitati studendo est animaduertendum, q. cum quidam essent excom. diuersis de causis petebant sicuti de iure debebant, absolutionem à prioſuperiori, id tamen sub conditione faciebant quatenus videlicet opus esset, & non aliter: quidã verò eam petebant, non à proprio Episcopo, sed ab archiepis. sperantes eam facilius obtinere, & asserentis Episcopum voluisse eos absoluere & ideo ipsum allegabãt suspectum: quidam autem petebant absolutionem, sed nec idoneam volebãt dare satisf. neq; etiam cautionẽ de parendo mandat. quidã verò nec eã petere putabant, dicentes se esse excommunicatos, vt post appel. factã; an alij eandẽ absol. nõ curabãt: quia dicebant iniustã fuisse contra eos latam excõ. alij autẽ cũ essent pluribus excommunicationibus innodati, tacita veritate vel causæ eius, vel alterius vinculi petebant absoluti, quidam rursus volebant omnino absolui, & ideo cum violentia absolutionem petebant: alij denique existentes familiares episcopi putabant se esse absolutos cum sæpè sæpius tractarent, & colloquerentur cum superiori: vnde his in facto præmissis fuit quæsitum in omnibus istis casibus quid iuris: contra primos facit capit. actus, de regulis iuris in sexto, sub conditione absolutio non est concedenda: pro secundis verò facit text. in § pen. sup. de episcopis & sum. pontificib. pro tertijs facit capitul. significasti, & ibi gloss. de homicidio nemo enim præsumitur immemor suæ salutis, Io. Bap.

salutis, vt ibi adnot. Contra quartos & quintos facit, capitulo primo, 11 quæstione 3 siquidem excommunicatio etiam iniusta est timenda, vt ibi dicitur, pro sextis vero quod dolus bonus permittitur, lege prima ff de dolo, atque hoc idem dici potest pro septimis quia vis, & dolus videntur æquiparari. argum. rub. de eo quod vi metusve causa. Pro vltimis denique facit tacitus consensus in fauorabilibus argu. leg. eum qui ff si cert. petat. Cæterùm Sol. aliter in tot. hac parte data fuit, & ratio talis potest assignari, primò in cõmuni, quia excommunicatio est medicinalis, vt sæpè sup. est adnot. secundò

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest. h. d.

Si quis tamen[a] ex his dubitet, vel ex aliis, ne non iudicis, vel canonis sententia sit innodatus, sese per competentem iudicem,[b] iuxta Innocentianarum constitutionũ[c] tenorẽ ad cautelã,[d] absolui postulare,[e]

in specie, & primò in primo casu quoniam absolutio non debet concedi vbi non est necessaria, & ideo ad similitudinem baptismi procedit cap. 2 de baptismo. Et sic cessat ratio contra primos adnot. At in secundo ita statutum fuit ne aliquis superior indebite priuetur iure suo in contemptum suæ dignitatis, vnde obiectio non tenet, quia verificatur quando debito ordine procedit: in tertio vero talis decisio fuit facta ne Ecclesia in absolutione concedenda decipiatur, non obstat autem obiectio quia intelligitur in foro animæ: in quarto autem, & quinto casu assignatur ratio, quia quod non est, nec partes habet: secus verò, quod est, licet non legitimè & ideo non tenet obiectio vt docto. super. d. can. ad not. sexto & septimo casu talis. Sol. fuit data, quia repugnans rationi aliquem esse absolutum. & excommunicatum, esse corrigibilem, & incorrigibilem, & propterea dolus bonus in tali casu non potest verificari, vt in obiectione dicebatur, & multò minus violentia: in vltimo denique responsum fuit quia quæ specialiter aliquid requirunt non præsumitur, prout contingit in isto casu iuxta § manifestum. sup. eo. & propterea nec etiam obiectio tenet. Not. primò arg. quod absolutio ad posset concedi sub conditione de præterito ad similitudinem baptismi cap. 2 de baptismo. Not. secundò, quod potestates superiores, & inferiores sicut habent ordinem in natura ipsarum, ita quoque in exequutione idem obseruare debent. Not. tertiò, argu. quod triplex est genus sententiarum, quædam enim sunt nullæ quædam sunt iniustæ, & quædam sunt iustæ. Notat. quartò, quod absolutio debet esse omnino libera, & clara. aliter enim non teneret, & nihil operaretur.

a ¶ Si quis tamen.] Tractatur hic de materia absolutionis ad cautelam quam diffusè ponit Ioan. And. post alios in c. solet, eo. in 6 per Inn. & Abb. in ca. Apostolicæ. in fin. ex mente quorum hæc absolutio dicitur ad cautelam quatuor respectibus. Primò, respectu animæ, vt si subsit deleatur, & tollatur verè ipsa excommunicatio, & ne perperam se immiserat diuinis, vel hominem commerciis. Secundò ad cautelam opinionis eius, qui se postulat, absolui, licèt falsò opinetur se excommunicatum: quia erronea conscientia, aut sequenda est, aut deponenda. Tertiò ad cautelam eorum qui sibi volunt communicare. Vltimò ad cautelam eorum, quæ ipse gesturus est, ne ob Latentem forte excommunicationem veritate patefacta nulla appareant, vel infringenda, & ex quacunque causa allegetur nullitas habet locum hæc absolutio, secundum commun. & veram opin. vt per Abb. in d. cap. Apostolicæ.

b ¶ Iudicem.] Sed an iudex delegatus in hoc sit iudex competens? Et videtur arg. ca. ad præsentiam, & ibi not. Abb. de App. dic vt not. & tradit fusiùs in cap. solet eo. in 6.

c ¶ Constitutionum.] Cap. solet, & cap. venerabilibus, eodem. in 6 fac cap. venerabilis, eodem in antiq.

d ¶ Ad cautelam.] Quod verbum exprimi debet in ipsa absolutione: aliàs non intelligitur de absolutione ad cautelam fieri, sed de vera & pura, quæ præsupponit vinculum, & per gl. in cap. capitulum S. Crucis, de rese. in fin. & per Abb. in c. Apostolica, de exce. Sed motu proprio non dicitur gratia fieri, nisi cum hoc est expressum, c. si motu, de præb. in 6.

e ¶ Postulare.] Sed quid si non postulet excommunicatus absolutionem? Resp. regulariter iudex non debet non petentem, vel inuitum absoluere, cap. significasti de eo, qui dux. in ma. quam per & c. nisi tamen excommunicatus indureseceret, & deterior fieret: tunc enim ex quo videt medicinam non prodesse, sed nocere, debet excommunicationem relaxare, fac. 23 q. 5 ca. prodest. Idem si Ecclesiæ vtilitas suadeat non petentem absolui Abb. in c. Apostolicæ in 1 no. de exce. Sed an possit cogi ad petendum? Resp. indirectè potest, d. cap. significasti, vbi Doct. Sed an ex eo probetur excommunicatio, quod quis absolutionem petiit? & non videtur, arg. cap. veniens, & ibi Innoc. de renunc. vbi submittens se gratiæ non dicitur iuri suo renunciare, dic vt per Abb. in cap. venerabilem, de electio. quidam de hoc in c. ab excommunicato. ad fi. de reser. & per Legistas in l. 1 ff de nou. oper. nunciat. Sed an per procuratorem potest peti talis absolutio? Dic vt traditur in ca. intelleximus, de iudic.

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in hoc § quod absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest, propterea aliqua circa eam annotanda censui, & primò notandum quod absolutio ad cautelam potest peti ab omnib. censuris excepto indirecto loci generalis, vt habetur in cap. solet, cap. venerabilius de sent. excom. & in capitul. per tuas extra eo. de suspens.

De interdicto habetur in c. præsenti de sent. exc. in 6.

Secundò, notandum quod absolutio ad cautelam non concedenda quando excom. fuit iusta neq; quando iniusta quia ligat cap. 1. 11 q. 3 sed solum quando dicitur nulla ex quauis causa nullitatis etiam exemptionis, & est aliquod dubium de nullitate, aliàs si ab initio constaret non esse nullam non conceditur, & si constaret esse nullam statim fiet absolutio simpliciter Io. Andr. Dominicus Anchar. Franc. in d. c. solet, & quando petitur debet exprimi causa nullitatis cum sic dubitetur an sit nulla, vel ne vt d. Franc. loco citato.

Tertiò notandum quod absolutio ad cautelam habet locum in sententiis censurarum latis ab homine quia illæ possunt esse iniustæ, & nullæ non in sententiis latis á iure, de quib. non est dubium quod sunt iustæ, & validæ, nisi concurrat probabile dubium iuris, vel facti ita Ioan. And. Domin. & Anchar. vbi sup. Idem in sententiis latis per statuta Synodalia pro vt in sententiis latis à iure tenet de Doctis de sinodo Episcopi patt. 3 conclus. 13 num. 112.

Quartò notandum quod qui non potest directam absolutionem impendere, nec potest absoluere ad cautelam, vt volunt omnes supra citati Author. & sic non potest Archiepiscopus absoluere ad cautelam à censuris Papæ reseruatis.

Quintò, notandum quod in absolutione ad cautelam

secundum communem opinionem in d. cap. solet est citanda pars nisi periculum esset in mora.

Sextò, notandum quod petens absolutionem ad cautelam debet summariè, & saltem semiplenè probare nullitatem excommunicationis, de quauis nullitate tractetur etiam exemptionis. Rot. in nouis decis. 310. Fel. in ca. Apostolicæ de exceptionib. & quando prætenditur nullitas propter appellationem, quæ præcessit excommunicationē est probanda appellatio ante excommunicationem non vnius testimonio, nisi eo casu quo iudex excommunicator dicat se nō credere appellationem præcessisse excommunicationem sed esse paratum dare absolutionem si ita sit quod post appellationē fuerit lata excommunicatio, & deinde per vnum testē sufficeret probare appellationem legitimam, vt dicunt Fel. & alij, vbi sup. nihilominus in praxi seruatur, quod absque aliqua semiplena probatione nullitatis fit absolutio ad cautelam.

Septimò, notandum quod absolutio ad cautelam fit ex gratia, & ad eam faciendam non potest compelli Archiepisc. vel alius ad quem spectat ita Ioann. Andr. D. Anchar. & Franc. vbi suprà, eamque potest facere Archiepisc. antequam incipiat de causa cognoscere d. cap. venerabilius, § sed si ex causa.

Octauò notandum, quod absolutionem ad cautelam potest impendere ipse excōmunicator, & eius superior & non alius iuxta magis communem in d. c. solet potest etiam impendere delegatus Papæ iuxta Archid. in d. c. solet Abb. & Dec. in c. ad præsentiam de app. & ita se habere praxim, testatur Couar. d. § 12 quamuis in contrarium sit communis in d. c. solet potest etiam Archiepisc. pendente appellatione ab Episcopo ad Papam absoluere ad cautelam quia dicta absolutio potest impendi absque causæ cognitione solum præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ si apparuerit eum iustè excommunicatum, & quando non requiritur causæ cognitio potest adiri Archiepisc. pendente appellatione ab Episcopo ad Papam, ita Butr. & Card. notabiliter in c. sollicitudinem nu. 1 de appel. Potest etiam ordinarius absoluere testes excommunicatos ad cautelam, ad finem ferendi testimonium ca. veniens cl. 2 de testib. dummodo veritas alio modo haberi non possit, & si testis ipse non petat absolutionem, sed pars, quando tamen prætenditur absolutio nulla, vt per Abb. & Fel. in d. c. veniens, & talis absolutio potest fieri per iudicē causæ licèt ille non excommunicauerit, vt latè tradit Fel. in c. Pastoralis de officio ordinarij, num. 13 etiam Delegatus Papæ potest absoluere testes ad finē ferendi testimonium, testis verò sic absolutus, facta depositione statim reincidit in eandem excom. sine alia monitione, & sententia iuxta vt volunt omnes citati in d. c. venientes, & Decius, cons. 145 vbi idem dicit procedere, in quolibet absoluto cum reincidentia plura adducens sic etiam canonicus absolutus ad finem faciendi electionē, vt latè probat Fel. in c. ad reprimendum de offi. ord. nō autem absolutus purè cum iniunctione satisfactionis, in qua si postea deficit vt reducatur in eandem censuram requiritur causæ cognitio, monitio, & noua sententia, sicut quando fertur excomm. idem si tractetur de reducendo malè absolutum, vel de alia reductione, & hoc in sententia hominis non canonis, in qua quis reincidit ipso iure, c. eos de sent. exc. l. 6 Rot. in nouis decis. 398.

Notandum etiam quod ista absolutio ad cautelam fit cum cautione de parendo, si apparebit eum iustè excōmunicatum, vt habetur in d. c. solet, & in eos debet exprimi can. nullitatis, & sufficit vti verbo relaxo, vel absoluo secundum Ioan. & Franc. ibi, & talis absolutus habebit participationem Sacramentorum, & hominum, vt per omnes ibidem.

Vltimò notandū quod ad petendum absolutionem ad cautelam requiritur speciale mandatū Rot. in Nouis. decis. 42 quæ dicit quod canonicus potest pro canonico petere absolutionem ab excom. sine mandato nō tamen ad cautelam, sequuntur Doct. in d. cap. solet.

poterit. [a] Quòd & is, qui minore innodatus est excommunicatione, exequi poterit.

Excommunicationis absolutio non debet peti omisso medio, nisi in contrarium sit consuetudo. hoc dicit.

Sed hoc [b] casu aduertendum erit, ne omisso medio ab eo, qui tuus iudex non sit, absolutionis beneficium postules. Pone enim quod suffraganei cuiusdam subditus, puta, Archidiaconus, [c] * excommunicationis in te tulit sentent. non iam à Metropolitano, [d]

a ¶ Poterit.] Sed cōtra vt: quia cum vnus sit priuatus à sacramētis, nō pōt alterū restit. de confec. d. 4 c. sanctū nemo enim dat quod nō hēt 1 & q. 1 c. 1 q. 7 c. Daybertū, c. fi. de cle. exco. mini. l. traditio ff de acquir. dom. Quidā, quod hoc intelligitur sequuta absolut. in persona alterius, & quod antea licèt subsit potestas, tñ dormit, vt no. in c. duob. co. vnde sumit. sed hæc cōiter reijcitur: quia secundū eā, vt dicit Host. non esset aliquid speciale in excom. minori, quod vī inducere, d. cap. duobus nam idem posset dici, & de excommunicato maiori excommunicatione, per q̄ non tollitur potestas in habitu, sed tamen in actu cap. ad probandum de re iud. & per Abb. in d. cap. duobus. Vnde dic quod minor priuat solummodo à perceptione sacramentorum non à collatione, capit. fin. de clem. excom. mini. & absoluendo non immiscet se sacramentis, sed exercet iurisdictionem, quā per minorem excommunicationem priuatus non est.

b ¶ Sed hoc casu.] Sumitur ex capit. Roma. capitul. venerabilibus, eodem in sexto.

c Archidiaconus.] Qui vel ex permissione Episcopi, vel ex consuetudine potest habere auctoritatem excommunicandi, cap. ad hæc vbi Doctor. de offic. Archid. in fine, & quod inferiores Episcopis excommunicent, habetur in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ord. & 2 quæst. 1 cap. nemo, & dist. 25 cap. perlectis.

* Archidiaconus.] Vel Sacerdos curatus qui secundum aliquos non solum potestatem ligandi, & soluendi habet in foro pœnitentiali verum etiam potestatem, & iurisdictionem habet cognoscendi & excommunicandi sicut alij Prælati inferiores putà Abbates, & Archidiaconi cum sit Ordinarius iudex in populo suo, cap. decernimus. De iudiciis, can. 1. 15 qu. 4 ideoque si in Clericos aut Parrochianos suos interdicti, vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit debet ab Episcopo inuiolabiliter obseruari vt expresse cauetur in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. & hoc tenet Hostiens. in cap. si Sacerdos eod. titul. quod tamen negat Abbas secluſa consuetudine in dict. cap. cum ab Ecclesiarum, & benè quia excommunicatio est iurisdictionis contentiosæ quæ non debet ferri nisi cum causæ cognitione, & fertur in inuitum cap. nemo Episcopus at Sacerdos curatus non habet iurisdictionē fori contentiosi, sed pœnitentialis tantum, facit cap. de persona 11 q. 1 nisi in contrarium sit consuetudo, vel priuilegium, vt in casu dicti cap. cum ab Ecclesiarum secundum Abb. ibid. SOLIER.

c ¶ A Metropolitano.] Regulariter enim Archiepiscopus nullam habet potestatem in subditos suffraga-

neorum, vt legitur in c. pastoralis, de off. ord. nisi quatenus reperitur iure expressum, vt per Abb. in cap. sicut vnire, de excess. prael. & tres casus, in quibus Archiepiscopus exercet iurisdictionem in subditos suffraganeorũ ponit Abb. in cap. nostro, in princ. de pœn. alium casum ponit in c. in tantum, de simon. & idem dicemus de Patriarcha, qui licèt sit ordinarius Archiepiscoporum, tamen non exercet iurisdictionem in subditos, Archiepisc. Abb. in cap. antiqua, de priuileg.

a ¶ Consuetudo.] Quæ in talib. dat iurisdictionem c. Rom. de off. ord. in 6 c. Rom. cod. in 6 c. 1 § 1 de foro compet. in 6. Idem si Archiepisc. haberet priuilegiũ super hoc à Papa: priuilegium enim, & consuetudo æquiparantur, in hac materia, 9 quæst. 3 cap. conquestus, cap. duo de off. ordin.

b ¶ Vacante.] Idem si Episcopus esset captus à paganis, vel schismaticis, cap. Episc. de supplen. negl. prael. & not. in cap. vni. de maior. & obed. in 6 vnde sumitur.

c ¶ Is ad quem.] Putà visitator datus à Papa, c. is cui, de ele. in 6 vel ab Archiepisc. in casu ca. fi. de supplen. negl. prælat. in 6 vel ad hoc per capitulum electus.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § habetur quod capitulũ sede vacante ab excom. absoluere potest, quos Episc. si viueret poterat absoluere cap. vnic. de maiori. obed. est enim regula communis quod Episc. mortuo naturaliter, vel ciuiliter putà, quia captus est ab hostib. capitulum succedit in iurisdictionem tam spiritualium quã temporalium præterquam in paucis exceptis, quæ Regula colligitur ex tex. in cap. cum olim, & ibi glo. in verb. capitulo & Panor. ibidem n. 2 de maior. obed. & ca. vnic. co. tit. lib. 6 & Inn. in c. ad abolendam de hæret. dicit quod mortuo Episcopo eius potestas transit ad eum, à quo accepit potestatem, & in cap. cum dilectus de consuetudine dicit quod mortuo Abbate administratio ad Capitulum transit, & dicit hoc seruari de consuetudine. & idem dicendum est eadem ratione in aliis prælatis. Nam potestas est in Ecclesia, & dignitate, & Prælatus & capitulum faciunt vnum corpus, vt in cap. ea noscitur de his quæ fiunt à Prælatis, igitur ex dictis suprà clare apparet capitulum sede vac. posse quem absoluere ab excõmunicatione.

d ¶ Tunc temporis.] Sede vacante.

e ¶ Iuris.] Vt quæ contrahitur per communionem cum excommunicatis.

cum nec excommunicantis iudex sit, nec excommunicati: sed ab ipso suffraganeo absolutio petenda erit, nisi consuetudo [a] contrarium induxerit.

Sede vacante is absoluit qui habet Episcopalem iurisdictionem. h. d.

Episcopali verò sede vacante, [b] capitulum, seu is, ad quem [c] Episcopalis iurisdictio tunc temporis [d] pertinere noscitur, his, quibus posset Episcopus, si viueret ab excommunicationis sententia, siue iuris, [e] siue hominis [f] fuerit, absolutionis beneficium impertiri poterit: nisi ei fuerit ab Apostolica sede [g] specialiter interdicta potestas.

Superior de excommunicatione cognoscens videns illam iustam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, nisi is malitiosè differat absoluere. h. d.

Vbi verò [h] superiori competit [i] de excommunicatione cognoscere, si eam iustam esse constiterit, veluti cum propter manifestum [k] excessum est in aliquem promulgata, superior iudex nisi sit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorsus remittere debet, nec eũ absoluet, [l] nisi excommunicator requisitus dolo illi absolutionis beneficium exhibere [m] deneget.

Si superior deprehendet excommunicationem iniustam debet excommunicatũ absoluere. h. d.

Si verò huiusmodi sententiam iniustam esse constet, excommunicatus ad suum excommunicatorem nequaquam remittendus erit, sed sine difficultate debet absolui.

In dubio honestè excõmunicatori defertur. h. d.

Quod si dubitetur, vtrũ iusta sit, vel iniusta, superior illã tollere poterit. Quamquam hoc quod si sententia sit nulla statim fuisse nullam declaret, vt colligitur in capit. venerabilibus de sententia excommunicationis, lib. 6 & cap. cum contingat de officio deleg. quartò, si sententia manifestò constet valere, tunc licèt ipse absoluere possit satius tamen erit eum ad absolu. remit. ei à quo est condemna. vt in text. nostro habetur, & in d. c. venerabilib. de sent. excomm.

f ¶ Hominis.] Putà ipsius Episcopi mortui, vel sui Vicarij, vel delegati, quod dic vt in cap. prudentiam de off. ord.

g ¶ Sede.] Non autem ab inferiore, putà, Patriarcha, vel Archiepiscopo, secundum Ioann. And. & Archid. vt not. in cap. vni. de maio. & obed. in 6 fac. not. per Ioan. And. in cap. 1 de off. ordin. in 6.

h ¶ Vbi verò.] Sumitur ex cap. venerabilibus, § sanè, eod. in 6 & c. per tuas, eo. in antiq. vbi latè per Doct. traditur hæc materia.

i ¶ Competit.] Igitur, si ei non competeret propter iurisdictionis defectum, non teneret absolutio: vbi verò cõpetit, tenet licèt iniusta, & perperam facta, 11 q. 3 c. 1 voluit enim Dominus par esse, ius ligandi, & absoluendi, c. verbum, de pœn. dist. 1 & in c. venerabilib. de sent. exc. in 6 § sanè.

k ¶ Manifestum.] Manifestus autem excessus dicitur, vt in § seq.

l ¶ Absoluet.] l. absoluere non debet: nam si absoluat, tenet absolutio, quamuis iniusta, ca. venerabil. § sanè, ver. vbi autem eod. in 6.

ALOYSIVS RICCIVS. Agitur in hoc § quod Iudex aliquem videns excomm. iusta innodatum debet ipsum remittere, pro cuius intelligentia nota hæc pauca, & primò, si superiori constet censuræ sententiam esse iniustã statim absoluat si dubitet cautione præstita absoluet, secundò, si constiterit de offensa, & contumacia non absoluat nisi præstita reali satisfactione tertiò, prudentiam, de off. deleg.

prudentiam, de offic. deleg.

a ¶ Honestius.] Non enim omne quod licèt, honestum est l. non omne, ff de regul. iur.

b ¶ Deferat..] Remittendo excommunicatum ab eo absoluendum sed in claro prorsus debet remittere, vt hic dicitur, & in cap. venerabilibus, § sanè, cod. in 6.

c ¶ Manifestum.] Capitur enim hic manifestum pro notorio, & ita sumitur in c. cum olim, de ver. sig. vnde sumitur. Cæterum aliquandò sumitur manifestum prout est species à notorio distincta, & tùc id dicitur manifestũ quod probari potest, licèt nõ constet per confessionem, vel probationem, vel rei euidentiam, vt not. & diffusè traditur in cap. vestra de coha. mu. & cler. & in cap. quia suspecti 4 quæst. 5 Sed an in dubio, cum fit mentio de manifesto debeat sumi tanquam species distincta an pro notorio? Respon. prout suadet subiecta materia, secundum Ab. in d. c. cum olim.

d ¶ Probationem.] Scilicet postquam est in causa conclusum ita quod non potest aliquid obijci cõtra ipsam probationem: secus si probatio posset adhuc probari, vt per Abb. post Rot. in ca. cum olim de verborum significatione, vbi plenius declaratur.

e ¶ Satisfactio.] Id est, emendare ipsa, & facto, & per aliquas cautiones, cap. ex parte, 1 de verbor. signifi. sed hoc non procedit quinque casibus, de quibus copiosè per Felyn. capit. cum contingat. in princ. de offic. deleg.

ALOYSIVS RICCIVS. Quatenus dicit quod in delicto manifesto non conceditur absolutio, nisi præstita prius cautione circa quod duo sunt notanda, & primò quod in absolutione debet præcedere iuramentum de non committendo amplius illud delictum, & de parendo mandatis Ecclesiæ, seu superioris absoluentis; non tamen id seruandum est in omnibus, censibus sed in atrocibus tantum, vt in incendiarijs falsarijs excommunicatis in Bulla cœnæ, & sic non est, exigendum hoc iuramentum à quocunque percussore Clerici, & propterea Nauar. nimis extendere videtur obligationem istam dum in c. 20 n. 2 multò plures casus refert in quibus asserit requiri iuramentum verum quo ad pueros est in arbitrio superioris an sit eis deferendum hoc iuramentum quod an sit de substantia absolutionis differunt doctores verior tamen est opinio negatiua secundum Hostiens.

Secundario verò debet procedere satisfactio quando pars est læsa de qua loquitur textus noster, & non præstita huiusmodi satisfactione quamuis teneat absolutio peccat tamen mortaliter sic absoluens, & tenetur parquo ad damna, & vbi non potest præstari, & integra realis satisfactio quando nempè pars fuit læsa debet in partẽ saltim vel ad minus cautio pignorantia, vel fideiussoria, vel saltem iuratoria. Et si absoluens est delegatus cum commissione sub illa forma satisfacta parte, tunc inualidè absolueret non præhabita sufficienti cautione secundum communem. Sed si diceretur tantum in commissione seruata formâ iuris communis tunc valida esset absolutio prædicta satisfactione non præstita. Post alios tradit nouissimè Auila de censuris fol. 192. cum multis sequentibus.

Nota tamen quod in quatuor casibus potest absolui excommunicatus ante realem satisfactionem.

Et primum est quando iudex, & pars longè absunt cum cautione idonea tunc absoluit confessarius per Bullã, vel Priuilegium quia tunc potest spem habere ratihabitionis ipsorum antea impotentia debitoris.

Secundus, vbi quis non potest ob aliquod impedimentum facere illud quod debet, puta quando excommunicatus deberet sumere ordines, ad quos illum obligat Beneficium.

Tertius, est in articulo mortis præhabita, vt superius sufficienti cautione.

Quartus, & vltimus est, quando longius tempus est necessarium ad exequendum illud, ob cuius omissionem fuit excommunicatus, puta ad soluendum mille pro qua solutione non habet bona sufficientia, de quibus omnibus, vide latè Sayrum de censuris lib. 1 capit. 18 num. 11.

f ¶ Cautum.] Cap. ex parte, de verbo. signific. quod duobus modis declarat, & restringit Felyn. in ca. cum contingat, post princip. de offic. deleg. quorum tamen vnus valde est dubitabilis.

g ¶ Cautionem.] Sufficientem, vt in cap. ex parte, primò de verbor. signifi. vbi de hoc plenè not. sic capit. ad hoc, de seq. poss. & fruct. sufficiens autem erit, si dentur pignora, & fideiussores, l. si mandato § fin. ff mand.

casu honestius, [a] & conuenientius egerit, si excommunicatori deferat. [b]

Vbi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi præuia cautione. hoc dicit.

Manifestum [c] autem excessum illum esse intelligemus, qui vel per confessionem, vel probationem [d] iuridicè notus fuerit, vel si sit adeo res euidens, vt nulla possit tergiuersatione celari: Quo casu non antè concedenda erit absolutio, quam idonea pro delicto præstetur satisfactio. [e]

Cum delictum non est manifestum, vel est quis excommunicatus ob contumaciam, præstita cautione, debet absolui. hoc dicit.

Cæterum, si de admisso dubitetur, vt sententia relaxetur, sufficiet, si de parendo mandatis Ecclesiæ legitimè cautum [f] fuerit. Quamquam si pro simplici contumacia excommunicatus solam de standoiuri cautionem [g] exhibuerit, absoluendus erit.

Si pars se dicat post appellationem, vel aliàs nulliter fuisse excommunicatam sunt super hoc partium admittendæ probationes, vt appareat, an quis indigeat absolutione. h. d.

Multum etiam [a] interierit, vtrum abſolutionis beneficium poſtulans, ſe poſt appellationem ad Romanum Pontificem legitimè interpoſitam, vel aliàs nulliter excommunicatione innodatum conqueratur, an verò ſimpliciter iniuſta ſe proponat excommunicatum. In prima enim ſpecie, ſi Epiſcopus ſit probare paratus, ſe in illum antequam vocem appellationis emitteret, ſententiam protuliſſe: antequam decernatur aliquid, vtriuſque [b] partis ſuper hoc probationes ſunt admittendæ, per quas denique apparebit, an abſolutione indigeat conquerens, vel potius non ligatus ſit denunciandus. [c]

Si quis dicat ſe iniuſtè excommunicatum prius eſt abſoluendus antequam ſint admittendæ probationes ſuper iuſtitia excommunicationis. h. d.

Aliud iuris erit, cùm iniuſtè ſe quis excommunicatum aſſerit: tunc enim ſi Epiſcopus, vt oſtendat, quòd iuſtè excommunicauerit, probationes ſuas admitti poſtulet, audiendus non erit: [d] nam etſi conſtaret excommunicationis ſententiam iuſtè promulgatam, nihilominus [e] humiliter poſtulanti eſſet abſolutio impendenda, ideoque hoc caſu protinus iuxta formam [f] Eccleſiæ congruentem abſoluendus erit, vt demum probationibus [g] vtriuſque partis, admiſſis, vtrum iuſtè, vel iniuſtè quis ligatus [h] fuerit decernatur.

Innodatus pluribus non poteſt ab vna tantum excommunicatione abſolui. Et abſolutio ſurreptitia non tenet. h. d.

& not. in capitul. quoniam, § in alijs, vt lite non conteſtat. Quid ſi idoneam non inuenit? Reſpon. præſtet quam poteſt cap. pen. de do. poſt diuor. reſt. auth. generaliter C. de epiſ. & Cler.

a ¶ Multum etiam.] Sumitur ex c. cum contingat. de off. deleg.

b ¶ Vtriuſque.] Sed quid erit agendum, ſi teſtes Epiſcopi, vel alterius excommunicatoris deponant de tempore ante appellationem, excommunicati verò de tempore poſt? Reſpond. vt not. in capit. cum contingat de offic. deleg.

c ¶ Denunciandus.] Quid ſi conquerens dixit excommunicationem nullam, poſtea probat eam iniuſtam, non autem nullam, nunquid debet obtinere? Vltramontani tenuerunt hunc poſſe obtinere, aſſerentes, quod nullum eſt poſſe iniuſtum dici, pro his rubri. ff. de iniuſto rup. & irri. fac. teſtam. iuncta l. 3 verſ. ex his, d. titul. Innoc. quem ſequitur Ab. in cap. cum contingat. de off. deleg. in fin. contrarium tenet, ſcilicet, quod nullitas in ſe iniuſtitiam non continet, & ſequitur Ioan. de Lign. quia iniuſtitia præſupponit exiſtentiam rei: ſecus contra, cum quis dicit ſententiam iniuſtam obtinebit, probando eam nullam, vide per Doct. in cap. dilecto de appell. præcipuè per Peruſi.

d ¶ Non erit.] Niſi excommunicator, vel is, ad cuius petitionem excommunicatio lata fuit, vellet probare excommunicationem fuiſſe latam propter offenſam notoriam: nam tunc non debet abſolui, niſi prius ſatisfaciat. c. ſolet eo. in 6. cap. ex parte. 1 de verb. ſign. & ſup. eod. vbi verè, & cap. cum contingat vbi Ab. in 1 not. Idem ſi lata ſit excommunicatio ob notoriam contumaciam.

e ¶ Nihilominus.] Not. quod non debet quis admitti ad probandum quod probatum non releuat l. ad probationem. Cap. de probat. & cap. per tuas de ſimonia quod facit ad probationem exceptionum: quia iudex cum proponuntur debet videre, an ſint vel non ſint admittendæ, & eum iudicat eas admittendas, tum demum ſuper his admittere probationes, & qui aliter faciunt, non bene faciunt: quia ſi quis probaret, exceptionem ſuam, & non admitteretur, eſſet iuxta cauſa appellandi: quia audiendo probationes ſuper illa videtur eam cum effectu admittere, ideo non eſt illud faciendum, niſi iudex ſub illa proteſtatione illum ad probandum admittat: vt ſi de iure valere debeant valeant, & non aliàs, capitul. Cumana. de elect. & not. in capitu. cum contingat, de offic. deleg.

f ¶ Formam.] De, quia in cap. nobis 2 & c. cum deſideres, eod.

g ¶ Probationibus.] Sed cum quis eſt iam abſolutus quare probationes audiuntur ſuper hoc? Reſp. duplici de cauſa. Primò, quia ſi excommunicatus, & iam abſolutus probauit, quod iniuſtè fuit excommunicatus, non iniungitur ei aliquid per iuramentum, & ideo præceptum differtur quouſque conſtet vtrum iuſtè, vel iniuſtè ſit excommunicatus, ca. ad reprimendam de off. ord. Si iuſtè fuit excommunicatus, tunc præcipitur ei per iuramentum, quod ſuper eo, pro quo fuit excommunicatus ſatisfaciat d. c. ad reprimendam. Item probaret, quod admonitione legitima non præmiſſa ipſum excommunicaſſet, excommunicator per menſem erit priuatus ingreſſu Eccleſiæ, vt ca. ſacro eo. Secundò ſi iniuſtè excommunicatus probetur, tenetur excommunicator illi ad intereſſe, d. c. ſacro, & in tantum tempus abſtinebit, quantum viſum fuerit ſuperiori: 2 q. 1 c. nemo, & 24 q. 3 c. de illicita è contra, ſi ſententia iuſta probata fuerit, excommunicatus tenebitur ad intereſſe excommunicatori, d. c. ſacro, niſi vtrumque probabilis error excuſet, vt in d. ca. ſacro.

h ¶ Ligatus.] Not. ergo, quod excommunicatio iniuſta ligat quo ad Eccleſiam militantem, licèt non quo ad triumphantem ca. nobis 2 eo. Vnde neceſſaria eſt abſolutio, licèt non ſit vera abſolutio: ſed potius

Quòd si quis pluribus [a] innodatus excommunicationibus, etiam ex eodem facto [b] descendentibus, de vna tantum [c] causa velit satisfacere, communioni ob id restituendus non erit: nec per veritatis suppressionem [d] extorta absolutio sibi quidquam proderit. [e] *

si ordinarius sciat per surreptionem impetratam ab Apostolica sede absolutionem, debet remittere perperam absolutum ad sedem Apostolicam: si verò hoc sibi non constet sed suspicetur, debet absolutum cogere ad purgationem. h. d.

Quinimmo, [f] si constiterit, excommunicatum occultatis excessibus, pro quibus in eum sententia lata fuerit, excommunicationis suæ causam aliam prætendentem, ab Apostolica sede absolutionis beneficium impetrasse, eundem debet ordinarius Ecclesiastica censurâ compellere, vt cum literis suis rei veritatem continentibus ad sedem Apostolicam redeat [g] si verò illud liquidò non constiterit, eum tamen ordinarius, quod veritatem confessus non fuerit, suspectum habeat,

quædam relaxatio quando est iniusta Host. in ca. sacro eo. Ab. in c. cum contingat, de off. delegat. & in cap. Odoardus, de solut.

a ¶ Pluribus.] Sed quomodo potest quis pluribus excommunicationibus innodari, cum effectus excommunicationis sit excludere ab Ecclesia, & qui semel iam exclusus est, non videtur amplius posse excludi, & sic semel excommunicatus videtur posse amplius excommunicari excõmunicatione eiusdem generis, licèt contrariũ tradatur 3 q. 4 c. Engeltrudam, & in capit. ita quorundam de Iudæ. & in cap. ex parte, de offi. ordin. & in capit. dura, de crim. fal. & in capit. cum pro causa, & in ca. officij eod. vnde sumitur. Solu. duplex est excommunicationis effectus, expellendi secundum aliquem extra Ecclesiam, & eiectum cõfirmandi: quo ad primum semel excommunicatus non potest amplius excommunicari, quo ad secundum benè potest: quia triplex funiculus difficilè rumpitur, c. 1 de treu. & pace, & not. in d. c. officij, eo.

b ¶ Ex eodem facto.) vt si quis verberet clericũ in Ecclesia, vel claustro nam vnam excommunicationem incurrit ratione facti, aliam ratione violationis loci. cap. cum pro causa. eod. vbi latè de materia.

c ¶ Vnâ tantum.] Secus si velit satisfacere de omnibus causis, quia tunc poterit sufficere vnica absolutio secundum not. in ca. cum pro causa. eo. vbi latius. Ab. distinguit.

d ¶ Per suppressionem.] Capit. cum pro causa, & capitul. si quando eo. cle. fin. eod.

e ¶ Proderit.] Sed quæritur, cur non prodest absolutio ex falsa causa, & nocet excommunicatio, quamuis ex falsa causa, saltem quo ad Ecclesiam, vt supra eod. § proxim. & 21 q. 3 c. 1 & capitul. 2. Resp. vt per gloss. & Ab. in c. ex parte, de off. ordin.

* Proderit.] Ligatus pluribus excommunicationibus & absolutus ab vna non habetur quidem pro absoluto quoad aliam sed tamen valet absolutio ab expressa excommunicatione, cap. cum pro causa de sent. excõ. & verba auctoris & cap. officij eod. tit. quod absolutio subrepta non profit intelligenda sunt quoad effectum & admissionem communionis obstante reliqua excommunicatione. Nam quoad excommunicationem expressam non est subreptio ob taciturnitatem aliarum, Garc. de benefic. part. 8 cap. 3 n. 14 tamen in dispensationibus quæ se contingunt & impedimentum tacitum auget expressum super quo dispensatur necesse est de vtroque mentionem facere aliàs dispensatio est nulla omninò vt quãdo concurrit impedimentum consanguinitatis cum impedimento affinitatis vel coniunctio ex duplici parte seu linea, Garc. ibid. n. 53 secus vbi dispensationes non se contingunt nec tacitum auget expressum vt quando sacris initiatus impetrat à Papa dispensationem vt possit vxorem ducere, & deinde nulla huiusmodi dispensationis facta mentione impetrat vt consanguineam ducere possit tunc enim vtraque dispensatio est valida, Nauar. consil. 16 de rescriptis. SOLIER.

f ¶ Quinimmo.] Sumitur ista litera ex capitul. ex part. ext. de offi. ordin. & super eo facit nouam prouisionem Concil. Trident. vt apparet sess. 3 capitul. 5 in decr. reformat. per quam tamen non puto aliquo pacto abrogatã dispositionem dict. cap. ex parte. sed nouum remedium aduersus obrepentes inuentum.

g ¶ Redeat.] Quia non est absolutus, quia talis absolutio obtenta per surreptionem sibi non prodest, capitul. cum pro causa, & capitul. officij, eod. & literæ super hoc impetratæ non tenent. Quidam tamen dicunt, quod si pluribus criminibus vna tantum sententiã quis excommunicatur: dum tamen aliquid eorum expresserit in absolutione, absolutus est, si postea conteratur, argument. capitul. tunc valere, de confecrat. dist. 4. Quod non est verum, nisi de illo, quod expresserit in absolutione, immo nec illa absolutio prodest, cum adhuc sit ligatus alio crimine, & maneat extra Ecclesiam, capitul. cum pro causa. eod. Sed tunc demum valebit absolutio cum alia excommunicatione fuerit absolutus. Sicut si quis de vno peccato pœnitentiam agat, & non de alio, talis pœnitentia non prodest quo ad vitam æternam, nisi cum alterius criminis pœnitentiam egerit, de pœnitent. dist. 4 § fin. in fin. & de hoc latè in dict. capitul. cum pro causa, & c. officij, & cap. ex parte de offic. ordin.

ANT. TIM. Pro declaratione dicti illius in glos. in quo habetur, quod si quis de vno peccato pœnitentiam agat, & non de alio, talis pœnitentia non prodest quo ad vitam æternam: nisi cum alterius criminis pœnitentiam egerit, est dictum extractum ex gloss. in verbo, redire, dict. capitul. ex parte. de offic. ordin. & quantum ad pœnitentiam, id est, confessionem sacramentalem hoc verum est, quod non remittuntur illi alia peccata qui vnum ex certa malitia noluerit confiteri immo est confessio inualida, sacrilegia, & iteranda secundum

omnes

omnes. Idem etiam de contritione dicendum, quod si quis conteratur de cæteris omnibus, vno excepto de quo nolit conteri, de quo habuerit scientiam, iam illa pœnitentia, & contritio nihil ei prodest ad vitam æternam consequendam. Vnde impossibile est per pœnitentiam vnum peccatum sine alio dimitti, non enim potest quis Deo pro parte esse amicus, & pro parte inimicus, & vno eodemque tempore simul esse auersus à Deo & conuersus ad eum. Vide Sanctum Th. part. 3 quæst. 86 artic. 3 & S. Bonauenturam in 4 lib. sententia. dist. 15 articu. 1 quæst. 1 Si autem loquamur de satisfactione tunc potest quis pœnitentiam agere idest satisfacere de vno peccato, & non de alio & pro vno peccato satisfacere in hac vita, de alio verò in purgat.

ALOYSIVS RICCIVS. Ex præsenti § habetur quod absolutus vi vel metu duplici excommunicatione innodatur, aut statuitur etiam per Sacr. Concil. Trident. sess. 25 de reformat. capitu. 13 vbi ait nefas esse, vt magistratus compellat iudicem Ecclesiasticum absoluere, circa quam excommunicationem notãda sunt hęc Primò quod absolutio, vt reuocatio hæc intelligi debet cum effectu, vnde si nõ sequatur absolutio, seu reuocatio puta quia iudex noluit absoluere, vel reuocare nõ habet locum hæc pœna etiam si vis, vt metus illatus sit glos. in cap. vnic. de his quæ vi metusue causa, & Palud. 4 distinct. 18 qu. 3 art. 4 cas. 11.

Secundò intelligitur solum de excommunicatione maiori, secus autem si de minori excommunicat. absoluerer, tunc enim non incurritur pœna hęc, quæ de absolutione à maiori excommunicatione intelligitur argumen. cap. si quem de sentent. excõ. intelligitur tamen de omni suspensione scil. siue ab officio, vel beneficio, vel ab ingressu Ecclesiæ.

Tertiò intelligitur non solum si excommunicatio, aut alia censura fuerit iusta, sed etiam si fuerit iniusta qualiscunque enim fuerit prohibet lex modum talem reuocandi per vim puta metum quamuis enim iniustè excommunicatus sit humiliter tamen absolutionem petere debet, & non per metum compellere Ricar. 4 distinc. 18 art. 11 art. 1 q. 5 Astes. in summa par. secunda lib. 7 tit. 2 casu 47 Ang. in verb. excommun. 7 casu 18.

Quartò, intelliguntur hęc omnia procedere tam in censura lata ab homine quam à iure Ant. 3 par. tit. 25 capite 27.

Quintò procedunt non solum quando extorquet absolutionem à censura contra se lata sed etiam quando lata esset contra alium, & ipse absolutionem vel reuocationem eius per vim aut metum extorqueret Felin. in verb. excom. 9 num. 43 § decima septima Tabiena verb. excommun. 5 cas. 32.

Sextò, procedunt hęc omnia siue faciat per se siue per alium argum. cap. mulieres, de senten. excom. quo casu, & inferens metum aut vim, & excommunicatus suspensus, vel interdictus incidit in excommunicationem hanc si hoc mandauit illi, vel pactum eius nomine ratum habuit argu. ca. sciant cuncti, de elect. lib. 6 & c. cum quis de senten. excomm. lib. 6

Septimò, intelligitur de metu cadente in virum constantem, vt metus mortis, vel cruciatus corporis Item si præpositus, aut baliuus capiat omnia bona temporalia Episcopus quousque eum absoluat, videtur iustus metus ex Faiud. vbi supra, sicut iustus metus est, qui est sub periculo maioris partis bonorum Non autem sufficit quod extorqueat per vanum aut paruum aliquem metũ, vt DD. cõmuniter tradunt contra Calet. in sum. verb. excomm. cap. 4 & Medic. in sum. peccatorum capital. applicatur propriè metus l. metum accipendum ff de eo quod metus caus. Et multo minus quem Episcopus ex timore innato, & non illato absoluit aut reuocat. Quia in tali casu, vt rectè notauit Calet. nullus extorquet, sed ipsemet. Prælatus potius se torquet.

ad purgationem [a] præstandam, quoad verum fassus fuerit compellet.

Absolutus vi, vel metu duplici excommunicatione innodatur. h. d.

Illud etiam admonendi sumus, quod licèt vi, vel metu facta regulariter mero iure teneant. [b] Si quis tamen ab excommunicationis, [c] suspensionis, [d] vel interdicti sententia, absolutionis, aut reuocationis [e] cuiuscumque beneficium per vim [f] vel metum [g] extorserit, viribus omnino [h] carituram.

a ¶ Ad purgationem.] Quæsitum Episcopus habet suspectos potest compellere ad purgationem præstandam, vt in capitul. ex parte, in fin. vnde sumitur, de offic. ordina. dum tamen super hoc publica laboret infamiã. Scilicet, quod per obreptionem obtinuerit absolutionem, capitul. nos inter alios de purgat. canon. & sint infamati apud bonos, & graues viros, capitul. cum in iuuentute, de purgat. canonic. & supra eodem tit. per totum, & non sit orta ab inimicis, 11 qu. 3 in cunctis & ita not. in dict. capit. ex parte. Sed puto hanc diffamationem non esse necessariam, cum dict. ca. ex parte prouisionem contineat specialem, & nihil de tali diffamatione dicatur, sed tantum de suspicione Episcopi.

b ¶ Teneant.] ff de eo quod vi. met. cau. per tot. & in materia huius § totius tractatus, vide bonam prouisionem, quam fecit Concil. Trident. in sess. 25 cap. 3 in decretis reformationum.

c ¶ Excommunicationis.] Etiam iniustæ, humiliter enim debet absolutio peti § aliud, supra eod. sententiam pastoris, siue iusta, & capitul. 11 quæst. 3 c. 1 sic Guil. & Gar. Ioan. Monach. Ioan And. in cap. 1 de his quæ vi metusue causa fiunt. in 6

d ¶ Suspensionis.] Cuiuscumque siue ab officio, siue à beneficio, siue à beneficio, siue ab ingressu Ecclesiæ, vt not de his, quæ vi. met cau. c. 1 in d

e ¶ Reuocationis.] Sed quæ est differentia inter absolutionem, & reuocationem, quæ hic ponuntur tanquam diuersa? Respond. potest dici, quod absolutio est illa solemnis, quę fit iuxta formam Ecclesiæ, de qua in capitul. a nobis 2 de sentent. excom. reuocatio est verbalis secundum quosdam, & sine solemnitate. Vel vt alij cum tenuit excommunicatio dicitur absolutio, cum non tenuit reuocatio: vel reuocatio est absolutio ad cautelam, vt not. de his quæ vi. met. cau. capit. 1 in 6 vel dic, quod ista hic sunt synonima, & est quædam verborum inculcatio.

Absolutio quomodo differt ab excõmunicatione.

Vis.

f ¶ Per vim.] Vis est maioris rei impetus cui resisti non potest. ff quod met. cau. l. 1 in fin & l. 2 Et quot modis sumatur & quod actiones, vel interdicta inducat not. in ca. ad audientiam de his, quæ vi metusue causa fiunt.

Metus.

g ¶ Metum.] Metus est trepidatio mentis causa instantis, vel futuri periculi. l. 1 ff quod met. caus. & exigitur quod presens sit metus, licet futurum sit periculum. l. metum 2 ff de eo quod met. cau. et quis metus excusset no. in c. delicti, de his quæ vi. met. cau.

b ¶ Omnino.] Id est, ipso iure l. 1 § si pecuniam ff depo. & ibi Bald. per literam ibi in fine, quę habet

Omninò

Quin potius, ne sine vindicta violentiæ crescat [a] audacia, qui absolutionem [b] vel reuocationem vi, vel metu extorserit [c] quasi propria confossus sagitta, iteratæ excommunicationis [d] sententiæ subiacebit. [e]

Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea censetur absolutus, nisi Papa id exprimat. h. d.

Nouissimè sciendum est, quòd si Apostolicus etiam scienter [f] excommunicato participet [g] literis [h] fortè cum salutationis alloquio destinatis, verbis, osculo, seu alio quouis modo, ipsum per hoc absoluere nulla ratione censetur nisi forsitan exprimat velle [i] illum ex hoc pro absoluto haberi. HÆC de excommunicationis sententia delibasse sufficiat. Nunc de interdicto ecclesiastico & suspensione paucis dispiciamus.

DE ECCLESIASTICO interdicto.

TIT. XIV.

Interdictum aliud iuris aliud iudicis, quæ distinctio exemplis declaratur. h. d.

DE ECCLESIASTICO interdicto.

QVoniam ecclesiasticum interdictum multa habet communia cum excommunicatione, vt dicit tex. in princ. huius tituli: propterea post tit. præcedentem proponitur iste qui diuiditur in tres partes in quarum prima demonstratur quotuplex sit interdictum & qualiter conueniat cum excommunicatione: in secunda soluuntur circa ipsum tria dubia in tertia adnot. casus, in quibus interdictum non habet excommunicationem: secunda ibi, & si quidem: tertia ibi excepti verò.

Habent. CASVS in hac parte propriè non figuratur cum auctor procedat distinguendo, & declarando. Not. tamen quod prima diuisio est de sumpta ab auctoritate qui est aliquando canon, & aliquando Iudex ecclesiast. sicuti contingit in excommunicatione: secunda verò distinctio desumitur à materia, quæ immediatè tali interdicto innodatur, quæ est aliquando generalis, vt regnum, aliquando verò specialis, vt ciuitas Not. 2 quod ob vnionem inter excommunicationem & interdictum tenet argumentum ab vno termino ad alium. Not. 3 quod licèt censura ecclesiast. sit medicinalis, vt

Io. Lap.

a ¶ Crescat.] Fac. 39 q. 9 ca. loci, ca. vt clericorum, de vit. & hone. cler.

b ¶ Absolutionem.] Quid si per vim vel metum excommunicationem extorserit? Videtur quod & ipsa ipso iure non valeat: quia paruus ligandi & absoluendi dñs esse voluit c. verbũ de pœn dist. 1 fac. 11 q. 3 c. iniustè. Sed dic. contra secundum Guil. & Io. And. in ca. 1 de his quæ vi. met. cau. fac. 11 q. 3 capit. quatuor. poterit tamen per exceptionem elidi, vt ibi not. arg. l. interdum 1 ff de furt.

c ¶ Extorserit.] Si ergo metũ quidem intulit quis, sed in dex absoluere noluit, non habebit locum hæc pœna cum verba sint accipienda cum effectu, ca. resatum cum ibi no. de ele. non resid. fac. l. quãuis ff de in ius voc. & tenent Io. Mona. Arch. & Io. And aliàs tamen puniretur pro qualitate delicti l. ita vulneratus ff ad leg. Aquil. fieri tamen posset vt quis tentando extorquere pro qualitate sui conatus incideret in excommunicationem. cap. si quis suadente diabolo 17 quæst. 4 hanc tamen incurret, vt per Io. And. in cap. 1 de his quæ vi, metusue causa fiunt.

d ¶ Excommunicationis.] Quid si non ipse excommunicatus sed alius metum inferat, an inferens hanc excommunicationem inferat? Resp. non, secundum Io. And. in c. vnico de his quæ vi, metusue cap. si. nam constitutio loquitur de excommunicato cogente non de alio licet is aliter sit puniendus. Sed numquid hoc casu ipse excommunicatus, interdictus, vel suspensus incurret hanc pœnam? Id quidem si mandauit, vel eius nomine gestum ratum habuit, c. sciant de ele. in 6 c. cum quis, eo. in 6 & c. sed & si manus supra eo. Sed quid si absolutor ab initio quidem coactus postea ratum habeat? Resp. coiens non propterea excommunicationem euitabit quia statim ab initio ligatus fuit, coactus autem dicetur absolutor, etiam si per pœnam amissionis rerum ad absoluendum fuerit compulsus, c. Abbas. de his quæ vi, me. cau.

e ¶ Subiacebit.] Quid si per vanum metum fuit absolutor compulsus? Resp. non habebit locum hæc pœna l metum, cum ll. sequ. ff de eo quod met. cau. & no. in capite vni de his quæ vi, met. cau. in 6 quis autem sit iustus metus, erit iudicis arbitrio relinquendum, secundum Ioannem Andream in dicto capite vni.

f ¶ Scienter.] at multo minus si ignoranter. capite si aliquando eo & § interdum supra eo.

g ¶ Participet.] Quo participio Papa cum sit legibus solutus non ligatur minori, capite nulli vbi not. de sent. excom. Quid si Papa vitet aliquem? est non cẽsetur per hoc excommunicatus. Vnde qui eidẽ participat non incurrit minorem, licèt illum Papa vitet, arg. contra dist. 93 cap. si inimicus Sol. quod ibi loquitur de illo qui nõ solum vitatur sed ẽt vitari præcipitur, vt not. in cle. si summus eod.

h ¶ Literis.] Arg. quod scribens excommunicato incurrit minorem, de hoc not. in capitulo constitutionẽ eo in sexto.

i ¶ Velle.] Voluntas enim sua pro ratione haberi debet, § sed & quod Principi insti. de iu. nat. gen. & ciui. Sic & Princeps sola voluntate manumittit li. apud cum ff de manumiss. l. si voluntate, C. de fideicomm. lib. Secus est in inferioribus à Papa, c. cum desideres eo & § nec ideo magis supra eod.

Doct. adnot. tamen talis medicina aliquando mediatè applicatur, & ideo interdicitur vniuersitas.

a ¶ Communia.] Quia sicut excommunicatus per appellationem non suspendit sententiam, ita nec suppositus interdicto, c. ad hæc, cum ibi not. 4 de appel. Item vtraque requirit præcedentem monitionem, c. reprehensibilis, & ibi per Abb. de appel. Item quia constitutus in alterutra celebrando incurrit irregularitatem, c. is cui de sent. excom. in 6. Item in vtroque fit absolutio recepto iuramento de parendo mandatis Ecclesiæ, c. venerabili de sent. excomm. Item ad cautelam sententia relaxari potest.

HAbent Ecclesiastica interdicta cum excommunicatione multa communia : a nam & illorum alia ipso iure b * inducuntur, alia iudicis sententia. Iuris ipsius dispositione interdictum inducitur, veluti cùm ciuitas, vel vniuersitas in electione Romani Pontificis seruanda non seruauit huiusmodi facinus committentes in Clem. si quis suadente de pœnis.

Item vtraque sententia licet iniusta 11 q. 3 cap. sententia, & cap. si quis Episcopus, & not. hæc Abb. in d. c. ad hæc. Differunt tamen in aliquibus: quia excommunicatio fertur in personam non in rem, cap. Romana § in vniuersitatem de sent. excommun. in 6. Sed interdictum potest ferri, nedum in personam, sed in locum, c. non est, de sponsal. cap. fin. de sent. excommunic. in 6. Item excommunicatio regulariter non suspenditur per inferiorem à Papa, vt per Abb. in d. cap. ad hæc fac. c. 1 & c. statutum, de sent. excom. in 6.

b ¶ Alia ipso iure.] Cap. is cui de sent. excom. in 6 Arch. Flor. in sua sum. in 2 parte tertiæ partis, tit. 27 cap. 2 & per Cald. in sue tract. de interd. Eccle. ver. 3 effectus, ibid. de secundo dic.

* Ipso iure.] Quæ feruntur à iure interdicta continentur cap. 1 de iniuriis in 6 clem. 1 de pœnis, cap. 1 de consuet. in extrauag. commun. & aliis iuribus de quorum receptione non constat in his partibus. Quod autem à iudice Ecclesiastico debet ex causa & scupto fieri non tamen ex causa pecuniaria nec propter culpam hominis priuati, sed eius qui Dominus est loci, vel in eo habet auctoritatem, cap. 2 de sent. excom. in 6 extrauag. 2 eod. inter com. cap. non est de sponsal. & cap. si sent. de sent. excom. in 6. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § author ponit primam diuisionem interdictorum s. interdictum iuris & interdictum hominis.

Interdictum à iure contrahitur infrascriptis modis.

Primò igitur collegium vniuersitas Ciuitas, aut loci cogentes Ecclesias, & Ecclesiasticas personas soluere guidagia, vel Pedagia, aut ab eisdem extorquentes gabellas pro rebus propriis, quas negotiationis causa deducunt incurrunt sententiam interdicti per tex. in cap. quamquam de censuris lib. 6.

Secundò, interdicitur vniuersitas locans domos alienigenis vsurariis venientibus illic ad fœnerandũ si infra trimestre illos ex suis terris & locis non eijcerint per tex. in c. vsurarum vorago de vsuris lib. 6.

Tertiò vniuersitas concedens, vel extendens pignorationem, seu repræsalias, quibus alius pro alio prægrauatur in clericos, & personas Ecclesiasticas interdicitur, iuxta tex. in cap. & si pignorationes de iniuriis, & damno dato lib. 6.

Quartò territoria illorum, qui domus suas alienigenis fœneratoribus pro fœnore exercendo locauerint, & censuras contra huiusmodi prolatas per mensem animo subsistinerint indurato, quamdiu in eis iidem vsurarij commorantur interdicto subiacebunt cap. vsurarum de vsuris lib. 6.

Quintò interdicitur vniuersitas, vel ciuitas quælibet quæ Cardinales occidentibus, seu alias per se, vel per alium mortis causam dantibus, seu præsumentibus in his consilium dederint fauorem, vel auxilium, vel infra mensem saltem taliter delinquentes cum facultas affuerit, non duxerint puniendos cap. fœlicis de pœnis in 6. quod confirmauit Pius V. extrauag. infœlicis sæculi, & quolibet anno innouatur per Bullam Cœne Domini.

Sextò territoria illius dummodo intra vnam Diœcesim non contineant, qui Episcopum suum iniuriosè percusserit, aut cœperit seu bandierit aut hæc fieri iusserit, vel ab aliis facta rata habuerit, seu consilium in his dederit, vel fauorem aut scienter defensauerit

Septimò collegia, ac capitula priuilegio statuto, vel consuetudine olim fructus primi, aut vlterioris anni beneficiorum vacantium integrè vendicantia, quæ post hanc constitutionem percipiunt dictis beneficiis, vel fructibus vltra summam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipsorum in solutione decimæ taxari consuenit, vel ac dimissa vltra totale residuum fructuum per text. in extrau. suscepti de elect. & hoc est renouatum à Pio V. in Bulla incipiente durum nimis.

Octauò vniuersitates aut collegia quouis quæsito colore ab ordinationibus sententiis, seu mandatis Romani Pontificis ad concilium generale appellantia, vel ad id auxilium, consilium, vel fauorem præbentia quomodocumque Iulius II. in extra suscepti regiminis.

Nonò Respublicæ communitates, & vniuersitates quomodolibet delinquentes contra spectantia ad libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ fauorem tex. in c. clericis laicos de immunit. Eccles. in 6.

Decimo capitula infra annum à die vacationis ordinarij licentiam quocumque prætextu alicui, qui beneficij Ecclesiastici recepti siue recipiendi occasione arctatus non fuerit concedentia Sacr. Concil. Trident. sess. 7 de reformat.

Vndecimo Ecclesiæ, & cœmeteria, apud quæ sepulti fuerint ij, qui ab eius Ecclesiæ clericis, vel Religiosis inducti fuerunt ad promittendum vcuendum, seu iurandum se electuros sepulturam apud eorum Ecclesias, vel iam electam vlterius non immutaturos si per decem dies sepulturam cadauerum, si petantur, & omnium quæ occasione talis sepulturæ ad eos quomodolibet peruenerunt restitutionem non faciant hoc termino elapso, donec satisfaciat subiacent prædicto per text. in c. animarum periculis de sepulturis in 6.

Duodecimo religiosi, seu seculares clerici etiam exempti scienter celebrantes, vel vlterius celebrare facientes diuina in locis quibus sit interdictis, aut excommunicatos publicè, vel interdictos nominatim ad diuina officia, vel Ecclesiastica sacra, seu etiam Ecclesiasticam sepulturam admittentes, sunt ipso iure interdicti, & Episcopum de priuilegiis lib. 6.

Decimo tertio locorum ordinarij suadentes, & etiam censuris inhibentes ne Christi fideles Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus pias eleemosinas errogare præsumant, & errogantes excommunicates fore, prædicantes seu prædicare facientes, vel pronunciare præsumens Sixti IV. in Bulla, quæ incipit sacri Prædicatorum, & Minorum.

Decimo quarto inhibentes personis quibuslibet, &

quomodolibet, aut præcipientes ordinantes statuentes aliquid quominus supradictorum ordinum fratres, eorum domos, & professores liberè vti possint priuilegiis indultis Frat. Hiere. S. Aug. Carmelitarum, & seruorum ibid.

Decimo quintò idem obsistentes quominus sepeliantur in Ecclesiis, & Cœmeteriis ordinum Eremitarum S. Aug. quin ex sua deuotione, vel vltima voluntate scilicet sepeliri deliberauerint, salua tamen semper iustitia Ecclesiarum Parrochialium, vel Cathedralium Sixtus IV. in Bulla aurea, quæ incipit dum fructus.

Decimo sextò, idem persuadentes regularibus, vt ipsis inuitis quorumcunque cadauera in Cœmeteriis dictorum fratrum sepeliant, vel etiam ipsi personaliter sepelientes. Idem ibidem.

Decimo septimò, ijdem Missarum solemnia in eorum Ecclesiis, vel ibidem pro defunctorum apud eos tumulatorum animabus exequias sine eorum assensu, & voluntate celebrari facientes. Ibidem.

Decimo octauò ijdem cogentes eos ad solutionem collectarum, seu exactionum quarumlibet, seu etiam exigentes, ac extorquentes ab ipsis decimas pro vines, terris, hortis, & cæteris ad eos pertinentibus ibidem.

Decimo nonò ijdem prohibentes, quominus recipiant, & admittant quascunque mulieres, tam virgines, quam viduas, & coniugatas ad habitum, & regulam eiusdem ordinis ad instar mantellatarum, Pizzocherarum ordin. Minorum, hodie verò cessat casus primus propter Bullam Pij V. idem ibidem.

Vigesimo ijdem impedientes quominus quoscunque clericos, vel laicos liberos, & absolutos à sæculo fugientes pro conuersione ad habitum, & ordinem suæ Religionis recipiant, & retineant. ibid.

Vigesimo primo ijdem ad eorundem domos causa ordines celebrandi tractandi, vel aliquos Conuentos publicatos conuocandi venire præsumentes, vel omnes ad sinodos, vel Conuentus forenses accedere compellentes, vel pro consecrationibus Ecclesiarum, & altarium pro Oleo sancto, & alio quolibet Sacramento quicquam ab eis extorquere audentes, & gratis non impendentes. idem ibidem.

Vigesimo secundò idem personis confessis, dictis fratribus approbatis, & admissis ad confessiones audiendas, sine rationabili causa Sacramenta Eucharistiæ aut (infirmitate exigente) etiam Extremæ-Vnctionis denegantes, aut illorum exhibitionem malitiosè differentes, vel Parrochianis ne dictis fratribus confiteantur prohibentes, & persuadentes ad omnia præmissa, seu aliquod ipsorum auxilium consilium, vel fauorem dantes directè, vel indirectè quomodolibet idem Sixtus IV. ibidem.

Vigesimo tertio ijdem eadem committentes in fratres, & loca quorumlibet ordin. mendicantiũ. idem ibid.

Vigesimo quarto Episcopi & Abb. bona Ecclesiarum Monast. locorumque piorum quorumlibet alien. in consulto Romano Pontifice, aut contra tenorem Constit. Pauli II. quæ incipit ambitiosè de reb. Eccles. non alien. in extrauag. communibus.

Vigesimo quinto Episcopi non facientes obseruari constitutionem de facienda fidei professione ab omnibus cuiuslibet facultatis lectoribus, & ab omnibus aliis, de quibus Pius IV. in Bulla in sacrosancta.

Vigesimo sexto omnes sine licentia Papæ commentarios Glosas annotationes scholia, aliudve interpretationis genus super Concilij Trid. Decretis addentes, aut quicquam quouis nomine etiã sub prætextu maioris decretorum corroborationes aũt exequutiones, aliaue quæsito colore statuentes. Idem Pius IV. in Bulla confirmationis concilij incipit Benedictus Deus.

Vigesimo septimo Cardinales cæterique Prælati Eccl. Monast. dignitates, vel alia benef. etiam iurispatronatus fructus pensiones regressus, vel accessus in confidentiam recipere præsumentes Pius IV. in Bulla quæ incipit Romanum Pontificem.

uerit,[a] aut in necem Cardinalis aliquid machinata[b] fuerit, siue ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis aliquid extorserit,[c] aut vsurariis domos commodauerit.[d] Item cùm in Ecclesia sanguinis, vel humani seminis effusione polluta,[e] aut simoniacè consecrata[f] celebrare iure vetatur.

Celebrans in Ecclesia polluta vel simoniacè consecrata non incurrit irregularitatem: secus si alia ratione violat interdictum. h. d.

Est autem inter hæc[g] differentia non modica: nam si quis in ea Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniacè consecrata, licèt hoc temerariè faciat; nullum tamen ob id irregularitatis laqueũ incurrit.[h] * Is verò qui scienter[i] celebrat in locis alia ratione interdicto suppositis irregularitatem in-

a ¶ Seruauerit.] c. vbi periculum § ciuitas, de ele. in 6.
b ¶ Machinata fuerit.] c. fin. de pœn. in 6.
c ¶ Extorserit.] Cap. quamquam de cen. in 6 c. clericis de immun. Eccles. in 6.
d ¶ Commodauerit.] Cap. 1 de vsu. in 6.
e ¶ Polluta.] De consec. d. 1 c. si motum, c. Eccl. c. fi. de consec. Eccl. vel alta. c. vni de consec. Eccl. vel alt. in 6.
f ¶ Consecrata.] 1 q. 4 c. Ecclesia.
g Inter hæc.] ſ. duo postrema ſ. inter Eccles. pollutã, & simoniacè consecratam, & fac. ca. is qui in Ecclesia, de sent. excom. in 6 vnde sumitur.
h ¶ Incurrit.] Quia hoc non reperitur iure expressum, cap. is, qui de sent. excom. in 6 vide ad hæc not. per Spec. in tit. de dispens. num. 29 § iusta.
* Incurrit.] Quid si Sacerdos sepelit aliquẽ in Cœmeterio in quo certum est aliquos excommunicatos esse sepultos? & videtur quod sit irregularis cum constet eum violare interdictum, cap. tanta de excess. Prælat. nam tale cimeterium est interdictum donec reconcilietur, cap. consuluisti de consec. Eccle. cap. ex parte de sepult. Sed dic contra cum non sit in iure expressum cap. is qui de sentent. excom. in 6. sicut nec celebrans in Ecclesia sanguine vel semine polluta vt hic auctor, mitiùs enim punitur committens contra interdictum legis quam hominis, l. celsus ff de arbit. vnde sepeliens solemniter in Cœmeterio per sententiam hominis interdicto irregularis efficitur, cap. 1 de postul. Prælat. cap. Apostolicæ de cleric. excom. minist. sed quid de illo qui scienter & solemniter sepelit publicè excommunicatũ? Respondetur quod licet grauiter peccet, non tamen ex hoc fit irregularis, Specul. de dispensat. § iuxta. n. 29 & 30 vid. cap. Episcoporum. de priuil. in 6 & clem. eos qui de sepult. SOLIER.
i ¶ Scienter.] Secus ergo, si ignoraret, nisi talis esset

ignorantia, quæ excuſare non deberet, cap. Apoſtolicæ de cleri. excom. mini. cap. 1 de poſtul.

a ¶ Liberari.] Cap. Apoſtolicæ, de cler. excom. mini. cum alleg. in c. is qui de ſent. excomm.

b ¶ Vel iure.] Cap. fin. de ſent. excom. in 6.

c ¶ Competens iudex.] Competens autem eſt. Papa cap. tanta. de exceſſ. præl. Legatus, cap. nouit de off. lega. Delegatus cap. quoniam de off. ord. Qui non habet iuriſdictionem ab Epiſcopis, ſed à collegiis, Inno. in c. Archidiaconus, de off. arch. Epiſcopus cum capitulo, c. 1 de his quæ fi. à ma. par. capituli, electus, & confirmatus quamuis non conſecratus cap. tranſmiſſam, de elect. vacante Eccleſia Capitulum c. graue de off. ord. alij quoque vt per Io. And. in ſuo tractatu de interdictis, coll. ver. interdicit Papa.

* Generale interdictũ.] Gallia non admittit interdicta generalia locorum, & ibi commorantium perſonarum Feuret. de abuſu, lib. 1 cap. 6 n. 9. SOLIER.

currit, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari, [a] non poterit, niſi aliqui, ſuper hoc priuilegio, vel iure [b] muniti fuerint.

Quid ſit iudiciale interdictum. h. d.

Iudicis ſententia tunc inducitur interdictum, cùm competens iudex [c] ex aliqua cauſa terram, vel homines à diuinis arcendos pronunciat, ac præcipit.

Interdictorum quædam generalia, quædam ſpecialia. h. d.

Rurſus interdictum, quod prolatione iudicis inducitur, aliud eſt generale, aliud ſpeciale. Generale interdictum * eſt, non ſolum cum regno, & prouinciæ, ſed etiam cum

Quintò idem poteſt inferior Prælatus ordinariam habens iuriſdictionem contra ſibi ſubditos c. cum ab Eccleſia de offic. ordin. c. cum inter de conſuet.

Sextò Capitulum ſede vacante idem poteſt facere cum in omnibus habeat iuriſdictionem tex. in c. is qui de maiori. & obed.

Septimò. Imò Canonici Eccleſiæ cathedralis etiam viuente Epiſcopo de ipſius tamen licentia, aliàs non poſſunt ponere interdictum, vt habetur in cap. quæſtuit de iis quæ fiunt à maiori parte capituli.

Octauò, & quod magis eſt; ſimplex canonicus habens præbendam cui annexa eſt Eccleſia, vt in cap. extirpandæ de præbend. in qua ſecundum conſuetudinem ſpeciale exercet iuriſdictionem illã poteſt interdicere text. in capit. ſuper eod. de præb. in 6 idem ſi iuriſdictionem habeat in territorium ex conſuetudine text. in cap. nouit. de iudic. Nota tamen quod illi, qui habent hanc authoritatem interdicendi poſſunt interdicere tam locum, quam perſonam generaliter, & particulariter, vel quo ad aliquem actum diuiſim, vel coniunctim prout eis magis expedire videtur.

Sequitur nunc videre quis poſſit interdici, & primo fac generalem concluſionem omnes ſubditi poſſe à prælato ſuo iuriſdictionem delegatam, vel ordinariam habente interdici, aliàs ſententia à non ſuo iudice lata non tenet colligitur d. concluſio ex text. in capit. at ſi clerici de iudic. & ex capit. ſanè de offic. delegat.

Sed quæritur in particulari, quis poſſit interdici, & Reſp. primò vniuerſitatem quæ non poteſt excommunicari poſſe interdici, vt habetur in cap. Romana. § in vniuerſitatem de ſentent. excommunicationis libro ſexto.

Secundò locus qui non poteſt ſuſpendi poteſt interdici text. in c. ſi ciuitas, & cap. fin. ſuis de ſentent. excommunic. lib. 6 & omne ſuprà.

Vtrum tamen poſſint religioſi, & alij clerici exempti à poteſtate Epiſcopi ab illo interdici? Reſpond. quod omnes exempti à Prælati iuriſdictione non poſſint ab eis etiam indirectè interdici, vt habetur in capit. cum cappella, & in cap. quanto de priuilegiis, fallit tamen in caſibus ſequentibus, ſcilicet ſi religioſus, vel alius exemptus habeat beneficium aliquod in Diœceſi alicuius Epiſcopi, vt ſunt multi Religioſi tunc non quatenus eſt exemptus, ſed quatenus etiam beneficiatus poterit interdici per text. in capit. cum cappella, & alij ſuprà.

Sic etiam ratione delicti in Diœceſi perpetrati poterit ab Epiſcop. interdici Syl. exemptio. § numero octauo.

Ita etiam ratione contractus in Epiſcopi Diœceſi initi poterit ab illo Epiſcopo, vel ſuperiori in cuius territorio contractus fuit celebratus interdici Sylu. ſupr.

ALOYSIVS RICCIVS. In præſenti § incipit author enumerare interdictum iudicis, pro cuius intelligentia facias regulam, quod cum interdictum Eccleſiaſticum ſit cenſura quemadmodum excommunicatio, & ſuſpenſio, vt in c. quærenti de verbor. ſignific. illum poſſe interdicere qui excommunicare, & ſuſpendere Hoſtien. in gl. cap. quæſiuit de ijs quæ fi. à maiori parte capituli Summa. confeſſ. lib. 3 tit. 33 qu. 228 Nauar. c. 27 num. 168.

Sed quamuis dicta generalis regula omnes comprehendat habentes iuriſdictionem, quæritur in particulari quis poſſit interdicere, & dico primo Papam per vniuerſam Catholicam Eccleſiam quæcumque interdicta ferre poſſe text. in c. tanta de exceſſibus præl.

Secundò legatus per totam ſuæ legationis regionem text. in cap. ſanè de offic. delegat.

Tertiò idem, & ſubdelegatus cap. ex literis de officio deleg. & quamuis aliqui dicant, quod hoc poſſit quando in literis delegationis, habetur clauſula illa conſueta. ſ. contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendi verius eſt id poſſe etiam ſi talis clauſula appoſita non ſit; maximè vbi eſt in iure de interdicto inferendo caſus expreſſus capitulo de cauſis § illis de offic. deleg.

Quartò idem poteſt ordinarius Epiſcopus contra eos qui ſunt ſuæ iuriſdictionis non tamen interdicere, aut ſuſpendere debet clericos, aut eorum Eccleſias perpetuò vel ad longum tempus qui de capituli conſenſu, cap. 1 de exceſſ. prælat. maximè quando procedit ex officio: Nihilominus tamen ſolius prælati ſententia ſi feratur regulariter, de iure, & conſuetudine eſt timenda, & tremenda text. in c. 11 q. 3 ex. in cap. viſis 16 q. 1 text. in c. cum ab Eccleſiarum de offi. ordin. quod procedit etiam ſi Epiſcopus ſit electus, & confirmatus tantum, licèt non ſit conſecratus tex. in cap. tranſmiſſa de elect.

Nota tamen quod quando homines interdicuntur, interdictum extenditur etiam ad pueros doli incapaces, qui non possunt ad diuina officia admitti, & per Nauar. in c. 27 n. 168.

Est tamen videndum qua de causa sit interdictum ponendum, & cum Nauar. cap. 27 numer. 168 dicas interdictum nunquam poni absque culpa propria, vel aliena, quod interdictum non debet inferri, nisi præmissa monitione, vt ait in c. reprehensibilis de appellat. & debet in scriptis ferri cum expressione causæ rationabilis tex. in cap. medicinalis eodem tit. & tradunt omnes supra citati, & Episcopus Scalens. de interdicto. c. 7.

Sed oritur dubium vtrum interdicti sententia lata suspendatur per sequentem appellationem tex. in capitulo ad hæc de appellat. omnes supradicunt non suspendi, benè autem per legitimam antecedentem.

a ¶ Castro, & villæ.) Cap. cum in partibus, de verb. signif. vnde sumitur etiam si in villa non esset nisi vna Ecclesia: quia tamen est apta habere plures ecclesias, dicitur saltem aptitudine, continere vniuersitatem. Quod facit ad interpretationem extraug. Bonifacij, quæ incipit, prouidè, sub tit. de sent. excom. secundum Ab. in d. c. cum in partibus, & per Ioan. And. in tractatu de interdictis, post prin. n. 10 & Ploti. in suo tract. in prin.

b ¶ Speciale.] Ioan. And. in suo tractatu de interdictis n. 10 in prin. & per Nic. Plo. in suo tractatu post princ.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti §. ponit author secundam diuisionem, interdictorum, scilicet interdictum generale, & particulare hoc dicit, pro intelligentia istius § nota quod interdictum triplex est. s. locale, & personale tantum & locale, & personale simul locale tantum illud est quo solus locus interdicitur.

Quod etiam est duplex generale, quo interdicitur, locus generalis, vt regnum aliquod, vel prouincia Diœcesis, Ciuitas, vel oppidum aut Parrochia speciale locale illud dicitur, quo aliquis particularis locus interdicitur, vt Ecclesia Hospitale Heremitarum, & sic de alijs.

Pro cuius declaratione nota, quod quando interdictũ hoc particulare comprehendit multa loca, dummodo sint particularia non dicitur generale, sed particulare, vt v. g. quando multæ vel aliquot Ecclesiæ alicuius ciuitatis interdicantur, etiam si omnes Ecclesiæ totius Ciuitatis Diœcesis, Regni, vel totius mundi interdicantur, vt Nauar. c. 27 n. 166 ex Calderino Dom. Perusino, & communi in cap. præsenti de sent. excomm. lib. 6. Sed re vera quando tot. Ecclesiæ quot sunt in vna Ciuitate, Prouincia vel regno interdicuntur, non video quare non dicatur potius generale, quam particulare: sed dimitto quia sic admittit. Sum. Confess.

Interdictum personale tantum illud est, quando solum personæ interdicuntur, non vero locus; personale iterum est duplex generale quo aliqua hominum communitas vel vniuersitas interdicitur, vt quando interdicitur populus, Ciuitas, Prouincia, Collegium, vt ex cap. fi. sententia de sent. excom. lib. 6 & tradunt omnes supra.

Personale particulare interdictum illud est quod singulares personas vnam aut multa certa, aut incertas interdicit, vt quando datur contra hoc vel illud facientem.

Tertia species interdicti est quando interdictum est locale simul, & personale, quod interdicit locum, & personam, exemplum est (ait Nauar. supra.) de interdicto ambulatorio quando scilicet persona particularis interdicitur cum loco vbi fuerit [ad modum diaboli] qui quocunque se vertat portat secum pœnam Armill. num. 64.

Et siquidem licèt hæc pars posset diuidi cum in ea triaſoluuntur dubia, vt dixi, quoniam tamen in omnibus potest Casvs in communi *Io. Bap* adnotari, propterea sciendum est, quod cum interdicta sit aliquando ciuitas, vel alius similis locus simpliciter, aliquando verò non interdicitur v. g. ciuitas, sed populus eius, quæritur an interdictum, interpretatione extendatur, & illi de populo alio audire valeant diuina ob communionem, quæ est inter excommunicationem, & interdictum, de qua est, tex. in princ. eiusd. titul. videbatur huiusmodi interdicta esse extendenda, sicuti excommunicatio cap. pen. de sententia excommunic. in contrarium verò facit summoperè natura interdicti, quod est pœna, distincta specie ab alijs vt præsupponitur in iure. Cæterum Sol. vt hic habetur quia in eius exequutione est ita procedendum, vt videlicet disciplina Ecclesiastic. in hac parte in sua dignitate conseruetur, & ne interdictum contemnatur, vt etiam in text. legimus: qua ratione obseruata intelligimus etiam obiectionem aliquid non concludere, cum secundum qualitatem casuum ipsa verificetur aliquando, & aliquando limitetur. Not. 1 quod appellatione ciuitatis etiam suburbia intelliguntur, & continentur sic appellatione Ecclesiæ capella amplia in fauorabil. vt vidi hoc anno in practica concessionis cuiusdam indulgentiæ, & vide quod docet Ab. in cap. Rodulphus, de rescrip. Not. 2. quod appellatione populi non intelligitur clerus, neque è contra. Not. 3 casum, in quo appellatione vniuersitatis intelliguntur personæ singulares ratione, quâ sunt personæ priuatæ.

Castro, & villæ [a] diuinis interdicuntur. Speciale [b] est, cum inter plures Ecclesias paucæ, vel vna iure interdicuntur.

Interdicto loco principali censetur interdictus accessorius vicinus, & contiguus, & dispositio iudicis non debet posse reddi eluſoria. h. d.

Et si quidem ciuitas, castrum, aut villa generali subijciatur interdicto, non solum, quæ murorum continentur ambitu, censentur interdicto suppositæ: sed etiam illorum suburbia, [c] & ædificia continentia. Alioquin, si in illis locis posset licitè celebrari. Ecclesiastica censura facilè contemni [d] posset. Eadem quoque ratione, si specialiter Ecclesia sit interdicto suppositæ, nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio eidem Ecclesiæ contiguuis [e] sepeliri [f] poterit.

c ¶ Suburbia.] Facit l. 2 l. ædificia l. vt Alphenus, & l. qui in continentibus, ff de verb. signifi.

d ¶ Cõtemni.] Cap. si ciuitas, vnde sumitur, & c. si sent. c. cũ inter vos, de cõsuet. vnde not. quod sumenda est interpretatio, per quã dispositio non possit reddi eluſoria.

e ¶ Contiguuis.] Sunt autẽ cõtinguua quorũ extrema se inuicẽ contingunt, fac. nota per Io. And. in c. vni. de cõsec. Eccl. vel alt. in 6 iuxt. glo. super verbo contiguua.

f ¶ Sepeliri.) Cap. si ciuitas, in fin. capitu. is cui. 2.

Reſp. de ſent. excommu. ſed pone tempore interdicti aliquem in loco ſuppoſito interdicto ſepultum, & poſtea reuocatum interdictum, an talis ſit exhumandus? Reſpond. non ſi pœnitens deceſſit, ſecundum Inn. in c. ſi. de exceſſ. præl. quia res deuenit ad eum caſum, & c. Contra not. Hoſt. in c. conſuluiſti, de conſecr. Eccleſ. vel alta. vide quod not. in clement. eos, de ſepul.

a ¶ In perſonis.] Non valet ergo argum. de loco ad perſonas, capitul. ſi ſententia, vnde ſumitur, & capit. ſi ciuitas, de ſententia excommunicat.

b ¶ Clerus.] Immo interdicto clero non cenſetur interdicta Eccleſia: vnde alij clerici nõ eiuſdem Eccleſiæ licitè in ea celebrabunt cap. per exemptionem in fine de priuileg. in 6 & per Io. And. in capitu. ſi ſententia de ſent. excom. in 6.

c ¶ E conuerſo.] Fac. capitul. 1 de præbend. vbi latè Doct. & latius etiam in capitul. Eccleſia ſanctæ Mariæ de cõſtit. & not. ſupr. de iur. perſonarum in verbo, populares.

d ¶ Domini.] Secus ſi propter delictum ciuiũ quod patet infra ibi qui culpabiles non exiſtũt. & in ca. ſi ſententia de ſent. excom. in 6.

e ¶ Non poterit.] Vt in extrauag. Bonifacij, quæ incipit, prouide. poſita ſub titul. de ſent. excom.

f ¶ Interdicti.] Aliud ergo eſt interdicere ſolum ciuitatem, aliud ciuitatem, & ciues, aliud ciues tantum, pœnã igitur interdicti quamuis ſpirituali, poteſt vnus pro alio puniri, de quo 1 quæſt. 4 in ſumm. & vigeſima quarta, quæſt. 3 in ſumm. & per Ioan. Andream in capitul. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6 ſecus eſt in excommunicatione, vt ſtatim dicit.

g ¶ Excommunicationis.] Scilicet maioris. Nam minori excommunicatione benè vnus pro alio aliquando punitur cap. oblationes, diſt. 90 17 q. 4 c. miror. c. non eſt in vobis de ſponſ. & no. 24 q. 4 c. ſi habes.

Reſpectu perſonarum interdictum Eccleſiaſticum eſt ſtrictè interpretandum. h. d.

At non ſicuti in locis ita, & in perſonis [a] lata fit interpretatio: ideoque, ſi ſententia interdicti proferatur in populum clerus, [b] interdictus non intelligitur, nec è conuerſo. [c] Vnde interdicto alterutro, ad diuina licitè alter admittitur.

Licèt Vnus pro delicto alterius poſsit interdici, excommunicari tamen non poteſt. hoc dicit.

Sed & ſi propter delictum Domini [d] (nam pro pecuniaria cauſa ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, & per patentes literas expreſſa licentia, interdicti ſententia ferri non poterit [e]) vel rectoris ciuitas ſit interdicta, ciues, qui culpabiles non exiſtunt, alibi diuinis licitè intereſſe poterunt, niſi ciues quoque propter Dominum, vel rectorem puniendum interdicti [f] fuerint. Quod quidem in excommunicationis [g] ſententia contingere non poterit, neque enim pro peccato vnius alius, [h] putà ipſius familia excommunicari poterit.

Interdicta Vniuerſitate, & ſinguli de Vniuerſitate cenſentur interdicti, ne interdictum reddatur eluſorium. h. d.

Item, cum loci alicuius populus Eccleſiaſtico, ſupponitur interdicto ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat, ne ſententia effectu careat, [i] non debent alicubi [k] caſibus expreſſis à iure dumtaxat exceptis, [l] audire diuina, vel Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, cum diuinorum auditio, & ſacramentorum perceptio populo, vt vniuerſis, non competat. [m]

Regulariter tempore interdicti poteſt quis Baptizari, chriſmari, & Verbum diuinum audire. h. d.

non ſolum qui commiſit crimen, ſed & eius familia poſſet priuari ſacramentis, & excommunicari ex eo, quod pro crimine cuiuſdam Bonifacij D. Aug. in c. canone interdicat etiam oblationes domus eius à clericis ſuſcipi quam opinionem gloſſ. ibi, vbi, non exiſtimarem veram, ex quo D. Aug. eo in loco licèt propter grauitatem delicti communionem interdicat ei, qui crimen commiſit: clericis autem prohibeat. ne oblationes domeſticorum eius recipiant, non dicitur propterea, quod eos excommunicet: aliud eſt enim excommunicare aliquẽ aliud verò oblationes eius nõ recipi ab Eccleſia. Patet in meretricibus: licèt enim Eccleſia eas non excommunicet, earum tamen oblationes recipi prohibet ob criminis deteſtationem. Vnde ex illo textu non videtur id colligi poſſe, cum id non dicat: & cũ habeamus regulam in contrarium quod quis non debet excommunicari pro peccato alterius, per tex. expreſſum in d. c. ſi habes, 24 qu. 3 licèt plenè poſſet interdici, vt colligit auctor in ſummario huius, § ſed & ſi.

h ¶ Alius.) 24 quæſt. 3 capit. ſi habes.

i ¶ Careat.] Et ſic violaretur neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ quod eſſe non debet, *capitul.* cum inter vos fac. cap. ſi ciuitas, & c. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6.

k ¶ Alicubi.] Etiam in loco non interdicto.

l ¶ Exceptis.) Cap. fin. de ſent. excom. in 6 quo ad diuina quo ad ſacramenta, cap. quod in te, de pœn. & remi. & c. quoniam, de ſentent. excommun. in 6 & ſequuntur ſtatim in § ſeq. m ¶ Non competat.) Vniuerſitas enim eſt res inanimata, in quam iſta non cadunt, c. Rom. in fi de ſent. excom. in 6 & c. ſi ſententia eo. tit. & libro: hæc enim ſolum cadunt in animam rationalem, & perſonam veram non repræſentatam. Et facit hæc litera pro opin. eorum, qui tenent cognitionem ſpiritualem contrahi poſſe per vniuerſitatem, licèt ratio faciat in contrarium, de qua

not. sup. de triplici cogna. in princ. cuius quæstionis occasio videtur hodie sopita per Concil. Trid. ex cuius dispositione non potest cum pluribus, quam cum vno contrahi cognatio, vt in sessio. 24. in 2. decreto. in decretis reformationum. Vbi autem tractatur de his, quæ vniuersitati competũt, ita quid dicitur esse penes vniuersitatem, quod non est penes singulos. l. sed. si in hoc, § qui manumittitur ff de in ius vocando, & 12 q. 2 cap. qui manumittitur. Sed an si sit hodie interdictus populus hinc ad centum annos quo tempore nemo victurus est, eorum, qui hodie viuunt durabit interdictum, & ligabit viuentes? Resp. affirmatiuè, si interdictum nunquam fuit relaxum: quia idem populus, l. proponebatur, ff de iud. & distin. 15 c. habeo & 7 q. 1 c. denique no. cap. si sent. & quod not. in c. fi. de sent. excom. in 6. verbo insurgunt.

Excepti vero CASVS in tota hac parte ita adnot. Cum quidam populus esset interdictus volebat eo durante, atque non obstante quòd possent administrari sacramenta Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ & extremæ vnctionis: ac etiam cupiebat diuinum verbum audire, idque totum petebat siue à sententia interdicti esset appellatum, siue non, & cum hoc fuisset denegatum ne neruus Ecclesiasticæ censuræ contemnatur, & frustra reddatur contra § & siquidem, sup. eo. fuit quæsitum quid iuris, Sol. vt in hac parte legimus quia ecclesia ita intendit obuiare malis, vt ipsa corrigantur, & necessaria ad salutem non impediantur, atque tali adhibito moderamine neque obiectio aliquid videtur obstare. Not. 1 casus in quibus interdictum differt ab excommunicatione, & hunc tex. coniunge cum prin. eiusd. tit. Not. 2 argum. in genere prohibitorum nisi aliquid specialiter concedatur sub prohibitione diceretur reseruatum. Not. 3 argumentum quod contemptores pœnarum sunt puniendi quemadmodum transgressores legum.

a ¶ Casus.] Sumitur ex c. responso de sent. excom. & c. fi. eo. tit. in 6.

b ¶ Pœnitentiæ.] Sed nunquid & Eucharistia danda erit sanis interdictis post impertitam pœnitentiam? Et videtur, quum ipsa per pœnitentiam intelligatur, cap. quod in te de pœni. & remiss. sed dic contra secundum Io. And. & Archid. in cap. fi. de sent. excomm. in 6 nisi quis sit in mortis constitutus articulo, ca. pœnitentes, dist. 50 & not. in d. c. fi. sed numquid proximè paritura gaudeat in hoc beneficio constitutorum in mortis articulo? Respondeo, vt not. per Ab. in cap. quod in te de pœnit. & remiss. & per Doct. in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest.

* Pœnitentiæ.] Durante interdicto semper licet baptisare & confirmare, morientibus etiam tantum dare Pœnitentiam & Eucharistiam. Item Diuina Officia celebrare, voce submissa ianuis Clausis, Campanis non pulsatis, nisi in Festis Paschatis, Pentecostes Natalis Domini, & Assumptionis Beatæ Virginis in quibus omnis solemnitas permissa est, cap. quoniam, de sent. excom. in 6 extrauag. responso inter com. eod. tit. cap. quod in te de pœnit. & remiss. & cap. fi. eod. in 6. Addendum est etiam Festum Corporis Christi & eius Octauarum Martini V. & Eugenij IV. Concessionibus apud Syluestrũ in verb. interdictum, Vrban. ab Ascensione, instit. part. 3 cap. 19. SOLIER.

c ¶ Constitutionis.] Cap. fina. de sent. excom. in 6 quia tradent eis idoneam cautionem de satisfaciendo.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § author agit quæ sacramenta tempore interdicti ministrari possunt pro cuius intelligentia nota quod tales interdicti non possunt recipere omnia sacramenta sed tantum ea, quæ sunt à iure diuino expresse necessitatis, vt Baptismus etiam solemniter tam paruulis quã adultis dari potest cap. quoniam de sent. excomm. lib. 6.

Confirmationis autẽ Sacramentum licèt non sit præcisè necessitatis ad vitam æternam, quia tamen est velut complens Baptismum conceditur omnibus quibus Baptismus cap. quoniam Abbas num. 1 de sent. excom.

De Sacramento autem pœnitentiæ loquitur expresè ca. alma mater de sent. excom. lib. 6 vbi habetur, omnes etiam sanos admittendos esse nisi sint excommunicati, vt ibi patet, & tradit [declarando tex.] Couar. ibi 1 part. § 3 num. 2 qui ait idem procedere, & licet etiam tempore cessationis à diuinis ibidem § 4 num. 7 col. 7 Nauar. Sot. & omnes, Maiol. & Episc. Scalens.

Eucharistiæ verò Sacrosanctum Sacramentum potest dari tantum quando constat obligare sub præcepto diuino scilicet in articulo mortis Ang. Sylu. Tab. & omnes Arm. num. 45 Nau. c. 27 num. 178 Couar. supra § 2 per tex. in d. c. quod in te, & glos. in d. c. alma recepta communiter tex. in c. pœnitentes 50 dist.

Pro cuius administratione nota quod potest deferri ad infirmum cum omni illa solemnitate, quæ ante interdictum seruabatur, & potest pulsari campanula solita. Item in reditu ad Ecclesiam potest Sacerdos Sanctissimum Sacramentum populo ostendere vbi mos est Cald. de interdict. membr. 6 col. 16 & omnes passim quia vere dignum, & iustum est æquum, & rationabile. Partim quia non est de actib. prohibitis per interdictũ conspectus Sanctissimi Sacramenti nisi in Missa quod autem quando portatur Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum sit portandum cum lumine probat text. in cap. sacræ de celebrat. Missar. tradit Arm. numer. 45 & omnes supra citati authores, & hæc sint de interdicto.

d ¶ Alia quædam.] Scilicet quod singulis diebus in

Excepti verò casus [a] sunt, si qui ad Baptismi Chrismatis, & pœnitentiæ [b] *sacramentorum, vel ad verbum diuinum audiendum admitti velint, tam si infirmi sint, quàm si sint in bona valetudine constituti. Quod tamen in his, qui interdicto causam dederunt, non obtinet indistinctè: sed in eis Bonifacianæ constitutionis [c] forma obseruanda erit. Quæ & alia quædam [d] interdicti tempore fieri benignè indulget, vt ex ipsius constitutionis perpenso tenore facilè apparere poterit.

Tempore interdicti potest confici sacrum chrisma, sed Vnctio extrema, Ecclesiastica sepultura, & diuinorum celebratio sunt prohibita: nisi concessa quibusdam sint ex priuilegio. h. d.*

Veluti igitur interdicti tempore iure chrismatis vtimur vnctione, sic, licèt regio sit interdicto suppositа, chrisma die Cœnæ

Domini confici dubium esse non debet.[a] Vnctio autem extrema, ecclesiastica sepultura, diuinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, [b] nisi quibusdam, quibus [c] id ex gratia certa seruata formâ conceditur.

Violantes interdictum incurrunt excommunicationem, non obstantibus priuilegijs. h. d.

Cæteri autem, siue clerici, siue laici, qui interdictum violando neruum ecclesiasticæ disciplinæ conantur infringere quibuscumque priuilegijs non obstantibus, sententiæ excommunicationis [d] subijcientur? à qua per eodem dũtaxat Apostolicam absolui poterunt.

Appellationis prætextus violatoribus interdicti minimè suffragatur. h. d.

Nec aliquid violatoribus proderit, quòd appellasse, atque ideo se interdicti sententia minimè teneri contendant: sicut enim post appellationem excommunicari non possunt [e] sic interdictum [f] cui ante appellationem eos constat esse suppositos, declinare nequeunt. [g]

DE SVSPENSIONE.

TIT. XV.

Suspensio est duplex, vt excommuncatio, & interdictum. h. d.

Suspensio * quoque alia est canonis: quod hic dicitur vendicat sibi locum in omnibus sententijs, & censuris, quæ concernunt ipsam animam quæ sunt tres, vt supra titulo 2 in princ. & § 1 vnde infertur quod suspensus à Pontificalibus, vel ab vsu pallij, appellando suspendit sententiam, vt per Ab. post Innocen. & Hostien. in d. captulo ad hæc.

a ¶ Non debet.] Sic cap. quoniam de sentent. excommun. in 6 vnde sumitur quasi dicat concessio Baptismo & confirmatione satis est cõcessum confici chrisma. Et est ratio: quia vetus chrisma non debet esse vsui, & deponendus est sacerdos, qui de veteri chrismate vngit baptizatum, nisi in mortis articulo capit. si quis de alio de consecr. distinct. 4 vnde singulis annis in die cænæ Domini debet chrisma confici, & vetus cremari, cap. literis de consecr. distinct. 3 bene ergo dicitur, quod velut tempore interdicti chrismatis vtimur vnctione sic & ea. vt hic in princip. § quia cum quid permittitur, & capitul. præterea de offic. delegat. lege ad rem mobilem, lege ad legatum, ff de procur.

b ¶ Denegatur.] Cap. quod in te de pœnit & remiss. cap. fin. de sentent. excomm. in sexto.

c ¶ Quibus.] Vt puta clericis decedentibus, qui seruauerũt interdictum, capit. quòd in te, de pœnit. & remiss. & fac. cle. 1. 2 & 3 de pœnit. & remiss. & de materia latissimè per Spec. in tit. de dispensatione § iusta, num. 24 cum seq. sed an episcopus possit dare facultatem celebrandi tempore interdicti? Resp. vt per Ab. in ca. ad hæc, 4 de appe.

d ¶ Excommunicationis.] Vt in clem. 1. 2 & 3 de sentenc. excom. Spec. in tit. de dispensatione § iusta num. 24.

e ¶ Non possunt.] Nisi sit aliqua causa commissa appellatione remota, vt per Ab. in cap. pastoralis, in prin. dum ponit primum effectum huius clausulæ appellatione remota.

f ¶ Interdictum.] Intellige hoc de interdicto á diuinis officijs, & sic á spiritualibus: secus esset in interdicto rerum temporalium: nam si interdiceret ingressum alicuius possessionis appellando ab eo suspendendo effectum sententiæ argum. in l. non tantum ff eo. Idem esset in suspensione á beneficio secundum Ab. in capitulo ad hæc 4 in 1 not. de appel. post gloss. in capitulo is cui, de sentent. excommun. in sexto, vnde

g ¶ Nequeunt.] Sed quæ est ratio, quod sententia excommunicationis, interdicti, & suspensionis, non suspenditur per appellationem? Respon. afferuntur duodecim rationes per Ab. in cap. pastoralis, § 1 de appel. dic, vt ibi per Doct.

DE SVSPENsione.

Cum suspensio sit vltima species cẽsuræ Ecclesiasticæ, de quibus hac vltima parte istius, libri tractatur, suo iure sequitur quod post ti. proximè præceden. in præsenti proponatur iste, qui diuiditur in 4 partes in prima habetur quotuplex sit suspensio, in secunda quomodo ipsa distinguatur ab excommunicatione, & interdicto, in tertia adnot. eius effectus, in quarta soluitur dubium, secunda ibi est autem, tertia ibi: cauebunt: quarta ibi, ea propter.

* Suspensio) Suspensio priuat personam ecclesiasticam exercitio tum officij, tum beneficij tum vtriusque, vel pro parte vel pro toto, vel ad tempus solum, vel in perpetuum, cap. tuarum de priuileg. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Videnda pro terminorum generali cognitione primò quid sit suspensio secundò, quotuplex illa sit tertiò, quibus ex causis differat ab interdicto, & in quibus conueniat & quinta, quibus in casibus contrahitur suspensio pro iure.

Quo ad primum est probatio vsus officij, vel facultatis alicuius vt multis allegatis iuribus probat gloss. in clement. cupientes de pœnis. Abb. & alij in rubr. de sent. excommun. & in capitul. si celebrat. de cler. excommu. & multi alij, quos refert, & sequitur Nauar. Episcop. Scalensis super capitulo. & vel melius est censura Ecclesiastica quâ Clericus sæcularis, vel regularis ob aliquam culpam à iure vel à Iudice á beneficiorum, Officiorum, vel Ecclesiasticæ iurisdictionis exe-

in totum, vel in partem perpetuò vel ad tempus prohibetur colligitur ex capitul. 1 § fin. de sent. excomm. lib. 6.

Quo ad secundum triplex est, quædam est suspensio officij beneficij simul vt in capitul. tuarum de priu. Altera officij tantum, vel partis eius. Tertia beneficij, vel rei ad illud pertinentis glos. in clemen. cupientes de pœnis S. Tom. Sylvest. & alij Armil. num. 4 Nau. numer. 134 & episcopus Scalens. cap. 5 & 8.

Quo ad tertium varius, ac multiplex suspendendi modus tum à iure tum ab homine reperitur qui à nobis prius repetendus postea verò explicandus est.

Primus est simplex, & absolutus explicato solo suspensionis nomine tacito tamen à quo quis suspensus sit, vt cum suspensio sit feratur, suspendo te quæ suspendendi forma habetur in cap. cum bonæ de etat. & qual. & in capitu. vt Clericorum, de vita & honestate Clericorum & in capitul. 1 de vsur. lib. 6 & in clem. 1 § cæterum iuncta gloss. in verb. suspensionis de priuileg. & in extrauag. 3 tit. ead.

Secundus est suspendo te ab ordine.
Tertius ab ordine Pontificali.
Quartus à Pontificalibus.
Quintus à collatione ordinis.
Sextus à collatione determinati ordinis.
Septimus á Iurisdictione.
Octauus ab aliquo alio ordine particulari.
Nonus ab officio.
Decimus ab officijs diuinis.
Vndecimus ab aliquo particulari officio.
Duodecimus ab officio, vel beneficijs.
Decimus tertius ab officio, & beneficio.
Decimus quartus ab officio, vel beneficio.
Decimus quintus ab administratione Ecclesiæ spiritualibus, & temporalibus.
Decimus sextus à perceptione sacramentorum.
Decimus septimus à collatione Sacramentorum.

Decimus octauus ab ingressu Ecclesiæ de quibus omnibus in particulari in sequentibus dicemus in præsentiarum solum generales quasdam Regulas ad prædictarum intelligentiam afferemus.

Quo ad quartum conueniunt suspensi, & interdictum in quibusdam.

Et primò conueniunt in hoc quod quælibet earum est censura ecclesiastica cap. quærenti de ver. signifi. & communis.

Secundò quod quælibet in script. debet ferri, & cum causa in eis expressa cap. 1 de senten. excomm. lib. sexto.

Tertiò quod nullam earum suspendit appellatio subsequuta, & quamlibet annullat præcedens cap. is cui § fin eod. titul. in 6 & capit. ad hæc quoniam de appellat.

Quartò quod quælibet debet præcedere monitio cap. reprehensibilis de appellat. confertur ab contumaciam, & non etiam in pœnam, capitul. 2 de constitu. lib. 6 cap. quamquam de censibus eod. lib.

Quintò, quod quælibet est nulla cum fertur sine canonica monitione ab excommunicatore contra participantes excommunicatis à se cap. statuimus de sent. excomm. lib. 6

Sextò, quod quælibet impedit à diuinis exceptâ illa suspensione, quæ non fit ab eis cap. pastoralis § verum de appellat. iuncto dict. ca. is qui.

Septimò quod in absolutione omnium iuratur capite venerabilis, & cap. ex tenore de sentent. excommunicat.

Octauò, quod nulla earum contra receptos in filios specialiter Papæ ab ordinario fieri potest c. 1 de verb. significat lib. 6.

Nonò, quod quælibet est, à superiore seruanda c. cum ab Ecclesiarum de officio ordin. immo. & à fere. te quousque eam tollat. Calder. de int. memb.

alia iudicis : [a] sicuti excommunicatio, & interdictum, Canonis est : veluti cum quis

Differunt etiam septem quæ pateris videre in Naua. & Episcopo Salensi sup. & Sot. in 4 & 21 quæst. 3 parte prima.

Suspensio quoque CASVS. non figuratur: Not. tamen causam distinctionis esse illam, quam assignauimus supra de distinctione excommunicationis & interdicti, & est videlicet aliquando canon, & aliquando iudex: Notat. secundo suspensionem dari quo ad sed tantum, & aliquando quo ad alios, quod facit ad intelligentiam multarum quæstionum.

a ¶ Iudicis] Est autem inter canonis, & iudicis suspensionem multiplex differentia, de quibus per Abb. post Innocent. in capitul. sicut versicul. & ponit tres notabiles effectus, & cap. 1 de cohab. mul. & cler. similis quoque est excommunicationi in alio: quia velut datur excommunicatio maior, & minor, sic & suspensio maior & minor, vt declaratur per Ab. in cap. fin de clem. excommun. minor ipsa quoque imponitur aliquando pro contumacia, aliquando pro delicto alio primò casu indiget monitione præuia secundo non, vt per Ab. in capitul. reprehensibilis, de appel. numer. 4 pro declar. materiæ latè idem Ab. in c. Apost. de excep.

ALOYSIVS RICCIVS. In præsenti § Auctor diuidit suspensionem Canonis, & Iudicis, vnde notandum, quod potest quis suspendi duobus modis, primo modo quando Iudex qui potest illum suspendit, & tunc dicitur suspensio lata ab homine de qua & qualiter debeat dari in scriptis, & præmissa monitione, vt in excommunicatione vide Nauar. dict. num 159.

Secundò modo, incidat quis ff suspensionem, ipso iure multis modis quos summatim ad 39 reduxit Armil. nu. 16 sed quia oportet multa notare, nouaq; ex concilijs addere omnes casus particulariter colligere decreuimus ex diuersis Syl. maximè qui 40 glos. magna in cle. cupientes de pœnis, & Ang. principaliores colligens tantum posuit 16. Summa confessorum lib. 3 tit. 29 quæst. 5 tantum 14 Medina in summa lib. 1 tantum sex ponit glos. in cleme. cupientes de pœnis tantum 25 posuit totidem Nicolaus Ploue de suspensis Episcop. Papiensis in addit. Sauonarola 33 signauit nos autem ex illis Episcopo que Scalens. ca. 14 & alijs passim, sequentes proponemus 8 2 nusquam ab alio in tam grandi n. collectus.

Prima suspensio à iure omnis in sacris cõstitutus notorius fornicator est ipso iure suspensus text. in capitul. nullus capitul. præter hæc 32 & cap. scisciantibus 15 quæst. 8 in sua suspensione erit donec pœniteat. capitul. si quis presbyteri sunt 81 d. de hac Couar. latè in clem. si furiosus 1 part. § 1 num. 5.

Secunda suspiciens beneficium Curatum, aut dignitatem simoniacè etiam occultè sub eodem iure est, secundum Goffred. sub quo recipiens ordinem Simoniacè quia talis quoque est ipso iure suspensus etiam quoad alios nec tantum ab actibus omnium ordinum sed ab administr. tempor. 2 Innoc. in quo beneficio, vel dig. solus Papa disp. præcip. quando scientib. benef. est cõmissa Sim. vide text. in § verum 33 dict. Arm. verb. sim. n. 51 & aliàs sup. sum. conf. l. 1 ti. 1 q. 21 & 27 vbi multa cit. iura Episc. scal. dict. c. 14 Couar. in cle. si fur. 2 par. § 1 num. 7.

Tertia recipiens beneficium simplex simoniacè est suspensus quo ad se, & quod alios ab omnib ordinum

& ab adminiſtratione temporali Simonia eſt notoria notorietate iuris, vel facti de qua ſup. ſuſpenſione 2 notab. 4 ſi autem occulta tantum quo ad ſe Syl. & omnes maximè Armil. & Summ. confeſſ. ſupr. Abb. in cap. per tuas de Simon.

Quarta ordinans aliquem ſine patrimonio, vel eum præſentans ad ordines promittentem, vel iurantem ſe neque ab Epiſcopo, vel alio victum petiturum omnes ſunt ſuſpenſi ordinator à collatione ordinum præſentator verò à ſuorum ordinum ſi habet exequutione, & ordinatus indiget Papæ diſpenſatione ſecundum Raymund. vide Nauar. cap. 27 nu. 153. per tex. in cap. 45 de ſimon.

Quinta ſuſpenſio quia ordinati ab Epiſcopo ſimoniaco in ordine, vel dignitate ſuſcepta quantumuis occultè aut à ſimoniaco notorio in collatione receptione, vel meditatione beneficiorum ordinis exequutionem non recipiunt, ſed ſunt ipſo iure ſuſpenſi, quamuis in ſua ordinatione nulla ſimonia commiſſa ſit, hoc enim quod non habent dare alicui non poſſunt text. in cap. Diauertum 1 quæſt. 7 text. capit. ſi quis à ſimoniacis 1 quæſt. 1.

Sexta ſuſpenſio, Prælati omnes aliisque Eccleſiaſtici inferiores aliquibus ex redditibus dignitatum, & Eccleſiarum vacantium eis ſubditatum à mortuo poſſeſſore relictis, vel vacationis tempore durante collectis quouſque reſtitutionem fecerint de prædictis, niſi de conſuetudine præſcripta, vel priuilegio ipſis competat ſunt ipſo iure ſuſpenſi tex. in cap. præſentis de offic. ordin. in 6 & per conſtitutionem Pij Quinti quæ incipit dudum datam anno 1560. Kal. Iul. Pont. ſui Anno 3. & eſt Papalis.

Septima ſuſpenſio ſuſpenduntur ipſo iure omnes occupantes furripientes, ſeu etiam inter ſe diuidentes bona à Prælatis Eccleſiarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plenè reſtituerint text. in ca. quia de ſæpè de election. in 6.

Octaua ſuſpenduntur ipſo iure conuentus, & capitula in receptione perſonarum vtriuſque ſexus ad religionem aut ante, vel poſt illam paſſus, prandia, pecunias, aut res aliàs eitam ad Eccleſiaſticum, aut res aliàs etiam ad Eccleſiaſticum, aut alium pium vſum depuratas, vel deputandas directè, vel indirectè petentia, vel exigentia text. in extrauag. 1 de ſimon. moniales autem his non ſubiacent pœnis propter pacta, & conuentiones, quas faciunt pro dotibus recipiendis in commodum earum victum per priuileg. Clem. 7. vt paret in compendio.

Nona ſuſpenſio ſuſpenduntur Eccleſiaſtici obligantes ſuæ Eccleſiæ fructus pro debitis alienis tex. in cap. 2 de ſolut.

Decima recipiens duos ordines ſacros eadem die abſque diſpenſatione Papæ eſt ipſo iure ſuſpenſus donec abſoluatur à tali cenſura text. in cap. fin. de eo, qui furt. ord. ſuſcepit, quæ ſuſpenſio tantum intelligitur de poſteriore ordine, & in hoc tantum Papa diſpenſat, ſi ſit publibum, vt ex cap. literas cap. dilectus iuncta gloſſ. de temporibus. ordin. probat. Nau. cap. 25 num. 71 vbi de conſuetudine ait quatuor minores, & ſubdiaconatum poſſe eadem die conferri.

Vndecima ſuſpenſio ordinatus vt aiunt per ſaltum id eſt omiſſo medio ordine tranſiens. ſ. de ſubdiaconatu, & c. eſt ipſo iure ſuſpenſus diſpenſatio antequam ordinem ſic ſuſceptum exerceat pertinet ad Epiſcopum vt ex Concil. Trident. Hoſt. & aliis tradit Nau. cap. 25 nu. 71 ſi autem illum exerceit ad Papam pertinet.

Duodecima ſuſpenſio recipientes publicum vſurarium ad ſepulturam Eccleſiaſticam ipſo iure ſunt ſuſpenſi, donec ad Epiſcopi arbitrium ſatisfaciant tex. in cap. quia in omnibus de vſuris tex. in cap. quanquam eo. tit. in 6 & de Eccleſiaſticis qui vſuras à mutuum accipientibus exigunt vide Can. 43. SS. Apoſt.

Decima tertia capitula conuentus, quibus obl tranſgreſſionem Bullæ Pij V. circa non admittendas beneficiorum reſignationes eſt interdicta facultas conferendi beneficia, ſeu officia, vel confirmandi eligendi præſentandi, & inſtituendi quemquam in ipſis, & nihilominus prædicta non obſtante ea omnia, vel aliqua ſic poteſtate priuati faciunt ſunt eo ipſe ſuſpenſi, & reſeruatur Papæ per conſtitutionem Pij V. quæ incipit quarta Eccleſiæ in lib. ſuarum conſtitutionum, fol. 78.

Decima quarta Epiſcopus ordinans aliquem inuitum, aut reclamantem eſt ipſo iure ſuſpensus per annum à miſſarum celebratione per tex. in cap. Episcopus qui & c. Geſta. 74 diſtinct.

Decima quinta Episcopus, vel alius poteſtatem habens ordinans coniugatum ad primam tonſuram eſt ipſo iure per annum ſuſpensus à collatione ipſius tonſuræ per text. in cap. nullus de tempor. ordin. libro ſexto.

Decima ſexta ſcienter ordinans ſolemniter Bigamum maritum viduæ corruptæ, vel repudiatæ ſuſpenſus eſt ipſo iure à poteſtate ordinandi per tex. cap. ex pœnitentibus 30 diſt. & c. 2 de dig. & ſuspensus eſt à Miſſæ celebratione per annum capit. nullus 55 diſt.

Decima ſeptima ordinans ſolemniter, pœnitentem ſuſpenditur ipſo iure per annum à celebratione Miſſæ, quod ſi quis obſeruare contempſerit communione Eccleſiæ priuari debet text. in cap. nullus 55 d. quis autem dicatur ſolemniter pœnitens vide ſupra in 1. p. de pœnitentia in communi, & tractat. bene ſumma confeſſ. lib. 3 titul. 13 quæſt. 1 & 2.

Decima octaua ſi quis ordinauerit illegitimum abſque debita diſpenſatione priuatur Authoritate ordinandi tex. in cap. cum Vinctonienſis, de election. tradit optimè Simon. Maiol. de irregul. lib. 1 capite ſeptimo.

Decima nona ſuſpenſio Prælati omnes priuilegio ſtatuto, vel conſuetudine omnium fructus primi aut vlterioris anni beneficiorum vacantium integrè ſibi vendicantes, qui per conſtitutionem Pij V. quæ incipit quarta Eccleſiæ de dictis fructibus percipiunt vltra ſummam, qua in ſolutione decimæ, quodlibet beneficium taxari ſolet, vel hac dimiſſa vltra totale reſiduum fructuum idque in regionibus vbi decimæ beneficiis ſunt taxatæ in aliis verò vltra mediatatem fructuum recipientes, & infra menſem illis ad quos ſpectat non reſtituentes donec ſatisfaciant ſunt eo ipſo ſuſpenſi tex. in extrau. ſuscepti regiminis confirmata ab ipſo Pio V. in Bulla, quæ incipit durum nimis in lib. ſuarum conſtit. fol. 174.

Vigeſima ſuſpenſio Prælati domos locantes alienigenis vſurariis venientibus ad morandum pro fœnore faciendo, vel permittentes in terris ſuis conducere, vel conductas habere, vel aliàs habitare, & infra trimeſtre illos à ſuis & c. ſuſpenſi per tex. in ca. 1 de vſur. lib. 6.

Vigeſima prima, promouentes ad ordines Curiæ obnoxium quem Curialem appellamus deponi debent tex. cap. Aliquantos 51 diſt.

Vigeſima ſecunda, ordinans Neophitum priuatur authoritate conferendi ordinem, quem contulit per tex. in c. qui Eccleſiaſt. 59 d. pro cuius quæſt. declaratione.

Vigeſima tertia ſuſpenſio, Fratres Mendicantes ad Epiſcopatum aliaſve prælaturas promoti prius ſe conſecrari facientes quam ſuæ Religioni libros ſuos renuncient, & reſignent ſunt ipſo iure ſuſpenſi per Clem. IV. in priuileg. Prouidentia.

Vigeſima quarta ſuſpenſio, clerici eligentes in Epiſcopum illegitimum, vel abſque legitima ætate, vel ſcientia debita ſunt, ipſo iure ſuſpenſi per triennium à beneficiis per tex. in cap. cum in cunctis. § fin. de election.

Vigesima quinta Clerici Prouocantes alium ad duellum, vel accipientes prouocationem ab alio facta factam, & in arenam descendunt sunt ipso iure suspensi tex. in ca. primo, de cler. pugnant. in duello ita tenent Sylu. verb. suspensio versic. 11 & Tab. ibid. tenet etiam Episcopus Scal. de suspensione cap. 14 Maiol. de irregul. lib. 5. c. 18 numero primo, non tantum ait esse suspensum, sed etiam irregularem ipso facto.

ob simoniam,[a] vel ob notoriam fornicationem,[b] vel aliud crimen[c] ipso iure à sui exequutione ordinis, vel officij[d] arcetur.

ob mortale peccatum non notorium est quis suspensus, quoad seipsum non quoad alios. h. d.

Vigesima sexta iudex quilibet excommunicans aliquem absque illa monitione quam sup. de sent. excommunicat. diximus suspensus est ipso iure per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, per text. in cap. sacro de sent. excommunic.

Vigesima septima iudex excommunicans interdicens, vel suspendens aliquem verbo tennus absque scriptura, vel non expressa causa, vel requisitus non dat copiam, est ipso iure suspensus per text. in cap. 1 d. sentent. excommunic. lib. 6 quæ suspensio est tantum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis.

Vigesima octaua suspenduntur Prælati consentientes alienationi in grauamen aut detrimentum bonorum Ecclesiæ, vel in hoc authoritatem, vel decretum interponentes Paulus II. in constitutione quæ incipit cum in omnibus.

Vigesima nona, Regulares Prælati qui extra necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, vel Monasterij aut administrationis concedunt alicui in vitam, vel ad tempus certa iura redditus aut possessiones eorundem quouis modo etiam pecunia accepta sine sui capituli, vel prælati licentia suspensi per text. in Clement. prima, de rebus Eccles. non alienandis.

Trigesima, Iudices Ecclesiast. facientes aliquid in iudicio in grauamen alterius partis contra conscientiam gratia, vel fauore, &c. sunt eo ipso suspensi per text. in ca. 1 de re. iud. in 6 vide Nauar. cap. 27 num. 157 suspens. 10.

Trigesima prima, si Religiosi ex administratione Sacræ Eucharistiæ, Extremæ-Vnctionis, vel Matrimonij solemnizatione aut quacumque absolutione indebita, vel id genus aliis in Clemen. 1 de priuileg. contentis alicui Ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ præiudicium fecerit eorum Prælati si postquam præmissorum occasione fuerint requisiti Ecclesiis aut personis Ecclesiasticis, ita læsis infra mensem satisfactionem plenariam non exhibuerint, suspenduntur, donec satisfecerint.

Trigesima secunda, Religiosi decimas non percipientes si scienter, non injiciant scrupulum sibi confitentibus de decimis soluendis sunt suspensi à prædicationis officio donec id faciunt, si commodè possint Clem. Cupientes, de pœnis.

Trigesima tertia, Episcopi Italiæ ordinando clericum Vltramontanum absque Sedis Apostolic. vel sui Episcopi licentia condignè puniri debent, ipse autem sic ordinatus ipso iure est suspensus, per tex. in cap. 1 de temp. ord. lib. 6.

Trigesima quarta, Episcopus ordinans Monachum aliquem absque sui Abbatis licentia suspensus est ipso iure à communione aliorum, & promotus ab eo, quod accipit remouendus est, per text. in capitul. si quis 58 d.

Trigesima quinta, Conseruator Sedis Apostolicæ cognoscens scienter causas, quæ non sunt notoriæ est ipso iure suspensus ab officio per annum vnum per tex. in c. fi. de off. deleg. lib. 6.

Trigesima sexta, admittentes ad diuina officia Sacramenta aut Eucharistiam sepulturam excommunicatos, aut publicos interdictos ipso iure sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ, donec satisfaciant per tex. in cap. Episcoporum, de priuileg. libro 6 aduerte tamen quod licet gloss. in dicto cap. teneat contrarium dicta suspensio tantum est contra exemptos secundum communem, quam refert & sequitur Nau. Mant. ca. 25 n. 9 & c. 26 nu. 258.

Trigesima septima Prælati tradendo laycis iura, vel bona Ecclesiarum in emphiteusim, vel casibus vetitis alienando, & cap. si Apostolicæ sedis, & sui capituli licentia suspenduntur ipso iure per triennium per text. in cap. 2 de reb. Eccles. alien. vel non lib. 6.

Trigesima octaua Prælati ordinantes aliquem irregularem, cum quo ipsi. dispensare non poterunt suspenduntur à potestate ordines conferendi secus si ipsi poterunt dispensare, quia sic talem ordinando videntur dispensate Abb. & Felyn. in capit. ueniens, de filijs præsbyterorum.

Trigesima nona Prælati qui absente, vel nesciente Domino seruum, vel ad scriptitium ordinauerunt, vel qui Episcopo ignorante testimonium perhibuerint sunt ipso iure à Missæ celebratione per annum suspensi per Conc. Aurel. 3 c. 20 & nihilominus tenentur prætium seruiin duplum Domino restituere secundum text. in cap. si seruus 54 d. tradit Raym. in tit. de seruis ordin. Inno. Host. Goffred. quos refert & sequitur Silua. verf. seruus nu. 6 Arm. Ang. & omnes eod. verb. Diaz. in praxi. Canon. cap. 17 & alij, quos refert, & sequitur Sommon. Maiolus de irregul. lib. 1 cap. 35. & Episcop. Scal. de censuris, cap. 14 summa conf. lib. 1 tit. 8 quæst. 3 & duabus sequent.

Quadragesima Prælati indoctum literarum ignarum ordinantes, iure antiquo per tex. in capit. qui Ecclesiasticis 38 dict. Authoritat. priuantur ordinandi, iure autem nouiori per text. in can. nullus de tempor. ordin. lib. 6.

Quadragesima prima apostatæ à Religione ordines Apostasiam recipientes sunt ipso iure suspensi, & irregulares per text. in cap. 6 de Apost. cum quibus Pap. tantum dispensare potest.

Quadragesima secunda recipientes ordines in excommunicatione pro manuum iniectione si sunt clerici sæculares ab exequutione ordinis sunt suspensi nisi probabilis ignorantia eos excusset, & factum non sit graue tex. in cap. cum illorum de sent. excom.

Quadragesima tertia Episcopus si post Prouincialem Synodum celebratum infra sex menses non conuocat omnes Abbates præsbyteros, & Clericos, & non refert eis omnia acta concilij est ab officio duobus mensibus suspensus.

a ¶ Ob simoniam.] 1 quæst. 1 cap. reperiuntur, cap. tanta, de simo. & declaratur per Archiepiscopum Florentin. in suo tract. de suspens. cap. 2.

b ¶ Fornicationem.] cap. si qui, dist. 81 & dist. 32 cap. prætor hoc, & per beatum Antonium in suo tract. de suspensione, cap. 3.

c ¶ Aliud crimen.] Quæ sint hæc crimina, latè per B. Antonium in suo tract. de suspens. cap. 4.

d ¶ Vel officij.] Et per consequens etiam à iurisdictione, secundum Abb. & alios communiter in capit. fin. de cler. excom. mini. suspenditur quis & ab aliis pluribus, nedum, ab exequutione ordinis, vel offic. putà, ab oblatione altaris, 17 quæst. 4 cap. miror, à consecratione Episcoporum, capite secundo de translatione, & aliis infinitis, quæ enumerantur per gloss. in clem. cupientes, de pœn. in verbo, suspensi. Sed an is qui (vt hic dicitur) suspensus etiam à beneficio?

At ſi crimen per ſententiam, [a] vel per confeſſionem factam in iure, aut per rei ipſius euidentiam [b] notorium non ſit: [c] & ſi quilibet pro mortali peccato quoad ipsũ [d] ſit ſuſpenſus, quoad alios [e] tamen pro ſuſpenſo non habetur, ideoque in officiis Eccleſiaſticis vitandus non erit. [f]

Quæ ſit ſuſpenſio iudicis. h. d.

Iudicis ſuſpenſio eſt, vt cum ſententia quis ab eadem exequutione ex cauſa remouetur. [g]

Suſpenſio ſolum ordinem, & ſtatum Eccleſiaſticum reſpicit, & priuatio præſupponit habitum. h. d.

Eſt autem ſuſpenſio (velut Eccleſiaſtica cenſura conſiderata [h]) reſpectu quodam, aliquanto quàm excommunicatio, vel interdictum ſtrictior, [i] quippe quòd & excommunicatio, & interdictum non ſolùm clericos, verùm etiam laicos, innectere

Reſpond. vt latè not. in d. clem. incipientes, de pœn. poſt medium, vſque ad finem.

a ¶ Per ſententiam.] Definitiuam, cap. cum dilectus, de ord. cap. denique de excep. & not. in cap. fin. de cohab. mul. & cler. vnde ſumitur.

b ¶ Euidentiam.] Nota tres modos, quibus crimen efficitur notorium, ſcilicet per ſententiam, confeſſionẽ & rei euidẽtiam, cũ tergiuerſatione alicua celari non poteſt ſic c. fi. de cohab. mul. & cler. Sed cur ibi, & hic non fit mẽtio de notorio quod oritur ex probatione clara, & iuridica, cum tamen & ex ea inducatur notoriũ, quãdo nihil poteſt opponi cõtra, vt putà, quando eſt concluſum in cauſa, vt in c. cum olim de verb. ſig. fortè, quia cum expectanda ſit de proximo ſentent. non oritur omninò notoriũ, cum probat. ſint arbitr. l. 3 ff de teſtibus, & poteſt iudex teſt. etiam probantibus fidem nõ habere. Bart. in l. Lucius, ff de his, qui not. infamia.

c ¶ Non ſit.] Immò etiam ſi ſit notoriũ crimen, non propterea vitãdus eſt criminoſus excepto crimine fornicationis, quamdiu quis ab Eccleſia præciſus eſt, nec in cap. cum non liceat de præſcrip. & in capit. nonne, 8 quæſtione tertia, & probatur in cap. præter diſtinctione vigeſima ſecunda arguendo à ſpeciali, & not. Abb. in cap. fin. de cohab. mul. & cler. non poteſt ergo hinc ſumi argum. à contrario ſenſu, niſi quoad crimen fornicationis, in quo vt inducat ſuſpenſionem non requiritur præcedens monitio, ſi res ſit euidens, vt per Abb. in dict. cap. fin.

d ¶ Quoad ſeipsum.] Ideo ſic, quia conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat, & comprehendit delictum omninò occultum, capit. porrò, & cap. cum non ab homine, de ſent. excommun. & clement. 1 de hæret. vbi nota, licèt quoad Eccleſiam militantem non habeatur pro ligato, cum non iudicet de occultis, cap. erubeſcant, diſt. 32 & not. 6 quæſtione prima, cap. ſi omnia, erit tamen in rei veritate ligatus, licèt apud nos ſit incertum argum. in § conditiones inſtitut. de verbor. obl. & declarat. Abb. in cap. extirpandæ, § qui vero, in repe. nu. 21.

e ¶ Quoad alios, &c.] Nota modos, quibus quia dicitur ſuſpenſus. Primus, quoad ſeipsum, & non quoad alios, vt quilibet in peccato mortali conſtituitus, vt in capit. teſtament. diſt. 6 & 1 quæſt. 1 cap. ſacerdotes, & cap. fin. de temp. ord. & capit. veſtra, & cap. fin. de cohab. mul. & cler. Secundus, quoad ſe, & quoad alios, 32 diſt. cap. nullus, & præter hæc, & cap. tanta, de ſimo. & dict. capit. fin. de cohab. mul. & cler. Quandoque & tertio dicitur quis ſuſpenſus quoad alios, & non quoad ſe, vt cum villa, vel ciuitas eſt interdicta propter delictum ciuium, vel fæcularis poteſtatis tunc enim clerici non ſunt ſuſpenſi quoad ſe: quia poſſunt celebrare in loco non interdicto, capit. tuæ, de cler. peregri. & not. dict. capit. fin. Item poſſunt celebrare clauſis ianuis, capit. fin. de ſententia excommunicationis in ſexto, & de hoc per B. Ant. in ſuo tract. de ſuſpen. capit. 1.

f ¶ Non erit.] Quia adhuc ab Eccleſia toleratur, licet criminoſus, capit. veſtra, & capit. fin. de cohab. mul. & cler. & cap. fin. 15 quæſt. fin. niſi in tribus caſibus hic enumeratis, & in dict. cap. fin.

g ¶ Remouetur.] Sententiam tamen præcedere debet monitio, quod procedit ſecundum Innocen. in capite primo de exceſſ. præl. quando ſententia, & ſuſpenſio infertur ob contumaciam: ſecus ſi in pœnam delicti: quia tunc fruſtra fieret monitio, cum oporteat delinquentem luere pœnam delicti commiſſi. Suſpenſio enim ſæpè infligitur ob delictum, vt in cap. tam literis, de teſtib. & 5 quæſtione tertia, capit. in loco, licet aliud ſit in excommunicationem, quæ ab homine non fertur propter delictum, immò quam cito vult ſatisfacere debet relaxari, capit. nemo, & capit. illud, 11 quæſtione tertia. Idem tenuit Innocen. in capit. ad hæc, quoniam de appellat. & licet Hoſtienſ. ibi non approbet opin. Innocen. reſpectu ſuſpenſionis faciendæ à iudice, tamen cum Innocen. tenet Abb. in capit. reprehenſibilis, de appel. & in dicto capite primo de except. præl. per dicto capit. tam literis, & per capit. Romana, § ſed nec in ſpecie de ſent. excom. in ſexto.

Eſt autem. CASVS. In hac parte non figuratur, niſi dicamus, quod inter ſcholares fuit dubitatum an ſuſpenſio differat ab excommunicatione, & interdicto, quidam enim dicebant non differre cum comprehendatur ſub cenſura Eccleſiaſtica, capit. quærenti, de verbor. ſignificat quidam verò oppoſitum affirmabant quia ſpecie diſtinguuntur, in iure præſupponitur, Sol. vt hic habetur, & melior ratio meo iudicio non poteſt aſſignari, niſi iſta iam adducta. Nec obſtat obiectio, quia in genere conueniunt, & in ſpecie differunt: Not. primo, quod ſuſpenſio proprie videtur introducta, vt ſit ſpecialis clericorum Pœna. Not. 2 quod ipsa magis accedit ad naturam pœnarum, quæ non ſunt nec dicuntur medicinales. *Io. Bap.*

h ¶ Conſiderata.] Benè conſiderata tanquam cenſura Eccleſiaſtica comprehendit ſolùm clericos: quia conſideretur tanquam terminus generalis, & indiſtinctus conuenit, & innectit etiam laicos. Vnde aduocatus ſuſpenditur ab officio aduocandi, leg. mortis, ff de pœnis, & notarius ab exercitio notariæ, capit. ſi aduerſus de hæret. & notat. in clement. cupientes, de pœn. & ad materiam, huius § vide per Archiepiſcopum Floren. in ſuo tract. de ſuſpenſ. capite octauo.

i ¶ Strictior.] Eſt tamen quodam reſpectu laxior,

scilicet respectu relaxationis, quia excommunicatus licet satisfecerit non liberatur ex sola satisfactione, sed vltra eam requiritur absolutio, ex quo enim semel cum solemnitate electus est extra Ecclesiam debet cum solemnitate debita reconciliari: secus est in suspensione, vt per gl. in clement. 1 de decim. per gl. & Innoc. in c. cum bonæ. de ætat. & qua. & per Ab. in cap. 1 versic. nota. argum. quod excommunicatus, & cæt. de iudic.

a ¶ Possunt.] Vt supra tit. 1 & 2 per tot. & per Archid. Flor. in tract. de suspens. c. 1.

b ¶ Ecclesiastica.] Quorum meri laici non sunt capaces, vt supra de iure perso. in princ.

c ¶ Interdici.] Cum priuatio præsupponat habitum. Sed semel suspensus bene potest iterum suspendi: noua culpa xigente, & secunda suspensio dicetur potius confirmatio, cap. veritatis, vbi Ab. not. de dolo & contum. effectus autem secundæ apparet post relaxationē primæ, de quo dic, vt in simili not. in capitul. ita quorundam, de Iudæ. & in cap. officij, de sentent. excomm. & per Ab. in d. cap. veritatis.

possunt. [a] At suspensio, cùm nihil aliud sit, quam inhabilitas quædam ad exequendos ordines, & officia Ecclesiastica, [b] nullos præterquam ipsos clericos attingere potest. Nec enim vlli eius ordinis vel officij, cuius est penitus expers, administratio vetari, & interdici [c] potest.

Ingerens se diuinis incurrit irregularitatem. h. d.

Cauebunt [d] igitur clerici, iudices, [e] & Ecclesiarum Prælati, ne pœnam hanc suspensionis incurrant, scituri, quòd si eâ durante [f] sese diuinis [g] ingesserint [h] (secundum canonicarum Sanctionum tenorem, [i] & distinctionem [k]) irregularitatis * in hac, & tenet nouissimè Aug. Berò. in suis familiaribus qq. in quæstio. 121.

h ¶ Ingesserint.] Scilicet scienter, quia secus si ignoranter, capitulo Apostolicæ, vbi Abbas latè de cler. excommun. minist. & satis indicat verbum, ingesserint, quod designat rem ad se ingerentem non spectare.

i ¶ Tenorem.] Sic in c. 1 de re iud. in 6.

k ¶ Et distinctionem.] Et de hac distinctione per spec. in titu. de dispensatione § iusta. vers. in suspensis autem distinguitur, & in capit. tanta. de excess. prælat.

* Irregularitatis.] Violans censuram efficitur irregularis quod de interdicto & suspensione verissimum, de excommunicatione verò controuertitur; negat Vrbanus ab Ascensione Instit. part. 3 cap. 19 per rationes ab eo allatas quas vide, affirmant alij ferè omnes quibus adhærendum puto. Sed an suspensus baptisando fiat irregularis? Dicendum quod non quia hoc non est certo ordini deputatū: nisi paratus vestibus sacerdotalibus vel diaconalibus solemniter baptisaret, Specul. de dispensat. § iuxta n. 36. SOLIER.

Io. Bap. Cauebunt. CASVS. Quidam clerici existentes suspensi etiam à diuinis de facto ingesserunt se eisdem, & cum propter talem transgressionem debebant puniri, fuit dubitatum an propterea debeant incurrere irregularitatem, quæ cum prohibeat administrationem diuinorum, vt hic declaratur, & talem prohibitionem causet ipsamet suspensio, negatiuè respondebatur. Cæterum. Sol. vt hic cauetur, quia in eo quis debet puniri, in quo deliquit cap. fin. de immunit. eccles. non obstat obiectio, quia ista irregularitas superueniens efficacius prohibet præd. administrationem. Not. primò prohibitionem administrationis diuinorum habere latitudinem ita quod supremus gradus quo ad remissionem eius est Pontifici reseruatus. Not. secundò, quod irregularitas aliquando est pœna propriè dicta, & aliquando est simplex defectus à certa causa causatus.

d ¶ Cauebunt.] Cap. 1 § caueant de sententia excommun. in 6 vnde sumitur & in c. cum æterni, aliàs 1 de re iud. in 6.

e ¶ Clerici iudices.] Non dicit de sæcularibus: quia pœna suspensionis eos non ligat, sic in c. 1 de re iu. in 6.

f ¶ Durante.] Licet quis de crimine commisso pœnitentiam egerit: quia ante dispensationem Papæ, adhuc suspensio impedit exequutionem ordinis, vel officij, capitul. veritatis, secundum vnam lecturam, de dolo & contum. vbi per Abbat. in versiculo quarta lectura, & per speculum in titulo de dispensatione, § iusta. versicul. in suspensis autem, in fin.

g ¶ Diuinis.] Officijs, non autem beneficijs, vt not. in cap. 1 de re iudic. in 6 & hoc intellige, cum quis suspensus est à diuinis: quia tunc celebrando efficitur irregularis: secus si suspensus sit à quocunque alio officio, secundum Cardinalem in clem. fin. versiculo quod si in fine versiculi, de pœna. Idem videtur de mente Specul. in tit. de dispensatione § iusta, vers. vt autem

ALOYSIVS RICCIVS. Habetur in præsenti § quod suspensus ingerens se diuinis incurrit irregularitatem. Antequam casus afferam quib. irregularitas transgressione suspensionis incurritur nonnulla breuiter tanquam certa suspendenda sunt quorū.

Primum est violatio suspensionis aliquando, & in aliquo casu irregularitatem inducit, & de hoc nemo dubitare potest, vt colligitur ex capitulo primo, de sent. & re iudic. libro sexto, & cap. causa medicinalis, de sent. excom. in 6 & Extrau. Pij II. quæ incipit cum ex sacrorum relata à Rebuffo in tract. de benef. tit. de cleric. ad sacros ordines malè promotis.

Secundum est non omnis violatio suspensionis irregularitatem inducit, vt communiter omnes concedunt de suspen. à benef. & expressè Palud. 4 dist. 18 q. 7 art. 3 conclu. 2 citans ad hoc c. cum in cunctis, de electio.

Primò, igitur ex multorum DD. sententia non inducitur irregularitas, nisi exercitio actus proprij alicuius ordinis violetur suspensio lata ab illo actu, & hanc regulam expressè tradunt Felyn. in cap. Apostolicæ, de exceptio. Panor. in c. cum dilectus de consuet. D. Anton. 3 part. tit. 29 de suspens. c. 1.

Vnde infertur, quod suspensio quæ infligitur à confessario in foro pœnitentiali cum non sit vera censura Eccles. quamuis seruari debeat cōtraueniendo tamē nō inducit irregularit. gl. in c. is qui, in verb. in iure, de sent. excō. in 6 Anch. in c. 1 § caueant. de sent. excom.

Infertur secundò, quod si quis violet suspensionem fluentem ex defectu corporis, vel animæ quæ potius, & verius est irregularitas, quam suspensio non incurrit nouam irregularitatem, sic Specul. in tit. de dispensat. § iuxta in suspensis à Canone circa finem Panorm. in cap. si celebrat. nu. 4 de cleric. excommunic. ministr. Ioan. Andr. in capitul. fin. de cohabit. cleric. & neque in obtinenda dispensatione facere debet mentionem huius violationis, vt patet ex praxi curiæ Romanæ.

laqueo ſeſe inuoluent, à quo interim non niſi per ſummum Pontificem [a] liberari poterunt.

Quid ſit irregularitas. h. d.

Eſt autem [b] irregularitas nota, [c] ſeu canonicum [d] impedimentum ex facto, [e] ſeu defectu [f] prouenies, quo quis tam ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, quam promotus in ijſdem miniſtrare prohibetur: [g] quod qualiter accidat tam ſupra ex

Infertur tertiò, ſi quis violet ſuſpenſionem quam ſuſpenſus eſt ab eo, quod ei non competit iure ſuo, ſed iure ſuſpendentis non fieri irregularem, vt optimè not. Palud. 4 diſt. 18 q. 7 art. 3 concl. 10.

Secundò, ſuſpenſus ab ordine tunc efficitur irregularis exercens actum ordinis ſi ſit ſuſpenſio ordinis ſacri, non etiam minoribus, & hoc, quia in iure non exprimitur, niſi de ordine ſacro Henriq. de ſuſpens. ca. 32 in fin. & hoc idem ſequitur, & refert Auil. de cenſuris diſput. 9. ſect. 2 dub. 3.

Tertiò, ſuſpenſus ab ordine non dicitur ſuſpenſus ab actu iuriſdictionis, quæ fundatur in ordine, qui ſpecie differt à iuriſdictione; Vnde ſacerdos ſuſpenſus ab ordine poteſt abſoluere ab excommunicatione, ſed non ſolemnibus precibus adhibitis nec à peccato cum hoc ſit de ordinis illius iuriſdictione, & ſuſpenſus ab ordine Pontificali ſecundum communem intelligitur ſuſpenſus, quo ad proprios ordines Pontificales, non autem iuriſdictionis, vnde poterit iudicare, inſtituere, corrigere, & excommunicare.

Quartò, ſuſpenſus ab homine donec ſatisfaciat, vel pertineat ſi interim ante abſolutionem celebrat, non eſt irregularis, quia verè, & propriè non eſt ſuſpenſus à Canone, nec ab homine, ſed potius à Deo quaſi homo declaret id quod tacitè inſit obligationi ex delicto Innocen. in cap. ſi celebret. de cleric. excommun. miniſt. & alios refert Henriq. vbi ſupra.

Quintò, ſuſpenſus à diuinis ſolum prohibetur officium ſuum exercere ſicut prius, cap. 1 de re iudic. in 6 vbi glo. & ſic cum demum eſſet irregularis cum exerceret actum ſuo ordini deputatum, & ideo poteſt illud totum agere, quod poteſt laicus confiteri nempè communicari audire Miſſam, & huiuſmodi ſi tamen Epiſcopus eſſet ſuſpenſus à diuinis non poteſt authoritatiuè eam audire faciendo coram ſe celebrari iuxta gloſſ. ſingular. in clem. 2 in verb. celebrari. de priuil. & ſuſpenſus ab officio clericus ſi recitaret preces horarias, ſeu diuinum officium tanquam laicus non efficeretur irregularis, probat Vgol. de cenſ. tab. 1 cap. 13 § 14 & alibi ſæpè.

Sextò, ſuſpenſio à voce actiua, & paſſiua, & à Pontificalibus poteſt ſuſpendi per ſubſequentem appellationem legitimam, hæc enim valde differunt à ſuſpenſione ab officio diuino, & ingreſſu Eccleſiæ, quæ non ſuſpenduntur per ſubſequentem appellationem, vt expreſsè ſtatuitur in c. is cui, § ſi de ſent. excommunic. in 6 ideoque cum in iure non fit mentio de ipſis non eſt de illis intelligendum, neque de ſuſpenſione à beneficio, vel ab eius adminiſtratione.

Septimò, ſuſpenſo à beneficio inualidè fieret collatio alterius beneficij probat Vgol. de cenſ. tab. 4 capitul. 8 § 6 n. 1 de ſuſpen. & ratio eſt manifeſta, quia cum ſit priuatus fructibus beneficij per ſuſpenſionem non debet ei tribui occaſio contraueniendi legis prohibitioni, cui enim prohibetur conſequens cenſetur, & prohibitum antecedens, vt ibi per eundem. Taliter autem ſuſpenſus à beneficio non fit irregularis ſi diuina faciat, ſed tantum prohibetur percipere fructus beneficij, quod tamen locum non habet quoad fructus patrimonij, ad cuius titulum fuit ordinatus ſecundum omnes.

Octauò, ſi quis fuerit ſuſpenſus ad tempus ſed non expreſſo temporis ſpatio putà ſuſpendo te ad tempus hæc forma ſuſpenſionis intelligitur verificari in decennio, à ſimili de damnato ad tempus *in metallum*, qui decennio eam pœnam patitur, vt conſtat ex l. ſine præfinito, & ibi Doctor. notant ff de pœnis.

Nonò ſuſpenſionem vnius mẽſis incurrens à ſtatuto eam imponente ſi ante menſem expletum idem delictum, vel aliud ſimile habens pœnam à iure ſtatutam, denuo perpetraret non expectatur prius tẽpus impleri ſed ſtatim incipit currere tempus ſecundæ pœnæ debitum & ita pœnæ non duplicantur gloſſ. notab. in clemen. 2 de magiſtris, quam Immol. & alij ibidem communiter ſequuntur, & ratio eſt, manifeſta, quia nec in iure cautum eſt nec rei natura patitur, vt cenſura purè, & ſimpliciter lata pendeat & ideo illa poſterior ſtatim incipit currere cum alijs præcedentibus, de qua re latè agit Vgol. de cenſur. tab. 4 § 2 n. 2 c. 15 de ſuſpens.

a ¶ Per ſummum Pontificem.] Nota vnum de caſibus reſeruatis Papæ, & fac. capitul. primo, de re iudic. in 6 & in capitul. 1 de ſent. excom. in 6 vnde ſumitur hæc litera, de alijs ſimilibus irregularitatibus not. in d. c. 1. de re iud. in 6 & in capit. quod tranſlationem de offic. leg. & in capit. ſicut vnire, de exceſſ. prælat. vbi generaliter tradit de reſeruatis Papæ.

b ¶ Eſt autem.] Hanc deſcriptionem poſuit ſpecul. in tit. de diſpenſat. in princip. ſecuti ſunt, B. Ant. & Nic. Plon. in ſuis tractatibus de irregularitate.

c ¶ Nota.] Infamia, & quaſi quædam cicatrix criminis, & quaſi intellectualis vulneris fac. capitul. accedens de purg. cano. & 2 q. 3 § notandum.

d ¶ Canonicum.] Qui habet ortum à iure canonico, ſecundum Speculum in tit. de diſpen. in princ. Sed tamen videtur habuiſſe originem à teſtamento veteri, vt apparet in libro Paralip. ca. vigeſimo octauo, vbi dicitur, quod Dauid fuit prohibitus ædificare templum Deo, quia eſſet vir ſanguinum, & in capitul. hinc etenim diſt. 49 vbi dicitur, quod inter Leuitas multi à ſacerdotio repellebantur, putà, ob gybboſitatem, ſcabiem, & alios defectus naturales.

e ¶ Ex facto.] Putà homicidio, § Patrati, qui prom. non poſſ. & capitul. miror, diſt. 50 vel ex notabili inobedientia, præſertim contra Apoſtolicam Eccleſiam, capitul. ſi quæ ſunt, diſt. 81 capitul. tanta, de exceſſ. prælat. & cap. 1 de re iud. in 6 & cap. 1 de ſent. excom. in 6.

f ¶ Ex defectu.] Tam corporis, vt de corpo. vitia, per tot. & ſupra qui promo. non poſſ. § cauenda, quam animi, capitul. ex pœnitentibus, & capitul. canones, cum pluribus ſequ. diſt. 50 & in tit. de obl. ad ratiocinia red. per tot. quandoque nec animi, nec corporis vitio, vt in eo, qui eſt natalibus læſus capitul. innotuit, de ele. & de filijs presbyt.

g ¶ Prohibetur.] Ponuntur hic duo effectus irregularitatis, cæterum ſunt alij plures: quia priuat à poteſtate eligendi actiuè, & paſſiuè item reddit incapacem aliquem ad beneficia recipienda. Item à facultate percipiendi fructus beneficiorum, ſecundum diſtinctionem tamen Abba. & aliorum in capitul. cum bonæ, de ætat. & qualitate.

ALOYSIVS RICCIVS. Ponit author in præſenti, §. definitionem irregularitatis. Vnde aduerte quod hæc vox ſuſpenſio dupliciter ſumitur primò modo

generaliter, & secundo in specie prout est censura Ecclesiastica Nauar. in Manual. capit. decimoquinto, num. 151.

Sed quæritur quid sit suspensio in genere. & respondetur quod est prohibitio vsus officij, vel facultatis alicuius, vt multis allegatis iuribus probat Gul. in clemen. cupientes de pœnis Abba. & alij in rubr. de sent. excomm. & in c. si celebrat. de cler. excomm.

Quæritur secundò, quid sit suspensio particulariter in specie, & Resp. quod licèt, diffinitio Nauar. & alior. supra videatur esse, & sit sufficiens, verior tamen iurique conformior est illa, quæ colligitur ex Maiolo de canonic. impede. lib. tertio, cap. 19 & ex Episcopo Scalensi de suspensione capitulo octauo quæ talis, est suspensio est censura Ecclesiastica qua clericus sæcularis, vel regularis ob aliquam culpam à iure, vel à iudice à beneficiorum officiorum ordinum, vel Ecclesiæ iurisdictionis exequutione in totum, vel in partem perpetuò, vel ad tempus prohibetur colligitur ex capitul. 1 § fin. de sent. excommunic. lib. 6.

primo libro, [a] quam etiam in varijs Decretalium locis facilè est legentibus cognoscere.

Episcopi, & superiores nunquam incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis, ipso iure, nisi de ipsis expressa mentio habeatur. h. d.

Ea propter optima ratione Innocentiana constitutione [b] cautum est, ne Episcopi, eorum quæ superiores, vllius constitutionis [c] sententiæ, [d] siue mandati [e] occasione, interdicti, vel suspensionis [f] sententiam: nisi in ipsis [g] de Episcopis [h] * expressa mentio habeatur, ipso iure incurrant: esset enim hoc nimis periculosum [i] ob Pontificalis officij quod frequenter exercere compelluntur, exequutionem. [k]

a ¶ Primo libro.] Supra qui promo. non pos. per tot.

Ea. Bap. Ea propter CAsvs propriè non figuratur, dubitatum tamen fuit inter scholares, an constitutiones quibus pœna suspensionis imponitur ipsarum transgressoribus comprehendant Episcopos, & alios similes superiores, de quibus in huiusmodi constitutionibus non fit specialis mentio, quidam enim dicebant huiusmodi Prælatos esse comprehensos ponderando text. in capitulo primo, de constitut. in verb. ab omnibus, confirmatur quia cum constit. istæ sint ius humanum, tamen Pontifex Roman. est exemptus capitul. proposuit de concessio. præbend. meritò. Solut. tamen vt hic cauetur ob rationem in text. assignatam, nec obstant obiecta, quia dict. capitul. 1 intelligitur regulariter, quæ regula in præsenti limitatur ob rationem in text. assign. in capitul. verò proposuit, loquitur de potestate dispensandi, at quomodo Pontifex subijciatur iuri humano, non est præsentis loci. Not. 1 leges aliquando limitati ob qualitatem personarum quarum respectus debet haberi in eis promulgandis capitul. erit dist. 4. Not. 2 quod persona quo est dignior, eo in dubio dicitur de iure magis priuilegiata. Not. quod adnot. in rub. de vit. & honestat. clerico.

b ¶ Constitutione.] Capitul. quam periculosum de sent. excom. in 6 vnde sumitur.

c ¶ Constitutionis.] Capitul. sacro, de sent. excommu. capitul. cum medicinalis, alias 1 eod. tit. in 6 c. 1 de sol. capitul. cum in cunctis, de elect. cum simil.

d ¶ Sententiæ.] Vt si Papa, vel Episcopus ferat sententiam suspendendo contra facientes, argum. capitul. Roman. § caueant de sent. excom. in 6 & not. in capitul. quam periculosem, de sent. excommu. in 6.

e ¶ Mandati.] Vt si Papa mandat quod omnes prælati, & clerici soluant tantam pecuniam suspendendo non soluentes intra terminum assignatum, & facit l. item apud Labeonem, § hoc edictum, de iniur.

f ¶ Vel suspensionis.] Sed cur non dicit etiam de excommunicatione, quæ ipsi suspensioni, & interdicto æquiparatur, capitul. reprehensibilis, vbi per Abba. de Appellation. Respondeo secundum Innocent. Hostiens. Ioann. Mon. Archiepiscop. Ioann. Andrè. quod Papa noluit eos in tantum priuilegiare, vt priuilegiando tolleret, cap. si quis suadente diabolo, decimaseptima, quæstione quarta, & alios similes, vt capitul. pro humani. de homicidio in sexto, ita not. in capitulo, quam periculosum, de sent. excom. in 6.

g ¶ In ipsis.] Constitutione, sententia, & mandato.

h ¶ Episcopis.] Quorum appellatione etiam superiores, & ipse Papa continetur, vt supr. de Episcopis, & summ. Pontif. in princip. per tot.

* De Episcopis.] Tamen constitutio pœnalis generaliter loquens includit etiam Episcopos vt incidant in pœnam constitutione vt tenet gloss. in cap. sciant & in cap. cupientes § certum in verb. suspensos de elect. in 6. SOLIER.

ALOYSIVS RICCIVS. Quod Episcopi, & superiores nunquam incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis ipso iure nisi de ipsis expressa mentio habeatur, quia in suspensione generaliter lata non incurrit episcopus, & illo superiores, vt est text. in cap. quia periculosum de sent. excommunic. in sexto, & ibi glo. in verbo suspensionis, sed tantum clerici omnes vsque ad sacerdotes inclusiuè, vt habetur in citato cap. & quod Episcopus non incurrat suspensionem, sed sic excommunicationem, ideo hoc esse, quia Papa noluit eum in tantum priuilegiari, vt glo. citata ait.

i ¶ Periculosum.] Et ideo vitandum, capit. vbi periculum, de elect. in sexto, & capit. quiescamus, distinction. 42. & not. in capit. 2. de iuram. calum. nam [vt inquit Salom.] Qui amat periculum, peribit in illo.

k ¶ Exequutionem.] Sic in cap. quam periculosum, de sentent. excommunicat. in 6. per quam constitutionem apparet, quod Papa voluit prouidere non tam Episcopis, quam subditis, consistit etiam episcoporum officium in chrismatis confectione, ordinum collatione, Ecclesiarum & altarium consecratione, § pen. sup. de Episco. & sum. Pont. & ibi etiam not. quæ omnia magis subditorum, quàm Episcoporum vtilitatem concernunt.

Explicit liber Quartus, & vltimus Institutionum Iuris Canonici, In quibus si quid diuersum, Lector, inueneris ab his, quæ in Commentario iam pridem edito delineata inueniuntur, scito ea Auctorem, cùm vltimam operi limam adhiberet, meliora sequutum immutasse.

Angelus Cantinius Florentinus I. V. D. Corrector.

INSTITVTIONVM

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI COMMENTARIVM.

FLAVIVS VRSINVS FERDINANDO Farnesio. S. D.

KAL. Feb. accepi abs te literas datas Idibus Ianuariis, quas mihi iucundas fuisse non arbitror necesse esse me ad te scribere, cùm ex te nihil ad me proficisci posse, nisi Iucundissimum. Iam pridem exploratum habeas. Sed profectò posteriores hæ eò fuerunt gratiores, quòd vna commentarium Lancellotti nostri secum attulerunt. Amo enim vehementer ingenii illius elegantiam. Legi itaque totum vno fermè (vt sic dicam) hausturo, probauique penitus tuum de libro iudicium: maluissem tamen, tam secundo curru inchoatum à se negotium processisset, vt huius nuper à se compositi libelli argumentum illi defuisset, nam & librum Institutionum ipsarum nunc teneremus, & ipse amicis vsus fuisset melioribus, candidioribusque. Quos tamen ille commentario illo suo adeò strenuè (meo quidem iudicio) vlciscitur, vt mihi aliquo pacto suis illis detractoribus debere videatur, qui tam elegantem libellum conscribendi sibi occasionem dederint. Eum ego pluribus legendum exhibui, probatusque est fermè ab omnibus mirum in modum: fermè inquam nec enim obtineri potuit, quin illico semidocti qui iam Commentariolum momorderint, non quin, quæ Lancellottus de compositis à se Institutionibus differeret, vera non confiterentur: sed quòd in eo illum non obscurè aliquid Institutionibus Iuris Ciuilis detrahere conatum esse prædicent. Is enim vno, aut altero in loco eius libelli dicit, quædam in illis esse ambigua, perplexa, & quæ inuicem pugnantia videantur; cùm tamen Iustinianus nihil esse in toto iure ciuili ambiguum, vel contrarium scriptum reliquerit. Respondi eos Momum agere, qui cùm Venerem non posset, sandalium ipsius quasi obstreperum dicitur improbasse, tantum autem abesse, vt ciuilibus Institutionibus aliquid detraxerit, vt ego illis in eo plurimum à Lancelotto nostro tributum esse non dubitem, quem sciam illarum elegantiam non solùm laudare, sed admirari solitum; sed profectò in eos interdum incidimus, qui indigni sint, quibus respondeatur. Sed de hoc aliàs. Sum equidem delectatus vehementer cognouisse ex tuis literis te cum dilecto studiosissimorum iuuenum numero quotidianis prælectionibus ac disputationibus in iure ciuili exerceri. Hanc enim ego optimam, ac solam prope proficiendi rationem esse semper statui, præsertim si non tam ostentationis quàm discendi adsit studium cum lepore quodam, ac nobilibus adolescentibus digna consuetudine conjunctum. Vtinamque mihi interdum ab vrbano isto, atque aulico ambitu secedere, & ad ista vestra studia salua existimatione reuerti liceret, profectò ad vos conuolarem illico, vbi & cum libris diutius, & attentius versari, & remoto ab omni molestia, cum optimis commilitonibus securam, ac prope beatam vitam agere liceret, Sed quando mihi nunc hoc non datur, tu, quem ego me esse alterum semper statui, dum licet, fruere honestissimo isto, ac iucundissimo otio, sed ita fruere, vt interim non obliuiscaris eius quod Catonem vsurpare solitum ferunt, Non minus, scilicet, otii, quàm negotii, reddendam esse rationem; ac studiosum iuuenem Bernardinum Alphenum meo nomine saluere iube. Romæ Non. Feb.

Flauius hic nunc cardinalis Vrsinus.

Commentarium Lancellotti reprehensum.

FERDINANDVS FARNESIVS FLAVIO Vrsino S. D. P.

NIHIL vmquàm tam præter meam opinionem accidit, quàm audire ex te extitisse quosdam, qui in Commentario Institutionum Iuris Canonici auctorem aliquid Institutionibus Iuris Ciuilis

detrahere voluisse existiment, quòd is vno, aut altero in loco quædam in his perplexa, & prima facie contraria reperiri scripserit; quasi verò hoc quisquam dubium esse debeat, aut eas illic pluribus in locis non cæteris libris iuris Ciuilis prætulerit. Omninò istos aut actori esse parum æquos qui ex te veteri nouam illi inuidiam conflare studeant, aut (quod magis reor) in iure ipso Ciuili parum versatos, aut omninò parum accuratè Commentarium illud percurrisse. Si parum æqui sint, nulla ratione de sua sententia deduci poterunt, nam, vt ait Comicus.

Qui inimicus est, etiam in scirpo nondum quærit

Quid ergo ei suadere coneris, qui hoc, scilicet vnum quæriret, nempe vt quidquid dixeris, deflectat in deterius? Si parum in legendo accurati fuerint, reputant, quæso, atq; diligentius expendant, quod in eo ipso Commentario de Institutionibus Iustiniani sæpius inculcauerit: nam vsque adeo ipsas, dilaudat, vt mihi interdum veniat in mentem suspicari, ne plusculum illis tribuat, quam par sit, quòd putet ita compositas à se Institutiones similitudine quadam operis faciliùs studiosorum animis insinuare posse. Sed vtcumque id sit, quouecumque animo is scripserit, illud quidem nullo pacto negari potest sexcentis propemodum locis de his honorificentissimè meminisse. Nam primo libro, dum se cum Pontifice sermonem asserit habuisse leguntur hæc verba. *Esse apud Iurisconsultos Iustiniam Imperatoris iussu compositas Institutiones, quæ studiosis ad inuolutam, & valde perplexam iuris ciuilis scientiam expeditissimum aditum proculdubio præstent.* Et quòd suæ sententiæ illustrius testimonium dare potuit, quàm illis verbis, quæ tertio libro leguntur? *Id verò* (inquit) *non subticebo, quidquid isti garriant, censere meidque etiam ex vniuersa illa enucleati Iuris collectione ac compositione, quam Iustinianus nobis reliquit, nihil esse absolutius & ad comparandum in toto iure ciuili lumen quoddam conducibilius, quam illud Institutionum opus, quod illi ex iuuenum manibus excutiendum, & ab omnibus gymnasiis eliminandum quasi nullius prorsus vtilitatis tam stultè censent.* Et paulò post: *Maiores nostri Institutiones Iuris Ciuilis, quasi sine his vix quisquam aliquid in legitima prudentia proficere valeat, magno in honore semper habuerunt, & varia interpretatione, & Commentariis exornatas, & locupletatas ad nos transmiserunt.* Et paulò post: *Hic ego te ad Iustinianum reuoco, cui eximmensa illa silua iuris ciuilis, & infinita propè veterum, librorum mole suas Institutiones elicere felicissimè cessisse multorum seculorum testimonio comprobatur.* Et eodem libro, cùm verba Marci Tullii recensuisset, subdit. *Et hoc quidem quod iure ciuili tantoperè se desiderare, & expectare Crassus aiebat, & se facturum aliquando credebat, abundè suis Institutionibus Iustinianus videtur præstitisse.*

Lancellotide in institutionibus iuris Ciuilis iudicium ac testimonium

Denique vbi illarum meminit, non nisi magna cum commendatione, atque insigni aliqua præfatione meminit: ecqua ratione potuit secus facere, qui suas ad illarum imitationem effinxisse prædicet? At dixit, quædam esse in his obscura, perplexa, & quæ inuicem pugnare videantur. Quid tum demum? non id proprium dixit esse Institutionum vitium, nam idem dixit, & de sacris literis, & de omni scriptorum genere, idem & posse fieri de suis Institutionibus, nec propterea omnibus etiam propriis scriptis illum malè dixisse quisquam asserat. At nihil esse perplexum, nihil ambiguum nihil diminutum, nihil quod contrarium, aut simile videri possit, nullam esse geminam legem in toto iure ciuili Iustinianus ipse testatur. Certè, vt illa asseruerit, Veritas omninò reclamat. Mihi quidem, vt similia propemodum infinita præteream, multa passim occurrunt ambigua, perplexa, & quæ, nisi alicuius interpretationis ratione concilientur, ex diametro pugnantia videantur. Et quoniam pro summa inter nos necessitudine, ac studiorum communione, vel quæuis mihi tecum garrire posse videor, mitto ad te, qui ingentes pro eo pugnare consuesti, loca quædam, quæ ego in Institutionibus ipsis Iuris ciuilis obseruaui, & in vnum collegi, simul atque de obloquutoribus istis à te resciui, vt quando rursus in maledicos istos incidas, illorum obiecta possis quàm primum exemplis retundere: neque id facio, quin ea te, prius quàm me vidisse ac ponderasse non existimem, sed vt illa, quæ scholastica sunt, potius quàm à doctissimis viris admodum perpensa, ad manus habeas, nec propterea grauissimis negotiis tuis quidquam temporis subtrahere cogaris. Ac vt primum de his dicamus, quæ videntur in eodem *libro* contraria. In Procœmio §. 1. leguntur hæc verba: *Omnes vero populi legibus, tam à nobis promulgatis, quàm compositis reguntur.* At in §. 1. de iur. nat. gen. & ciu. *Omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur partim suo proprio partim communi omnium hominum iure vtuntur.* In §. fin. de libert. dicitur quod *omnes liberti consequuntur Ciuitatem Romanam, nullo nec ætatis manumissi, nec Domini manumissoris habito discrimine.* At in §. fin. quibus man. non lic. dicitur, quod *qui non compleuit 17. annum non potest manumittere testament.* In §. 1. de rer. diu. *littora maris* dicuntur *communia non publica.* In §. littorum. *littorum vsus* dicitur esse *publicus.* In §. fin. de vsu. dicitur, quòd *vsufructuarius cedendo vsumfructum alteri: quam Domino, nihil agit.* At in titul. sequ. in fin. principij dicitur indistinctè, quod *licet vsuarius non possit ius suum alteri cedere, vsufructuarius tamen potest.* In §. posthumus de leg. dicitur. *Potest autem alicuius hæres institui, & ante poterat, & nunc potest.* At in titulo de bonor. poss. in principio dicitur, quòd *posthumus alienus hæreditatem adire iure ciuili non poterat.* Hæc quidem, & alia his si-

Quæ videntur contraria in l. institut.

milia sunt in eodem institutionum libro. Si quis autem illa colligere velit, quæ aduersari videntur his, quæ Pandectarum libris, aut Imperatorum constitutionibus continetur, librum (puto) conscriberet Institutionibus grandiorem: quæ quidem non negauit ille, vel aliqua saltem ratione conciliari posse: sed ruditer ac prout iacent accepta stare minimè posse asserit. Leguntur præterea in eodem libro multa, quæ nimium generaliter enunciata videri possunt cuiusmodi est illud. *Cuius filiam vxorem ducere non licet neque eius neptem permittitur; filiam tamen aui, vel auiæ vxorem ducere non prohibeor*: vt omittamus interim, quod in coniunctis per adoptionem illa regula non obtinet locum. In §. fœminæ de adop. dicitur, quod *fœmina possunt adoptare in solatium liberorum amissorum*. At hoc ita demum verum esse aiunt, *si in acie fuerint amissi, non simpliciter*. In §. qui potestatem, de excusation. tut. dicitur, quod *qui potestatem aliquam habent se possunt excusare. At quibus inhæret dominica, vel patria potestas non propterea possunt se excusare*. In §. Res sacræ in fine dicitur, quod *locus, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio adhuc sacer manet*, At hoc non est verum, *vbi ædificium esset ab hostibus dirutum* l. cum loca. ff. de rel. & sumpt. fun. In §. item lapilli, dicitur, quid *lapilli, & gemmæ inuentæ in litore maris sunt inuentoris*, sed hoc ita demum est verum, *si etiam apprehendantur*. In §. fi. de codicil. dicitur, quod *codicilli nullam omnino solemnitatem requirunt*: & tamen requirunt quoque testes. In §. interdum in fin. de obl. quæ ex del. nascuntur, dicitur, quòd, *qui ad furtum faciendum consilium dedit, atque hortatus est furti non tenetur*, at non est hoc verum, cùm aliàs fur non erat furtum commissurus. Demum in tit. de pub. iud. dicitur, quòd *publica iudicia nihil omninò simile habent cum priuatis iudiciis*: & tamen multa habent similia, vt ibi notant interpretes. Atque hæc nimis videntur generalia, ita ex contrario quædam videntur diminuta: vt exempli gratiâ, definitio seruitutis, de qua in §. seruitutis, de iure pers. cum enim dicatur esse *constitutione iuris gentium seruitutem*, inductam iure ciuili non comprehendit, vt in §. fin. eod. tit. Item cum dicitur, quòd *vsusfructuarius non possidet* §. idem placet per quas per so. nobis acquir. de ciui. enim hoc possessione verificatur, non de naturali, l. naturaliter de acquir. poss. Quædam etiam videntur parum fœliciter expressa, non intelligo hic de vocibus, & de his, quæ Grammaticis non probantur puta de etymologia stipulationis, & similium, sed de his, quæ ad rem spectant, quale est illud in §. plebiscitum, de iur. naturali gentium, & ciuili. *Plebs enim non ita differt vt species à genere*, quod ait tex. sed velut pars a toto. Item cùm dicitur *natalibus non officere manumissionem* §. fin. de ing. Item cum dicitur *aliud pro alio petente posse in eodem iudicio corrigere errorem suum* si quis aliud de act. nec enim verè iudicium erit idem, vt ibi notatur. Item cum iusta & efficax appellatur actio: quæ tamen exceptione etiam doli elidi potest §. præterea 1. inst. de excep. Item dicitur, *necessarium esse detrahi Falcidiam*, §. quantitas, vers. necesse, de leg. Falc. cum tamen sit in hæredis potestate remittere. Quædam malè videntur inferri, vt est illud in §. ex contrario. quib. al. lic. vel non. *Ex contrario* (inquit) *omnes res pupillo, & pupillæ sine tutoris auctoritate rectè dari possunt* (tum pessimè videtur inferri,) *Ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris auctoritas: alioqui non liberatur*. Similis propemodum est illatio in §. fi. inst. de vulg. subst. Atque hæc quidem, & his similia non huiusmodi sunt, quæ aliqua saltem interpretatione saluari, & ad rectum sensum traduci non possint, licèt id interdum ægrè obtineatur. sed certè quæ scrupulosis hominibus quales hi sunt, qui auctori nostro negotium facere non desinunt patrum probari possint: at ille cùm se, & censores suos exactissimam adhibuisse diligentiam doceat, ne quid tale in suis Institutionibus deprehendatur, & alieno periculo cautior fuerit, ad extremum subdit: *Si quid his exciderit, quod perplexitatem præferat, vel ambiguitatem contineat non propterea orbem fractum labi, sed posse id beneficio interpretationis explicatus, & clarius reddi, & in libris Iuris Canonici, & ciuilis, atque adeo in Institutionibus ipsis Iustiniani, & in omni scriptorum genere multa esse huiusmodi contendit*. Hoc ipsum quam contineat detractionem, ego intelligere non possum: mihi quidem in eo, & accutissimè, & prudentissimè, disserere visus fuit. Nam (vt ipsemet initio sui Commentarij scripsit) nihil est in vllo genere rerum tam exactum, & pulchrum quo non pulchrius id sit, quod quis in eodem genere cogitatione tantùm ac mente complectitur. Itaque & Michaelis Angeli simulacris, & picturis, quibus nihil in illo genere perfectius hæc ætas vidit, cogitare tamen possumus pulchriora: sed perfectio (vt ille inquit) prima sequentem honestum est in secundis tertijsque consistere. Scio tamen istos, qui semel ei detrahere cœperunt, quietos nunquam, etiam si ille mera loquatur oracula: quippe qui inuidia, vel supercilio malint contemnere præclara, quam discere. Nam quale tandem & illud est, in quo ego sibi detrahi à quibusdam audiui. Is in eodem Commentario asserit, si Iustinianus Proœmio suarum Institutionum, adscripsisset, quòd non intendit in eo opere ius nouum condere, nisi dilucidè id ibi protestaretur, multa nobis hodie forè explicatiora, & expeditiora, quàm sint. At quantas ob id verbum ei tragœdias quidam excitare conantur? quantas turbas concinunt? quasi hoc dicto Imper. maledixerit, vel eius maiestatem læserit, & quod magis mirere, suscriptores habet, nimirum balbi balbos. At mihi hoc videtur excogitatum longè prudentissimè, quàm multis enim in locis hæsitamus, num Iustinianus antiqua iura corrigere voluerit, cùm ab illo promulgata, vel diuersa, vel contraria antiquis iuribus videantur? quàm sæpe circa id cæcutimus, & Andabatarum more interpretando ingredimur? Legitur sub titulo de re di-

Quæ videntur nimis generaliter enunciata.

Quæ videntur diminuta.

Quæ videntur parum feliciter expressa

Quæ male videntur inferio.

Nil tam pulchrũ quo non pulchrius id quod quis in eodem genere potest imaginari.

Loca quædam in quibus de correctione dubitatur.

uis. §. cum ex aliena, quòd *si quis ex alienis spicis frumentum fecerit, frumentum specificanti cedit*, contrarium prorsus legitur in l. adeo §. cum quis, ff. de acquir. rer. dom. scilicet, quòd *frumentum remanet eius, cuius & spicæ fuerunt*, Quidam, quòd responsum illud per Iustinianum corrigitur, alii aliter. In §. Thesauros, eiusdem tituli dicitur, quòd *thesaurus inuentus in loco sacro, vel religioso sit inuentoris*, in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisc. *dimidia* dicitur *esse fisci*, quidam putant Iustinianum corrigere veterum iura, vt alii aliter. Item §. si quis ancillas circa fin. aduersatur l. si cui, ff. de fund. instruct. quam quidam per Iustinianum putant corrigi, quidam aliter; Nec cuius loci sententia præualere debeat, satis adhuc est in comperto. Quid illa? *Legata nisi in testamento non valere* §. Præterea, de singul. reb. per fid. relict. nonne apertissimè ius Digestorum abrogare, & antiquum reuocare videntur? Domum reuocare passim occurrunt huiusmodi, quibus explicandis mirum in modum interpretes torquentur, & in quibus, si huiusmodi testationem Proœmio suarum Institutionum Iustinianus inseruisset, minimè laboraremus. Et profectò, qui hoc non agnoscit, in sole illum caligare dicere possis. Tanta tamen (vt ait Hieronymus) est vetustatis consuetudo, vt etiam confessa pleriſque vitia placeant, quod vel ex his intelligi potest, quæ ex scriptis Isidori pessimi, vt appellant latinitatis auctoris, licèt sanctissimi viri, in ius Canonicum irrepserunt; quorum quædam vix in puero hodie ferenda, diù visa sunt, & plerisque videntur adhuc huiusmodi, quæ pro legibus seruari debeant; & adhuc in hisce nostris Iuris Canonici Institutionibus, vel ex vnius syllabæ adiectione isti solius vetustatis amatores egregii, & pro communi vtilitate vehementer anxii ingentia sibi fingunt pericula; in quibus tamen etiam si quædam scribantur rudiùs, nihil id ab operis ipsius natura abhorreat; quippe quod Tyronibus tantum instituendis scriptum sit; & illa ipsa, quæ ibi generalius fortè traduntur, & strictiùs, suo tempore alibi fusiùs, & subtiliùs tractata ab eisdem accipienda sint, & exactiùs cognoscenda. Sed Cancros prius rectè ingredi doceas, quàm his, qui non tam iudicio, quàm proposito, & voluntate aberrant, quibus vis rationibus satisfacere possis: quibus, ne si persuadeas, quidem vnquam persuaseris quod quidem vel ex eo satis dilucidè apparet, quod nonnulli pessimè ab eo factum prædicent, quòd titulos quosdam in suis Institutionibus diuersis verbis inscripserit ab his, quæ in Decretalium libris comperiuntur: quod & factum est rarò, & non nisi ex causa valde probabili, & à censoribus suis approbata, nec sine exemplo. Multæ siquidem & in Institutionibus Iuris Ciuilibus rubricæ comperiuntur aliis verbis conceptæ, quam in libris Digestorum sint, aut in libro Codicis. Quales illæ, De fiduciaria tutela, De literarum obligatione. Quibus modis re contrahitur obligatio, & aliæ plures. Sed hæc omnia Lancelotto nostro propterea ferenda sunt leuius, quod idem insignibus etiam scriptoribus semper contigisse legimus. Venit nuper in manus meas liber quidam epistolarum familiarum Francisci Petrarchæ quem antea ne extare quidem audieram, illum, cùm auctoris captus nomine auidè in manus legendum sumpsissem, statim in ipso fermè operis limine, dum mecum Vitiligatores istos tacitè stomacharer, & has ad te dare in animo haberem, incidi in epistolam meo quidem iudicio prudentissimè scriptam, quia scriptorem amicum suum consolatur, quærentem scilicet, scripta sua à liuidis carpi, eam primum percurro, inde lego accuratius. quid quæris? visa mihi est omnem prope stomachum, & amarulentiam, quàm ex detractoribus Lancelotti contraxeram abstergere, ideoque duo statim exempla ex scribenda curaui, atque è vestigio alterum Lancelotto ipsi misi, ad te cum his mitto alterum: vt intelligamus nihil, vt Tullius ait, esse nobis præcipuè dolendum in eo, quod vniuersis accidit. Sum ego illi conatus suadere, vt Romam iterum concedat. Nam cùm Summus Pontifex renunciatus is sit, qui cum bonarum omnium artium est amator mirificus, tum in vtroque iure valde (vt audio) excellit, facilè fieri poterit, vt quod negotio deest, compleat, remque omnem ex sententia conficiat: is omninò negat se facturum, improbe dicens. Neptunum accusari ab eo, qui iterum naufragium faciat, Deosque cùm tempus aduenerit, rem dormienti confecturos, tu, cuius maxima est apud illum auctoritas, si id è re subesse censeas, vrge quæso hominem, ne pulcherrimos conatus intermori sinamus. Vale. Perusiæ Idib. Feb. M. D. LX.

Vetustatis vis.

Isidorus

Rubricarum innouatio.

FRANCISCVS PETRARCHA THOMÆ MESSARIENSI. S. P D.

Laudes hominũ mors inchoat.

Vitæ finis principium gloriæ.

QVærelam publicam nemo sapiens suam facit. Satis quisque priuatarum quærelarum domi habet. Satis dixi, nimis dicere debuetam. Nulline hoc vnquam accidisse reris? falleris. Nulli vero contrarium accidit. Vix superstite quifecerat, cuiusquam scripta, vel gesta placuerunt, laudes hominum mors inchoat. Scis quare? quia cum corpore moritur inuidia, Multorum (inquis) scripta laudantur, quæ si gloriari licet, non pergis vlterius, sed (qui indignantibus mors est) suspensum linquens auditoris animum sermone præteruolas in expleto. Verùm enim verò fugientem consequor mentis augurio; scio quid velis Multorum scripta laudantur, quæ tuis admota carere non tantùm laudatore, sed etiam lectore debuissent; cùm tua interim nullus attingat. Recognoscere in verbis meis indignationem tuam, quæ iusta esset, nisi illam de communi omnium aceruo in vsus proprios traduxisses, omnium, inquam, quos hic scribendi, seu amor, seu moribus tenuit, omniumve quos tenebis. Respice enim in primis

quorum sunt illa, quæ laudantur, quære auctores certè pridem in cinerem versi sunt. Vis & tua laudari? morere, A morte hominis viuere incipit humanus fauor, & vitæ finis principium est gloriæ, quæ si ante cœperit, singularis quædam, & intempestiua res est. Plus dicam, dum eorum, qui tecum vixerunt, quisquam superfuerit, cumulatè quidem quod appetis non habebis, cùm omnes pariter viua concluserit, venient, qui sine odio, & sine inuidia iudicent. Ferat itaque de nobis quamlibet sententiam præsens ætas, si æquam, feramus æquo animo; si iniquam ad æquiores iudices, hoc est ad posteros prouocemus, quando ad alios non licet. Delicatissima res est iugis conuersatio, minimis offenditur, & famæ semper inimica præsentia est, multaque admirationi hominum familiaris detrahit, frequensque conuictus. Videsne tu hos scholasticos? genus hominum vigiliis ac ieiunio squalidum? Crede mihi. Nihil adlucubrandum durius; nihil mollius ad iudicandum, cùm multa laborioſissimè legerint, nihil examinant; & quid in re sit dedignantur inquirere, cùm hominem ipsum nosse videantur, itaque omnium vna lex est. Cuncta enim ex æquo quorum auctores, vel semel aspexerint, scripta fastidiunt. Hoc, inquies, paruis accidit ingeniis; magna enim & valida per obstantia quælibet erumpunt. Redde mihi Pythagoram, reddam tibi illius ingenij contemptores. Redeat in Græciam Plato. Renascatur Homerus, Reuiuiscat Aristoteles. Reuertatur in Italiam Varro, Resurgat Liuius. Reflorescat Cicero; non modo segnes laudatores inuenient, sed mordaces etiam & liuidos detractores, quod quisque suis temporibus expertus est. Quid Virgilio maius habuit lingua Latina? Reperit tamen ille, qui non Poëtam, sed raptorem alienarum inuentionum, & translatorem dicerent. Ipse autem, & ingenij fiducia, & iudice fœtus Augusto, alto animo inuidorum verba despexit. Tibi quidem magnam ingenii conscientiam esse scio; sed vbi Augustum iudicem inuenies? quem enixè admodum, atque omnibus modis ingenijs sui temporis fauisse compertum est. Nostri reges de saporibus epularum, & de volatu auium iudicare possunt; de ingeniis hominum non possunt, quòd si fortè præsumpserint, superbiæ tumor aperire oculos, aut flectere, & in verum figere non sinit. Itaque ne quid suæ ætatis suspicere videantur, mirantur Veteres, quos nouere contemnunt, vt defunctorum laus, viuentium contumelia non vacet. Inter hos iudices viuendum, moriendumque nobis est, & (quod est durius) tacendum. Vbi enim, vt dixi Augustum iudicem quæremus? Vnum habet Italia immo verò terrarum orbis vnum habet Robertum, Siculum regem: fortunata Neapolis, quæ vnicum sæculi nostri decus incomparabili felicitate sortita es. Fortunata (inquam) & inuidiosa Neapolis literarum domus angustissima, quæ si Maroni quondam dulci visa es, quanto nunc dulcior videris, vbi ingeniorum, ac studiorum æquissimus æstimator habitat? Ad te confugiat quisquis ingenio fidit. Neque verò differendum putet, suspecta mora est: deuexa n. est ætas & mundus iampridem eo carere, & ipse ad meliora regna transire meritus. Vereorque, ne multa ipse mihi seræ pœnitentiæ materiam prolatando quæsierim, omnis quidem inhonesta est, rapienda est occasio confestimque faciendum quod ante tempus fieri non potest quo ad me attinet currere & properare propositum est (vt quod de Iulio Cæsare in epistola quadam ait Cicero) omnia mea studia in istum conferam. Ego verò ardenti quidem studio, ac fortasse efficiam, quod sæpe viatoribus, cùm properant euenit, vt si sæpius, quàm voluerint fortè surrexerint, properando etiam citius, quàm si de nocte vigilassent perueniant, quò velint. Sic ego quoniam in isto homine colendo, tam indormiui diu, cursu corrigam tarditatem. Tibi autem tuo foro vti necesse est, quando ad eum regem aspirare non tam freti, quam belli obice prohiberis. Patria enim tua, cuius nemo amantior ciuis est, inimici regis imperio subiacet. Dicerem Tyranni, nisi quia timeo aures offendere. Ad hæc & magna res est, neque nostris calamis discernenda: sed illorum gladiis. Igitur ad inceptum redeo. Si hæc tibi exempla de illustrissimis electa non sufficiunt, alia ex alio grege hominum adiiciam, & ætate recentiora, & sanctitate Clarissima. Quantos olim æmulos Augustinus noster, quantos Hieronymus, quantos habuit Gregorius, donec spectata virtus, & literarum diuina, & admirabilis vbertas inuidiam vinceret: Vix horum quisquam integrum famæ præconium, nisi ab ipso die mortis accepit. Vnum æmulo ac reprehensore carentem: vnum plena & indecerpta laude decoratum Ambrosium, cuius ne inuentis quidem famam mordax liuor attigerit, apud quosdam inuenio, quod fortè ad puram eius, ac simplicem doctrinam omnis ambigui expertem referendum est. Nam apud Paulinum, qui Ambrosii vitam scripsit, & obtrectatorum eius nomina legimus, & vindictam diuino iudicio irrogatam. Perfer igitur tam sine lamentis, quod summis ingeniis contigisse vides. Videris autem quadam in parte tuarum literarum hoc ipsum conqueri, quòd multos noueris, magnum in vita nomen assequutos, & hoc quoque si me audire volueris, magnificè contemnes. Scis enim quibus hoc euenit? his equidem solis, qui famam suam, quoniam calamo nequeunt, clamore defendunt. Aspice istos purpuratos, qui ingenti strepitu: populorum in se ora conuertunt, qui se sapientes dici volunt, quos sapientes vulgus appellat, singulis ciuitatibus ascribens sapientium greges: cùm tamen illa florens olim studiorum mater Græcia non amplius, quàm septem sapientum nominibus glorietur, quod ipsum posteris importunè nomen arrogantiæ visum est. Sed qui eos excusant aiunt non id eis cognomen proprio iudicio: sed populorum suffragiis obtigisse. Vnus ex omnibus sæculis Epicurus, sapientem se profiteri ausus, intoleranda superbia, seu potius ridiculosa dementia cuius secundo de finibus bonorum, & malorum meminit Cicero, hodiè in nostro-

Præsentia inimica fama.

Pitagoras. Plato. Homerus Aristoteles. Liuius. Cicero. Virgilius. Reges de quibus iudicat.

rum causidicorum grege furor ille vulgaris est. Respice & hos, qui in altercationibus Dialecticis totum vitæ tempus expendunt, seq; inanibus semper quæstiunculis exagitant, & præsagium meum de omnibus habeto. Omnium nempe cum ipsis fama corruet, vnumque sepulchrum nomini ossibusque sufficiet: cùm enim mors frigidam linguam stare coegerit, non modò vt sileant necesse est, sed vt de his etiam sileatur. Possem exemplis affluere, teq; ipsum in multis testem facere, quot loquacissimas picas agnouimus, in oculis insanæ multitudinis perstrepentes, quorum repente vox cecidit? nisi longa, & apud quosdam superstitum odiosa fortè narratio esset. Sed de his & sæpe alias: & nunc quod res ipsa poscebat, diximus. Neque enim, vt eos memorem, sermo mihi institutus, sed vt tibi satisfacerem, cuius omninò diuersa conditio est, tunc enim maximè resonabis, cùm iam loqui amplius nequiueris. Cæterùm valde impatientis animi est breuissima expectatione torqueri. Expecta paululum, eris voti compos: cum obstare tibi ipse desieris: id ex parte longęua forsan absentia, ad plenum mors sola præstabit. Reduc ad memoriam ex omnibus sęculi illustres viros, Romanos; Græcos, Barbaros, cuius non præsentia famæ nocuerit: tibi (si recentiore memoria es) plures fortè ex historiis occurrent. Ego id vni omnium Africano tributum memini, vt scilicet & fama mirabilis & præsentia mirabilior haberetur. Idem sacris in literis tribuitur Salomoni, quare alium fortè non inuenies, & si Vergilius immodico studio Æneam suum exornandi hoc ad eum gloriæ genus transferre contendat, sed immobile, verum est, excusat tamen quasi non Æneam, sed sub Æneæ nomine virum fortem, perfectumque describat. Dedit idem oratorum vni duntaxat is, qui hoc sicut verius vsurpasset, per illustris scilicet oratorum princeps Marcus Tullius vni quoque Poetarum idem tribuit Aulo Licinio Archiæ: sed vereor ne id amor iudicium obligante perceptori suo mediocris ingenij viro tribuat, quod nec Homero tribuit, nec Virgilio tribuisset. Cæterum, vt ad te reuertar, nihil ex omnibus quæ dixi, quod ibi iustam indignandi materiam præstare possit inuenies. Nemo enim se anteiri ab vno, vel à paucis ægrè fert, nisi qui glorię principatum pertinaci sibi mente constituit. Patere (vt cęterarum rerum) sic ingenii tui sortem, nominisque fortunam. Putabas eam in solis diuitiis ius habere? humanarum rerum omnium excepta virtute domina est, illam quoque sæpè oppugnate, sed numquam expugnare permittitur. Famam certè, quia nihil est leuius facile rotat ventosis suffragiis circumuoluit, à dignis eam tranferens ad indignos, nihil quidem mobilius, nihil iniquius vulgari iudicio, super quo fama fundata est. Itaque mirum non est si assiduè quatitur, quæ tam tremulis innititur fundamentis. Hæc sanè non nisi in viuos regnum habet, mors hominem eximit ab Imperio fortunæ. Cessant exinde ludibria, hæc velit ipsa, velnolit; virtutem fama, ceu solidum corpus vmbra consequitur. Habes ergo (ni fallor) gloriandi potius causam, quam indignandi, si cum omnibus ferè præstantibus, atque clarissimis communis tibi tua sors est. Quoque etiam nunc æquiore animo sis Africanum ipsum, quem ex hac acie segregare visus eram, in commune restituam, cui quamuis, quod ratissimum est (vt dixi) præsentia non noceret; nocuit tamen (vt cæteris) hominum inuidia, quam tantis virtutibus non potuit extinguere, incenditq; potius, & inflammauit. Nocuit (quod sine indignatione non possum meminisse) conuersatio longior, & nascens ex familiaritate contemptus. Vnde autem hæc eliciam percontabere. Nolo me aliquid immutasse suspiceris, ipsa Titi Liuij, clarissimi scriptoris verba ponam, qui orta contentione dignitatis, honorumque inter Scipionem Africanum. Titumque Flaminium, in qua succubuisse Scipionem refert. Maior, inquit, gloria Scipionis, & quo maior eo propior inuidiæ, & statim postea: Accedebat, inquit, aliud, Scipio Africanus iam prope annum decimum assiduus in oculis hominum fuerat, quæ res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit. Et hæc quidem ille. Tu verò (vt iam finem faciam) fortunam tuam tanto comite solabere, expectabisque tranquillius, memor vetus apud Flaccum verbum esse, quod vt vina, sic poemata meliora dies reddit, apud Plautum aliquanto vetustius. Ille enim ait; qui vtuntur vino vetere sapientes puto; & qui libenter veteres inspectant fabulas, quod non minus ipsi Flacco bilem commouisse suspicior, quàm tibi, tantam esse vetustatis reuerentiam, vt crimen longo sermone purgandum sibi fuerit Lucilium reprehendisse. Postremò tecum cogita, quid est hoc, pro quo tam solicitè torquemur. Ventus est fama, quam sequimur, fumus est, vmbra est, nihil est. Itaque facillimè recto atque acri iudicio contemni potest, quod si fortè (quoniam generosos animos familiarius hæc pestis insequi solet) appetitum hunc extirpare radicitus non potes, excrescentem, rationis saltem falcè compesce, parendum tempori, parendum rebus est. Denique (vt sententiæ meæ summam breuibus expediam) virtutem cole, dum viuis, famam inuenies in sepulchro. Vale.

Clamosorum ossa & nomen eodem se pulchro condunctur, Pitæ

Africanus. Salomõ Æneas

Aulus Licinius Fortunæ vis in fama

Vulgi iudicium.

Poemata sicut vina,

Fama

FERDINANDO FARNESIO, ET FABIO PENNÆ ADOLESCENTIBVS nobilissimis ac studiosissimis Ioan. Paulus Lancelottus. S.

Notandum ante hanc scriptam epistolã institutiones expectatus

IPsi vos scitis (ornatissimi adolescentes) quam frequentibus post nostrum ab vrbe reditum communium Commilitionum flagitationibus interpellatus fuerim, vt eis post diuturnam moram atque expectationem Institutionum Iuris Canonici copiam tandem facerem, cùm sæpe vos duces illis ipsis præbueritis, atque adeo strenuos, & fortes, vt nisi vrgentissimis, nec vobis incognitis causis, quæ nos

hoc facere hactenus impediuerunt, quasi validissimo propugnaculo munitus fuissem, expugnatum iri me nihil dubitem. Quomodo enim tam multus, mei tam amantibus, tam sæpe, tam instanter proprio quasi iure petentibus obsistere potuissem? Cùm præsertim in hoc certamine, maiorem, si non laudis, at certè beneuolentiæ fructum victus, quàm victor relaturus fuerim. Sed quando nunc me, quamquam vehementer obsessum, sine nota vobis dedere non possum, & vobiscum optima, atque vtriusque valde commoda ratione transigam. Ea autem est huiusmodi, vt (nisi nouum accedat impedimentum) intra paucos menses operis me vobis facturum potestatem Romana fide recipiam; huius autem nostræ pollicitationis quasi obses apud vos erit hic Commilitonibus meis, & vobis illorum quasi antesignanis nuncupatus Libellus. Qui quidem Institutionum ipsarum quasi filius parentis effigiem refert; eo enim & operis totius breue compendium concluſimus, & apud cunctos nostri huius negotii Commentarium quoddam esse volumus. At ridetis? & quod nouo, atque inusitato more prius Commentaria, quam contextum ipsum editioni parauerim, cauillamini? Sed statui ita omninò appellare, continet enim rei totius crassiore quadam Minerua scriptam historiam; quam ea propter sum fusius prosequutus, tum ne mustis, qui sæpe à me de re tota edoceri flagitant, eandem semper canere Cantilenam cogar, tum etiam vt obiter respondeam, & his, qui morum Curiæ, ac Principum imperiti me non inuito factum esse prædicant, vt ita diu hæc editio protractu fuerit, & in illis multo magis, qui libri nostri non differri editionem, sed quasi parum in Vrbe probatus sit, penitus mihi interdictam garrire non dubitauerint, quorum rumoribus nulla expeditiore via, occurri posse censui, quàm si huiusmodi liuidorum latratibus splendissima summorum virorum testimonia opponerem, & rei gestæ seriem adamussim recenserem, in quo nihil est, quod vllum orationis florem, aut Latinæ linguæ candorem quisquam à nobis expectare debeat, neque enim hoc requiri oportet ab homine iurisconsulto, qui solos pene Bartolos, ac Balbos, ne dicam Balbos, in deliciis habeat. Sed satis superque sit, si, quod narrare intendimus, vel quibuslibet verbis ita exprimamus, vt qui lecturi sunt, quoque saltem modo id assequi valeant. Visum autem mihi fuit ornatissimum nomen vestrum libello huic nostro præfigi oportere, non quòd quasi iniustæ causæ desperatione præsidio potentiorum titulos affigendos, aut vela Regia suspendenda ducam: sed vt huius initæ inter nos transactionis veluti documentum aliquod extet, quod non modò conuentionis formam, sed etiam transigentium ipsorum nomina solemni more complectatur, Valete, Perusiæ, Non. Mart. M. D. LX.

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI INCIPIT.

LIBER PRIMVS.

Ioannes Paulus Lancelottus Perusinus Vtriusque Iuris Candidatis Academiæ Perusinæ. S. D.

Auctor sæpe de edendis Institutionibus requisitus.

ASSIDVIS vestris, tum absens literis, tum præsens interpellationibus pulsatus facilè intellexi (Iuris studiosi) quanto Institutionum Iuris Canonici desiderio teneamini, quarum copiam, cùm vobis facere honestissimis rationibus hoc tempore impediar, agam vobiscum vti aliquando eos solere animaduerti, qui longo terrarum interuallo disiuncti, neque sibi de facie inuicem cogniti per literas sponsalia, vel per procuratorem contrahunt. Nam si citò congredi impediantur, & congressus moram interim non nisi ægrè pati possit, proprij oris ex viuo ductam effigiem, & omnes corporis partes egregiè exprimentem vicissim sibi

Mos coniugum absentium sibi ibidem incognitorum.

mittere consueuerunt, tum ad leniendum desiderium, quo alterius conspiciendi tenetur, tum verò etiam, vt ex ipsa oris effigie, & totius corporis lineamentis coniugis mores, & ingenium, vel quoquo modo saltem conjiciant: sic vos quousque opus ipsum in publicum dare prohibemur, detinebit exiguus iste libellus, quo ea quæ in quatuor Institutionum ipsarum libros à nobis congesta sunt, non aliter complexi sumus, ac facere soleant Cosmographi, cùm latè parentes prouincias, atque adeò Orbem ipsum

Cosmigraphi.

angustis chartularum spatiis concludere nituntur, veluti enim ijs multi prætereundi sunt terrarum, ac marium tractus, & insignes sæpè ciuitates occultandæ, satisque habent, si clymata ipsa, & principales mundi partes, ac Metropoles vrbes, vel exiguis picturis indicent, inspectorum, coniecturæ relinquunt ita mihi plurima in hoc opusculo præterire necesse fuit, quæ tam angusto spatio concludi, vel commodè repræsentari non potuerunt. Erit igitur vestri iudicij ex hoc libello iustum, atque integrum ipsum opus quasi ex vnguibus, non dicam leonem: sed prout statueritis existimare, mihi quidem satis id fuerit, si, vt commune studiosorum vtilitatem aliquid pro exiguitate ingenij conferrem, me nullam intermisisse diligentiam, nullis perterritum fuisse laboribus, vel incommodis nullius denique pepercisse sumptibus docuero, si proposito, atque ceptis exitus minus responderit, in nobis culpam omninò nullum residere, atque vt breue hoc totius operis compendium labenti animo conscriberem, non solùm vestra causa adductus sum, vt vos scilicet mei amantissimos aliquo demererer officio, verùm etiam mea. Nam cùm in Vrbe plura mihi necesse fuerit libri illius nostri exempla ex scribenda curare, atque

Exẽpla quædam operis auctori subtracta.

sæpè per longa temporis spacia non solùm apud Censores operis, verum, etiam apud alios plures fuerint, & in diuersorum manus deuenerint, illorum vnum mihi à grauissimo viro subtractum fuit, & alia quoque ex aliis exempla clàm me à curiosis quibusdam sumpta fuisse compertum habeo. Studiosi enim omnes mira quorumcunque nouorum operum cupiditate incendi solent, præsertim nondum in lucem editorum, quod solos se, vel cum pancis ea tenere pulchrum, ac præclarum existiment. Vnde adeo interdum auidè vndique conquirunt, vt neque è furto ipso temperent. & inscio sæpè auctores, dum lucello inhiant, & alienam messem metere cupiunt nonnumquam etiam suppressio, vel mentio scriptoris nomine formis excudere, ac peruulgare non verentur, atque ita sæpè, dum proprium commodum, vel gloriam aucupantur, alienam famam, & existimationem deturpant, ac planè perdunt. Plerumque enim opera ipsa adeo mutilenta, ac deprauata in lucem prodeunt, vt consultius auctori futurum fuerit,

Non se-

si aliquando ea concremauissent. Quod quidem de nostro libro fieri posse minimè suspicarer, nisi quoti-

quotidianis propè exemplis ita accidere admoneremur. Quòd si princeps Poetarum, qui tam felici, ac diuite vena eam multa diuinitus scripsit, non modò ita exorsus est, & his carminibus propria clausit poemata, vt à quo conscripta essent, numquam in dubium reuocari posset, verum etiam de duobus versiculis, quos in gratiam Augusti pepigissent, ita fuit solicitus, vt numquam conquieuerit, donec magno astu eum detegeret, qui carminum sese auctorem mentitus alienam sibi gloriam vendicare conabatur, quando tandem æquius est mihi ignosci de iusto opere laboranti, qui nec aliud ingenij (quantulumque illud est) specimen dederim, & qui in huiusmodi opere absoluendo multos annos posuerim, ac multos etiam sumptus fecerim? Postquam igitur vel teste Platone, quæ scribuntur continere non possunt, efficaciam saltem huius libelli editione, quod boni patres familias solent, qui quidem ne quid pereat armenti, vel domesticæ supellectilis, pecoribus certam cauterio notam munere, vel familiare quoddam reb. signum apponere, atque affigere solent, vt quocumque locorum ea vagari, vel reperiri contigerit, cuius in dominio sint, ex nota ipsa, & signo facilè, vel non quærentibus, apparere valeat. Sic nos libello hoc edito, quo totius operis, quasi quandam imaginem complexi sumus, facilè hoc consecuturos speramus, vt nemo scilicet labores, ac vigiliolas nostras sibi temerè arrogare possit. De quo si fortè magis solliciti quibusdam videbimur, quam libri ipsius mediocritas exposcere videatur, detur venia imbecillitati hominum, qui propria præsertim quæ magno labore, atque impendio sibi compararunt, persæpe plus æquo æstimare consueuerunt. Aliud quoque huc accedat, quod cum non pauci sint, quorum minimè contemnendum est iudicium, quibus institutum hoc nostrum non perinde probetur, fieri fortè poterit, si ad horum deueniat manus noster hic libellus, quo rationes omnes huius à nobis susceptæ prouinciæ prosequimur, nec putetur indignus, quem semel saltem percurrant, vt eorum aliquem, quasi causa plenius cognita, ad sententiam nostram adiungamus. Quod ego mihi polliceri, aut sperare non auderem, nisi eius rei periculum aliquando fecissem. Et quoniam de negotij serie vniuersa cognoscere non ingratum vobis esse intelligo, non ab re futurum puto, si à primis initiis, etiam si pleraque ex his vobis nota sint, rem repetam, & quasi ab ouo exordiar. Ea autem omnia ita partiemur, vt primo quidem rei gestæ seriem ac historiam quandam contexamus. Deinde Institutiones ipsas in Epitome contractas quasi per transennam ostendamus. Demum ea, quæ nobis aliquando obiecta fuerunt confutare, ac refellere conemur.

Cum igitur anno à Virgineo partu sesqui millesimo quinquagesimo quinto post Marcellum II. in sui Pontificatus limine nobis interceptum habitis de more comitijs. 10. Petrus Caraffa. Ro. Pontifex renuntiatus esset, ego, qui has in ius Canonicum Institutiones multo antea meditatus fueram, cùm Pontificem mihi videret nactus generosæ cuiusdam naturæ, ac quem præclara inuenta minimè aspernaturum confiderem, illum mihi compellandum esse statui. Itaque cum haud multò post initum Pontificatum, facta loquendi copia qui cuias essem breuiter ei exposuissem, illud etiam adieci, videri mihi, nullam esse propè bonarum artium, in qua non ab aliquo eius disciplinæ studioso, ac Doctore conscriptus extaret liber, quo prima artis initia, ac rudimenta continerentur, & qui ad cætera magis arduaquasi gradum faceret: atque vt alia præterirem, quæ pro magna sua in omni facultate doctrina longè illi melius, quàm mihi cognita essent, esse apud Iurisconsultos Iustiniani Imperatoris iussu compositas Institutiones, quæ studiosis ad inuolutam, ac valdè perplexam Iuris ciuilis scientiam expeditissimum aditum proculdubio præstent, tum me sæpissimè admiratum nemini aliqñ venisse in mentem, vt similem librum in Iure Pontificio conscriberet, quod, si, tunc esset, diligenter inspectaretur, ædificio, materia potius, quam aliqua eleganti forma conspicuo, foribus ipsis atque aditu carenti comparari posset. Me iampridem animo versare, vt adhibita quanto maiore possem diligenti, & industria ad imitationem earum, quæ in Iure ciuili extarent, Iuris Canonici Institutiones conscriberem: quod ipsum, cùm omne Ius Canonicum auctoritati, ac potestati Romani Pontificis innitatur, sub eiusdem etiam Pontificis persona absoluendum videri: vnde nihil mihi faciendum Romano Pontifice inscio, atque inconsulto: proinde minime grauaretur, mihi planum facere, num tantam prouinciam quasi eo auctore aggredi, an verò potius à cœptis desistere deberem, neque si non probaret, me bonas horas malè collocare pateretur. Tum ille manibus me complexus, ac quasi cœlum intuens, Ago tibi (inquit) Domine gratias quod temporibus quoque nostris præclara dare ingenia non desinis, est enim hoc Neapolitanis vsitatissimum, vt de re vel tenuissima magnificentissimè loquantur. Inde ad me conuersus vehementer hortatur, vt nouum hoc iam pulchrum, ac necessarium (vt ipse asserebat) inuentum literis mandem, curaturum se, vt neque ego frustra in ea re tempus triuisse videri possem, atque insuper daturum operam, vt si quid mihi fortè non vndique expolitum excideret, à magnis viris perpoliretur. Multa præterea disertissimè suo more, & copiosissimè disseruit de antiquorum & recentiorum ingeniis, in quo mihi, vt cætera præteream illud pulcherrimè dixisse visus fuit, ac prudentissime, Nostrorum, scilicet, hominum laborem veterum reprehensionem existimari non oportere: tantumque abesse, vt veram eam esse sententiam arbitraretur, quam vulgo solerent passim vsurpare. Nihil, scilicet, dici, quod dictum non fuerit prius, vt ipse contra semper statuisset, multo plura ea esse, quæ pulchrè inueniri, & conscribi possunt, his ipsis, quæ à veteribus feliciter inuenta, & literis eleganter mandata fuis-

fallere te oracula Lancellotte Viterl. facium.

Nota auctorē multos annos posuisse in componēdis Canonicis institutionibus ante hunc libellum editum.

Mos patrum famill.

Hoc tamen non obstante libello inuentus est qui sibi arrogabit existimantibus propria prætiosiora quā sint tanta interdum venia.

Operis partitio

Nota quod multo ante annū 1555. Auctor fuerat meditatus has institutiones

Sermo habitus ab Auctore cū Pōtifice Iuris canonici ædificiū aditu carens, Pontificis responsio: Imo nimis frustra si pontif. liberalitatem spectet. Pōtificis

Pontificis de intētione sententia.

sent. Hæc cum Pontifex dixisset, atque vt prouinciam hanc nauiter susciperem, ac pro viribus absoluerem, mandasset, currentemque præmiorum pollicitatione sollicitasset, discessi paratissimo scilicet ad scribendum animo. Non defuerunt tamen grauissimi, ac doctissimi viri, qui cum me de huiusmodi opere conscribendo cogitare audissent, rem dicerent futuram laboriosissimam, ac difficillimam, & quam feliciter posse cadere pene diffiderent. Ego verò, cum multa facta mihi proponerem, quæ antequam fierent, numquam confici potuisse credebantur, quid alii opinarentur, non vsque adeo curandum statui, vt illorum opinio me ab instituto meo, ac somnia depelleret. Romano præsertim Pontifice non tam subscribente, quem vehementer vrgente. Cum scirem vel ab ipsis Mundi initijs nihil vmquam in vllo genere rerum tam exactum, & pulchrum prodijsse, quo non pulchrius id fit, quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complecti potest, vnde & Phidiæ simulacris, & Apellis picturis, quibus nihil in illo genere perfectius antiquorum ætas vidit, cogitare tamen possumus pulchriora. Putaui igitur non omninò illud spernendum fore, quod hac in re non modò mediocris vnius, sed etiam plurium præcellentium virorum studium vehemens; atque enixa diligentia præstare potuisset, quamquam id ei, quod summi homines mente comprehendissent, minimè responderet. Nec enim nisi prudenter admodum ille.

Multa præter spem feliciter cõfecta.

Nemo vnquã assecutis quantũ potest mens hominis cõcipere.

Vbi plura nitent in carmine, non ego paucis. Offendar maculis.

In rebus arduis conatus gloriosus.

Quod si adhuc fieret, vt ipsius rei euentus melius eos, quam nos sensisse doceret, conatum tamen ipsum fore gloriosum mihi persuaseram. Recepi itaque me in patriam, vt ibi altiore otio perfrui liceret, temq; aggressus sum maiore forsan animo, atque ausu quem ingenio, & virib. atq; per totum triennium ita operi inchoato absoluendo incubui, vt nulli negotio vmquam in omni vita vehementius Percrebuerat interea in Perusina vestra Academia rumor non obscurus, mandasse Summum Pontificem, vt Iuris Canonici Institutiones per nos componerentur, incenditque eas res mirum in modum iuuenum animos, quorum cum plures domum nostram ventitarent, meq; sæpe deducerent, ac reducerent, de hoc sæpius percunctari non modò vt ipsis ingenuè rem confiterer, verum eñt vt noui operis inspiciendi potestatem facerem, extorserunt. Quomodò n. nobilissimis iuuenib. meiq; amantissimis, ac studiosissimis obnixè id flagitantibus negare? Itaq; maiore tum incensi desiderio, alii exemplum magnis precib. poscere, alii legendi tantum copiam facerem præcari, omnes, vt opus cito ederem, cupere, ac rogare. Cumque respondissem, neque exemplum me tradere, neque de edendo libro inconsulto Pontifice cogitare posse, accidit ipsis, quod fermè omnibus solet, vt vetitæ rei desiderio magis, quam antea accenderentur. Igitur post aliquos inter se habitos sermones, eos apud quos totius vniuersitatis vestræ ius, & auctoritatis residet (consiliarios appellant) in publicas scholas cõuocant, ac Fulvio Ptolomeo nobili Senensi (is est, quem nunc magna cum laude Perusiæ iuri dicendo præesse conspicis) rei exponendæ dant negotium. Qui cũm eleganter, & copiosè explicasset, quod mihi iampridem Pontifex mandasset, subiecit multum ipsorum omnium interesse, si liber ita maturè ederetur, vt ipsis quoq; quam adhuc sub preceptoribus vtriusque Iuris studia vrgerent, vsui esse posset. Vnde putare se cum alijs pluribus è re ipsorum fore, si de numero ipsorum vnus, aut alter deligeretur, qui Romam concederet, vt illorum nomine cum Pontifice de opere ipso maturè edendo ageret. Ptolomeum exceperunt omnes, & mora non iecta eligunt Petrum Glussianum Mediolanensem lectissimis, tum moribus, tum literis ornatum iuuenem, mandantq; vt cum Pontifice de opere quamprimum castigando, & edendo illorum nomine agat, simulque literas ab illis ad Pontificem ac curatissimè perscriptas reddat, erant aũt literæ in hanc fermè somniam conceptæ. Non esse illis nouum, sed vsitatum iam, ac prope quotidianum aliquid audire, quod ipse Pontifex pro Christiana Rep. sapientissimè cogitare, atque exequi soleret: eius generis inter cætera multa, eñt illud esse quam intellexissent illum Io. Paulo Lancelotto Iurisc. mandasse, vt absolueret, quas Iustinianum æmulatus Pontificio nomine Iuris Canonici Institutiones iam inchoasset, quo nullum illis in vita gratius nuntium, & optatius contingere potuisse. Quippè qui satis liquidò perspicerent quem vberem, inde fructum essent aliqñ percepturi. Cumque plenè absolutum opus cognouissent, obnixè orare, atque obsecrare, vt per sua in omnes, atque adeo in studiosos charitate propensa, & semper voluntate, quam primum opus ipsum castigandum, & edendum curare vellet, vt ipsi quoque qui adhuc in cursu studiorum essent, eo libro aliquid proficere valerent. Me quoque vt cum Glussiano iter Romam arripiam, rogant. Ergo non multò post ea ego & Glussianus Romam appulimus redditisque literis Academiæ vestræ ad Cardinales plures, præsertim illos, quibus quod ab ipso Senatorio munere honestati essent, familiarius cæteris Pontifex vtebatur, vt nobis apud principem præsto esse & negotio nostro fauere velint, rogamus, quam omnes sine cunctatione sunt polliciti, & pro virib. aliqui postea præstiterunt. Et in hac re, quod Fabio Myrto Præsuli Caiacensi nostræ tunc vrbis. Vmbriæq; moderatori, atque Hippolito Corneo Perusino Antisti gratias habeamus, quod tum suis ad amplissimos viros literis abeuntes, nos prosecuti fuerunt, tum nullum officii genus postea prætermiserunt, quod ad hanc rem promouendam conducere sunt arbitrati. Literis igitur redditis Cardinales ipsos, vt nobis ad Pontificem aditum impetrent, sæpius rogamus, id tamen quamquam sedulo instaremus à nobis nullo pacto tunc obtineri potuit. Quod propterea nobis leuius ferendum erat,

Petrus Glussianus orator ad Põtificẽ pro Academia Perusina.

Auctor Romam reuertitur opere absoluto.

quia propter ingraueſcentem quotidie magis Pontificis ætatem, graues; atque immodicas curas, & vacillantem ſæpe valetudinem, & inueteratam ſic viuendi conſuetudinem idem principibus viris, & Regum ipſorum legatis contingere animaduertebamus. Non deerant tamen interea, qui nobis aditum ad Pontificem vel in horas conſtantiſſimè pollicerentur, nobiſque curiæ, ac Pontificis ipſius mores minimè callentib. facilè id perſuaderent. Vnde Pontificię ipſi aulæ ita inhæ rebamus; vt re latum quidem vnguem plures totos dies, atque integros menſes inde nos diuelli non pateremur, ne ſ. ille temporis articulus elaberetur abſentib. quo nos ad Pontificem acciri poſſe ſtultè exiſtimabamus. Sed cum ſpe noſtra ſæpiſſimè fruſtrati eſſemus, & de congreſſu penitus deſperaſſemus, cœptorum pertæſi diſceſſimus, ampliſſimis eñt viris id ſuadentib. adornabamus, & diſceſſiſſemus, niſi Nicolai Majoram Præſulis Amaſitani viti integerrimi ſuaſu, nouam gerendi negotij rationem fuiſſemus ingreſſi. Suaſit. n. is, vt quæ coram per id tempus non poſſemus, per literas ſaltem cum ipſo ageremus. Breue ergo Commentariorum ad Pontificem in hanc ſententiam concepimus: Abſoluras, ſcilicet, eſſe iam Iuris Canonici Inſtitutiones horratu ſuo compoſitas, proinde deligere vellet idoneos viros, qui opus (ſicubi res poſceret) caſtigarent, & caſtigatum, atque emendatum tandem vel Pontificio vel priuato nomine, prout conſultius eſſe arbitraretur, edi pateretur. Rogamus Alphonſum Caraffam Cardinalem Neapolitanum iuuenem humaniſſimum, & qui nobis, quantum ſibi per ingenium Pontificis licebat, mirificè ſemper fauit, & ſchedulam ipſam & literas Academiæ veſtrę ad Pontificem deferat, is acceptas reddit. Haud multò poſt eaſdem Pontifex Aloyſio Lyppomano, qui nuperrimè accitus ad aulam acceſſerat, & cum inſigni laude tum fidei, tum diligentiæ principis à ſecretis agebat legendas tradit. Quibus perlectis; his verbis, vſum Pontificem, mihi Lyppomanus ipſe dum viueret ſæpius retulit. Iſte bonus Doctor iuſta petit, & meretur exaudiri, quia amat lucem, & odit tenebras: tum etiam plura adiecit, quibus & *opus abſolui velle* aſſerebat, & illius noſtri primi congreſſus, ac demandatæ mihi triennio antè prouinciæ *perſpicuè illum* meminiſſe Lyppomanus teſtabatur. Addidit mihi, cui Pontificis mores, & ingenium *penitus erant incogniti*, ſpem aliquam rei ex ſententia conficiendæ audire eum, qui de negotijs tractandis, vel *nihil*, vel omninò modicè cogitare putabatur, huius noſtri, & diuturnam tenere memoriam, & de illo ſic loqui, vt eius abſoluendi deſiderium, vt Lyppomanus teſtabatur, magnum præſe ferret. Venerunt nuper ad manus eiuſdem Lyppomani ad vos litteræ, quibus vobis reſpondet, quod gratias ſcilicet ei egiſſetis quod ille cum Pontifice de edendo opere tractatum habuiſſet. Placuit eas huic noſtro Commentario intexere, vt humanitatis diuini hominis teſtes. Audio Cardinales etiam aliquot vobis humaniſſimè reſcripſiſſe. Sed illorum literæ ad manus noſtras, cum in Vrbe tunc agerem us, non peruenerunt, ideoq; illas commentario huic noſtro inferre non potuimus.

Auſtus ad Pontificem non impetratus.

Cluſianus & auctor cogitat de reditu in patriã re infecta.

Cum Põtifice aliumper literas.

Lyppomanus Pontificiis à ſecretis.

Quid reſponderit Pontifex chirographio perlecto.

DOCTISSIMÆ ET ERVDITISSIMÆ VNIVERSITATI
Scholarium Peruſia commorantium.

ACcepi literas veſtras, eruditiſſimi viri, quibus mihi gratias agitis, quòd apud Sanctiſſimum noſtrum negotio veſtro fauerim. Ego quidem (quod in me erat) ſummoperè ſtudui, vt deſiderio petitionique veſtræ Sanctitatem ſuam bene affectam redderem. Id ſi ex ſententia ſucceſſerit, gratiſſimum mihi fuerit: non quod propterea aliquid mihi deberi velim, ſed tantùm, quia opera noſtra bene fuerit collocata; quæ ſi alijs vobis in rebus contingerit eſſe neceſſaria, eam ſemper paratiſſimam habebitis. Romæ 10. Kal. Ianuarij 1557.

Veſter totus A. Lyppomanus Epiſc. Veronenſis indignus.

De Inſtitutionibus iuris Canonici variæ in vrbe opiniones.

Interea dum Pontifex *de cenſoribus operis cogitat*, ſerpit per Vrbem rumor, aduenisſe ignotum hominem qui ſe Iuris Canonici Inſtitutiones compoſuiſſe iactet de quo (vt in rebus nouis aſſolet) varius illico ſermo. Alij enim inuentum multis laudibus extollebant. Alij laboriosam eſſe prouinciam aſſerebant, ac periculi valde plenam. Alij rem putabant inſulſam; ac planè ridiculam, & vſque adeo non probabant, vt nec Inſtitutionibus Iuſtiniani parcerent, quarum exemplo, quaſi quodam clypeo, noſtras ego ab obtrectatoribus defendebam. Licet referre noſtrum quendam congreſſum cum homine qui tunc apud nonnullos, qui ex dicacitate, & clamore cuiuſque eruditionem metiuntur, non modicam ſibi doctrinæ, ac iudicij opinionem vindicarat. Is cum de nouo libro edendo Pontificem audit cogitare, ſtatim me acciri iubet: accedo vt libri inſpiciendi copiam faciam, rogat: exhibeo, legit pauciſſima; nihil cunctatus, negat rectè poſita: in quo offendat, *interrogo*, vtq; caſtiget rogo: ille quaſi comperti*ſſimum* errorem haberet, ſtatim locum emendat, bone Deus quàm inſulsè? nego locum emendandum, ille conſtantiſſimè, & obſtinatiſſimè, quantò negabam magis aſſeuerabat magis. Iubemus aſſeri librum, vnde quæ ille corrigenda aſſerebat, excerpſiſſem, & in meum librum optima tranſtuliſſem, tum locum ipſum oſtendo, vbi ad verbum penè ea omnia legebantur, quæ ipſe emendanda duceret. Quid quæritis? commodè illi cecidit quod cum turba Cupedinariorum, ac Piſtorum circumfuſus eſſet (erat enim Annonæ tunc præfectus) nemo niſi vnus aut alter, quàm deliraret, intelligere potuit. Is igitur, vbi fruſtra ſe tentare intelligit, vt mihi ineptias ſuas probet, ad imperitam multitudinem

Auctoris eum tranſecto Annonæ tõgreſſus.

Fuit is Bartholomæus Camerarius Venetus vir au-

dax & maledicus Institutiones Iustiniani improbatæ.

Præmonicio de inuidia. Auctoris responsio.

Operis scriptio.

Varia in auctorem obiecta. Professio. Aetas. Barba non facit Philosophū. Christophorus Columbo diu vanissimus reputatus.

Etiam impugnatores operis inspiciēdi desiderio capti.

Excusat se quod cum stomacho interdū loquatur

conuersus, quasi nullus sibi mecum esset sermo, plurima fermè concionabundus sermocinatur, me non tam contradicente, quam tacitè stomachante. Extremum illud fuit, vt diceret, se neque Pontificis, neque meum institutum vllo pacto probare posse, quando nec Iustiniani institutiones vmquam multum probasset. Imo tanquam inutiles ac iuuenibus damnosas improbare soleret, se se hominem esse, qui dicendi libertate gauderet vnde quæ sentire, liberè etiam proloqui consueuisse. Hæc enim Pistoribus suis, & cauponibus acclamantibus, dixisset illud (etiam non omninò forsan temerè) adiecit futurum scilicet vt multorum inuidia magnum mihi in hac re negotium faceret: qui tunc cum maximè mihi studere sese fingerent, meæ causæ iugulum essent perituri, ac quasi per cuniculos oppugnaturi. Ego vbi hominem palam insanire perspicio, nihil magis, quam aliquem sermonis exitum quærebam, vt dentatæ bestię cui me lacerandùm temerè obieceram, quanto possem citiùs subtraherem. Respondi itaque, quæ dixisset non omninò mihi improbari præsertim si cæteri, qui Iuri Canonico daturi essent operam, ea futuri essent ingenij & iudicij præstantia, quam omnes in ipso admirarentur, cæterum veluti Lucilius non Persio, hoc est doctissimis viris, sed Tarentinis suis hoc est mediocribus ingeniis sese scribere asserebat: ita me Tyronibus qui plerunque ingenio essent mediocri, ac nullo prorsus imbuti Iuris disciplina, non sui similibus Iuris Canonici institutiones perscripsisse. Discedo itaque, sed tamen nescio quo familiari suo argutulo homine in ipsa via me acriter insectante, atque obtundente, quod opus ipsum Institutiones inscripsissem, quasi inscriptio ipsa nimis esset arrogans, cui cum respondissem, me non id à Iustiniano mutuatum, sed à Grammaticis, qui libellos suos, quibus pueritia institui soleret, Grammaticas Institutiones vocant, vel si magis placeret, à Rhetoricis, apud quos oratoriæ Institutiones haberentur: tum vt mihi molestus esse desineret, etiam, atque etiam rogo, & librum vel quolibet nomine suo arbitratu appellaret, nec aliter me ab illa molestia potui explicare. Erant & qui dicerent non videri verisimile, me qui iuri ciuili interpretando duodecim annos occupatus fuissem interim aliquid lectione dignum in iure Pontificio commentari: quasi verò non hæc iura connexa sint, sed ita dissimilia ac inuicem pugnantia, vt qui alterutrum profiteri velit, alterius dediscendi necessitate vrgeatur. Nonnulli verò, qui ex aspectu annorum numerum conficiebant, ætatem mihi obiiciebant prouinciamque hanc tantam non inuenì, quamuis erudito, sed grandæuis, & præcellentibus viris demandari debuisse. His ego respondebam, barbam (vt est in adagio) Philosophum non facere, tum & iuuenes quandoque magna præstitisse, & qñ liber esset in manibus ex libro ipso de me, non ex ætate mea illico de opere iudicium fieri oportere, neque esse coniectura iudicandum, vbi demonstrationi locus esse posset, nec multum interesse, num præcellentes illi viri, quos isti adhiberi oportuisse rectè existimarent, inchoando operi interfuissent, dum tamen castigando, atque absoluendo præessent. Alio quoque aduersus nos contemptim iaciebantur: quæ tunc dissimulanda, ac leuiter ferenda ducebamus, cum sciremus, nec diuinum hominem Christophorum Columbum (si parua maximis comparare liceat) antea noua maria, nouos orbes, noua syderamortalibus patefacere potuisse, quam decoctoris, ac vanissimi hominis apud omnes diu nomen pertulisset. Quamquam non deerant eruditissimi viri qui institutum nostrum non mediocriter collaudarent, quorum (vt interim Italos plures omittam) quasi antesignanos video mihi posse proferre summos, ac maximo indicio præditos viros Franciscum Vargam, Gropperos fratres, & Franciscum Sonnium Louanienſem: qui cum de ratione instituti nostri ex me cognoscere voluissent, tantum abest vt improbauerint vt non vulgaribus etiam laudibus rem extollerent. Erat tamen quod in hac re mirari possetis, nempè quod illi ipsi, qui instituti nostri impugnatores, vel contemptores essent, miro operis videndi desiderio teneri vi debantur, ita vt vltrò ad nos multi eius operis inspiciendi gratia accederent, & quos pudor, ac dignitas ad hospitium nostrum se conferre minimè patiebatur, nos ad se aduocabant, adeo vt tota propè die librum ipsum quasi rem quandam nouam ex remotissimis Orbis regionibus aduectam circumferre necesse esset. Sed cùm id mihi molestissimum accideret, nouo commento amoui à me hanc molestiam. Si quidem nostris cursitationibus dieculam suffurati libellum conscripsimus, quo totius operis summam, atque ordinem breuissimè complexi, sumus, atque is ipsus est, quem nunc vobis quoque à me compositum esse volo. Quam si quis perlegerit, de toto opere coniecturam ducere, immo explorato iudicare poterit. Eius igitur legendi copiam pluribus cum fecissem, vsque adeo ab omnibus fermè probatus est, vt illius lectio ex meis oppugnatoribus nonnullos strenuos reddiderit propugnatores. Inter hos Quinctilianus Mandosius aduocatus Romanus à me reponendus est, qui cum initio Institutiones has videretur passim contemnere, neque adduci posset, vt quidquam lectione digum á nobis perfectum esse existimaret quod tanto operis titulo respondere posset, epitome perlecta. ita de pristina illa sua sententia deiectus est, & nostræ causæ addictus (nam benè nata ingenia nec pertinacia sunt, & vbi meliora vident, facilè sequuntur) vt ego eum quasi ex Saulo meum Paulum euasisse prædicare solerem. Sed adhuc quanto possem vberius cunctis satisfacerem, & quotidiana à me certamina propellerem, & semel omnibus respondetem, ipsi compendio Apologiam adiungendam duxi, qua collectis vniuersorum, qui institutum nostrum non probarent, sententiis, aduersantium dicta confutare, ac reiicere pro viribus sum conatus cuius tenorem tertiæ parti huius ad vos destinati Commentarii sum complexus. In qua quidem si cui fortasse in tanta

præsertim ingenij, ac doctrinæ mediocritate tumidiores esse videbimur, quem decere existimet, cogitetis fieri, nescio quo pacto, vt dum iniustè nimis vrgemur, aduersus oppugnatores nostros ampulloſi etiam inuiti esse cogamur, nam & milites dum prælium conferunt, non ictus taciti incuriunt, sed manus etiam clamoribus adiuuant. Natura enim sic comparatum est, vt quod quisquis ordine ac recta mente complexum confidit, si obtrectetur, acriter tueatur. Intolerandum præterea illorum est supercilium, qui iudicare de alijs cum promptè soleant, ipsi facere nihil nouerunt, & optima quæque prius assueuerunt contemnere, quam cognoscere. Illis autem minimè respondendum duxi, qui me librum surripuisse, ac magni alicuius viri scrinia compilasse calumniabantur, quod dicerent, eo me, quem nec de facie quidem nossent, nec esse iudicio, vel eruditione præditum, vt tantam rem aggredi, ac feliciter absoluere potuerim, quanquam cuius id opus esse existimarent, interea non proferient. His enim magis erat, quod gratias agere, quam succensere deberem, cum non tam mihi detrahere, quam operi ipsi multum tribuere viderentur, & has senescentis, ac fessæ, & quasi laborantis aduersus virtutem inuidiæ voces lætus agnoscebam. Inter hæc, cum antequam rei finis haberi posset, diu mihi Romæ manendum esse appareret, instantibus Aloysiis Lyppomano, & Ardinghello, nec non Paulo Tarano viris grauissimis, & prudentissimis, publico decreto statuitur, vt in Perusina Academia mequanquam absentis, ratio habeatur, atque ideo, & profitendi locus, & honorarium mihi seruetur. Eodem tempore Alphonsus Caraffa in album familiarium ipsius Pontificis me referri iubet, & totius negotii conficiendi prouinciam suscipit, in quo est quod gratias agam ornatissimis viris, atque optimis Episcopis Ioan. Baptistæ Dastaneæ, Vincentio Ferrerio, Angelo Masarello, & Adoardo Gualando. Hi enim non destiterunt in mediis negotiorum fluctibus, & nos, & rem nostram Alphonso commendare, atque currentem quidem illum sua sponte, sed tamen grauissimis rebus interdum valde implicitum atque occupatum incitare. Pontifex verò dum de censoribus, & Castigatione operis cogitat, negotium Ioanni Reumano, & eidem Alphonso Cardinalibus, vt diligenti perueſtigatione præuia ex omnibus, qui in Vrbe essent tres deligerent, qui huic ferendo oneri idonei, ac pares esse possent, subiiciens (vt mihi postea Reumanus sæpius retulit) rem hanc maximè sibi esse cordi, atque optare vehementer, vt ante quam ex humanis excederet, Christiana resp. operis commodum ex se sentiret, ac quasi munus quoddam, librum hunc à se reciperet, perfecturum se, vt eos, qui operi expoliendo, & perficiendo insuadessent, laboris ac diligentiæ suæ non pœniteret. At Cardinales, Pontificis acceptis mandatis licèt hanc operis castigandi prouinciam multi non obscurè vltrò ambirent ex omnibus tamen qui in Vrbe essent, delegerunt Fabium Acorombonum Sacri Pontificii (vt appellant) tunc Decanum Iulium Oradinum illius Collegam, & Antonium Massam causarum patronum viros cùm iudicio, & eruditione præstantissimos, tum in foro, & iudiciis, & interpretando iure exercitatissimos, Acceptis ergo ab his mandatis Pontificis, suum quisque me sumit operis exemplum, plura enim ego antea in eum vsum priuatis sumptibus, ex scribenda curaueram. Acorombonus autem, qui, quod ampliſſimis ordinis, & auditorii caput esset, negotio præesse videbatur, prius quam librum attingerent, oneris socios, & me quoque vnà splendido conuiuio excepit, actumque eodem die inter eos est, quo ordine, quaue ratione res tractari, & absolui oporteret, itumque est in hanc sententiam, vt singuli librum, vel libri partem seorsim excuterent, atque si qua offenderent, quæ fortè non probarent, aut addenda tollendaue putarent, non immutarent quidem, sed compactis ad eum vsum codicillis annotarent, annotata mihi vna, aut altera die, antequam nobis esset in eundem locum conueniendum, traderent, ne, imparatus quasi causam dicere cogerer, inde, vt certis diebus conueniremus, atque rebus inuicem communicatis, quæ addenda, vel immutanda, vel resecanda essent, de omnium, vel maioris partis sententia adderentur, immutarentur, & resecarentur. Quæ omnia postmodum adamussim ex communi præscripto peracta fuerunt, atque toties simul conuentum, donec ex ipsorum consensu, & iudicio censuram opus ipsum recepit. Nullo hic pacto explicare possum, quanto omnes ingenio in hac castigatione, quanto animi candore, quanta demum eruditione versati fuerint, nihil vnquam improbauerunt, quin si quid ad defensionem afferrem, & diligentissimè, & libentissimè audirent ac ponderarent, & sæpè etiam de propria sententia, quasi causa plenius cognita decederent: vnde illis non modò ego, sed etiam (si quando tandem librum edi contingerit) omnes studioſi adeo debebimus, vt pro collato in nos beneficio gratias numquam satis agere valeamus. Opere castigato, ac recognito reliquum erat, vt de re tota per Censores ad Pontificem referretur, quod ipsum illi quamprimum facturi videbantur, si eis ad ipsum aditus patere potuisset. Sed is tam in abdito asseruabatur, tam omnium congressus auersari videbatur, vt ne ad sacra quidem audienda iam è conclaui pedem efferret. Vnde præter coniunctos, ac familiares pauciſſimos admittebatur nemo, niſi fortè magnorum regum Legati, quos tamen & ipso prius ob eam rem aliquandiu prensare oportebat, & sæpè die, atque hora ad compellendum Pontificem dicta venientes, ac per aliquot horas expectantes demum excludebantur. Neque mirum cuiquam hoc videatur, cùm sæpè etiam (vt ferebatur) contingeret, vt viros ampliſſimos vltro ex remotiſſimis Orbis regionibus magno illorum incommodo, ac sumptu Romam euocaret, venienteſque vix post longum temporis spatium admitteret, quod quidem vtrum ex difficili, & omnia tardius agentis Pon-

Intolerandi qui de aliis prõpte iudicant, & nihil ipſi præſtant.

Auctor furti insimulatus.

Auctori absenti, & locus, & honorarium in Academia Perusina reſeruata.

Pontifex mandat Reumano & Neapolitano, vt Censores eligant.

Qui cẽſores delecti.

Operis caſtigandi modus & ordo

Pontificis adeũdi maxima difficultas.

tificis ipsius ingenio, vel alia de causa contingeret, mihi quidem non satis est in comperto. Illud quidem vtrum ex difficili, & omnia tardius agentis Pontificis ipsius ingenio, vel alia de causa contingeret, mihi quidem non satis est in comperto. Illud quidem certo scio, vel Solem ipsum ægrè iam tum ad illum penetrare potuisse. Vnde cum omnis prope coram referendi esset Censoribus nostris spes ex hoc adepta, quod coram se non posse intelligerent, per litetas demum agere decreuerunt. Epistolam itaque communi nomine conscribunt, qua quid de opere sentiant, complectuntur, eamque Pontifici reddi curant, vberius etiam, vbi colloquendi potestas fieret, coram relaturi. Vt autem quilibet, quæ sit illorum de libro sententia, vt facilè cognoscere valeat, illam ipsam omnium oculis subjiciendam duxi.

BEATISSIME PATER.

Censorũ relatio.

CVm S. V. nobis iniunxerit, vt Institutiones Iuris Canonici iussu, & nomine B. V. compositas videremus, & executeremus, primum vniuersum Opus singuli perlegimus, inde certis diebus in vnum locum simul sæpius conuenientes, rebusque inuicem communicatis ea, quæ vel immutanda, vel addenda, vel resecanda visa fuerunt, pro tenuitate iudicii nostri immutauimus, addidimus, & resecauimus, authoremque ipsum (qui nobis non contemnendo ingenio, & eruditione præditus visus fuit) exactissimam operi absoluendo diligentiam adhibuisse multis argumentis comperimus. Librum itaque iudicamus, cum necessarium, tum etiam benè ordinatum, ac digestum. Cum vniuersa prope, quæ Pontificij iuris libris sparsa conspiciuntur, certa via, & ratione, compendiosaque breuitate complectatur, & verè (nisi nos fallit opinio) ab omnibus commendandum erit propositum, atque institutum S. V. quasi sibi diuinitus inspiratum, quum non minus gratum futurum sit hoc opus Iuris Pontificij studiosis, quam sint Institutiones Iustiniani nomine compositæ iura Ciuilia profiteri volentibus. Existimauimus tamen, ne qua omninò (quantum fieri potest) ansa detur, & occasio nouis altercationibus, quas interdum nimis anxiè diligentes morosa curiositate consueuerunt, fortè non ab te esse, si nonnulla inserantur Proœmio quod ipsi operi B. V. præfigendum duxerit, de quibus cum primum commodo suo fieri poterit, vt suo nos dignetur alloquio, plenius disseremus, omnia tamen sapientissimo iudicio B. V. relinquentes, cui quantò maiores possumus gratias agimus, quòd nos, qui tanti nos non facimus, dignos putauerit, quibus tam arduum negotium committere, in quo si quid defecimus, id totum nostræ imbecillitati adscribere dignetur, non quòd omni diligentia, & conatu ad exequenda mandata S. V. paratissimi (vt debemus) non fuerimus, quam Deus Optimus, Maximus diu nobis incolumen, felicemque superesse velit, E. B. V.

Nonnulla per Censores immutata. Testimonium de diligentia auctoris. Liber necessarius, & benè ordinatus. Ciuilium, & Canonicarũ Institutionum comparatio. Quædã Proœmio instituendum inferenda diligentia Censorum.

Humiliss. Seruuli { Fabianus Acorombonus Rotæ Decanus. / Iulius Oradinus Rotæ Auditor / Antonius Massa.

A tergo.

A. C.

Pro magnif. D. Ioan. Paulo Lancellotto, Die iiii. Nouembris.
Adam de Inuidia est Notarius.

Recognitio,

Die quartâ Nouembris constitutus in officio mei Notari, & coram me, &c. D. Venantius Barnabæus clericus Fulginaten. testis inductus super recognitione retro scriptarum subscriptionum: qui visis, &c. recognouit manum, & subscriptionem Mag. D. Antonini Massæ de Gallesio, quem vidit pluries subscribere, iurauit tactis, &c. Deinde ibidem, &c. D. Carolus de Vallata Clericus Rodonem diœcesis substitutus in officio D. Felicis de Romanalis: qui visis, &c. recognouit omnes tres manus, & subscriptiones in forma quia vidit eos omnes scribere, iurauit tactis, &c. Successiue in eodem officio coram me notario, &c. D. Bernardus. S. D. N. PP. cursor testis inductus super eadem recognitione, qui visis, &c. recognouit binas primas subscriptiones scriptas, videlicet manibus R. P. D. Fabii Acoromboni, & Iulij Oradini: quos pluries vidit scribere, iurauit tactis, &c.

Adam de inuidia Notarius.

Testimonium Cardinalis Reumani,

ANno salutis nostræ Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, mense Octobris Sanctissimus Dominus noster interpellatus literis Scholarium Vniuersitatis Academiæ Perusinæ, vt dig-

paretur edere librum Institutionum Iuris Canonici, quas D. Ioan. Paulum Lancelottum iussu, & nomine suæ Sanctitatis, conscripsisse audierant, mandauit nobis, vt idoneos viros deligeremus, qui perlecto, & diligenter excusso opere referrent, cum huiusmodi esset, quod sub nomine. S. S. edi posset. Nos autem delegimus B. Fabium Acorombonum, & Iulium Oradinum Auditores Rotæ, & D. Antonium Massam causarum Patronum, quorum electionem etiam S. D. confirmauit, qui quidem viso libro, retulerunt, prout habetur in eorum relatione inscriptis facta.

Suprascripta Vera sunt, in quorum fidem me subscripsi
Ioan. Cardinalis Reumanus.

Istud est igitur grauissimorum, & eruditissimorum hominum causa, penitus cognita, ac perspecta de nostris Institutionibus iudicium, cui si quis, non perlecto præsertim opere, proprium velit anteponere, non secus agere, me iudice, videri potest, atque si quis dicat, acutius se nocte intempesta posse cernere, quàm alios ipso in meridie. Sed quoniam quiddam Proæmio inseri non ab re esse significant, ne quis adhuc tergiuersari possit, hoc quoque cuiusmodi sit, est nobis aperiendum. Viri oculatissimi nihil æque timuerunt, quàm ne quis (si qua sortè verba operi essent inserta, quæ ab his, quæ in Decretalium libris leguntur, diuersa essent) ad veterum iurium correctionem eam varietatem subtili nimis, ac sophistica interpretatione detorqueret, vt interpretes interdum, dum vel syllabas superstitiosius ponderant, sunt morosi, propterea que, & à me prius, & ab ipsis postea magna est adhibita diligentia, ne (quantum res pateretur) temerè, & cum periculo à verbis veterum recederemus, imo multa, quæ cubitalibus literis aliis Pontificij Iuris libris: inueniuntur expressa de libro Censores expungi voluerunt, siue quod legentium auribus prima facie malè sonarent, siue quod vsu non admodum recepta essent, siue quod obscuritatem continerent, claritati enim mirum in modum videntur mihi studuisse. Cæterum vr adhuc Cauillatoribus, verborumq; aucuparoribus pænitus os occluderetur, consultissimè agi putauerunt, si summus ipse Pontifex Proæmio, quod operi esset præfigendum, restato hoc exprimeret quod ius nouum condere, vel vetus abrogare non intendit. Et vt ipsius negotij effigiem plenè cognitam habeatis, quasi ob oculos positam subjiciam hic Proæmij exemplum non quidem à Pontifice, vel eius mandato à quoquam conscriptum, sed à me ipso horratu, & iussu ipsorum Censorum antequam librum attingerent compositum quod (sicut ipsi tunc asserebant) propterea, vt facerem, mandauerunt, vt ipsius rei ab ipso initio totam imaginem expressam, quasi de propinquo melius possent intueri.

Quid Censores operis proœmio inserendum censuerint.

Male sonantia vel vsu non recepta de libris abraſas.

Operis proœmium iussu Censorū conscriptum.

PIVS EPISCOPVS SERVVS
Seruorum Dei Vniuersis Iuris Pontificii candidatis Sal. & Apost. Ben.

HOminem rectum creauit Deus, ille autem dum declinat ad malum, infinitis (vt diuina testantur oracula) sese miscuit quæstionibus. Hinc est, quòd ingruentibus malis moribus, & gliscentibus igitur litigiis, & nonis casibus emergentibus necesse fuit ad veteres Canones varia sacrorum Conciliorum Decreta, ac multas recentiorum Pontificum constitutiones adjungere: quæ inordinatis rebus ordinem tribuerent, inutilia præscinderent, labentia fulcirent, & ex vinea Domini, quasi quidam sarculus, non modo nocentes herbas euellerent, verum etiam salutiferas inferrent. Vnde sacrorum Canonum, Decretaliumque Epistolarum (rebus ita exigentibus) tam magnus hodie factus est cumulus vt numerum propè legum sæcularium exæquare videantur. Inde sit, vt quæ citò, & cunctis ignorescere necessarium foret, vix à paucis diuturno studio cognoci valeant, quod ipsum accidit, non modo ob Constitutionum multitudinem, verum etiam quod ijs, qui istius iuris scientia imbui cupiunt, nulla certa via vel methodus à quodam huc vsque præscripta fuerit. Vnde nullis certis initiis, ac vestigiis inhærentes per deuia incerto cursu temerè vagari compelluntur. Et sanè per quam incongruum erat, vt sacrosancta Iuris Pontificij facultas principio ipso, hoc est parte potissima, careret, & à legibus profanis, quæ Canonibus ipsis famulari consueuerunt, in hac parte superaretur. Idcircò inter cunctas solicitudines, ad quas nos debitum Apostolicæ seruitutis adstringit, non in postremis ducimus, vt florentissimæ Iuuentutis studia nunc magis propositis præmiis, nunc eruditissimis viris ad docendum ad Gymnasia nostra vndique accersitis, nunc nouorum editione librorum quantum possumus subleuemus. Studiosorum itaque difficultatibus paternæ diligentiæ studiis obuiam ire cupientes, non tamen per hoc aliquid noui Iuris statuere volentes, ea, quæ huc vsque variis locis, ac libris dispersa fuerunt, quasi in artem redigenda curauimus, & dilecto. N. mandauimus, vt ex vniuersis Pontificii Iuris libris In-

Eccles. c. 7

ſtitutiones certo ordine contexeret, & conficeret, quas in quatuor libros, & congruos tit
iuſſimus, vt ſint totius Iuris Canonici principium, & elementa, quarum doctu expeditius
metam illius iuris ſtudioſi peruenire valeant. Legimus itaque, & per dilectos filios noſtr
ſumma cum diligentia, & ſtudio recognouimus, eaſque nunc ad vniuerſitates veſtras tra
Sumite igitur alacri animo, & cum omni reuerentia, atque iis ita operam date vt ad cæte
cilè beneficio noſtro peruenientes Apoſtolicæ ſedis atque vniuerſæ Chriſtianæ Reip. comm
ornamento aliquando eſſe valeatis. Datum, &c.

Triplex remediũ ad effugiendũ innouationis, vel correctionis periculum.

Ad effugiendum igitur ſcopulum iſtum correctionis, & innouationis, quem multi non
merè, ſed omninò nimis ſuperſtitiosè formidant, triplex eſt paratum remedium. Primum
ficaciſſimum, præſentiſſimumque Pontificis ipſius teſtatio, ſi diſerte caueat, quòd non
nouum condere, niſi id ipſum exprimat. Quam quidem ſi proœmio ſuarum Inſtitutionum
nianus olim inſeruiſſet, multæ de medio legum perplexitates ſublatæ eſſent: quæ legentiu
genia vehementer torquent, Secundum, noſtra omnium in ea re cauenda diligentia, qu
quidem vnguem, ſibi periculum poterat imminere, niſi rebus valde perpenſis à verbis C
ceſſimus. Demum, id quod legibus ipſis eſt cum omni ſcriptorum genere commune, beni
ac probabilis interpretationis beneficium, de quo quoniam prolixe infra ſuo loco diſputau
hic dicam amplius, ſed deinde vobis perendum relinquimus. Non deſinunt tamen adhuc
hæc aures obſtruentes, formidandum Legis nomen, & innouationis ſcopulum in vulgus
eos qui noſtrorum conſiliorum, ignari ſunt, non ſolum á cauſa noſtra abducere, verum e
ipſis laniandos tradere, aut helleboro curandos. Sed ſi quis acutius introſpiciat, non ſecu
re nunc accidit, quam vt cum agricolæ iactis ſeminibus, vel ſuccreſcentibus herbis, vel
mis ab auium incurſibus timentes medio ipſo in agro, aut arboris ſummitate viliſſimum
didæ, atque attritæ veſtis vento agitandum ad terrendas aues ſuſpendunt: veluti enim er
ſit ab inani ſpectaculo volucribus timendum, aufugiunt tamen, & à polliolo quaſi ab inſ
ſtro declinant: ſic multi audito Legis ad terrendum conficto nomine, potius quaſi ab imu
riculo aufugientes, inſtitutum hoc noſtrum auerſantur, & tamen, ſi non eſſent formido
prius accedere non vererentur, & cauſam accuratius cognoſcere, & quaſi ex propinquo
lent, intelligerent profectò ab hoc Legis nomine nihil magnoperè timendum, & pulcer
non Elephantum, hui (inquiunt) tantum ne priuatum, atque illum iuuenem eſſe auſum?
pe totus in vnica ferenda lege diu laborat, & vnus iſte homuncio quatuor legum libros in
biculo meditatus repentè nobis condiderit? Quaſi verò nouas mihi leges confixerim, ac
potius expeditiore quadam, & compendioſiore via, atque id quidem non ſine exemplo p
rum virorum rudioribus tradere conatus fuerim? Quaſi eadem nouarum legum ferendarum
rum ſub certum ordinem reponendarum ſit ratio, quaſi non in magnam hominum lucem,
ipſam prodierim, diutiſſimè permanſerim, opus ipſum paſſim omnibus legendum, excuti
cerandum non tradiderim? Habet inuidia inter vitia cætera illud proprium, ac quodamm
re, quod adeo turpis eſt, vt nulla ratione ipſa ſe intueri, & agnoſcere velit, ideoque liuo
nifica ſemper verba atque illuſtres ſermones prætexit. Vnde qui ſe iracundum, intemperan
voluptates procliuem confiteatur, facile inuenias, at quod ſe qui inuidum eſſe, ac diuidu
nec tormentis quidem facilè extorqueas, quinimo cum maximè virus euomunt, ſe
ſe amatores inuidi prædicant, atque de cauſa nec amicis quidem parcere ſolere: tanta eſt
tum, vitiorumque vicinia, vt maledicus pro libero ſe quis interdum venditare valeat, ea
vis peſtilenti huic morbo, quòd ſi quem gratia, vel auctoritate pollentem occupet præcla
res euertit, ac deſtruit: ſin verò (quòd ſæpius accidit) humiliores arripiat, habet illud
quaſi in propria viſcera verſo gladio maximum malum inuidis ipſis afferre conſueuit, Sed
berum eſſe cuique, vt ſuo non alieno arbitratu explicet, quid de quaque re ſentiat, aut p
fingat quamtumuis magnum, idque animo fieri non poſſe, niſi candidiſſimo, certè vt ipſis
etiam, & nobis pro noſtro ingenio diuerſa ſentire, atque opinari ſine alicuius temeritat
integrum eſſe debet, præſertim cum tot ſummos viros habeamus ſuſcriptores, ac noſtræ ſe
pugnatores ac propemodum auctores. Et me hercule quanto magis cogito, tanto magis
minum ſcrupuloſitatem, & tantam formidinem demiror, præſertim quòd ſacræ Theolog
quibus etiam librum hunc noſtrum opportunis locis excutiendum tradi neceſſe fuit, nulla
gentia pericula, quòd Iuriſperiti aliqui faciunt, finxerunt: quippe quòd vbi tractantur a
Canonum ipſorum, quaſi cuidam clauo, tenaciter nos inhæſiſſe liquido competerint, &
neſcit, faciliùs, & haud paulò maiore cum detrimento, quam in pertractando iure, errat
logica: quæ non fluxæ alicuius, & citò euaneſcentis rei, ſed ipſius ſempiternæ ſalutis ſolù
ducit: præſertim in hac temporum noſtrorum calamitate, quibus tam multarum hæreſum

Agricolarũ mos

Non eadem ratio noua rũ legũ ferendarum, quã veterum ordinandarum.

Inuidia non poteſt ſeipſam intueri

Quæ vis Inuidiæ.

Theologorum ſententia. Facilius & maiori cũ periculo certatur in Theologia, quam in iure.

Interpretatio

Teſtatio Principis. Diligentia.

in Ecclesia procellæ, vt si quis scrupulosa interpretatione quantumvis diligenter, ac sincerè scripta pertinaciùs inuestigare velit aliquam hæresim eadem subolere facilè (nisi fallor) extorquere poterit. Theologia tamen non modò ob eam rem ab hac scriptione non sunt dehortati: verum etiam Institutiones hasce nostras locupletissimo testimonio ornarunt. Nam cum castigandi operis certis locis, qui rerum Theologicarum, vt putà sacramentorum tractationem continent, Prouincia Danieli Blanco Cremensi Dominicano regulari, viro doctissimo, atque accerrimi iudicii demandata esset, de paucis, quæ vidisset, ita censuit. *Testimonium magistri Sacri Palatij.*

QVæ de Sacramentis in genere, quæ etiam de Baptismo in specie, & confirmationis Sacramentis legi in libro Institutionum Iuris Canonici, & Catholicæ veritati consentanea, & legali serie disposita, & appositè tractata, quantum assequi potui, meo exiguo ingenio, videtur.

F. Daniel Blancus.

Is autem omnia peruestigare non potuit, quippe qui sub ipso tempore quo nostro operi perlegendo, & dijudicando incumbebat, Sacri Apostolici Magister delectus est, vnde ad cætera multa, quæ sibi ante fidei ac religionis causa obeunda erant negotia, adeo magnus accessit cumulus, vt nostri inspiciendi libri prouinciam alteri demandare coactus fuerit. Delegat itaque rem Matthæo Lachio Sodali suo viro cum probatissimæ doctrinæ, tùm verò etiam spectatæ pietatis. Is autem ita censuit.

NOs Frater Matthæus Lachius Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Professor, & in Diæcesi Perusina Commissarius S. Inquisitionis legimus, & considerauimus librum nuper compositum ab Excell. Doctore V. I. D. Io. Paulo Lancelotto Perusino, & specialiter, quæ spectant ad septem Sacramenta fidei Christianæ, & lætati sumus; quomodo minores, & maiores, proficientes, & docti, ne dum incipientes inuenient breuissima hora, quæ longo temporis tractu non potuissent; vnde sibi, & aliis ad ædificationem Ecclesiæ proficiant. Et iudicauimus, vt non solum excudi tutò valeat, verùm etiam quam primum ædi valdè expediat, ad hoc vt præclara sacrorum Canonum statuta concinna structura, atque ordine eleganti connexa, omnibus innotescere valeant. Die. VI. Ian. M.D.LIX. *Testimonium inquisitoris.*

Ita est Fr. Matthæus, qui supra manu propria subscripsi.

Perspicitis igitur præstantissimorum virorum testimonio tantum abesse, vt in re Theologica lapsus fuerim, vt in ea tractatione etiam à laudatissimis viris laudari meruerim. Cum tamen interim Theologiam ipsam non profundiùs attigerim; quàm quo Canones pertingunt, aut homine Christiano digna Institutio exposcit, vt sicubi, eo certè in loco potissimum lapsus timendus fuerit: Vnde si in lubrico constitimus, & in locis non admodum nobis exploratis, & cognitis; certum nihilominus viam tenuimus; quanto tandem est æquus, idem nobis contigisse, & in his credi, quæ ad meram tantum Iuris cognitionem pertinent? quæ quidem, quòd eis cognoscendis omne propè ætatem consumpsimus, si non trita nobis sunt, certè longè magis habemus cognita, quàm ea ipsa, quæ ad Theologiæ facultatem spectant: sed permittamus in suo quemque sensu (vt dicebat Apostolus) abundatè, & ad institutam totius rei narrationem iam reuertamur.

Sub hoc fermo tempore, quo mihi cum Censoribus meis negotium, & de ipsorum Censorum Epistola Pontifici reddenda laboramus (fuit. n. & in eo mihi laborandum) splendidissii Germaniæ ciuitas Colonia Agrippina Petrum quendam Schultingum à Steimosch Iuris (vt vocant) Licentiatum Romam misit, vt is nomine Colonensis Senatus cum Pontifice ageret, de priuilegiis quibusdam vniuersitatis, & Gymnasij publici confirmandis, & augendis. Qui cum de institutionibus nostris audisset. Operis, & argumenti nouitate vehementer, vt mihi visus est captus, sæpè me obnixè obsecrat, vt libri describendi copiam ei faciam, nihil posse prædicans vniuersitati suæ gratius ex Italia exportare: cui cum re nondum absoluta non posse me obsequi sæpe respondissem, idem rursus à Neapolitano flagitat: sed cum nec ab ipso voti compos fieret, idem tandem ab ipso Pontifice per literas, cum accessus ægrè pateret, petit. Quarum literarum, vt & eius rei apud cæteros quoque fides extaret, exemplum mihi curaui: erant autem in hæc verba conceptæ. *Petrus Schultingus Coloniæ Agrippinæ Nuncius.*

AD cætera S. V. erga Colonienses Vniuersitatem magna beneficia humilem oro, atque obsecro, patiatur etiam eum cumulum accedere, vt reuertenti mihi ad Colonienses studiosos liceat Institutionum Iuris Canonici, quas iussu S. V. felicissimè audio absolutas: exemplum deferre, vti *Nuncij Coloniæ Agrippinæ petitio, com-*

portum auctori fuit hũc Coloniã exẽplar institutionum secum asportasse, & publicè aliquando interpretatum antea quã ederentur.

idem ab ea non solùm Sacerdotijs, ac prouentibus : sed etiam præclaris literarum monumentis sese adiutos esse perpetuo gloriari possint. E. B. V.

Seruus humilis. Petrus Sculingus Steimoch. Legum licentiatus. Reip. Coloniæ. Agrippinæ nuncius

Sed nec à Pontifice, quòd nondum esset res absoluta, aliquid impetrare potuit. At pluribus elapsis mensibus Censorum Epistola Pontifici tandem redditur, Is illam diligenter cum perlegisset, Censoribus crastina die ad se, vt veniant, nunciari iubet : postridie mane me Neapolitanus accersit, edicitque illa ipsa die, mihi vna cum censoribus, me coram Pontifice consistendum, ibique de ratione edendi operis agendum, ad horam in Vaticanum omnes conuenimus, & me non subsequente, ne quid vel auribus meis dare viderentur, vel liberius loqui impedirentur, astantibus sex Cardinalibus, censores, atque vna sacri Palatij magister ad Pontificem intromittuntur, & exhibito libro de toto negotio retulerunt, longa coram illo disceptatio ac sermo, cui licet non interfuerim, nihil tamen suspicari licet eos retulisse, quod ab eo quod proprio firmassent Chirographo dissideret. Postremus & ipse admittor. Secundò demum anno postquam Romam appulissem : qui, pedibus de more exosculatis, expo ui breuibus, quod cum sub initiis adepti à se Pontificatus suasu, atque impulsu suo Institutionum Iuris Canonici, quas antea inchoassem, absoluendarum prouinciam assumpsissem ab eo tempore per triennium fermè toto pectore operi absoluendo inuigilassem, demumque impellentibus Perusinæ Academiæ Scholaribus Romam me contulissem, ibique diù commoratus nullis laboribus, aut sumptibus pepercissem, donec eruditissimi, ac præcellentes viri operi limati demandato suo adhibuissent. Tum si quid à me fuisset elaboratum, quod sublimitate Romani Pontificis non indignum videri, ac studiosis aliquam vtilitatem parere posset, primum quidem Deo Op. Max. gratias agendas : qui etiam mutis, & elinguibus loquendi facultatem interdum largiretur. Deinde censoribus ipsis, qui nihil diligentiæ, aut laboris intermisissent, vt opus ipsum castigarent perpolirent : Reliquum esse vt ille supremam operi manum imponeret, vt tandem vndecunque absolutum in manus hominum deuenire posset. His ille, gaudere se mirum in modum quòd de meo ingenio, & eruditione, atque Institutionum nostrarum elegantia plura ex doctissimis viris audisset, qui quidem tam multa prædicassent, vt nisi illorum iudicium, ac fidem sæpius in rebus arduis probasset, facilè in eam suspicionem adduci potuerit, ne scilicet ex nimia quadam in me beneuolentia, atque amoris abundantia, potius quam ex iudicio ea de me sentire, ac proloqui cogerentur. Sed cum sæpius maximis in rebus illorum à se spectata esset integritas, quæ de me, atque opere retulissent, non tam eorum in me beneuolentiæ ac virtuti tributa esse se credere, & pro certo habere. Proinde bono essem animo : statuisse. n. mihi optemperare, & velle librum edi apposito à se proœmio, desiderare tamen nonnihil circa operis ordinem, & Rubricas, vt essem ex censoribus intellecturus. Id autem erat huiusmodi, 1. vt quanto possem minus ab ordine Gregoriani operis discederem nec mihi nouas titulorum inscriptiones, nisi cogeret necessitas, fingerem. De reliquo se daturum operam, vt meorum laborum me minimè pigeret. His verbis acceptis plenius ex ipsis censor. Pontificis de tota re sniam cognoui, quæ ad summam erat huiusmodi, vt cernerent operi Proœmium prefigere declaraturus ibidem, quam statuerit illi auctoritatem impertiendam, idemque ea disputatione adeò delectatus est, vt assereret constituisse se occupationibus suis horas suffurari : quib. librũ totum perlegeret, vt is de suo iudicio supremam manum acciperet. Hucusque (studiosi iuuenes) Institutionum, quas tantoperè nunc à nobis flagitatis ; edendarum tractatus processit, nec vlterius vllo pacto progredi potuit : siquidem, cum, non nisi à se quoque diligenter recognitum, editurum librum Pontifex assereret : atque is esset, qui cum innumeralibus, ac grauissimis negotiis senio iam confectus premeretur, tùm verò etiam qui huiusmodi res cunctorum hominum opinione tardius soleret expedire, qui fieri vmquam potuit, vt me viuo, etiam si numquam interiturus ille videretur successiuis tantum horis iustum opus perlegeret, cuncta minutatim rimaretur, limam ex suo iudicio apponeret, in lucem ederet, præsertim quòd, vt illi facultatum cæterarum cognitionem vel exactam concedamus, iuris quidem constat non fuisse valdè consultum : sed fuerit consultissimus, certè non ego librum meum meum melioris fore cõditionis existimare debui, quã Breuiarium ipsum Romanum, quod non modo ab initio initi à se Pontificatus, verum etiam (vt audio) in omni propemodum vita à se castigatum clericis legendum tradere statuerat, & quod quotidie vel inuitus, dum honorarias preces perlegeret, præ manibus habebat, & tamen nunquam absoluturus nunc videretur, & nunc non absoluisse liqueat, fortè circa tollendos improbatæ lectionis libros vehementer occupato, edendis bonis eodem tempore vacare non licebat. Vnde tum mea sponte, tum etiam viris amplissimis, & quibus Pontificis ipsius ingenium longe melius quàm mihi cognitum erat, ita asseue-

Auctor ad Pontificẽ admissum post biẽnium.

Auctoris Ad Pontificem oratio.

Qui Põtifex auctori respondet. Hoc nec Paulus, nec successor fecit : quũ fuit illorũ in studiosos liberalitas.

Põtifex asserebat se vltimã operam manũ velle imponere.

Pontificis cariditas.

Breuiarium Romanum.

rantibus per ipsum rem confici posse desperaui, itaque nihil non egi, vt mihi priuato nomine librum edere liceret. Eius rei testes mihi sunt illustrissimi viri Bernardinus Scottus, Ioann. Reumanus, Scipio Rebbiba, Testis si viuat, Hieronimus Dandinus, cuius de omnibus benemerendi studium magnam mihi tunc admirationem mouit. Is enim, cum neque ab vniuersitate vestra literas vllas accepisset, nec à quoquam vel leuiter admonitus esset, neque me de facie quidem nosset, simulatque causam aduentus nostri nescio qua ratione cognitam habuit, ita negotium complexus est, vt nullam vnquam occasionem, vel mei ornandi vel rei summo studio maturandæ interire passus fuerit, ita vt sola viri humanitas nonnullorum erga nos inclementiam lenire, ac redimere potuerit. Testes Pompeius Piccolhomineus, & Andreas Matthæus Aquæuiuius, qui nostræ causæ ita semper fauerunt, & publicas prope contentiones adeò strenuè susceperunt, ac sustinuerunt, vt propriam illos egisse causam credere possis. Testes denique Michaël Guisilerius, & Guillelmus Sirletus, & si viuant, Vergilius Rosarius, & Daniel Blancus, quibus cum, quod specialiter ambobus nouorum omnium operum iudicandorum, & edendorum prouinciam Pontifex delegasset, sæpe ac sæpius tam coram, quam per literas egi, vt eius libri, quem ipsi, & docti omnes probassent, edendi licentiam tandem mihi vel concederent vel impetrarent. Sed nullo pacto id obtineri potuit affirmantibus illis non esse sibi integrum, vt super his, quibus summus ipse Pontifex manum iam apposuisset, aliquid statuerent vel permitterent, sed eidem omnia illibata reseruari oporteret. Ergo magnam temporis iacturam, & mille possus incommoda, & sumptibus pene exhaustus, cum negotia quædam familiaria causatus à Neapolitano abeundi licentiam vix impetrassem. Elephanti partum non duxi amplius expectandum. Roma itaque discedo, quibusdam prouinciam, quam Pontifici scirent esse cordi à nobis deseri vehementer admirantibus, plerisque tamen turpem nos tulisse repulsam, atque improbatum opus nostrum existimantibus, neque omninò id temerè. quis enim tam æquæ rerum æstimator esse poterit, qui cum me post biennium ferè exactum vix summis non dicam precibus, sed laboribus loquendi cum Pontifice copia semel tantùm impetrata, re propemodum infecta in patriam rediisse vel videt, vel audit, non pessimè etiam de libro Institutionum nostrarum, ac de negotio toto iudicare debeat? En (inquiunt) rediit tandem nouus hic noster Tribonianus, at cur interim præclaras illas suas Institutiones nobis non exhibet? cur quasi thesaurum in abdito asseruari nimirum thesaurus in carbones versus est, nostis cætera. Atque hæc, & in hanc sententiam similia eiusmodi sunt, vt illis nec ego quidem satis commodè queam respondere, nisi ab ouo totius facti seriem recenseam, at quantum quisque fidei orationi nostræ habiturus sit, alieni prorsus est arbitrii, nec apud multos mendacij suspicione omninò caret, ita fit, vnde me laudis saltem præmium referre oportuit, existimationis detrimentum feram, quod vt quoquo modo minuam saltem, quando ab eo me penitus vendicare nõ possum non ab re fore existimaui, si operis ipsius compendio locupletissima etiam illustrium virorum testimonia adiungerem, atque in vulgus ederem, quibus mali de nobis rumores paululum comprimantur, neque enim ego omnium sermonibus, qui de hac re loquantur interesse, atque omnibus in angulis ad tutandam causam meam adesse possum.

Legendi libri sententia non impetrata.

Author Roma discedit.

Agendum itaque mihi nunc quidem esse, vt milites, vel militum duces interdum solent, hi enim si pugnæ sic euentus ceciderit, vt, quamquam in illis nulla culpa sit, parum tamen probè rem gessisse vulgò existimentur, vt se purgent, & ab omni culpæ suspicione vindicent, chartulas quasdam in publicum edunt (manifesta illi appellant) quibus rei gestæ seriem recensentes ac probatissimorum testium dictis confirmantes sese ab omni honoris labe, atque infamia asserere, & eximere conantur. Et hoc quidem liberius vt facerem, ea etiam ratione sum adductus, quod ita illorum qui cæptis nostris fauere conati sunt, collatum in nos beneficium, quod per mea scripta fieri potest, apud omnes testatum faciam, atque ita (vt Comicus inquid)

Manifesta.

Vno labore exoluam ærumnas duas.

Videor enim mihi hoc debere meis fautoribus, vt quando ipsis gratiam referre non valeo, aliquam saltem grati animi significationem ostendere conari debeam, imitandosque mihi esse statui viatores, qui paulò sint accuratiores. Veluti enim hi, si quid in itinere, ac peregrinatione offenderint, vel vetustate admirandum, vel nouitate gratum, si quos item latronum incursus, vel fluminum impetus incolumes euaserint, si cubi ab amicis splendidiore conuiuio excepti fuerint, ne quando ea excidant, proprio libello solent adnotare, & cum in patriam redierint, omnibus recensere.

Viatorũ accuratiorum mos.

Sic ego, qui vt adhuc portum non tenuerim, naufragium certe non feci; quæcunque mihi in huius negotii tractatione obtigerunt, quæ indigna visa sunt, de quibus meminisse deberem, in hoc

nostrum commentarium congressi, eaque patronis, atque amicis meis (si vacet) legenda nunc libenter exhibeo: sicque (vt inquit Tragicus.)

Quod fuit durum pati meminisse dulce est.

Quanquam & non sum nescius, sic me rursus exponere morsibus inuidorum, quorum liuori satius fortè fuerat silentio meo modum ponere, quam aliquid noui edentem, & ad hoc eadem in sententia persistentem, eorundem insaniam prouocare, sed quando semel imprudens manum in flammam misi, proprio malo factum audentiorem iuuat idem nunc facere scientem, prudentemque. Liceat tamen mihi ab his impetrare quod à canibus suis Hieronimus præcatur, scilicet vt hoc, quidquid est libelli, legant prius, & postea despiciant, ac pro libidine lacerent, ne si aliter faciant, vel inciuiles habeantur: qui quasi tota lege non perspecta iudicent, vel non tam ex iudicio, quam ex liuore ignorata damnare videantur. Accesserunt huc præterea frequentes vestræ, iuris studiosi, de Institutionibus ipsis edendis interpellationes; quos ego assiduum interpretandi laborem causatus in æstiuos præteritos menses reieceram, atque hucusque tandē detinui, nunc cum à prælegendi munere diu ac sæpius cessatum sit, dilatoria huiusmodi exceptione destitutus apud vos planè (puto) decoxissem, nisi aliquo saltem commento, atque aliqua ex parte promissa repræsentassem. Egi ergo vobiscum, vt cum suis creditoribus solent tenuiores debitores: quibus satisfaciendi non voluntas, sed facultas deest: qui si ære alieno præmantur grandiore nec dum omninò sint soluendo, sed interuallo temporis aliquam spem habeant, ne nimium differendo quasi debitum inficiari videantur, vel exiguam summam primum persoluunt, in reliquo menses hebdomadas, dies creditoribus auferendo, fidem tuentur suam. Sic vos hoc nunc à nobis accipietis Commentarium, atque operis totius epitomen, vbi quam scribendi rationem, ac rerum seriem sequuti fuerimus cognoscetis, breui etiam (nisi Deo pœnitus renuente prouinciam hanc aggressi sumus) ipsarum Institutionum iustum opus, quasi integram crediti vestri summam accepturi, & consequuturi.

In ciuile nisi tota lege perspecta iudicare.

FINIS LIBRI PRIMI.

FRANCISVS CANTVCIVS LECTORI.

SEquentem librum consueuit Auctor interdum, quasi per arborem repræsentare: nec inconditè, vt vulgo solent: sed incipiens ab imis radicibus, atque inde perpetuò quodam nexu progrediens ad stipitem, ad ramusculos, ad frondes, vsque ad summa cacumina, ordine tam eleganti, vt artem natura sui æmulam agnoscere facilè possit. Sed, quando angustum chartulæ huius spatium eam latissimè ramos explicantem, & vno intuitu totum ius Canonicum sub ipsis oculis ostendentem capere non potest: si hanc operis, ac Commentarij huius partem, quasi stantem, ac radicibus nixam plantam contemplari non vales: at saltem tanquam concisam in ligna, & erectam instruem intueberis. Ita enim radicum, stipitis, ac ramorum principalium effigiem, ob occultos ponimus, vt arborem ipsam totam per te, quasi ex pede staturam Herculis conjicere possis.


IVRIS Canonici.
Radices quædam, quibus constat, & innititur.
Ius naturale.
Legis præcepta.
Mystica.
Moralia.
Instinctus naturæ.
Euangelij præcepta.
Mystica.
Moralia.
Cõsuetudo.
Statuta Conciliorum.
Episcopalium.
Prouincialium.
Vniuersalium.
Cõstitutio.
Ecclesiastica.
Ciuilis.
Obiectum.
Personæ.
Laici.
Clerici.
Decreta. Pontificum
Generalia.
Personalia.
Res ecclesiasticæ.
Spirituales.
In corporales.
Virtutes & dona Dei.
Quæ in iure cõsistunt.
Mixtæ.
Corporales.
Sacramenta.
Res sacræ & sanctæ
Res religiosæ.
Tẽporales.
Iudicia.
Ecclesiasticum.
Sæculare.


Laici.
Impediuntur promoueri.
Subiectionem.
Homines alienæ Prouinciæ, vel diœcesis.
Libertini.
Monachi.
Serui.
Delictum commissum.
Vsurarij.
Fures.
Homicidæ.
Apostatæ.
Pœnitentes.
Suspicionem delicti futuri.
Implicati negotiis sæcularibus.
Baptizati in ægritudine.
Filij Presbyterorum.
Mariti.
Viduæ.
Eiectæ.
Meretricis.
Læsionem corporis.
Voluntariam.
Necessariam.
Fortuitam.
Sũt aut
Sæculares.
Regulares, qui fiunt ex.
Paterna deuotione.
Professione.
Voto.
Tacita.
Expressa.
Solemni.
Simplici.


Romanus Pontifex
Patriarcha.
Archiepiscopus.
Episcopus simplex.
Adiutores horum.
Coadiutor.
Vicarius.
Archiadiaconus.
Archipresbyter.
Corepiscopi, quorum vsus sublatus.
Excelso, vt
Gradus & ordo nã alij.
Inferiore, vt presbiteri.
Sacerdotio in quo spectatur.
Initiatur.
Electione.
Postulatione
Nominatione.
per
Inspirationem.
Scrutinum.
Compromissum.
Matrimoniũ spirituale, quod inter hoc, & Ecclesiam intercedit, quod
Ratificatur, confirmatione.
Consummatur, consecratione,
Clerici qui constituti sunt aut in
Sacris
Diaconus.
Subdiaconus.
Translatione, causa.
Vtilitatis.
Necessitatis.
Dissoluitur.
Renunciatione, quæ fit ex
Conscientia criminis
Defectu scientiæ,
Irregularitate personæ
Malitia plebis.
Graui scandalo.
Acolithus.
Exorcista.
Lector.
Ostiarius.
Cantor.
Minoribus ordinibus.
Depositione
Verbali.
Actuali.

Beneficia,


Beneficia, præbendæ clericis annexa conceduntur per
Collationem, quæ fit per
Ordinarium
Epiſcopum.
Capitulum.
Abbatem.
Legatum.
Natum.
Miſſum.
A latere.
Reſcriptum Apoſtolicum, quod
Fit
Aut
Pure.
In Diem
Sub conditione.
Aut
Motu proprio.
Ad poſtulationem.
Interpretationem ſumit ex
Perſona.
Loco.
Ordine ſcripturæ
Cauſa.
Qualitate beneficii
Inſtitutione ex iure patronatus, quod
Conſtituitur
Fundatione.
Dotatione.
Acquiritur
Donatione
Succeſſione
Tollitur
Ceſſione.
Eccleſiæ deſtructione.
Collegij conſtitutione.
Delicti perpetratione


Res ecclesiasticæ.
Spirituales.
Virtutes & dona Dei.
Incorporales
Quæ in iure consistunt.
Sacramenta, de quibus proxima pagella
Corporales.
Res sacræ & sanctæ.
Ecclesiæ.
Constitutio quando fit
Ob incrementum populi.
Ob commoditatem plebis.
Consecratio.
Reconciliatio.
Reparatio.
Vniuersitatis intuitu.
Monasterio.
Priuilegio Epis. pro
Sepultura.
vnio
Temporalis.
Perpetualis.
ob
Vtilitatem.
Necessitatem.
Immunitas.
Personalis
Realis
Localis.
Altaria
Subjecti erga episc.
Personalis
Realis
Localis
vel
Reliquiæ.
Deputata diuino cultui.
Res religiosæ.
Xenodochia.
Nosocomia.
Gerontocomia.
Orphanotrophia.
Bethotrophia.
Cæmeteria.
Sepulturæ.
Iure ordinis.
Clericorum ordinario.
Virginum benedictio,
Ecclesiarum, Altariumque consecratio.
Lege iurisdictionis.
Ecclesiasticæ.
censuræ.
Excommunicati.
Maior, alias Anathema.
Minor.
Canonis.
Alias latæ sententiæ.
Interdictio.
Suspensio
Canonis
Iudicis
Generale.
Speciale.
Leg. dispensata.
Collatio
Institutio
Canonis.
Iudicis.
Mixtæ.
Canonica portio
Decimæ
Episcopalis.
Parochialis.
Prædiales.
Personales.
Fructus.
Per precarium.
Ruinæ.
Serui Fugitiui.
Per præscriptionem.
Census.
Cathedraticum.
Ius decimandi.
Ius hospitandi.
Visitatio.
Procuratio.
Deuoluta solita concedi
Inculta prædita, & Ecclesiæ Inutilia
Temporales, quæ non alienantur nisi
Modicum, ob bene merita in
Prælatum.
Ecclesiam.
Ex permutatione cum
Principe.
Alia Ecclesia.
Intuitu rei à sacerdote in Ecclesiam collatæ.
Modicum pauperibus pro eleemosyna.
In præmium arduæ recuperationis.


Sacramenta.
Alia.
Necessaria, quorũ quædam pertinent ad
Ingressum in Ecclesiam, vt baptismus.
Fluminis.
Flaminis.
Sanguinis.
Progressum in ecclesia, vt
Chrisma
Pœnitentia, cuius
Species
Solemnis.
Publica.
Priuata.
Partes
Contritio.
Confessio.
Satisfactio.
Eucharistia, cuius partes
Forma visibilis.
Veritas corporis.
Egressum ab Ecclesia, vt extrema-Vnctio.
Matrimonium, de quo in tabella proxima.
Voluntaria
Ordo
Maiores.
Episcopatus.
Presbyteratus.
Diaconatus.
Subdiaconatus.
Minores.
Acolithus.
Exorcista.
Cantor.
Lector.
Ostiarius.
Alia.
Iterabilia, quæ characterem non imprimunt.
Pœnitentia.
Eucharistia.
Extrema Vnctio.
Matrimonium.
Non iterabilia, quæ characterem imprimunt.
Baptismus.
Chrisma.
Ordo.


Matrimonium.
Initiatur sponsalibus Quæ
Contrahuntur.
Re.
Verbis.
Literis.
Consensu
Vel
Purè.
In diem.
Sub conditione quæ est aut
Honesta.
Turpis
Simplex
Contra substantiam
Impossibilis.
Dissoluuntur.
Ipso iure
Subsequente matrimonio
Sacrorum ordinum susceptione
Religionis ingressu
Interuentu cognationis
Carnalis
Spiritualis.
Facto hominis
Fornicatione.
Carnali.
Spirituali.
Partium consensu.
Membrorum amissione.
Morbi incurabilis interuentu
Absentia diuturna.
2. Ratificatur, Consensu
3. Consummatur, Copula
4. Impeditur.
Contrahendum.
Furore
Voto simplici
Cognatione, & affinitate
Contractum
Errore
Personæ.
Conditionis.
non
Fortunæ.
Qualitatis.
Voto solemni.
Cultus disparitate
Sacrorum ordinum susceptione
Crimine.
Iusto metu
Impotentia coeundi
Publicæ honestatis iustitia
Consanguinitate
Affinitate.
Baptismo.
Chrismate
Adoptione.
Arrogatione
Cognatione
Naturali
Spirituali ex
Legitima ex
Adiectione conditionis contra eius substantiam
Dissoluitur
Morte
Diuortio.
Separatio tori ob
Fornicationem.
Viti sæuitiam.
Carnalem.
Spiritualem.
Dissolutio vera
Ante copulam.
Post copulam.
Ingressus Religionis
Impotentia coeundi.
Ignorata.
Cultus disparitas
Machinatio in necem defuncti coniugis.


Iudicium.
Ecclesiasticum.
Sæculare.
Ciuile.
Criminale, de quo sequentibus tabellis
Plenarium.
Ordinariũ.
Exercetur per
Syndicos.
Procuratores, qui
principales.
Constituuntur ad
Prohibentur.
Desinunt.
Negotia
Iudicia
Sacerdos
Monachus.
Excommunicatus.
Pater amilias.
Filiusfamilias
In criminalibus.
Morte
Reuocatione
Constituentis.
Constituti.
Tacita.
Expressa.
Cessat.
Pacta
Transactiones,
Compromissa in
Prohibentur
Non cognoscunt causas
Desinunt.
Seruus.
Monachus.
Fœmina.
Laicus super re spirituali
Hæreticus,
Apostata.
Schismaticus.
Infidelis.
Excommunicatus.
Liberales.
Matrimonium carnalium
Filiationum.
Monachationum,
Conuersationum.
In integrum restitutionũ.
Criminales.
Maiores iudices exquirẽs.
Arbitros qui
Constat. Vt tabella sequenti.
Prolatione sententiæ.
Morte
Arbitrorum.
Litigatorum.
Temporis lapsu.
Summarium
Quod cõstat.
Citatione.
Petitione in
Iuramento de
Probationibus.
Verbo.
Scriptis.
Calumnia.
Veritate dicenda.
Sententia lata
iudice.
Sedente
Stante.
Lege
Principe
Vniuersitate
Consuetudine.
Ordinarii Principis qui creatur
Extraordinarium
Fit per delegationem.
Dissoluitur.
Reuocatione mandati
Morte
Delegantis.
Delegati.
Pronunciatione incompetentiæ
Impedimento
Iuris
Facti
Lapsu temporis rescripti
Exequutione sententiæ
Delegati Principis,
Recusatione.
Petrel
Per alium.


Plenarium iudicium constat
1 Citatione
Non arctat ad comparendum.
Personæ qualitate:
Ius dicentis.
Ius vocati.
Incerti.
Loci conditione.
Extra citantis iurisdictionem.
Forma defectu.
Pestilentis, aut alias non tuti.
Legitima causa impeditum.
Facto aduersarij.
Concursu maioris Iudicis.
Vinculis.
Neglecta pari contumaciam quæ punitur, aut
Missione in possessionem.
Rei sequestratione.
Litis damno.
Mulcta.
Excommunicatione.
Expensarum refectione.
2 Libelli conceptione, & oblatione
Accusatorij.
Conuentionalis.
3 Exceptionibus, quæ sunt aut
Dilatoriæ.
Declinatoriæ.
Peremptoriæ.
Simplices.
Litis finitæ, vt.
Transactionis
Iurisiurandi.
Rei iudicatæ.
Contra testes.
Excommunicationis.
Præiudiciales.
4 Replicationibus.
5 Mutua petitione, Quæ
Fit coram
Ordinario.
Delegato.
Anomalæ.
Prohibût
Coram
Arbitrio.
Iudice laico super causa spirituali.
Criminal.
6 litis contestatione per
Principales.
Procuratores.
Tutores & similes
Aduocatum.
In causa
Depositi.
Contra spoliatum.
Excommunicato.
Clericis in causa suæ ecclesiæ.
Tacitè per Patres.
7 Iuramento calumniæ. Quod
Remittitur
Permittitur etiam in causa.
Spirituali.
Appellationis.
Præstatur per
Principales.
Procuratores.
Syndicos.
8 Probatione quæ habetur ex
Reo per Confessionem.
Actore per
Testes, qui censentur idonei.
Natura.
Conditione.
Vita.
Instrumenta, scripturas.
Iuramentum.
Necessarium.
Voluntarium, siue Decisorum.
Iudice, puta per
Inspectionem loci.
Aspectum corporis.
Notorium.
Constitutionis.
Litigatoris.
Rebus ipsis, per
Suspicionem vehementem.
Interlocutoria.
Definitiua, quæ potest esse contra ius
Sententia.
Contractu.
Confessione.
Est aut
Ordinarium mandante delegato.
Delegatum non parente ordinario.
9 Snia
Mandatur Executione, quæ
Fit per
Restitutione in integrum quæ datur
Intuitu quadriennium.
Minori Ecclesiæ
Læsis ex Ordinario delegato specialiter.
Probationis omissione
Temporis fluxu.
Fraudis.
Nullitatis.
Coram
Retardatur
Definitiua.
Interlocutoria.
Oppositæ exceptione.
Commissa causa appellationis per principem
Electionibus.
Postulationibus.
& aliis similib.
Suspenditur appellatione, quæ
Est aut
Fit
Non admittitur.
Iudicialis aut
Extraiudicialis ab
Incerta.
In confessis.
Super notorio criminis.
In correctione facta prælato, & aliis similibus.

- Criminale iudicium cuius causa.
  - Materialis Crimina, quorum alia principaliter lædunt.
    - Deum
      - Simonia. Hæresis. Schisma.
        - Simplex.
        - Realis.
          - Conuentionalis.
          - Mentalis.
      - Apostasia.
        - Perfidiæ.
        - Inobedientiæ.
        - Irregularitatis.
      - Sortilegium.
      - Maledicentia.
        - Sacrum de sacro.
        - Sacrum de non sacro.
        - Non sacrum de sacro.
      - Sacrilegium quod admititur, ratione.
        - Rerum, cum aufertur quid
        - Personarum per
          - Iniectionem manuum
            - Inecclesiasticas personas.
          - Coitum
    - Homines.
      - Furtum.
      - Vsura.
      - Adulterium.
      - Stuprum.
      - Incestus.
      - Sodomia.
      - Coniunctio cum brutis.
      - Raptus.
      - Fornicatio.
      - Falsum.
      - Homicidium.
        - Voluntarium
        - Necessarium
        - Fortuitum.
      - Iniuriæ, quæ inferuntur.
        - Re.
        - Verbis.
        - Literis.
  - Formalis per
    - Accusationem. Denunciationem. Inquisitionem. Præcedentibus.
      - Inscriptione.
      - Charitatiua monitiones.
      - Diffamatione.
    - Purgationem.
      - Vulgarem, improbatam.
      - Canonicam, præcedente magna diffamatione.

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

AD SCHOLARES PERVSINOS.

LIBER SECVNDVS.

EACTVRVS initium Institutionum Iuris Canonici, cum sciret auctor quæstionem quid nominis, præcedere debere quæstionem quid rei vestibulo ipsius libri inscribit breuem titulum de iure Canonico: in quo primò ponit, vnde, & qua ratione id ius nomen huiusmodi sortitum fuerit. Inde transiens ad rem ipsam describit Ius ipsum canonicum, demum quibus partibus illud constat explicat, dicens constare lege diuina consuetudine & constitutionibus.

Inscribit igitur sequentem Titulum de lege diuina, consuetudine & constitutionibus, ac primùm describit Ius ipsum Diuinum, docens, illud esse immutabile distinguens tamen inter præcepta moralia, & mystica diuinæ legis. Consequenter aggreditur materiam consuetudinis, tanquam secundum fontem Iuris Canonici, demonstrans, & originem eius, & qualem eandem esse oporteat, vt sit iuris istius portio. Inde ad tertiam partem Iuris istius transitum faciens diuidit constitutiones in duas species, sæculares s. & Ecclesiasticas, subdens quæ vis, & quis vsus sit sæcularium constitutionum apud Ecclesiam, & clericos, breui rem perstringens, quippe quod talium, constitutionum tractatus potius ad Ius Ciuile, quam ad canonicum pertineat.

Dirigit igitur pleniorem stylum ad Ecclesiasticas constitutiones, quas partitur in statuta Conciliorum, & Decreta Pontificum addit his, & dicta Sanctorum, subdiuidit Concilia in vniuersalia, Prouincialia, & Episcopalia, illorum & originem, & potestatem, & differentiam breuiter enarrans, transit inde ad Pontificum Decreta, exponitque qualia illa esse debeant, vt legis obtineant efficaciam, & qualiter differant ab his, quæ ab interprecibus sacræ paginæ, aut ab aliis Sanctis scripta comperiuntur.

His ab totius operis quasi iactis fundamentis, venit ad subiectum Iuris canonici illud circa tria versari principaliter asserens. Personas nempè, res, & iudicia, & ad hanc trimembrem distinctionem redigit omnia, quæ in quatuor libros congessit.

Exorditur itaque à tractatu personarum tanquam à nobiliore, ponensque titulum de iure personarum, primum facit bimembrem distinctionem, dicens personarum quosdam esse Laïcos, quosdam clericos, & eorum inter se differentiam planam facit, subinde accipiens secundum membrum (ex cuius intelligentia oritur cognitio primi) diuidit personas ecclesiasticas in tres classes, prima est Sacerdotum, secunda constitutorum tantum in sacris, tertia eorum, qui neque in Sacerdotio, neque in sacris sunt constituti, quales sunt positi in minoribus ordinibus.

Rursus resumens primum membrum dicit, Sacerdotum quosdam esse, qui sunt in gradu, & ordine altiore positi, quosdam, qui in inferiore, & repetens primum membrum in altiore gradu poni debere

bere affirmat Episcopos, quorum triplicem esse ordinem demonstrat, scilicet Patriarchas, Archiepiscopos, & simplices Episcopos & ordinis cuiuslibet ponit orignem, & potestatem, subnectens in fine de primatu Romani Pontificis, ad quem omnes prædictos referri oportere deducit, & subjectos esse demonstrat.

Intendens autem horum plenè tractare materiam, exorditurá causa efficienti, docens præuictos creati duobus modisper electionem, per postulationem.

Inde rediens ad electionem definit quid ea sit, ponens quæ ad legitimam electionem requirantur, & ibi ponit quod interfit per se, vel procuratorem, vnum, vel plures electioni quis interueniat, distinguens tamen interim inter Romani, & aliorum Pontificum electionem, docetque eam celebrari tribus modis, per Inspirationem, per Scrutinium, & per compromissum, vtrum quemque modum dilucidè describens, annectitque, & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio, cum multis annexis quæstionibus, & ad rem facientibus.

Quo primo membro causæ efficientis expedito transit ad secundum, scilicet, ad postulationem, illam describens ponensque qui, & quibus casibus sint postulandi.

Et quia hæc sunt quasi quædam coniugii spiritualis initia, postquam agit de electione, & postulatione, transit ad ratificationem talis matrimonii, quæ fit per confirmationem, docetque quid confirmatione quis consequatur, nempe ea, quæ iurisdictionis, non quæ sunt Ordinis, & quomodo confirmans se habere debeat cum confirmando cum alijs ad materiam facientibus.

Inde transit ad consecrationem, per quam huiusmodi spirituale coniugium consummatur, ponitque qualiter illa debeat explicari, eumque expediri non possit, nisi consecrans sit palliatus, commode annectit de receptione, & auctoritate Pallij. Electo igitur confirmato, & per consecrationem, & consummationem coniugii spiritualis perfecto, & absoluto Episcopo, quædam moralia præcepta ponit, quæ ad vitam, & honestatem Prælatorum spectant, congruebant enim, vt posito quomodo instituantur Prælati, diceretur etiam quomodo eos in Ecclesia Dei versari oporteret.

Et quia officium Pastorale monstratur esse latissimum, & huiusmodi, quod ab vno tantum homine vix recte susci pi & peragi possit ostendit Ecclesiam vocasse quosdam in partem curæ pastoralis, vt sunt Archidiaconus, Archipresbyter. Vicarius & coadjutor, qui vna cum Episcopo commissi sibi gregis sollicitudinem gerunt, de quorum officiis, iurisdictione, & potestate singulis titulis agit, speciali etiam titulo ad posito, quo Corespicoporum vsum sublatum esse demonstrat.

Descendit tandem ad dissolutionem istius spiritualis cõiugii, secutus ordinem naturæ, quo inductum, vt res prius nascantur inde augeantur, viuant & intereant, dicitque dissolui huiusmodi matrimonium tribus modis translatione, renunciatione & dispositione.

Redienſque ad primum modum, scilicet, translationis, docet, eam fieri vel causa vtilitatis, vel causa necessitatis, subdens, qui possit transferre, & quis possit transferri, quomodo fit facienda translatio, nonnulla ibi & de beneficiorum permutatione, reipsa suadente, subdens.

Consequenter transit ad secundum modum dissoluendi huius matrimonii, scilicet ad renunciationem, qua descripta ponit sex principales causas, ob quas scire potest quis renunciare, quas dicit esse conscientiam criminis, debilitatem corporis, defectum scientiæ, malitiam plebis, graue scandalum, personæ, irregularitatem, quas singulas declarando prosequitur, subdens inde per quos, & quomodo huiusmodi renunciatio fieri valeat.

Subinde transgreditur ad tertium modum, quo tale coniugium dissoluitur scilicet, ad depositionem, seu degradationem, quam diuidit in realem, verbalem, vtriusque vim ordinem, & naturam breuiter attingens.

Quibus explicatis reddit ad secundum membrum personarum Ecclesiasticarum primæ classis, hoc est Sacerdotorum, quorum dixerant quosdam esse positos in altiore gradu & ordine, vt sunt omnes ordines Episcoporum, de quibus diffusè supra dixerat, quosdam esse positos in inferiore, vt sunt presbiteri: dicit igitur de origine presbyterorum, & potestate, docens quædam esse in Ecclesia, quæ presbyter suo iure, quædam, quæ permittente Episcopo, quædam, quæ nec proprio Iure, nec Episcopi permissu potest exequi.

Delabitur postea ad secundam classem, quæ est eorum qui sunt constituti in sacris tantum, non in Sacerdotio, vt sunt Diaconi, & Subdiaconi illorumue figillatim describit munus, & officium cum origine.

Inde transit ad tertiam classem personarum Ecclesiasticarum, quæ constantiis, qui tantum in minoribus ordinibus sunt constituti, vt sunt Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius, Cantor: eorumque singulariter officia describit, demonstrans, quæ inter hos, & illos superiorũ classium sit differẽtia.

Et quoniam quædam in iure habentur, quæ communia sunt tam maiorum, quàm minorum ordinum communia, vbi contigerit, de maioritate, & obedientia, de scrutinio faciendo in susceptione ordinis, & de temporibus ordinationum de eo qui per saltum, vel furtiuè promotus fuit, & plera-

que, quæ in Decretalibus plures paginas occupant, quorum auctor singulos titulos singulis paragraphis artificiose concludit.

Demum ponit etiam titulum de iis, qui præmoueri non possunt: qui & ipse communis est tam maioribus, quam minoribus ordinibus, & in eo diffusè tractatur de generibus omnium fermè irregularitatum, redigitque omnem tractatum ad quatuor capita, demonstrans, alios prohiberi ordines suscipere tõne subiectionis, vt sunt Serui, Libertini, Monachi, alienæ diœcesis viri, alios ratione delicti, vt qui commiserunt homicidium, habita tamen ratione an sit voluntarium, necessarium, vel fortuitum, publicè pœnitentes, vsurarij simoniaci, fures, & similes. Alios ratione suspicionis futuri lapsus, vt baptizati in ægritudine, filii presbyterorum, bigami, alios, ratione corporalis impedimenti, vt cæcus, aut aliter notanter corpore mutilatus, & vniuscuiusque capitis tractatum plenè prosequitur.

Post hæc transitum facit ad materiam præbendarum, beneficiorumque, & sentiens tractatum hunc extra propositum legentibus videri posse, cum se de iure personarum ab initio locuturum pollicitus fuerit, docet quemadmodum prebendæ sunt dignitatibus annexæ. Et per hoc non inconcinnè posse earum tractatum inseri, & annecti tractatui personarum, exorditurque isdem ferè verbis, quibus Iustinianus in suis Institutionibus super titulo de legatis, positaque ibidem descriptione præbendæ, & rationes cur illæ inuenta fuerint, ponit duos modos, per quos conceduntur beneficia, & præbendæ scilicet per collationem, & per institutionem: per collationem stricto vocabulo libertam ordinarii concessionem tantum designans, per institutionem eam, quæ sit ad præsentationem patroni.

Amplexusque primò membrum collationis ponit tres fontes à quibus collationes ipsæ emanant, nempe ab ordinario à legato sedis Apostolicæ, & à Romano Pontifice.

Et prosequens primum caput definit, quis sit ordinarius collator, & quando sit agendum, si duo sint ordinarii collatores, vel aliter ad collationem concurrere debeant, puta Episcopus, & capitulum, & quando de vno ad alium fiat devolutio, & intra quod temporis spatium.

Transit inde ad secundum caput, cumque res significet esse legatorum species, missos scilicet, natos, à latere, declarat id, quod primo dixerat de legato simpliciter circa collationem beneficiorum, solummodo ad legatum de latere pertinere, atque illam ipsam conferendi potestatem certis limitibus contineri docet, ponitque, quid sit huic legato cum ordinario commune, & in quo etiam dissideant.

Explicitis duobus capitibus circa collationem descendit ad tertium, scilicet ad rescriptum Rom. Pont. quod quidem dicit concipi posse tribus modis, purè adiecta die, & sub conditione, ponitque quid interfit, hoc, vel illo modo rescriptum concipiatur.

Addit latenter & aliam distinctionem, quod s. fit talis collatio per rescriptum Apostolicum, vel motu proprio, vel ad alterius petitionem, demonstrans quæ inter vnum, & alium modum sit differentia, subnectitque quantum prouisio facta per Apostolicum cæteris antecedat, quando quis auctoritate Apostolica dicatur receptus, præfatosque Apostolici mandati fines diligenter custodiendos, nec ad alios præterquam expressos casus trahendos, adiicit huiusmodi rescriptum, ex persona, ex loco, ex ordine scripturæ, ex causæ insertione, & qualitate beneficii recipere interpretationem, singula exemplis clara faciens, aliaque adiiciens, quoad rescripti gratiosi interpretationem, pertinent.

Hunc titulum resecuit ante editionem Auctor quemadmodum pauca quædam alia, ratus breuius cuidã Institutioni minus cõuenire

Cumque circa prouisionem factam per Apostolicum multa dixisset, quia specialia quædam videntur inducta circa beneficia vacantia in curia, ponit tractatum separatum de beneficiis vacantibus in curia, edisserens, & quando in curia dicatur vacare, & quibus casibus licet in curia vacent, possint tamen ab aliis, quam ab Apostolico conferri.

Explicito primo modo, quo beneficia nanciscimur, s. cum per collationem illa consequimur, descendit ad secundum, qui est per viam institutionis ponens in quibus collationes, & institutiones conueniant, & quibus dissideant, & obiter tractat de Iure patronatus, docens quibus modis illud censetur, & quare sit institutum, quis sit illius effectus, quæ differentia sit inter laicos patronos, & Ecclesiasticos, & quando tale ius intereat.

Cumque prouisi, siue per collationem, siue per institutionem residere debeant, subdit breuiter de clericis non residentibus, & quoniam à materia iuris personarum videbatur aliquo pacto digressus, sub epilogo omnia prope, quæ antea dixerat, reuocat ad memoriam, subnectitque materiam regularium, & monachorum, qui licet sint personæ Ecclesiasticæ, non tamen erant comprehensi sub prima principali distinctione, cum tam Laici quam Clerici possint esse regulares. Dicit igitur monachum fieri vel paterna deuotione, vel propria professione, quam nunc expressam, nunc tacitam esse, docet vel voti emissione, subdens votum esse duplex, simplex, & solemne, prosequiturque hæc tria membra vsque ad finem tituli, & libri, ponens quid valeat patria potestas ad inducendam, vel prohibendam monachationem filiorum, quid interfit inter tacitam, & expressam pro-

sessionem, inter hunc & illum ordinem, quæ sint substantialia religionis, vel regularitatis, qualiter & quo ordine monachi viuere debeant, & in quo à cæteris regularibus differant.

LIBER II.

TRactatu Personarum explicito primo libro, aggreditur secundum principale membrum. Videlicet Rerum, factaque generali inscriptione, de rerum diuisione: distribuit primo res omnes Ecclesiasticas in duo genera, s. in res spirituales, & temporales, rursus spirituales subdiuidit in corporales: & corporales, rursus distribuit corporales in sacramenta, in res sacras, & sanctas, & in res religiosas, demonstransque res incorporales particulari, & speciali tractatu minimè indigere, aggreditur materiam corporalium, exorditurque à sacramentis tanquam à subiecto nobiliore, facta itaque generali inscriptione, & titulo de sacramentis, definit quid sit sacramentum, inde ponit primam diuisionem Sacramentorum, quod aut sunt necessaria, aut voluntaria, subdividit inde necessaria dicens, quod quædam proficiunt ad ingressum in Ecclesiam, quædam ad progressum in Ecclesia. Ponit item, & secundam diuisionem, quod quædam characterem imprimunt, & non sunt iterabilia, quædam non imprimunt, & sunt iterabilia. Inde quibus partibus constent à quo, & cur instituta, quales, & cuius propositi, & intentionis oporteat esse ministros, vt Sacramenta conficiant, breuiter exponit.

Quibus generaliter cognitis, aggreditur auctor de singulis specialiter dicere, exorditurque à Sacramento Baptismi, quod est cæterorum ianua, & fundamentum, illud describit, efficaciam eius & naturam exponit: qui baptizari, possint, & quot genera sint baptismi, & quæ sint eius solemnia declarat.

Subinde dicit de Sacramento Chrismatis, quod videtur Baptismo annexum, ponens, & qui chrismate, & quos, & quando valeant, & quæ chrisma propria quæque cum baptismo habeat communia.

Postea transit ad Pœnitentiam, per quam post Baptismum, & Confirmationem lapsis subuenitur, eaque descripta tres ponit Pœnitentiæ species, scilicet solemnem, publicam, & priuatam, quarum naturam, & vim describit, prosequitur inde tres partes ipsius pœnitentiæ, scilicet, contritionem confessionem, & satisfactionem, annectens quæstiones à materia non abhorrentes.

Transitum inde facit ad Eucharistiæ Sacramentum, præuiaque illius commendatione, & quis illud exhiberi valeat explanat, ponitque quibus partibus hoc sacramentum constet, nempe visibili forma, veritate corporis, & virtute spirituali, quarum singularum partium declarationem prosequitur.

Habito itaque tractatu Sacramentorum, quæ ad ingressum in Ecclesiam, & progressum in Ecclesia instituta sunt, transit ad ea quæ proficiunt ad egressum, & sic ponit de Extrema-Vnctione, duplicem inquiens vnctionis esse speciem, & *exteriorem*, & *interiorem*.

Explicitis Sacramentis, quæ sunt necessitatis, ponit de iis, quæ voluntatis habentur, quæ sunt Ordo, & Matrimonium. Et quoniam materia Ordinis diffusè tractata fuerit in primo libro, cum de personis ageretur, posita sola Ordinis descriptione, transitum facit ad matrimonium, quod quidem primo describit, tum eius laudes, & bona breuiter perstringens, illud initiari sponsalibus, ratificari consensu, & copula consummari.

Redienque ad materiam sponsalium, positaque illorum descriptione, docet ea contrahi variis modis, vt puta re, verbis, literis, & consensu, & appositis exemplis modorum, inter se varietatem, ac declarationem planam facit, annectitque commoda distinctionem quod aut contrahuntur purè, aut adiecta die, aut sub conditione, exponens quod interfit hoc, vel illomodo contrahantur, & à quibus & sub quibus conditionibus possit matrimonium, vel sponsalia contrahi, distinguens inter conditionem honestam, turpem & impossibilem. Item quis sit sponsalium effectus, quibus modis illa dissoluantur, docens ea interdum ipso iure dissolui, interdum facto hominis, & vtrumque post plura exempla declarat.

Pleno igitur de sponsalibus habito tractatu, transit ad ipsas nuptias, hoc est ad matrimonium contractum per verba de præsenti. Item ad consummatum per copulam, ponens, & qui, & per quæ verba possint matrimonium contrahere, quæ possint matrimonium impedire, & quia inter multa, quæ matrimonium impediunt, est error, ponit quatuor genera errorum, videlicet personæ, conditionis, qualitatis, & fortunæ, secernitque ea, quæ matrimonium impediunt, ab his, quæ non impediunt: ponit, & quid valeat ad impediendum, vel dissoluendum matrimonium cultus disparitas, eaque occasione triplicem quodammodo matrimoniorum speciem, ac differentiam prosequitur: quippe quod illorum quædam sint legitima: quædam verò, & legitima, & rata, & harum specie-

rum inter se differentiam breuiter declarat, ponit de voto solemni, & de susceptione ordinum sacrorum, & de coactione, metu, de furore, frigiditate, de morbo incurabili, de publicæ honestatis iustitia: an, & quando prædicta matrimonium impediant planum faciens.

Et quoniam cognatio contrahendo matrimonio adfert impedimentum, quæ est triplex, ideo annectit tractatum de triplici cognatione, spirituali scilicet, quæ contrahitur non occasione omnium sacramentorum, sed tantum baptismi, chrismatis, & catechismi, licet non omnibus eiusdem sit efficaciæ, legali, vt est ea, quæ contrahitur per adoptionem, vel arrogationem, quam, docet modo habere temporalem causam prohibendi matrimonii, modo perpetuam: & naturali, quam deducitur aut consanguitatem, aut in affinitatem, subnectitque quæ ad gradum cognitionem sunt necessaria, & quando & quatenus, inter quos illa matrimonium contrahi impediat, distinguens inter affinitatem præcedentem, ipsum matrimonium, & subsequentem: cumque ad detegenda huiusmodi impedimenta oporteat matrimonia esse non clandestina, ideò commodè annectit de clandestina desponsatione: & qui matrimonium possint accusare, vel contra illud testificari.

Demum plene tractat de diuortiis tanquam de quodam interitu matrimonii, monstratque diuortii nomen nunc pro vera dissolutione matrimonii, nunc pro separatione tori dumtaxat vsurpari.

Ponit igitur primò casus, in quibus veram contingit matrimonii dissolutionem fieri cum suis rationibus. Inde prosequitur casus, in quibus veram contingit fieri tori tantum separationem, annectens quæ sint exceptiones, quæ possunt opponi à coniugibus repetentibus coniuges, cui tractatui adiungit verbum de secundis nuptiis, exponens qui spe secundarum nuptiarum destituantur, & qualiter secundas nuptias Ecclesia suscipiat, & completur per supra dicta tractatus sacramentorum.

Transit inde ad alias species rerum Ecclesiasticarum, corporalium scilicet, ad res sacras, sanctas & religiosas, vt sunt Ecclesiæ, altaria, Religiosorum domus, sepulturæ Ponitque primò de constituendis, consecrandis, & reparandis Ecclesiis, & altaribus docens quatuor esse causas Ecclesiarum ædificandarum, prosequiturque quæ ad Ecclesiarum, altariumue ædificationem, & ad reconciliationem (si execrata fuerint) debeant concurrere. Transit inde ad vnionem Ecclesiarum, qua descripta, duas ponit vnionum species, perpetuam s. & temporalem. Ex quibus causis sit vnio facienda: quis possit vnire. Quis vnionis effectus, quomodo vnio dissoluatur.

His traditis transit ad Ecclesiarum immunitatem, quam triplicem esse dicit, localem, personalem & realem: & ibidem quamlibet prosequitur, indicans quæ negotia in materiali Ecclesia sint exercenda, & quæ ab eadem sunt arcenda, & qui per accessum ad Ecclesiam impunitatem, vel remissionem pœnam consequantur: à quibus muneribus clericorum personæ sint immunes Ecclesiæ, quin Episcopo subiiciantur: ponit etiam de Ecclesiarum subiectione, docens qua ratione, & quarum rerum intuitu Ecclesiæ sint Episcopo subiectæ, restringens omnia ad tria capita, scilicet ad ius ordinis ad legem iurisdictionis. & legem diæcesanam.

Et quia supra dixerat de iis, quæ ad Episcopos pertinent iure ordinis, & lege iurisdictionis, sub congruis titulis, prosequitur tertium caput, quod restabat, scilicet ea, quæ pertinent ad Episcopum lege diæcesana. Tractat igitur de censibus, de procuratoribus, exactionibus, vbi materiam censuum, iuris visitandi latè prosequitur, annectitque, materia suadente, de capellis monachorum, & de religiosis domib. vbi agit de pluribus inter se diuersis locis, quæ nos vulgo communi vocabulo Hospitalia appellare consueuimus, de illorum regimine qualitate compendiosè differens.

Et cum sepulturæ sint religiosæ annectit de sepulturis, docens quod conferat sepultura in loco religioso magis quam profano, & an vxor, an filius familias, an impubes habeant liberalem sepulturæ electionem, an etiam Monachi, vbi quis sepeliendus non electa à se sepultura. Qui Christiana sepultura priuandi, qua pœna afficiendi vendentes terram pro sepultura.

Et quando si quis posthabita parrochiali Ecclesia, vel ea, in qua sacramenta percipit, in alia Ecclesia sepulturam eligat parochialis Ecclesia de relictis pro anima à defuncto quartam detrahit jō. subdit de canonica portione, qua de scripta, illam in duas species diuidit. s. in parrochialem, & Episcopalem, ibique materiam vtriusque diffusè prosequitur.

Dumque hucusque de rebus quibus quadam spiritualitate continentur pertractasset, antequam veniat ad tractatum rerum Ecclesiasticarum temporalium, quod erat secundum caput primæ sectionis positæ in principio libri, prius dicit de decimis quæ mixtam quandam habent naturam inter res spirituales, & temporales, cum ius quidem decimandi spirituale sit, fructus verò decimarum temporales, vnde de his ponit in quodam quasi confinio rerum spiritualium, & temporalium maximè ob magnam similitudinem, quam habent decimæ cum canonica parochiali, & Episcopali.

Posita igitur descriptione decimæ, duas eius ponit species, personales, & prædiales, ponitque earum naturarum, & differentias, & quid habeant commune, docens qui soluere, & ex quibus rebus solui debeant, & quæ priuilegia ab illarum solutione præstent immunitatem.

Demum venit ad tractatum rerum Ecclesiasticarum temporalium, differens de administratione, &

alienatione ipſarum, cumque regula poſita, quod res Eccleſiaſticæ alienari non poſſunt, excipit quoſdam caſus, & docens quæ ſint res Eccleſiaſticæ, ponit, an quando clerici in vltima voluntate poſſint aliquid relinquere, ſicque ponit titulum de peculio clericorum, relictis & ſucceſſionibus eorum, quo claudit ſecundum librum, & tractarum ipſarum rerum, quod erat ſecundum membrum principale totius operis.

LIBER III.

SVpererat tertius principalis totius operis articulus, videlicet, iudiciorum, quem auctor partitur in duos libros, quorum altero complectitur materiam iudiciorum ciuilium, altero criminalium. Tertiò igitur libro agit de iudiciis ciuilibus appoſitaque iudicii deſcriptione, diuidit ea in ſæcularia, eccleſiaſtica, cuius diſtinctionis occaſione ponit tractatum de foro competendi, docens, an, & quando laicus conueniri poſſit coram iudice clerico: & contra.

Inde ponit aliam diſtinctionem, ſcilicet, quòd iudiciorum alia ſint ordinaria, alia extraordinaria. Extraordinarium iudicium appellant (vt & Canones ipſi appellant) quod mediante delegatione exercetur: ibique naturam vtriuſque deſcribit, & fuſius extraordinarii, vel delegati, quippe quod ſit magis ordinario varium, aſcribit igitur primò quis poſſit delegare, & cum inter hos præcipuus ſit princeps, indicat in quo delegatus à principe ſit magis priuilegiatus aliis delegatis, & quid interſit vni, vel pluribus delegetur, & an vltra ea, quæ ſunt reſcripto comprehenſa, delegatus aliquid poſſit, docetque demum ſolui delegationem reuocatione, delegantis morte, impotentia delegati tam iuris, quam facti exequutione ſententiæ de, temporis fluxu, & iudicis tum pronunciatione, tum recuſatione.

Addit & tertiam iudiciorum diuiſionem, quòd aut ſunt ſummaria, aut plenaria, & ſolemnia, vtrorumque natura expoſita, annectit per quas perſonas poſſumus iudicia exercere, ibique ponit tractatum de procuratoribus, admonens, qui, & quomodo, in quibus caſus poſſint procuratores conſtitui, & quid interſit, vtrum quis ad iudicia an ad negotia ſit procurator, in cauſa profana, an in eccleſiaſtica, vnus, an plures conſtituantur, & quibus caſibus procuratorium expiret.

Cumque iam ad ſeriem, & acta ipſorum eſſet venturus, quia accidit litigatores ad pacta, tranſactiones & compromiſſa interdum venire, ponit tam de pactis, & tranſactionibus, quam de arbitris eorum, & naturam & efficaciam deſignans.

Deuenit tandem ad telam ipſam iudiciorum, & exorſus à citationibus, docet earum triplicem eſſe ſpeciem, ſcilicet conuentionales monitorias & peremptorias: cumque firmaſſet regulariter quemcumque citatum teneri ad comparendum, aſcribit etiam quibus caſibus citatio citatum minimè arctet ad comparendum, quod dicit accidere ex perſonæ qualitate, ex loci conditione, ex temporis ratione, & citationis ipſius forma, quæ quidem capita ſigillatim declarat, & proſequitur.

Et quia iuridicè citatus, niſi compareat, efficitur contumax, ponit de dolo, & contumacia, & in poſſeſſionem, miſſione, vbi fusè proſequitur an, & quando, & quibus cautionibus præſtitis contumax audiri, & quibus pœnis affici debeat, & quia citatus, ſi poſſideat alieno nomine, dummodo in iudicio nominare debet, iō. ponit de nominatione facienda.

Et cum reo citato comparente debeat offerri libellus, ſubdit de libelli conceptione, & oblatione, docens duas eſſe libellorum ſpecies, & qualis eſſe debeat, ac quis ſit effectus correcti libelli, & quibus caſibus non ſit neceſſarius: & quia viſo libello poteſt reus quaſdam exceptiones opponere, ideo dicit de exceptionibus, tam iis, quæ proponuntur ante libellum, quam iis, quæ proponuntur poſtea quandocumque, de quibus ideo ſimul dicit, vt facilior ſit huius tractatus traditio. *Et hunc titulum veſcitur auctor.*

Poſita igitur exceptionis deſcriptione duas facit ſpecies exceptionum, dilatoriarum ſcilicet, & peremptoriarum, docet dilatorias dici interdum ex perſona actoris, interdum ex perſona rei, interdum ex natura actionis, & qualitate cauſæ, & ex aliis locis, & harum quaſdam etiam appellari declinatorias, vt putà, quæ incompetentiam iudicis aſtruunt, quæ ante omnes alias proponi debent & cum exceptio excommunicationis, ipſa quoque ſit dilatoria, habeat tamen naturam anomalam, pluribus de ea tractat.

Deſcendit inde ad materiam peremptoriarum, quas & ipſe in duo genera ſubdiuidit, in peremptorias, litis finitæ, puta tranſactionis, iuriſiurandi, rei iudicatæ & peremptorias ſimplices puta pacti conuenti, doli mali, ſolutionis earumque inter ſe differentiam explanat, addit, & de exceptionibus, quæ neque peremptoriæ, verè dici poſſint quales ſunt exceptiones contra teſtes, ſubdens aduerſus exceptiones replicationes dari, & alia.

Et quoniam ſi reus nullam aduerſus actorem habeat exceptionem poteſt tamen actorem reconuenire, ideo ſtatim poſt exceptiones, ponit de mutuis petitionibus, illarum naturam, & co-

iam quibus proponi possint, explanans.

Sed cum Spoliator non possit spoliatum conuenire, ea occasione ponit materiam restitutionis spoliatorum, & primum quid interfit spolium per modum actionis, an per modum exceptionis opponatur, & constituto, ac definito quis dicatur spoliasse, firmataque vulgari regula de restituendo ante omnia spoliato, plures ponit casus, quibus spoliatus non est ante omnia restituendus. Explicatis autem his, quæ contingit fieri plerumque ante causarum discussionem, & quæ sunt iudiciorum potius præparatoria, quam partes substantiales iudicii, venit ad lapidem angularem ipsius iudicii. s. ad litis contestationem, docens, quo fiat litis contestatio. Transitum inde facit iuramentum calumniæ quod præstari debet circa litis contestationem, docens in quibus casibus, & per quos iurari de calumnia debeat cum aliis ad materiam pertinentibus. Et quia his tunc pendet, & lite pendente nihil potest innouari ponit titulum. Vt lite pendente, & declarans quando lis dicatur pendere, & quibus casibus litis pendentia non officiat. Deuenit inde ad ea, quæ merita causæ concernunt, dicit itaque de probationibus, & posito quid sit probatio, prosequitur primum materiam positionum, quarum & originem, vsum explanat, inde aggreditur tractatum testium, admonens quæ seruanda sint in testium receptione. Quo sint compellendi ad testificandum. Quo se gerere debeat iudex, dum examinat: quod testes censentur natura, conditione, vita: an, & qñ clerici, monachi, qñ Christiani contra Iudæos, vel contra qñ singularis, persona pro vniuersitate, qñ criminosi, qñ domestici, & alii examinari valeant, quot dilationes concedendæ ad examinandum: subdit de testibus reprobatoriis, & de reprobatoriis reprobatorium. Item de errore, correctione, & publicatione ipsorum testiũ. Post hæc aggreditur tractatum instrumentorum, præfatusque quid instrumentorum appellatione contineatur, annectit, & qñ illa exhiberi, & qualia esse oporteat, vt fidem faciant in iudicio, quo de originali sint exempla sumenda, vt fidem faciant. Prosequitur inde materiam iuramenti, quod in proposito diuidit in necessarium & voluntarium, licet ipsum aliâ sit multiplex, ponit itaque quod sit necessarium quæve eius iustæ sint recusandi causæ, postmodum attingit materiam iuramenti voluntarii, inde ponit quosdam casus, quibus sola iudicis inspectione probationes continentur, prosequitur demum & de notorio, de suspicione vehementi, de fama, aliisque huiusmodi ad probandum adminiculis, quæ vel saltem largè probationis vocabulo contineri possunt, & sic claudit tractatum de probationibus. Ex probationibus transitum facit ad somnias, quorum duas facit species, interlocutoriam. s. & definitiuam, vtriusque naturam breuiter demonstrans adiiciens quo iudex in pronunciando gerere se debebat, tum quoque quid interfit vnus sit iudex, an plures ordinarius, an delegatus, an vero etiam arbiter, & quid sit plures iudices in eadem causa diuersas tulerint somnias, quid interfit iudicet quis contra ius constitutionis, an contra ius litigatoris: Et cum ex somnia nascatur res iudicata, annectit, & de re iudicata, & de executione rei iudicatæ, distinguens inter somniam latam in actione reali, & latam in personali, inter eam, quæ lata est ab ordinario, & eam quæ à delegato, apponens quosdam casus, in quibus res iudicata non potest executioni mandari. Sed cum per appellationis remedium prohibeatur somnia in rem iudicatam transire, subdit de appellationibus. Posita itaque descriptione diuidit eas in iudiciales, & extraiudiciales, rursus iudiciales in appellationes ab interlocutoriis, & in appellationes à definitiuis, docens quæ sit inter eas differentia, & qñ licet appellare, & quibus, & an aliter, quã verbo, vel scriptura, & quod interfit vnus, vel plures appellare debeant, ab vno, vel pluribus sit appellandum, & quid si prohibita sit appellatio, an tunc quoque quibusdam casibus, possit appellari, subdit, & de reuocatione attentatorum, & coram quibus sit appellandum, cum pluribus ad materiam appellationum pertinentibus præcipuè de desertione causæ, & temporibus ipsarum appellationum. Et quia remedio appellationis destitutis subuenitur per restitutionem in integrum, ponit de restitutione in integrum, qui restitui debeant, & contra quos, & quibus casibus, & intra quæ tempora, & quoties: adiiciens verbum et de querela, & de supplicatione, per quas pariter iis, qui appellare non possunt, succurritur: & hoc titulo claudit tractatum ciuilium Iudiciorum, & sic primam partem tertii articuli principalis totius operis, & per consequens etiam tertium librum.

LIBER IV.

QVarto libro, qui cæteris breuior est, prosequitur auctor secundum membrum principalis articuli totius libri scilicet, materiam iudiciorum criminalium, & ipsorum quoque criminum, demonstrans ea instituti trib. modis. Per accusationem, quam præcedere debet. inscriptio. Per denuntiationem præcedente charitatiua monitione. Per inquisitionem, quam præcedit diffamatio: & quid interfit, crimen magis isto, quàm illo modo opponatur addit, & quid Iuris statuendum sit, si crimen non his modis, sed per exceptionem opponatur.

Inde transiens ad causam materialem horum iudiciorum: scilicet a l ipsa crimina, diuidit illa in

duas classes: quarum prima continet ea quæ Deum principaliter lædunt, vt simonia, hæresis, schisma, apostasia, sortilegium, maledicentia, sacrilegium: secunda verò quæ principaliter lædunt proximum, vt homicidium, adulterium, stuprum, rapina, furtum, vsura, falsum, iniuriæ, de quibus omnibus postmodum separatim tractat.

De simonia igitur primum exorsus, eam describit, inde diuidit illam in conuentionalem & realem ponitque plures casus & exempla, quibus committi, vel non committi simoniam ostendit, addens pœnas tam ordinantium, quàm ordinatorum, per simoniam, an beneficium consequutus fuerit. Quo cum simoniaco possit dispensari, quique admittantur ad accusationem tam detestandi sceleris, cum pluribus materiæ connexis. Transit inde ad alia crimina, quæ Dei læsionem principaliter continent: dicitque de hæreticis, de schismaticis, & de apostatis, docens quæ sit inter hos differentia, de pœnis singulorum tractans præcipuè verò hæreticorum, declarans q̃n per abiurationem dicantur reincorporari. Item quo agendum cum relapsis, & his qui semel abiurauerint. q̃n cum suspectis, & vsque ad quem gradum hæreticorum pœna transeat in descendentes. Demum de apostatis differens tres in apostasia considerat species, scilicet apostasiam perfidiæ, apostasiam inobedientiæ, & apostasiam irregularitatis. Consequenter tractat de sortilegis, maledicis & sacrilegis, de illorum natura, & pœnis differens, docens sacrilegium committi tribus modis ratione personarum, ratione rerum, & ratione locorum. Descendit inde ad crimina, quæ etiam hominum læsione continent, exorditurque à furtis, his annectit de vsuris, quarum plenè tractat materiam adjungit de adulteriis, & aliis coniunctionibus illicitis, vbi agit de incestu tam ratione naturalis cognationis, quam ratione spiritualis, de vitio Sodomitico, de commixtione cum brutis, & de raptu, addit de crimine falsi, distinguens, an quis circa literas Apostolicas, an circa alia documenta falsum commiserit; falsauerit ipse, an falsis scripturis fuerit vsus. Item subdit de homicidio, vbi agit de assassinio, de interficiente latronem, de homicidio fortuito, de opprimente proprium filium, de exponente filium, de impedimentibus conceptionem, vel procurantibus abortum, & de his qui sibi mortem consciscunt. Tractat demùm de iniuriis, & damno dato, dicens iniuriam inferri re, verbis & literis. Et quia interdum, licet quis de crimine non possit conuinci, publica tamen laborat infamia, ob quam indicenda est diffamato purgatio, ideo ponit de purgatione, qua descripta, duas subdit esse purgationum species, vulgarem & canonicam, vtriusque naturam & ordinem demonstrat. Demum cum sæpissimè per totum librum inueniatur facta mentio ecclesiasticarum censurarum, quas quis incurrit, non modò, ratione contumaciæ, verum etiam aliorum excessuum, de quibus auctor dixerat immediatè supraponit quasi in fine operis titulum de ecclesiasticis censuris: & cum appellatione Ecclesiasticæ censuræ demonstrasset contineri excommunicationem, interdictum, & suspensionem, quæ quid sint ibidem sigillatim definit, de vno quoque facit titulum & tractatum separatum.

Incipiensque ab excommunicatione quas ponit excommunicationum species, maiorem, & minorem, quo inuicem differant declarant. Item rursus diuidens aliam dicit esse excommunicationem canonis, aliam iudicis, declarans canonis excommunicationem eam esse, quæ aliàs appellatur excommunicatio latæ sententiæ, cuius materiam diffusè prosequitur, dando exemplum de his qui eam incurrunt ob in clericos manuum infectionem. Prosequitur inde materiam excommunicationis, quæ fertur à iudice, ponens quæ sint partes iudicis in ea ferenda, quid statuendum sit de participantibus excommunicatis, subdens in fine de absolutione ab excommunicatione quam plura, cum cæteris omnibus tractatur annexis. Transiens inde ad interdictum declarat, illud quædam habere cum excommunicatione communia, quia & ipsum aliud inducitur à canone, aliud à Iudice, Inde addit, quo sit interpretandum, quæ sit illius virtus, & efficacia, & quæ interdictum violantium pœna. Vltimo agit de suspensione, quam & ipsam docet esse aliam canonis, aliam iudicis, ponitque eius descriptionem & naturam, & hoc titulo librum quartum claudit, & operi finem imponit. Hæc sunt totius operis prima quædam lineamenta, si quis autem vellit colores ipsos, vmbras & totius corporis quasi quandam effigiem intueri, totum percurrat necesse est: in quo præcipuè in eo videtur auctor laborasse, vt s. ita tractatus tractatui annecteretur, vt vnus ex alio sponte sua fluere, non vi quadam trahi videretur, qui cum ad libri pulchritudinem, tum multò magis ad tyronum, & eorum qui lecturi essent profectum, & memoriam iuuandam pertinere est arbitratus. Vsus est hoc ferme ordine, vt ante omnia rem, de qua ageretur, prius definiret, vel verius describeret, vel per exempla declararet. Inde diuideret in species. vbi diuisio locum habere poterat, vel poneret originem, vel initia ipsius rei, tum effectus, demum & interitum ostenderet. Satis autem habuit, si rem ita definisset, vt si minus tali definitione essentiam, & substantiam complexus esset, saltem rei intelligentiam clauderet, nec. n. fuit sibi propositum tales definitiones redigere ad strictam normam Logicorum, cum sciret quod difficile & periculosum sit definitiones formare, quas auctor plerumque non ex ipsis canonibus, in quibus ratæ admodum reperiuntur, sed ex classicis, & probatissimis auctoribus fuit mutuatus eas etiam interdum vnius rei plures posuit, vt quod vna minus comprehensum videba-

Operis nexus.

Operis ordo.

Definitiones quales.

Nonnullæ sumpta ex optimis auctor.

Quæ cõtineantur libro institutionum.

tur, alia suppleretur, sed hoc non nisi raro, & ex optimis auctoribus: sumpsit n. hoc sibi, vt quæ ad materiam concinnè, ac methodicè detractanda pertinere arbitratus est, & si illa minus verbis, ac contextu ipsarum Decretalium expressa inuenirentur, dum tamen ex mente iuris fluerent, libro suo insereret, licet hoc per quam rarò. Sed nec fuit auctori propositum omnia quæ cæteris Iuris canonici libris continerentur, in suum librum congerere, & quasi transcribere: Sed ea tamen, quæ Isagogicè tradi potuerunt, quæ variis locis, ac libris nullo ferè ordine dispersa in vnum colligere, & quodammodo in medullis canonum abstrusa, & recondita in lucem elicere fuit longè difficillimum: nec secus atque si quis vetustam aliquam, insigem statuam in multas partes confractam, & variis locis dispersam & operam multis ruderibus, effossis, conquisitis vndique membris glutina aliquo ita composuisset, vt ad pristinam formam atque pulchritudinem restituta appareat. Satis igitur esse arbitratus est, si iis qui lecturi essent id vtilitatis liber afferret suus, vt quasdam tenebras modico labore discuteret, in quibus positos impossibile est aliquid diligenter inuestigare & introspicere: tantumque in ea facultate afferret luminis: aut quis sine cuiquam ductu per se breui temporis spatio expeditè per totum Ius Canonicum quasi per immensam syluam peruagari possit, & certo pede discurrere. Quædam etiam consultò ea ratione prætermisisse, videtur, quod non satis venustè, vel ob prolixitatem, vel ob aliam causam operi suo inferi posse consideret: quæ tamen omnino breuibus quibusdam notulis est complexus. Quædam ēt. ex professo videtur interdum dixisse compressius, & perplexius, tum quod aliquo labore agnita, & intellecta solent nobis esse iucundiora: tum quia sciret eadem cum multo fænore esse dictis notulis explicanda. Stilo scriptus est liber exili & tenui, quali. s. decet librum scribi, qui solum ad docendum, atque adeo ad tyrones prima artis rudimenta docendum compositus sit: interdum tamen pro materiæ qualitate nonnihil assurgit, vt cum agit de primatu Romanæ Ecclesiæ, & Romani Pontificis, cum de vita, & honestate prælatorum disserit, & in aliis quibusdam raris locis. Lingua vsus est auctor neque omninò pura & candida, neque omninò sordida & impura, sed quantum potuit simili cæteris libris Iuris Canonici. Plura etiam ferè ad verbum ex canonibus in opus suum transferens. Institutionum Iuris Ciuilis ductus exemplo: nam cum daret operam, vt iste libellus reputari posset Iuris ipsius Canonici quasi portio, absurdum arbitratus est membrum vnum à reliquis corporis partibus cultu etiam, & vestitu dissidere, ac non proprium, sed ab alio quopiam mutuo sumptum videri. Accidit, quod cum cuiusque artis, & scientiæ sunt propriæ voces, & peculiaria vocabula, ac plerumque barbara, si quis ijs alia Latina voluisset reponere, quod ipsum facta fuisset multo difficillimum (vt fieri potuisse demus) longe tamen à proposito aberrasset, cum institutum auctori fuerit ea, quæ difficilia, & inuoluta essent, dilucidè explicare, & plana facere, non nouis vocibus, & insolitis vocabulis obscurare, cum (vt ille inquit) Ornari res ipsa vetet contenta doceri.

Solum quæ Isagogicè tradi potuerunt ex canonibus in librum Institutionum trãslata.

Quid præstet institutionum liber.

Qua ratione quadam prætermissa.

Stylus operis.

Lingua.

Membra corporis respõderedebent

Artis alicuius vocabula, quãquam barbara minimè immutanda.

FINIS LIBRI SECVNDI.

COM-

COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

Ad Scholares Perusinos.

LIBER TERTIVS.

VEntum iam est (Iuris studiosi) ad eam partem instituti operis, quæ nobis vna omnium & difficillima videtur, & molestiæ plenissima: nempe ad confutationem eorum, quæcumque aduersus nos, atque scriptas à nobis Institutiones obijciuntur. Nam vt omittam, quòd vt quisque optimè institutus est ita etiam à contentionibus spontè sua maximè soleat abhorrere, natura ita comparatum est, quæ in alios vel temerè dicuntur libenter, excipiamus: eos verò, qui se, vel sua etiam necessariò laudant, non sine stomaco audire possimus. Vnde aduersarijs nostris id relictum est, quod voluptatem lecturis non mediocrem sit allaturum, nobis verò quod statim nauseam sit facturum: nam si de me, ac mea diligentia liberè, atque magnificè interdum loquar, non dubio, quin statim arrogantiæ nomine suspectus omnibus sim futurus: sin id frigidiùs fecerò, non satis validè aduersariorum obiecta refutare, ac nostra tueri videri potero. Sed ita profectò sermonem instituere conabimur, vt nec causæ defuisse, & modestiæ rationem habuisse æquis iudicibus videri possimus. Et quamquam ex his quæ initio inchoati huius à nobis commentarij perscripta sunt, tam præstantissimorum virorum testimonijs, atque auctoritate, quam etiam validissimis (vt nobis quidem videtur) rationibus, facti, atque instituti nostri rationem satis, superque omnibus probare potuisse videamur, quia tamen eorũ, quæ aduersus nos objicerentur, quædam vel parciùs attigimus, vel omninò prætermisimus, quippe quòd nemini tunc respondere, sed tantùm gesti negotii seriem explicare nobis propositum erat, ne quis ea dissimulasse, & quasi causæ nostræ diffisos, consultò præterire voluisse nos existimet, colligemus in præsenti eorum omnium, qui contra nos sentiunt argumenta, quibus in vnum locum congestis semel omnibus respondere conabimur imitabimurque Imperatores, qui commissa leuiora prælia, eductis demum omnibus copiis, de summa rerum decernunt. Et quoniam præliorum, ac copiarum meminimus, erit operæ prætium diuersè opinantium numerum, in suas quasi classes distribuere, vt quibuscum negotium nobis futurum sit facilius, atque explicatiùs agnoscere valeamus.

Bene instituti à contentionibus abhorrẽt.

Libẽtius maledicẽti aliis quã laudanti seipsum aures accõmodamus.

Tria genera diuersè opinantium.

Horum omnium tria genera colligere mihi posse videor. Plerique enim graue, & docti viti nostrarum harum Institutionum editionem ita mihi probasse visi sunt, vt vehementer etiam admirentur, tot annorum sæculorumque decursu, ex tot patribus, qui in vtroque Iure floruerunt, nemini veniisse in mentem, vt talem librum conscriberet, quo Pontificij iuris elementa certa ordinis ratione complexus ad cætera, quæ plus quam expediat, inuoluta sunt, & ardua quasi gradum faceret. Eaque promulgationem omninò maturandam censeant, vt non solum posteri, sed etiam nostræ tempestatis homines eius rei vberem fructum capere, aliquando valeant, contra verò alij ab his toto cælo dissidentes in eare oleum, & operam perdi affirmare nihil dubitant. Quippe qui consultius esse existiment, sitientibus (vt ipsi dicunt) ex ipsis fontibus, ac veterum libris, quibus vniuersum Ius

Penitus impugnantes.

Iustinia. institut. parum probatæ.

Canonicum (quasi mire quibusdam littoribus) concluditur: quam ex delectis inde riuulis non tam potum haurire, quam vix primoribus labris degustare: Iustinianique ipsius institutum, qui institutiones in iure ciuili curauerit Tyronibus concinnandas, incusare audent, temque fecisse non modo nullius studiosis vtilitatis, verum etiam noxiam contendunt, satis enim fuerat (inquiunt) iuuenes præclaris illis veterum consultorum monumentis insuescere: atque iis memoriam exercere, quam minutulis illis rebus, quæ quatuor Iustitutionum iuris ciuilis libris continentur diutius immorari. Horum ita inuicem pugnantium sententiæ nullum nobis in præsentia negotium faciunt; nam cum primus quidem mihi per omnia conuenit, habeoque scriptores grauissimos, ac doctissimos viros: Aliorum verò adeo deliram, & multorum consensu confutatam esse opinionem, sic omnes intelligunt: vt non nisi ineptus videri possitis, qui eo laborat, vt eam multis argumentis rejicere, ac confutare conetur. Quemadmodum enim in corpora mollia, cedentiaque non possis egregiam plagam infligere, eo quòd obsistere, contraque niti non queant, ita eos, qui palam insanire non verentur, nemo forti redargutione percellere poterit: inania enim in sua sponte concidunt & euanescunt, vt expulsoribus nullum omninò locum relinquant, Idcoque illorum nescio quo pacto melior est causa, quam eorum qui ratione aliqua aduersantur. Quippe quòd ipsis responderi non possit, id verò non subticebo, quidquid isti garriant, censere me idque ẽt ex maximis, & in iure ciuili eruditissimis vitis sæpius audiuisse ex vniuersa illa enucleati iuris collectione, ac compositione, quam Iustinianus nobis reliquit, nihil esse absolutius, & ad comparandam in toto iure ciuili lumen quoddam, conducibilius, quàm illud institutionum opus, quod isti ex iuuenum manibus extorquendum, & ab omnibus gymnasijs eliminandum, quasi nullius prorsus vtilitatis, tam stultè censent. Nam quòd isti iuris Cæsarei ac Pontificij libros quasi pacatissima maria iunioribus ipsis exhibent, non satis quidem scio, num illorum in eo iudicium desiderem, an accusem inscitiam: omninò, quam parum, in vtroque iure versati fuerint planum faciunt: nam tam multi sunt in vtraque facultate anfractus, & disputationum procellæ; tam multa nodosa, ac durissima, vt nullo pacto iuuenum stomacho concoqui possint. Sed vt verissimum sit, quod isti asserunt, & vtriusque iuris libri pacatissimi iuris speciem nobis referant, illud certè negare non poterunt, stultè scilicet facere eos, qui sint penitus natandi rudes, si se mari primùm, quamquam tranquillo, ac non placidioribus vndis, nec ita profundis magis credere velint, vt se mari postmodum tutius committere valeant.

Insana loquentium aliquo pactomelio cõdicio eo quod ipsis responderi non possit.

Institutionum ciuilium opus pulcherrimum atque absolutum.

Multi sunt in vtroque iure anfractus, & difficultates.

Plusculum igitur erit nobis negotii cum iis, qui nostri instituti rationem magnopere probantes, rem tamen adeo arduam, & difficilem existimant, vt præ difficultate nec tentandum quidem, nec si tentetur ipsam facilitèr absolui posse iudicent, nam si futurum est, vt eam quemadmodum Iuris Ciuilis Institutiones, ita ẽt noster hic liber legis sit vim habiturus, quanta tandem doctrina, prudentia, & vigilantia eos esse oportebit, qui tantam prouinciam aggredi velint, & librum conscribere audent huiusmodi, in quo nihil anceps, nihil obscurum, nihil cæteris canonibus contrarium esse, nihil deesse, nihil abundare debeat, & in quo punctus deficiens, vel syllaba temerè adiecta, nos in magnam aliquam, vel difficultatem, vel errorem possit conjicere? Addunt præterea non videri veri simile nihil huiusmodi cogitasse tot Rom. Pontif. quorum plures fuere, qui maxima cum laude Ius ipsum canonicum professi fuerunt, si quo pacto id è re studiosorum, vel publica fuisset illud verisimilius, cogitasse quidem illos, sed tanquam id esset plenissimum periculi, ac difficultatis cuiusdam insuperabilis huius operis conficiendi, vel tentandi consilium abiecisse, aiuntque huic eorum sententiæ Innocentium IV. subscripsisse videri posse, qui cum tam fœliciter hunc quasi campum Iuris Canonici excoluisset, quemadmodum præclara sua scripta facilè testantur ad Pontificatus ipsius apicem tandem euectus non sibi id sumpsit, vt quæ á se essent conscripta legis auctoritatem habere vellet, sed simplicis tantum cuiusque interpretis: nimirum prudentissimus Pontifex, & eruditissimus satis ponderauit, quid, ac quanti demum consilii & deliberationis esset, leges condere. Demum addunt, vt commodè fieri id posse detur, nihil tamen esse causæ, ob quam quis huiusmodi laborem nullo fermè vsui posteris futurum sibi sumat cum antiquorum (vt ipsi appellant summistarum scripta, & præsertim Hostiensis satis eleganter, & concinnè totius Iuris Canonici quasi quoddam corpus contineat, quibus si quis diligenter insistat, breui proculdubio magnam (vt constanter asserunt) in illo iure scientiam sibi comparare poterit: Horum ego nec dicta aspernari debeo, grauium scilicet, & doctorum virorum: nec item illis quasi re secundum eos iudicata, acquiescere, quod instituti nostri rationem non satis adhuc hi mihi perpendisse videantur, respondebo autem, si primum illud præfatus fuero, ita videlicet ferre naturam rerum, vt nihil sit tam rectum, nihil tanta ratione in vitam, vsumque hominum inductum, cuius nouitas non sit aliquibus ingrata, nec inculcatas vias facilè mutari posse: atque hæc æquè ardua reputari vetustis gratiam dare, & nobis auctoritatem. Docendum igitur nobis nunc est, cum quidem, quo de agimus Iustitutionum librum nullo periculo, non tamen nullo negotio, etiam quasi Pontifice auctore potuisse conscribi: quod postquam euicerimus, tum demum etiam debere ob eam quam inde studiosi consequuturi sunt, vtilitatem, osten-

Probantes sed rem confici posse diffidentes. Cur Romani Pontifices non conscripserint, institutiones iuris canonici.

Innocentij quid videatur sensisse hac in re.

Officiosa summa videtur facere superfluas institutiones iuris canonici quando ingrata.

Conuenit in omni

demus. Ac primum quidem nullos præterit esse in vnaquaque facultate certos coaseriptos libros, quibus auctores alieni commodi, ac profectus amatores, prima quædam cuiusque scientiæ rudimenta complexi ad cætera magis ardua gradum fecerunt, & viam à carceribus ad vltimam vsque metam certo ordine strauerunt, cum ad summa peruenirí, nisi ex principiis, non possit. Nam vt corporum ita etiam animorum, atque ingeniorum quædam est infantia: in qua constituti solidiora, & crudiora nec mandere, nec concoquere possunt. Vnde bonarum artium doctores qui se ingeniorum altores esse voluerunt, nonnullos libellos quasi lac, & meliores quosdam cibos conscripsetunt, quibus cognitis ingenia veluti adulta etiam duriora deuorare, ac digerere valeant. Eius rei multa, quidem ad manus nobis sunt exempla, sed vt de aliis taceamus, maiores nostri Institutiones Iuris Ciuilis quasi vix quisquam sine his aliquid in legitima prudentia proficere valeat, magno in honore semper habuerunt, & varia interpretatione, ac Commentariis exornatas, & locupletatas ad nos transmisecunt, huiusmodi aliquid & in hac Iuris Canonici facultate, cur excogitari, & conscribi non possit ac debeat, ego non video: nisi fortè quis cum his sentiat, qui Iustiniani factum improbare non desinunt. Mihi quidem Ius ipsum Pontificium diligenter aliquando intuenti præstantissimæ materiæ, sed nondum ad certam ædificij formam constructæ & compositæ, vel si mauis, ædificio quidem ianuis tamen, atque omni aditu carenti persimile videri solet. Nam si quis quæ sint eius iuris initia, quoque libro eius prima elementa concludantur: interroget, nemo facilè respondere possit. At, inquis, hoc ideo contingit, quòd eares non facilè explicari potuerit, propter immensum quendam tum laborem, & difficultatem: tum verò etiam periculi metum: das tu quidem, ergo fieri hoc potuisse, vel etiam nunc posse: sed quod id aliquando antea perfectum non fuerit in causa laborem, & immodicam difficultatem, ac periculi formidinem fuisse asseris. Quid ergo? Si sint qui laborem vel iussi vel sponte subierunt, & difficultatem superarint: erit planè quod illis habeas gratiam. Erit quidem, inquies, sed vix in animum possum inducere eius eruditionis, ac iudicii viros hodie reperiri posse, quibus id oneris satis tutò credi posse, existimem. hic tu mihi naturam iniustè nimis accusare videris, quasi non eadem, carundemque virium illa nunc sit, quæ olim fuerit, naturæ tempestate hac nostra tamquam effera, & debilis, vires in angustum contraxerit. Nam si eadem aut vis, quæ olim fuerit, idem vigor manet plantis, pecoribus, ac cæteris brutis, quæ, malum, iniuria est vnis hominibus eandem mentis vim, easdem iudicii, & ingenii vires, quæ paulò antiquioribus fuerit adimere; nisi fortè similes illis sumus, quibus superior annus semper fertilior videri soler. At si verum amamus, nec ipsi nos ac bona nostra nimis contemnimus, contrarium verò propius esse, & ratione, & certis rerum argumentis statuendum erat. Siquidem cum eadem semper generi humano ingenita solertia atque idem insitum semper mentis acumen fuisse inficiari non possimus, nostræ tempestatis homines, ad naturalem, ac perpetuam illam vim ingenii, multam etiam veterum monumentorum lectionem multa præteritarum rerum experimenta adiunxerunt: itavt mirum videri non debeat, si recentiores à veteribus accepta & cogitato sæpe reddant meliora, aut imitatione veterum ipsi quoque quædam noua inueniant, cum huic nostræ docendæ ætati cæteræ elaborasse videri possint? nec temere à nostris Iureconsultis illa vsurpari credendum est. Omne scilicet artificium incrementum recipere, & quantoquique sint iuniores, tanto esse etiam perspicaciores. Quod quidem, vt de aliis taceam, nostra sanè & parentum nostrorum tempora satis planum faciunt, quibus non modo bonæ ac liberales artes antiquo nitori restitutæ sunt; verum etiam quædam compertæ, vel à veteribus non excogitata, nec cognita, vel etiam antea fabulosa credita. Quis vmquam apud antiquos librorum formis excudendorum rationem nouit? Quis aut quorum æneas fistulas conflatas ad pilas ferreas inciendas aspexit? Quis Antipodas adiit? aut quis potius non hæc antequam fierent factu impossibilia crediditset: aut anilibus fabulis non adnumerasset? at cuncta hæc, vel nostra, vel Patrum memoria facta cognouimus: non dabimus ergo recentiorum ingeniis, vt exiguum libellum, atque illum quidem ad alterius veteris imitationem, maximo præsertim aspirante Principe conscribere possint? cuius rei explicatio præ his, quæ nunc attigimus, mea quidem sententiam ludus æstimari poterit. Et sanè superuacuus longior in studiis foret labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis, & quæ magna non sunt, atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum efficeretur habuerunt. At (inquit) potest quidem id fieri, sed laboriosum est, difficile est, periculosum est. Bene iam nobiscum agi incipit, fieri. n. posse iam confiteris. At id erit magni laboris, noli tu nunc tam vehementer de labore alterius laborare, & quasi antetubam trepidare: nam quæ pulchra sunt eadem & difficilia esse oportet, erit qui laborem libenter amplectatur, qui superis bene iuuantibus, difficultatem superet, quod si vnus non sit par oneri ferendo, illi omnes adiungentur: nec vnus tantùm, sed, si res exigat, etiam plures, nec enim vsque adeò est hæc ætas effæta, & Princeps præclaris, & eruditis viris si indiget, vt rem hanc aggredi vereatur, dummodo nos in cassum non laborare, & Trebonianos, Theophilos, & Dorotheos tempo ribus quoque nostris reperiri posse confitearis. At adhuc vrges. cum periculosum (inquis) id sit quod vel punctos, vel syllaba, nedum dictio, vel oratio secus posita, quam debeat, nos ducere posset in

facultate esse libros continentes principia artis.

Etiã ingeniorũ est quædam infantia.

Institutiones iuris ciuilis.

Ius Canonicũ cõparari potest ædificio, sed inchoatq; aditu carenti.

Nullus certus liber cõtinet elemẽta iuris canonici.

Eadem nunc est Naturæ vis quæ olim fuit.

Superior annus videri quibusdã semper solet fertilior

Quanto iuniores tanto perspicaciores.

Nostræ ætatis in quo melior conditio

Quæ paratum nostrum memoria comperta.

Non est trepidãdum ante tubam Diligentia.

Nihil perfectũ ab initio. Laboris & perimetus nõ debet nos ab honesta prouincia retrahere.

Nullum subesse in editione libri periculum etiamsi diligẽtia fuerit remissior. cautela Cẽsorum.

Omnia scriptorũ genera benigna legentis interpretatione

interdũ indigent sacra scripti. indiget interpretatione vix posset ius ciuile sub sistere sine interpretatione Quib. modis interpretes iuris se à perplexitatibus conẽtur eximere.

De hoc in Epistola Ferdinã. Farnensi ad Flauiũ Vrsinum in oberis limine.

Quidpræstet interpretatio.

graues errores; ea proprer abstinere ab hoc incepto satius sit, quam se temerè nullius necessitatis impulsu periculo huic objicere. Hic quidem satis prudenter illi nos monent, ne punctus, vel syllaba secus in opere ponatur, quam deceat, ne scilicet, in magnos errores incidamus: propterea que ad eam rem vtandam adhibebitur vel adhibita est potius, quantò maior potuit diligentia, & ne quid accidat huiusmodi, legetur opus, relegetur opus, expolietur opus, non ab vno tantum, sed à pluribus, addetur aliquid & expungetur, mutabitur, multorumque sententijs iterum, atque iterum, auditis, & collatis, eorum sequemur iudicium, qui prudentissimè & doctissimè sentire videbuntur: nec enim sumus nescij nihil vmquam humano ingenio elaboratum tam exactum initio fuisse, quin multorum postea accedente iudicio perfectius reddi potuerit. Quidquid enim optimum repetitur, ante non fuit, & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim noua. At quod feliciter rem posse cedere diffidis, etiam si opus recoquatur, refingatur, & sæpius incudi reddatur, & propterea abstinendum ducis, hic ego te ad Iustinianum reuoco, cui ex immensâ illa silua Iuris Ciuilis, & infinita propè veterum librorum mole suas Institutiones elicere, felicissimè cessisse multorum sæculorum testimonio comprobatur: quod si nos ab hac suscipienda prouincia laboris & periculi metus retrahere debet, iam & nauium vsus quasi generi humano pernicios us improbandus sit, quippe quod nauigaturis ab vndis, omnibus horis præsentissimum mortis periculum immineat: & quod (quamquam pretiosas merces aduecturi, & magnum quæstum facturi videantur) facilè tamen fieri possit, vt transfretantes obrutis, & illisis nauibus medio mari mergantur. Agricolis campis semina mandare ne permittamus, quod post totius anni exantlatos labores vredine enatum germen ita corripi possit, aut alia calamitate seges ita atteri & cassari, vt nec ipsum quidem semen ager reddere valeat, quamquam de certo fructu, ac prouentu longè nobis est exploratus, quam aut nautis, aut agrorum cultoribus: nec. n. antea liber edendus est, quam benè maturuerit, & rebus ad vnguem discussis, illum edi in rebus esse studiosorum luce meridiana clarius appareat. Sed quid si etiam rebus non ita adamussim perpensis nullum subesse magnum periculum planum faciamus; aut si subsit, nullo fermè negotio id posse vitari doceamus? Neque ego aliquid nunc cogito de illa à Censoribus nostris prudentissimè excogitata, cautela, qua putant ex re esse, si Pontifex ipse diserte testetur, quod harum Institutionum editione iura noua inducere, aut vetera abrogare nulla ratione intendat: nam istud quidem adeo nobis plana & expedita reddit omnia, adeò aduersariorum obiecta contundit, vt nec Homo quidem vllum reprehendi locum relinquat, verum etiam si nulla huiusmodi testatio, quam tamen ego obuiis venis amplector, adhibeatur, Principio nihil præcipuè timendum est in eo, quod æquè vniuersis accidere solet. Est autem perspicuum non solum ea, quæ paulò scripta sunt grauius, verum etiam nullum prorsus esse genus scriptorum ita clarum, & vndequaque absolutum, quin interdum, vel ad dictum ambiguum illustrandum, vel ad loca, quæ inuicem pugnantia videantur concilianda, vel ad fusiùs quid explicandum, benigna legentis, vel docentis interpretatione indigeat. Atque vt quemadmodum solent boni Poetæ, á Ioue ipso exordiamur? Quis nescit in ipsis sacrarum literarum oraculis diuino numine sanctissimis viris inspiratis nihil esse contrarium, nihil absurdum, nihil perperam positum; omnia pia, omnia veritati consona, omnia denique ab vno, eodemque Spiritu tum inspirata, tum dictata, & tamen si quis Iudaice verbis tantummodo mordicus inhærere velit, nec vllam prorsus interpretandi rationem admittat, multis erroribus ausam tribuat necesse est, de quo vtinam non tam multa nobis exempla nostrorum temporum calamitas suppeditaret: notoria quidem sunt hæc, quam exemplis indigeant, nec tamen adeo quis insanus est, & a communi sensu Christianorum tam abhorrens, qui Solem ipsum de mundo tolli satius esse existimare non debeat, quam illa ipsa alicuius perplexitatis, vel ambiguitatis obtentu ab omnibus non legi, non concoqui, in succum, & sanguinem verti: nimirum quod, quæ quandoque perplexa sunt, vel ambigua ab eruditissimis viris explicentur, ac clara fiant. Iam verò si ad veterum Iurisconsultorum monumenta, & Imperatorum rescripta & sanctiones, quibus intelligendis, & enucleandis dies ac noctes inuigilamus animum referamus, & si nihil in his contrarium deprehendi posse Iustinianus constanter ausus fuerit affirmare: tam multa tamen, saltem ad speciem, inuicem pugnantia comperiuntur, vt in eo potissimum nostrates interpretes insudare videantur, quemadmodum, scilicet ea, quæ ex diametro videntur aduersa conciliari valeant, atque adeo interdum in eo laborant, vt quasi cum monstro quodam frustra diu luctari demum dent manus, seque victos confiteri minime pudeat: sed, vt saltem quoquo modo sese ab inextricabilibus perplexitatibus eximant, & legislatoribus suis honorem seruent, aut vnum responsum secundum alterius legis sententiam accipiendum asserunt: aut hoc quidem inspecta dispositione Iuris antiqui, illud verò recentioris, obtinere affirmant: aut hoc strictè, illud largè accipi debere contendunt: nec etiam facti speciem inter se diuersam, contra verba contextus comminiscuntur, & vno quidem casu, hoc alio verò illud procedere affirmant: quid plura? non satis quidem illi acutè, sed proculdubio vi quadam, & necessitate compulsi, & adacti, vel quid minus rectè dictum eruditorum iuuenum gratia contendunt, quasi vero docendi gratia errare, vel pugnantia loqui liceat, vel difficultatibus suc-

cumbentes nos ad Appollineos Tripodas rejiciunt. Cogitaram hic pauca huius rei exempla subnectere, sed hæc minus etiam quam mediocriter in Iure Ciuili versatis cognita sunt, & penitus perspecta: obtinuerunt tamen, & obtinet Digestorum libri, Imperatorumque Constitutiones, & Institutiones Iustiniani nomine conscriptæ vim legum, nec propterea abjiciuntur, quod plurima in his valde ambigua: multa, quæ videntur contraria, nonnulla inextricabilia deprehenduntur nimirum quod velut Vrsæ informes, & recenter natos catellos suos lambendo ad elegantiorem formam redigunt: ita interpretationis munere id consequimur, vt quæ ab Auctoribus scripta videntur durius & perplexius, interpretando quasi admota leniter manu ad molliorem tactum, & ad quandam rerum planiciem traducamus. Non permittam hic orationem nostram ambitiosiùs vagari, vt idem accidere, & in Philosophorum, Medicorum, Poetarum & omnium prope Scriptorum libris planum facere velim: cum & res multis non indigeat, & satis nobis sit, si nos intra propria castra, ac domesticos cancellos contineat. Illud non dubitanter ausim affirmare, ne quotidianum quidem, ac familiarem amicorum inter se sermonem posse subsistere, si ita verbis inhæreas, vt nullam prorsus interpretatationem admittere velis. *Etiam quotidianus amicorũ sermo sine interpretatione non subsistit.*

M. *Nã tu* (inquid Comicus) *istic hodiè malo tuo compositis mendaciis,*
Huc aduenisti, audacia columen, consutis dolis.
S. Immo equidem tunicis consutis huc aduenio, non dolis.
M. At mentiris etiam certo, pedibus non tunicis venis.

His captionibus si nihil interpretationi demus, non modo Comicorum scena, verum etiam grauissimorum quorumuis auctorum scripta sunt obnoxia: sic qui in clericum violentas manus intulerat nõ incidisse in pœnam Canonis: Si quis suadente diabolo, contendebat, quod sua sponte verberasset, non diabolo suadente: sic qui per annum non communicauerat, pœnis capituli. Omnis vtriusque sexus non teneri, quod illud de hermaphrodito tantum loquatur, sed (vt inquid Paulus) non oportet iuris verba captari, sed qua mente quid dicatur animaduertere.

Cauendum igitur erit summopere, & quantum humano potest præstare industria & solertia, vitandum, ne quod in ista noua Institutionum Iuris Canonici editione sit ambiguum, perplexum, contrarium: & nos id studiosè cauimus. Sed postquam omnis erit diligentia, & cura adhibita, si quid minus perspicuè dictum exciderit, aut quod perplexitatem præ se ferat, nihil adeo peruersè scriptum deprehendetur, quin interpretationis beneficio, quasi manu medica adhibita, ad sanum intellectum retrahi, ac traduci possit: quod vtique futurum esset etiam si diligentia adhibita fuisset paulo remissior: quod quidem ex lectione voluminum vtriusque iuris facilè intelligere possumus, quibus colligendis ac disponendis, quam non magnum adhibitum fuerit studium nostro incommodo quotidie experimur. Cur tantum formidamus, ne huic nostro, cæterorum etiam librorum subeunda sit fortuna? Scripserunt antiqui Pontifices libros suos, atque legis vim obtinere voluerunt, eosque hodie amplectimur & osculamur, in quibus tamen plurima sunt obscura, nonnulla vero ita inuicem etiam in eodem libro, & sub eodem titulo pugnantia videntur, vt maximum conciliare volentibus negotium faciant. Possem ego hic sexcenta huiusmodi afferre exempla, sed profectò clarior est res quàm vt exemplis illustranda sit. Nec hoc à me eò dicitur, quasi imitandum istud putem, quod vtique tanquam scopulum semper magno mihi studio, ac labore vitandum censui, sed vt aliquando ipsis rerum experimentis, ac certissimis exemplis isti intelligant, nullum magnum formidandum, & extimescendum esse in hac editione periculum. Alij tamen, nec illi quidem (vt sibi videntur) inepti, ita adhuc argumentantur. At quæ in Decretalium libris comperiuntur, nullis, omnino mutatis verbis in tuum librum transtuliſti, & tunc, cum sint illa ipsa penitus, quæ alibi ab ipsis Pontificibus scripta reperiuntur, etiam nullius nouæ approbationis interuentu, vbi legantur, eandem semper retinebunt auctoritatem. Aut non quidem ad verbum transtuliſti, sed pro ingenio, & iudicio tuo illa tibi finxisti, & tunc Pontificis interuenire approbationem est valde periculosum. Video, quid isti moliantur, & quam meum astutè ac callidè agant sentio, nempe, vt nos omni penitus laude spolient, ita enim putant, si fateatur is se in suum librum ad verbum ex aliis Iuris Pontificij libris omnia transtuliſſe, non tam Auctoris operis noui sibi nomen vendicare poterit, quàm simplicis librarii nobis ministerium sese præstitisse confitebitur. Sin pleraque pro suo ingenio innouasse asserverit, cum metu imminentis periculi, de suo illum instituto dejiciemus, atque ita nostræ causæ arcem inuasisse existimant, vt se vel suspendio vitam finire velle magno clamore iactent, si quando me voti compotem fieri contingat, quem, qui sim, satis iam (vt isti prædicant omnes norint. His objectis facilè me posse respondere non dubito, quod antequam faciam, pacis mihi lautus iste vir est admonendus, & compellendus. Si nescis (bone vir) cum ita excandescis, cum sic stomacharis, cum me obliquè in angulos perstringit, cum laqueum te meditari vociferaris, si Pontifex approbet, alia viro graui indigna euomis auctoritatem tuam, quæ sola tibi superest, ad euertenda consilia nostra, apud eos, qui te solum in cure norunt, multum imminuis, atque arma ipsa, quæ aduersus nos non cessas intorquere, ipsemet infringis, oportuit te sedatiore animo hanc causam attingere, nosque, & Institutiones

In libris Iuris Canonici multa quæ videntur pugnare & quæ non facilè conciliantur.

Quarundam obiecta.

Insidiæ illæ sunt graues: quæ in simulatione necessitudinis de liteſcũt.

nostras ad speciem interdum ornare tuo testimonio, ac laudare, atque ita fouere, vt cum boni viri existimationem, atque intercedentis inter nos amicitiæ opinionem tibi comparasses, tum me facilius quasi per cuniculos oppugnare, & dum altera manu scriberes, altera ferire posses, nec alicui alieni à nobis animi suspicionem ingerere antea oportuit, nullæ enim grauiores sunt insidiæ, quam, quæ in simulatione necessitudinis, & beneuolentiæ delitescunt, quod vt facias, ego te aliquando conatum intellexi, sed vsque adeo in visceribus tuis venenum ebullit, vt illud intra stomachi claustra continere, & comprimere non semper possis, sed vel inuito interdum erumpit ardentiùs. Quod verò (vt asseris) qui sim, norint omnes. Non satis mirari possum quomodo id passim prædices, qui me non multis ante mensibus ipse noueris, immo nec nunc quidem fortè bene cognitum habeas, sed me quidem huius rei, si ita sit, minimè piget, te certè pauci omnino sunt, qui sicut ego, & alij quidam vero norint, & planè non tu talis es, qui aliquid in hac nostra mediocritate dispicere possis. Num meministi cum primum Romam appulissem, neque me de facie ante a nosses, quanto studio mecum inire amicitiam quæsieris; quoties me inuiseris; quoties domum tuam quasi veterem amicum perduxeris; quantis laudibus ingenium, iudicium, atque opus meum extuleris, quàm sæpè Pontificem ipsum magna mihi eo nomine debiturum prædicare soleres; quam sæpè, & Pontificis ipsius tunctationem, & vicem meam dolere te diceres; quæ omnia tunc ego non sub dolo, sed humanissimo, & candidissimo animo dici & fieri abs re credebam, nec adagii memineram. Intempestiuam, scilicet, beneuolentiam simultatis loco habendam. Itaque nihil non egi, vt, quod vnum te spectasse, & ambisse non multo post comperi, inter censores meos, quos tu illico fortè auro onerandos credideas ab ipso Pontifice legereris. At postquam hi, quibus melius quam tunc mihi cognitus esse, optimo iudicio, valdè ambientem repulerunt, vix dici potest, quam mihi repentè fueris immutatus, quam ab illa tua simulata humanitate, atque animi candore recesseris, quam tibi homo paulo ante plane cum Tribonianis, ac Dorotheis conferendus, statim nullius eruditionis, ac iudicii visus fuerim, quam demum mihi iniquus factus, & omnibus cœptis nostris aduersatus fueris. Demum quid te cogitari potest leuius & inconstantius, qui non modò aduersus ea, quæ sæpe dixeris, verum etiam contraila ipsa, quæ proprio chirographo aliquando confirmasti, tam imprudenter, coram amplissimis viris de me ac meis scriptis obloquutus fueris? Num meminisli, cum librum, quem tibi legendum tradideram reposcerem, & tu me sic extolleres, vt tribonianis ipsis parrem facere non dubitares, petiisse me ex te, vt illius tuæ sententiæ scripto fidem faceres; num eorum, quæ scripseris penitus es oblitus; vel me adeo supinum arbitraris, vt ea quæ ad existimationem meam valde pertinent, tui similis factus prorsus negligam; falleris amice, falleris: Nam veluti eo tempore, quo iam mihi in aliquam tergiuersationis suspicionem veneras, proprium à te chirographum extorsi, ratus, ita me posse penitus coercere procacitatem istam tuam, quam quasi tempestatem quandam (volut ex longinquo) iam tum mihi videbar intueri, ita illud ipsum, vt impudentissimam garrulitatem tuam saltem quoquo modo reprimam, diligentissimè asseruo; & cum opus est proferre soleo, vt miretur iam nemo, si mihi tam inique detrahere conaris, qui nec ipsum tibi parcere noueris, & aliud stans, aliud sedens dicerem assueueris, atque chirographum illum tuum commentario huic nostro inseruissem, nisi ab illaudato viro laudari turpissimum duxissem. qui sim (inquis) omnes iam benè norunt, ac norint quidem omnes, ecquem me tandem norunt; ac qualabe inquinarum; ecquo scelere, vel turpi nota commaculatum; norint omnes (inquam) me, nec enim recuso, nam & in patria nunc celeberrimi nominis viri, & qui aliquando in Aula maiori quam tu, qui in ea consenuisti, in pretio fuerunt, & nunc sunt, me collegam, nec dedignantur. neque aspernantur & ibidem probari quique consuetudinem nostram appetunt: Romæ illustrium virorum patrociniis non destituimur: & quod fortè scis apud Maximum Principem maximis non laudibus, maximi viri ornarunt, Sed tu nec etiam ipsis parcis, & fœdo isto tuo, atque incondito sermone grauissimorum virorum laudes ita conspurgas, vt has ego obtrectationes, ac teterrimam istam tuam verborum colluuiem æquiore animo iam feram, cum mihi socios, tantos scilicet viros adjungis: vnde nihil impedio, quin more ignauorum canum, qui non pro veritate, sed pro consuetudine latrant, quantum vis garrias. Sed reuertor iam ad causam nostram, & præclaram argumentationem tuam neque committam, vt diuerticulum, ne respondeream quæsisse, & (quod dicitur) nimirum altercando veritatem perdere voluisse videri possim. Vnum illud addo, quod te suspendere velle iactas, si quasi Pontifice auctore liber exeat: per me quidem, & si non exeat, id facias, licet: immo te, ac tui similibus aduersantibus non exiturum facilè coniicere possum: non quòd magnam omninò tibi inesse auctoritatem videam, sed quòd in demoliendo plus vnum, quam in construendo plures valere intelligam, sed tu, si cuius alterius sceleris conscientia, quasi furiis ad laqueum vrgeris, tantisper obsecro subsiste ac substine, donec ad præclaram illam tuam argumentationem breuissimè respondero. Breuissimè (inquam) tum quod priori parti, eum de imminenti periculo, cum populo ipso nos admones, sæpius supra, ac variè à nobis responsum est, tum quod anterior pars egregiæ istius tuæ complexionis tantum abest, vt contra nos faciat, vt illam ipsam maximè nostram causam adiuuare contendamus: quæro (inquis) quomodo egeris,

Intempestiua beneuolentia.

Dissolutio obiectionis.

Plus vnus potest in destruendo quã multi in construendo.

& an ad verbum in librum tuum Canones ipsos intexueris ; quomodo me gesserim alias supra satis idexploratum putem, nam & pluribus diebus perlegendi operis tibi potestatem feci, & ex me ipso de tota ratione instituti nostri sæpius cognouisti : quinimmo quidam, nec illi quidem aspernandi, ex nostro codice, dum illum apud te esse paterer, exemplum clanculum sumpsisse, atque illud asseruare te domi diligenter ausi mihi fuerunt, affirmare. Sed fac me ad verbum transtulisse. quid præterea ; Ergo (inquis) nulla noua necessaria est Principis approbatio. Præclara me hercule illatio, & homine valde dialectico plane dignissima : sed finge, me concedere, nullam necessariam esse Principis comprobationem, quod tamen falsissimum esse proximè docebimus : non propterea etiam euincis, approbationem Principis nulla ratione interuenire oportere, multa siquidem, comperiuntur, quæ quidem, vt necessaria non sint, quia tamen vel decora sunt, vel vtilia, non solum recipimus, verum etiam magno studio vndique conquirimus, quod satis liquido apparet dum vestes nobis curamus, dum ædificamus, dum agrum colimus. Nec enim omnia ad solam necessitatem referimus, sed multa vtilitatis, nonnulla solius etiam decoris, ac pulchritudinis gratia facimus, imitamurque in hoc naturam ipsam. quæ, licet nihil agere frustra credatur, quædam tamen obstentat in herbis, floribus, in plantis frondibus, atque terrestrium animalium pellibus, in pennis auium solius decoris, ac pulchritudinis causa à se confecta : nec tu (puto) inficiaberis tum magnum operi decus accessuram (quamquam hoc minimè omnium cupis) tum Pontifici illi gloriosum futurum, quo quasi auctore Iuris Canonici Institutiones in lucem sint prodituræ, cum inter egregia à se gesta maximus Imperator reposuerit, quod sea auctore, Iuris Cæsarei Institutiones existent, nisi fortètu, vt mihi, ita, & Pontifici ipsi inuideas, nec quemquam præter te aliquam gloriæ particulam assequi, æquo animo patipossis : sed, puto, dabis decorum hoc futurum supremo Pontifici, saltem, vt illius actans, & studiosus videaris : ergo, vt hoc necessarium quidem non sit, gloria tamen Principis, atque operis ipsius decus satis est causæ, vt quasi illo auctore liber in publicum exeat : vt accedat profectus studiosorum, ac vtilitas, qui longè alacrius, & impensius huic perdiscendo, & enucleando operi inuigilabunt, si quasi de manu Pontificis, quam si ab homine priuato sint recepturi : quippe quod ita natura comparatum est, vt munera ipsa, non magis interdum materia, quam auctores ipsi grata nobis, ac pretiosa faciant : vt non immeritò Iustinianus ipse non semel iuuentuti à se docendæ gratuletur, quòd tanto honore digni tyrones habiti fuerint, ac tanta felicitate affecti, vt prima legum rudimenta ad Imperiali (vt ille inquid) splendore, ac voce principali accipere debeant. Accedit quòd cum Iuris Pontificij facultas Ius ipsum Ciuile quasi æmuletur, iniuriam quodammodo illi facimus, si quemadmodum Iuri Ciuili contigit, Iuri etiam Canonico, quasi Principe auctore sua principia non concedimus : præsertim quod illo suadente in libros collecta, illo iubente recognita, ac reuisa sunt, ac non nisi illo permittente sint edenda. Videne igitur etiam si ipsorum Canonum verbis ad amussim vsum esse metibi concessero, multas tamen esse causas, quæ quamquam necessitas (vt vis) non vrgeat, quasi Pontifice auctore liber exire debeat, suadere possint : Sed in præsenti nihil nos adjuuet, quòd Pontificis approbatio operi magnum decus adderet, nullum habeat momentum, quod ea res futura est approbanti Pontifici gloriosa. Nec attendamus, quod sit lecturis vtilitatem allatura, nec indecens habeatur, quod Iuris quidem Ciuilis elementa, quasi Imperatore magistro discimus, ac Iuris Canonici à priuato accipiamus, omnia hæc nec assis faciamus, nec aliquo modo ad rem pertinere confiteamur. At quid tandem dices, quo tandem confugies, si vt tibi dederim me à Canonum verbis ne latum quidem vnguem recessisse, tunc tamen maximè huiusmodi necessariam esse approbationem extorsero ; si tu re id sponte tua confiteberis ; responde sodes, vir acutissime, & qui tam anceps Dilemma ex quodam profundo Dialecticæ artis expiscatus es, quo quasi cornibus quibusdam ita posse nos impetere tibi persuaseras, vt nusquam posse nos effugium aliquod reperire credideris, responde (inquam) sodes, cuiusnam auctoritate muniuntur Iura ipsa, quæ in gratiam tuam fateor nunc me ad verbum meo libra intexuisse ? Romani (inquis) Pontificis, tum præterea dicas, obsecro, eadem illa, cuius loquentis personam nobis exhibent, atque exprimunt ; & pariter non negabis, quod Romani Pontificis, si ergo ad verbum translata sunt in nostras Institutiones, nonne, & ibi Pontificem intueri necesse eris ; & hoc quoque negare non poteris. Quid ergo ? non putas tunc necessariam Pontificis approbationem ; quasi mihi homini priuato in priuato opere liceat sine scelere, ac falsi crimine Pontificis induere personam ? quid tu ad hæc ? quo pacto elaberis ? quomodo ab hoc laqueo te expedies ; vides, quam subito, quam nullo negotio non dicam corruerit tota illa tua machina, quam ad quatiendam causam nostram paraueras, sed in teipsum retorta fuerit ; videns, vt tuo te gladio confoderim ; videns quam parum sis in disputando acutus ? Quid dicam ? videre non potuisse te, quod vel pueros latere non potuit ? an potius vidisse te quidem, sed facilè nostris, atque aliorum oculis tenebras offundi posse existimasse ; sed neutrum horum statuam, nam nec tibi mediocris ingenii ac iudicii laudem inuideo, neque itidem te de nobis tam praue sentire audio, vt huiusmodi nugas facilè nos imbibere posse existimes, Sed profectò ita natura comparatum, atque vsu compertum est, vt cùm primùm mentem liuor occupat, animus quasi cæca caligine inuolutus nihil rectum cer-

Multa quæ non sunt necessaria sint cau sa vtilitatis ac decoris.

Iustinianus de Institutionibus suis gloriatur.

Munera gratio ra nobis facit lau gientiũ dignitas.

Iura Canonica, & ciuilia æmula.

Impur nandi studium causam tribuit errori bus.

nere valeat, vnde multos alio quin oculatissimos viros impugnandi studio in fœdissimos errores fuisse delapsos legimus. Sinamus igitur hos pro sua libidine blaterare, prosequamurque illorum obiecta confutare, qui vt multò quam hi nobiscum agunt, modestius, ita & à nobis modestius excipientur. Aiunt, si huiusmodi Iuris Canonici Institutiones conscribi, aut necessitas cogeret, aut suaderet vtilitas, vel res aliqua ratione sine magno periculo transigi potuisset, vtique futurum fuisse, vt alii Romani Pontifices eas conscribendas iam pridem nobis curare debuerint: neque existimandum hanc paratæ sibi laudis materiam posteris illos fuisse relicturos. Ego verò quid illi curauerint, non multum ad rem pertinere arbitror. Primum enim nimis iniquo loco recentiores constituimus, si eisdem omnem inueniendi rationem præreptam statuimus, quod falsissimum esse supra demonstrauimus, cum rerum ipsarum parens, & repertor tempus non omnia simul perficiat, sed sub variis temporum spatiis & distinctis annorum interuallis: & ex vnius perfectione alterius quoque rei trahat, & deducat inuentionem. Et (vt prudentissimè in Ethicis docet Aristoteles) omnes præclaræ artes ab exiguis principiis profectæ sunt, atque inde ad magnum decus peruenerunt. Sed per me cogitarint quidem, & alii Pontifices, non tamen continuò cuncis eos difficultate perterritos huic ei manum non admouisse, id enim fieri potuit, quod hi ad alia negotia animum vehementiùs appulerint. Illi non diu superstites fuerint. Sed demus alios Pontifices omninò vacuos fuisse, diu superuixisse, demus de componendo huiusmodi opere cogitasse, demus difficile id, immo impossibile reputasse, & ideo abstinuisse, & si quid quærunt amplius, num propterea nobis quasi lex quædam dicta est, vt non idem possimus & nos excogitare, & tamen aliter, atque ipsi opinari, & demum rem ab ipsi desperatam aggredi, ac tentare? Nonne sæpè fit, vt quædam nobis non possint, magis ex sententia cadere, quæ tamen non tam conficiendi, & absoluendi spe magna ducti, quam libidine tentandi aggredimur? quin immo inquit Comicus.

Imprudens itidem, & sæpè iam multis locis.
Plus insciens quis fecit, quàm prudens boni.

Et idem rursus

Insperata accidunt magis sæpe, quam quæ speres.

Quis scit igitur qui aliquo amico numine fauente, vel causa possint recentiores feliciter id absoluere, de quo veteres desperarint: Dii enim (vt est in adagio) facientes adjuuant, & omnia vendunt laboribus. Quamquam alia ratio diligentiua id cogitanti solet interdum occurrere, quamobrem illi nullas in Iure Canonico Institutiones conscripserint, nempe quod veteres circa quædam Iuris illius quasi cunabula ad Pontificatum euecti ad firmandum constituendumque Ius ipsum Canonicum, quod tum videbatur adolescere animum intenderent, nec potuerint Ius ipsum vel nullum omnino, vel certè rude adhuc, & vix inchoatum ad rectum methodum redigere: quod satis liquido apparere potest, si quis ad tempora Gregorii noni, Bonifacij octaui, & Clementis quinti animum, & memoriam reuocet, qui quidem haud ita multis sæculis suos libros promulgauerunt, qui nouissimè Iuri Canonico certam quandam formam & corpus, quod hodie retinemus, constituerunt. Institutiones itaque tunc temporis quasi deficiente materia conscribere minimè potuerunt sacro sancti Patres, quod in ipsis fuit satis luculenter præstituerunt, nempe vt ius ipsum fundarent, & constituerunt. Nunc cum ipsa materia abunde suppediretur, accipienda est, atque ex ea, quasi de rudi prope marmore effigies ducenda. Nec ego propterea Pontificum illorum libros malè digestos esse contendo, sed ad id quod molimur, nullum aut certè per exiguum vsum præbere, nec enim *illis fuit propositum, vt nos iure* veterum docerent, aut rudes aliquos instituerent: sed tantum, vt quæ *vel in vniuersum statuerunt*, vel antiquorum Imperatorum instar consulentibus responderunt, Iustitiæ, & diuinæ legi consona essent: in eo autem nulla necessaria erat. Methodus, aut docendi ratio, sed diuinæ tantum legis peritia, & eorum, quæ antea constituta essent scientia. Atque cum interdum factum illorum cum nostro comparo, illud interesse mihi propè videri solet, quod inter marmorum, ac lignorum materiam optimam quidem illam, & ad ædificandum longè præstantissimam, sed dissolutam ac male congestam, atque ex eadem materia fabrefactam domum, nam marmora & ligna eadem sunt, illa quidem, sed vsum longe diuersum nobis præbent artificis manu, certa ratione composita, & tenacissime inter se compacta, quam desecta, ac in varias partes dissipata, vel ad inhabitandum non satis omnino illa commodè constructa. Veluti ergo commodè inhabitare volentibus non satis est saxa, atque materiam & cætera ædificanti vtilia congerere, nisi dispondendis eis, collocandisque artificum manus adhibeatur: sic non satis est facultatem quamlibet abundare rerum copia, cumulum tantum habere, nisi illas certa disponendi ratio in ordinem digestas, atque inter se coniunctas deuinxerit, eodem accedat oportet via, atque ea cùm ad ingrediendum. tum ad demonstrandum incipientibus expedita, neque propterea ista comparatione antiquis illis Patribus aliquid nos detractum velle quisquam existimet, nihil enim mirum si id illi non præstiterunt, quod vel deficiente ipsa materia, vel alia quacunque causa suadente, ne tentarunt quidem: minimum illud est, quod nobis vendicamus, atque huiusmodi vt si eò veteres animum appellere valuissent vel voluissent, elegantiùs fortè, quam nos id ipsos præ-

Non omnis inueniendi ratio est recentioribus præreapta.

Tempus omnia inuenit sed nõ simul.

Licet nobis à veteribus dissentire

Et desperata cadunt interdum ex sententia.

Ratio probabilis cur veteres in iure Canon. institut. non conscripserũt

Veterib. Pontific. non tam docere propositũ fuit quam statuere.

præstare potuisse non negemus, hoc est nonnullam forte laudem non ineptè omninò disponendi, ac rudioribus expeditiore quadam, & compendiosiore via tradendi ipsa, quæ à veteribus non modò præclarè cogitata: atque diuinitus inuenta, verum etiam ad constituendam Christianam Rempublicam solemniter sancita, ac salubriter decreta fuerunt: vnde præter faciliorem quendam ordinem ad eas res perdiscendas cætera omnia ipsis relinquimus, atque multo magis illos nobis, quam Cererem ipsam, quam frugum inuentricem Poetæ fabulantur, molitori cuidam, vel pistori præstare existimamus. Quod autem de Innocentio dicitur, qui suis scriptis legis auctoritatem non est impartitus nihil eos mouere debet, siquidem is, nec cum scripsit Pontifex erat, nec si fuisset, quasi Legislator scripsit, sed quasi purus interpres: nec vtique dubium esse debet eundem, si collibitum esset, potuisse libris suis auctoritatem Legis concedere, cùm illius multas Decretales cæteris Canonibus admixtas, habeamus: sed credendum est eundem ideo abstinuisse, quod multa noua suis libris inseruit, quæ nõ ea, quæ decet legem ferri, diligentia expendisset. Cum multum interfit interpretem, ne quis se exhibeat an Legislatorem, & vt cætera desint, certe non plus vnius nos mouere debet Innocentij auctoritas, qui omnibus à se scriptis vim legis non tribuit, quam Gregorii, Bonifacii, Clementis, atque adeo ipsius etiam Innocentii, aliorumque quiius ipsum Canonicum quasi à fundamentis erexerunt. His accedit quod diuersa prorsus est ratio noua scribendi, quod illi contingit, alia eorum, quæ etiam non modo scripta, verum etiam ab omnibus recepta sunt, ad certum ordinem rationemque, redigendi quod nos molimur. Extorsimus itaque in harum Institutionum editione periculum aliquod magnopere formidari non oportere; dispiciamus nunc, an eæ necessariæ sint, & quam allaturæ sint legentibus vtilitatem, & an omninò prouinciam istam susceipiendo oleum, & operam luserimus. Quanquam quæ de hoc instituitur disputatio probabilior sane fuisset, si quis opus nondum aggressus esset, quam nunc, cum res in eo statu sit, vt suprema tantum manu indigere videatur: quis enim quærat an necesse sit quid tentari, quod prope absolutam ostendatur; conemur tamen etiam his (si possumus) satisfacere. At primum quidem si librum hunc nostrum ita esse necessarium, vt sint eo nemo satis profi-cere valeat astruere coner, imprudentissimus sim: quis enim non nouit quotquot vmquam in ista nostra Iuris Canonici facultate floruerunt, neque cogitasse quidem, neque librum attigisse similem. Sed quemadmodum ius ipsum Pontificium in omni vita profiteri volentibus, non omnino illum necessarium minimè diffitemur: ita cum omnibus conducere, tum vero quosdam sine eo nihil posse proficere, affirmare audeamus. Principio neminem latet, vt proxime dessetuimus: quam deceat vnam quamque facultatem certum habere librum, quo ipsius prima elementa concludantur, at velut in artem redigantur: cuius rei quamquam per se ipsa satis pareat, locupletem tamen testem apud M. Tullium habeamus Marcum Crassum omnia ferè (inquit) quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt: vt in Musicis numeri & voces, & modi: in Geometria lineamenta formæ, interualla, magnitudines: in Astrologia cœli conuersio, ortus, obitus, motusque siderum: in Grammaticis Poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus: in hac denique ipsa ratione dicendi excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quondam omnibus, & diffusa latè videbantur. Adhita est igitur ars quædam, extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum Philosophi assumunt, quæ rem dissolutam, diuisamque conglutinaret & ratione quadam constringeret. Si ergo in iure ciuili finis hic legitimæ, atque visitatæ in rebus, causisque ciuium, æqualitatis conseruatio, tum sunt notanda genera, & ad certum numerum, paucitatemque reuocanda. Genus autem, id est, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas, aut plures complectitur partes: partes verò sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanat subjiciuntur; omniaque, quæ sunt vel generum, vel partium nomina definitionibus, quam vim habeant est exprimendum. Est enim definitio earum, quæ sunt eius rei propriæ quam definire volumus breuis, & circumscripta quædam explicatio: his ego rebus exemplà adjungerem, nisi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar, quod proposui breui, si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito aut alius quispiam, me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, vt primum omne Ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quæ membra dispertiat: tum propriam cuiusque vim definitione declarat: perfectam perfectam autem Iuris Ciuilis habebitis, magis magnam atque vberem quàm difficilem, & obscuram, atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sint coguntur, & vel passim licet carpentem, vel colligentem vndique repleri ista Iuris ciuilis scientia. Hæc ille, & hoc quidem quòd in iure ciuili tantopere se desiderare, atque expectare Crassus aiebat, & se facturum aliquando credebat, abunde suis institutionibus Iustinianus videtur præstitisse: quod tamen nunc erat perinde, ac nunc circa ips Pontificium necessarium. Siquidem jus ciuile maxima sui parte ex veterum Iurisconsultorum libris & interpretationibus constat, dum illi aliquid, vel ad Senatusconsultum, vel ad legem, vel ad prætoris edictum commentabantur, quibus suis lucubrationibus etiam ordinem quendam vt homines erant magnatum doctrina, tum iudicio, certamque rationem seruasse comperiuntur, dum finiendo, viuendo, generales quasdam positiones formando, rem tractant,

Innocentius plures.
Decretales condidit.
Innocentius cur omnibus à se scriptis legis auctoritatem non dedit.
Diuersa ratio est scribendi noua, vel vetera ordinandi.
Institutiones iure Canonico necessaria.
Ciceronis auctoritas
Institutiones iure Canonico magis necessaria quã iure ciuilicet quamobrem.

itavt ipsorum Iurisconsultorum monumentis, idem prope, labore haud multo maiore consequemur, cùm inde Institutiones illas fermè ad verbum desumptas, & excerptas, fuisse videamus, quod de iure Pontificio non item affirmari potest, quippe quod potissimum ipsorum Pontificum ex facto consultorum responsis totum fermè constet, vt omittam interea, quantum putem interesse inter ipsorum Iurisconsultorum, & Pontificium, aut eorum, quorum opera ipsi vsi sunt in pertractandis, ac subtiliter per vestigandis disciplinis, eruditionem & exercitationem. Si quis, quantumvis rudis quinquaginta Digestorum libros perlegat, non modicum legendo consequetur in iure ciuili, tum doctrinæ tum iudicii: non idem legendi omnes Decretales vsu venit: cum illæ cuncta ferè ad solam oblatæ speciei decisionem, nullo neque docendi, vel certa ratione interpretandi, sine ipsis conditoribus, proposito emanarint. Si igitur Iuris Ciuilis Institutiones recipimus, laudamus, & tanquam necessarias exoscu-lamur, cur non multò magis idem existimemus de Institutionibus Iuris Canonici, cuius libros, si diligenter quis inspexerit, aut nulla, aut certè valde tenuis finiendi, diuidendi, certa Methodo rem explicandi ratio continetur, quod de Pandectarum libris vere prædicari non potest. Accedat huc, quod studiosorum hominum, quibus liber noster vsui esse poterit duo genera considerari posse videntur. Alterum eorum, qui huius iuris peritiam sibi ad quæstum comparare nituntur, vt sunt ii, qui per multos annos iuri Cæsareo in publicis gymnasijs operam dantes in recessu vix paucis mensibus, aut ad summum anno Iuri Pontificio ita se dedunt, vt tamquam de Nilo Canes recedentes vix pauca degustent. Alterum est eorum, qui non tam ad quæstum, quam ad proprium eam sibi vsum facultatem parare cupiunt, vt sunt Theologi, qui, cùm ius ipsum canonicum cum Theologia communionem plerisque, & affinitatem quandam habeat, non multum se profeciſse existimant, nisi ad eam etiam Iuris Canonici cognitionem, si non exactam, at quamcumque saltem adiungant. & audiui ego sæpe magnos in Theologia viros ad Ius Pontificium, quasi sibi occlusas fores conquerentes: quippe quibus ad publica gymnasia honestè non detur accessus, neque si detur multum sint profecturi, cum ibi iudiciorum, vel beneficiorum tractatus, vel si qui sunt alii ad lucrum parandum aptiores interpretari doctores suis auditoribus consueuerint: quæ verò habent cum Theologis quædam communia, & ad pœnitentiarum forum spectant, neque digito quidem attingere solent; eodem fermè loco, & Aulici sunt habendi, & præsertim qui Ecclesiastica aliqua dignitate sunt insigniti, quibus circa suarum Ecclesiarum administrationem, & multiplicia negotia impeditis non vacat multos annos id eius iuris sibi paranda cognitione consumere, cum tamen passim ea illis occurrant, quæ non possint sine illius iuris notitia explicari: siue igitur ad quæstum, siue ad proprium vsum huius iuris cognitionem referas, neutris harum Institutionum editio ingrata esse debet. Siquidem ij, qui ad quæstum rem totam referunt eo ipso anno, quo iuris ciuilis desinunt audire prælectiones, & ad Pontificium se transferunt vix vnius aut alterius tractatus cognitionem assequi valent. Ea enim his temporibus inualuit interpretandi ratio, vt interdum vix duobus aut tribus mensibus vnius decretalis interpretationem absoluant, ita fit vt iuuenes per paucorum solummodo tractatuum notitiam tenentes, sese, vel domum recipiant, vel ad ciuilia obeunda munera conferant, & sæpe incidunt quæstiones quarum prima illi rudimenta ne olfecerunt quidem adeo, vt sedes ipsas principales incidentis quæstionis misere interdum emendicare cogantur. His igitur hoc certè commodum liber hic noster afferet, vt si vel mensem in eo diligenter perlegendo ponant, quocumque sub tractatu emergens quæstio reponatur, ex illius lectione si non decisionem, quam tamen sæpe sunt ibidem inuenturi, at certè loca, vnde quæstionem soluere possint, nota, nullo negotio habere valeant, quod quidem & ad laborem leuandum, & ad vitandam grauem temporis iacturam, quod quis diu quærendo facere cogetur, valet plurimum: vt omittam interea, quòd generalis illa omnium, quæ Pontificio iure continentur, rerum cognitio incredibile est quantum mentis tenebras excutiat, & ad vnumquodque quantumvis abstrusum inuestigandum adiuuet. His verò, quibus circa Theologiæ cognitionem, vel alia negotia occupatis in iure Pontificio perdiscendo non vacat multos annos collocare, non modò vtiles erunt Institutiones istæ, verum etiam omninò necessariæ. Ac primum quidem quomodo hi nulla iuris ciuilis cognitione imbuti, quæ procul dubio multum adiuuat, audebunt tantam prouinciam aggredi. Quomodo decretales ipsas incisas, & plerumque incisas, & plerumque longissimam facti speciem continentes ferre poterunt; aut si possint, quem inde succum elicient; cum eæ, vti sunt iustitiæ, & æquitatis plenissimæ, ita tanquam ad consultantium vota pro tempore ab auctoribus conscriptæ nullum certe ordinem continere poterunt, aliquid forte hi ex libro Gratiani (quem Decretum appellant) consequi poterunt, sed non est incognitum quantum illius libri nutet auctoritas, quam etiam perplexo ordine conscriptus sit qui tamen vt sit optimè digestus, & totus aureus, certe multa sunt in eo posteriorum Pontificum constitutionibus immutata & correcta multa nouiter inducta, de quibus verbum in eo nullum inuenias: & si omnia ibi sint, fusius tamen inueniuntur pertractata, quam vt his qui expeditam quandam discendi viam sequi cupiunt, quod quidem libri ipsius magnitudo satis apertè ostendit. Sed neque Hostiensis summa hos meo iudicio multum adiuuare poterit, nec enim liber ille ab auctore ad eum vsum, de quo nobis nunc est institutus sermo, editus fuit, sed scripsit egregius ille vir, non minus consummatis viris, quàm ty-

Duo hominum genera quibus hæc institutiones vsui esse possunt.

Cur Theologis ius canonicum discere laboriosum sit licèt necessariũ.

Quæ Iuris Canonici in publicis gymnasijs explanetur portio.

Aulici ecclesiastica dignitate insigniti.

Quæ hodie interpretandi ratio inualuerit

Generalis terminorũ cognitio multum confert.

Iuris Ciuili, cognitio ad iuuat violentes profiteri Ius Canonicũ.

Decretũ Gratiã Hostiensis summa non est scripta solis tyronibus.

Grandior est liber sum-

ronibus, neque vt suo libro elementa Iuris Canonici complecteretur, sed vt omnia, quæ vsque ad tempora sua in iure tam Pontifico, quàm Cæsareo à quibusuis interpretibus, quantumuis ardua, vel ambigua conscripta essent, in librum suum congereret, quod satis perspicuè ex operis ipsius prooemio liquere potest vbi id ipsum auctor clarissime testatur. Et proculdubio, si omnia, quæ in illo libro congessit, numerentur, plura sunt quam ea, quæ tribus ipsis Iuris Canonici libris continentur. Accedat, quod illius lectio non potest non esse periculi plenissima, siquidem constat Hostiensem antea scripsisse quam Bonifacij, Clementis, nonullorum aliorum Pontificum constitutiones, promulgarentur, ac velut Citharedus, quantumvis peritissimus, si ea Cithara in qua plures principaliores fides confractæ fuerint, pulsanda sit, nullum suauem concentum reddere poterit, sed obstrepet verius, quam personet: sic vir ille insignis, cui scribendum fuit multò antea, quam bona pars librorum illius Iuris, quod interpretabatur esset in lucem edita, non potuit non multa dicere, quæ aliter, atque ipse putauerit, hodie statuta comperiuntur. Potuit quidem ipse, quid maxime iuri, & æquitati pro tempore consentaneum sibi videretur, scriptis suis mandare, quid postetiores Pontifices constituturi essent diuinare non potuit. Quod item & de aliis pluribus dici potest: sed demus, illum scripsisse nudius Tertius, quis obsecro omnium rerum rudis ad Ius Canonicum per discendum accedens, summamque Hostiensis legendam assumens primum quidem tam grandis libri machina non terreatur, atque inde legendo operi incumbens, ob tam multiplices (vt vocant) allegationes ob tam varias antiquissimorum Doctorum, quas recenset, opiniones ob tam multas quæstiones, non adeo se multiplicium rerum mole grauatum sentiat, vt in ipso statim limine (vt dicebat Imperator) desertor fiat studiorum; aut aliter quam cum labore maximo sero eo prouenia; quo leuiore, & simplici via ductus citius cum maiore etiam profectu peruenire potuisset. Alenda profectò primo tempore sunt ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda, non asperiorum tractatu rerum atterenda, aut difficultate numerosæ, atque perplexæ institutionis deterrenda. Et sane si Hostiensis liber huiusmodi putetur, qui aliquem institutionibus vllis locum non relinquat, iam & Iustiniani institutiones frustra membranas occupabunt, si quidem & Placentinus & Azo, alijque nonnulli in ius ciuile Summas (dicam audacter) elegantius, quàm in ius Pontificium Hostiensis, conscripserunt. Quod si neque Placentinus, nec Azo, nec alius quisquam ita scripsit vt Cæsareæ institutiones hodie superfluæ existimari debent, neque istorum libris ad ius ciuile paratur ingressus, sed per eas tantum ad illud primus nobis aditus patet, cur idem, & de Institutionibus Iuris Canonici existimari non debeat, non satis quidem perspicere possum: denique vt ea, quæ Hostiensis, & alii similes scripta reliquerunt per omnes numeros penitus cognoscere ad summam scientiæ necessarium est, ita insipientibus quædam breuius, ac simplicius tradi magis conuenit. Sed puto iis, qui metam contigerint, & in iure isto Pontificio ita progressi sunt, vt vix illis supersit, in quo proficere vlterius valeant in hoc libro nostro iudicando perinde accidere, atque si quis arduum ac præruptum iter ingressus emenso longo spatio, terminum tamen tandem contigerit. Nam, si ad eundem locum expeditiorem quandam viam ei quis polliceatur, aspernetur, tum quod ei qui ad metam peruenerit, quanquam cum labore nulla noua, quæ illum ingredi oporteat, via necessaria est, tum etiam quod vix æquo animo pati potest, alios breui, ac quasi nullo labore eò peruolare, quo vt ipse pertingeret, multum insudauit ac multos menses consumpsit, Cuius rei ex eo coniecturam facio, quod pauci ij, qui institutum nostrum non perinde mihi probare interdum videntur, hi ferme huiusmodi sunt, quibus libri huius nostri vsus minime videatur necessarius, & qui didicisse malunt, quam discere. Quanquam non desunt multi seniores, docti etiam, ac graues viri, qui rem hanc mirum in modum collaudent, atque complectantur, horum ego tam multos in præsentia proferre possem, vt vel nuda illorum nomina vtramque paginam facere possint. Vt tamen vnusquisque de re tota possit exploratius iudicare, placuit breuissimum compendium, & prima totius operis lineamenta edere, ac quasi Appellis tabulam in publico proponere: obtestorque eos, qui lecturi sunt (si quis tamen hæc quoque) vt si qua sunt, quæ aut praue posita iudicet, aut quæ quaque ratione illis non probentur, mihi ante editionem nota facere minimè grauentur, à quibus tantum abest, vt aliquid mihi detractum putem, vt hoc ipsum maximi beneficii loco sim repositurus. Neque enim ego is sum, qui ei, qui in scriptis meis aliquid desiderauerit, vel reprehenderit inimicitias denunciare velim: cuius enim esset hoc intemperantiæ; aut qui obtineri id potest, vt homines etiam quæ non probent, laudent; immo hæc reprehensio non solùm sine offensione, verum etiam accidit cum gratia: ita enim se res habet, vt qui alterius librum corrigere conatur, si quid affert, quod in rem sit, gratia sit ei habenda: sin autem, vt eius salem sedulitatem amare debeas.

ma Hostiensis quam ōnes canonum libri.

Lectio summa Hostiensis periculosa & quam mobrē.

A principio alēda sūt ingenia non atterenda.

Malunt homines dicisse quam didicisse, quā discere.

Gratiæ sunt ei agendæ qui alienum librum conatur emēdare.

Non tamen vt quis surripiat.

FINIS LIBRI TERTII.

ILLVSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS Henrico & Camillo Gætanis Fratribus.

Ioan. Paulus Lancelottus I. C. Perusinus. S. D.

DVM post peractum felicissimè cursum studiorum vestrorum reditum in patriam paratis, quam magnum in hac nostra Perusina Academia vestri desiderium sitis relicturi cum argumentis multis, tum ex eo facilè potuimus conjicere, quod quam primum est id auditum; bona pars iuris studiosorum, qui omninò prima initia vrgebant: sed qualescunque in iure progressus fecerant, vos quasi duces quosdam secuti in album Iurisconsultorum referri se, atque adscribi curauerunt, vobis hinc discedentibus; & ipsi euolaturi. Quis enim non torqueatur qui suauissima vestra, atque omni genere virtutum, ac leporum refertissima consuetudine frui solitus, intelligat sibi in posterum tanta vestra humanitate, & tanta comitate, demum tam illustri bonitatis, & prudentiæ ad imitandum proposito exemplari esse carendum? At illi hinc discedentes quoque saltem modo desiderium frustrantur suum. Nobis autem interpretibus quidem erit agendum, quibus neque hinc commigrare licet, & nihilominus discessus vester est ægerrimè ferendus, terrendumque est etiam ne magnorum præstantissimorumque virorum (quibus Romana Curia abundat) consuetudine implicitis vobis tenuiores, inelegantioresque absentes amici, vel inuitis, ex animo penitus effluant, quanam ratione iacturæ huic nostræ occurramus. Cæteri quid acturi sunt, nescio: Ego quidem (quando alter conceptam ex discessu vestro animi molestiam excuteræ non licet) eos nunc mihi imitandos esse statui, qui aliquo sibi necessitudinis vinculo conjunctis longam peregrinationum adornantib. imagunculam, vel anulum, vel quid his simile proficiscentibus largiuntur: quo largientium memoriam diutius ab futuri retinere, acconseruare valeant, ficque inter eos mutui) vt Poeta inquid) amoris monumentum, ac pignus. Id autem erit huiusmodi quod & vobis, & mihi maximè congruere existimaui, nempe libellus DE COMPARATIONE VTRIVSQVE IVRIS: quo nos hoc anno nostris interpretationibus præluimus, iusque ipsum Pontificium Cæsareo longe præstare ostendimus. Conuenit autem id (quidquid est munusculi) vobis quam maximè, non modo quod eius iuris fueritis semper studiosissimi, peritissimique nunc habeamini, verum etiam quod id ipsum per Bonifacium octauum gentilem vestrum Pontificem Maximum, maximum incrementum receperit cùm illud rude, atque inchoatum tantum antea, vndique propè absolutum, Sexti (vt appellamus) editione reddiderit. Mihi vero, & idipsum congruit, quod in eo iure interpretando ætatem consumpsi ferè omnem, viamque eius capessendi expeditiorem posteris aliquanto reddidi. Accipietis igitur lucubrationem nostram quasi exiguam quandam Iuris Canonici imaginem, rudi tamen manu depictam, quam ego si propriis coloribus effingere, & ad viuum reddere potuissem, nihil dubito quin (quod Plato de virtute discere solebat) mirabiles sui amores apud studiosos omnes excitaret. Sed qualemcumque illam accipietis tanquam nostræ in vos testem obseruantiæ, non vt eam ab inuidorum obtrectationibus (vt vulgo scriptores à suis patronis effiagitare consueuerunt) auctoritate vestra tueamini: neque enim ita scripta est, vt inuidiam apud quemquam excitare debeat, & qui aduersus inuidos, detractoresque se præmuniunt, ii videntur mihi eodem tempore de se sentire gloriosè ac superbè, de cæteris praue, ac malignè. Tum is ego sum sane, qui illorum scriptis soleam admodum inuidere, qui plurimos habent inuidos, inuidiamque ipsam illis vehementer inuideo, atque vt in hominibus senectutem, ita in scriptoribus inuidiam, optatissimum malum appellare consueui. Nam, & si ea per se praua est ac detestanda, est tamen testis virtutis, nec nisi summa petere consueuit, à summitate autem nostra tam procul abest lucubratio, quam ad eam accedit prope vestra in me beneuolentia, meaque in vos vicissim obseruantia: quarum vtraque ita iam peruenit ad summum, vt incrementum recipere non possit, vtque vos ego auditores habuisse gloriot clarissimos: ita vos contra doctorem audiuisse me non omninò obscurum recordari ne dedigneminì. Perusiæ. Id. Maii, 1575.

DE COMPARATIONE IVRIS PONTIFICII, ET CÆSAREI,

& vtriusque interpretandi ratione.

Ioann. Paulo Lancelotto Authore.

LEGES omnes, ac iura omnia in dirigendis humanis actionibus ad benè, beatèque viuendum, non aliter se habent, quam habenæ, frena, & calcaria ad incitandos, & moderandos gressus, & cursus equorum: vnde cum lex iubet alieno abstinere, ab iniuria temperare, neminem denique hominem lædere, contrafacientibusque pænas addit, nobis ac cupiditatibus nostris quasi frena quædam iniicit, & habenas præmit, flagellisque coercet. Cum vero honesta iubet, atque ad ea præmiis nos allicit, naturæ humanæ ad bonitatem stimulos addit, & calcaria subdit: demum cum quædam benignè indulget, permittit, vel tolerat, habenas laxat. Sed tamen tam cohibendo, quam incitando, quam etiam indulgendo ad vnicum tantum, ac certum finem genus humanum dirigit, ad benè, beatèque viuendum.

Erga homines qualiter se habeant leges.

Sed illud mirum accidit hac in re: nam cum humana mens vna sit vnus tantum sit humanus intellectus, vna demum generis humani natura, cui moderantur leges, vniformes & illas esse oportuit, & decuit: cum tamen interea illæ multæ sint, tam varia, tam contraria vni homini præcipientes; vt speciem interdum nobis referant plurium insessorum eundem equum in varia, ac diuersa eodem tempore agentium, & distrahentium: itavt quo tempore hic calcaria admouet, eodem etiam ille habenas contrahat, alius in gyrum vertat: quo nihil videtur fieri, excogitatiue potuisse incongruentius, & absurdius. Nam cum leges nobis dominentur, certe vel Euangelica veritate admonente duobus Dñi diuersa, imò contraria iubentib. obtemperare, non magis possumus, quam equus eodem tempore cursum arripere, sistere, ac circumduci. Huius rei exempla sunt in promptu; nam vt omittamus magnam inter ius naturale, & gentium diuersitatem quæ nemini nota non est, quam magna est diuersitas inter ius Pontificium, & Cæsareum: quibus duobus vniuersa ferme Christiana respublica regitur; quam multa vtraque iure statuta municipalib. legib. quotidie immutantur? Ecce ius, ciuile, vt sit litium finis, induxit vsucapiones, & perscriptiones, quas disposuit procedere, & compleri ēt si possessori mala fides superueniat. l. cum notiss. C. de præscr. 30 vel 40 ann. At ius canonicum inhibet omninò præscriptiones scientia rei alienæ & sic mala fide superueniente. c. vigilanti, & cap. fin. de præscr. c. possessor de re iud. in 6 idq; (vt quidam scrupulosiores volunt) ēt si completa præscriptione mala fides superueniat, Bal. in Auth. Ad hæc C. de vsu cap. Ius verò gentium hunc per prescriptionem dominia quærendi modum non agnouit, iure verò naturali nec dominia quidem ipsa erant cognita, cum omnia cōia tunc essent, l. ex hoc iure, ff de iust. & iur. Eadem apparet iurium diuersitas in matrimonijs contrahendis: Nam iure quidem naturali primeuo vel quælibet maris, & fœminæ coniunctio pro matrimonio haberi poterat, insti. de iu. nat gent. & ciuil. in pri. Ius gentium strictiùs circa eam rem egit, vetuit enim certas personas coniungi, & coniunctas incesti crimine damnauit, l. quod seruus ff de cond. ob caus. Adhuc. strictius ius ciuile, quod aliàs nuptias præter eas, quæ erant iure gentium prohibitæ, illicitas declarauit, Authen. de incest. nupt. per tot. strictissimè omnium ius canonicum, quod prohibitiones nuptiarum fusius, quam gentium, vel ciuile extendit, extr. de consang. & affin. per tot. Sunt & in ea re etiam regionum consuetudines, quæ ab his, quæ à iure, vel

Vna mēs humana vnius intellectus. Leges diuersa ac cōtraria percipientes.

Vsu capio quā varie cōsiderata

Matrimoniorū materia quam varie cōsiderata.

Cæsareo, vel Pontificio traduntur, interdum recedunt, c. 1 de sponſ. & c. 1 vbi Doct. de cogn. ſpi. Sexcenta adduci poſſent huiuſmodi exempla, in quibus iura naturæ cum iure gentium pugnant. Item ciuilia à Pontificijs diſſident, & à iure gentium. Quinimo ſæpè ius ipſum ciuile, vel ipſum ius Pontificium ſibi minime videntur conſtare, & in vna eadem que re diuerſa ſtatuere deprehenduntur. Quod quidem qui iura tenent præſcriptionum, & matrimoniorum inficiari non poſſunt, cum circa ea idem ius diuerſa ſanciat, fac. c. non debet. de conſan. & affi. C. de præſcrip. longi tem. per tot. & C. de præſcr. 30 vel 40 ann. per tot. vnde nihil videri poteſt homine ipſo miſerius, cum his legibus pare-

Malinil in reb. ſed in vſu.

re teneatur, eodem tempore tam varie diſtrahitur, & ab explicandis certa tõne negotiis, ac reb. certa via pertractandis, ad quas vno iure vrgetur, atque impellitur, alio iure retrahatur, ac diuellatur, non ſecus atque ſi equus eodem tempore calcaribus vrgeatur, frenis cohibeatur habenis circumuoluatur?

Sed hæc omnis admiratio facilè ceſſabit, ſi ſcierimus nihil mali poſitum in rebus eſſe: ſed tantum in earum vſu, vnde veluti ſi inſeſſor rectè calcaribus, atque habenis vti ſciat, facillime, atque feliciſſime, longa, atque aſpera itinera conficiet: contraque ſi neſciat, nihil vel in parenti planicie progredietur. Sic ſi horum variorum iuriorum originem naturam, tempus, locum, ſine, benè quis habeat cognitum, ita lis vtetur, vt magna ex eis ad bene, beateq; viuendum ſibi prouenire adiumenta ſentiat. Quæ res vt clarius appareat, pauca ad rem pertinentia de hominis, natura ac varijs qualitatibus percurramus. Atque interim vos auditores optimi, quam mihi hactenus præſtitiſtis in audiendo attentionem, eamdem ẽt in poſterum accommodate. res enim nec vulgaris eſt, à nobis ea dilegentia tractabitur, vt hic modus penitus diſſoluatur, eloquentia tamen, aut linguæ candorem nemo à nobis expectet tempore, quemadmodum enim in ſacra Deo Virgine fucus, ac cincinni proculdubio vituperandi eſſent, ita in Canoniſta veneres in oratione aucupari, & lauricias vocum affectare vitio vertendum eſſet, permittamus nos hæc leuiorum quorũdam rerum doctoribus, nam & mollis inceſſus ludibundi oculi hiſtrionem quidem, ac ſaltatorem valde decent, grauem eiuem, ac patritium non decent, nec idem ornatus eſſe debet matronæ qui puellæ nec eadem canoniſtarum, quæ oratorum, vel hiſtorico. rum eſſe debet oratio. imò magnopere cauendum eſt nobis interpretib. nedum eloquentes, ac Latini haberi volumus, vel alio interprete indigeamus, vel auditor oratione, quaſi calamiſtrata illectus, ita in ea demoretur, vt ad rerum grauiſſimarum medullam non pertingat, ac peruadat: & cum canones ipſi, quos interpretamur, craſſiore quodam dicendi genere conſcripti ſint, indecens profectò eſſet interpretem ipſorum canonum ob affectatam in dicendo elegantiam magis indigere interpretatione, quam ipſos canones, quos interpreteris, vt omittamus interea, quod & ſi omninò ceſſaret obſcuritas, minime tamen decet eum, qui famulatur nitidiore, ac ſplendidiore pallio indui, quam ipſum dominum. Sed iam ad propoſitæ qõnis ſolutionem accedamus.

Canoniſtæ an ſit affectare elo quentiã.

Iuris inter. cauenda affectatio linguæ poli tioris.

Homo quinaue mod. cõſiderari poteſt.

Homo, cuius ſolius cauſa omnes mundi leges inſtitutæ ſunt, ac promulgatæ conſiderari poteſt quinque modis. Primò conſiderari poteſt in ſuo tantum genere. id eſt vt animal, ſic creatura ſenſibilis, non tamen rationalis. Secundò in ſi a ſpecie. id eſt vt homo, & ratione pollens. Tertiò tanquam ſubditus Romano Imperio. Quartò tanquam ſubditus ſedi. Apoſtolicæ. Vltimò conſidarari põt tanquam ciuis & municeps ciuiſque ciuitatis, puta Bononienſis, Peruſinus. Quemadmodum autem variis modis conſideratur, ita etiam varijs iurium, vel legum ſpecieb. vtitur. Nam ſi conſideretur in ſuo tantum genere, hoc eſt, non vt homo, & rationalis creatura, ſed vt animal: & creatura ſenſibilis, eo iure vtitur: quod naturale appellamus, & quod natura omnia animalia docuit, vnde matrem fœminæ coniungi, liberos procreare, educare, dicitur homo facere iure naturali dictante, quod hæc omnia magis homines natura docuerit, quam cætera animantia. Videmus etenim (inquit tex.) certa quoque & tanquam homo vtitur iure: quod gentium appellamus, propterea quod eſt cõe omnium populorum § ſingulorum inſti. de rerum diui. l. omnes populi. ff de iuſti. & iu. quo iure indictum eſt, vt fidem ſeruemus, pacta non frangamus, vt Deos, Patriam, Parentes obſeruemus, & colamus, l. 1 ff de conſt. pecu. l. vt vim. ff de iuſti. & iu. quæ gerere nulli animantium cæterorum natura conceſſit ſed ſoli homini. Si conſideretur homo, vt ſubditus Romano Imperio vtitur iure ciuili Romanorum, quod hodie commune appellamus. § ius autem. inſti. de iu. na. gen. & ciuil. l. 1 C. de ſum. tri. & fi. cath. Si conſideretur vt ſubditus Eccleſiæ Rom. vtitur iure Pontificio, ſine canonico. Si conſideretur, vt ciuis cuiuſuis ciuitatis, puta Bononienſis Peruſinus, vtitur proprijs ſtatutis Bononien. & Peruſinis, vel alterius ciuitatis, vel loci.

Homo varie cõſidera tur, variis legib. vtitur.

Iurium cunctorum finis vnus conſervatio.

Matrimonium concilia at in mortalitatem generis.

Porro horum quinque iurium: licet inter ſe diuerſorum, vnus eſt finis, variari tamen videtur propter varias qualitates, re autem ipſa vnus eſt: eſt autem is CONSERVATIO finis iuris naturalis, quod conuenit homini in ſuo tantum genere conſiderato, eſt conſeruatio ipſius generis: nam maris, & fœminæ coniunctio, filiorum procreatio educatio, quæ omnia iure naturali ſunt inducta, nullum alium habent finem, niſi generis ipſius conſeruationem, perpetuationem: quod genus his medijs efficiturimmortale, & propterea, pulchre tex in Aut. de nupt. in pri. inquit, Ex filiorum procreatione renouata genera manent, matrimonium artificioſè immortalitatem introducit. Iuris gentium, quod ko-

mini competit non simpliciter tanquam animali, & creaturæ sensibili, sed tanquam homini; & rõnali creaturæ, finis est eadem conseruatio, sed non tam generis, quam quatenus illa est rõnis particeps, & ab alijs speciebus differt: vnde conuentiones, contractus, & alia iure gentium inducta, quorum præter hominem animantia cætera sunt expertia, rõne suadente & humanis necessitatibus cogentibus fuerunt inducta ad conseruationem societatis humanæ in quibus, & si quædam sint per quæ prima facie potius videatur destrui humana species, quam conseruari, vt sunt bella, captiuitates, seruitutes; nihilominus si consideretur homo, vt ratione pollens, & cum ratione viuens, & non tanquam corporaliter, & sensibiliter tantum viuens, vt pecora, & bruta, etiam bella, captiuitates, & seruitutes tanquam probabili, vel necessario ratione inductæ conseruant rõnalem hanc creaturam: nec enim alia rõne permissa sunt bella, nisi vt quietè viuere possimus in pace. Finis verò iuris ciuilis est, vt hominem conseruet, quatenus est animal politicum, dirigit que eius actiones ad beatè viuendum in rep. in certo numero hominum certæ nationis, vel certi loci Siue hoc sit Ius ciuile Romanorum siue alterius cuiuscumque ciuitatis. Itaque ciuilis iuris finis est ciuilis quædam amicitia, quod præclarè admodum vt omnia explicat Arist. lib. 1 Eth. secundum quem nihil est aliud Ius, quam ordinatio ciuilis societatis, Necenim aliud est ciuitas, quam multitudo hominum collecta ad statum rerum suarum tuendum per se sufficiens, quæ legum consensu est vitæque coniuncta, vt diserte explicat Agricola de Dialect. inuentione. ca. 5 Pontificij verò iuris finis est multo, quam aliorum excellentior, conseruat enim hominem, quatenus est Christianus, & quatenus vitam aliam, & æternam sperat, nec humanam spectat solum amicitiam; sed etiam cælestem, non Romanæ, Venetæ, vel alterius ciuitatis, sed cœli nos facit ciues, demum non hominum solum nos amicos facit, sed Dei, iuxta id, quod in sacris literis habetur: Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed aliam futuram inquirimus. Ius aũt hoc Pontificium cæterorum, omnium iurium fines: vel qualitates potius amplectitur quidem, sed ita; vt interim æternæ saluti, dispendium afferri non patiatur. Quod ita discurrendo facilè demonstratur. Finis iuris naturalis primæui est generis ipsius conseruatio, & ea propter, vel quælibet maris, & fœminæ coniunctio est eo iure permissa: immo inducta, huic quidem fini minimè aduersatur ius Canonicum, immo amplectitur, vt apparet ex his, quæ de matrimonijs dicto iure traduntur. Sed cum æque genus ipsum humanum conseruetur, si coeant homines certis legib. ac si nullis, & concubitu vago; cum promiscuus coitus, & indistinctus puta ascendentium, & descendentium impediat æternæ beatitudinis finem, necessit ab hac (vt sic loquar) indistinctione ius Pontificium, adhæsitque legi diuinæ, & certas huic coniunctioni leges posuit, per quas generis conseruatio, & iuris naturalis finis non impeditur. Ius gentium permisit bella, & quasi necessitate vrgente suo tempore indistinctè legitima esse statuit, sed quia ingustam causam belligerendo tueri æternæ beatitudini aduersatur, Ius canonicum nulla bella permisit, nisi quæ iusta essent; puta contra infideles, contra hæreticos, contra quoscũque contumacirer rebelles, not. in ca. sicut 3 de iureiu. Ecce, quod Ius Pontificium non simpliciter à iure gentium recedit, sed solum in quantum illud æternæ beatitudini aduersatur, non ergo quærit Ius canonicum speciem humanam destruere, sed potius, perpetuò, & immortaliter conseruare: vnde conuentiones honestas, & cætera iure gentium inducta amplectitur, nisi æternæ saluti sint aduersa, c. 1 & per totum de Iuri ciuili cordi est, ne lites fiant immortales quia sic nimium forensib. iurgijs vexatur resp. l. prosperandum. C. de iudi. sed cum dominum tam breui temporis fluxu fraudari dominio rerum suarum, esset non solum iniquum, sed etiam æternis ipsius possidentes saluti contrarium recessit in eo ius canonicum, & vt causæ iustitiæ complementum sortiantur, noluit instantiam certis terminis præfiniri, sed tamen interea amplexum est breuietatem litium; ideoque gratia citius earum expediendarum expeditiorem, facilioremque procedendi modum adinuenit, quem ipsum ius ciuile præscribat, clem. dispendiosam de iud. cle. sæpè de verb. signi. Ius ciuile, vt sit litium finis, inuenit vsucapiones, & præscriptiones: easdem approbauit ius canonicum, nisi inquantum æternæ saluti sint contrariæ, quod tunc accidit, cum possessioni mala fides additur socia c. fin. de præscr. c, possessor. de re. iu. in 6. Iure Ciuili ad detegenda crimina regulariter per inquisitionem procedi non potest l. 2. §. publico ff. de adult. Abb. & alij in rub. de iudi. sed cum hoc nihil aliud sit, quam criminib. latibula fabricare, & in æternæ salutis dispendium manifestè vergat iure canonico indistinctè permissum est, vt possit per inquisitionem procedi gl. & doctor in c. infames 6. q. 1. retectis enim delictis quasi ægritudine patefacta magis in promptu sunt remedia, quæ ad sanitatem, hoc est ad æternam beatitudinem perducunt: eodem fonte manat, quod omnia statuta, & consuetudines, quæ sunt peccati nutritiuæ, improbat ius canonicum, nec eo iure subsistunt, habetur in ca. cum Ecclesia S. Mariæ de constit. Hinc facile tria colligi possunt, quod horum iurium fines non sunt contrarij: sed vnus alium adiuuat potius, & quod ius canonicum omnes amplexum est, & redigendo ad normam Christianæ religionis perfici. Secundum quod non satis iusta est quærela existimantium, & dolentium eodem tempore sibi contraria præcipi. Tertio claret, quanto cæteris iuribus antecellit ius canonicum, nimirum quantum æternum commodum temporali, infinitum finito, cœlum terris, amicitia cælestis humanæ,

Bella etiam & seruitutes homĩnem in sua specie conseruant.

Ius ciuile secundum Aristotelem ordinatio ciuilis societatis.

Iuris Põtificij finis excellentior cæteris.

Quo nãmodo ius canonicum fines cæterorum amplectatur.

Conseruatio generis humana per ius Canonicum cum iure naturali.

Bella per ius Canonicum iure gentium.

Litium breuitas per ius canonicum cũ iure cõmuni.

Vsucapiones per ius canonicum.

Iurium fines nõ contrarij. Finis iuris canonici per si it fines aliorum iurium.

vnde non satis interdum admirari possum quid sit, quod cum nostrum ius istud Pontificium cæteris omnibus longè antecellat, iuuenes tamen non mõ. in hac nostra Perusina Academia, sed etiam in cæteris totius Italiæ, ei & rari & breuissimi temporis spatio dant operam: nam pauci, qui iuri Pontificio dant operam, id etiam ita efficiunt, vt potius tanquam de Nilo canes delibare, quam haurire, & sitim explere velle videantur, at in iure ciuili perdiscendo nihil se consecuturos putant, nisi insenuerint, & totos septem annos, atque interdum plures consumpserint: cum ius Pontificium Cæsareo præstet non modo supradictis, verum etiam aliis nominib. multis. Et quoniam res, & locus postulant, & tempus patitur, & vobis quantum ex silentio vestro, & attentione coniicere mihi licet, hæc à nobis instituta oratio, & disputatio non est omnino ingrata, percurramus etiam breuiter originem primum vtriusque iuris, secundo materiam, demum decidendi prudentiam, & sanctitatem, ita enim adhuc clarius quantum alterum alteri præstet intelligemus.

Origo iuris ciuilis, & iuris canonici.

Origo iuris ciuilis est in promptu: sumpsit enim initium à legibus quibusdam curiatis, & legibus duodecim tabularum, edictis Prætorum, Imperatorumque constitutionibus, vt late traditur in l. 2. ff. de orig. iu. at ius Pontificium non ab homine aliquo, sed à lege ipsa diuina fluxit. c. qualiter el. 2. de accusa & per Abb. & alios in c. 1. de translat. Episc. non Senatus Romanus, sed sanctissimi viri ex vniuerso orbe ad celebranda Oecumenia concilia ductu sancti Spiritus congregati condiderunt c. can. D. xv. demum ei Romanus Pontifex, & Vicarius Iesu Christi, incrementum dedit, vt traditur prolixæ D. xix. D. xx. D. xxi. qui tantum dicitur præstare Romano Imperatori quantum spiritus carni, & Sol ipse Lunæ, vt habetur in c. solitæ de maio. & obed. & in c. per venerabilem, qui fil. sint leg.

Materia iuris ciuilis.

Materiam, atque rerum quæ tractantur naturam, ac magnitudinem si spectemus vtriusque iuris, nõ magis ab auro ferrum, & (vt inquid Poeta) à cupressis viburna distant, quam à iure Pontificio Cæsareum: agit enim ius ciuile fere semper de rebus priuatorum exilibus, ac modicis, vt liceat ne religare funes arboribus in ripa natis, §. riparum instit. de re. diui. an liceat piscatori in littore siccare retia, §. feræ: quæ sit apium, columbarum, anserum, pauonum natura §. pauonum, §. gallinarum: an emplastrum factum alienis medicamentis sit facientis, ff. cum ex aliena: an is, cui relictus est vsus possit vti oleribus, pomis, stramentis: item an possit vti pecoribus ad stercorandum agrum instit. de vsu. & habi. Ne credantur hæc, & his similia institutionibus Iustiniani tantum contineri, quibus res quædam tenuiores, quasi iuris ipsius prima elementa ad initiandos, & alliciendos rudium adolescentium animos, & ingenia continentur: nam eius farinæ rebus, & digestorum libri pleni sunt, quibus tamen non prouectiores modò scholares, verum etiam nullius iuris peritorum non assiduè vtitur hinc apud Vlpianum, an chartis legatis libri debeantur etiam libri non malleati, l. librorum, ff. de l. 3. Vino legato an veniat acetum, l. 1. ff. de vin. tri. & oleo leg. item an debeantur cum amphoris l. 4 d. titulo: an cui dulcia legata sunt, & debeat habere ficus, l. ff. de vin. trit. & ol. an scopæ, & pericæ, quibus aranеæ in domo deterguntur, & vas in quo sapa coquitur sint instrumentum fundi l. quæsitum ff. de fundi instit. An fullo teneatur, si vestimenta mures roserint l. item quæritur si fullo ff. loca. Quis sit optimus coquus l. si quid in fit ff. de ædil. edict. an sit sanus, cui dens abest l. cui dens an, & qui maxillam alteram maiorem, aut eminentes oculos, & cui os oleat. l. qui clauum an, & qui in lecto somno, vinoque sepultus, aut etiam pigritia surgendi vrinam faciat. l quæritur puerperam omnibus de ædil. edict. quid iuris sit si mulio mulum plus iusto onerauerit in l. si seruus, sed & mulum, ff. ad l. Aqui. quid item si mulio impetum mularum retinere non potuerit l. idem iuris ¶. 1. d. titul quid item si boues. aut arietes cornibus se inuicem lacessunt, l. 1. cum arietes, ff. quad. paup. fe. di. qua pœna puniendus qui canem irritauit, l. item Mela item, & cum eo. ff. ad l. Aquil. At ficubi causa paulo maioris ponderis incurrerit, veluti si sit petenda hæreditas: tunc verò quasi de maximis rebus sit controuersia, senatum, ac fere totum populum cognitorem aduocant, & eas centum vitales causas appellant l. item veniunt. ait Senatus, ff. de petit. hære. quod à centum viris huiusmodi causæ sint terminandæ, quod satis luculentum argumentum est, quam parum graues causæ iure ciuili tractentur. Neque tamen ego inficior, hæc esse huiusmodi, quæ in rectè instituta Republ. ignorari non debeant quemadmodum & ad alia multa, quæ longè sunt tenuiora: sed quod comparatione eorum, quæ iure canonico comprehenduntur valde sint exilia, quæ magna ingenia diù detinere non debeant, cum iure Pontificio ea potissimum comprehendantur: & tradantur, quæ maiora prope videantur cogitatione ipsa humana. Primum enim ius canonicum tractatum complectitur omnium Sacramentorum abstrusum, & longe grauissimum, Christianis hominibus cognitu apprimè necessarium, de quibus in vniuerso iure ciuili nec verbum inuenias, item quanta sit vis atque efficacia iuramenti, docet ius canonicum? quis sit Ecclesiasticarum censurarum vsus, docet ius canonicum; quatenus vota nos ligent, docet ius canonicum; denique quæcumque sunt ardua iure canonico explicantur, ibi reperies vtrum imperium sit immediate à Deo, an ab Ecclesia, vt in capit. per venerabilem qui fil. sint legit. & in cap. solitæ de maio. & obed. an Imperator possit aduersus Rom. Pontif. bellum indicere in c. sicut, elect. 3. de iureiur. an Papa possit se subjicere Imperatori capitul. cum Ecclesia S. Mariæ, de constitut. quando succedat in iurisdictionem Imperatori in capitul. quod super de voto quando dispensat circa legem diui-

Magnitudo & grauitas rerũ contentarũ in iure canonico.

nam

nam in capitul. per venerabilem, quando solus dispensat contra constitutionem concilii in capit. ex parte de capel. Monach. an legetur dictis Sanctorum: an possit in fide nouum articulum ducere, in capit. cum Christus, de hæret. denique omnia, quæ tam ad perpetuam cuiusque beatitudinem pertinent quam ad felicem militantis Ecclesiæ statum spectant, ius canonicum proprio sibi iure vendicat; in quibus, & si quædam, vel etiam multa Sacra Theologia accepit; non propterea illa eadem sunt iuris canonici minus propria. Nam vt ad Theologos quidem speculari, ac disputare spectat, sic statuere decernere, & firmare quæ ab ipsis euentilata sunt, ad Romanos Pontifices, & sacrosancta Concilia, id est, ad auctores, & (vt sic loquar) ad parentes iuris canonici pertinet. Posuimus hucusque in tuto (nisi fallimur) ius Pontificium Cæsareo præstare non modo ratione finis, sed etiam ratione originis, & materiæ. Videamus postremo loco, si quando idem casus vtriusque iuris censura terminetur, quod nam horum ad scopum iustitiæ, bonitatis, & æquitatis proprius accedat: & sane ausim affirmare tanto sanctius, & prudentius iure Pontificio, quam Cæsareo res decidi ac terminari: vt qua parte iuris ciuilis decisiones à iure canonico dissident, non tam bonum, & æquum cuius artem profitetur se tradere, quam scelus quodammodo continere videantur: quod quidem collatis circa eandem facti speciem iuris vtriusque determinationibus satis liquido apparere potest, quas licet innumeras adducere possemus, paucis tamen quæ rem ipsam luculentissimè demonstrabunt contenti erimus, imitati iurisconsultum, in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.

Ius Canonicū à sacra Theologia multa mutuatur.

Collatio terminationum iuris canonici. & ciuilis circa eandem facti speciem.

Titius humana lapsus fragilitate cum propria consanguinea rem habet, ex nefario concubitu contra parentum vota proles nascitur, videamus quomodo circa hoc factum ius ciuile disponit; deinde quomodo ius canonicum. Ius ciuile prolem hanc vehementer insectatur, nam horum filios nec naturales nominari permittit, sed hoc tolerari potest, iubet hos ab hæreditate paterna esse pœnitus alienos: & hoc ferendum erit. Iubet alimenta negari: at hoc est immanissimum, quod nec humanus sensus ferre potest. (Ex complexu (inquid) nefario aut incesto, seu damnato liberi nec naturales sunt nominandi, omnis substantiæ indigni beneficio, vt nec alantur à patre (repeto absurdissimum verbum vt nec alantur à patre Iubet igitur ius ciuile his filiis à parentibus contra ius naturale alimenta denegari, iubet necari: nec enim aliud est negare alimenta, vel ipso iure ciuili id testificante quam interficere, vel necare, ff. de lib. agno, & quod grauius est iubet à Patre necari, & tamen qui alieno, potius quam proprio laborant vitio pœna digni erant ipso iure ciuili fatente l. lege duodecim tam. C. de naturalib. Quod si quasi Romulum quendam vel Cyrum, quos licet expositos ad summam tamen Imperii peruenisse testantur historiæ: & hos diuinus fauor adiuuerit, quos tam acerbe ius Cæsareum insectatur, vt non solum viuunt, verum & diuites fiant, an si pater, hoc est, totius patrator sceleris mutatis fortunæ vicibus egeat alendus sit ab eis, videamus, & alendum esse constat. Auth. de incest. nupt. in fin. princip. & hoc non reprehenderint. Sed quanam ratione filius, qui vt ex damnato coitu natus sit, nihil tamen commisit, quamobrem puniretur fame necandum à patre statuit ius ciuile; patri autem qui auctor est totius sceleris parcit? cur insontes pœnis, noxios beneficijs afficit? At quanto mitius, quanto prudentius ius canonicum quod vt habetur, & legitur in cap. cum haberet. de eo qui duxit in vxor. quam per adult. poll. vtrumque viuere patitur? sed ita viuere vt in patre *delictum* impunitum esse non sinat, & in filio effectum nefariæ coniunctionis detestari appareat. Viuit quidem pater, hoc est humanitatis & pietatis, & quadam in humanam fragilitatem indulgentia, arctissimæ pœnitentiæ subditur pater, est iustitiæ quæ delicta impunita minimè derelinquere debet; est prudentiæ, & charitatis, vt & ipse ad frugem melioris vitæ reuertatur, & exemplo suo arctissimæ pœnitentiæ subditus cæteros abstinere, & innocentes esse doceat: viuit filius, nec à patre necandus, vt statuit ius ciuile, sed alendus, quia nihil peccauit, d. l. lege xij tab. non numeratur inter liberos, sed paternæ substantiæ alimentis exceptis est pœnitus expers, vt decus matrimonii seruetur, & vt parentes in huiusmodi filiis seuerius puniantur, dum eos non solum à paterna substantia alienos, verum etiam omnibus honoribus, & priuilegiis exutos intuentur; vnde si hæc diligenter expendantur, quis dubitet iuris canonici prudentiam iuri ciuili longè anteponi oportere?

Aut. ex complexu: C. de incest. amp.

Aut. de incest. nup. in princ.

Ius ciuile pœnis afficit insontes delinquētes subleuat l. c. cum haberet de eo qui duxit in vxo.

Aliud rursus præbet nobis humana fragilitas eiusdem farinæ exemplum Pater filiam domi suæ, vel etiam generi cum adultero cubantem deprehendit, Ius quidem Cæsareum permisit, vt in ipsa deprehensione propriam filiam pater interficiat, propriis viscеribus arma inferat. l. quod ait ff. de adult. etiam si fortè sit prægnans. Barth. in l. Imperator. ff. de stat. hom. Felin. in capit. si vero de sentent. excomm. Quid potest inhumanius cogitari? cohibendus fuit pater in illa alienatione mentis ex fædissimo spectaculo exorta, non ad sæuissima proposita impunitate vrgendus, peccauit quidem filia, & puniенda est: sed vbinam auditum, vt vnum peccatum alio grauiore peccato tolli possit: adulterium parricidio puniatur? quanto Ius canonicum sanctius, quod patris, & mariti manus à proprio sanguine mundas esse iubet, nec tamen impunitam adulteram esse finit: sed ita punit, vt appareat pœnam ad delinquentis salutem tendere, atque ad eos ipsos, quos corrigit iuuandos, non ad sæuitiam. Non enim occiditur adultera, sed thorus separatur & in arctissimum monasterium ad pœnitentiam agendam fœmina detruditur. capit. de benedicto. 32. quæst. 2. & per totum. At (inquis) ius ciuile studet non

l. quod ait ff de adul.

C. de leuedi. 32 q. 2.

commodo cuiusque priuati, sed communi vtilitati. Sed quantum præstat cum communi vtilitate, singulorum etiam vtilitatem coniugere; quod egregiè præstat ius canonicum. quid multa, inducit interdum ius ciuile, quæ communem vtilitatem potius impugnent, quam tuantur. Vsuras voriginem esse patrimoniorum, perniciem rerum publicarum nemo est qui nesciat, nemo est, qui non prædicet, ca. 1. de vsur. in 6. cap. post miserabilem de vsuri, in antiq. & tamen ius ciuile, non modò eas permittit sed fouet etiam, atque ad eas petendas efficacissimas actiones accommodat. leg. eos C. de vsu, item quid magis expedit communi vtilitati, quam pacta, & conuentiones seruari iure ipso ciuili id testante, l. 1. ff. de const. pec. ius ciuile non dat ex pactis actionem ex stipulatione dat efficacissimam, l. iurisgentium. igitur nuda. ff. de pact. inst. de verb. oblig. in princ. at quid, quæso, inter pactum, & stipulatione interest? respondet argutulus legista, quod in stipulatione procedit interrogatio, subsequitur responsio, quæ responsio censetur magis deliberata præcedente interrogatione, tanti est ergo præcessisse, vel non præcisisse interrogationem, vt vno quidem casu conuentio executionem promptam, habeat, alio non habeat? Quid, quod ratio, quam assignant contrarium suadet potius, maior enim ineſt animi deliberatio in pacto nudo, quam in stipulatione: nam cum responsio, vt ciuiles iuris consulti volunt, debeat præcedentem interrogationem statim subsequi, alioquin non valeat, l. 1. de ver. oblig. quæ tam breui temporis spatio animi potest esse deliberatio: quod consilium; nimirum nullum cum sapiens ipse prædicet, celeritatem consilio inimicam. At in pacto nudo, cum detur etiam longum tempus ad deliberandum, & cum ex diuersis animi motibus sensim in vnam sententiam quasi ex diuersis partibus in eundem locum pascisscentes conueniant. l. 1. ff. de pact. vtique id non nisi magno consilio, & propensa deliberatione fieri potest, ergo vel maior efficacia concedenda erat pacto nudo, vel certè non minor, quam stipulationi. At ius canonicum aspernatur inanes has, ac futiles subtilitates, etiam ex pacto nudo concedit actionem, quam tollendæ fidei præbere occasionem; quid est aliud dare actionem, quam studere vt promissa impleantur.

Pactum stipulatio.

Celeritas inimica cõsilio.

Simile est quod de exceptione non numeratæ pecuniæ statuit ius ciuile spe futuræ numerationis Confitetur Titius publico documento se recipisse pecuniam mutuam, quam verè non recepit, biennio transacto falsis creditor repetit pecuniam, quam non mutauit, excipit Titius non fuisse numeratam pecuniam, non audit hinc ius ciuile, & agentem ad furtum, ad rapinam adiuuat, dolum fouet, denique egenium fortunis spoliat, est ergo hoc humanam societatem iuuare; vel remp. bonis moribus, ac legibus informare. At quanto sanctius ius canonicum, quod probandum non numeratam etiam post biennium facultatem tribuit, quod sciat numquam decere, quemquam cum aliena iactura locupletem fieri debere, ac fraudibus semper obuiandum capitul. locupletari de re iu. in 6. eodem fonte manant illæ iuris ciuilis sententiæ, ac principalia quædam anxiomata, licet contrahentibus sese inuicem fallere, l. in causæ, Pomponius ff. de minor durum quid esse, sed ita positam legem, prospexit ff. qui & à qui non omnium, quæ à maioribus tradita sunt rationem reddi posse l. non omnium ff. deli. & cætera id genus multa similia. Quanto rectius ius Pontificium illicitè introductum substineri non debere cap. quod latente de re iu. in antiq. bonam fidem non pati, vt semel exactum iterum exigatur cap. bona fides de re. iu. in 6. in malis promissis non seruandam fidem: capit. in malis eodem titul & libro, non esse obligatorium contra bonos mores præstitutum iuramentum, capit. non est obligatorium, dicto loco & huiusmodi innumera, quibus plena sunt iuris Pontificii volumina, omitto infinita propemodum, quæ ob iuris ciuilis nimium exquisitam subtilitatem contra omnem æquitatem pereunt, qualia sunt illa alteri factam stipulationem non tenere alteri iustit. de inut. stipul. Si concipit stipulatione pater, qua sibi filio in potestate sua constituto quid dari stipuletur rectè filio solui. l. eum qui sibi ff. de verborum obligatione, stipulante me Stichum, aut Pamphilum si Stichum daturum te spoponderis ad dandum Stichum te non teneri l. inter stipulantem ff. si stipulante, ff. de verborum obligatione, vt tugurium, in tuo mihi habere liceat, seruitutem consistere, leg. vt pomum, ff. de seru. legatis ædibus cum omni instrumenta debitorum non contineri, l. si mihi Mæuia. fin. ff. de l. 3. Annus ne dum dies deficeret huiusmodi terminationes enumerare volentem, de quorum tamen parte vsuri sumus hoc anno in Rubrica, &c. cum esses, de testamentis. Quo genere controuersiarum certum est sub auctoritate iuris scientiæ contra æquitatem perniciosè errari, vt rectè agnouerunt, & celsus adolescens, l. si seruum sequitur ff. de ver. obli. & Imperator ipse in l. leg. 12. tab. c. de legi. hær. & in l. ita nobis. c. de adul. & in Auth. de trient. & semis. post princip. & Paul. in l. 1. ff. de excep. dol.

Exceptio non numeratæ pecuniæ.

Axiomata iuris ciuilis.

Axiomata iuris canonici

Ob nimiam subtilitatẽ iuris ciuilis multa pereunt.

Ad (inquis) apud iuris ciuilis auctores maior quidam Latinæ linguæ candor splendet, atque elucet quam in auctoribus iuris canonici, id vt ita sit, quorsum tamen ista latinitas, & suauis verborum cortex, vel dulcis periodorum sonus, rerum profectò ius ipsum dicitur ars, & scientia non verborum, l. iustitia, ſi. de iust. & iure ff. iurisprudentiam inst. de iust. & iu. & dum. mihi mens barbara non sit, barbaram linguam non horreo, legimus, & res sacras vnde fluxit ius canonicum, rusticè potius, quam eleganter scriptas, & tamen ex horrore maiestatem potius, quam neglectum consequuntur prudentiam in iure discendo, non politiam desideramus, quin & ipsum ius ciuile candorem hunc linguæ diu conseruare non potuit, cum barbarorum eius iuris interpretum rebus ita exigentibus ita plena sint om-

nia vt ea, quæ quinquaginta digestorum libris continentur, exigua pars iuris ciuilis videantur, quod si quis adhuc orationis flore capiatur ad canones non accedat quidem, sed oratores poetas, & historicos adeat: qui luculentius etiam id præstant, quam ipsi Iurisconsulti.

Candor linguæ apud iuricōsultos quāti faciēdus.

Ergo siue originem inspicias, siue materiam, siue finem, siue in constituenda prudentiam, & sanctitatem spectes, satis liquido apparet ius Pontificium Cæsareo longe antecellere. Vnde non satis interdum admirari possum, quid sit quòd moderni quidam iuris ciuilis interpretes adeo intumescant, vt sibi primos honores in Gymnasijs, ac pinguiora stipendia vendicare tentent, atque intepretes iuris canonici quasi decoctos aspernentur. Quæ enim inter Pontificium, & Cæsareum ius comparatio; forsitan eos inflat, quod auditores habent numero longe plures, sed quis nesciat veteranos milites, quamuis numero pauciores multitudini nouitiorum præponendos. Habent interpretes iuris canonici non solum quos docere possint, sed etiam qui de eis iudicare valeant, nec eos verborum, ac fucatæ orationis prætigiis eludere facilè possunt, cum nec id grauitas Pontificij iuris patiatur nec auditorum iudicium facilè admittat. At iuris ciuilis auditores, qui plerunque è ludis Grammaticorum recedentes ad publica gymnasia transferuntur quasi in infantia quadam ingenii constituti, asperiorum tractatus rerum ferre non possunt. Hinc fit vt nemo fere sit, qui ius canonicum publicè profiteatur, qui non idem plures annos antea ius ciuile professus fuerit. Nam & nos ius illud annos plures interpretati fuimus, & in eo obeundo munere aliquando nomenque, decusque gessimus, vt inquid Poeta. Quod si quis plus laboris in interpretando ciuili iure, quam canonico exhauriri affirmet necesse est hunc vel neutrum ius, vel certè cæsareum tantum, & Pontificium interpretatum: Nam quantum inter grauitatem quæstionum ipsius, atque illius iuris interfit, prolixè supra ostendimus: auget autem & illud canonistarum laborem, quod nemo satis probè potest iuris canonici interpretationem aggredi: qui non sit, & iuris ciuilis scientia apprimè imbutus, & multa etiam ex fontibus Theologorum delibauerit. Nam canonista quasi alter Moses nunc ascendit in montem cum Theologo, & ibi Domini, ac viuentis Dei gloriam contemplatur, nunc cum Iurista descendit in castra humana tractans, necessitatibus populi prouidet: arg. c. nisi ante fin. de renunc. At legista solum circa humana, atque illa tenuia, & exilia occupatus nunquam caput altius exerit, sed semper humi serpit, omnia enim quæ iure ciuili cõprehenduntur (teste Marco Tullio) sunt posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum, atque foro, ex quo etiam fit, vt eius iuris interpretatio tanquam ea, quæ tractatum rerum ad manus propositarum continet, sit admodum facilis. Quod siquis subtilitate quadam, ac maiore quodam mentis acumine iuris ciuilis interpretes munus suum absoluere afferat, id quidem, si verum sit, intepretum laborem minuit, atque illorum conditionem meliorem facit; dum enim subtiles haberi volunt, verba legum, quæ in quæstionem veniunt quasi lancibus quibusdam appendunt, appensa ponderata intorquent, intorta retorquent, euentilant, argumentantur, diluunt. Quid quæritis? horulæ spacium, quæ interpretationi dicta, prius elabitur quam ipsi aliquid firment, & ita auditorib. plerumque rudibus illudunt, vel nimia subtilitate, vel affectata argumentorum copia, vt illi domum vacui reuertantur, & plerunque germanis traditionibus propria somnia (nouos illi intellectus appellant) miseris auditoribus reponunt, atque obtrudunt; illud enim apprimè palmarium ducunt, si receptissimas sententias disputando conuellere, atque euertere possint. Vnde plerumque id accidit, quod detestatur Gregorius in c. propterea de verborum significatione, nempe, vt dum nimis anxiè verborum proprietas conquiritur, sensus veritatis amittatur, neque enim sermonem rebus, sed res sermoni subijciunt, contra c. intelligentia de verb. signif.

Iuris ciuilis interpretes tuti.

Auditorum numerus.

Labor in interpretando.

Canonistaquasi Moses.

Subtilitas legistarum.

Nonnullos noua inuadit interdum vanitas: scilicet vt dum iura ipsa ciuilia interpretantur ciceroniani habeantur, quorum tamen rō (meo iudicio) stultissima est; non magis ñ. quis ciceronem effingere potest in eo genere dicendi, quod ipse cicero numquam attigerit, quod si pictor eius velit ex viuo effigiem ducere, quam ipse nunquam viderit. Quinimò credendum est, ipsum Marcum Tullium, hodiernis temporib. iuris ciuilis interpretandi munus subiret, non sic loquuturum, vt orationes suas atque alia monumenta literis mandauit; tum quod (vt inquid ille) ornari res ipsa verat, contenta doceri: tum quod nouis reb. noua nomina inuenit modernorum vsus, quem penes (inquid Flaccus) arbitrium est, & vis, & norma loquendi: interpreti autem propositum esse debet ea, quæ difficile sunt, & involuta explicare, & plana facere, non autem nouis vocib. & insolitis vocabulis obscurare. Hinc ego mihi interdum valde gratulor, qui hoc vitio necessitate careo, nam si quando studeam, vel labore, vt ciceronianus habeat, quod tamen raro accidit, vel vt loquendo excultior appaream; statim tamen & tertio quoquo verbo ad nostrates interpretes: i. ad barbaros nostra inclinat oratio, meæ tamen ruditatis interim me minime pænit. Quod si illi de perniciosa subtilitate, ac morosa cuiuslibet verbi ponderatione, & orationis fucco aliquid remittere velint, continuò quasi quidam interlocutores aduocantur caius, Titius, Mæuius, & Sempronius, & verbosissimè facti speciem per dialogum quendam sibi confingentes comicam scenam, aut tragicum theatrum nobis exhibent, his omnibus fit, vt anno integro vix interdum vnius, aut alterius legis interpretatio absoluatur.

Ciceroniani interpretes.

At canonista vaniloquentiam, ac perniciosam subtilitatem aspernatus, nihil loquitur nisi solidum,

nisi quod ad vsum fori, atque vtilitatem hominum transferri possit, cumque sibi cum proiectioribus auditoribus sit negotium non sectatur minutias, ac quisquilias omnes, sed grauiora quædam, ac grandiora deliget, & licet disputationes, & subtilitates interim non abjiciat, non tamen disputat, aut rem euentilat ad morositatem, sed ad plenam, perfectamque intelligentiam, veritatem potius, & æquitatem præ oculis habet quam ingenii, aut eloquentiæ ostentatione: inde fit, vt plura fermè auditores per horulæ spacium reportent à canonista, quam per sequi horam à Legista.

Quid præstet ius canonicum.

Quo fit vt non dubitem vos ad capessendam hunc iuris canonici discendi prouinciam ardentius, quam hactenus feceritis cohortari: nihil est enim magis necessarium aut vtile, aut quod magis hominem delectare possit, quæ tria in vnaquaque re sunt magnopere expetenda, quod ad necessarium attinet, quid est tam necessarium homini christiano, quam ea firmiter tenere quæ sunt fidei nostræ mysteria apprimè teneat: at huiusmodi res nullo in loco melius traduntur, quam in libris iuris canonici. Quam multos creditis simpliciorum hominũ perditissimis his temporibus apud Germanos, Britannos, & Gallos ignoratione huius iuris ab hæresiarchis in suas hæreses traductos; quam multos sua sponte aberrasse; non potest huic pesti obijci murus validior, (Theologiam excipio) quam sacrorum canonum cognitio, quod aduertentes hæreticorum duces, & antesignani, comburendos (vt audio) hos libros curauerunt, quippe qui intelligerent non posse suas hæreses, & errores locum obtinere apud eos homines, qui cognitione iuris Pontificij essent imbuti.

Meritò legistæ intra priuatam fortunã constituerunt.

Vtilitatem grauitas rerum, quæ isto iure tractatur, satis demonstrat, ita enim natura comparatum est vt leuium rerum pertractatio, leuem etiam, ac modicam patiatur vtilitatem, magnarum vero rerum tractatio, etiam magnos in rep. viros faciat, quantum autem inter ius Pontificium, & cæsareum intersit hac in re satis superque supra demonstrauimus. Sed si vultis huius veritatis adhuc clarius argumentum tenere, despiciamus quos honorum, ac dignitatum gradus consecuti fuerint legum ipsarum interpretes, & quos item canonum doctores ausim affirmare omnes legistas (per vulgata enim appellatione mihi vtendum est) quantumvis excellentes: quantumuis supremi nominis, constitisse tamen intra priuatam fortunam quod satis apparet in Bartholo. Baldo, Paulo Castrensi, Alexandro, Iasone, Philippo Decio, & cæteris omnibus tam antiquis, quam recentioribus, quos omnes priuato nomine solemus designare, & appellare. Non sic accidit canonistis, siquidem pauci omninò sunt, qui non insignem, & præcellentem aliquam dignitatem nacti fuerint, Innocentius canonistarum Pater vectus fuit ad summum Pontificatum, & ex canonum interprete factus est canonum ipsorum conditor. Hostiensis qualem dignitatis gradum consecutus fuerit ipsa appellatio designat Panormitanus primum Abbas, inde Archiepiscopus, demum cardinalis creatur, & Zabarellam præceptorem honoribus æquat denique iuris ciuilis interpretes sunt Bartholus, Baldus, Paulus, Iason, Decius, hoc est priuati homines, Iuris verò canonici summi Pontifices, Hostiensis, Abbas, cardinalis, Archidiaconus, Præpositus, hoc est vertices christianæ reip. Neque exempla antiqua quis existimet, nam & memoria nostra viros tres sola iuris Pontificij scientia ad summum Pontificatum sibi aditum parasse vidimus, primus fuit immensæ bonitatis vir Ioann. Maria de Monte, Iulius tertius nuncupatus: post hunc sagacissimi & solertissimi ingenii Ioann. Angelus Medices, Pius quartus appellatus, nouissimè maximæ integritatis, & iustitiæ specimen Hugo Boncompagnus, qui nunc rerum potitur, atque Ecclesiæ Romanæ sub nomine Gregorii decimitertii, magna omnium lætitia, ac commodo præsidet, & profectò qui melius, aut decentius in Romanos, aut inferiores Pontifices assumi possunt, aut debent, quam qui iuris ipsius Pontificii periti habentur: cardinalium autem, qui iuris peritia ad eam dignitatem sibi aditum parauerunt infinitus propemodum est numerus, præsertim hæc tempestate nostra, qua pauci omninò in amplissimum purpuratorum ordinem ascisceantur, qui non sint Pontificii iuris cognitione imbuti. Possem ego nunc vobis recensere nomina singulorum, sed non puto in re tam manifesta admodum laborandum, & nomen claturam mihi aut catalogum faciendum, cum hi vel tacente mentibus, ac vestris cogitationibus facilè valeant occurrere, ex tanto tamen numero temperare non possum, quin duos seligam, vobisque imitandos proponam, qui in hac nostra Perusina Academia vtrique iuri operam nauauerunt, & in album Iurisconsultorum nobis promouentibus, ciuibusque vniuersis acclamantibus relati fuerunt. Qui enim fieri potest vt in opere suo non glorietur artifex; quod ego etiam facio libentius, quod illorum illustrissima exempla vos ad hæc studia vehementer inflammare poterunt, qui illorum locum in hac nostra ciuitate non tenetis, quorum etiam nonnulli vestrum eosdem arcta consanguinitate vel affinitate contingunt. Horum igitur primus est Flauius Vrsinus vir ad prudentiam, ad integritatem, animique liberalitatem, & constantiam natus, is tam assiduè, animoque tam obfirmato, denique tam nihil aliud agens, aut tractans, quam studia, vtrique iuri operam dedit, vt tuto, & integro septennio nunquam ab hac nostra ciuitate discesserit, neque celebrioris fama gymnasij forsan allectus, vt alio vel per annum migraret aliqua ratione adduci potuerit. Et si enim mediocritatem nostram tuemur Perusini, & qui alia doceant gymnasia damnus sæpissimè, accipimus vero nunquam si tamen verum amamus, Bononiensi Academiæ, vel Patauinæ scholarium frequentia, magnitudine vrbium, atque opulantia, & nominis celebritate concedimus. Vrsinus tamen contentus mediocritate no-

Canonistæ dignitatibus insignes. Innocentius. Abbas. Zabarella. Ioannes Marianus de Monte Iulius iii. Ioannes Angelus Medices Pius iiii

Hugo Boncompagnus Gregorius XIII.

Flauius Vrsinus

stra, ne abstraheretur ad finem vsque, an metam vltimam studiorum suorum nobiscum semper mansit, nunquam rusticatus fuit, nunquam aut ad coniunctos suos, aut ad populos, quorum, plurimum ad Vmbros, Sabinos, & Latinos, & apud Tarentinos antiquum tenet Imperium reuersus fuerit, licet à nobis sæpe non minùs immodicis æstatis caloribus, quam aliis de causis ab interpretandi munere cessatum fuerit, nunquam domum, nunquam cubiculum, & quem semel elegit bibliothecæ locum tam longa temporis intercapedine nunquam mutauit, quod ipsum, & si per se res videatur non magna magnum tamen fuit animi constantis indicium, & inde quasi, Leonem ex vnguibus eius ingenii, ac naturæ firmitatem soliditatemque cognoscere potuimus. Huius tanti viri recordatione, atque exemplo soleo ego interdum scholarium quorundam inconstantiam accusare & instabilitatem reprehendere, qui singulis, & sæpe etiam breuiori temporis spatio, dum nouam quærunt domum, per totam ciuitatem cum scriniis, libris, cubilibus, lucernis, scamnis, & scabellis quasi mangones cursitant, & discurrunt, omnes vicos ambiunt, omnes plateas perlustrant, omnes angulos olfaciunt, nec aliquid se posse perficere putant, nisi nouus nouum afferat cænaculum, & qui locus vere placuit, æstate incipit displicere, demum ac si tota illorum volubilitati ciuitas non sit satis, solum vertentes cuncta gymnasia quasi hyrundines circumuolitant, quod quidem non modo signum est animi inconstantioris, verum etiam nihil excogitari potest iuuenum studiis perniciosius: sunt enim studia ouis auium simillima, quæ nisi foueas siue intermissione, nihil inde nascitur. Non sic Vrsinus noster, qui tam obstinatè, vt sic dixerim studiis operam dedit, vt longissimo temporis tractu vix domo pedem extulerit. His moribus quantus factus sit ostendit Aula Romana, ac sedes Apostolica, quem per omnes honorum gradus ad Cardinalatum euectum tantum suspicit, tantum defert, atque eius consilio & opera domi forisque in publicis priuatisque negotiis adeo vtitur, vt his temporibus eo carere non posse Roma videatur, est enim sibi inditum natura, vt in assiduo, de genere humano bene merendi, studio versetur. Huic dandus à nobis est socius Iulius Aqueuiuius nostri huius Gymnasij pariter alumnus, qui candidissimis, ac suauissimis moribus, & carpensi educatione, & institutione dignissimus, nostrorum horum studiorum amorem adiunxit feruentissimum, vt nec illum tenerrimæ olim ætatis imbecillitas, nec incommoda valetudo præsertim oculorum, cui assidua lectio solet esse infestissima, nec vlla demum incommoda à cursu studiorum remorata fuerint, tantumque valuit in adolescente legendi assiduitas, disputandi exercitatio, acre iudicium, & dexteritas ingenii, vt breuissimo temporis spacio eò peruenerit eruditionis & doctrinæ, quo cæteri vix longissimo temporis tractu pertingere solent, quod quidem Iurisconsulti Perusini serio testari possumus, quippe qui de illius peritia cùm aliàs sæpe, tùm vero etiam cum ipsum laurea insigniuimus certissimum periculum fecimus, quibus factum est, vt in ipsa adolescentia duorum vere summorum Pontificum iudicium prometitus fuerit, Pii. 5. Quinti, viri religiosissimi ac sanctissimi, qui eius opera in negotiis supra illius ætatem arduis, honorificentibus legationibus vsus fuit, ac demum adolescentem adhuc in cardinalem S. R. E. elegit. Et Gregorii tertii decimi qui (vt multa interim omittamus, in quibus eius fide, atque industria vtitur) eundem signaturæ (vt appellant) præesse voluit, quod munus non nisi cursu studiorum, & vsu rerum consumatis viris demandari consueuit, quod nulla alia ratione contingere potuit, quam quod oculatissimi Pontifices experti sunt, eum ante annos animum, mentemque gerere virilem. Duorum horum præstantissimorum cardinalium exemplum pro multis valiturum apud vos commilitones non dubito, futurumque spero propediem, vt de grege vestro, & alii prodeant, qui illorum doctrinam, ac bonitatem felicissimè æmulentur, quos ego vobis digito nunc ostenderem, nisi tantam de se apud omnes concitassent expectationem, vt ne dum vobis, qui studiorum estis socii, verum etiam cuncto populo sint notissimi. Ex his igitur omnibus liquidò apparet, quando sit vtilius Ius ipsum canonicum tractare, quam ciuile: accedit incredibilis quædam delectatio, quam in iure Pontificio perdiscendo assidue consequimur, quod ex eo colligi potest, quod plurimum non de aeris, & ab vsu quotidiano valde remotis quæstionibus, se de his quæ quamuis grauissimæ sint, quotidie tamen ante oculos hominum versantur, deque his, quæ maximam habent cum religione cognationem, est disceptatio. Mitto, quod innumeras iuris ciuilis constitutiones in melius Ius canonicum reformat, corrigit, & abrogat, & quid attinet in iure ciuili perdiscendo multos annos conterere, si cum plurima eo iure comprehensa didiceris, tantumdem temporis insumendum sit, vt eadem (quia iure canonico immutata sint) rursus dediscas, ac præterita studia quasi retexas: quanto satius ita rem temperare, vt cum scias, quid iure ciuili cõtineatur, statim etiam quid iure canonico sit immutatum, perdiscas. Mitto, quod in Romana curia nemo vel iudicis, vel patroni partes honorificè substinere potest, qui non impensè iuri Pontificio operam dederit. Adde, quod vix potest contingere, vt quis rectè canonicum ius teneat, quin idem, & ius ciuile calleat. At qui ius ciuile teneant, ius vero Pontificium ne olfecerint quidem, multos inuenias. Vnde cum vos ad ius Pontificium hortor, potius ad vtrumque ius, quam ad alterum tantum hortor. Itaque date operam, vt iuri canonico incumbentes, simul etiam in vtroque iure ita proficiatis, vt vos quoque inter Præpositos, Abbates, Archidiaconos, Cardinales, Ostienses, demum inter summos Pontifices, & cæteros insignes viros, quibus hæc facultas sola abundat, numerari valeatis.

Scholarium inconstantia.

Iulius Aqueuius.

PRÆLECTIO IN RVB. EXT. DE TESTAMENTIS, & Vltimis Voluntatibus.

SEd acce lam is iam ad rationem rubricæ noſtræ, cuius eſt inſcriptio, DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS, & capit. Cum eſſes ſub ea poſiti; qui tractatus ſeipſum commendat, vt apparet ex l. 1. cum congeſtis ibi per Docto. C. de ſacroſanct. eccleſ. pro cuius intelligentia clariori paulò altius, quam communiter faciant doctores exordiendo conſidero, quod immortalitas, cuius conſequendæ ſtudio omnes homines ſtimulantur (vt mihi quidem videtur) conſiderari poteſt quatuor modis. Quædam enim appellari poteſt immortalitas perpetuitatis: quædam immortalitas beatitudinis. Quædam gloriæ. Quædam verò ſucceſſionis. Perpetuitatis immortalitas eſt cum dicitur immortale eo tantum reſpectu, quod perpetuo, & in æternum durat; vt cum dicimus humanas animas eſſe immortales, intelligimus enim illas perpetuò perdurare, iuxta illud Poetæ, morte carent animæ, & ita ſumitur in l. properandum. C. de iud. dum dicitur, cauendum eſſe ne lites fiant penitus immortales in perpetuo perdurent, ſic ex contrario cum lis amplius non durat, dicimus litem mortuam, vel mori l. cum lite mortua, aliàs 2. ff. de iud. ſol. & in l. 3. § geſta, ff quæ in frau. cre. Immortalitas beatitudinis eſt, cum quis dicitur immortalis non ſolùm quia perpetuò duraturus eſt, verum etiam futurus eſt perpetuo beatus, hinc apud ſacros ſcriptores verbo vitæ, beatitudo ſæpe deſignatur, vt cum dicitur: Hoc fac, & viues, Luc. c. 10. i. beatus eris, & rurſus: qui credit in me vitam habebit æternam, Ioan. cap. 5. id eſt, beatus erit, fac. c. chriſtiani de conſec. diſt. 3. nec enim is, qui non credit, vel mandata non ſeruat; fit mortalis reſpectu perpetuitatis; quia, & eius anima perpetuo perdurat: ſed cum ſempiternæ infelicitati ſit deputatus, creditur non tam perpetuò viuere, quam perpetuò moti. fac. c. per venerabilem, ante ſi qui fil. ſint legi, & cap. qui ſine 26. q. 2. & quod ex ſymbolo Apoſtolico tenemur credere, ſcilicet vitam æternam, intelligendum eſt de æterna beatitudine, & hæc veluti bene geſtis acquiritur: ita prauis moribus amittitur. Hinc eſt quod delicta quædam grauiora ſolemus mortalia peccata appellare, vt in cap. vnum orarium diſt. 25. ſcilicet, quod ſoleant animabus mortem afferre, & immortalitatem adimere: immortalitatem autem non perpetuitas; nam, & animæ damnatorum perpetuò durant, ſed beatitudinis: & hoc modo, & ſecundum hanc intelligentiam profani ſcriptores appellant Deos immortales. Tertia appellari poteſt immortalitas famæ, ſiue gloriæ: & eſt cum quis præclarè æternam apud poſteros memoriam conſequitur, de qua loquitur text. inſt. de excu. tutor in prin. vbi in acie pro patria ceciderunt, ideo parentibus ad excuſationem à tutelis proficiunt, quia per gloriam viuere creduntur: veluti enim per dedecus, & ignominiam vitæ quis dicitur mori, vel mortuis comparatur, l. 1. § pen. ff. de bon. poſſ. contra tab. ita ex contrario per glorioſam mortem creditur viuis poſſe comparari. Quarta & vltima ſpecies eſt immortalitas ſucceſſionis, & hanc conſequimur mediantibus ſucceſſionibus noſtris, & his qui poſt mortem noſtram nos repreſentant. Hæc autem ſucceſſionis immortalitas ſubdiui poteſt in duas ſpecies: nam alia eſt ſucceſſionis legitimæ. Immortalitas ſucceſſionis naturalis eſt illa, quam conſequimur per ſtirpis propagationem, & mediante matrimonio: nam cum natura non poſſet facere immortalem hominem tanquam indiuiduum, vel chriſtiane loquendo: homo primus ob præuaricationem immortalitate corporis, & ſe, & poſteros exuiſſet, reparata fuit hæc iactura filiorum ſuſceptione, & ſtirpis propagatione. Vnde bene Imperator in Auth. de nupt. in princ. dixit, matrimonium humano generi immortalitatem artificiosè introducere, & filiorum procreatione renouata genera manere, cui conc. in l. lege cod. de legi. vbi Imperator loquens de maſculo, & fœmina: ad hoc (inquit) natura vtrumque corpus edidit, vt maneat ſui vicibus immortale. Idem, & elegantius exprimit I. C. in l. liberorum, in fin. ff. de vera. ſignif. Etenim (inquit) idcirco filios, filiaſue concipimus, atque edimus vt ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriam in eum relinquamus. Immortalitas legitimæ ſucceſſionis eſt illa, quam conſequimur mediantibus ſucceſſoribus vniuerſalibus, puta hæredibus vel bonorum poſſeſſoribus. Hinc dicimus, quod teſtatoris, & hæredis eſt eadem perſona, Aut. de iurerur. amo, præſt. in princ. viuit igitur is qui naturaliter eſt mortuus in hærede ſuo, lege vitam dante, vnde poſſet non incommodè appellari hæc legitima immortalitas: & non ſolum in hærede defunctus viuit, verum etiam in hærede hæredis, verum etiam in centeſimo, & vltiori etiam hærede. Vnde pulchre I. C. in l. qui per ſucceſſionem (inquid) quamuis longiſſimam defuncto hæredes extiterint, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes extiterint, & vſque adeo per legem inter plures eiuſdem hominis hæredes inducitur identitas perſonæ, quod licet aliàs conditio, debeat impleri in forma ſpecifica l. Mæuius cum vulg. ff. de cond. & demon, ſi tantum relinquatur legatum ſub illa conditione, ſi hæredi dederit, dando hæredi hæredis dicatur grauatus conditionem impleuiſſe, l. cum ita 2. ff. de cond. & demon.

Immortalitas quadruplex.

Immortalitas perpetuitatis.

Immortalitas beatitudinis.

Mortalia peccata cur ſic appellata.

Immortalitas gloriæ.

Immortalitas ſucceſſionis.

Immortalitas ſucceſſionis naturalis.

Immortalitas legitimæ ſucceſſionis.

Studuit autem, & multum laborauit lex in introducenda hac immortalitate, & propterea admiſit,

vt possint testatores facere plures gradus hæredum, vt inst. de vulp. & pup. inuitauitque institutos hæredes ad hæreditatem adeundam lucro Trebellianicæ, ac Falcidiæ ff. & c. ad Sen. con. Treb. & ad l. Fal. permisitque, vt hæredis habendi causa liceat seruum manumittere, etiam in fraudem creditorum, § 1. instit. quibus ex cau. man. non lic. & prætor plures gradus bonorum possessionis fac. dum hoc agit ne quis sine successore decedat. § adhuc autem. instit. de bon. poss. *Quantum laborauerunt legislatores pro introducenda immortalitate legitimæ successionis.*

Hæc autem inducta sunt à iuris latoribus non solum probabili, verum etiam necessaria ratione: nisi enim esset, qui defunctum repræsentaret, & quodammodo viuum redderet, negotia humana sæpissimè medio in cursu interciderent, res familiaris, & existimatio periclitaretur, d. § 1. & l. & quia ff. de interro. act. & l. 1. ff. de succes. edict. in princ. Vendidi tibi domum meam, deque pretio a d annum fidem habui, anno nondum exacto moreris, nisi lex in locum tuum sufficeret, quem alterum te esse statuere, & sic te quodammodo immortalem redderet, contractus ille emptionis exitum haberet non posset, nec enim esset, qui mihi prætium solueret, factumque est non minus publico, quam priuato beneficio, vt quis hæredem haberet, argumen. l. vel negare, ff. quemad. testam. aper. idque vel nobis hominibus interdum inuitis: nec enim lex vtilitatis tantum spe ad hæreditatem adeundam allicere curauit: sed etiam coegit aliquando, & hinc necessarii hæredes, dict. instit. quibus ex causis manumit. non licet, l. necessariis, ff. de acqu. hæred § 1. instit. de hæred. qual. & differen. ausimque affirmare necessitatem hanc, quæ interdum inest ex parte hæredum, inesse etiam ex parte decedentium: ideoque si homo liber, & solutus aliena potestate fortè in extremo vitæ constitutus diceret coram testibus rogatis, velle se decedere prorsus sine hærede non modo testamentario, sed quocumq; quod hæc contestatio nihil valeret, & quod ea non obstante sibi tanquam ab intestato decedenti succederetur si à lege vocati successionem agnoscerent. Mouet me primo, quis habeat hæredem, non eorum solum causa inductum est, qui decedunt, verum etiam viuentium d. l. & quia ff. de interro actio & d. l. ff. de succes. edict. quibus moriturus non potest præjudicare, l. non debet, ff. de re iudic. cum concord. Secundo quia, vt quis hæredem habeat, inductum est non solum fauore priuatorum decedentium, vt in l. 1. c. de sac. sanct. eccl. verum etiam publico d. l. vel negare: vnde non potest huic dispositioni legis priuatorum pactis, vel constantionibus derogari, l. 3. ff. de testandi sibi relinquendo iuxta late not. in l. stipulatio, hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. ergo nec expressè ad not. in l. cum quid ff. si cert. pet. Hoc autem legis commentum in ducenda hac, vt ita dicamus legitimæ successionis immortalitate mirabile fuit: certiusque immortalitate naturalis successionis, siquidem multos spe potiundæ prolis frustratur matrimonium, multos etiam suscipiendorum liberorum desiderium minimè tenet: at nihil æque facile possimus, quam nobis hæredem constituere: quod vel tribus verbis explicare possemus, l. 1. ff. de hæred. instit. quod si noluerimus; aut non potuerimus id facere excluso facti difficultate, lex nobis hæredem constituit. Ex quibus colligitur, hanc legitimæ successionis immortalitatem ex duplici quasi fonte fluere, scilicet, ex dispositione legis, & hinc omnis successionum ab intestato tractatus: & ex dispositione hominis, & hinc tractatus de testamentis, quem nos iamiam aggredimur. Diuiditur igitur rubrica nostra in duas partes. In prima agitur de testamentis. In secunda de vltimis voluntatibus. Circa primam partem, quia quæstio quid nominis præcedere debet quæstionem quid rei l. 1. ff. si cert. peta. antea quam veniamus ad definitionem testamenti, quæro quot, & quibus modis accipiatur in iure hæc vox, Testamentum? Resp. tribus, &c. *Non esse in potestate decedentis decedere sine hærede.*

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM, QVÆ IN QVATVOR LIBRIS INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

Ioannis Pauli Lancelloti continentur.

A

ABbates debent perquirere fugitiuos, & Monachi non possunt præesse Ecclesiis Parrochialibus, licèt secus fit in regularibus, § fugitiuos. 193

Abbates, & alij inferiores in Episcopos possunt eligi, § non idem. 48

Abbas quomodo, & qualis sit eligendus, § vt autem 194 non potest eligi non professus in Abbatem, sed benè in Episcopum, § & propterea. 195

Abbas si imperet laico, vt monachum etiam causa disciplinæ verberet, vterque incidit in excommunicationem, secus autem si imperet clerico ex causa necessitatis, § quod autem. 641

Abiurans in vno articulo, si post sit hæreticus in alio dicitur relapsus, § is verò. 595

Abortum procurans, vel impediens conceptionem punitur, vt homicida, secus si id casu fieri contingat, § is quoque. 629

Abscissi ex necessitate promoueri possunt, secus si ex voluntate, § idem Iuris. 119

Absens potest vni de capitulo votum suum demandare, § sed si quis. 34

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest, § si quis tamen. 659

Absolutio ex causa certis casibus potest delegari, § is autem. 643

Absolutio non conceditur vbi manifestum est delictum, nisi præuia cautione, § manifestum autem 662 & cum delictum non est manifestum, vel est quis excommunicatus ob contumaciam, præstita cautione debet absolui, § cæterum 662 si quis dicat se post appellationem fuisse excommunicatum, vel nulliter, sunt super hoc admittendæ probationes, vt appareat an quis indigeat absolutione, § multum etiam 663 & si quis dicat iniustè se excommunicatum prius est absoluendus, & postea videndum super iustitia excommunicationis, § aliud iuris erit, 663

Absolutio pertinet ad eum, qui damnauit, § cumque ratione. 655

Absolutus vi, vel metu duplici excommunicatione innodatur, § illud etiam. 665

Accusationem inscriptio, denunciationem charitatiua monitio præcedere debet, § per accusationem. 569

Accusator non probans obiectum crimen tenetur ad pœnam talionis, nisi suam innocentiam purgauerit & interim dum purgat est suspendendus, § accusator. 572

Accusato excipienti despolio à tertio facto debet indulgeri tempus, intra quod restitutionem petat, & causam si potest finiat quo elapso non obstante tali exceptione accusari poterit, § inter scholares. 468

Actiones populares dantur de rebus Ecclesiasticis, 167 col. 2.

Actoris, & rei debet esse æqualis conditio in iudicio, § vtriusque. 474
Actor mittitur in possessionem rerum rei contumacis, & post annum efficitur verus possessor, reseruata quæstione super proprietate, § illud quoque. 449
Actor recusans subire iuramentum calumniæ cadit ab actione, reus habetur pro confesso, § sed vt veritate. 490
Actor reo comparente debet clarum Iucidi libellum offerre, § in primis. 454
Actor sequi debet forum rei, § quod si inter. 404
Actor si non possit ob potentiam aduersarij contumacis possessionem ingredi, efficitur tamen verus possessor elapso anno, § si tamen 450 elapso anno non reputatur possessor si per eum steterit quominus intrauerit possessionem, § idem iuris. 450
Actor si non venerit in termino, ad quem reum citari fecerit, debet reo reficere expensas, & cauere de in posterum comparendo, aliàs non admittitur ad aliam citationem, § idem quoque. 453
Actus præcedens subsequentem limitat, & interpretatur, § sed si. 427
Administratio quando competit ex electione. 51 col. 1.
Administratores hospitalium æquiparantur tutoribus, § vt autem. 351
Adoptio quæ contineat perpetuam prohibitionis causam, § perpetuam. 276
Adulterij appellatio est generalis propriè tamen in nuptam committitur, & quæ sit adulterij pœna, § adulterij. 617
Ædificans ritè vel dotans acquirit ius patronatus, & eum sequi debent commoda quem sequuntur incommoda, § Ædificatione. 164
Ætas quæ idonea ad Canonicatum. 43 col. 1
Affectus punitur licèt non sequatur effectus, § sed & si machinationem. 301
Affinitas quid sit, § affinitas. 278
Affinitas, & consanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu, § nec intererit. 278
Affinitas subsequens non dirimit matrimonium, sed præcedens legitimè probata, § ergo. 281
Affinitas superueniens dirimit sponsalia de futuro, § item si inter. 250
Agenti petitorio ad coniugem obstat exceptio consanguinitatis, secus si possessorio, § ergo. 298
Alienatio rei Ecclesiasticæ facta sine vtilitate Ecclesiæ, & clericorum consensu non valet, § ex his 381. Alienationis verbo quid contineatur, § alienationis. 382
Animus, & propositum distinguunt maleficia, § diuersa ratio. 301
Antiquiores, & honestiores præponuntur in testificando, § quod si progenies. 287
Apostatæ qui sint, & quid Apostasia, § Apostatæ. 597 quæ pœna apostatarum § apostatas. 597
Apostoli omnes erant Episcopi. 57 c. 1
Appellantem ab interloquutoria potest pœnitere, & facere vt prior iudex cognoscat, sed appellato sunt reficiendæ expensæ, quas fecit ob appellationem, § ac veluti. 550
Appellari potest si locus non tutus assignatur etiam si sit rescriptum appellatione remota, § interdum. 557
Appellare sufficit coram maiori parte iudicum, & omnium actorum intimatio parti appellatæ est facienda, § quod si à pluribus 555. si vnus ex pluribus appellet, & obtineat in causa appellationis prodest victoria consortibus si sit idem iudicium, & causa, § idem ex contrario. 555
Appellatio quid sit, & quate inuenta, § appellandi. 542 alia iudicialis, alia extraiudicialis, & de iure canonico, etiam extra iudicium appellatur quæ prouocatio dicitur, § appellationum. 542
Appellatio est deserta lapso anno, & ex causa biennio, § illud tam iudiciali. 558
Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in vno remoueatur Appellatio intelligitur remota etiam in aliis, § iam dubitari. 556
Appellatio iudicialis diuiditur in duas species, § rursus 544. Appellans ab interloquutoria debet in scriptis appellare, & intra triginta dies Apostolos petere, & exhibere continentes causam appellationis aliàs causa censebitur deserta, § multum autem. 544
In Appellatione à diffinitiua non est necesse causam inferere, § in appellationibus 546 in appellatione ab interloquutoria debet causa allegari quæ si esset vera reputaretur legitima, § cum autem. 547
Appellationis prætextus violatoribus interdicti minimè suffragatur, § nec aliquid. 673
Appellationis non præiudicat confirmatio in forma communi, nec laudum inualidum roborat, aut impedit processum, sed obtenta super re ab aliquo pacificè possessa facit vt quis non possit conueniri absque mandato sedis Apostolicæ, § postremo. 561
Appellationi quibus casibus non est deferendum, § non omnis. 550
Si dicitur ex iniusta causa Appellatum iudex ad quem inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione, vt probabili incipiat cognoscere de causæ veritate, § quod si obijciatur. 548
Qui minus rationabiliter Appellauit condemnatus in expensis ad inferiorem iudicem remittitur, nec potest quis alias causas prosequi, quam expressas, § quod si index. 548
Arbitri qui sint, § Arbitri dicuntur. 435
Arbiter potest esse quilibet, qui non prohibetur, § cæteri verò. 438
Arbiter super pluribus, si super vno tantum pronunciet non expirat compromissum, nisi habuerit a partibus facultatem ita pronunciandi, § finiuntur. 439
Archidiaconus est à iure constitutus Vicarius, & quasi oculus Episcopi, § quoniam verò 68 cognoscit inter clericos § ea propter 69 ardua ad Episcopum deferre debet, § quod si qua ibid. potest de licentia Episcopi visitare, & excommunicare, § sed & tertio. 69
Archidiaconus cur Archipresbyterum procedat. 69

col. 1. 2.
Archiepiscopi sunt Præsules Episcoporum vnius Prouinciæ, § Archiepiscopi 28 & quæ sit eorum auctoritas, § ad hos 28 quot suffraganeos habere possunt ibid. col. 2
Archiepiscopus impeditus consecrationem sui suffraganei alteri committere potest, § quod si. 58
Archiepiscopus potest visitare Prouinciam, & Diœcesim suffraganeorum etiam nō negligentium, § quod autem. 343
Archipresbyter est Vicarius Episcopi circa diuina, & Archipresbyterorum duæ sunt species, § non absimiles. 71
Archipresbyteri Vrbani quod sit officium, § Vrbani sunt 48 quæ sit potestas foranei Archipresbyteri, § exteri sunt. 71
Argumentum regulariter valet de regulari ad Monachum, § quoniam. 182
Assassinium sicut omnium homicidium est atrocissimū ita etiam atrocissimè punitur, § cum non opera. 626
Attentata post appellationem ante diffinitiuam non reuocantur, nisi primò de veritate constiterit, vel nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuerunt, § illa verò. 553
Auctoritas quid. 2. c. 2
Auctoritas ex quibus conflatur, 38 c. 2

B

Baptismales Ecclesiæ plures non debent fieri sub vna terminatione; & terminationis controuersia dirimenda est iudicio plebium vel sorte, § plures tamen. 307
Baptismus alius fluminis, alius flaminis, alius sanguinis, § quod quidem. 208
Baptismus, nec Chrisma possunt iterari, & vtrumque conferri potest tempore interdicti, § communę etiam. 216
Baptismus non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, vel ob magnam nobilitatem, § illum etiam. 212
In Baptismo confirmatione, & cathemismo debent patrini interuenire, § illud. 215
In Baptismo multa fiunt, quæ non sunt de eius substantia, § postremo. 212
Baptismum iterantes sunt deponendi ab officio, & beneficio, § illi quoque. 212
Baptismus operatur animæ ablutionem, & in locum circumcisionis est institutus, § baptismus 205 licèt in Baptismo plena contingat peccatorum remissio, non tamen contingit plena nouitas, § non tamen 206. Baptizare ad solos sacerdotes spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest Baptizare, § Baptizandi. 206
Amens si ante amentiam habuit propositum baptizari, baptizari potest, § de dormientibus. 210
Paruuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesiæ, & non debet minor esse virtus baptismi, quam circumcisionis, § non tamen. 209
Dormiens, & amens si ante somnum, & amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt, § de dormientibus. 210
Baptizare seipsum nemo potest, § sed quamquam. 207
Baptizati ab hæreticis schismaticis, paganis, vel aliàs facinorosis non sunt denuo rebaptizandi, § sed qui. 207
Baptizatus in ægritudine non debet ordinari regulariter, § sed & si. 124
Nondum Baptizatus ordinatus debet Baptizari, & rursus ordinari, § de eo. 114
Baptizatus inuitus characterem suscipit, & cogendus est ad obseruantiam fidei, secus si penitus sit coactus § sed & si quis 210 ille de quo non est præsumptio quod sit baptizatus, debet sine metu iterum baptizari, § illud in dubium. 210
Baptizatus iterum scienter debet seueriſſimè puniri, ignoranter verò bis Baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate, § quod si quis. 211
Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri, § postremo. 159
In beneficialibus contra contumacem proceditur etiam litè non contestata, § licebit. 452
Beneficiati non eligunt. 42 col. 1
Ante beneficij acceptationem licet quis nullū habeat in eo ius, tamen collator de eo alteri primo non consentiente prouidere non potest, § illud autem. 144
Beneficij appellatione non venit pensio, § & si quis. 155
Vbi de prioritate beneficij pluribus collati non constat, primò possessor § item si á sede. 151
Beneficii vacaturi nec collatio, nec præsentationis permissio tenet, § item quemadmodum. 173
Beneficio accepto tollitur odium, sed non inuidia. 5 col. 2.
Beneficium consequutus simoniacè per accusationem conuictus priuatur beneficio, per inquisitionem verò priuatur quidem beneficio, sed post per actam pœnitentiam in suo ordine permittitur ministrare, § quod si 587. Cum paruulis qui cupiditate parentum Ecclesias sunt consequuti post liberam resignationem potest dispensari, § quinimmo. 587
Beneficium deuoluitur, si Ecclesia steterit vacans per sex menses, § eadem ratione. 139
Beneficium nemo sibi confert sicut nemo se præsentat, § sunt autem. 173
Beneficium non debet torqueri ad iniuriam damnatis, § cauebant. 309
Beneficium non vacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi, § & si contigerit. 189
Beneficium si conferatur non idoneo ad residentiam, & patronus priuandus est beneficio, & collator conferendi potestate, § debent tamen. 179
Bigamus an postuletur. 47 col. 2
Bigamus, & qui vxorem duxit viduam ejectam, vel meretricem ordinari non potest, § item repellen-

di. 126. Est qui duas habuit vxores, § est autem. 127
Bigamus non debet benedici, § vir tamen. 302
Bigamus reputatur qui secundas nuptias, vel cum vidua de facto contraxit, § si quis. 127
Blasphemus recusans iniunctam sibi peragere pœnitentiam, viuens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, & mortuus Ecclesiastica carebit sepultura, § diuersa est. 601
Bona clerici si fisco sint applicanda applicari debent fisco Episcopi. 397. col. 1
Bona matrimonij sunt sacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium, § consequuntur. 237
Bona quæ dicantur de mensa Episcopi. 320 col. 2
Bona quæsita sacerdotibus intuitu Ecclesiæ debent remanere apud Ecclesiam, nec de his potest quis testari, § Generaliter. 394
Bullæ cur sic appellantur. 2. col. 1

C

CAdauera pupitorum pœnitentium sunt tradenda sepulturæ Ecclesiasticæ, § ex his. 360
Canones quibus constent, & quotuplicia sint concilia & quæ concilia vniuersalia, § canonum. 17
Canonica Episcopalis est quam detrahit Episcopus de relictis pro anima, quam testator prohibere non potest, & vbi eadem ratio eadem debet esse iuris dispositio, § Canonica portio. 370
Canonica portio quid sit, & duplex est Parrochialis & Episcopalis, § Canonica. 362
Canonica portio Parrochialis est, quæ debetur curato de relictis factis Ecclesiæ, in qua quis post habita propria Ecclesia eligit sepeliri, § sciendum est 367 de his quæ quis viuens, & sanus contulit alicui Ecclesia curato non debetur canonica portio, secus si infirmus, & ex eadem infirmitate decedens, § sed & si 366 Canonica soluitur Ecclesiæ in qua quis diuina percipit, § dubitari. 366. Canonica portio habentis duplex domicilium diuidenda, § quod si is. 367 relicta de quibus Parrochialis non detrahitur, § sunt tamen. 367
Capitulum sede vacante potest instituere præsentatos, § dissimiles. 173
Sede vacante capitulum non fungitur vice Episcopi in conferendo, & cessante causa cessat effectus, § licet autem. 141
Cardinales nobiles Cardinaliores aliis. 58 col. 2
Casus non excusat in amotione terminorum. 129 col. 1.
Causæ iustæ non residendi quæ sint, § iustæ. 180
Causa ob non petitos Apostolos quibus casibus deseruatur, § idem iuris est. 546
Causæ super quibus non potest compromitti, § pleræque. 438
Celebrans in Ecclesia polluta, vel simoniacè consecrata non incurrit irregularitatem, secus si alia ratione violat interdictum, § est autem. 668
Celebrare non licet nisi in templis consecratis, nisi ex priuilegio, vel ex causa necessitatis, § Ecclesiam 304 in itinere constitutis licet celebrare sub dio, & celebrans in priuatis domibus est deponendus, § in itinere. 306
Celeritas inimica consilio. 54. col. 1
Censuræ Ecclesiasticæ appellatione quid veniat, & quid sit excommunicatio, quid interdictum, quid suspensio, § Ecclesiasticæ censuræ. 635
Census generaliter sumptus continet omnem pensionem specialiter verò tantum Cathedraticum, § census appellatio 337 quibus temporibus, & quibus causis potest census constitui in Ecclesiis, § constituitur 339 Census præstatio non denotat de necessitate subiectionem. 338 col. 1
Census potest imponi fundationis, & consecrationis causa, § fundationis 339. Episcopus Ecclesiis piis locis concessis, vel exemptis potest censum imponere, § sed nec 339 Sedes Apostolica ab Ecclesiis sub protectione receptis censum recipit, § sedes quoque 339 patrono fundanti potest census constitui, § sed & patrono. 339
Census, & tributa de fructibus quibus decima soluenda sunt non debent deduci, § sed nec. 375
Character perdurat etiam post mortem. 80 col. 2
Chrismatis Sacramentum operatur augmentum gratiæ, § igitur omnes 214 soli Episcopi chrismant, § vnde cum ibid. Chrisma debet dari ieiunis, & à ieiuno nisi necessitas aliud cogat, § accedent igitur. 214
Christiani non debent nubere infidelibus, & si nubant sunt excommunicandi, § cultus quoque. 163. si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine peccato mortali soluitur coniugium, & conuersus cum alia contrahere poterit, & proles communis conuerso assignabitur, § si alter 264 si verò alter conuertatur, & antequam alij legitimè coniunctus fuerit alius quoque conuertatur, debent se inuicem recipere, § quod si 264 inter conuersos ratum est matrimonium non obstante repudio consuetudinario, § nec quicquam ibid. exceptio fornicationis non impedit matrimonium inter conuersos, § sed nec. ibid.
Christianorum quidam sunt laici, quidam clerici, § personarum. 23
Christianorum testimonia aduersus infideles admittuntur, sed non è contra, § christianorum. 508
Christus instituit Sacramenta, non Ecclesia, dicuntur tamen Ecclesiæ, quia illa per ea sanctificatur, & illa ministrat, § illud quoque. 201
Citatio ex quibus redditur eluforia, & citatus à non suo iudice non tenetur comparere, § fit tamen. 442
Citatio non arctat ad comparendum ex qualitate loci, § locus. 443
Citans ad instantiam spoliatoris non tenetur comparere, § idem iuris. 443
Citatus legitimè qui mutauit iudicem non propterea potest declinare forum cum sit præuentus, § si ta-

men. 443
Citatus potest ex legitimo impedimento non comparere, quo tamen cessante debet se iudici præsentare, § adhuc. 446
Ciuilis constitutio non ligat quamuis Ecclesiæ fauorabilis, § quod vsque. 15
Ciuis appellatio qualiter se extendat, & an includat Imperatorem. 8 col. 1
Clauis sacerdotalis quid sit. 22 col. 2
Clausula quod si omnes operatur solum in casu impotentiæ, vel voluntatis, § hoc tamen. 409
Clausulæ appellatione remota effectum impeditur ob manifestans iniquitatem, § idem etiam. 557
Clerici, & laici possunt esse Monachi, § cæterum. 181
Clerici, & Monachi deseruientes Ecclesiæ sunt exempti à muneribus personalibus, § personalis. 332
Clerici, & Monachi non possunt esse procuratores, § sed nec. 423
Clerici distribuuntur in tres classes, § horum 25 qui sint, vnde dicantur, & quot sunt effectus clericatus. 23 col. 2. 24 col. 1
Clerici facientes querelam de suis malefactoribus non fiunt irregulares, etiam si iudex mortem illis inferat, § item & de clericis. 122
Clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico conueniri valeant, cui non potest vllo pacto renunciare, § pari ratione. 402
Clerici in iudicem non suum qualiter consentire possunt, § in iudicem. 404
Clerici ob magnam necessitatem, vel vtilitatem possunt laicis consulto Pontifice, sine tamen coactione subuenire, § si tanta. 335
Clerici percussor ex causa potest absolui ab alio, quam ab Apostolico, § quod autem 645 § item si non enormis. 647
Clerici possunt maximè accedente iusta causa de bonis Ecclesiasticis facere eleemosinam, § licet autem 394 possunt testari, de his, quæ acquisierunt non intuitu Ecclesiæ, § de his verò 395. Clerico ingenuo deficientibus successoribus ab intestato succedit in totum Ecclesia, § quod si decesserint. 396
Clerici possunt testificari pro Ecclesia, & singulares personæ pro vniuersitate sua, nisi tamen aliqua causa probabilis impediat, § in summa. 507
Clerici pro sepultura non possunt aliquid exigere, nec consuetudo in contrarium valet, possunt tamen sponte oblatum accipere, § illud etiam. 361
Clerici, qui aliquando fuerunt Demoniaci non possunt ad vlteriores ordines promoueri, § is quoque. 129
Clerici regulariter coram sæcularibus iudicibus postulare non possunt, § postulandi. 424
Clerici tempore necessitatis tenentur ad murorum custodiam, § excipitur. 333
Clericis an licitum ludere. 120
Clericis vita laicorum passio, mors consolatio. 359 col. 1
Clericum volentem percutiens, & clericus consentiens sunt excommunicati, § volentem quoque 418. Casus in quibus clericos percutientes non incidunt in canonem latæ sententiæ, § ex contrario, & seq. 643
Clericus aliena Diœcesis postulandus. 47 col. 2
Clericus an possit testari de quæsitis ex artificio. 395 col. 1.
Clericus, cum mandatur prouideri de beneficio vacaturo, si negligat petere præbendam, non poterit postea aliam petere, nisi fuerit in canonicum receptus, § quo tamen. 149
Clericus in causa suæ Ecclesiæ non cogitur iurare de calumnia, secus in propria, § in hac tamen. 491
Clericus quibus casibus obligare possit suam Ecclesiam, § debitæ. 284
Coadiutor datur Episcopo ex causa, & eius datio ad sedem Apostolicam spectat § accidit. 77
Coadiutor qualiter dandus in remotis partibus, § quod tamen 78 etiam inferioribus ab Episcopis dandus est coadiutor, & vtrisque de facultatibus Ecclesiæ erit subueniendum, § non solum ibid. duo coadiutores dari possunt. ibid. col. 2
Cognatio est triplex spiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, § multò magis. 271
Spiritualis cognatio quas personas impedit contrahere matrimonium, § non solum. 272
Cognatio spiritualis per Catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, § per catechismum 273 & § sequent.
Cognatio impeditiua matrimonij non oritur ex sacramentis excepto Baptismate, & confirmatione, § eisdem. 275
Cognatio naturalis quid sit, & quid consanguinitas, § naturalis. 276
Cognitio specierum debet subsequi cognitionem generis, § his circa. 203
Cognoscens consanguineam vxoris suæ non potest debitum petere, licet reddere teneatur, & vxorisque superstes carebit spe coniugij, § si quis. 280
Commendare quid importet. 169 col. 1
Communicans excommunicatis incidit in excommunicationem, & iudices curare debent, quod excommunicati ab actis legitimis, & commercio aliorum abstineant. § quorum. 651
Communicans excommunicato in contemptū incidit in maiorem excommunicationem, § hoc tamen. 655
Communicans excommunicatis omninò coactus non cadit in excommunicationem, secus si quis solum metu communicet, § sed an inuitus, & § sequ. 658 & communicans in conuertendo non est excommunicatus, § item cum voluntate. 658
Communio potest esse etiam cum defunctis. 358 col. 2.
Comprobatio idem operatur quod legitima institutio, § quin potius. 266

Compromitti non potest in plures personas, quæ enumerantur, § sed neque serui 437 in laicum de re spirituali non potest compromitti, nisi sit clerico adjunctus, vel in eum sit compromissum authoritate Apostolica, § sed nec 437 nec in fœminas potest fieri compromissum, § fœminæ. 438
Compromitti potest super matrimonio spirituali, non super carnali, § quod autem. 439
Compromitti potest tam in iudicem ordinarium, quam in delegatum, § sed & si. 435
Compromissum expirat termini lapsu, § lapsu 439 morte tam arbitrorum, quam compromittentium compromissum expirat, nisi sit dictum de hæredibus compromittentium, § mortis quoque. 439
Compromissum facere non possunt qui arbitria exercere prohibentur, § sicut autem. 438
Conditiones turpes adiectæ sponsalibus vel matrimonio, non vitiant sed vitiantur, § hoc tamen 244 conditiones contra substantiam matrimonii vitiant matrimonium, § si tamen. 244
Collatio Apostolici in diem facta accedente decreto irritante ligat manus ordinarij, § dies adjicitur 145
Collatio facta ad petitionē alterius ad minus beneficium restringitur, si sint æqualia, eligit collator, § si vero. 147
Collatio facta motu proprio pluribus beneficiis in eadem ecclesia simul vacantibus intelligitur facta de pinguiori, si beneficia sint æqualia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa, § item si 147
Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus non ligat manus ordinarij, § sub conditione. 146
Collatio de beneficiis causa permutantionis vacantibus facta aliis quam permutantibus non tenet, § & generaliter 86
In concessione generali non veniunt ea, quæ quis non esse verisimiliter in specie concessurus, § de eo tamē 223
Inferiori concessum, multo magis superiori concessum intelligitur, § quod autem. 30
Concilia principalia sunt quatuor Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinū, Calcedonense, § inter 18 interdiscordātia concilia præponitur sententia eius, quod est maioris auctoritatis, § alia 18
Concilia vniuersalia quæ sint. § vniuersalia 17 initium vniuersalium conciliorum celebrandorum post Apostolos cæpit temporibus Constantini, § quorum ibid. concilia æcumenica quæ. 17 c. 2
Concilia publica nundinæ, & negocia secularia non debent tractari in ecclesiis, § publicæ. 326
Auctoritas celebrandorum Conciliorum est apud sedem Apostolicam. § legitima. 18
Confessio erronea statim reuocata non præjudicat, § Plane si. 500
Confessio per epistolam quis, nec per nuncium potest confiteri 220 c. 2
Confessus crimina coram inquisitore non poterit confessionem suam eo pretextu reuocare, quod fama non præcesserit inquisitionem, § si quis tamen. 574
Confessus, & probationibus conuictus æquirantur, § redditis igitur. 500
Confessus habentibus generalem autoritatem audiendi confessiones consequitur absolutionem, § si quis 221
Confiteri non proprio sacerdoti quibus casibus possit § quod autem. 220
Vniusquisque semel in anno debet confiteri, & eucharistiam sumere; nisi de consilio sacerdotis abstineat, § priuata. 219
Quid confitendi propositum habuit potest confiteri, si sæuitia morbi non posset confiteri, § si quis. 224
Confirmatio inualida quos pariat effectus. 53 col. 1
Confirmatio non conceditur, nisi cum causa cognitione, § is autem. 52
Confirmatio peti potest per amicum 49 c 2 non confirmatus non potest res ecclesiæ administrare. § quandiu. 50
Confirmatione contrahitur coniugium spirituale, § igitur. 55
Confirmatus, & non dum consecratus exercet solum quæ sunt iurisdictionis, non quæ sunt ordinis, & nemo dat, quod non habet, § hoc autem. 55
In confirmatione citandi sunt quorum interesse potest, § illudetiam. 54
Coniugiorum aliud est legitimum, & non ratum aliud legitimum, & ratum, aliud ratum, & nemo legitimum, § ex his. 266
Coniugium spirituale dissoluitur per degradationem, § per degradationem 95
Connexa & dependentia sunt simul tractanda, § post hæc. 131
De connexiis idem est iudicium, & determinatio, § sed hoc ita intelligi 556
Contritio & confessio sine satisfactione parum proficiunt, § sed nec contritio. 213
Contumax quis dicatur, & quid sit contumacia, § ergo 448 contumacia variè ponitur, § hæc autem. 449
Contumax nondum iussus à iudice respondere non habetur pro confesso, § hoc tamen. 499
Consecratio non est de substantia spiritualis coniugii. 82 col. 2
Consecratio quomodo sit explicanda, § congregatis 59
Consecrationi interesse debent ad minus tres episcopi alioquin non valet, § ordinationi. 57
Constituti in maioribus ordinibus nullo pacto matrimoniū cōtrahere possunt, sed cōstituti in minoribus possunt, sed si contrahant priuantur beneficiis, & dignitatibus ecclesiasticis, § horum autem. 108
Constitutio quid sit, § constitutio 14 quotuplex sit cōstitutiones ciuiles, quæ non sunt contra euangelium, & canones sunt honorandæ, licet ipsis ecclesia non ligetur § constitutionum. 15
Constitutio dupliciter sumitur. 14 col. 2
Constitutio facta in concilio sub quo nomine edi possit 389 col 2
Constitutum in ecclesiis episcopalibus trahitur etiam ad ecclesias inferiores, § non ab similis. 83
Consuet. non inducitur ex eo solo quod sit sæpe factū.

12 c. 1 tantum est dicere non consuevit quantum non debet 12 c. 2 prauæ consuetudo non ligat, § hæc tamen 13 facit licitum de illicito 14 col. 1
Consuetudo potest dare iurisdictionem mulieri. 438 col. 1
Consuetudo vnde duxerit originem, § ius consuetudinis 12 quid sit, & quam vim habeat, § est autem ibid.
Conuiuia non debent fieri in ecclesiis, nisi ex necessitate, & quod dicitur de ecclesiis intelligitur etiam de non consecratis & oratoriis, § sed, & conuiuia 327
Copula metum purgat, § plane 267
Copulæ nixus in septennem inducit publicæ honestatis iustitiam, § si tamen. 246
Corpore vitiatus ordinari nō potest, § cauenda sunt. 128
Corpus Christi an liberet eum, qui ducitur ad patibulum 360 col. 2
Corepiscoporum vsus sublatus est, erant olim 79
Creatur dignitas, constituitur ecclesia instituitur præbenda. 155 col. 1
Crimen si opponatur excipiendo non est necessaria inscriptio, § accidit. 575
Criminalia iudicia non habent aliquid simile cum ciuilibus, & instituuntur per accusationem, denunciationem, inquisitionem, § criminalia 568
Criminosus perseuerans in crimine nō potest restificari, emendatus verò in causa ciuili potest nisi fuerit reus periurii, vel nisi sit affectus infamia in causa verò criminali licet emendatus difficilius admittitur, § planè quod 509 & § sequenti, ibid.
Criminū quædam solum Deum lædunt quædam etiam homines §, criminum. 578
Cultus disparitas &, creatoris cōtumel. sunt iuxta causa dirimendi matrimonium, & quod facit Papa Deus censetur facere, § sed & si. 293
Curam animarum habentes possunt appellari prælati. 53 col. 1

D

DAmnū inferens, & iniuriam debet damnum passo satisfacere, § mitius 630 si tuum animal damnum dederit potes liberari illud dedendo nisi sit ferum animal, & nocere solitū, & non fuerit adhibita debita diligentia, § quod si animalia 632
Debilitas corporis renunciandi causam præbet, & quæ sit, § non absimilis. 90
Decima quid sit, § decima 373 decima alia personalis, alia prædialis, § decimarum 373 decimæ personales debentur ecclesiæ, in qua quis sacramenta percipit, prædiales verò, in cuius finibus sunt constituta prædia, nisi aliud inducat consuetudo, § inter personales. 374
Decimæ, & oblationes præscribi non possunt, § prouentus. 391
Decimæ solui debent de omnibus prouentibus, § eadem ratione. 376
Decimas omnes soluere tenentur tam christiani, quam Iudæi, § illud etiam. 376
Declinare quid denotet. 90 col. 2
Decreta Pontificum Romanorum æquipollent decretis conciliorum, § decreta. 21
Defectu, qui obuenit mihi ex te non potes vti contra me ad tuum commodum, § dubitatum 63
Defectus conditionis vitiat matrimonium, § sunt, & alii. 262
Degradatio duplex est verbalis, & actualis, § est autem 96
Degradatio dicitur respectu ordinum, depositio respectu honorum. 94. col 2
In degradatione sacerdotum ob causam hæresis potest procedere solus Episcopus delinquentium cum suis minoribus prælatis, § quinimo. 96
Degradatus traditur curiæ secularis, & pro eo debet ecclesia intercedere, § clericus 97 miscens se sacris excommunicatur, § quod si. 98
Delatio crucis ad quos pertineat. 28 c. 1
Delatio habitus tacitam ostendit professionē, & vnusquisque debet se conformare cum habitu, quem gerit, § tacitè profitetur. 187
Delegari potest pluribus vna causa, & si in rescripto non fuerit adiecta clausula, quod si omnes, non valebit processus, nisi simul procedant, § item mandari. 409
Delegatio perimitur impedimento delegati tam iuris, quam facti, § sed & si. 413
Delegatio soluitur delegatione iurisdictionis reintegra, § soluitur autem 412 & aliis modis, vt § morte. 413
Si vnus ex pluribus Delegatis negotium incohauerit, alii non possunt se intromittere, nisi ex causa, § porrò vno illorum. 410
Delegatus à Papa non subdelegat, nisi indignitate constitutis, § sed nec omnibus, 408
Delegatus à Principe regulariter non potest quem citare; vt compareat personaliter, § non tamen. 408
Delegatus à Principe potest propriam sententiam intra annum exequi, § sed si ordinarius. 538
Delegatus debet diligenter seruare fines mandati, § sed siue vni 410 cum quid cōmittitur cēsentur omnia commissa; per quæ peruenitur ad illud, § planè 410
Delegatus debet in citatione inserere tenorem suæ cōmissionis, & designare auditorium, secus in ordinario, § iam verò. 445
Delegatus habet iurisdictionē etiam in eum, in quem fuit facta alienatio post impetratum rescriptum de eo non faciat mentionem, § sed & si 411
Delegatus sedis Apostolicæ in causis, quæ agitantur coram se pro muneri quatuordecim annorum potest eidem curatorem dare, vel auctoritatem constituendi procuratorem, § quin etiam 420
Delegatus si pronunciat se iudicem incompetentem expirat iurisd. § item 414 & transacto termino in rescripto appositio expirat iurisdictio, § sed & cum 415
Delicto alieno nemo debet prægrauari, § quod si forte. 284
Delictum præcedens, & eius pœnam non abluit bonum aliquod subsequutum, § vsque adeo 301
Delinquens captus si prætendatur clericus vtrum ita sit debet cognoscere iudex cleric. vocato iudic. secularis dubitari 405 Habitus pro clerico statim debet restitus iudici ecclesiast. § sed si notorium. 405
Delinquens in eo, in quo quis deliquit puniri debet. §

idem, & de his. 330
Deuolutio non habet locum in ecclesia non numerata vel quando dignitas est supergressa, § hæc autem 141
Diaconi præsentibus Episcopo vel presbytere, nec baptizant, nec Eucharistiam erogant, nisi ex necessitate. § sed nec. 202
Dies interpellat pro homine, § nec quicquam 387
Diffamato de excommunicatione non possumus communicare, nisi purget, vel ad cautelam se faciat absolui, & toleratus ab ecclesia non debet vitari, nisi in occulto § sed & si. 654
Dignior præponendus inter duos electos, § quod si 52
Magis dignum trahit ad se minus dignum, § sanctificatum. 233
Minus dignum trahit in accessionem magis dignum 171 col. 1
Dignitate præcellens debet innocentia præcellere, § debet. 61
Ob dilapidationem etiam lite pendente fit sequestratio, § Plane 496 litis pendentia non inualidat matrimonium contractum § sic etiam 496
Diligentia inducit facilitatem. 2 col. 2
Discretionis tres gradus iuxta tres ætates. 219 col. 1
Dispensari potest cum electo schismatico, si nullum ordinem à schismaticis susceperit, § de illo 55
Dispensari potest circa collationem factam post deuolutionem. § is quoque 141
Dispensari potest prætermisso ordine repetito cum promoto per saltum, § per saltum 113
Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens, & mentio potentiæ intelligitur de præsenti, § eodem. 155
Dissensus vnius impedit compromissum. 39. col. 2
Diuersitas dantis non inducit diuersitatem ei datæ, § Accipite. 6
Diuitiæ exaltant hominem. 288 col. 1
Diuortium est dissolutio matrimonii, & separatio thori potest appellari diuortium §. diuortium est 290
Doctoratus potest dici dignitas, 288 col. 1
Dolus & fraus patrocinari non debet, § sed si constiterit. 371
Domestici & similem habentes causam non posse esse testes, § domestici. 511
Dominus præstito iuramento de impunitate potest seruum suum etiam inuitum ab ecclesia abducere, § quod si seruus. 332
Dotans acquirit ius patronatus, § ædificatione. 154
Dotes vxorum hæreticorum non confiscantur, nisi scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis, § sed & eum. 386
Dotis fauore fructus non computantur in sortem, § idem si. 614
Dubietatis & connexitatis ratione aliquid admittitur quod non admitteretur. 359 col. 2
Dubius euentus vsurarum suspicionem remouet, § ille quoque. 615

E

EBrietas an sit peccatum mortale. 66 col. 1
Ecclesia debet quanto citius consecrari, § basilica 311 consecrando est ab Episcopo, qui prius baptizauit incolas regionis vbi constructa est, § si dubitetur 311 semel consecrata non debet amplius consecrari, § ecclesiæ autem. 312
Ecclesia noua ob commoditatem plebium ædificari potest, quæ tamen matrici honorem exhibere debet, § plebium. 308
In noua ecclesia construenda, vel consecranda quæ obseruari debeant, & quod ecclesia indotata consecrari non debet, § quacumque. 309
Ecclesia polluta debet reconciliari, § sed si ecclesia propter detrimentum altaris ipsum altare non ecclesiæ est iterum consecranda, § de eo dubitati. 314
Ecclesia quibuscumque diebus potest consecrari, sed solum ab episcopis, qui ea quæ sunt iurisdictionis possunt demandare inferioribus, secus quæ sunt ordinis, § conficiautem. 314
Ecclesia si ob patronorum discordiam detrimentum patiatur potest episcopus interdicere à diuinis, §. quod si ita. 169
Ecclesia vbi sunt sepulta corpora infidelium non debet consecrari, nisi exuuiis corporibus, &c. § illud 314
Ecclesiam construens præter episcopi consensum facit iacturam iurispatronatus, § diuersum. 311
Ecclesiam nouam construenti potest nouum opus nunciari, § sed si quis. 310
An liceat descendere ad minorem Ecclesiam. 82
Ecclesiam suam non potest quis grauare pro alienis debitis, § sed nec. 383
Ecclesiæ debetur canonica portio de relictis episcopo, quam tamen potest testator prohibere, § item ex concilio 270 si quid simpliciter episcopo à coniũcto fuerit relictum in dubio non debetur ecclesiæ canonica portio, secus si ab extraneo, § sed in hac 370 si quid coniunctim legetur episcopo, & ecclesiæ fit inter ipsos diuisio, etiam si testator hoc reliquerit episcopo, illud ecclesiæ, nisi stare velint testatoris voluntati, quod ob fauorem vltimæ voluntatis conceditur, § quod si coniunctim. 370
Ecclesiæ episcopo omnimodum subiectionem debent, quemadmodum, 335
Ecclesiæ nomine quid veniat, § nomine. 394
Ecclesiæ ob incrementum populi diuidi possunt, § sicut enim. 306
Ecclesiæ omnes positæ in diœcesi scribunt episcopo, § vsque adeo. 344
Ecclesiasticæ res sunt aut spirituales, aut temporales. § superiore. 197
Electæ olim maritus, & meretricis non potest ordinari, § electa est. 127
Eligentes indignum per triennium eligi non possunt, § illi quoque 46
Eligere à superiori prohibiti, absentes, hæretici non possun-

possunt eligere § his quoque. 44
Electio quid sit, § cæterum. 33
Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inspirationem, § celebratur 36 facta ad clamorem populi est nulla, § quod si fortè per scrutinium, quomodo celebretur electio, & qui sint scrutatores, § per scrutinium, 37 per compromissum quomodo celebretur, & arbitri non seruantes formam compromissi nulliter eligunt, § per compromissum. 39
Electio deuoluitur ad superiorem ob non seruatam formam, & ob negligentiam, § interdum 44 facta de indigno ius eligendi transfert ad Romanũ Pontificem, § alia sanè. 44
Electio non continetur sub verbo prouisionis. 158 col. 2
Electio non confirmata non tribuit ius. 42 col. 2
Electionem ratificare potest non citatus, § planè. 34
Contra electionem factam à duabus partibus non potest opponi nisi de nullitate voti alicuius earum dictarum paritum, § hoc tamen. 39
In electione Papæ multa sunt specialia, § sed hæc. 36
Electioni opponentes si deficiant in probationibus sunt puniendi § sciant tamen. 54
Electionis forma tria substantialia requirit. 38 col. 1
Electo non est obediendum nisi literis confirmationis ostensis, § petit. 51
Electus debet intra mensem consentire electioni, alioquin alius eligi, § nunc videndum. 48
Electus præponitur postulato æquè idoneus, nisi postulantium sit duplo maior numerus; qui tamen si ignoranter indignum postulauerint nec postulatio, nec electio tenet, sed si scienter electio tenet, § & si vacante. 53
Electus quo tempore habere debeat scientiam. 52 col. 1
Eleemosina an sit de præcepto. 65 col. 1
Emendatio tollit pœnam, § hoc tamen. 594
Episcopalia concilia quæ sunt, § Episcopalia. 21
Episcopalis, & Parrochialis pari passu ambulant, § item de quibus. 372
Episcopatum assequutus per simoniam, sed ignoranter si fiat postea regularis, licet ad primum reuerti non possit, alium tamen episcopatum consequi potest, § rursus. 92
Episcopi creantur duobus modis, § Promouentur. 33
Episcopi, & presbyteri differunt ordine. 99 col. 2
Episcopi debent propalare nomina excommunicatorum, § vnde. 656
Episcopi, & superiores nunquam incurrunt sententiã interdicti, vel suspensionis ipso iure, nisi de ipsis expressa mentio habeatur, § ea propter. 680
Episcopi Itali non debent ordinare Vltramontanum, nisi de licentia Papæ, vel sui ordinarij, § & hoc quidem. 118
Episcopi sunt qui præsunt maioribus populis, & latinè speculatores appellari possunt, § simpliciter 29. Quanta sit eorum auctoritas, § Horum. 30
Episcopis comprouincialibus deficientibus ad consecrationem aduocandi sunt episcopi vicinæ prouinciæ, § illud quæsitum. 58
Episcopi reseruata quæ sint, § Ecclesias verò. 101
Episcopis visitantibus debetur procuratio, § vlterius prælatis. 341
Episcopo conceditur pro sepultura propria Ecclesiam ædificare, aut nouum monasterium constructe, § Episcopo quoque. 309
Episcopo debetur à Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, nisi præscripta fuerit, § postremò. 380
Episcoporum ordo est tripartitus, § in altiori. 26
Episcopos transferre ad solum Romanum Pontificem pertinet, § sciendum 82 alij etiam vltra episcopos possunt transferri 81 col. 1 qui se transtulerint propria authoritate ad aliam ecclesiam, & habita carebit, & ambita, § ea propter. 82
Episcopum qualem esse opporteat, § oportet 45. Minor triginta annis non potest eligi, § igitur. ibid.
Ad episcopum quædam pertinent iure ordinationis, quædam lege iurisdictionis, quædam lege Diœcesana, § sed hæc omnis. 336
Episcopus an teneatur constituere vicarium. 72 col. 2
Episcopus cauere debet ab improborum commercio, & in corrigendo non minus charitatem, quam potestatem exercere debet, § ab improborum. 62
Episcopus cum Ecclesiis inferioribus non diuidit sibi relictum sed bene detrahit quartam de relictis Ecclesiis, § secus autem. 370
Episcopus cum potest tenetur discere. 90 col. 2
Episcopus, & capitulum si habeant potestatem conferendi coniunctim non potest vnus sine altero, nisi in vno subsit impedimentum, § quam conferendi. 137
Episcopus & capitulum sunt vnum corpus. 381 col. 2
Episcopus, & electus debent postulari non eligi, § episcopus. 47
Episcopus excrescentibus fidelibus potest nouam ecclesiam construere, § ob incrementum. 306
Episcopus hospitalis esse debet, & liberalis, § sed nec 64. Non debet abuti rebus suis, § res suas. 65
Episcopus non debet sæcularibus negotiis se implicare § sicut autem 66 debet esse pudicitiæ studiosus, § pudicus, & qualis sit interius debet per exteriorem demonstrare, § oportet qui displicet non exorat, § in summa. 67
Episcopus non est periurus fabricans ecclesiam licèt iurauerit non alienare ecclesiastica, § nec quicquam. 307
Episcopus non potest nouum censum imponere, vel veterem augere præter cathedraticum, § sed nec 340. Ex causa, & non in propriam vtilitatem potest episcopus nouum censum constituere, vel augere veterem accedente consensu capituli, § quod autem. 340

Episcopus non potest spernere patroni præsentationem, Patronus non potest quem propria auctoritate instituere sub pœna excommunicationis, § quemadmodum. 171
Episcopus orationi, & prædicationi debet insistere, § in primis. 63
Episcopus perpetua statuta concedit, & circa quæ 21 col. 1 & qui ligantur episcopalibus conciliis, § in iis. ibid. tenetur sua statuta notificare, § quamobrem. ibid.
Episcopus proprius solùm potest deponere constitutos in minoribus ordinibus, secus in maioribus, § quod autem. 96
Episcopus potest distrahere seruos fugitiuos ecclesiæ, § simili ratione. 387
Episcopus potest ex causa ecclesiam patronatam secundum certam formam commendare, § quod si necessarium 169 in ecclesia iuris patronatus laicorum potest ponere œconomos, qui colligant fructus erogandos in vtilitatem laicorum, § erit etiam. 169
Episcopus potest ius dicere in quolibet loco suæ iurisdictionis, § igitur cum. 407
Episcopus potest permutare terras duarum ecclesiarum suæ Diœcesis illarum accedente consensu, & de temporalibus ad spiritualia non potest fieri permutatio, § episcopus quoque. 390
Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem, § Episcopus quoque. 221
Episcopus potest sententiam per alium recitare, § episcopo tamen. 530
Episcopus regulariter non potest aliquid agere absque consensu, vel consilio capituli, § tractemus 381
Episcopus remittens ecclesiæ seruitia non censetur remittere procurationem, sed illam dare detractantes potest excommunicare, & procurationi non præscribitur, § & adeo. 342
Episcopus quando quis possit appellari. 55 col. 2
Episcopus qui instituit secundo loco præsentatum in pœnam tenetur prouidere etiam primo præsentato, § sed si laicus. 166
Episcopus qui semel ad vitam monachalem transiuit non potest iterum ad episcopalem dignitatem reuerti, § accidit autem 91. Impeditus administrare Episcopatum & propterea factus monachus cessante impedimento potest reuerti ad episcopalem dignitatem, § cæterum. ibid.
Episcopus vnire potest ecclesiam altari, vel loco religioso donare, etiam non vocato rectore, vel defensoribus, § vsque adeo 319 non potest vnire Ecclesiam propriæ mensæ, § aliud. 320
Eremitæ cui subsunt. 100. col. 2
Error personæ & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis, & fortunæ, § ergo non omnis 261 & qualis sit error personæ conditionis, fortunæ, & qualitatis, § solum igitur. 262
Examen debet præcedere collationem beneficiorum, § quod & in beneficiorum. 111
Exceptio quid sit, & quod duplex est eius species dilatoria, & peremptoria, & earũ natura, § exceptio. 458
Exceptio excommunicationis licèt dilatoria potest opponi ante, & post litem contestatam, § his annumeranda 461 forma seruanda in opponenda exceptione excommunicationis, § sed cum 463 potest opponi in prima tantum instantia non in secunda, idem de cæteris dilatoriis, § hæc tamen. 463
Exceptio fornicationis non impedit matrimonium inter conuersos, § sed nec. 264
Exceptio incompetentiæ, & suspicionis sunt declinatoriæ, § personam. 459
Exceptio nullitatis nunquam intelligitur excluſa. 39 col. 2
Exceptio spolij à tertio facti quomodo in criminali iudicio possit opponi, § in criminalibus. 467
Exceptionem opponens, quæ aduersus opponentem opponi potest, nihil agit, & hoc si proprio nomine excipiat, secus si nomine suæ ecclesiæ, § cauebit autem 469 non quis, sed quo nomine agatur est attendendum, § hoc tamen. 470
Exceptiones contra testes peremptoriarum naturam sapiunt, ideo ante sententiam proponendæ, § sunt & aliæ 468 & ponitur differentia vtrum obijciatur crimen, de quo nunquam alias fuerit conuictus, vel obijciatur crimen, de quo alias qui confessus, & conuictus fuit, § multum tamen. 468
Exceptiones declinatoriæ proponi debent ante omnem exceptionem, alioquin amplius opponi non poterunt, § He verò. 460
Exceptiones descendentes ex persona rei quæ sint, § ex persona 459 & quæ descendentes ex causa, § actionem. 459
Exceptiones dilatoriæ non declinatoriæ regulariter proponuntur ante litis contestationem, § ergo in initio 460 & aliquando post litem contestatam proponuntur, § sed litè. 461
Exceptiones ducuntur ex loco, & ex tempore, & ex aliis fontibus, § ducuntur. 461
Exceptiones peremptoriæ ius actoris perimunt, & semper agentibus obstant, § Peremptoriæ 464 sunt litis finitæ, & impediunt litis ingressum, § harum quædam 465 post litem contestatam ante sententiam, § cæteræ. 465
Exceptiones præiudiciales sunt quæ alteri causæ præiudicium afferunt, putá exceptio consanguinitatis, causæ restitutionis viri, exceptio natalium, petitionis hæreditatis, § sunt etiam. 466
Exceptiones procuratoris spectant personam actoris, § actoris partem. 459
Exceptiones rationabiles admittet delegatus, nisi verba rescripti sonent in contrarium, § rationabiles. 411
Excipiens non confitetur agentis intentionem, & potest qui plures etiam contrarias exceptiones opponere, & si iudex non admittat, potest appellari, & iudex puniri, § Postremò 470 aduersus exceptiones dantur replicationes, § dantur. 470
Excommunicatio an transeat in successorem officij. 426 col. 1
Excommunicatio iudicialis est, quam infert iudex, &

cui causa committitur, omnia quæ causam contingunt censentur permissa, § iudicis. 648
Excommunicatio impedit promotionem ad sæculares dignitates. 46 col. 1
Excommunicatio minor à perceptione sacramentorũ, maior à fidelium communicatione separat, § excommunicationum duæ. 636
Excommunicationis absolutio non debet peti omisso medio, nisi in contrarium sit consuetudo, § sed hoc casu. 660
Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio, & debet ferri in scriptis, ita vt causam contineat, § quoties autem 649 iudex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre maiorem excommunicationem, § sed quæri poterit. 615
Excommunicationibus pluribus innodatus non potest ab vna tantum excommunicatione absolui, & absolutio surreptitia non tenet, § quod si pluribus 664 si ordinarius sciat per surreptionem ab Apostolica sede impetratum absolutionem debet remittere nulliter absolutiua ad sedem Apostolicam, si verò hoc sibi non constet, sed suspicetur debet absolutum cogere ad purgationem, § quinimmo. 664
Qui contemptis clauibus non humandos locis sacris humauerit excommunicationem incurrit, à qua non est absoluendus antequam arbitrio Episcopi satisfecerit, § si quis autem. 359
Excommunicationum aliæ sunt latæ sententiæ aliæ ferendæ, & latæ sententiæ est cum quis facto iudicis à iure excommunicatur, § rursus. 628
Excommunicati nec proprio nomine, nec alieno possunt esse in iudicio, nisi ad defensionẽ, § Hi verò 425
Excommunicati sunt latæ sententiæ qui Deo dicatos homines offendunt, à qua non possunt absolui, nisi per Papam, § si quis igitur 638 complices inferentium manus violentas clericis pari pœna cum inferentibus puniuntur, § sed & si manus 639 detinens, vel ducens clericos in vincula incurrit excommunicationem latæ sententiæ, nisi faciat de voluntate suorum prælatorum, § interdum. 640
Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiam si dederit cautionem iuratoriam de parendo mandatis Ecclesiæ, & Episcopus ei communionem reddiderit, § nec ideo. 653
Qui inuitum abstrahit à sacris locis excommunicatur, & quasi sacrilegus punitur, § sacrorum locorum, 327
Non potest quis inuitus abstrahi à domo Episcopi, vel ab Ecclesiæ circuitu intra triginta passus § nec ab atriis. 328
Excommunicatus à delegato Principis etiam delegato mortuo non potest ab ordinario absolui, vel alio præterquam in mortis articulo, vel de mandato Papæ, § quæri contingit. 451
Excommunicatus, cui Papa communicat non propterea censetur absolutus, nisi Papa id exprimat, § nouissimè. 666
Excommunicatus minore excommunicatione eligit secus maiore § illud. 43
Excommunicatus minori si indurescat in ea poterit excommunicari maiori, § quod si. 655
Excõmunicatus non potest recõuenire, § idẽ iuris. 475
Excommunicatus si ante mortem ostenderit signa pœnitentiæ etiam mortuus potest absolui, § planè. 653
Excommunicatus, suspensus, non constitutus in sacris, & schismaticus non potest eligi Episcopus, § idem iuris. 46
Exempla solemniter sumpta fidem faciunt, § idem, & de exemplis. 520
Expectatiuam habens potest acceptare beneficium vacaturum primum, vel secundum, vel alterius certum tamen acceptare non potest, § poterit. 149
Expressio eius quod tacitè inest nil operatur, nisi per aliũ modum, quo tacitè inest, fuerit facta expressio, § aliud iuris. 153
Extrema-vnctio exhibetur his de quorum morte dubitatur, § sciendum est 232 vnctionis duæ sunt species exterior, & interior, § sunt enim. 232
Eucharistia non est danda scænicis, & histrionibus, pro cæteris autem maximè infirmis; semper debet esse parata, § item quamuis. 229
Eucharistiæ Sacramentum maximum est, § est autem 226 quilibet semel saltem in anno communicare debet, § & quidem. 227

F

FAlsa causa non vitiat ingressum religionis § nec causari. 292
Falsificans per se vel alium literas Papæ est excommunicatus cum suis fautoribus, & clerici officiis, & beneficiis priuantur, & degradari traduntur curiæ sæculari, § aduersus eos 623 qui falsis literis vtitur si clericus est officiis & beneficiis priuatur, si laicus excommunicatur, § mitius. 625
Fama præstat adminiculum cæteris probationibus & iudex ex variis argumentis debet animum suum instruere, § fama quoque. 525
Facere non debemus malum, vt postea faciamus bonum, § nec quicquam. 611
Faciendum certo modo sufficit fieri per æquipollens, § non tamen. 520
Facta plus operantur quam verba, nec refert quid ex æquipollentibus fiat, § appellasse. 554
Fauor Ecclesiæ quando tollat vitium furti. 186 col. 2
Feriis indultis hominum causa potest renunciari, § aliud. 445
Diebus feriatis non potest procedi, & angustia temporis ad comparendum dati vitiat citationem, § sed & si. 444
Festa dedicationis Ecclesiarum debent celebrari, § solemnitates. 315
Feudum à vassallo alienatum, & difficilis recuperationis potest Episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere, § sed in feudum. 388
Feudum deuolutum potest per Episcopum alteri concedi, § quinimmo etiam. 388

Fideles post receptum baptismum debent chrismari, § quamuis. 214
Fides sacramenti supplet sacramentum fidei, § vnde. 208
Filij nati ex clandestinis, & interdictis matrimoniis non sum legitimi, licèt nati ex matrimonio contracto in facie ecclesiæ ante sententiam diuortij sint legitimi, nisi vterque coniugum nouerit impedimentum, § quicumque. 283
Filij nati ex matrimonio, cui obsistit publicæ honestatis iustitia non succedunt patri scienter contrahenti § filij quoque. 283
Filij per quorum neutrum ventum est ad compaternitatem copulari possunt, nisi mos regionis aliud inducat, § de filiis. 426
Filij presbyterorum non possunt ordinari, nisi fiant regulares, vel monachi, vel nisi sint nati ex legitimo matrimonio, vel sint valde motati, § Presbyterorum. 124
Filius à patre vel ab alio expositus patre sciente, liberatur à patria potestate, & expositum suscipiens nullum in eo habet ius, § quod si filius. 628
Filius familias licet non possit aliquid relinquere pro anima, si careat castrensi, vel quasi castrensi peculio, tamen potest sibi eligere sepulturam, nisi sit impubes, quo casu pater poterit illum vbi voluerit sepelire, nisi sit consuetudo in contrarium, § de filio familias. 356
Finis iuris ciuilis quomodo discrepet à fine iuris Canonici. 8 col. 2
Fæneratores debent non solum vsuras restituere, sed etiam illorum hæredes, nulla obstante appellatione § necis. 612
Formalia concernentia principaliter fauorem partis possunt remitti. 503 col. 1
Formæ omissio impedit effectum remedij intentati, § & nisi. 567
Fornicatio simplex, duplex triplex quid sit. 128 col. 1
Carnalis & spiritualis fornicatio æquiparantur, § idem erit. 253
Fornicationis simplicis pœna est arbitraria, § demum. 623
Fornicatus cum pluribus concubinis non incurrit irregularitatem, § aliud iuris. 127
Fraudem non facit, qui fraudem excludit. 50 col. 2
Frigiditas, & coeundi potentia matrimonium impediunt, § item frigiditas. 268
Fructus differt à redditu. 385 col. 2
Fructus in sortem quando quis computare non tenetur § sunt tamen. 614
Fructus ne dilapidentur sunt sequestrandi, § sed si. 450
Fructus vnde intelligantur deductis expensis. 375 col. 2
Fundans nouam domum religiosam debet assumere regulam de approbatis, § similiter. 196
Fur occultus potest post restitutionem, & pœnitentiam ad sacros ordines promoueri, § de fure. 123
Fures promoueri non possunt, & promoti deponuntur, si sint incorrigibiles tradendi sunt curia sæculari, § fures autem 605. Partientes cum furibus, & conscij occultantes pari pœna puniuntur, § nec fures. 607
Furti nomine omnis illicita vsurpatio continetur, § furti quidem 605 furtum committentes ob necessitatem minus puniuntur, § sed hæc de illis 607 pro occisis in ipso furtu non est orandum, nisi sint confessi ante mortem, § etsi dum. 606
Furor impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, § furor. 267
Olim Furiosus vel aliter vexatus non potest ordinari, § is quoque. 129

G

GRatia alicui concessa vt prouideri possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis non expirat re integra per obitum concedentis, secus si personæ essent expressæ, § illud quoque. 158
Gratia quando dicatur fieri motu proprio, § Motu. 147

H

HAbilitas consideratur tempore actus gesti. 426 col. 1
Habilitas tempore instantis electionis. 43 col. 1
Habitus religionis non impedit matrimonium contractum, § sic & religionis. 263
Hæretici nisi hæresim obiurauerint omni Ecclesiastica prærogatiua nudati traduntur sæculari Curiæ puniendi, § in hæresi. 591
Hæretici non possunt tradi Ecclesiasticæ sepulturæ, & tumulantes eos excommunicantur, nec ante absoluuntur, quam propriis manibus exhumauerint, § ecclesiastica quoque. 593
Hæretici qui receperunt pœnitentiam Ecclesiæ vel recipere sunt parati sunt reincorporandi, § sed videamus 594. Relapsi non sunt reintegrandi, sed traduntur curiæ sæculari, eis tamen non negantur sacramenta pœnitentiæ, § quod si qui 594. Relapsus quando quis dicatur, § relapsi autem 395 & § is verò. 595
Hæretici qui sint, & qui Schismatici, & quomodo differant, § Hæretici sunt. 589
Ab Hæreticis descendentes vsque ad secundum gradum, ab hæretica vsque ad primum non possunt habere beneficium Ecclesiasticum, § sed & eorum. 594
Hæreticorum bona post latam sententiam confiscantur, § Bona quoque 591 ob hæresim maritorum dotes vxorum non sunt confiscandæ, nisi, si scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis, § sed & cum 592 etiam post mortem bona hæreticorum confiscantur, § post mortem. 593
Hæreticorum in causa, & processu plura sunt contra eos inducta specialia, § Plura. 596

Hæreticus non restituitur ante omnia, idem si restitutione timetur de periculo animæ, vel scandalo, quia differtur restitutio, § plures. 483
Hæresis morbus vagatur quasi pestis, & flamma. 6 col. 2
Suspecti de Hæresi nisi se purgent sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione insorduerint condemnantur tanquam hæretici, § qui verò. 596
Hæres pro delicto defuncti an, & qualiter teneatur. 360 col. 1
Homicida voluntarius non potest promoueri, & promotus est deponendus, § patrari 118 necessarius homicida non est irregularis, § de eo itaque. 118
Homicidium committens mero casu non incurrit irregularitatem, § diuersum. 121
Homicidium fortuitum commissum, dum dabatur opera rei illicitæ impedit quem promoueri, § quod si 120. Ex maxima necessitate potest clericus celebrans alium interficere, & celebrationem perficere. ibid. col. 1. Dans operam rei licitæ si homicidium ex negligentia commisit irregularis est, § sed & si. 121
Homicidium fortuitum non punitur, nisi nulla culpa casum præcessit, § idem etiam. 228
Homo quadrupliciter consideratur. 8. col. 1
Honestas causæ non excusat. 83 col 2
Hospitalia militarium ordinum, & religiosorum obseruant suas constitutiones, & consuetudines, § prædicta verò. 352

I

Ignorantia excusat participantem cum excommunicato, § interdum. 656
Immunitas quid sit, § immunitas 324 immunitatis ecclesiarum triplex est species localis, personalis, & realis, & quod immunitas localis est, per quam prophana in Ecclesiis, & non consecratis locis vel oratoriis exerceri prohibentur, § est autem. 325
Impedimenta matrimonij plura dirimentia, & non dirimentia 261 & seqq.
Impedimentum non operatur nisi coniunctim cum negligentia impediti, § cum verò. 138
Impensæ factæ pro instaurandis rebus, de quibus soluendæ sunt decimæ tam personales quam reales non deducuntur, § illud commune. 375
Imperator, & Rex sunt meri laici licet vxorentur. 379 col. 2
Imperator quando subijcitur iuri Canonico. 8 col. 1
Impuberes, & non constituti in Sacris non possunt eligere, § sed neque. 43
Impuberes pro bono pacis contrahunt matrimonium, § idem si forte. 257
Impuberes quorum malitia non supplet ætatem, & qui pubertati non sunt proximi, vel etiam alter tantum sit impubes si per verba de præsenti matrimonium contraxerint, talis contractus resoluitur in sponsalia, § consensu. 242
Impubes si præter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus possunt parentes intra annum reclamare, secus si sit pubes, § quod si impubes. 184
Industria in malam partem accipitur. 119 col. 1
Infantes, furiosi, dormientes ex commisso homicidio non incurrunt irregularitatem, § idem constitutum. 121
Infideles intra quartum gradum coniuncti si conuertantur non sunt separandi, & eorum proles est legitima, § si tamen. 279
Incommoda ferre debet qui alios iuuat, § sed hæc omnia. 6
Iniuriam inferens, & damnum debet damnum passo satisfacere, nec illud excusat ignorantia, § Mitius. 630
Iniuriæ inferuntur re, verbis, literis, & pœna est arbitraria, § inferuntur autem. 633
Innouata per iudicem post definitiuam sententiam à qua appellatum fuit, reuocantur statim per iudicem Apostolicum, etiam si ante appellationem fuerint innouata, § interposita. 553
Inquisitor hæreticæ prauitatis non potest procedere contra sortilegos, nisi sortilegium expresse contineat hæresim, § sciendum. 599
Interdicta vniuersitate, & singuli de vniuersitate censentur interdicti, ne interdictum reddatur elusorium, § item cum loci 671 tempore interdicti potest quis baptizari, chrismari, & verbum diuinum audire, § excepti verò. 672
Interdicti tempore potest confici sacrum chrisma, sed vnctio extrema, Ecclesiastica sepultura, & diuinorum celebratio sunt prohibita, nisi concessa quibusdam sint ex priuilegio, § veluti igitur. 672
Interdicto loco principaliter censetur interdictus accessorius vicinus, & contiguus, & dispositio iudicis non debet posse reddi elusoria, § etsi quidem. 670
Interdictorum quædam generalia, quædam specialia, § rursus. 669
Interdictum aliud iuris, aliud iudicis, quod exemplis declaratur, § habent. 667
Interdictum Ecclesiasticum est strictè interpretandum respectu personarum, § at non stricti, 671 licèt vnus pro delicto alterius possit interdici, excommunicari tamen non potest, § sed & si propter. 671
Interdictum violantes incurrunt excommunicationem non obstantibus priuilegiis, § cæteri autem. 673
Interficientes clericos, qui dimisso habitu committunt enormitates non sunt excommunicati, § quinimmo 644 & § item si qui. 645
Interficiens per industriam similis est assassino, § non absimilis 627 interficiens non ex necessitate punitur, secus si ex necessitate, § quod si. 628
Inscriptio quare magis necessaria in accusatione quam in denunciatione, § ideo autem. 572
Inscriptio non est necessaria si crimen obijciatur, vt quis ab officio vel beneficij assequutione excludatur, quo tamen casu, si post confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria, § sed an. 575

Inſtitutiones cur ſic dictæ 1 c. 2 & cui parti Philoſophiæ liber inſtitutionum ſupponatur. col. 1.
Mirum eſſe quod non fuerint inſtitutiones iuris Canonici hactenus compoſitæ, § non parua. 3
Cauſæ quibus inſtitutiones non exierunt ſub nomine Pontificis, § ſed vſque. 5
Inſtitutio quotuplex 162 c. 1. inſtituendi aptum verbum ad quæ pertineat. ibid. col. 1.
Inſtallatio ad quid inuenta. 55 col. 2
Inſtrumenta poſſunt exhiberi vſque ad concluſionem in cauſa, § exhiberi. 519
Inſtrumenta reducta in publicam formam poſt mortem tabellionis faciunt fidem, § eandem. 520
Inſtrumentis non vitiatis, & de vitio non ſuſpectis creditur, & error vnius literæ, & raſio in loco non ſuſpecto non vitiat inſtrumentum, § exhibentur. 521
Inſtrumentum fieri debet nomine Eccleſiæ de emptis ex pecunia Eccleſiæ, § cum igitur. 392
Inuidia quomodo extinguatur. 5 col. 2
Irregularitas quid ſit, § eſt autem. 679
Irregularitas tribuit cauſam renunciandi, § Item. 91
Irregularitas ex homicidio qualiter incurratur, vel non incurratur. 119 & ſeqq.
Iteratum non dicitur quod ſemel factum ignoratur, § planè. 312
Iudæi prædiales decimas tenentur ſoluere, chriſtiani, & prædiales, & perſonales, § inter eos. 376
Iudæi ſatisfacere debent de immoderatis vſuris Chriſtianis, aliàs excommunicantur eo modo, quo poſſunt, § iudæi quoque. 613
Iudæus factus Chriſtianus an ſit capax beneficiorum. 46 col. 2.
Iudex à quo citata parte ad reuocationem grauaminis poteſt procedere eius contumacia non obſtante, § quod ſi tantum. 550
Iudex à quo compellere non poteſt appellantem à grauamine ipſius veritatẽ probare, licèt citare poſſit ad ipſius reuocationẽ audiendam, § ſed videamus. 549
Iudex benefaciet ſi rem terminare quæret ſine tela iudiciaria, § in his quoque. 456
Iudex debet aduertere, ne dubium recipiat pro notorio § ſed cum multa. 524
Iudex debet eſſe contentus vna pœna ex pluribus, quæ aduerſus contumacem competunt, & excreſcente contumacia poteſt etiam ad alias procedere, § quod autem. 453
Iudex debet eſſe diligens in examinando ſuper omnibus qualitatibus totius cauſæ, § interrogabit. 503
Iudex debet iudicare ſecundum leges, & conſuetudinem, & Summus Pontifex, § ſed ſiue. 531
Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos qui ſcribant acta iudicij, § ergo ſi partes. 440
Iudex deputatus ſuper exequutione ſententiæ admittit exceptionem fraudis, ſeu nulliratis, non vt ſuper ea pronunciet, ſed vt negotium ad ſuperiorem qui iudicauit tranſmittat, § quod ſi. 538
Iudex ea cauſa delegabit examen teſtium, § ſi quis. 504
Iudex fœneratori poteſt præcipere ſub pœna excõmunicationis, tam ne vſuras exigat, quam vt exactas reſtituat, non obſtante iuramento præſtito de non repetendis vſuris, § ſed & ſi quis. 512
Iudex in peremptorio non debet terminem minimum coarctare § diſcretus. 446
Iudex laicus non poteſt condemnare clericos, § cauendum. 404
Iudex non debet in cauſa ſuperſedere obtentu exceptionis ſpolij, niſi dicatur factum ab actore, & hoc in ciuilibus, § ſed quia. 467
Iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam delegati à Principe etiam iniuſtam, § cum igitur. 539
Iudex qualiter penſare debet dicta teſtium, § publicatus 517 poteſt teſtes repetere, & interrogare vſque ad ſententiam, § quod ſi. 517
Iudex repetit teſtes ſuper omiſſis, § repetere. 518
Iudex ſi proceſſerit non excipiente inquiſito de non diffamatione proceſſus tenebit, § idem etiam. 574
Iudex ſpiritualis ex cauſa iudicat inter laicos, § idem iuris. 402
Iudicans contra leges, & conſcientiam variè punitur, § is autem. 533
A iudice ſæculari ſedi Apoſtolicæ non ſubdito ad Papam non appellatur; non deferens appellationi punitur, § ſed nec tunc 551. Appellans ab ordinario poteſt coram eodem ſuper alia cauſa conueniri, § licet autem. 552
Si duo Iudices ordinarij ſententias diuerſas ferant, tenet ſententia lata pro reo, niſi actoris cauſa ſit fauorabilis, ſi verò delegati ſententia pendet ex voluntate delegantis, ſi verò arbitri neutra tenet, § ex facto 530 ſi vnus ex pluribus iudicibus pronunciauit nulla eſt ſententia, § quod ſi pluribus. 531
Iudicia alia ſunt ordinaria alia extraordinaria, § eſt & alia. 406
Iudicia criminalia non habent aliquid ſimile cum ciuilibus, § criminalia. 569
Iudicia exercemus per noſmetipſos, & per procuratores vel ſyndicos, & quæ ſint procuratorem ſpecies, § expoſitis. 418
Iudicia ſæcularia, & quæ ſint iudicia Eccleſiaſtica, § ſumma diuiſio. 398
Ex pluribus Iudicibus ſufficit quod vnus recitet ſententiam vſus plurali numero, ſecus in actu electionis, § ſed ſi plures. 530
Cum officium Iudicis pro actione inſtituitur, eſt neceſſaria litis conteſtatio, § nec ſolum. 487
Iudiciale interdictum quid ſit, § Iudicis ſententia. 669
Iudiciorum initium eſt citatio, ſine qua omnes actus regulariter ſunt nulli, § omnium autem. 441
Iudicium quid ſit, & quid cauſa, § reſtat. 398
Iudicium extraordinarium quid ſit, & quid Iudex delegatus, § extraordinarium. 407
Iudicium ſummarium eſt, in quo ſubtilis ordinis iudiciarij obſeruatione prætermiſſa proceditur, ordinarium, & ſolemne eſt, in quo ſeries iudiciariæ telæ obſeruatur, § rurſus iudiciorum 417. Quid ſit iudicium ordinarium, § iudicium. 417
Iuramenti de calumnia omiſſio non vitiat proceſſum, § illud poſtremò. 493

Hodie etiam in causis spiritualibus iuratur de calumnia. 492
Iuratur de calumnia etiam in causa appellationis, § Præterea. 493
Iuramentum aliud voluntarium, aliud necessarium, & necessarium nisi ex causa recusari non potest, § sed cum 521 causæ recusandi iuramentum quæ sint, § sunt autem 522 si pro reo sunt præsumptiones sibi deferendum est iuramentum, nisi aliter iudex arbitretur, § sed & si 522. Iuramentum in actionibus famosis non refertur § planè. 523
Iuris appellatio continet consuetudinem. 12 col. 1
Iurisdictio delegati à Principe expirat per exequutionem sententiæ, § idem iuris est. 414
Iurisdictio perpetuata per vnum intelligitur perpetuata quoad omnes, § iurisdictione verò. 410
Ius Canonicum est mixtum ex Theologia, & iure ciuili. 8 col. 1
Ius Canonicum vnde dicatur, § & quidem 5. Quid sit, § est igitur ibid. quibus constet, § constat. 8
Ius Canonicum versatur circa personas res, & iudicia, § versatur. 22
Ius diuinum quid sit, & quæ in eo contineantur, § ius diuinum. 10
Ius intelligendi habentes sunt ad vnum citandi aliàs electio non valet, § Nam cum. 33
Ius eligendi possessionem sequitur. 34 col. 1
Ius eligendi quibus competat § ius igitur. 42
Iusiurandum ad supplendum probationem potest deferri, § quod si. 521
Ius patronatus quid sit, § est igitur, 108 quot modis constituatur, § constituitur. 164
Ius patronatus donari potest, sed ob donationem non præiudicatur iuribus Episcopalibus, § donatione 170 non potest vendi, nisi cum vtilitate, § sed si quis. ibid.
Ius patronatus tollitur cessione, collegio, constitutione Ecclesia destructione, § tollitur. 177
Ius patronatus transmittitur ad quoscumque hæredes, § successione. 168
Ius patronatus Ecclesiasticum pinguius sæculari. 167 col. 1

L

Læsio modica non impedit ordinandum, § hoc tamen. 128
Laici, & etiam Imperator non possunt concedere priuilegium super decimis non soluendis, § Generaliter 379. Laicus etiam de manu clericorum non potest decimas recipere sub pœna excommunicationis, & priuationis sepulturæ, & clericus concedens deponetur, § ex contrario. 380
Laici hæretici puniuntur arbitrio iudicis sæcularis, § laici. 591
Laici non possunt eligere, § laicis quoque 45 quando, & quomodo laici interuenire possint electioni. 45 col. 1.
Laicis non licet prædicare. 64 col. 2
Laicus à laico coram sæculari iudice conueniri debet, nisi causa sit spiritualis, vel similis, & literæ impetratæ ad iudicem Ecclesiasticum non tenent, § laicus ergo. 399
Laicus quando excommunicet. 101 col. 2
Latrones publici, & qui in sacris locis immunitatis spe ducti delinquunt, priuilegiis sacrorum locorum non gaudent, § hoc autem. 330
Legalis cognatio modò offert temporale impedimentum matrimonij, modò perpetuum, § legalis. 275
Legati qui mittendi. 67 col. 2
Legati missi, vel nati vigore suæ legationis non conferunt nisi sibi specialiter concedatur, secus est in legatis de latere qui conferunt, & sine mandato speciali etiam inuito patrono Ecclesiastico, § ex legationis. 142
Legatorum species tres. 142 col. 2
Legatus de latere conuocat Concilium Prouinciale. 20 col. 2.
Legatus de latere non confert cathedrales ecclesias, nec regulares, nec dignitates post pontificalem maiores, nec potest eodem tempore in eadem ecclesia plures reseruationes facere, § sed tamen. 143
Legatus de latere potest derogare iuri patronatus Ecclesiasticorum non laicorum, § legatus. 166
Legitimi, & valde morati filij presbyterorum possunt promoueri, § sed hoc. 125
Lepra vel similis morbus sponsalia dirimit licèt non dirimat matrimonium, § item si sponsus. 253
Leprosi possunt matrimonium contrahere, §. Alia est. 268
Libelli correctio in pluribus casibus non est necessaria, § sunt tamen. 456
Libello oblato debent dari reo dilationes ad excipiendum, § oblato. 457
Libellum famosum conficiens, & manifestans pari pœna puniuntur, § eo amplius. 633
Libellus quid sit, § in primis 454 libellorum alij sunt accusatorij alij conuentionales, § porrò 455 quæ debeat continere, & quod ineptus, vel obscurus libellus non obligat ad respondendum, & quod Iudex potest illum lacerare, § exprimet. 455
Liber homo non debet ab ecclesia violenter abstrahi, nisi impetrata vita, & incolumitate, § hæc tamen. 329
Libri iuris canoni qui sint. 2 col. 1
Licentia concessa à superiore religioso, vt possit consentire prouisioni de se factæ non valet, paragrapho strictius. 117
Lis pendente nil innouandum, § instituta ergo. 494 lis quando dicatur pendere ad impediendam innouationem, § lis autem. 495
Litis contestatio est fundamentum iudicij, quo deficiente frustra super ædificatur, § hactenus 484 lis quomodo contestetur, § ea vero fit. 485
Litis contestatio quando non sit necessaria, § sunt, & alij casus. 490
Ex litis contestatione qui effectus consequantur, § igitur. 487
Literæ credentiales quando probent. 52 col. 1
Literæ in forma pauperum, in forma cum secundum,

& iuſtitiæ quid ſint. 157 col. 2
Loca pia ordinarij poſſunt reformare authoritate Apoſtolica, ſi opus ſit reformatione, § quinimmo. 350
Locus non ſanctificat hominem. 125 col. 2
Pluralis loquutio reſtringitur ad duo, § ſed ſi conceſſum. 158
Lucri, & damni eadem eſt diſciplina, § quod ſi. 389

M

MAgiſtri quales debent eſſe. 62 col. 1
Maior prærogatiua præfertur, paragrapho, hac ratione. 152
Maiores debent minoribus exhibere charitatem, § maiores. 109
Malus potius tolerandus quam bonus puniendus. 359 col. 2
Mandatarius cuius non eſt electa induſtria non poteſt alteri mandare, § illud etiam. 159
Mandati Apoſtolici fines ſunt diligenter cuſtodiendi, nec extendendi, niſi ad caſus expreſſos, etiam de conſenſu, & in præiudicium prouiſi § ſunt autem. 154
Ex mandato ſimplici de prouidendo non poteſt prouideri obtinenti aliud beneficium niſi fuerit id expreſſum, quo caſu ſolùm vnicum, & non curatum beneficium obtinenti prouidere poterit, § nam & is. 157
Mandatum ad contrahendum carnale coniugium, & ſpirituale qualiter differat. 40 col. 2
Mandatum Apoſtolicum ex cauſa poteſt exequutioni mandari etiam in alio loco ab expreſſo in mandato, § ſimili ratione. 411
Mandatum Apoſtolicum reſtitutionem recipit ex perſona prouiſi, § interdum. 156
Mandatum complectitur maiora quam ſint in procuratorio expreſſa, § crimina tamen. 422
Mandatum faciens mentionem de collatione non poteſt trahi ad præſentationem, vel inſtitutionem, § idem obſeruari. 154
Mandatum ſimplex de prouidendo non extenditur ad beneficium curatum, § ex natura 105 nec quamuis generale extenditur ad electiuum, § illi quoque. 158
Mandatum ſuſcipiens de ordinibus conferendis certis perſonis non tenetur eiſdem prouidere de beneficio, ſed mandans, ſecus ſi ſit mandatum generale §§ quod ſi. 133
Cui mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad prouiſionem plurium intelligitur coniunctim, § ſi verò. 157
Manumittens remittens retinet operas ſpirituales. 116 col. 1
Manumiſſus ad Eccleſia vt idem ſeruiat in diuinis non poteſt ſe transferre ad aliam Eccleſiam, ſecus ſi ſimpliciter fuerit manumiſſus, § quod ſi quis. 116
Mater, & filius in ipſo articulo parturiendi poſſunt ſeparatim baptizari, nec ob id creditur baptiſmus iteratus, § is quoque. 209
Matrimonia clandeſtinè contrahi prohibentur, ne poſtea oporteat illa diſſoluere, § ne tamen. 282
Matrimonia de facto contracta temporis curſu non validantur, § vir igitur. 279
Matrimonia hodie vſque ad quartum gradum ſunt prohibita, § conſtitutum. 279
Matrimonij contractus ſuſpenditur, donec extat præſumptio quod non poſſit contrahi, § cuius. 283
Per contractum matrimonij inter impuberes naſcitur publicæ honeſtatis iuſtitia, § per dictum. 242
Matrimonium quid ſit, § matrimonium. 236. Præcedit alia ſacramenta ratione loci, in quo inſtitutum eſt, temporis, latitudinis, & miſterij, § & merito 236. Quod miniſterium contineat, § his illud. 237
Matrimonium accuſare non poteſt, qui tempore denunciationis ſi luit, niſi iuret de calumnia, & quod poſt denunciationem nouit quæ obiecturus eſt, § non tamen. 285
Matrimonium carnale, & ſpirituale qualiter differant. 93 col. 2
Matrimonium contractum per procuratorem reuocatum non tenet, licèt reuocatio non venerit ad notitiam partium, § non ſic. 418
Matrimonium diſſoluitur ob coeundi impotentiam, § item ſi quis 293 putatiua tamen impotentia non diſſoluit coniugium, § ſi quis. 294
Matrimonium etiam non conſummatum non diſſoluitur per ſacri ordinis ſuſceptionem, § diuerſum. 293
Matrimonium initiatur, ratificatur conſummatur, ſpõſione, conſenſu, copula, § initiatur. 238
Matrimonium iudicatur ſi alter contrahentium vtitur verbis dubiis animo decipiendi mulierem, & eam poſt modum carnaliter cognoſcit in foro iudiciali, ſecus in pœnitentiali, § de eo 290 & in dubio pro matrimonio præſumitur, § ſed donec. 290
Matrimonium non ſoluitur altero coniugum fidelium in hæreſim lapſo, § alia. 165
Matrimonium non ſoluitur ob fornicationem carnalem, vel ſpiritualem, ſed ſit ſeparatio Thori, § ſæpius. 294
Matrimonium non vitiat præcedens coniugum culpa, § ſed & ſi. 301
Matrimonium per verba de præſenti contractum tollit ſponſalia præcedentia & iuramento firmata, ſed matrimonium contractum per verba de præſenti non irritatur etiam ſequuta copula, § ſi quis igitur. 249
Matrimonium poteſt contrahi etiam in articulo mortis. 268 col. 2
Matrimonium regulariter diſſolui non poteſt, § ſciendum. 292
Matrimonium ſoluitur per religionis ingreſſum non ſequuta copula, § ſi tamen 292 & quare, § neque mirum. 293
Cum ea quam quis vxore viuente cognouit, non ſub ſpecie matrimonij defuncta vxore poteſt quis contrahere ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortem prædefunctæ

prædefunctæ vxoris, § cum ea. 300
Matrimonium potest quis ex causa post denunciationem accusare, § idem iuris 286 ad accusandum matrimonium non ex causa delicti soli coniuges admittuntur ex causa delicti potissimum coniunctiores admittuntur, § sed nec omnes, & seq. 286
Matrimonium spirituale dissoluitur translatione, renunciatione, depositione, § vidimus. 79
Medici qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt sunt ab Ecclesiæ ingressu arcendi, § Medicos. 224
Mendicantes solum in ordinem Cartusianorum migrare possunt, § mendicantibus. 193
Metropolitanus solum in sua prouincia, & certis diebus pallio vtitur, & § sed eo. 60
Metu iudiciorum interdum deuenitur ad pacta, & transactiones, § consequens. 432
Metus iustus excusat, adeo quod non appellans habetur pro appellante si fuerit protestatus, & causas appellationis expresserit, § is quoque. 554
Metus iustus nisi purgatus fuerit impedit matrimonium, § coactio. 267
Minister malus, & hæreticus potest ministrare sacramenta, § ergo qui. 202
Minor, & Ecclesia restituuntur aduersus sententiam etiam à sede Apostolicam, § adhuc autem. 563
Minor seruit maiori. 102 col. 1
Minor triginta annis, & spurius possunt postulari, § ex hoc. 47
Minores debent maioribus exhibere reuerentiam, § in primis. 109
Minores ordines sunt Acolytatus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostiariatus, § sunt igitur. 105
Minores ordines omnes simul conferri possunt, § diuersum. 113
Minores septennio non possunt sponsalia contrahere, & contracta lapsu temporis non conualescunt, nisi noua voluntas accesserit, § non tamen. 145
Miserabilium personarum tutelam debent clerici suscipere, § viduarum autem. 333
Missionem passus si mortuo delegato præstet infra annum cautionem de parendo iuri etiam post annum recuperabit possessionem, § sed ne missus. 451
Missio in possessionem non habet locum in causis beneficialibus, § sed ista quidem. 452
Monachi de consensu Abbatis possunt testimonium dicere, § Monachi. 508
Monachi, & regulares, & clerici communiter viuentes soluunt prædiales decimas, § de monachis. 377
Monachi non ordinantur, nisi de licentia Abbatis, § Monachi quoque. 117
Monachi non possunt esse procuratores, nisi propriæ Ecclesiæ vrgente necessitate, & superioris iussu, § idem quoque. 423
Monachi se inuicem, vel conuersos percutientes sunt ab Abbate, vel Episcopo absoluendi, § Monachi quoque 647 idem in monialibus, paragrapho simile. 647
Monachus factus Episcopus vel Cardinalis an debeat mutare habitum. 67 col. 1
Monachus fit ex triplici capite, & impubes à patre traditus Monasterio post annum pubertatis potest redire ad sæculari, si velit, paragrapho Monachi fiunt. 183
Monachus semel factus cogitur remanere in monasterio, § is igitur 191 non potest aliquid proprium habere, nec contra hoc potest Papa dispensare, § sed nec aliquid ibid. potest transire in arctiorem religionem, § sed nec temerè. 192
Monasteria iure communi subsunt Episcopo, § nec id mirum. 346
Monitio canonica quæ sit, § tunc autem. 656
Moralia præcepta, & mystica quid sint, § ius diuinum. 10 col. 1
Mortem sibi inferentes habentur similes illis, qui impœnitentes moriuntur, § nouissimè. 529
Morte constituentis expirat mandatum interdum etiam re integra, § Morte quoque. 430
Mortuus ruri qui sepulturam non elegit, si sine periculo possit exportari, vel in parrochiali Ecclesia vel in maiorum sepultura debet sepeliri, § illud tamen. 357
Mors & absentia æquiparantur re integra, § quæsitum est. 413
Mulier viripotens contrahens cum impubere non potest resilire, sed impubes factus pubes, § mulier quoque. 247
Mulieres non sunt in forum trahendæ gratiæ testimonij ferendi, sed ad eas est mittendus tabellio, § cuius tamen. 506
Mulier si matrimonium contraxerit cum eo, quem ignorabat coniugatum vxore prima mortua, erit in eius potestate virum retinere, paragrapho hoc tamen. 300
Mulieris obsolam traductionem ad domum nullum ius oritur impeditiuum sequentis matrimonij, § & hæc. 299
Multi qui dicuntur. 127 col. 1
Muti, Surdi, & ægrotantes baptizari possunt, § muti quoque. 209
Muti, & Surdi signis nuptias contrahere possunt, § muti verò. 257

N

NAtus annos 14 potest esse in iudicio super causis spiritualibus per se, & per procuratorem non obstante patria potestate, § aliud tamen 419 & quid agendum si minor quatuordecim annis in causis spiritualibus in iudicio esse velit, § quod si quartum. 420
Necessitas caret culpa. 52 col. 1
Necessitas facit affectum reputari pro effectu, § sed, & si. 221
Necessitas facit omnia communia. 606 col. 2
Necessitas non habet legem, § permisit. 228
Necessitas, vel simplicitas, excusat à communione eum hæreticis § mercatores. 657

Negligentia auctoris mei non intelligitur esse mea, § non tamen. 285
Negociatio consistit etiam circa immobilia. 375 col 1
Nemo dat quod non habet. 43 col. 2
Neophyti in episcopos eligi nõ possunt, § neophyti. 46
Nobilitas, & necessitas æquiparantur. 212 col. 1
Nomen debet esse consonum rei, § hæc quod. 233
Notarius, vel minister non debent recipere pro ordinatione, § & sicut. 582
Notitia quæ dicatur. 50 col. 1
Notoriũ probatione nõ indiget, § sed, & si quid. 523
Nouale quid sit, § est autem. 377
Nubenti post votum simplex imponenda est pœnitentia, § huic tamen. 263
Nuptiæ consensu partium contrahuntur, nec sufficit consensus parentum, § nuptias igitur. 256

O

OBijcere volens aliquid palliando debet iurare de calumnia, & intra duos menses obiecta probare, alioquin tenetur ad pœnam talionis, § cuius receptio. 60
Obscuritatem parit diuersarum rerum commixtio, § Harum verò. 457
Oculo priuatus indistinctè non potest promoueri, licèt retineat ordines, si postea talis priuatio contingat, § hæc autem. 129
Ordinandi licentiam dans tenetur prouidere ordinato non ordinans, § eis autem. 133
Ordinari non possunt seruus, & libertus, § ratione 116
ordinatus sciente Domino fit ingenuus, § si tamẽ. 116
Ordinari possunt qui exercuerunt officia sæcularia, si honesti sunt post reddita ratiocinia, § iis similes. 123
Ordinari quis non potest ab extraneo episcopo, nisi de licentia sui ordinarij, quam concedere poterit etiam Vicarius, & capitulum, si sedes vacet, vel qui administrat, § pari ratione. 117
Ordinarius cognoscit de priuilegiis exemptorum, § vnde si. 379
Ordinarius collator quis sit, § ordinarius. 137
Sacri ordines non sunt recipiendi ab eo qui renunciauit loco, & ordini Episcopali, § sanè. 115
Promotus ad sacros ordines furtiuè contra prohibitionem prælati non potest fieri sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus, secus si non contra prohibitionem, quia tunc potest Episcopus pro arbitrio dispensare, § quod si furtiuè. 113
Sacros ordines tantum Episcopus confert minores interdum, & alij, & Episcopus, qui loco non dignitati nunciauit sacro ordines conferre potest, secus si etiam dignitati, quia tunc solum minores confert, § illud postremò. 114
Ordo quid sit, § voluntatis Sacramenta. 234
Sacer ordo, & votũ solemne impediunt matrimonium contrahendũ, & dirimũt contractũ § item voti. 262
Ordo scripturæ declarat mandatum, § ex ordine. 157
Ordinationem debet præcedere diligens scrutinium, § præcedet autem. 110
Ordinatores debent instruere ordinandos in diuinis, § item sub graui. 109
Ordinatus simoniacè, & ordinans puniuntur, § qui verò. 111
Non ordinatus miscens se diuinis nunquam poterit ordinari, § quod si is. 114
Otium ignobile. 4 col. 1
Otium pernicioſum. 91 col. 1

P

PActa sunt obseruanda, § & quidem 432 per pacta potest derogari indultis apostolicis, § quod quidem. 433
Pactum per quod filia dotata renunciat hæreditati paterne iuramento vallatum tenet, § eodem etiam. 433
Pactum quod tendit ad periculum animæ non ligat, § quod si. 433
Paganus si plures vxores habeat post vnam susceptam adhærebit primæ, § quia verò. 265
Pallij receptio non est differenda, & quid sit pallium, § hoc amplius. 59
Pallium personam sequitur, & ideo commodari non potest, § sed eo. 60
Papa est ordinarius omnium ordinarium, & Ecclesiæ Romanæ omnes Ecclesiæ subsunt, § sicut autem. 31
Papa non onerat aliquem pluribus prouisionibus, nisi id exprimat, § illud etiam. 153
Papa potest renunciare Papatui, § de Romano. 93
Papa quando habet iurisdictionem super infidelibus. 8 col. 1.
Papa solus tribuit ius in beneficiis vacaturis, § sed sic ue. 148
Si Papa scienter commisit appellationem interpositam à suo delegato dato cum clausula appellatione remota, iurisdictio primi delegati est suspensa quo ad exequutionem, § sed quid. 540
Par in parem aliquando habet Imperium. 58 col. 2
Parentes non possunt esse patrini propriorum filiorum, nec Abbates, nec Monachi alienorũ, § Parentes. 216
Parentibus opprimentibus proprios filios certorũ annorum pœnitentia est iniungenda, § alia ratio. 628
Pars minor eligentium ad infringendum maioris partis electionẽ potest opponere de propria auctoritate ac zelo, & de meritis electi, § quod si elegentium. 38
Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione, § sed multum. 654
Participatio cum excommunicato non criminosa alligat participantem minori excommunicatione, à qua per ordinarium absolui potest, § quod si aliter. 426
Pater in causa matrimonij admittitur testis in causa filij, & è contrario, § quod autem. 287
Patientia multa tolerantur quæ si in iudicium venirent corruerent. 142 col. 1
Patriarchæ primum post Papam locum tenent, § patriarchæ 27. Vnde dicti, & quæ sit illorum auctoritas, § appellantur. 28
Patrini interuenire debent in Baptismo, Confirmatio-

ne, & Cathechiſmo, § illud 215 non debent eſſe plures, vel non baptizati, vel non confirmati, § admonendi. 216
Patrini licèt plures eſſe non debeant, ſi plures tamen fuerint cum omnibus ſpiritualis cognatio contrahitur, § de eo quoque. 226
Patroni plures ſuccedentes vni habent vocem vnius, nec hæres patronorum inſtitutum mutare poteſt, § plures 168 ſi non ſint concordes attenditur maior pars, & melior, § & ſi fortè. 168
Patroni poſſunt conuenire de præſentando alternis vicibus, & plures ſimul poſſunt præſentari, vt de ipſis Epiſcopus eligat inſtituēdum, § ſed vt facilius. 170
Patronis defertur circa honorem, & vitæ neceſſaria ſub miniſtranda, § defertur autem. 176
Patrono Eccleſiaſtico redditur ratio prouentum patronatæ Eccleſiæ, ſecus laico, § item Eccleſiaſtico, 166
Patronus delinquendo amittit ius patronatus, § ſed & ſi. 177
Patronus Eccleſiaſticus habet ad præſentandum menſes ſex, laicus quatuor, Eccleſiaſticus non poteſt variare, laicus poteſt, § ſunt tamen. 165
Patronus laicus poteſt deferre ad ſuperiores clericos qui dilapidant bona Eccleſiæ, cuius eſt patronus, § licebit. 167
Ob peccatum mortale non notorium eſt quis ſuſpēſus quoad ſe ipſum, non quoad alios, § at ſi crimen. 677
Pecuniæ appellatione continetur quicquid homines habent in terra, § pecuniam verò. 583
Percutiens volentem clericum, quam clericus conſentiens ſunt excommunicati, § volentem quoque. 642
Periculum immutat ius commune. 357 col. 2
Periculum vbi eſt in mora non eſt collatio differenda, § vbi verò. 139
Periculum vbi maius ibi plenius conſulendum, § quod dum. 53
Permutatio de temporalibus ad ſpiritualia non procedit, § de temporalibus. 390
Si permutatio beneficiorum ſit completa ex vna parte & per alteram ſtat quominus impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium, § ſubuentum 84 agitur de materia permutationis latiſſimè. ibid.
Perſonales decimæ quæ ſoluuntur ex rebus venditis, & pararis pecuniæ decimatæ ſoluuntur deductis impenſis, ſecus verò prædiales, & fructus non niſi cum onere decimarum alienari poſſunt, § item ſi. 374
Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt à ſæcularibus poteſtatibus collectari, § realis immunitas. 334
Pertinaces qui ſint. 123 col. 2
Plus habet luxuria quam caſtitas. 127 col. 2
Pœna committitur ex actu nullo. 127 col. 2
Pœna inceſtus, ſodomiæ, & rei habita cum brutis eſt Arbitraria, § eadem 619 & qua pœna puniatur ſtuprans mulieres, & honeſtè viuentem, & Virginem deflorans, § quod ſi quis. 620
Pœna ordinantis, & ordinati extra tempora, § quod ſi fortè 112 nec vna nec duabus diebus continuato ieiunio duo ſacri ordines conferri poſſunt, § ſed nec vno. 113
Pœna vſurariorum infamia, excommunicatio beneficiorum, officiorum, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ amiſſio, § multiplicibus autem. 609
Pœnitētiæ quid ſit, § pœnitētia 217. pœnitētia inſtituta ad finē ad quē baptiſmus, & confirmatio, & habet ſe ad baptiſmum vt ſcapula ad nauem, § multiplex 217 pœnitentiæ tres ſunt ſpecies, & pœnitentia ſolemnis iterari non poteſt, & pœnitentes ad ſacros ordines reddit inhabiles, § ſunt autem 218. publica delicta, publica pœnitentia lui debent, § publica. 219
Pœnitentia conſtat contritione, confeſſione, & ſatisfactione, § conſtat igitur. 220
Publicè pœnitentes non poſſunt promoueri, § pœnitentes 122 publicè pœnitens ex neceſſitate poteſt fieri hoſtiarius, vel lector, § placuit. ibid.
Pontifex Romanus quare non accedat ad Conſilium. 18 col. 2
Pontifices veteres, & recentiores excuſantur cur inſtitutiones non confecerint, § ſed veteribus 3 & § ſed horum. ibid.
Pontificis mandatum acceptum, & fœliciter conſummatū ſuper compilandis inſtitutionibus, § ſed hoc. 4
Poſſe non dicimus quod poſſumus via extraordinaria. 129 col. 2
Poſſe qui dicantur. 91 col. 1
Poſitionibus reſpondere recuſans habetur pro confeſſo, § ſi quis igitur. 499
Poſtulari poteſt qui non animi, vel corporis vitio, ſed aliàs non poteſt eligi, § ſciendum eſt. 47
Poſtulatio quid ſit, § poſtulatio. 46
Poſtulatio dicitur admitti non confirmari. 53 col. 2
Potentia actui proxima habetur pro actu ex diſpenſatione, § cum his tamen. 176
Poteſtas arbitrorum non expirat re non integra etiam non ſequuta electione, §. Quod ſi intra. 40
Poteſtas Imperatoris ab Eccleſia. 2 col. 2.
Poteſtas ſpiritualis exerceri ſine fide poteſt, non tamen ſine intentione Eccleſiæ, § hoc tamen. 202
Præbenda quid ſit, § Præbenda. 131
Præbenda an ſit beneficium 130 col. 1. vel an ſimplex Canonica. ibid.
Præbenda per reſcriptum Apoſtolicum confertur purè in diem, & ſub conditione, & pura collatio eſt cum alicui ſimpliciter de beneficio prouidetur, § per reſcriptum. 145
Præbendæ conceduntur per collationem per inſtitutionem, & ſingulis rebus ſingula ſunt imponenda nomina, § conceduntur. 134
Conferuntur præbendæ ex tribus capitibus, § conferuntur. 137
De prædialibus decimis impenſæ non deducuntur, & fructu non niſi cum onere decimarum alienantur, § expenſæ verò. 375
Prædicatio officium curæ 64 col. §. nec debet quis prædicare in alieno ſine licentia. ibid.
Prædicatores excuſantur à communione cum hæreticis; § Prædicatores quoque. 657

Prædicatores, minores, & mendicantes non possunt profiteri ante lapsum anni, & recipientes professionem puniuntur, § quod tamen 187
Minores, & prædicatores indistinctè de omnibus obuentionibus parrochialem portionem soluere tenentur, § sed istud quidem. 367
Præcariæ contractus iure ciuili incognitus. 385 col. 2.
Præcarium soluitur ad beneplacitum concedentis, secus præcaria, nisi sit irrationabilis, § distat autem. 386
Præces malorum sacerdotum non ita facilè exaudiuntur. 67 col. 2
Prælati committentes vices suas sub annuo censu puniuntur, § demum 589 & aliquid recipientes pro docendi licentia concedenda, § pro docendi. 589
Prælati iurant non tactis, sed propositis scripturis, § sed & quo. 493
Prælati malè viuentes dicuntur Ecclesiam polluere, qualiter procedat 62 col. 2 contra eum præsumitur tenentem familiam inhonestam. ibid.
Prælati verbum largè, & strictè accipitur. 61 col. 1
Prælatus debet sobrius esse prudens, & peritus, non solum peritiæ literarum, verum etiam negotiorum, § sobrius. 65
Prælatus in corrigendo debet miscere seueritatem lenitati, § cum lenitate. 63
Prælatus non debet tolerare peruersos, § præterea. 63
Prælatus potest rem non magni valoris in aliquem non benè meritum transferre, § excipiuntur 384.
Prælato licet concedere alicui terram gratia fabricandi Ecclesiæ, § multo magis. 385
Præposituram obtinentes debent etiam habere præposituræ eius ordinem, § admonendi 71. Præpositura quid sit. ibid. col. 2
Presbyter appellatur potius à prudentia, quam ab annis, § presbyteri. 100
Presbyter Episcopo permittente chrismat, & valet, § Episcopo. 101
Presbyter negligens in baptizando quomodo puniendus, § presbyter. 206
Presbyter tantum debet exhibere Eucharistiam non inferior, nisi subsit necessitas, § sed nec ab omnibus. 228
Presbyteri, & Episcopi olim erant vnum, & idem sed in remedium Schismatis de presbyteris vnus electus est, qui dicitur Episcopus, § presbyterum. 100
Presbyterorum potestas, & authoritas, quæ sit, § Episcopo igitur. 101
Præsentari potest in rectorem parrochialis Ecclesiæ etiam non in sacris constitutus, licèt secus in libera collatione, § sunt etiam. 175
Præsentationem patroni Episcopus non potest spernere, § quemadmodum 171 patroni putatiui præsentatio tenet, § interdum 171 nemo potest se ipsum præsentare, § licet autem. 172
Præsumitur Ecclesia facta locupletior. 382 col. 1
Præsumitur pro numero. 38 col. 2
Præsumptio orta ex actu habente tractum temporis non tollitur ex actu momentaneo, § aliud. 406
Præter dictio stat exclusiuè. 8 col. 1
Primitiua Ecclesia non habuit subdiaconos, & apud antiquos subdiaconatus non reponebatur inter sacros ordines, sed postea, & is ordo inter sacros cœptus est haberi, § subdiaconos. 103
Princeps ab inferioribus non salutatur. 2 col. 1
Princeps, & alij ordinarij possunt delegare, licèt delegatus à Principe sit magis priuilegiatus, § possunt autem. 407
Princeps potest rem suam æqualem, vel maiorem cum Ecclesiastica permutare, & serui Ecclesiastici, si frugi sint præterquam ad libertatem commutari non possunt, § sed & princeps. 390
Priuilegia ex causa consideranda non ex tempore. 152 col. 1
Priuilegia sunt interpretanda, vt nemini indebitè damnum inferant, § item si post. 378
Priuilegiati super decimis tenentur illas soluere de prædiis conductis, & priuilegiatus super laboribus propriis soluet decimas super prædiis locatis, § super decimis. 379
Priuilegium tollitur re iudicata, & præscriptione, § sed nec semper. 378
Probatio quid sit, quibus modis fiat §. Probatio igitur & § sequen. 497. Probatio quomodo noscatur ex confessione, & quæ sint positiones §. Partium confessione. 498
Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari, § præstitis autem. 259
Probatio spolij, absentia spoliatoris & lapsus temporis non operantur restitutionem, si spoliator non absit per contumaciam, vel dolum, § item si. 482
Probationes fiunt non solum testibus, sed & instrumentis, & instrumentorum appellatione non largè sumpta continentur solum scripturæ, quæ in iudicio exhibentur, § at si partes. 518
Probationes quæ respiciunt personam Iudicis, quæ sint § Iudicis inspectione. 523
Multa conceduntur ne Probationes intereant, quæ alias non concederentur, quod probatur tribus exemplis, § si quidem. 513
Processus facti, & sententiæ latæ in Ecclesiis, vel Cœmeteriis sunt nullæ, § sæculares. 326
Procuratio non est exigenda ob oratorium, & ob vrgentem necessitatem potest Episcopus exigere charitatiuum subsidium, § postremò. 343
Procurator ad contrahendum matrimonium non potest substituere, nisi hoc habeat in mandatis, § procurator. 241
Procurator ad eligendum non potest vnum procuratorio alium proprio nomine eligere, nisi habeat mandatum de eligenda certa persona, § & si tantum 34 duobus procuratoribus ad eligendum datis in solidum non possunt ambo eligere, sed erit melior conditio occupantis, § quod si pluribus. 35
Procurator constitui potest paterfamilias filiusfamilias

& ad negocia potest procurator constitui, qui natus est annum 17 ad iudicia solum natus 25 § potest autem. 419
Procurator constitutus etiam ad ea quæ speciale mandatum exigunt quando possit explicare quæ exigunt mandatum speciale declaratur, § sed siue vnus. 421
Procurator in causis criminalibus regulariter non potest interuenire, § non tamen. 423
Procurator qui substituit in vna causa non prohibetur se intromittere in alia, § sed si cum. 428
Procurator qui substituit non potest substitutum reuocare, nisi & reuocandi habeat potestatem, § hæc autem. 428
Procurator reuocari potest expressè, & tacitè putà si Dominus per se incipiat causam tractare, § tamdiu. 426
Procurator vniuersitatis, in qua sunt excommunicati non potest à iudicio repelli nisi tribus casibus, § sed belle. 425
Procuratores dati in solidum quomodo valeant exercere suam potestatem, § & tam vnus. 421
Procuratores iurare de calumnia tenentur quandocumque videbitur, § & non tantum. 492
Edictum de procuratoribus est prohibitiuum certarum personarum, § constitui autem. 420
Procuratori ad negocia liberum est quandocumque substituere, procuratori verò ad iudicia substituitur solum quando fuit concessa facultas, § sed & illud. 422
Professio est duplex tacita, & expressa, & potest fieri etiam ante annum, § propria. 185
Professio differri potest post annum ex causa, vt si ingressus Monasterium sit incognitus, § quemadmodum. 186
Professio facta consentiente vxore idem operatur quod ingressus, § quod in eo. 297
Professio tacita, & expressa inter se qualiter differant, § vtrum autem. 189
Proficere, & sufficere qualiter inter se differant. 92 col. 1
Profiteri potest quis etiam ante annum ab ingressu, § si tamen. 186
Prohibendum non est quod dat occasionem bene faciendi, § accedit. 353
Propinquitas viri reputatur vxoris, & propinquitas vxoris reputatur viri, § admonendi. 280
Protestatio operatur, vt possit aduersus testes obijci post publicationem, § idem iuris est. 516
Prouentus Ecclesiastici possunt vendi ad modicum tempus, & ad precarium concedi, quæ renouanda erit de quinquennio in quinquennium, § idem iuris. 385
Prouideri per institutionem quando dicatur, § accidit. 162
Prouincia, & Ecclesia de nouo conuersa in persoluendis censibus seruabunt consuetudinem prouinciarum, § sed quis. 341
Prouincialia Concilia quæ sint, § Prouincialia 20. Quam vim habeant, § hæc autem. ibid.
Prouisio latum verbum, & quid comprehendat. 117 col. 1
Prouisionis verbum quid comprehendat. 181 col. 2.
Prouiso potest præfigi terminus ad acceptandum, quo lapso potest beneficium alteri conferri, prouisus tamen re integra potest semper acceptare, § planè. 144
Psalmistatus est minor ordo, & potest conferri à solo presbytero, § est & Psalmista. 107
Pubertas æstimatur non tam annis, quam corporis habitu, & minores quatuordecim annis non possunt contrahere matrimonium, § sed qui sint. 256
Publicato processu non possunt testes examinari super eisdem, nec in prima, nec in secunda instantia, secus super emergentibus de nouo, § elapsis. 514
Publicæ honestatis iustitia quid sit. 268 col. 2
Publicæ honestatis iustitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, § publicæ. 268
Publicè notum præsumitur notum etiam priuatis, § interpretamur. 145
Purgatio quid sit, § contingit 376. Purgatio vulgaris est penitus improbata, § purgationis duæ. 577
Purgatio canonica quid sit, & quales debent esse compurgatores, paragrapho, Canonica 578 deficiens in purgatione habetur pro conuicto, § quicumque 377 nulli super notoriè est indicenda purgatio, § planè. 578

Q

QVasi, dictio, diminuit parum de signo, cui additur. 56 col.
Dictio, quasi, veritatem designat. 36 col. 1
Qui in altari laborat de altari viuere debet, § cum enim. 132
Qui per alium facit per se ipsum facere videtur, § planè si is. 409
Quibus non communicamus viuis nec mortuis communicamus, § non tamen omnes. 358
Quod dicitur de concessione vnius sacramenti, & de cæteris est intelligendum. 360 col. 1
Quòd non valet, vt ago, valet, vt valere potest, § quo casu. 248

R

RAptorum pœna excommunicatio, depositio, & seruitus, cum facultate tamen se ipsum redimendi, § maior legum. 621
Raptus non cadit in propria sponsa, & per consensum purgari potest, § raptus 405 sed raptus monialis purgari non potest, § sed hæc. 623
Raritas est in causa cur aliqua permittantur. 124 col. 1
Ratificatio tam tacita, quam expressa æquiparatur consensui præcedenti, § idem etiam. 248
Rebaptizati non sunt promouendi, § scienter. 124

Receptio instrumenti, & cautio Domini operatur, quod procurator non possit renunciare mandato, sed teneatur defendere, § à literis. 430
Qui dicatus receptus auctoritate Apostolica, § auctoritate. 153
Reconciliati licet alioqui Ecclesiasticæ sepulturæ non essent tradendi post reconciliationem tradi poterunt § sed hæc. 360
Reconuentio non datur de possessione ad titulum, § vnde cum quis. 477
Reconuentio non permittitur super causa criminali, nec in causa depositi, § illi quoque. 475
Reconuentio statim post conuentionem est facienda, § proposita ergo 473 etiam coram Iudice delegato potest fieri reconuentio, § nec solum 473 secus coram arbitris, § de arbitris. 474
Recusatione extinguitur delegatio cum iudex datus suspectus postulatur, & pronunciatur, § recusatione. 416
Redditus decimarum locari possunt, dummodo locatio non sapiat alienationem, § si quis tamen. 380
Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare si mandans perduret in voluntate mandandi, § non idem. 429
Regulæ Cancellariæ. 2 col. 1.
Regulares non appellant à correctione sui prælati, § & ideo. 551
Regularibus prælatis non conferentibus infra sex menses fit deuolutio ad ordinarium, § idem statuitur. 140
Relatio facta Romano pontifice á censoribus super institutionibus Iuris Canonici. 4 col. 1
Relictum ei qui potest proprium possidere non habenti prælationem vel administrationem à quocunque, præsumitur relictum intuitu propriæ personæ non Ecclesiæ § illud etiam. 371
Relictum sacerdoti pro anima censetur relictum Ecclesiæ, secus est si quid ei sit relictum sub onere fideicommissi, § sed & si. 393
Religio quæ sit arctior statur iudicio Abbatis, § quod si fortè. 193
Religionem nouam inuenire, nec fundare nemo potest, nouissimè. 196
Religiosi non possunt sibi sepulturam eligere, § impuberi similes religiosi. 356
Religiosi prædia aliquando conducunt. 379 col. 1
Renunciare compellitur, qui impetrauit cedendi licentiam, § aliud iuris. 94
Renunciandi causam tribuit debilitas corporis, § non absimilis 90 & magnus defectus scientiæ, § propter defectum ibid. malitia plebis tribuit renunciandi causam, § propter malitiam. 90
Renunciatio quid sit, & quibus ex causis possit renunciati, § per renunciationem 87 quale debeat esse crimen, ob quod renunciari possit, § propter conscientiam. 88
Renunciatio ad eum fieri debet, ad quem spectat confirmatio, § Abbas. 92
Renunciatio facti post spolium non impedit spoliati restitutionem, secus si ante fuerit renunciatum, § illud quæsitum. 480
Renunciatio fieri potest per procuratorem, & qualiter valeat facta à procuratore reuocato, § potest. 93
Renunciatio fieri non potest gratia laboris fugiendi, § cæterum. 91
Reparatio Ecclesiæ pertinet ad possessorem beneficij, & Episcopus debet de sua contribuere, §. Hæc de ædificandis. 315
Repetitio conducit ad memoriam iuuandam, § hæc de præbendis. 188
Res Ecclesiastica potest propter præscriptionem legitimam ab Ecclesia abduci, & detrahi, § præterea. 390.
Res Ecclesiasticæ reputantur etiam illæ, quas sacerdos acquisiuit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet, § ergo res. 392
Res inter alios acta aliis præiudicium regulariter non affert, § de eo quoque. 535
Res integra quando dicatur. 40 col. 1.
Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales, & corporales diuiduntur in sacramenta in res sacras, sanctas, & religiosas, § rursus. 198
Rescripti interpretatio elicitur ex infertione causæ, § item insertio. 157
Rescripti interpretatio sumitur ex loco, § ex loci quoque. 156
Rescripto Apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maximè circa literatas personas § inde. 150
Reseruationes legatorum expirant finita legatione, § illæ quoque. 143
Non residens sine causa post monitionem priuandus erit, & quæ sint iustæ causæ non residendi, § si tamen. 180
Casus resignationis non includitur, nec verificatur, in casu mortis, § eodem spectat 154 nec casus futuræ vacationis non verificatur in casu nouæ creationis, § idem obtinet. ibid.
Responsio aduocati, nisi sit statim reuocata facit litis contestationem, § an aduocati. 486
Restitutio in integrum semel negata non conceditur amplius etiam in alio iudice, nisi duobus casibus hic contentis, § quod si semel 565 de restitutione in integrum qui possint cognnoscere, & quando, § huiusmodi. 566
Restitutionem non impedit iudicis eminentia, § quod quidem. 564
Restituitur Ecclesia aduersus quamlibet læsionem, etiã aduersus aliam Ecclesiam, § sed & si. 564
Restitutionis beneficium non indulgetur nisi intra quadriennium, nisi subsit aliqua rationabilis causa, vt dictum spatium prorogetur, paragrapho, sed si-ue. 564
Petitio restitutionis in integrum differt executionem, § dantur, & alij casus. 540
Acta iudicij post reuocationem procuratoris non ignoratam non tenent, § quod si. 429
Acta cum procuratore reuocato donec ignoratur reuo-

catio tenent, § ad hæc etiam. 428
Reuelans confessionem in perpetuum est in monasterium detrudendus, § sed siue, 221
Reus citandus est ad videndum iurare, & deponere testes, § debet autem. 501
Reus conuentus coram iudice laico non potest reconuenire actorem super causa spirituali, § interdum. 475
Reus conuentus si nolit vel non possit excipere, si habeat vnde actorem reconueniat, poterit illum reconuenire, § igitur oblato. 471
Reus excommunicatus licèt reconuenire non possit admittitur tamen ad proponendas suas legitimas defensiones, §. Reus autem 464 & dicta de excommunicatione intelliguntur de maiori, § cæterum. 464
Reus non tenetur edere actori, nisi instrumenta communia, § non tamen. 501
Ritus Apostolorum. 191 col. 2
Ruinæ, prædia inculta, & siluæ extirpatæ possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim, & si per biennium in solutione census cessatum fuerit potest emphyteuta expelli, § Ruinæ. 387
Rumor viciniæ probationem non inducit, § rumor autem. 281
Rustici tenentur ponere semen de suo, nec deducunt antequam partiantur. 375 col. 1

S

Sacerdos contemnens constitutiones Ecclesiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandestina matrimonia si publicentur reijcit Ecclesia, § sanè. 284
Sacerdos constitutus in peccato mortali quoad se ipsum est suspensus non quoad alios § immò. 228
Sacerdos non debet quem absoluere de casibus reseruatis Papæ, vel Episcopo, § illud etiam. 222
Sacerdos proprius quis sit. 219 col. 2.
Sacerdotes inferiores gradu sunt presbyteri, § nunc 99
Sacerdotes propriè appellantur qui Eucharistiam conficiunt, impropriè etiam diaconus, & subdiaconus, § diximus autem. 104
Sacerdotes quotidie pro populo sacrificare debent, sed semel tantum, non pluries, nisi ex causa, vel in natiuitate Domini, § iualuit. 227
Sacerdotes simplices non possunt proprias Ecclesias facere censuales, & qui de facto id fecerit ab Ecclesia ipsa remouebitur, § simplices autem. 340
Sacerdotum in duas classes diuisio sumpsit originem tam à testamento veteri; quam nouo, § & non indeganter. 100
Sacramenta constant elemento, & verbo, § constant. 201
Sacramentum quid sit, § Sacramentum 198 Sacramẽtorum quædam necessaria sunt, quædam voluntaria, § Sacramentorum 199. Necessariorum Sacramentorum quædam deseruiunt ad ingressum Ecclesiæ, quædam ad progressum, quædam ad egressum Ecclesiæ, § & rursus 200 & quædam characterem imprimunt quæ reiterari non possunt, quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt, § rursus. 200
Sacramentum Eucharistiæ constant visibili forma, veritate corporis, & spirituali virtute, & in calice poni debet vinum aqua mixtum, § constat 229 in Sacramento altaris panis, & vinum fiunt vera caro, & sanguis Domini, § veritas est. 230
In sacris constituti sunt Diaconi, & Subdiaconi, Diaconi debent Episcopum custodire Sacerdotibus celebrantibus assistere, nouum testamentum prædicare, § sicut autem. 102
Sacrilegi variis pœnis puniuntur, § similibus. 602
Sacrilegis consentientes, & sacerdotes ipsis pœnitentiam dantes, vel sepulturæ eorum interuenientes, vel ab eis eleemosinas recipientes pari pœna cum eis puniuntur, § nec solum. 603
Sacrilegium committitur tam intuitu rerum quam personarum, & qualiter intuitu rerum, § sacrilegium 604 ratione personarum cum quis clericum percutit, vel cum moniali rem habet, § personarum. 604
Salutare solitus non salutãs præsumitur inimicus. 2 c. 1
Salutatio an pars epistolæ, 2 col. 1
Super satisfactione impœnitentis Ecclesia se non impedit. 360 col. 2
Schismatici excommunicatione, depositione, bonorum confiscatione, & à se gestorum annullatione puniuntur, § vtrumque verò 590. Gesta à schismaticis sunt nulla, § ordinationes. 591
Scholaris notoriè peritus ordinatur absque examine. 110 col. 2.
Scriptura an sit de forma legis. 14 col. 2
Scriptura est de substantia scrutinij. 37 col. 2
Scripta Sanctorum non inserta iuri Communi secundum post decreta Pontificis Romani locum obtinent, § alia. 22
Scriptura solum publica in iudicio fidem facit, & quæ sit scriptura publica, § non tamen. 519
Scrutatores vnde dicantur, § vocantur. 39
Scrutinium quando possit omitti. 56 col. 1
Secundæ nuptiæ absque timore infamiæ intra annum luctus possunt celebrari, § illud. 302
Sede vacante is absoluit qui habet Episcopalem iurisdictionem, § Episcopali. 661
Sententia quid sit, & duæ sunt species sententiarum interloquutoria, & definitiua, § videamus, & sententiarum. 526 & 527
Diffinitiua sententia est quæ condemnando, vel absoluendo liti finem imponit, § definitiua vero. 528
Sententia contra reum contumacem si de causa liqueat potest ferri etiam in causa profana lite contestata, contra actorem verò etiam lite non contestata, § quod interdum. 452
Sententia debet ferri sedendo, & de scripti recitatione, aliàs non valet, § vocatis. 529
Sola sententia non purgat spoliatum, sed iuncta cum exequutione, § nec restitutionis. 478
Sententia lata contra ius constitutionis est nulla, non tamẽ sententia contra ius litigatoris, § si tamen 532 & quando dicatur lata certa ius constitutionis,

vel contra ius litigatoris, § dicitur. 532
Sententia lata in reali actione statim exequutioni demandatur, in personali post quatuor menses, § sed multum 536 & quadrimestre tempus potest prorogari, & breuiari, § licet autem. 536
Sententia lata postquam per decem dies non fuit appellatum regulariter retractari non potest, § lata tamen 533. Interdum nec post decem dies sententia transit in iudicatum, § excipiuntur. 534
Sententia retractatur per quærelam, & supplicationem, & sub qua forma supplicatio porrigatur, § per supplicationem. 566
Separatio thori non habet locum pendente iudicio super adulterio, § sed & separatio 295 separatione facta ob fornicationem carnalem post emendationem non compelluntur coniuges se resumere, secus si ob spiritualem, nisi alter velit monasterium ingredi, § multum. 295
Sepulti contra Canones sunt exhumandi si illorum corpora possint discerni à corporibus fidelium, § & si contigerit. 359
Sepulturam vnusque sibi potest eligere, & si quis non eligat in parrochiali Ecclesia aut maiorum sepulchris est sepeliendus, § regulariter. 354
Sepulturæ in Ecclesiis, & locis sactis cur constituantur, § tractemus? 352
Sepulturæ potestatem eligendi non potest quis etiam iure iurando à se abdicare, § alias autem. 357
Terra pro sepultura quando vendi possit. 361 col. 1
Serui possunt etiam inuitis Dominis contrahere matrimonium, dum tamen eos non fraudent debitis obsequiis, § illud 258 si vnus coniugum reperiatur post contractum matrimonium seruilis conditionis potest dissolui matrimonium, nisi post talem cognitionem fuerit reuocatus consensus, vel sequuta copula, & liberi sunt ex libero ventre nati, nisi aliud inducat lex, & mos regionis, § si quis. 259
Bona serui promoti ad sacros ordines ab intestato decedentis diuiduntur in quatuor partes, § si verò seruus. 397
Seruus triennio in monasterio commoratus per monachationem fit liber, § quemadmodum 186 & vide § quinimmò. 187
Similitudo quæ est inter libros Iuris Canonici, & Iuris Ciuilis. 2
Similium idem Iudicium, § idem Iuris. 92
Simonia quid sit, & vnde dicta, § simoniæ. 579
Simonia committitur ex pluribus capitibus, § sed & tunc 583. Committitur in electione, § is quoque. 583
Simonia contrahitur cuiuscumque muneris receptione, § contrahitur. 581
Simonia est aut simplex conuentionalis, aut realis, & realis subdiuiditur in realem conuentionalem, & realem mentalem, § simoniæ duplex. 581
Simoniacè dicitur quis electus etiam si quid ignorante eo datum fuerit, vel promissum, § nec distinguemus 584. Episcopus non potest dispensare cum electo simoniacè, licet ignoranter, sed benè super assertione beneficij simplicis præuia tamen resignatione, § sed videamus 584 datum in dispendium eligendi, vel illo etiam reclamante non facit electionem simoniacam, § planè 585 simoniacè ordinans cum suo ordinato & clerico mediatore est deponendus, laicus verò mediator excommunicatur, § ac veluti 586 ordinatus à simoniaco non simoniacè, & simoniacè non simoniacus ordinem conferens non sunt deponendi, § hæc tamen. 386
Simoniaci, seditiosi, & iniuriarum vltores ordinari non possunt, § idem statuendum. 123
Simoniacum quilibet potest accusare, & solus simoniacus inter peccatores missam non celebrat, § huius autem. 587
Simoniam non inducit sponte oblatum, vel datum, § sciendum 588 nec datum gratia redimendæ molestiæ, § idem obtinet. 588
Simplicitati parendum 86 col. 1 & simplicitas sine ratione non approbatur. ibid.
Simulans dignitatem tenetur de falso. 114 col. 1
Sociunt teneor defendere in via. 63 col. 2
Solemnis, & publica pœnitentiæ non conuertuntur, § apparet. 219
Sortilegi non possunt inquiri ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis, nisi sortilegium contineat hæresim 599 qui sint sortilegi, § sunt autem 601 sunt deijciendi ab Ecclesia, § Ariolorum. 601
Spoliasse is intelligitur, qui mandauit spoliari aut spolium suo nomine sanctum ratum habuit, vel spoliatori successit in vitium, § is quoque. 480
Spoliato quibus casibus restitutio est deneganda, § sunt & aliis casus. 481
Si contra agentem spolio opponatur electio, per quam concluditur actorem non possedisse spoliatus ante omnia non restituetur, § sed & si. 482
Spoliator tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, § fructus quoque. 478
Si pro spoliatore militat iuris præsumptio spoliatus non est ante omnia restituendus, § quinimmo. 483
Spoliatus est ante omnia, & quo ad omnia restituendus, § sed & si spoliatus. 477
Spoliatus opponens de spolio in modum exceptionis non cogitur respondere antequam sit restitutus, § sed & si. 466
Spoliatus potest suspenso petitorio ante conclusionem in causa intentare possessorium, secus si sit conclusum, nisi tamen aliter iudici videatur, § postremò. 484
Tribus casibus priuatus à Iudice dicitur spoliatus, si non seruauit iuris ordinem, si nulliter pronunciauit, si erat iudex incompetens, § spoliatus autem. 479
Quæstio spolij per modum reconuentionis proposita non impedit processum super alia causa ciuiliter instítutum, § quod si. 478
Spolium intentans non potest reconueniri nisi super causa spolij, § is quoque. 477
Spolium quando proponitur in modum exceptionis, nulla

nulla fertur restitutionis sententia, sed quandiu non fuerit reus restitutus non est cogendus actori respondere, § sed hæc quidem. 478
Sponsalia quid sint, & vnde dicantur, § sponsalia 240 Contrahuntur re verbis literis, & consensu, § contrahuntur ibid. verbis, & literis qualiter contrahantur, § verbis, & § sequen. 241 contrahuntur tripliciter purè in diem, & sub conditione, & qui contraxerunt sponsalia purè compellendi sunt etiam matrimonium contrahere, & consanguinei contrahentium non debent cum ipsis contrahentibus contrahere, § rursus 243 si per contrahentem sponsalia in diem non stetit quominus matrimoniũ contraheret intra terminum cum alia post modum matrimonium contrahere poterit, § dies adijcitur 243 contracta sub conditione euanescunt conditione 244 minores sponsalia non possunt contrahere, § non tamen. 245
Sponsalia qui contraxerunt debent compelli ad matrimonium, nisi aliquid triste timeatur, § initiatum igitur 246. Impuberes sponsalia dissoluere volentes non sunt audiendi, sed expectandum tempus pubertatis, § de illis 247 sponsalia contrahens cum impubere coactè non tenetur expectare impuberem § hæc tamen 248 contracta à parentibus non tenent, nisi filij assentiant, § non absimile 248 dissoluuntur ipso iure quando non habetur ratio voluntatis contrahentium, § dissoluuntur 249 & per susceptionem sacrorum ordinum & per ingressum monasterij dissoluuntur, § item ex contrario 249 quomodo facto hominis sponsalia dissoluantur, § facto hominis 252 ob fornicationem post sponsalia etiam iuramento firmata commissam potest quis licitè resilire, & id quod coniunctos disiungit multo magis impedit coniungendos, § vnius quoque 252 & contrario consensu dissoluuntur nec pœnæ appositio sponsalibus appositæ aliquid operatur, § si contrahentes. 252
Sponsalia pura, & certa ex consensu valida, licèt alias nulla inducunt publicè honestatis iustitiam, quæ sequentia sponsalia dirimit non præterita, § vsque adeo. 269
Sponsi contrahentes si ad remotas regiones se conferant sponsæ possunt se ad aliorum nuptias conferre, recepta, si peierauerint, pœnitentia, § sed si. 253
Stuprans mulierem, & honestè viuentem qua pœna puniatur, paragrapho, quod si 620 & renuens habere vxorem à se stupratam castigatur, & excommunicatus in monasterium truditur, § quod si. 621
Subdiaconi officium circa quæ versetur, §. Diaconum. 104
Subdiaconus potest eligi in Episcopum, § cumque. 103
Subdiaconus potest quis ordinari in decimo octauo anno, Diaconi in vigesimo, Presbyter in vigesimo quinto, § sicut autem. 104
Suffraganei ad consecrationem vocati debent comparere, vel se excusare, § euocandi. 57
Suffraganei eligunt ex consuetudine. 42 colum. 2
Suffragia non danda per fabas in disponendis per capitulum. 38 col. 1
Superior de excommunicatione cognoscens videns illam iustam debet excommuuicatum ad inferiorem remittere, nisi is malitiosè differat absoluere, § vbi verò 661 si deprehenda excommunicationem iniustam debet excommunicatum absoluere, § si verò huiusmodi 661 in dubio excommunicatori defertur, § quod si dubitetur. 661
Super numerarius eligit. 42 col. 1
Suspensio est duplex alia Canonis, alia Iudicis, § suspensio quoque. 673
Suspensio Iudicis quid sit, § Iudicis suspensio 677 suspensio solum ordinem, & statum Ecclesiasticum respicit, & priuatio præsupponit habitum, § est autem 677. Ingerens se diuinis incurrit irregularitatem, §. Cauebunt. 678
Suspensus à Canone eligit, secus ab homine. 42 colum. 1
Suspensus ingerens se diuinis irregularitatem incurrit, § & si suspensione. 533
Suspicionis causa qualiter cognoscatur, & expediatur, § recusationis. 416
Suspicio vehemens aliquando habet vim notorij, § ad notorium. 524
Suspicio vehemens pro veritate habetur, § de eo tamen. 211

T

TAciti, & expressi eadem est virtus, § quod si Iudex. 546
Taciturnitas habiti beneficij inualidat prouisionem legati, non ordinati, § sed nec. 143
Taciturnitas obtenti beneficij etiam modici obstat, nisi prouisio fiat motu proprio, paragrapho, sed multum. 146
Talis quis præsumitur in quali habitu reperitur aliquandiu conuersatus, & captus, § idem dicendum. 405
Temerarius dici non potest qui obtemperat Principi, cuius acta approbantur à magnis viris § ergo si. 5
Tempora in ordinationibus seruanda, § igitur per tres. 112
Tempus ad instituendum arbitrarium. 166 col. 1
Tempus deuolutionis currit solum non impeditis, & à die notitiæ, § tempus autem. 140
Tempus modicum quod dicatur. 385 col. 2
Tempus prosequendi appellationem quando, & quibus casibus non currit, § quamdiu 559 tempus datum à Iudice ad prosequendam appellationem potest breuiari à Iudice ex causa, § & licet anni 560 & paragrapho superior quoque 560. Interdum ad prosequendam appellationem datur plusquam biennium, paragrapho accidit tamen 560 pars potest

ſibi terminum appellationis breuiare non prorogare, § pars quoque. 561
Terrulas incommodas, & minus vtiles poteſt prælatus alienare, § Terrulas. 387
Teſtator ſi aliquid Epiſcopo aliquid Eccleſiis reliquit, & iuſſit Epiſcopum eſſe contentum ſuo relicto posthabita detractione quartæ, ſeruanda eſt teſtatoris voluntas, § hoc autem. 371
Teſtes conſiderantur conditione, natura, & vita, § teſtes verò. 505
Ad Teſtes examinandos etiam tres dilationes dari poſſunt, & ex cauſa etiam quarta ſub certo tamen iureiurando, § dabunt autem. 512
Teſtes dum ciuiliter agitur, & probabiliter de morte timetur poſſunt examinari etiam lite non conteſtata, § admonendi 488. Qui teſtes examinauit ad perpetuam rei memoriam debet intra annum, vel conuenire aduerſarium, vel examen denunciare, § debet tamen. 489
In Teſtes non poteſt obijci poſt publicationem, § ſed interdum 515 quod quis poſt publicationem, didicit aduerſus perſonas teſtium, obijci poſtea poteſt, § ſed & ſi. 516
Teſtes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, § illud etiam 516 non licet examinare Teſtes reprobatorios reprobatoriorum, § vlterius. 516
Teſts quot, & quales eſſe debent ſuper conſanguinitate, § quoties, & qualiter iurare debent, § teſtium. 289
Teſtes recuſantes iurare ſunt ſub pœna excommunicationis cogendi, & iuramentum de non deponendo non tenet, § quod ſi teſtes. 503
Teſtes ſuper nouis capitulis poſſunt examinari etiam poſt publicationem teſtium, § quod ſi noua. 515
Teſtes ſuper ſpontanea renunciatione non ſunt recipiendi ante teſtitutionem, § Teſtes etiam. 481
Teſti non iurato non creditur, niſi remittatur iuramentum, § ſed & teſtium. 502
Teſti ſtutim ſe ipſam corrigenti non adimitur ob id fides, § eum quoque. 518
Fides teſtibus acquiritur ex præſumptione ſcientiæ, § ideo autem. 287
Teſtis malæ vitæ caret fide, § vita. 507
Teſtis quis non poteſt eſſe in cauſa, in qua fuit aduocatus, vel procurator, § is quoque. 511
Teſtificari munus eſt publicum. 503 col. 2
Teſtimonium parentum in cauſa matrimonij non admittitur vbi inter coniungendos eſt diſparitas, § vbi tamen. 288
Tranſactiones ſeruari debent, & partium, iuribus derogant, § Tranſactiones 434. Iuri contrariæ non tenent, § ſed & hoc. 434
Tranſlatio inducta eſt ex vtilitate, & ex neceſſitate, § tranſlationes 81 ceſſante neceſſitate irritatur, § neceſſitate. ibid.

V

VAlidum ad initio tractu temporis non infirmatur etiam noua ſuperueniente cauſa, § illud in dubium. 510
Venatio triplex, & quæ licita. 65 col. 2.
Venia non ſemper arguit culpam. 86 col. 1.
Verba prolata in contrahendo matrimonio ſunt accipienda ſecundum communem intelligentiam, § inde quæritur. 257
Verba ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium quantum ad Eccleſiam, & muti ac ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere, § licet autem 257 & quibus verbis contrahatur matrimonium. 257
Veritas deprehenditur non ſolum ex verbis teſtium, ſed ex aliis coniecturis, § illud quoque. 504
Vicariam perpetuam habens tenetur accipere ordinem Presbyteratus, §. Inde &c. 74
Vicariorum plures ſpecies. 72 col. 1
Vicarius Epiſcopi non poteſt inquirere punire, priuare, beneficij, vel eadem conferre niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur, §. Per Vicarium. 72
Vicarius licet non conferat ſine ſpeciali commiſſione, tamen inſtituit, § idem obtinet. 174
Vicarius non poteſt conſtitui curam habens animarum in pluribus Eccleſiis, vel laicus, § debet autem. 73
Vicarius perpetuus quis ſit 74 c. 2 à Vicario appellatur ad Archiepiſcopum ab Archidiacono ad Epiſcopum § inter Vicarium 75 cur à Vicario ad Epiſcopum non appellatur. ibid. col. 1
Virtus Sacramenti eſt charitas, & vnitas, §. Virtus eſt. 230
Viſitare qui poſſint, & Archiepiſcopus poteſt viſitam pronunciam, etiam quod ſuffraganei non ſint negligentes, § viſitandi verò. 343
Viſitatores creandi, & quid agere debeant, § viſitatores. 195
Vita tripliciter conſideratur. 61 col. 1
Vitium refertur tam ad animum, quam ad corpus. 118 col. 1
Vltimo ſupplicio damnatis Sacramentum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non negatur, § nec infirmis ſolum. 125
Vltio aliquando ſine peccato. 123 col. 2
Vniuerſitas an reſideat in vnor 58 col. 2
Vniuerſitatis intuitu poteſt noua Eccleſia ædificari, vt putà proleprosis, § vniuerſitatis. 308
Vniuerſitatis virtus conſiſtit in duabus partibus de tribus. 54 col. 1
Vnio quid ſit, § vnio 316 aut eſt perpetua, aut temporalis, § vnionum 317 cauſæ veniendi ſunt neceſſitas, & vtilitas, § velut ergo 317 vnionis effectus, § ſequuta. 321
Ius vniendi eſt præſcriptibile. 319 col. 1
Vnio diſſoluitur temporis lapſu, & cauſæ ceſſatione, & ab his, qui habent ius vniendi, § diſſoluetur 323 licet vacans Eccleſia poſſit vniri, vnio tamen Eccleſiarum vacantium diſſolui non poteſt, § illud in-

ter. 323
In vnione facienda requiritur consensus non solum capituli, sed etiam eorum, qui lædi possent, § nec solum. 320
Per vnionem non præiudicatur iuribus Episcopalibus, § sed quæri. 321
Vnire Episcopatus pertinet ad summum Pontificem, & minores Ecclesias ad Episcopum, cui subsunt, inferiores verò non possunt vnire, § non tamen. 319
Vnus interdum potest impedire ordinationem vniuersorum. 381 col. 2
Voluntarium iuramentum est quod defertur à parte parti, & quod deferenti potest referri, § voluntarium est. 522
Vouens vitam regularem, monasterium ingredi debet, non obstante quod prælaturam fuerit consequutus, § is quoque. 190
Votum in electione non potest reddi per literas, § sed cum absens. 35
Votum simplex non impedit matrimonium contractum, § secus verò. 163
Votum solemne derogat simplici, & quid sit votum simplex, & solemne, § illud quæri, & § sequenti. 190
Vsura quid sit, & vnde dicta; & quod habens possessionem in pignus recepta propria pecunia, si recuset fructus in sortem computare vsuras committit, § vsura est 609
Vsuræ si non sint quibus restitui possint, sunt in pauperes erogandæ, & paupertas excusat à restitutione, § planè. 612
Vsurariis non debent domus locari, § nullus quoque. 610 eorum testamenta non valent, § testamenta. 611
Vsurarius est qui à debitore recipit aliquid vltra sortem, etiam si suscipiat in se periculum, § aliud autem. 615
Vsurarius etiam si de vsuris satisfecerit mandes per hæredem non tamen est tradendus Ecclesiasticæ sepulturæ, donec fuerit satisfactum, & contra faciens incurrit pœnas eorundem, § & id adeo. 610
Vsurarius non est rem emens minus iusto precio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus vel minus est res valitura, § ille quoque. 615
Vsurarius non potest ordinari, & ordinatus est deponendus, § quod si quis. 123
Vtor pro me, quo non vtor contra me. 15 col. 1
Vulneratus, seu deprehensus in scelere si confessi fuerint & ex vulneribus mortui item improuiso casu oppressi non priuantur Ecclesiastica sepultura, § quin etiam. 360
Vxor credens virum esse mortuum, religionem ingressa à viro educta, si vir moriatur non cogitur reuerti ad monasterium, licèt id sibi expediat, § quid statuemus. 297
Vxor cuiusque eius gradus reputanda, cuius est maritus, § vxorem. 280
Vxor cuius consanguinea à proprio viro cognita est monenda est; non cogenda ad continentiam, § vxor quoque. 281
Vxor, & vir regulariter non possunt disiungi vt alter sumat sacros ordines, aut monasterium ingrediatur quod declaratur, § his exceptis. 296. Qui inuita vxore ingressus est monasterium ab eadem vxore coactus, ea mortua non cogitur rursus in monasterium reuerti, sed non poterit amplius vxorem ducere, § quæsitum 296 ingressus monasterium vxore non contradicente illa mortua non potest exire, § quod si quis 297 etiam altero coniuge inuito potest quis vouere peregrinationem, § licèt autem. 297
Vxor non plenè certificata de morte viri contrahere non potest, quamuis continere nequeat, § & quamuis. 298
Vxor non tenetur sequi sepulturam viri, si velit aliam eligere, § nec vlla 355 si sepulturam non eligat tenetur sequi sepulturam vltimi viri si plures habuerit § si tamen ipsa. 356
Vxor restituenda si timeat viri sæuitiam debet ab eo præstari cautio, & si ea non putetur sufficiens dum causa plenè cognoscitur vxor est deponenda in loco tuto, & honesto, § præstanda. 299
Qui viuente vxore etiam ad eo separata quo ad thorum secunda conscia, duxit vxorem etiam prima mortua separabitur à secunda, sed cum alia contrahere poterit, § fornicationis. 300
Coniuncti vxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum coniunctis viri, § quanquam. 280
Vxorem ducens publicam meretricem obtinet remissionem peccatorum, § quin potius. 261

X

XEnodochia orphanotrophia, & loca similia subsunt Episcopo, qui prouidere debet, ne illorum res dissipentur, § Xenodochia 349 quæ vulgo hospitalia appellantur. 349 col. 1
Xenodochia, & loca similia non possunt in beneficium conferri nisi certis casibus, § eodem cauetur. 351

Z

ZElus quomodo probatur. 38 col. 1

INDEX
ANNOTATIONVM IOAN. SOLIER,
AD QVATVOR
INSTITVTIONVM
IOAN. PAVLI LANCELOTTI LIBROS, & ipſorum Scholia.

A

ABBATES & ſimiles Prælati regulares poſſunt conſtitui procuratores in foro Eccleſiaſtico non autem in ſæculari. pag. 423 col. 2
Poſſunt conſtitui procuratores in foro ſæculari in cauſis ciuilibus pro miſerabilibus perſonis, vel coniunctis, vel Eccleſiis ſuis. 424 col. 1
Abſolutio ad cautelam ad quid introducta. 462 col. 1
A iuramento in contractibus præſtari ſolito hodie non neceſſaria in Gallia. 522 col. 1
Ab vna excommunicatione non ſuffragatur quoad aliam. 664 col. 1
Valet tamen ab expreſſa excommunicatione. ibid.
Abſolui per Epiſcopum à violenta manuum in clericum iniectione qui poſſint. 648 col. 1
Abſolutus ab excommunicatione in mortis articulo ſi conualeſcat tenetur ſe excommunicatori præſentare & eius mandata implere alias ipſo iure in excõmunicationem reincidit. ibid.
Per Epiſcopum propter impedimenta in reſeruatis Sedi Apoſtolicæ tenetur Papam adire quam primum poterit. 646 col. 1
Accuſa or in Gallia ſuum intereſſe ciuile regius verò procurator vindictam criminis proſequantur. 571 col. 1
Accuſatus poſt finitum iudicium poteſt accuſatorem ſuum reum facere. 475 col. 2
Vel etiam pendente iudicio de maiori crimine accuſare. ibid.
Vel aduerſus eum ſuam ſuorumve iniuriam proſequi. ibid.
Vel cauſam fiſco deferre. ibid.
Actor in Gallia non mittitur in poſſeſſionem rerum rei contumacis, ſed ex contumacia vincit. 449 col. 1
Adulter occultus nequit adulteram publicam vxorem accuſare in foro conſcientiæ. 295 col. 1
Occultus tenetur dotem reſtituere adulteræ publicæ vxori. ibid.
Adultera an prohibeatur nubere adultero qui maritum occidit remiſſiuè. 301 col. 1
Adulterium remittitur ſi coniux innocens certus de adulterio adultero commiſcetur. 295 col. 1
Vel ſi ſcienter illum retineat. ibid.
Vel ſe familiarem exhibeat adultero ridendo, ludendo & comedendo. ibid.
Ab vtroque coniuge commiſſum mutua compenſatione aboletur. ibid.
Vxoris quam vir proſtituit non eſt cauſa ſeparationis à toro. ibid.
Cum fide & promiſſione de contrahendo poſt mortem coniugis eſt impedimentum dirimens. 300
Cum machinatione in mortem coniugis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. ibid.
In Gallia eſt crimen priuilegiatum quia capita-

le. 618 col. 2
De iure communi est soli Ecclesiastici. ibid.
Ætas Episcopi in Gallia est vicesimus septimus annus inceptus. 46 col. 1
Ad canonicatum in cathedrali est in Gallia annus decimus quartus, in collegiata decimus completi. 136 col. 1
Ad quodcumque beneficium remissiuè. ibid.
Affinitas sine carnali copula consurgere nequit. 269 col. 2
Affinitatis tria genera declarantur, remissiuè. 280 col. 1
Secundum & tertium genus sublatum à Concilio Trident. primo tantummodo remanente. ibid.
Primum genus contrahitur inter viros & consanguineos vxorum ac inter vxores, & consanguineos virorum. ibid.
Alienatio temporalium Ecclesiæ etiam inferioris non potest fieri in Gallia inconsulto Papa. 382 col. 1
Et literæ apostolicæ ad bona Ecclesiæ alienanda debent ad partes expediri nec in Gallia valerent in forma gratiosa. ibid.
Nec admittitur, clausula etiam inuitis & contradicentibus clericis & possessoribus. ibid.
Temporalium Ecclesiæ à Pontificibus, Conciliis, Imperatoribus & Regibus prohibita. ibid.
Appellans in Gallia non petit apostolos nullo curiarum facto discrimine. 542 col. 1
Etiam ab interloquutoria non tenetur aliquod grauamen in literis appellationis in Gallia exprimere. ibid.
Appellare tertiò non licet à definitiua in Gallia nec secundò ab interloquutoria. ibid.
Appellatio impediens sepulturam cadaueris est interdicta. 358 col. 2
In Gallia infra annos 30 emitti potest. 534 col. 2
Iure communi intra decendium emittenda. ibid.
Ordinationibus Caroli VII. & Francisci I. illicò emitti debet at per literas appellationis appellans releuatur. ibid.
Ab vno ex condemnatis emissa aliis non appellantibus suffragatur. 555 col. 2
Fallit in Gallia. ibid.
Debet ad præsidiales Iudices emitti intra sex septimanas alias est deserta. 558 col. 2
Et intra tres menses ad summa Parlamentorum tribunalia. ibid.
Et intra mensem ad tributorum curiam. ibid.
Arbitri iurisdictionem non habent à Principe, sed ab ipsis partibus ideò priuatum eorum iudicium. 537 col. 2
Archidiaconi vbi plures sunt in eadem Ecclesia vnus cæteris præstat, & dicitur oculus Episcopi. 68 col. 1
Archiepiscopus cuius Prouincia ad plurium Parlamentorum districtus protenditur tenetur apud nos in quolibet iudicem foraneum constituere, & quare. 407 col. 1
Archipresbyteri corepiscopis successerunt. 71 col. 1
Decani a multis dicti & quare. ibid.

B

Beneficia electi in Episcopum vacant ipso iure post consecrationem & adeptam possessionem aut elapsum tempus præfixum ad consecrationem. 57 col. 1
Bona olim in potestate Episcopi in quatuor partes per ipsum diuidenda vna sibi retenta. 363 col. 1
Ecclesiarum in tres tantum partes apud Hispanos diuisa quarum tertia dabatur Episcopo. ibid.
Aliter diuisa in Gallia. ibid.

C

Canonicatus in Gallia nullum habent sacrum ordinem annexum. 136 col. 1
Canonicus Theologalis tenetur ad onus residentiæ, Lecturæ, & Prædicationis. 179 col. 2
Capitulum sede vacante de iure communi indistincte ordinandi licentiam concedit. 18 col. 1
Hodie non concedit intra annum nisi tribus casibus relatis. ibid.
Sede vacante confert beneficia quando est in hac possessione. 141 col. 1
Sede vacante confert Parrochiales in Gallia. ibid.
Sede vacante confirmat electos, & instituit præsentatos. ibid.
Sede vacante confert graduatis, & nominatis contra Math. Pacum. ibid.
Sede vacante non expedit collationes ex causa permutationis. ibid.
Capitulum abolendæ de sepulturis malè tribuitur Innocentio cum fit Honorij III. ibid.
Carolus Martellus decimas Nobilibus quorum virtute Sarracenos vicerat in feudum dedit. 380 col. 1
Sanctum Eucherium Aurelianensem Episcopum propter obiurgationem sacrilegij circa decimas in exilium misit. ibid.
Quare horrenda ei accidisse referunt. ibid.
Merum commentum est quod fertur de visione Sancto Eucherio ostensa animæ Coroli æternis pœnis mancipatæ. ibid.
Cathedraticum ab Ecclesiis Episcopo præstandum pro honore cathedræ. 338 col. 2
Appellatur Synodaticum quia in Synodo præstari solitum. ibid.
Aliud est ab entroniastico quod pro consecrationis labore dabatur ab Episcopo consecranti coepiscopo vel Metropolitano. ibid.
Est de lege Diœcesana. ibid.
Character in anima impressus est indelibilis & post mortem remanet. 97 col. 1
Citatio libellum petitionis cõtinere debet in ciuilibus alias in Gallia citatio est nulla & apparitor mulctatur pœna 20 Librarum. 454 col. 2 & 455 col. 1
Citationes terminus in ciuilibus est in Gallia peremp-

torius. 446 col. 2
Citatus coram iudice non ſuo tenetur, comparere vt de incompetentia excipiat. 442 col. 2 & 443 col. 1
Clauſula quouis modo extendit gratiam ad quemcumque modum non expreſſum. 155 col. 1
Clerici in actione reali conueniuntur in Gallia coram iudice ſæculari. 25 col. 2
In Gallia conueniuntur in foro laico ſuper crimine priuilegiato. 25 col. 2
In Gallia lite pulſantur coram iudice laico ſuper rationibus ſæcularis adminiſtrationis. ibid.
In Gallia coram iudice laico conueniuntur quando agitur de locatione & conductione prædij. 25 col. 2
In Callia coram iudice laico conueniuntur ſuper exequutione publici inſtrumenti. ibid.
In Gallia ad tribunal profanum cientur ſuper reſtituendo depoſito. ibid.
In Gallia ad forum ſæculare citantur in interdictis poſſeſſorijs. ibid.
In Gallia ad tributa & vectigalia per iudicem laicum arctantur. ibid.
In Gallia ordinationibus regijs publicam vtilitatem, vel politiam concernentibus ligantur. ibid.
In Gallia ſolutioni onerum realium ſubijciuntur. ibid.
In Gallia ſuccedunt in feudis ex generali conſuetudine. ibid.
In Gallia laicos de capitali crimine accuſare poſſunt citra metum irregularitatis. ibid.
In Gallia poſſunt eſſe officiales Regij & iudicare inter laicos citra pœnam ſanguinis. ibid.
In Gallia poſſunt eſſe tutores ſi velint. ibid.
In Gallia priuilegiis militum non gaudent. ibid.
In Gallia ab inteſtato decedentes nullis conſanguineis relictis ſucceſſorem agnoſcunt fiſcum non Eccleſiam. ibid.
In Gallia à ſolo Rege quoad honores & dignitates ſæculares ac ſucceſſiones legitimantur. ibid.
In Gallia pro immani ſcelere vltimo ſupplicio afficiuntur. ibid.
In Gallia ſolo Regis priuilegio nobilitantur. ibid.
A cuſtodia murorum & portarum ciuitatis ſunt exempti. 334 col. 1
Niſi vrgeat magna neceſſitas. ibid.
In Gallia ab omnibus extraordinarijs muneribus ſunt immunes excepta pontium, viarum ac murorum vrbis reparatione. ibid.
In Gallia oneribus quæ graſſante peſte imponuntur ſunt obnoxij. ibid.
Sumptibus pro auſpicato Regis in Ciuitatem introitu faciendis ſubijciuntur. ibid.
Deponere in criminalibus coram iudice laico non coguntur ſiue licentia Epiſcopi. 508 col. 2
In cauſa ciuili conſueuerunt leui coercitione cogi putà arreſtatione equi. ibid.
In Gallia non docentes de ſua qualitate ad forum Eccleſiſticum non remittuntur. 405 col. 1
Se enormitatibus immiſcentes perdunt priuilegium canonis non autem fori. 644 col. 2
Coadiutor non datur inuito niſi in caſu dilapidationis aut dementiæ. 77 col. 2
Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione à Concil. Trid. non omninò improbatæ. ibid.
In Cathedralibus & Monaſteriis ex neceſſitate aut vtilitate à Concil. Trid. indultæ. ibid.
Habent aliquam conformitatem cum iure communi. ibid.
Vſus illarum antiquiſſimus. ibid.
Malè aliquibus deteſtabiles viſæ. ibid.
In tribus odioſæ quibus occurritur. ibid.
Cognatio ſpiritualis olim triplex ſeu triplicis generis paternitas cum paternitas, & confraternitas. 273 col. 1
Spiritualis nunquam fuit inter ipſos ſuſcipientes patrinum matrinamque. ibid.
Spiritualis eſt hodie tantum inter patres ſpirituales cum naturalibus & baptizato. ibid.
legalis triplex. 275 col. 1
Collationis legalis prima ſpecies eſt inter adoptantem & filium adoptiuum, & eius poſteros. ibid.
Legalis prima ſpecies eſt quaſi conſanguinitas lineæ rectæ perſeueratque vſque ad quartum gradū ibid.
Legalis ſecunda ſpecies eſt inter adoptiuum & vxorem adoptantis. ibid.
Legalis ſecunda ſpecies eſt quædam quaſi legalis affinitas. ibid.
Legalis tertia ſpecies eſt inter filios naturales & ipſum adoptiuum. ibid.
Legalis tertia ſpecies extinguitur cum ipſa adoptione: Secus de duabus aliis. ibid.
Collatio facta notoriè infami infamia etiam facti non tenet. 610 col. 1
Columba olim promouendi præſulis capiti inſidere ſolita amplius non cernitur à coruo occiſa. 36 col 1 & 2
Communicare qui pluries quam ſemel in anno teneantur. 227 col. 1
Commiſſarij apoſtolici debent eſſe in dignitate conſtituti reſidentes in Diœceſi & deſtricto Senatus origine Galli aut à Rege ad beneficia regni habilitati. 321 col. 1
Compaternitas eſt cognatio ſpiritualis inter Patres baptizati naturales, & patres ſpirituales illius. 273 col. 2
Eſt duplex directa & indirecta. ibid.
Indirecta eſt quæ olim extendebatur ad vxorem compatris etiam non commatrem antea tamen cognitam. ibid.
A Concilio Trid. ſublata. ibid.
Concilium eſt ſuprà Papam in concernentibus fidem. 21 col. 2.
Papam condemnat de hæreſi. ibid.
Sinueſſanum in Marcellinum de actu infidelitatis conuictum ſententiam ferre non fuit auſum. ibid.
Lateranenſe ad quærelam cleri Gallicani de decimis in ſtipendia militum conuerſis Romæ celebratum

anno 1179. 380 col. 2
Concursus in prouisionibus Parrochialium non seruatur in Gallia. 135 col. 2
Conditio si virgo fueris non vitiat matrimonium in foro exteriori secus in interiori. 262 col. 1
Confessus pro iudicato habetur competitque hinc aduersus eum actio & exceptio. 500 col. 1 & 2
Nisi hi qui agere vel excipere volunt confessum non interrogauerint. ibid.
Confidentiarius est ipso iure priuatus obtentis inhabilis ad obtinenda & ipso facto excommunicatus à solo Papa absoluendus. 586 col. 1
Confirmandi ius competit cui dignitas immediatè subest. 49 col. 2
Confraternitas erat spiritualis cognatio inter baptizatum & confirmatum ex vna parte & inter filios baptizantis, vel confirmantis & suscipientium. 273 c. 2
A Concilio Trid. penitus sublata. ibid.
Consanguinitas vel affinitas duplex, seu etiam multiplex esse potest. 276 col. 2
Duplex insurgit ex quo vterque contrahere volentium reperitur sub duobus iisdemque stipitibus. ibid.
Vel illorum ascendentes inuicem consanguinei alias contraxere mediante dispensatione. ibid.
Consanguinitatis duplicitas non perit ex vnitate subiecti. ibid.
Consecratio Ecclesiarum dicitur benedictio & dedicatio. 404 col. 2
Non differt à benedictione & dedicatione quoad res & Ecclesias, sed tantum quoad personas. ibid.
Est maiorum Prælatorum, benedictio inferiorum Abbatum. ibid.
A dedicatione etiam quoad res apud Gentiles maxime differebat hæc à priuato priuatim illa á Pontifice publicè fiebat. ibid.
Ecclesiæ est ordinis Episcopalis. ibid.
Ecclesiæ quotannis celebranda & quare. ibid.
Ecclesiæ iterari non debet nisi tribus casibus. ibid.
Ecclesiarum olim absque Romani Episcopi auctoritate non fiebat hodie sufficit sola Episcopi. 311 col. 2
Consecrationis munus promoti ad Cathedrales & alias superiores Ecclesias suscipere tenentur. 57 col. 1
Munus infra tres menses non suscipientes tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum ibid.
Munus vltra sex menses suscipere negligentes ipso iure priuantur. ibid.
Ritus quis remittitur. ibid. col. 2
Consuetudo non derogat iuri naturali aut diuino cuius transgressio est peccatum. 10 col. 2
Non derogat iuri positiuo nisi sit rationabilis & præscripta. 12 col. 2
Iure ciuili decem annorum spatio præscribitur. ibid.
Iure canonico decem annorum præscriptione gaudet si sit præter ius. ibid.
Si sit contra ius requirit 40 annos ad præscriptionem. ibid.
Circa reseruata Principi requirit præscriptionem tanti temporis quod in contrarium non extet memoria. ibid.
De non residendo improbatur in Gallia. 179 col. 2
Quæ in vna hora dumtaxat interessenti totius diei distributiones adiudicat improbatur in Gallia. ibid.
Contestatio litis est cum Iudex per narrationem negotij causam audire cœperit. 485 col. 1
Post 20 dies ab editione Libelli fieri debet non prius. ibid.
Non est producenda vltra duos menses. ibid.
In Gallia censetur facta vt primum Iudex de causa cognouerit. ibid.
Vltra triduum in Gallia non protenditur à notificatione exceptionum rei. ibid.
Non perpetuat retractationem status defuncti quæ fieri debet vsque ad quinquennium. 487 col. 2
Non perpetuat petitionem restitutionis in integrum. ibid.
Non perpetuat actionem repetundarum in hæredem. ibid.
Contumax non est audiendus nisi refusis, seu refundendis expensis in ciuilibus intra annos 30. in criminalibus intra quinquennium restitutionem petat. 449 col. 1
Contumacis absentiam supplet Dei præsentia vt non dicatur, sine partibus iudex iudicare. 452 col. 2
Corepiscopi dicti suffraganei, Episcopi portatiles, Episcopi rurales. 79 col. 2
Primum in Gallia circa potestatem cohibiti. ibid.
In Gallia prohibiti aliquid agere inconsulto Episcopo. ibid.
A Damasio omnino sublati. ibid.
Munia sua cesserunt Archipresbyteris. ibid.
Crimen non punitur vbi per exceptionem opponitur non autem per accusationem. 575 col. 1 & 2
Crimina alia Ecclesiastica alia priuilegiata, alia mixta. 400 col. 2
Ecclesiastica sunt hæresis, blasphemia, sortilegium, vsura, violatio sacri ministerij, adulterium, concubinatus. ibid. & 401 col. 1
Priuilegiata de iure nulla. ibid.
Mixti fori sunt sacrilegium, crimen falsi, periurium. ibid.
Omnia in Gallia sunt aut mixta, aut priuilegiata vna excepta hæresi. ibid.
Mixti fori in Gallia sunt periurium simonia, concubinatus, iniuria, furtum. ibid.
Priuilegiata in Gallia sunt sacrilegium, adulterium, blasphemia, sortilegium, raptus, furtum qualificatum, incestus, sodomia gestatio annorum in turma, crimen falsi, homicidium veneficium incendium, infractio saluæ gardiæ. ibid.
Curatus potestatem habet excommunicandi secundum aliquos. 660 col. 1
Quod tamen improbatur. ibid.
Nisi ex consuetudine vel priuilegio. ibid.

D

Decani maximè Cathedralium in locum Archipresbyterorum suffecti sunt. 71 col. 1
Decanorum nulla mentio in decretis patrum. ibid.
Officium ex consuetudine magis quam ex iure descendit. ibid.
Decimæ sunt de iure diuino. 10 col. 1
A laicis detentæ ad alienas Ecclesias pertinentes non possunt à personis Ecclesiasticis in pignus recipi. 380 col. 2
Ante Concilium Lateranense infeudatæ possunt vendi, & in pignus dari à possessoribus. ibid.
Personales in Gallia sublatæ. 373. col. 2. & 374 col. 1
Piscium & arborum in Gallia prohibitæ. 374 col. 1
Insolitæ non possunt in Gallia exigi. ibid.
Nouales debitæ vicario perpetuo non priori curato. 378 col. 2
A Carolo Martello Nobilibus qui sibi adfuerant contra Sarracenos in feudum datæ. 380 col. 1
Infeudatæ ad Ecclesiam reuersæ non possunt iterum infeudari. 389 col. 1 & 2
Præscriptione tolli non possunt in totum, sed tantum pro parte. 391 col. 1
Non sunt arbitrariæ. ibid.
Possunt ab vna tolli Ecclesia & alteri prescriptioni 40 annorum acquiri. ibid. col. 2
Decretales multæ ad regimen populorum in vtraque potestate Papæ subditorum editæ. 398 col. 1
Nec intendit Papa vt vbique seruentur. ibid.
In quibus non seruentur in Gallia. ibid.
Degradatio damnati vel damnandi clerici antequam ab eo supplicium sumatur de iure fieri debet. 97 col. 1
Realis in Gallia exoleuit satis ex ipso crimine inducta. ibid.
Degradatus actualiter venit à solo Papa restituendus. ibid.
Verbaliter potest per Episcopum restitui. ibid.
Clericus licet remoueatur à gradu suo non tamen perdit characterem in anima impressum. ibid.
Denuntiationes contrahendi matrimonij non sunt de substantia. 255 col. 1
Contrahendi matrimonij non possunt in Gallia in totum remitti. ibid.
Nisi matrimonium arresto vel sententia contrahi sit iussum. ibid.
Derogatio iurispatronatus laici in Gallia non recipitur. 167 col. 1
Diaconi ab Apostolis instituti qui mensis sacræ videlicet, & communi ministrarent. 102 col. 2
Diaconissæ nullo sacramento initiatæ. ibid.
Ante institutionem Diaconorum mensis inseruiebant. ibid.
Mulieribus fidelium in lauacro, visitatione, & similibus aderant. ibid.
Portis præerant quæ in certa Ecclesiæ parte mulieribus tantùm potebant. ibid.
Dignitates personatus & officia in Gallia vni de gremio capitulari conferendæ. 48 col. 1 & 31 col. 2
Habenti canonicatum ad effectum etiam conferri possunt. ibid.
Dimissoriales ad ordines suscipiendos possunt post mortem concedentes exequutioni demandari. 159 col. 1
Dispensatio vbi rationabilis non est, non est dispensatio, sed dissipatio. 10 col. 1
Papæ non reseruata censetur Episcopis concessa. 655 col. 2
Quod tamen non est perpetuo verum. ibid.
Super gradibus prohibitis non est expressè reseruata de illa tamen Episcopi non se impediunt. ibid.
Super vno ex duobus impedimentis est nulla etiam quoad impedimentum expressum. 664 col. 1
Nisi tacitum non augeret expressum vt in allato exemplo. ibid.
In forma commissaria expedita non expirat morte concedentis reintegra. 159 col. 1
Etiam apostolica sine causa concessa non suffragatur quoad Deum. 10 col. 1

E

Electionem dignitatis inferioris confirmat Episcopus de consilio capituli. 49 col. 2
Dignitatis inferioris confirmat capitulum sede vacante. ibid.
Episcopi confirmat Metropolitanus. ibid.
Metropolitani confirmat Patriarcha. ibid.
Patriarchæ confirmat summus Pontifex. ibid.
Electioni habitæ consensus regius olim accedere debebat. 45 col. 1
Habendæ etiam hodie interest Commissarius Regius & processus narratorius Regi mittitur. ibid.
Electionis habendæ libertas olim in Gallia à Rege impetrabatur. ibid.
Entroniasticum pro consecrationis labore dabatur ab Episcopo consecranti Coepiscopo vel Metropolitano. 338 col. 2
Episcopi in 27 ætatis anno constituti in Gallia promouendi. 33 col 1
In Gallia debent esse Doctores seu licentiati in Theologia vel altero iurium. ibid.
Quales esse debent quales illorum familiares qualis mensa & supellex, remissiuè. 61 col. 2
Includuntur in constitutione pœnali generaliter loquente. 680 col. 2
Episcopus in Gallia non potest capi facere clericum extra prætorium suum nisi implorato brachij sæcularis auxilio. 31 col. 1
In Gallia non potest adiri in casu Iustitiæ per sæculares iudices denegatæ. ibid.
In Gallia non potest retinere familiam armatam. ibid.
Seruum scienter ordinans sine consensu Domini duos eidem seruos dare cogebatur. 259 col. 1
Episcopi, Presbyteris & Diaconis ab omni tempore prohibitus ad vxores accessus ante ordinationem ductas.

ductas. 262 col. 2
Exceptio quælibet peremptoria est, & perpetua cui nulla temporis præscriptio obstat quamuis ex eadem causa agenti obstaret præscriptio. 464 col. 2
Fallit vbi non reus exceptionem, sed actor replicationem obiicit. ibid.
Vel cum post latam sententiam exceptio opponitur. ibid.
Item fallit in exceptione non muneratæ pecuniæ hæc enim biennio fruitur. ibid.
Item fallit vbi naufragij exceptio obiicitur, quæ annalis est. ibid.
Exceptionum contraria & similia sunt replicationes. 471 col. 1
Sunt & duplicationes triplicationes quadruplicationes, de quibus remissiuè. ibid.
Excommunicati in Gallia non sunt vitandi nisi sint denunciati. 449 col. 2
Excommunicatio tenet quamuis monitio omissa sit seu ordo iudicamus non seruetur. 629 col 1
Nisi non Ordinarius, sed delegatus excommunicationem ferat. ibid.
Vel ore tantum, & non scripto proferat. ibid.
Iniusta tenet quoad homines non tamen quoad Deum. ibid.
Nisi adesset contemptus. ibid.
Tribus modis dicitur iniusta, ex causa, ex ordine, & ex animo. 449 col. 2
Excommunicationem non incurrit Iudex laicus, clericum carcerans in flagranti crimine repertum. 641 col. 1
Illum tamen non potest retinere vltra 20 horas. ibid.
Non incurrit laicus torquens clericum ex mandato Prælatorum. 642 col 1
Quod tamen improbat Abbas. ibid.
Excommunicatio mortuo participans excommunicatur. 653 col. 2
Quibus autem modis mortuo participetur declaratur. ibid.
Excommunicatus apud Gallos stat in iudicio, nec eget absolutione ad cautelam. 642 col. 1
Exemplum instrumenti fidem non facit nisi parte vocata fuerit extractum. 520 col. 1
Antiquum facit fidem quia præsumitur citationem partis intercessisse. ibid. col. 2
Extractum à Notario qui originale confecit fidem facit. ibid.

I

Falsarij Literarum Apostolicarum omnibus beneficiis ipso iure priuantur. 624 col. 2. & 625 col. 1
Etiamsi tantum additum fuerit vnum punctum. ibid.
Quarumlibet literarum in iudicio possessorio omni possessionis iure priuantur. ibid.
Famosos libellos edens aut seminans in Gallia pœna corporali plectendus. 633 col. 1
Filij hæreticorum nati ante delictum parentum non arcentur à beneficiis etiamsi parentes non sint emendati. 594 col. 2
Fœmina testis esse potest in ciuilibus excepto testamento, & in criminalibus inspecto iure ciuili. 506 col. 2
Testis esse non potest in criminalibus inspecto iure canonico nisi in casibus in quibus infoueat admittuntur. ibid.
Testis admittitur in Gallia etiam in criminalibus. ibid.
Minus tamen ei creditur quam viro ita vt ex duarum mulierum testimonio ne vix quidem quis damnandus sit. ibid.
Fornicatio spiritualis non est causa separationis à toro in Gallia. 295 col. 1
Simplex in Gallia impunis. 620 col. 2
Nisi tutor pupillam stupraverit aut custos carceris incarceratam. ibid.
Fornicator debet ab altari remoueri ex præcepto Apostoli. 10 col. 1
Fossariorum, seu laborantium officium in obuoluendis & cooperiendis fidelium defunctorum corporibus versabatur. 108 col. 1
Fures occulti promoueri possunt modo ablata prius restituerint, & pœnitentiam egerint. 606 col. 2

G

Gratia eadem est diuidua, & potest partim esse nulla, & partim valida. 156 col. 2
In forma dignum expedita non expirat morte concedentis re integra. 159 col. 1
Facta non expirat morte concedentis. 413 col. 1
Solo verbo proficitur. ibid.
Stat in lingua Principis, in scriptura testimonium, in exequutione commoditas. ibid.
Gratianus in can. mutationes 7 q. 1 de suo adiecit hæc verba *Auctoritate Apostolica*: Et hæc alia non tamen sine sacrosanctæ Sedis auctoritate & licentia. 82 col. 1

H

Hæreticus spoliatus non venit ante omnia restituendus. 483 col. 2
Fallit in Gallia. ibid.
Hircanus Iudæorum Rex omnia Hospitalium genera primus constituxit & dotauit. 349 col. 1
Homicidium non qualificatum quamuis voluntarium non inducit priuationem ipso iure. 627 col. 2
Committens tamen priuandus venit. ibid.
Irregularem facit quantumuis occultum. ibid.
Nisi reus non valens aliter sibi consulere occiderit. ibid.

Committens non ſolum eſt irregularis, ſed etiam qui mandant, opem ferunt, conſilium dant, adhortantur. ibid.
Item ſocij qui adfuerunt habentes animum occidendi. ibid.
Aut ſi in turma commiſſum ſit & incertus ſit auctor ibid.
In conflictu aduerſus prædones commiſſum non facit irregularem clericum qui non occidit. ibid.
Hoſpitalia Epiſcopis ſubſunt ſi ipſorum auctoritate ſunt ædificata; alias ſecus. 349 col. 2
Hoſpitalium genera referuntur. ibid. col. 1

I

Ignorantia aut ſimplicitas in gratioſus non excuſat à ſubreptione. 147 col. 1
Impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ quid. 242 col. 2
Publicæ honeſtatis iuſtitiæ robur trahit ab Eccleſiæ inſtitutione. ibid.
Publicæ honeſtatis iuſtitiæ impedit contrahendum, & dirimit contractum. ibid.
Publicæ honeſtatis iuſtitiæ olim vſque ad quartum gradum extendebatur; hodie primum gradum non excedit ibid.
Publicæ honeſtatis iuſtitiæ inſurgit ex validis non etiam ex inualidis ſponſalibus. ibid.
Ordinis ſemper viguit in Eccleſia Latina 262 c. 1 remouibile non releuat. 44 col. 2
Impubes ſtare poteſt in iudicio apud Gallos, & agere pro poſſeſſorio & iuribus ſui beneficij. 419 col. 2
Inſcriptio in crimen non eſt neceſſaria in Gallia, & quare. 571 col. 1
Fallit in crimine falſi. ibid.
Inſtitutiones Lancelotti aliam non habent niſi doctrinalem auctoritatem. 6 col. 2
Interdicta à iure lata quibus textibus contineantur. 667 col. 1
Non conſtat fuiſſe recepta in Gallia. ibid.
Interdictum debet ex cauſa & ſcripto ferri. ibid.
Non fertur ex cauſa pecuniaria nec propter culpam hominis priuati, ſed Domini loci, vel in eo auctoritatem habentis. ibid.
Interdicto durante licet baptizare & confirmare; morientibus pœnitentiam & Euchariſtiam dare. 672 col. 1
Item diuina officia celebrare ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, campanis non pulſatis. ibid.
In Feſtis Paſchatis, Pentecoſtes, Natalis Domini, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ omnis ſolemnitas eſt permiſſa. ibid.
Item in Feſto Corporis Chriſti, & eius Octauarum. ibid.
Interſtitia ordinum ſeruanda aut ſuper iis diſpenſandum. 234 col 2
Seruanda ſub pœna ſuſpenſionis & irregularitatis ex conſtitutione Sixti V. ibid.
Quæ tamen fuit reuocata. ibid.
Irregularis eſt qui defectum in corpore patitur. 128 c. 1
An ſit mancus, Lippus, Giboſus, Claudus, Scabie, aut morbo ſontico laborans. ibid.
Claudus non cenſetur in Gallia vbi plures ſunt teſte Hoſtienſi. ibid.
Non eſt habens in oculo maculam vel in cunabilis ſectus, vel carens vngula pollicis, vel linguæ. ibid. col. 2
Ob mutilationem membri poteſt ad minores ordines promoueri. ibid.
Non eſt ſepeliens aliquem in cœmeterio vbi excommunicati ſunt ſepulti. 668 col. 2
Quia non eſt in iure expreſſum. ibid.
Non eſt celebrans in Eccleſia polluta. ibid.
Efficitur ſepeliens ſolemniter in cœmeterio per ſententiam hominis interdicto. ibid.
Non fit ſepeliens ſcienter & ſolemniter excommunicatum. ibid.
Efficitur qui cenſuram violat. 678 col. 2
Niſi excommunicationem violauerit ſecundum quoſdam. ibid.
Quæ tamen exceptio reprobatur. ibid.
Iudex laicus in Gallia reos ab Eccleſiis extrahit. 328 col. 1
Eccleſiaſticus in Gallia nullo caſu iudicat inter laicos niſi in cauſa Eccleſiaſtica. 402 col. 1
Eccleſiaſticus vbi eſt remiſſus & negligens recurritur ad Principem. ibid.
Laicus in Gallia cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. 405 col. 1
Laicus in Gallia non autem Eccleſiaſticus tutores dat & curatores etiam ad lites. 420 col. 2
Ordinarius non poteſt in Gallia arbitrium rei coram ſe controuerſæ ſuſcipere. 437 col. 1
Niſi lis nondum fuerit introducta aut coram aliis iudicibus pendeat indeciſa. ibid.
Præſides tamen & Conſiliarij Senatus poſſunt hodie arbitrorum officio fungi petita à Senatu licentia. ibid.
Modo relatores litis non ſint, quæ limitatio vix admittenda. ibid.
Delegatus in cauſa ſibi commiſſa arbitrium ſuſcipere non poteſt. ibid.
Iulius II. Cadauer Iuliæ filiæ Octauiani Auguſti in loco ſacro poſitum in flumen abigi mandauit. 315 col. 1
Iuramentum calumniæ non eſt in vſu in Gallia niſi in actionibus perſonalibus & parui momenti. ibid.
Iura Epiſcopalia alia de lege iuriſdictionis, alia de lege Diœceſana. 336 col. 2
Epiſcopalia quæ ex parte Epiſcopi in dando conſiſtunt ſunt de lege iuriſdictionis, quæ verò in recipiendo ſunt de lege Diœceſana. ibid.
Fallit in procuratione. ibid.
Epiſcopalia à quibus Monaſteria de iure ſunt exempta ſunt de lege Diœceſana, cætera de

lege jurisdictionis. ibid.
Iurisdictio contentiosa in Ecclesiis exerceri non potest voluntaria sic. 326 col. 1
In Gallia consensu partium non prorogatur. 460 col. 2
Ius Asili Ecclesiarum probatum fuit & receptum in Gallia. 327 col. 2
Asili in Gallia perseuerauit vsque ad ordinationem Francisci primi. ibid.
Conuocandi cleri ad exequias est de lege Diœcesana. 338 col. 2 & 339 col. 1
Dandi tutores vel curatores ex iure ciuili descendit, nec vllus in iure canonico de tutela vel cura extat titulus. 420 col. 2
Iuspatronatus triplex Ecclesiasticum, laicum & mixtum. 163 col. 1
Vendens excommunicationi & interdicto subiacet & iurepatronatus ipso iure priuatur. 170 col. 2

L

Laici decimas detinentes non possunt in alios laicos transferre alias recipiens, & Ecclesiæ non reddens Christiana priuatur sepultura. 380 col. 2
Nisi decimæ ante Concilium Lateranense fuerint infeudatæ. ibid.
Lex jurisdictionis, & lex Diœcesana verba magistralia potius quam iuris. 336 col. 2
Duæ regulæ traduntur ad dignoscenda quæ sunt de lege jurisdictionis quæue de lege Diœcesana. ibid.
Lignum Crucis præcipuas partes inter reliquias obtinet. 303 col. 1
Lite pendente nemo sua possessione spoliandus, nec in ea inquietandus. 495 col. 1
Nec alienatio facienda. ibid.
Nec supplicandum tacita litis pendentia. ibid.
Locus priuata auctoritate fundatus dicitur pius non Religiosus. 349 col. 2
Priuata auctoritate fundatus non est Religiosus de iure canonico, licet illuc cadauer inferatur, secus de iure ciuili. ibid.

M

Mandata ad resignandum permutandum, vel ad creandum aut extinguendum pensiones quæ requirantur. 430 col. 1
Matrimonia Religiosorum non semper fuerunt inualida. 262 col. 2
Post votum contracta multis sæculis valuere post ordinem nunquam. ibid.
Matrimonium inter Catholicum & Caluinianam tolleratur in Gallia. 236 col. 2
Serui, licet contrahi prohibeatur siue consensu Domini, contractum tamen tenet. 259 c. 1
Quamuis professio regularis alias non teneret. ibid.
Ratio differentiæ multiplex assignatur. ibid
Est propriæ infirmitatis leuamen cuius nullus actus extra matrimonium licitus est. ibid.
Non vitiatur ob errorem qualitatis & fortunæ. 262 col. 1
Vitiatur ob errorem qualitatis quando expresse animus nititur qualitate. ibid.
Metu contractum hodie non conualidatur per spontaneam cohabitationem. 267 col. 2
Olim prohibitum in primo genere affinitatis vsque ad septimum gradum: In secundo vsque ad quartum: In tertio vsque ad secundum. 280 col. 1
De facto contractum cum adultera viuente vxore impedit contrahendum, & dirimit contractum. 300 col. 2
Minor stat in iudicio pro possessorio & iuribus sui beneficij maximè in Gallia. 419 col. 2
Idem videtur dicendum in Gallia de impubere. ibid.
Monachi prohibentur curæ animarum præfici ne habeant materiam vagandi & visitandi domos mulierum. 346 col. 1
In criminalibus deponere non coguntur coram iudice sæculari sine licentia Abbatis. 508 col. 2
In causa ciuili consueuerunt cogi leui coercitione, putà arrestatione equi. ibid.
Monachus habendo socium potest in Ecclesiis Parrochialibus extra Monasterium præfici. 345 col. 2
Non debet præfici curæ sæcularis Ecclesiæ cum reperiuntur clerici sæculares idonei. 346 col 1
Præfectus curæ Monasterii B. M. Heluarum Tolosan Diœcesis. ibid.
Potest esse procurator Abbate imperante & vtilitate Monasterii suadente. 424 col. 1
Potest esse procurator in foro Ecclesiastico in ciuilibus & criminalibus etiam pro laico patrono vel principe, vel magno defensore, vel vtili amico. ibid.
Potest esse procurator in ciuilibus, & non criminalibus in foro sæculari. ibid.
Monasteria sunt exempta à lege Diœcesana. 336 col. 2
Sunt exempta à cathedratico. 338 col. 2
Sunt exempta à tertia, vel quarta parte oblationum Episcopo debita. ibid.
Eximuntur à charitatiuo subsidio. ibid.
Sunt libera ab omnibus exactionibus nisi expresse subiiciantur. ibid.
Non subiiciuntur iuri Episcopali conuocandi cleri ad exequias. 339 col. 1
Monasterium vt fundetur in Gallia requiritur diploma Regium, licentia Episcopi, consensus quorum interest & verificatio senatus. 196 col. 2

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Si curam habeat animarum debent clerici ; æculares curæ huiusmodi præesse non autem Monachi. 345 col. 2

N

Notorium releuat ab onere probandi. 524 col. 1
Non releuat ab onere proponendi. ibid.
Resultans ex actis non indiget allegatione. ibid.
Nuntij Apostolici non habent in Gallia ius visitandi Ecclesiam, vel Monasteria etiam exempta. 343 col. 2

O

Oblationes hodie sunt de iure Parrochialium Ecclesiarum tantum. 363 col. 1
In quibusdam Ecclesiis diuiduntnr inter Parrochum, & ædituos. ibid.
Officia Ecclesiastica recensentur. 108 col. 1
Officiales Regij non possunt esse Vicarij generales Prælatorum. 74 col. 1
Ordinandorum propriæ qualitates. 110 col. 1
Ordinatio siue titulo facta olim nulla quod postea fuit immutatum. 133 col. 1
Ordines sacri in propria Diœcesi aut in aliena de consensu Diœcesani conferendi. 234 col. 2

P

PACTVM quo filia dotata renunciat hæreditati paternæ iuramento vallatum tenet. 433 col. 2.
Vim habuit ex cap. 2. de pactis in 6. quod quamuis bonifacianum seruatur in Gallia. ibid.
Filia tamen cui minus legitima fuit constitutum aut relictum agit ad supplementum. ibid.
Modo infra decennium à maioritate sua & morte patris computandum agat. ibid.
Pallium est ornamentum Patriarcharum, Archiepiscoporum & quandoque etiam Episcoporum. 60 col. 1
De corpore beati Petri sumitur, ibid.
Confert plenitudinem Pontificalis officii, ibidem.
Describitur. ibid.
Pallio vtitur Metropolitanus certis tantum diebus qui recensentur. 60 col. 2
Papa non potest super iure diuino dispensare. 10 col. 1
Potest ex causa ius diuinum limitare & relaxare ibidem.
Dispensat in bigamia quamuis prohibita ex dicto Apostoli. ibid.
Dispensat cum presbytero fornicatori contra præceptum Apostoli. ibid.
Dispensat in decimis licet sint de iure diuino. ibidem.
Dispensat in voto cum causa. ibid.
Dispensat in iuramento. ibid.
Dispensat in secundo gradu consanguinitatis. ibid.
Dispensat quod in ore duorum non stet omne verbum 10 col. 2
Dispensat cum Subdiacono vt possit vxorari. ibid.
Dispensat contra quatuor Concilia. ibid.
Est supra Concilium in his quæ sunt iuris positiui. 21 col. 2
Non disponit contra dispositum per Concilium in concernentibus fidem. ibid.
Tollit & limitat statutum Concilij in his quæ sunt iuris positiui. ibid.
Non dispensat in Gallia cum obtinente Theologalem Præbendam super residentia. 179 col. 2
Non dispensat in Gallia super residentia cum Parrochis. ibid.
An errare possit in canonizatione Sanctorum remissiuè. 303 col. 1
Vnire potest quæcumque beneficia maxima, & minima, & per quascumque vniones. 318 col. 1
In Gallia non appellatur omisso medio. 551 col. 2
Paschalis templum de populo ædificare intendens cor Neronis ibi repertum in Tiberim proijci iussit. 315 col. 1
Paternitas est cognatio spiritualis inter Baptizantem, & Confirmantem tenentemque cum baptizato, & suscepto. 273 col. 1
Spiritualis duplex directa, & indirecta. ibid.
Directa contrahitur inter baptizantem, vel suscipientem cum baptizato. ibid.
Indirecta erat olim inter baptizatum & vxorem patrini antea cognitam à vero. ibid.
A Concilio Tridentino sublata. ibid. col. 2
Patriarcha Alexandrinus olim primus à Romano Pontifice. 27 col. 1
Alexandrinus primam sedem secunda contentus iussus est Constantinop. relinquere. ibid.
Patronorum vota vbi in æquas partes scinduntur locus est gratificationi, vel dicet instituens iterum præsentate. 168 col. 2 & 169 col. 1
Patronus Laicus in iurepatronatus mixto habet semestre ad præsentandum & nihilominus potest variare. 163 col. 1
Ecclesiasticus in iurepatronatus mixto non potest in Gallia præueniri à Papa. ibid.
Ecclesiasticus in iurepatronatus mixto non potest variare. ibidem.
Philippus Diaconus cum plurimos baptizasset non Chrismauit & quare. 215 col. 1
Pœnitentia publica à confessariis nunquam imponenda. 218 col. 2
Publica in foro exteriori non nisi ex peccato publico imponenda. ibid.
Prælati in Gallia non eliguntur neque postulantur. 33 col. 1
In Gallia à Summo Pontifice ad Regis nominationem promouentur. ibid.
Presbyter in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiunt. 101 col. 1
Etiam regularis non potest confessiones sæcula-

rium etiam Sacerdotum audire nisi sit Parrochus aut ab Ordinaria ad id approbatus. ibidem.
Præsbytera & Episcopa olim sic dictæ ab ætate, vel à virorum suorum ordine. 102 col. 2
Presbyteri à Christo ipso instituti, Diaconi verò ab Apostolis. ibid.
Prioritas possessionis non suffragatur in concursu duarum prouisionum eiusdem collatoris. 152 c. 1
Priuilegium canonis facilius perditur quam priuilegium fori quia illud à iure positiuo hoc verò est à iure diuino. 644 col. 2
Probationes reprobatoriæ reprobatoriarum non admittuntur in Gallia. 516 col. 2
Nisi secundæ reprobationes in promptu literis vel partium confessione verificari possent. ibid.
Aut de graui crimine ageretur. ibid.
Procurator in spiritualibus potest esse laicus. 420 col. 2
Se habet vt nudus minister ac vt pica declarando mentem constituentis. ibid.
Laicus potest constitui ad resignandum & permutandum. ibid.
Non reuocatur inuitus post litem contestatam. 427 col. 1
Fallit in Gallia. ibid.
Per Epistolam constitui potest. 430 col. 1
Ad resignandum vel permutandum non potest nisi instrumento publico in Gallia constitui. ibidem.
Ad creandam vel extinguendam pensionem non constituitur in Gallia absque publico instrumento. ibid.
Professio tacita inducitur in Gallia per gestationem habitus regularis per quinquennium. 188 col. 2
Continentiæ ab initio in Episcopis, Presbyteris, & Diaconis ex statuto Apostolorum. 262 col. 2
Prouisio per fiat cæteris paribus in Gallia non præfertur prouisioni per concessum, sed si sunt eiusdem datæ vtraque est nulla. 152 col. 1
Quamuis alter ex prouisis acceptare nolit. ibid.
Prouisus ab Ordinario si in data concurrat cum apostolico & mentio possidente cedat vel decedat & conferatur.
Titio qui prior est in possessione, prævalet apostolicus. 153 col. 1
Psalmista non ordinatur ab Episcopo, sed sola iussione Presbyteri munus obit. 108 col. 1
Publica honestas ex matrimonio rato nondum consummato oritur non autem affinitas. 269 col. 2
Ex sponsalibus de futuro nulla lege ante Bonifacium VIII. innecta. ibid.
De qua loquuntur antiqui canones ex sponsalibus de præsenti oriebatur. ibid.
Purgatio duplex, canonica & vulgaris. 577 col. 2
Canonica est duplex: vna per quam reus cum septem vel quinque sociis ab medio iuramento se innocentem firmat. ibid.
Reus autem de veritate, compurgatores de crudelitate iurant. ibid.
Altera quæ fit per communionem Corporis Christi. ibid.
Vulgaris est multiplex & fiere semper prohibita. ibid.
Vulgaris per ferrum candens vel aquam feruentem prohibetur. ibid.
Præcipitur tamen in seruis, & infamibus. ibid.
Per duellum prohibetur. ibid.
Per aquas amarissimas prohibetur. ibid.
Omnis sublata in Gallia. ibid.

Q

Quarta oblationum Episcopo competens tribuitur Legi Diœcesanæ. 338 col. 2
Triplex à iure assignatur Episcopis in Ecclesiis inferioribus quæ ideo canonica portio dicitur videlicet oblationum, decimationum, & mortuariorum. 363 col. 1
Decimarum Episcopo de iure debetur, licet ex consuetudine possit esse vel maior, vel minor. 381 col. 1
Oblationum amplius non soluitur Episcopis quia iussi sunt in reparationem Ecclesiarum illam relinquere. 363 col. 1
Presbyteris Parrochialibus præstanda est de omnibus obuentionibus, & quibuscumque relictis Monasterio, vel Ecclesiæ. ibid.
Parrocho debita de consuetudine ad ea sola extenditur quæ cum funere deferuntur. ibid.
Episcopalis & Parrochialis in Gallia pœnitus sublatæ. ibid.
Imò Parrochialis debetur quoad funeralia. ibid.

R

Regressus ad beneficium ob ingressum religionis cueratum datur profiteri nolenti. 189 col. 2
Religiosi de licentia superioris possunt Prælati obsequio se subijcere. 74 col. 1
Possunt esse officiales Episcoporum. ibid.
Fallit in Gallia. ibid.
Possunt etiam in Gallia esse Vicarij generales Prælatorum. ibid.
Ordinum mendicantium non possunt esse Vicarij generales Prælatorum. ibid.
Reliquiæ Sanctorum venerandæ. 303 col. 1
Renunciatio antequam admittatur non est renunciatio, sed præparatio & animus ad renunciandum. 87 col. 1
Tacita non eget admissione hominis. ibid.
Tacita est potius petitio iuris quam vera renunciatio. ibid.
Res semel Deo dicata non est amplius ad profanos vsus transferenda. 303 col. 1

Fallit in homine. ibid.
A non Domino sacrata est æstimanda & pretium Domino soluendum. ibid.
Sacra vt calix cur à laicis tangi non possit manus autem sacræ Presbyterorum a possint. ibid.
Ecclesiastica vltra triennium in Gallia locari prohibetur. 386 col. 1
Ecclesiastica locari non potest ante finitum tempus præcedentis locationis
Ecclesiastica infeudari solita si ad Ecclesiam reuertatur potest rursus infeudari. 389 col. 1 & 2
Fallit in decimis. ibid.
Rescripta apostolica in Gallia non tribuunt iurisdictionem, sed excitant. 407 col. 2
Apostolica dirigi non debent in Gallia nisi iurisdictionem Ordinariam habentibus. ibid.
Apostolica in Gallia auctoritate ordinaria non autem apostolica exequutioni demandantur. ibid.
Ad lites anno expirare non est verum nisi data impetratione secundi rescripti. 415 col. 1
Etiam gratiosa si in forma commissaria expedita sunt anno antiquantur in Gallia. ibid.
Motu proprio & in forma gratiosa perpetuò valent. ibid.
Iustitiæ superannalitati subiacent. 536 col. 1
Reseruationes & Papæ manuum appositiones in Gallia sublatæ. 149 col. 2
Restitutio in integrum iure digestorum petenda intra annum vtilem. 565 col. 1
Iure codicis intra duos annos continuos quando de dolo agitur aut intra quadriennium si ob aliam causam, peti debet. ibid.
Iure canonico non nisi intra quinquennium agenti ipsi etiam Ecclesiæ non conceditur. ibid.
In Gallia intra decennium petitur quod non currit minori nisi à die maioritatis. ibid.
Reuocatio mandati ad renunciandum in fauorem rectè intimatur resignatario rebus integris. 49 col. 1
Mandati ad renunciandum purè in manibus Ordinarij an possit futuro collatario intimari? ibid.
Mandati ad renunciandum intimari potest procuratori resignatarij. ibid.
Mandati ad renunciandum Notario notificari valet antequam mandatum tradiderit. ibid.
Mandati ad renunciandum notificari potest Banchario antequam Romam miserit. ibid.
Procuratoris ad lites debet ei intimari alias non valet. 427 col. 1
Rex in Gallia nominat ad prælaturas intra sex menses. 33 col. 1
Nominans ad Prælaturam non qualificatum habet tres menses ad nominandum alium. ibid.
Non nominat ad Ecclesias & Monasteria priuilegium apostolicum eligendi proprium Prælatum habentia iuxta concordata quod tamen non seruatur. ibid.
Non nominat ad capita ordinum. ibid.
Non nominat ad Ecclesias ex fundatione electiuas. ibid.
Beneficia suæ collationis nec non Scholas, seu Collegia propria vnit auctoritate. 318 col. 1

S

Sacramentum vt conficiatur tria copulatiuè requiruntur materia forma & minister. 203 col. 1
Sanguinis vino aqua permixto fuit institutum. 229 col. 2
Sanguinis solo vino confici potest. ibid.
Sanguinis non conficitur vbi maior aquæ copia quam vini adhibetur. ibid.
Extremæ-Vnctionis solis ægrotis non autem sanis licet in mortis periculo constitutis exhibetur, & quare. 212 col. 1
Sacrilegium in Gallia est crimen priuilegiatum. 601 col. 1
Sancti honorandi vt pro nobis ad Deum interceſſores esse velint. 303 col. 1
Sanioritas consistit in auctoritate, zelo & merito. 36 col 1 & 2
Auctoritas, zelus & meritum in quo consistat, ibid.
Iure ciuili non consideratur, sed tantũ numerus. ibid.
Sedes Alexandrina Beati Petri nomine à Marco eius discipulo consecrata. 27 col. 1
Alexandrina olim post Romanam prima. 27 col. 1
Constantinopolitana prima effecta Alexandrina verò secunda. ibid.
Anthiochena à Petro consecrata. 27 col 1
Sententia non ab ipso iudice, sed à scriba in Gallia litigantibus pronunciatur. 529 col. 2
Contra ius constitutionis lata duplici appellatione videlicet ordinaria & ab abusu valet infirmari. 532 col. 2
Lata contra ius litigatoris via tantum appellationis ordinariæ venit infirmanda. ibid.
Potest in Gallia intra annum exequutioni demandari. 536 col. 1
Post annum potest per 30 annos mandari exequutioni petita ad id iudicis licentia. ibid.
Ab arbitro lata paratam in Gallia exequutionem non habet ni auctorarit iudex ordinarius. 537 col. 2
Quantumuis nulla in Gallia est appellatione infirmanda. 542 col. 1
Etiamsi iudex fuerit incompetens. ibid.
Ratio est quia viæ nullitatis non habent locum in Gallia. ibid.
Separatio tori est fori Ecclesiastici. 618 col. 2
Sepeliens sepultura interdictos excommunicantur. 359 col. 1
Sepultura quoties in alia à Parrochiali Ecclesia eligitur corpus est prius in Parrochiali representandum antequam sepeliatur. 355 col. 2

Vilis non obeſt fidelibus nec ſpeciſoſa prodeſt impiis. 358 col. 2
Non debet vendi aut aliquid pro ea exigi. 361 col. 2
Laudabilis tamen conſuetudo ſeruanda. ibid.
Sepultura priuatio magna eſt pœna & ignominia. 358 col. 2
Locus in quo inhumati ſunt hæretici priuatur perpetua ſepultura. 359 col. 1
Seruus per ordinationem ſacer effectus inſcio vel inuito Domino ei ad ſeruiendum reſtitui debet. 303 col. 1
Simonia triplex realis conuentionalis & mentalis. 581 col. 2
Realis facto & exequutione conſummatur. ibid.
Conuentionalis terminos ſimplicis promiſſionis non egreditur. ibid.
Simoniacè ignoranter prouiſus titulum habet coloratum, & poſſeſſione triennali iuuatur. 584 col. 2
Fallit in confidentia. ibid.
Item in ſimonia per reſignantem commiſſa. ibid.
Scienter prouiſus nullum habet titulum nec gaudet decreto de pacificis poſſeſſ. ibid.
Simoniacus realis eſt ipſo facto excommunicatus priuatus obtentis beneficiis & inhabilis ad obtinenda. 581 col. 1
Conuentionalis alius à confidentiario non eſt excommunicatus. ibid.
Non eſt priuatus, ſed priuandus obtentis & triennali poſſeſſione defenditur. ibid.
Eſt tamen inhabilis ad obtinenda. ibid.
Non habet ius in beneficio per ſimoniam acquiſito, nec quoad hoc iuuatur decreto de pacif. ibid.
Mentalis titulum habet canonicum & nullis pœnis Eccleſiaſticis ſubjacet. ibid.
Sufficit ei ſatisfacere Deo per pœnitentiam. ibid.
Conuentionalis tunc ſolum inhabilitatur ad obtinenda cum conuentio fuit exequuta ſaltem quoad ſpiritualia: alias ſecus. 586 col. 2
Interpretatiuus non eſt priuatus, nec priuandus obtentis, nec inhabilis ad obtinenda, nec excommunicatus. ibid.
Simonia realis pœna eſt nullitas actus, priuatio obtentis, inhabilitas ad obtinenda & excommunicatio. ibidem. col. 1
Conuentionalis pœna nullitas prouiſionis inhabilitas ad obtinenda & priuatio obtentorum per ſententiam inducenda. ibid.
Mentalis pœna ſola pœnitentia. ibid.
Sortilegium in Gallia crimen capitale & priuilegiatum. 601 col. 1
Spirituale quid. 197 col. 2
Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus etiamſi ſpoliator velit incontinenti de proprietate docere. 467 col. 1
Ante omnia venit reſtituendus ne ſpoliator ex proprio delicto commodum ſentiat. 477 col. 2 & 478 col. 1
Etiamſi ſpolium ſine violentia fuerit. ibid.
Non eſt ante omnia reſtituendus ſi timeatur ſcandalum. ibid.
A Iudice, non petit reſtitutionem. 479 col. 2
Niſi iudex iniuſtè ſpoliauerit. ibid.
Hæreticus non venit reſtituendus. 483 col. 2
Fallit in Gallia. ibid.
Sponſalia per verba de præſenti in Gallia prohibita. 240 col. 2
Cum fornicatrice ſcienter vel ignoranter inita tranſeunt in matrimonium per ſubſequentem copulam. 253 col. 1
Sponſaliorum duplex genus. 240 col. 2
Subdiaconatus creditus olim inter ſacros non recenſeri, ſed hodie contrarium videtur declaratum. 163 col. 1
Subdiaconis vti coniugio antę ordinem contracto aut illud poſt ſuſceptum ordinem contrahere non ſemper nec vbique prohibitum. 262 col. 2
Subdiaconos ab ipſis Apoſtolis inſtitutos probatur contra Duarenum. 102 col. 2
Subſidium charitatiuum Epiſcopis exigi permiſſum neceſſitatibus Eccleſiæ vrgentibus eſt de lege Diœceſana. 338 col. 2
Supplicandum intra ſex menſes in Gallia aduerſus ſuprema decreta, & quid agendum ſupplici. 567 col. 1 & 2
Supplicatio aduerſus Senatuſconſulta non ſuſpendit exequutionem iudicati. ibid.
Synodi conuocatio eſt de lege Diœceſana. 339 col. 1
Synodo non tenentur intereſſe Monachi & Religioſi. ibid.

T

Teſtes producendi in Gallia intra duas ad ſummum dilationes. 512 col. 2 & 513 col. 1
Ad ferendum teſtimonium citati mulcta decem Librarum adeſſe compelluntur in Gallia. 503 col. 1
Examinari in ciuilibus non poſſunt ex delegatione niſi à magiſtratu, vel graduato non autem à ſcriba, vel Tabellione. 505 col. 1
Iure ciuili examinari non poſſunt niſi ab habente iuriſdictionem. ibid.
Iure canonico examinantur etiam à Tabellione, & priuata perſona ſi ei committaturi. ibid.
Criminoſi quatenus ſuper ſimonia admittantur. 596 col. 2
Admittuntur in ſimonia mediatores & ſocij pretij non participes ſi agatur ciuiliter: alias non. ibid.
Non admittuntur in ſimonia periuri etiam emendati, nec excommunicati, nec infames inimici, hæretici & pagani. ibid.

Ad futuram rei memoriam hodie in Gallia non examinantur. 489 col. 1
Teſtium depoſitiones non amplius publicantur in Gallia. 514 col. 1
Tituli iuris canonici lædentes iura & immunitates Eccleſiæ Gallicanæ referuntur. 398 col. 1
Quatuor pragmaticæ ſanctionis non abrogati per concordata. 179 col. 2
Tranſlationes Epiſcoporum olim à Synodo Prouinciali inconſulto Papa factæ. 82 col. 1
In Gallia nuſquam agnitæ niſi auctoritate Apoſtolica factæ. ibid.

V

Verba quæ important excommunicationem latæ ſententiæ referuntur. 638 col. 1
Vicarius aut Procurator in Gallia ſuo conſtituenti conferre non poteſt. 173 col. 1
Viſitatio eſt actus iuriſdictionis. 343 col. 2
Vnio vel dimembratio beneficiorum conſiſtorialium fieri nequit in Gallia abſque Regis expreſſo conſenſu. 318 col. 1
Vt valida ſit plura copulatiuè requiruntur relata. 321 col. 1
Debet fieri à Papa vel Legato, vel Epiſcopo non autem ab Abbate. ibid.
In Gallia debet eſſe perpetua non autem ad tempus ibid.
Vt valida ſit requiritur vtilitas vel neceſſitas. ibid. col. 2
Debet fieri cum cauſæ cognitione non motu proprio, & in forma gratioſa. ibid.
Requirit diligentem in partibus fieri diſquiſitionem neceſſitatis vel vtilitatis ac viri valoris beneficiorum. ibid.
Maiorum beneficiorum, aut Regiæ fundationis, aut diſpoſitionis, aut Regaliæ obnoxiorum requirit Regis conſenſum. ibid.
Vt ritè fiat ſunt vocandi quorum intereſt videlicet Regius procurator, vbi regius deſideratur conſenſus, Patronus, Epiſcopi capitula, Ordinum capita, collator, poſſeſſor, Parrochiani. ibid.
Debet fieri de beneficiis eiuſdem Diœceſis non diuerſæ. ibid.
Vniones temporales in Gallia non admittuntur. 317 col. 1
Quia ſapiunt reſeruationes in Gallia ſublatæ. ibid.
Non fiunt in Gallia in forma gratioſa. 318 col. 1
Vnire poſſunt Vicarij generales Epiſcopi aut capitulum ſede vacante. ibid.
Vſura modum à Regia conſtitutione præſcriptum non excedens in Gallia licita. 123 col. 1
Eſt crimen mixti fori in Gallia. 613 col. 1
Nec pro vſuris reſtituendis poteſt Epiſcopus Eccleſiaſtica in laicos ſæuire cenſura. ibid.
Vſurarius publicus & manifeſtus eſt beneficiorum incapax. 610 col. 1
Tamen ante declarationem iuuatur decreto de pacificis. ibid.
Sicut os inferni non ſatiatur. ibid.
In Gallia poteſt teſtari in forma communi. 611 col. 2
Vxor fratris defuncti vxoris meæ defunctæ poteſt mihi nubere 280 col. 1
Vxores duorum fratrum mihi non coniunctorum ducere poſſum ſucceſſiuè, ibid.
Vxorem ſoceri mei defuncti habere poſſum filia eius defuncta quia ſum in 2 genere affinitatis ſublato à Concilio Trident. ibid.
Cuiuſcumque mihi affinis defuncti ducere poſſum. ibid.

FINIS.

TOLOSÆ,
Apud IOANNEM PECH, Comitiorum Fuxenſium Typographum, juxta Conventum PP. Prædicatorum.

M. DC. LXX.

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE